



2 400 40



MADE IN SPAIN





*Del Collegio de la Compañia de J. de Granada R/ 7295*

INSTRVCTORIVM  
CONSCIENſIAE  
DVABVS CONTENTVM  
PARTIBVS.

FRATRE LVDOVICO LOPEZ  
*in Sacra Theologia Magistro, Ordinis Prædicatorum,  
provincia Hispania, Autore.*

PARS SECVNDA.  
IN QVA CONTINENTVR EA QVÆ  
*in tertia pagina specificantur.*

*Cum Indice copiosissimo rerum & materiarum in eo  
contentarum.*

243.

Anno

1594.



CVM PRIVILEGIO.  
SALMANTICÆ

Apud Joannem & Andream Renault fratres



*Sumptibus Claudij Curlee Sabaudiensis Bibliopole Salmanticensis, & regione Scholarum  
Maiorum commorantis, sub insigni Cucurbitæ aureæ.*

Esta tassado en veynte y ocho Reales y veynte maravedis en papel.

*C. Curlee*

In hac secunda parte Instructorij Conscientiæ  
continentur sequentia.

**I**mprimis omnes illæ traduntur, atque continentur materiæ: quæ ad quartum sententiarum librum pertinent: scilicet de Sacramentis in communi, & deinde in speciali, & de pœnitentiâ, & de clauibus, & de indulgentijs etiam bullæ Cruziaræ, atque de censuris Ecclesiæ scilicet ex communicatione, & interdicto, & suspensione, & deinde de irregularitate atque etiam de satisfactione eiusque partibus scilicet Oratione, eleemosyna, & ieiunio ac postremo de matrimonio. Cum innumeris annexis, & accessorijs questionibus atque casuum moralium resolutionibus frequentibus atque per quam necessarijs perplexis quidem, & in quibus tam moderni quam antiqui, tam theologi quam iuristæ graues doctores valde defudarunt neque tamen concordarunt sed in varias sententias abierunt ex visceribus tam theologiæ, quam vtriusque iuris depromptis ac perinde vtriusque facultatis tam theologiæ quam iuris canonici tyronibus valde vtilibus scituque necessarijs vt ex ipso opere videre est.

Tassa del Instructorium Conscientiæ.

**YO** Christoual de Leon Escriuano de camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fe: que auiendo se visto por los señores del, vn libro intitulado Instructorium Conscientiæ duabus contentum partibus, que con su licencia hizo imprimir, Fray Luys Lopez de la orden de sancto Domingo, tassaron cada pliego de los del dicho libro en papel, a quatro maravedis, y mandaron que antes que se vendan se imprima en la primera hoja de cada vno de ellos este testimonio de tassa, y para que dello conste de mandamiento, de los dichos señores del consejo, y de pedimiento de la parte del dicho Fray Luys Lopez di esta fe en Madrid a diez y ocho dias del mes de Febrero, de mil y quinientos, y nouenta y dos Años.

*Christoual de Leon.*

Approbatio.

**A**dditionum ad Instructorium Conscientiæ libros quinque, autore Magistro Fratre Ludouico Lopez, ex ordine Prædicatorum, vidi ex commissione Supremi Senatus, in quibus multiplex est & varia doctrina, summa diligentia & labore comparata, tam vtilis Iuris Canonici, quam Theologiæ studiosis, vbi semper est constans vera doctrina ab omni suspitione libera. In Conuentu Diui Philippi, ordinis Diui Patris Augustini, Anno 1591. die vero quinta decima mensis Iulij.

*Fr. Gabr. Pinelo.*

Approbatio.

**I**nstructorij Conscientiæ secundum Tomum, autore Fratre Ludouico Lopez ordinis Prædicatorum in sacra Theologia Magistro, de licentiâ & commissione patris nostri Prouincialis vidi & qua potui animi attentione consideravi. Quod sane opus præter integram ac raram resolutionem ex præstantissimis autoribus selectam, nullam continet dissonantiam à Catholica fide doctrinam: quin potius certam, & irrefragabilem resolutionem ad inquirendam veritatem viâ aperit & sternit. Vnde pro illorum vtilitate, qui diuinam profitentur Theologiam, & vtriusque iuris solidas veritates amplectuntur, eorum præsertim qui humanas conscientias optime instruere desiderant, nec non totius Ecclesiæ Catholicæ commodo & fructu, cum magna tanti autoris laude dignum censeo, vt prædictum opus typis mandetur, & in publicum prodeat. In cuius fidem præsentem proprio nomine subscripsi in Collegio S. Thomæ Cõplutenfi 16. Septembris. Anno Domini 1590.

*Fray Alonso de Somonte.*



# E L R E Y.



**P**O R quanto por parte de vos el Maestro Fray Luys Lopez de la orden de sancto Domingo, nos fue hecha relacion que vos auia des compuesto vn libro intitulado *Instructorum conscientie*: el qual por orden y mādado nuestro auia sido examinado, y dado licencia y priuilegio para le imprimir, y agora auia des compuesto de nuevo cinco libros como addiciones de materias morales pertenecientes al dicho libro que se intitula *Instructorum conscientie*: y para cumplimiento del, los quales dichos libros y addiciones, auian de ser de mucha vtilidad y prouecho para todo genero de gētes, de los quales ha-

ziades presentacion: y nos supplicastes os mandassemos dar licencia para los poder imprimir, y priuilegio por diez años, o por el tiempo que fuessemos feruido, o como la nuestra merced fuere. Lo qual visto por los de nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligēcia que la pragmatica por nos vltimamente sobre ello hecha dispone: fue acordado que deuamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon: y nos tuuimos lo por bien: por lo qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el día de la fecha de esta nuestra cedula en adelante vos, o la persona que para ello nuestro poder vuiere, y no otra alguna podays imprimir y veder los dichos libros que de suso se haze mencion: y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de estos nuestros reynos, qual vos nombraredes, para que por esta vez los pueda imprimir por los originales que en nuestro consejo se vieron, que van rubricados, y firmados de Alonso Vallejo nuestro escriuano de Camara, y vno de los que en el nuestro Consejo residen: con que antes que se vendan le traygays ante ellos, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, o traygays se en publica forma como por Corrector por nos nombrado, se vio y corrigio la dicha impresion por el dicho original: y mandamos al impressor que ansi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro cō el original al autor, o persona a cuya costa le imprimiere, ni otra alguna para efecto de la dicha correccion y talla, hasta que antes y primero, el dicho libro este corregido y tallado por los del nuestro Consejo: y estando hecho, y no de otra manera podays imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual seguidamente se ponga esta nuestra licencia, y la approbation, y talla, y erratas, ni lo pueda vender ni venda, el ni otra persona alguna, hasta que este el dicho libro en la forma suso dicha, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros reynos que sobre ello disponen: y mandamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia, no lo pueda imprimir ni vender, so pena que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido, y pierda qualesquier libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena, sea la tercia parte para aquel que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el que lo denunciare: y mādamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Afsistentes, y Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros Iuezes, y Iusticias qualesquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nuestros reynos y señorios, y a cada vno dellos en su jurisdiction, ansi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cūplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos; y contra ella no vayan ni passen ni consentan yr, ni passar en manera alguna; so pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra Camara. Fecha en San Lorenzo a veynte y dos dias del mes de Julio, de mil y quinientos y nouenta y vn años.

# Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro señor:  
Iuan Vazquez.

Secretario. Vallejo.

SERE.

# S E R E N I S S I M O C A R D I N A L I A L B E R T O Archiduci Austriae, Frater Ludouicus Lopez summam felicitatem exoptat.




**N**ON gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur: qui gloriatur scire & nosse me, ait Dominus Hier. 9. vbi aperte significatur nobis. Serenissime Cardinalis, id in quo nostra felicitas consistat in quoque nostra vera gloria reponenda & collocanda sit, scilicet, in scientia, & cognitione maiestatis Dei, bonitatisque eius immensa: nā hęc est vita æterna (vt testatur Christus Dominus noster loquens cum suo cælesti Patre) vt cognoscāt te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum Ioānis. 17. siquidem notitia hęc est que nos manu ducit ad abyssum iudiciorum Dei perfectionumque eius mare immensum contemplandum, non tamen comprehendendum aut omnino penetrandum. Ex qua quidem prælibata cognitione palam fit cuius mortali homini quam nihil sint gentes omnes coram Deo, & quam verum sit quod Isaias loquens de eo ait: ecce gentes quasi stilla situla, & quasi momentum statera reputatae sunt: omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo, & quasi nihil & inane reputatae sunt ei. Igitur quia vita æterna in prædicta cognitione inchoatiue hic in via, & consummatiue illic in patria sita est, & quia ad hanc capeffendam veluti initium præstat hominem nosse se ipsum, ad quam notitiam interdum aliqui ideo non perueniunt quia autore D. Thoma. 2. 2. existimant se esse principaliter non secundum id quod in eis principale est, id est non secundum rationalem mentem quam Apostolus Paulus interiorem hominem vocat: sed secundum partem inferiorem animalem, & sensitiuam que ab eodem vocatur exterior homo se principaliter reputant esse. Vnde vsu eis euenit vt quia non vere se agnoscunt, non vero amore sed carnaliter se diligant. Quod à tua celsitudine longe alienum esse planum est, nam & si nouit vniuersus orbis, quod ex Patre & auo Imperatoribus originem clarissimam ducas, quodque inclytissimo Regi nostro Philippo secundo consanguinitatis sis coniunctus arctissimo gradu, quodque sanctam atque deuotissimam Imperatricem habeas matrem, sororemque præclarissimam virginem Deo deuotam, & voto religionis arctissima ei dicatam adhuc superstites, quodque Cardinalatus in ecclesia Dei assecutus sis apicem quem literis, & studijs, & abditis mentis recessibus, vitæque integritate, clarissimisque moribus ita exornas: vt exemplar virtutum omnium inter Christicolas princeps resplendeas: non tamen de his sic tibi applaudis aut blandiris, neque de sola generis tui nobilitate dignaris superbire: eo quod perspectū habeas nobilissimos quosque mortalium Principes exemplo Iob vere dicere posse, scilicet, putredini dixi, pater meus est & mater mea vermibus: & quia vsu tibi euenit non raro tecum in tua mentis recessibus meditari quam multi reges, & Principes in Chronicis, historijsq; mundanis numerantur quorum imperium, atque potentia multis erat terrori, atque formidini, quorum purpura pretiosis gemmis ornabantur, quorum regia palatia pretiosis aulis, aureis que laquearibus splendebant, & tandem hęc omnia tanquam somnium surgentium euanuisse agnoscis. Quis igitur finis erit enarrandi eorum opiparas dapes, lautas mensas, vasis aureis, & argenteis abacos resplendentes, adulantium agmina familie pompam, & luxum quis recensere valeat. Quorum placita subditorum leges erant, quos gentes quasi diuinis honoribus in æthera vsque extollebant. Quorum omnium talis finis fuit vt Propheta Baruch in huiusmodi dignam attentione exclamationem proruperit videns illorum exitum, & finem, & funestam multorum principum tragicodiam vnde sic exclamare præ timore & admiratione cogitur vbi sunt Principes gētium, & qui dominantur super bestias que sunt super terram, qui in auiibus cæli

ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, exterminati sunt. Igitur quia generatio preterit, & generatio aduenit, Serenissime Cardinalis gloriae humanae inconstantia non fretus nobilitatem tui generis quam iure omnes extollunt virtutibus proprijs in te esse destitutam non est passus, neque solis maiorum tuorum imaginibus niti voluisti considerans veluti commentitiam esse nobilitatem quae à rectitudine vitae inculpatae deuiat vel à veris virtutibus alienatur, vel de generat. Non enim nobilitas solida aut vera esse sine virtute agnoscitur sicut neque homo sine ratione intelligi potest. Nobilitatis ergo nomine non quascunque communes virtutes, sed heroicās, & eminentissimas hic comprehendimus, in quorum numero referuntur rerum gerendarum prudentia, fortitudo, animi constantia, magnanimitas, magnificentia, comitas, humanitas, benignitas, clementia quae principem Deo maxime assimilat, & mansuetudo quae sui hominem compotem facit. Eos quippe in nobilium illustriumque numero merito recensemus qui his virtutibus praediti in reipublica commodum, & salutem se totos impendunt. Ceterum qui propriarum virtutum expertes solum de praclaris facinoribus suorum maiorum gloriantur & cristas extollunt, tantum abest ut nobilitatis, generosi tatisque laude digni sint, ut false sibi ascribant quod ab eorum longe est merito, nempe ingenuitatis nomen. Igitur non eo solo nomine aliquis est nobilis quod ex parentibus nobilibus originem ducat. Solent enim fructus ex aliquo extrinseco contracto vitio degenerare ab arbore à qua progignuntur. Flos quoque farinae, & surfur ex eadem radice prodeunt cum tamen flos farinae cibus sit defaecatus, surfur autem in cibum bestiarum cedat. Nascitur praeterea ex eadem radice spina, & rosa, rosa autem odorifera est, salutaris quoque atque delectabilis, spina vero vilis est, & nocua simul, atque intractabilis. Nascuntur etiam ex eadem arbore poma duo aliud suauissimum, aliud putridum, ac vermem habens. Quia igitur interdum ex eadem radice nascitur nobile, & innobile, solis carni, & sanguini non est tribuenda nobilitas. Nam nobilitas carnis si quod bonum habet, hoc potissimum censetur habere, scilicet, quod nobilitas carnis frenum est quodam quo ex nobili prosapia nati cohibentur, & arcentur à vilitate vitiorum quae eos interdum impetere solet. Quod & diuus Hieronymus testatur dicens nihil aliud video in nobilitate appetendum, nisi quod nobiles quadam necessitate astringuntur ne ab antiquorum probitate degenerent. Nobilitatis tantum ad hoc memineris (inquit) ut cum claritate generis morum sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis, animi nobilitate proficias. Laudatur in quibusdam quod geniti sunt nobiles, in alijs vero quod nobilitatem virtute sunt assecuti. Pulchrum est respiciendisse nobilitati. Pulchrum etiam genus suum factis praclaris illustrasse. Quod tu Serenissime Cardinalis egregie de te praestitisti & quia (ut in proverbio dicitur) magistratus probat virum dum Lusitaniae administrasti regnum tam strenue, tam sapienter, tam pie tanque iuste, & humane atque commiter cum Lusitanis te gessisti ut omni praclari gubernatoris, & patris illius patriae dicaris functus officio paci, & quieti illius regni cōsulens, studiosis fauens, perniciosos profligans. Fuiisti enim in praelys tunc contingentibus prouidus, & vigilans, in consilio praestans, & maturus, in omnibus egregij gubernatoris officijs, & animi dotibus valde celebris, & conspicuus ita ut negotia exteriora quibus expediendis operā dabas à meditatione caelestium, mentisque tuae recessu omnino reuocare nō potuerint. Insuper quia bonarū literarū es tu amator, studiosorū clarissimus Maecenas esse cēseris. Vnde citra dubiū talis in animo meo tui imago inscripta est ut facile mihi persuadere possim, quod bonas literas, & eorū cultores fouebis, ornabis, atque proteges, fauoribusque prosequeris. Cū ergo partū studiorū meorū prodeuntē in lucē patrono aliquo indigere vidēre nullus alius menti meae occurrit cui comodius illū fouendū tuendū ornandū cōmittere possem quā tua celsitudo qui praetua genuina humanitate tam vile munusculū, tuisque meritis impar non respues sed acceptare dignaberis & tua egregia autoritate condecorabis: eō quod dignas materias, scilicet sacramentorū, & tui Cardinalatus statui conuenientes interdū (ut spero) in eo leges & euolues non quidē ad scientiae augmentū inde capeendum quia in hoc tantū emines, sed ut hinc huius meo libro cōcilietur autoritas & fauor, & honor quo in totū terrarū orbē tanto dotatus patrono tutus feliciter possit prodire ut sub tanto patrocinio autoritatē sibi magnā conciliet ubique ut pote ab eo autoritate donatus qui summam nunc denuo à catholicissimo Rege nostro Philippo negotia ardua regni expediendi accepit potestatem.

Vale felix Serenissime & Amplissime Cardinalis,



DOMINOS AN-  
CTIO DE AVILA EPI-  
scopo Carthaginensi, Claudius Curlet  
Subaudius. S. P. D.




INSTRUCTORI ꝑ Conscientiae primā partē, quod te non fugit, Praesul amplissime, duci Subaudia Subaudius ego patrono meo dicaui, eo potissimum nomine, ut mihi alienigena, & longe à mea patria commoranti, libroque item recens nato nomen, auxiliū, & opem sub tanto Principe compararem. Postquam vero in hac Salmanticensi Academia cœpi velut radices agere, & illustrium virorum atque ingeniorum beneficentiam experiri, intellexi prorsus inter praclaros Hispaniae proceres nemini potius quam tibi, omne genus obsequij destinari. Nam, ut mittam praclarā stirpem unde ducis originem, quantum cum literis virtutum coniunxeris, testis est Salmanticensis schola, & amplissimorum patrum ordo & confessus, qui te non semel, aut bis, sed quater (quod nemini adhuc contigit) rectorem sui maximo cū gaudio declararunt. Inde (quod omnes iam nos diuinabamus) ad hanc episcopatus dignitatem es euectus, unde maiore cum gloria ad altiora cito conuolabis: Non enim, ut sacrum testatur eulogium, accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus. Quum igitur animaduertissem hunc librum, qui de sacramentis agit, melius tibi & episcopo vigilantissimo, & Theologo peritissimo posse dicari, & offerri, quā ducibus, & alijs principibus, qui libros de re militari terunt: hanc posteriorem partem, humiliter tibi offero, praesul amplissime, quam eo animo, & benignitate suscipias precor, quanta scis humilitate offerri. Deus Opt. Max. te sospitet, & ad amplissimas eueat dignitates.





## Licentia Prouincialis.



RATER Thomas de Guzmā in sacra Theologia Magister prouinciæ Hispaniæ, ordinis Prædicatorum Prior Prouincialis. Magnā nobis in Dño affert lætitiæ causam, cum nostræ professionis religiosos eis se seriò addicere studijs, & literarum exercitijs cernimus, quæ nostræ sacre religionis foundationi natia sunt, & propria, quippe quæ ad salutem animarum procurandam & conuersionem gentium propagandam præsentanea sunt adminicula, per quæ etiam & nostra sacra Religio resplendet, & decorem in populo Christiano iure sibi vendicat, & autoritatem sibi conciliat. Quocirca non possumus non congratulari professoribus nostri ordinis studiosis in hoc munere constanter insudantibus, & præsertim & illos summo affectu amoris complecti, & fauoribus debitis prosequi, qui sudores suos, & lucubrationes salutares, & fructiferas in publicum euulgare satagunt, quo sua doctrina & opere animarum saluti consulant. Cum igitur reuerendus Pater Frater Ludouicus Lopez Magister in sacra Theologia huius nostræ prouinciæ Hispaniæ superioribus annis librum quendam, qui inscribitur Instructorium Conscientiæ copilauerit, iamque in lucem dederit, ac prælo mandauerit, nunc etiam alios duos tomos continentes reliquas materias morales, quæ ad eundem librum Instructorium Conscientiæ nuncupatum pertinebant, composuerit, sicut fuerat pollicitus, quo liber prædictus Instructorium Conscientiæ intitulatus, his additis nunc denuò duobus tomis integer, & absolutus euadat, illosque ad communem omnium utilitatem typo mandare statuat. Idcirco publicæ utilitati & nostri ordinis decori consulendo tenore præsentium, & autoritate, qua fungor, præfato Magistro Fratri Ludouico Lopez licentiam & facultatem concedo, quinimo & in meritum sanctæ obedientiæ mando, ut supradictos duos tomos Instructorij Conscientiæ, quos ad primum tomm iam in lucem editum addit, prælo tradere & typographis excudendum committere possit & debeat, dum modo prius per R. P. Magistrum Fr. Illesonsum de Somontes, fuerit prius examinatus, & approbatus, atque alia omnia seruentur, quæ seruari solent, & debent in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, non obstantibus quibuscunque in contrarium. Datis in nostro Conuentu de Atocha. 2. Februarij. Anno Domini. 1592.

*Fr. Thomas de Guzman  
Prior Prouincialis.*

## PROLOGVS SVPER SECVNDVM TOMVM seu librum pertinentem ad opus quod Instru-

torium Conscientiæ est intitulatum, materias Sacramentorum continentem, & suis iam numeris absolutum sicut eius promiserat Autor.

*Beneuolo pioq; lectori Frater Ludouicus Lopez in Sacra Theologia  
Magister Prouinciæ Hispaniæ Ordinis Prædicatorum,  
Salutem in Domino Jesu Christo.*



NONIAM pollicitus (fuerā optime lector) secūdu tomm de sacramētis, quo meū opus Instructorium Cōscientiæ nuncupatum suis numeris absolueretur: me quam primum possem editurum in lucem: en iam promissi non immemor, meo officio, & fidei iam data adesse curauī, neque enim decuit opus omnes materias morales continens in absolutum me reliquisse, aut mihi bene affectos & charos suos defraudasse desiderio qui id quotidie à me efflagitabant. At si quis à me roget quare iam adductus ratione post tam celebres Doctores qui in materia de sacramentis enodanda tam de Republica Christiana fuerunt bene meriti ausus ego sum aliquid noui moliri, aut excogitare, aut in lucem proferre: is nostrum in hac parte breue responsum ut beneuole accipiat rogo, scilicet, mihi imprimis id vitio insolentiæ non fore tribuendum, cuius vel ipsam mentionem exosam semper habui. Quoniam ad id multæ me impulere rationes, primo quia licet ego veluti pigemus sim, & illi prædicti Doctores gigantes: sed tamen interdum pigmeus non sola propria statura suffultus sed supra Giganteos humeros innixus tanquam ex eminentiori loco prospectans aliqua intuetur quæ ipsi per se singuli sigillatim non cernunt, aut discernunt. Secundo quoniam & si antiqui Doctores magnam ac copiosam doctrinæ materiam posterioribus subministrarunt: sed tamen quis non videat quanta denuò exquisita & elaborata dogmata aliqui iuniores Doctores excogitauerint, & experiētia teste & magistra ad discerint, & adinuenerint, & pro populo Christiano in contingentibus casibus dirigendo tradiderint. Qui quoniam (ut testatur diuus Paulus) variæ diuisiones gratiarum sunt, non frustra post antiquiores in vinea domini licet venerint veluti ad vndecimam horam laborasse credendi sunt, neque operam aut impensam coram domino perdidisse Præterea non me latet quanta sit in dies nonnullorum

## AD LECTOREM.

lorum tentatio scribendi, & prodendi in lucem, & prælo committendi siue proprias fœcturas siue alienas, quæ sic eorum animos transuersos agitur, vt supposititios partus & alienos sibi arrogare non vereantur. Quod quidem furtum aliquos suo nomine venditare adeo non pudet vt quo furtum dissimulent, neque illud colore aliquo mutati styli, aut phrasis persona re, aut prætegere velint præ sua ignorantia possint. Quibus accedunt alij, qui verecundius in hac re se gerentes (ne facile deprehendantur in furto) lucubrationes alienas fucis aliquibus, distinctisque coloribus, aut Phaleris mutati styli, aut phrasis, aut ordinis inuersi ornâtes nihil aliud noui ex penu tenui sui exilis ingenij potentes addere suo quasi proprio Marte editas prælo mandant suoque appositio nomine venditant. Deinde videre est alios ex neotericis Doctoribus qui aliquod edendum in lucem opus comminiscens aliorum Doctorum dedignantescitare sententias suam sententiam tantum lectoribus tam acceptam esse volunt, vt etiam si nullis rationibus, vel autoritatibus Doctorum grauium eam suffultiat agre ferant si ab aliquibus respuatur tantum præ sua inflatione animi suæ soli autoritati ab omnibus deferri volentes. Omitto alios ex his qui in suis scriptis edendis in lucem solum quibusdam à se excogitatis rationibus eorum quæ assentur sibi mire applaudunt. Quibus è regione aduersantur alij qui in suis imprimendis studijs quibusdam autoritatibus, & textibus interdum præter propositum allegatis sibi magnopere placentes rationes & causas, propter quas non solum cognitio quia res est, sed propter quid est scientia generatur immerito parui pendunt: vnde vtrique horum tam voto cordatorum Theologorum quam Iuristarum peritorum in merito veniunt improbandi. Nam sicut Iurisperitorum proloquium est: erubescimus sine lege, & textu loqui: ita & axioma philosophi est, scilicet, quid quid sine ratione dicitur quasi ab insipiente dicitur, atque ideo non recipitur. De sola enim fide tradit diuus Gregorius quod fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Alioquin & fides Christiana rationes non demonstratiuas sed probabiles, & persuasivas admittit: quæ tamen in nobis non sint sola ratio credendi. Igitur quia aspirare volumus si forte possumus ad eam æmulandum stylum & formam, quam seruauerunt scriptores qui magis in usum Christianæ reipublicæ scripserunt (forma enim est quæ autore Aristotele dat esse rei, & materia est quæ recipit esse à forma) ideo sicut iudicaturus de rebus, earum differentias prænosse opus habet: & sicut sensus communis ad eliciendum iudicium rectum de rebus, aliorum quinque sensuum exteriorum eorumque obiectorum differentias præapprehensas in se habet: sic quod ego meam sententiam ferre possem de innumeris materijs, & Moralibus casibus contingentibus quodque etiam peritus lector suam postquam hoc opus nostrum legerit, sententiam dicere possit, placuit mihi in præ-

## AD LECTOREM.

præsentiarum innumeras differentias casuum moralium pertinentium ad omne genus statuum in hoc meo opere ob oculos legentium subiicere: vt hinc citra magnum laborem, & librorum cumulum indagare, & adinuenire quisque possit, veluti in conuiuio lauto & mensa multorum, & exquistorum ciborum affluentem quod palatui, & gustui facere satis possit. Hinc sanè fiet vt lector pius, & doctus materiarum difficultatem possit expendere, & librare videns hic ante oculos positam circa plerosque casus grauium doctorum discordantiam, & eorum in summa contrarias rationes, quibus adducti in tam varias abiere sententias, videbit quoque non raro meam sententiam interdum inter eos mediam, interdum verò eos concordantem, vel dicta eorum moderantem, & limitantem, vel alicui eorum sententiæ magis adhaerentem propter ibi adductas à me rationes, vel textus ibi citatos. Spero ergo hinc futurum: vt beneuolus lector, & peritus liber maneat in acceptandis opinionibus illis quæ conformiores rationi & legi diuinae, seu humanae sibi esse videbuntur. Alioquin si lector huiusmodi ingenium seruile nactus sit, qui vt mus vnum solum notum habeat quo euadat foramen multoties arctabitur & coangustabitur, & in suis capietur perplexitatibus & interdum cautherizatam contingeret illum habere conscientiam si bique non raro persuadebit esse illicitum, & mortale quod ex probabili aliorum Doctorum quos ignorat mortale non est, quod si aliquid in obsequium Dei & reipublicæ Christianæ commodum sanæ doctrinae contulerim, gratias ob id ago Deo bonorum omnium largitori. Si autem sibi minus aliquid arridens lector inter legendum offenderit, humanae infirmitati & imbecillitati quæ in multis sæpe labitur boni consulens assignabit.


*Vale felix, pie & candide Lector.*

Pag. 11. col. 2. lln. 21. permutatione. leg. permutationu. p. 38. c. 2. li. 18. solm. le. solum p. 84. co. 2. li. 17. id id. le. ad id. p. 95. c. 2. li. 20. lege. l. legi. p. 111. c. 2. l. 29. inter ius. l. internus. p. 120. c. 2. l. 3. liceat. le. licet. p. 134. c. 2. li. 8. pontificis. le. pontifices. p. 167. c. 1. l. 3. infirmandi. le. confirmandi. c. 2. l. 44. quasi. le. Quia si. p. 174. c. 2. l. 47. quas. le. quas tradit. p. 179. c. 1. l. 47. virtute. le. virtus. p. 183. c. 2. l. 46. consecratione. l. consecratione. p. 189. c. 2. l. 47. de medietate. l. medietate. p. 196. c. 2. l. 43. tantã. le. tam. p. 206. c. 2. l. 49. quia si. le. quasi. p. 211. c. 2. l. ris. qua. le. quia. pag. 224. c. 1. li. 32. viue. l. viuere. p. 225. c. 2. li. 21. pignis. l. pignus. p. 229. c. 2. li. antepen. panis. le. pennis. p. 236. c. 1. li. 32. quo. le. quod. p. 239. c. 2. li. 18. mansuetã. le. mansuetã. p. 247. c. 2. li. 16. abstendum. l. abstinendum. p. 248. c. 1. li. 32. negatiua. le. vegetatiua. p. 253. c. 2. li. 3. husmodi. le. huiusmodi. p. 258. c. 2. li. 40. proposito. le. propositio. p. 263. co. 1. li. 23. interstitiũ. l. interstitiũ. p. 266. c. 1. li. 33. sicut. le. sicut si. p. 269. c. 2. li. 36. proprius. le. proprijs. p. 271. c. 1. li. 39. offerunt. le. cõferunt. p. 289. c. 2. li. 24. mandatorum. le. mandatorum. p. 290. c. 1. li. 37. omisso. le. omissor. col. 2. li. ant. mortaliter. le. moraliter. p. 293. c. 2. li. ant. prohibent. fertaliorũ. le. prohibentur. fortaliorũ. p. 294. c. 2. l. 30. Narri. le. Nauarri. p. 296. c. 2. li. 34. sciet. le. scilicet. p. 303. c. 2. li. pen. discipulus. le. discipulis. p. 337. c. 2. li. 28. canical. l. canonica. p. 341. c. 1. li. 40. idota. l. idiota. p. 346. c. 2. li. 34. ratio. le. oratio. p. 352. c. 1. li. 8. nihilominus. le. nihilominus non obstantibus. p. 358. c. 1. li. 41. inuenirem. l. inuenierim. p. 361. c. 1. l. vlt. immisceant. l. non immisceant. p. 366. c. 2. li. 4. sustentari. le. sustentari. p. 687. c. 1. l. 25. siue. l. sine. p. 693. c. 1. li. 26. canibus. le. carnibus. p. 697. c. 2. li. 37. pag. 2. le. pag. 2. dicitur quod. p. 700. c. 2. li. 14. venial. le. veniale. p. 713. c. 2. li. 40. tactũ. l. actũ. p. 722. c. 1. li. 16. capiunt. le. cupiunt. p. 732. c. 1. li. 17. Apostolis. le. Apostolis. p. 740. c. 1. l. 8. non. le. nõ est. p. 747. c. 1. li. 36. concessione. le. cõmissionẽ. p. 751. c. 2. l. 27. casus. le. casus non. p. 753. c. 2. l. 4. papelus. le. papales. p. 755. c. 2. l. 12. vita. le. vindicta. p. 758. c. 1. li. deniq. nisi. le. si. p. 784. c. 2. li. 23. vita. l. vita omisit. li. 24. satisfactione. le. satisfactionem faciat. p. 789. c. 1. li. 22. pena. le. penes. p. 804. c. 1. li. 39. a casibus. l. in casibus. p. 832. c. 2. li. pen. dispensandi. le. dispensandi facultas. p. 834. c. 2. l. 15. mortaliter. l. moraliter. p. 853. c. 2. l. 4. præscriptã. le. præscriptam. p. 885. c. 1. l. 40. & 41. I parricidio. a dem. le. a parricidio. Idem. pag. 894. col. 2. l. 39. dirisditionis. le. iurisdictionis. pag. 897. col. 1. li. 14. citar quoad. l. citari quoad. p. 964. c. 2. li. 18. fir. l. sic. p. 968. c. 2. li. 27. villa. le. illa. p. 981. c. 2. li. 50. esse. le. esse falsum. p. 989. c. 1. l. 46. inutilatio. nes. le. mutilationes. p. 1010. c. 2. l. ant. sacri. le. sacri in. p. 1015. c. 2. l. 7. esse. le. autem esse. p. 1018. c. 1. l. 35. carecet. le. carent. p. 1021. c. 1. l. 53. perfectioni. le. perfectiori. p. 1025. c. 2. l. 52. distãte. l. dictante. p. 1028. c. 2. l. 43. consensu. le. cõsensu. p. 1032. c. 1. l. 8. subieitur. l. subijciuntur. li. 13. ducturus. le. ducturum. l. 15. quod. l. quod nõ. col. 2. li. 36. lib. le. lib. 5. p. 1042. c. 2. l. 40. mulieris. l. mulier. p. 1045. c. 1. l. 53. 2. l. xi. p. 1046. c. 1. l. 7. cap. le. cap. 5. p. 1050. c. 1. l. 49. tit. 5. lo. tit. 5. part. 5. p. 1060. c. 2. l. 12. nulla. le. nullo. p. 1072. c. 2. l. 32. illatũ. le. illatũ. p. 1083. c. 1. l. 49. pispua. ratione. le. disputatione. p. 1100. c. 1. l. 52. bonũ. le. bonũ sit. p. 1103. c. 2. l. 14. obiectet. le. oblectet. li. 17. petere. le. pe. tere solũ. p. 1105. c. 1. l. 5. præmeandã. l. procreandã. li. 11. responderetur. l. respondere. c. 2. l. 40. hoc. le. hos. p. 1165. c. 1. l. 22. pollũt. le. polluit. p. 1185. c. 1. l. 27. glo. f. le. glo. f. in. p. 1188. c. 2. l. 20. allegato. le. allegato &.

¶ Con estas erratas esta correcta conforme a su original esta segunda parte del Instructorio de conciencia, en testimonio de lo qual lo firme en Salamanca oy. 22. de Março. 1594. años.

El corrector, &c.

Emanuel Correa.  
De Monte negro.



# INSTRVCTORII CONSCIENTIÆ

DVABVS CONTEN-  
TI PARTIBVS,


FRATRE LVDOVICO LOPEZ

in sacra Theologia Magistro, Ordinis Prædicatorum huius  
Prouinciæ Hispaniæ Autore,

SECUNDA PARS.

CAPVT. LI.

**D**E sacramentis in communi: De diffinitione sacramenti: Et, an sit in gene-  
re signi, Et, De triplici acceptatione huius nominis, sacramenti, & qua  
re sacramentũ sit signũ, Et in quo prædicamento ponatur, Et vtrum omne sig-  
num rei sacra sit sacramentum: Et an sit practicum signum: Et qua ratione  
crux, & alia signa excludantur a ratione, sacramenti: Et de agno paschali.  
Et de circumcissione, & oblatione Melchisedech, an fuerint sacramenta, Et  
de triplici significatione sacramenti: Et vtrum sacramentum sit aliqua res  
sensibilis, Et an requirantur determinata res ad sacramenta: Et vtrum  
in eis requirantur verba determinata, Et an liceat  
eis aliquid addere.



**P**OST absolutam iam  
materiam de simonia,  
cũ materia sacramen-  
torum, hinc illudanda  
veniat, quæ potissima  
est inter cæteras theo-  
logales materias, nõn  
est mihi cordi eam adinstar eorum Docto-  
rum, qui super Quartum sententiarum scri-  
Instructo. consc. pars. 2.

psere, ad longum prolatare: sed in primis  
principia ex Diuo Thoma assumpta præ-  
mittere; ac deinde ea dubia specialia; quæ  
sparsa in diuersis Doctoribus continen-  
tur, huc aduocare: vt iuxta principia nobis  
à S. Thoma tradita dissoluamus, sub possi-  
bili breuitate omnia perstringendo. ¶ Igi-  
tur, quia disputatio de vnaquaque re, quia  
ad eius notitiam ordinatur, autore Aristo-  
tele

A tele

tele ab eius diffinitione inchoanda est, idco. D. Thomas, in 3. parte, quaest. 6. arti. 1. genus sacramentorum, quod primo eorum diffinitionem communem intrat, in dagare contendit, in primis quaerens, vtrum sacramentum sit in genere signi. Respondetur autem, quod sicut animal dicitur sanum, quia habet in se sanitatem, & medicina dicitur sana, in quantum est causa effectiua sanitatis: & vrina dicitur sana, quatenus est significatiua ipsius sanitatis: sic sacramentum dicitur, vel quia habet in se aliquam sanctitatem occultam, vel quia habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem, vt causa, vel signum, vel aliter. At vero, quia specialiter nunc agimus de sacramentis, vt important habitudinem signi, id est, in quantum signa sunt sanctitatis: idco sacramentum omnis alij acceptationibus quatenus attinet ad propositum nostrum ponitur in genere signi iuxta sententiam D. August. 10. de ciuita. Dei. Vbi sic ait: Sacrificium visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Argumenta in contra a D. Thoma vna solutione comuni soluuntur scilicet, quod in alia acceptione accipiunt sacramentum, sicut, vel pro iuramento, vel pro sacro secreto, vel pro causa sanctitatis. At, quia sanctitas, a qua denominatur sacramentum magis per modum causae formalis, aut finalis signatur, quam per modum causae efficientis, idco potius ponitur sacramentum in genere signi, quam in genere causae gratiae, licet catholica veritas sit, quod sacramenta nouae legis eam causant.

¶ Circa nobis hanc doctrinam traditam a D. Thoma notandum est primo, quod cum sacramentum in triplici acceptione solitum sit assumi, si accipiatur primo modo, prout est mysterium sanctitatis, ponitur in praedicatione qualitatis, sicut sanum dictum de animali. Acceptum autem pro iuramento in genere actionis ponitur, quia iuratio quaedam actio est. Acceptum vero in tertia significatione, qua significat sensibilia signa gratiae, ponitur sacramentum in genere signi: sicut sanum dictum de vrina. Neque obstat, quod genus, & species debent esse in eodem praedicatione, quia ita hic vsu euenit, quod sacramenta vniuersa quatenus sacramenta sunt ratione suae formae, id est, quatenus significant gratuitos effectus in eodem praedicatione signi sunt: licet secundum suas

naturas specificas, & substantiales singula in genere actionis, seu passionis collocentur: sicut omnes statuae in genere signi, & imagines in eodem genere figurae, quae est quarta species qualitatis reponuntur. Secundum autem suas substantias, vt cupreae sunt, vel marmoreae in genere substantiae adnumerantur.

¶ Secundo perpendendum est, admodum referre nosse Christicolae sacramenta esse signa, & in genere signi, vt hinc adponantur de beneficijs a Deo tam per magnificis acceptis. Igitur hinc eis innotescit scopus, & finis, quem Christus Dominus sibi proposuit ad instituenda sacramenta gratiae. Nam cum fuerit noster Redemptor in super, & religionis Christianae autor: hinc colligitur duo inesse sacramentis nostris, quae ab ipso in Cruce existentibus fluxerunt, Primo, quod sint nobis ab ipso collata, vt remedia & medicamina contra morbos nostrorum peccatorum. Tunc etiam, quod sint religionis nostrae caeremoniae. Instituit ergo illa illo fine, vt simul essent officia, quibus Deum coleremus, & beneficia vitae spiritualis ab ipso per haec media collatae, quibus ad ei cultum exhibendum, & ad agendas perpetuas gratias excitaremur. Fuit enim haec inuentio diuina & digna vero Deo autore.

¶ Tertio aduertendum est, ista sacramenta, quatenus signa fuere instituta explicato: neque enim significant naturaliter, secundum Bruelem & Capreolum, poni in praedicatione. Ad aliquid quibus accedit Scotus. At vero Sotus verosimilius esse putat genus signi extra decem praedicationes vagari. Nam in decem praedicationibus entia realia ponuntur: sacramenta autem prout sunt signa, sunt instituta ad placitum Dei, & in quantum formaliter sic accipiuntur, entia sunt rationis, vnde in praedicatione reali, Ad aliquid reponi non possunt; in quo forte poni possunt signa naturalia, vt vestigium pedis, & fumus: quia haec formaliter vt signa sunt a natura, entia realia sunt.

¶ Quarto notabis, quod idco sacramentum diffinitur, non vt causa efficiens est gratiae in noua lege, sed diffinitur in genere signi, vt vna diffinitione comuni etiam comprehendente vetera sacramenta diffinitur, & vt significando magis ac magis nobis reduceret ad memoriam beneficia Christi. Ex quo consequitur corollarie, quod

quod licet sacramenta noua, & vetera in hac vnica, & vniuoca ratione signi conueniant: sed tamen sacramenta noua per hoc differunt specie a sacramentis veteris legis, quod sacramenta vetera significabant Christum passurum: noua autem sacramenta significant Christum iam passum. Vnde differunt specie, non in genere signi, sed in specie talis signi.

¶ Praeterea in secundo articulo inquit Diuus Thomas, vtrum omne signum rei sacrae sit sacramentum. Respondet autem, quod quia signa dantur hominibus, quibus proprium est per nota ad ignota procedere: idco signa sacramentorum collata sunt a Deo hominibus, tanquam ad eorum utilitatem spiritualemente pertinentia: vt per haec signa intelligant eam sanctitatem gratiae, animae viuificatricem, quam per ea assequuntur a Christo. Igitur proprie prout nunc loquimur de sacramentis, sacramentum est signum rei sacrae in quantum est sanctificans homines. Et vt respondeamus ad argumenta a Diuo Thoma obiecta dicimus quia non obstat primo, quod creaturae sensibiles sunt signa rei sacrae, id est, Dei: quia solum significant sanctitatem attributorum sapientiae, & bonitatis Dei, in quantum haec attributa sunt in seipsis sacra, non autem in quantum per ea nos sanctificamur, idco sacramenta non sunt. Sicut neque etiam caeremoniae veteris legis, quae significabant Christum prout in se sanctus est sacramenta erant. Illae autem, quae significabant sanctitatem, quatenus per eam nos sanctificamur sacramenta proprie veteris legis erant, vt immolatio agni paschalis, significans immolationem Christi; qua sanctificati sumus. Et per hoc patet solutio ad 2. Neque obstat argu. 3. quia aspersio aquae benedictae, & consecratio altaris; & similia solum significant dispositionem ad sanctitatem: idco sacramenta non sunt: quia ea sacramenta dicuntur, quae ipsam perfectionem sanctitatis humanae, id est, gratiam gratum facientem significant.

¶ Circa praedictam doctrinam D. Thoma primo notatu opus est ad differentiam vocum, quae sunt signa speculatiua, instituta ad exprimendos conceptus, omnia sacramenta tam vetera, quam noua posse dici signa practica, licet aliter & aliter. Nam communis praeterea tam noua, quam vetera sacramenta possunt dici signa practica, in quantum significant rem sacram, id est, gratiam homines sanctificantem. Sed sacramenta non instructo. consec. pars. 2.

ua sic sunt signa practica, & taliter, quod efficiunt quod significant, quod non compete bat veteribus sacramentis.

¶ Secundo perpendendum est, quod licet alij prolixiorum comminiscantur diffinitionem sacramenti in communi, qualis est illa: Sacramentum est signum practicum, sensibile, pertinens ad religionem, habens occultam significationem, & licet alij alias confingant: tamen haec diffinitio Diui Thomae idco praeter omnibus digna est acceptatu, vbi sic diffinit sacramentum: Sacramentum est rei sacrae signum, in quantum est sanctificans homines: tum quia desumpta est ex Diuo Augustino in Epistola ad Eugenium: tum quia breuiloqua est, quae est vna de conditionibus bonae diffinitionis traditis. 6. Topi. ab Aristotele. Neque obstat prima ratio Scoti in contra; scilicet, quod sacramentum non potest diffiniri, quia non est vna res per se. Quia respondetur, quod sicut plura concurrentia ad constitutionem domus etsi sint plura in genere substantiae, sunt tamen vnum per se in genere qualitatis vnus formae vel figurae: ita applicatio materiae & prolatio formae licet sint inter se diuersa, tamen in genere signi faciunt vnum per se signum. At aliud est de homine albo qui per se diffiniri non potest, quia albedo & homo in nullo genere faciunt vnum per se, secundum Aristotelem. Neque obstat quod sacramentum in genere signi sit ens rationis: quia non est ens rationis, vt chimera, sed in rebus vere realibus consistit, licet significatio, quae est eius ratio, sit ens rationis. Neque hic contendimus, an haec diffinitio sacramenti sit quidditatiua proprie, quia satis est autore Soto, quod eo modo sit quidditatiua, quo ens rationis habet quidditatem. Quidquid enim possumus mente concipere, possumus explicare, & quodammodo diffinire.

¶ Igitur, si ad diffinitionis sensum attendamus, scilicet, quod sacramentum sit signum rei sacrae & non cuiuscunque rei sacrae, sed gratiae gratum facientis, quae absolute a Theologo vocatur res sacra, quippe quae consecrat animas Deo per quandam vnionem amoris, & quae finis est reliquarum consecrationum, quae in Ecclesia fiunt, hinc omnia argumenta contra hanc diffinitionem obiecta dissoluentur.



AD ARGUMENTA aliorum contra definitionem sacramenti responsio.

**A**d argumentum de Cruce Christi Domini respondetur, illam non esse sacramentum. Quia licet representet Christum, tamen quia non est instituta in particulari ad significandum gratiam gratum facientem, eiusque actionem, ideo crux ipsa Christi & eius passio non sunt sacramenta, sed potius causae sunt effectrices, & vniuersales remissionis peccatorum, & collationis gratiae, vt tradit Diuus Thomas. 3. parte. quaestio. 49. artic. 1. in solut. ad. 4. Quos quidem effectus producant per baptismum, & poenitentiam & alia sacramenta, quae virtutem habent ex passione Christi tanquam instrumenta eius ad producendos hos effectus. Similiter literae sacrae non sunt institutae ad significandum gratiam quatenus sanctificat animam, ideo non sunt sacramenta in hoc sensu. De circumcisione negandum non est fuisse sacramentum veteris legis, quippe quae erat signum ad cultum religionis spectans, signumque gratiae, quae virtute fidei Christi per eandem circumcissionem applicatae conferebatur, licet ipsa circumcisio illam non conferret. Agnus quoque paschalis ratione iam praedicta erat sacramentum veteris legis. At de oblatione Melchisedech, quia teste Diuo Paulo significauit sacerdotium Christi, probabile est fuisse sacramentum. De oblatione vero Abel licet ordinata fuit ad cultum Dei quatenus principium rerum & creator erat: tamen quia ad significandam gratiam sanctificantem animam non erat ordinata, non est asserendum, quod sacramentum fuerit. Caeterum caeremoniae, quae purgatoria sacrificia dicebantur in veteri lege, licet causa cultus Dei instituta essent: tamen, quia non attingebant animam, quia egera & infirma elementa erant, vt dicitur ad Galat. 5. Corpus expiantia sacramenta non erant, neque esse poterant, nisi essent signa conferendae gratiae per Christum, vt agnus paschalis, & circumcisio. Item serpens aeneus sacramentum non fuit. Quia licet Christum in cruce pendentem significaret: sed non fuit signum institutum ad religionis culturam, sed ad mede-

lam illius plagae, quae tunc saeuiebat in populum. Qua ratione neque Manna de caelo, neque ex petra fluens aqua (quia signa non fuerunt ad culturam Dei instituta) sacramenta fuerunt. Sicut neque matrimonium in lege naturae sacramentum proprie fuit: quia in officium naturae, non autem in religionis caeremoniam institutum est. Secus est de matrimonio Christianorum, quod quidem sacramentum est, quia est signum, & causa gratiae & religionis Christianae cultus. At neque missio columbae, vel missio ignitarum linguarum sacramenta fuerunt: quia non fuerunt instituta ad religionis cultum: sicut neque verba Christi ad Magdalenam, scilicet: Remittuntur tibi peccata.

¶ A qua quoque benedicta, tum quia per se sanctitatem, id est gratiam non confert extra baptismum, tum quia dispositio quaedam est eius aspersio ad perfectionem gratiae tantum, sacramenti rationem non habet. Crucem quoque Domini a ratione sacramenti secludimus, tum propter rationem supra dictam: tum, quia licet eius adoratio religionis officium sit, tamen non significat gratiam per modum sacrae, sed Christum passum.

¶ Porro in articulo tertio iam Diuus Thomas superaddit indagare, vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum, an plurium. Respondet autem, sacramentum plurium rerum esse signum, scilicet, trium praecipue rerum. Primo passionis Christi causantis nostram sanctificationem: & secundo gratiae nos formaliter sanctificantis: & tertio gloriae seu vitae aeternae, quae est finis, ad quem nos perducit sanctificatio per gratiam. Quia in sanctificatione, ad quam significandam sacramentum ordinatur tria haec, quae sunt causae eius, ordine quodam est considerare, scilicet, passionem Christi, quae est causa gratiae per modum efficientiae, secundum quod comparatur ad deitatem Christi, & per modum meriti; in quantum comparatur ad voluntatem animae Christi: & secundo ipsam gratiam, quae est formalis causa sanctificationis: & tertio vitam aeternam, quae est sanctificationis causa finalis. Vnde consequitur, quod sacramentum est signum rememorative eius, quod praecessit, scilicet, passionis Christi, & demonstratiuum eius, quod in nobis efficitur per Christi passionem, scilicet, gratiae: & praenuntiativum futurae gloriae. At, vt argumenta obiecta a Diuo Thoma dissoluamus, dicimus quod

quod non obstat primum argumentum: quia sacramentum non est signum aequiuocum, sed vniuocum. Quia licet significet plura significata illa, secundum quod ex eis quodam ordine efficitur vnum: sicut ly, homo, non est aequiuocum, quia licet significet plura, scilicet, corpus & animam, significat tamen haec prout ex eis constituitur vna humana natura. Neque obstat argum. 2. quod sacramentum significet passionem & effusionem sanguinis Christi in cruce quia significando ista, vt fuere causa nostrae sanctificationis significat ipsam gratiam, quae est effectus intellectus in ipsa causa sanctificante. Quae quidem gratia, cum inde causetur, vt pignus gloriae sacramentum significando passionem, & sanguinem Christi, scilicet, vt causam significat hos duos effectus inde subsecutos, scilicet, collationem gratiae, & adeptionem gloriae. Neque obstat tertium argumentum, scilicet, quod sacramentum significet perfectionem, quae est finis, quae est vita aeterna: quia illam sola non significat. Quia ad rationem sacramenti sufficit, quod significet perfectionem, quae est forma, id est, gratiam gratum facientem. Imo secundum Diuum Thomam in initio quarti: quia sacramentum significat praedicta tria secundum quod ad nostram sanctificationem referuntur, & non secundum gradus, quos in se habent, ideo primum ac potissimum significat gratiam formaliter sanctificantem: & ideo alia duo, scilicet, passionem Christi tanquam causam gratiae effectricem, & gloriam, vt causam eius finalem consignificat. Adde vero quod sacramentum etiam, & alios effectus potest denotare, vt sacramentum Eucharistiae designat corpus & sanguinem Christi sub speciebus ibi contenta, in super & vniorem & communionem fidelium. Sed non propter hoc contra Scotum in quarto distinctione. 1. quaestio. 2. articulo. 3. oportet in definitione sacramenti addere, scilicet, quod sit sacramentum signum rei sacrae, vel effectus gratuiti. Licet enim existentia corporis Christi Domini in sacramento altaris non incongrue secundum Scotum, & Okam, effectus gratuitus dici possit, sicut eius etiam incarnatio: tamen sub nomine rei sacrae in hac definitione comprehenditur, quia non significatur ibi corpus Christi, vt est in se sanctum solum, sed vt dum sumitur, est nos sanctificans, & prout ibi continetur ad finem nos sanctificandi per gratiam formaliter diffusam in animas nostras. Nam sensibile

quod Christus nos sanctificat per se solum sine alia gratia formaliter nobis inherente, assertio est haeretica & Lutherana damnata in Concilio Tridentino. Canone. 10. de iustificatione impij. Vbi sic diffinitur: Si quis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse, anathema sit. Igitur sacramentum gratiam a Christi passione causatam nos formaliter sanctificantem principaliter significat. Quo circa istius gratiae creatae in anima est potissimum signum, & non est potissimum signum gratiae increatae, id est, Dei, vt aliqui autumat. Quia Deus in se non est proprie gratia prout de ea loquitur Paulus ad Romanos. 11. quia sic gratia non est nisi donum hominibus absque suis meritis gratis impensum. Vnde licet Spiritus sanctus nobis donetur, quia semper venit cum donis in animam, secundum sua dona dicitur gratia. ita Sotus.

¶ Circa doctrinam Diui Thomae, hic nobis traditam, quia continget aliquibus dubitare, an omnibus sacramentis praedicta triplex significatio conueniat, Respondetur quod licet omnibus Euangelicis sacramentis haec triplex significatio largo modo conueniat, eo quod significant gratiam virtute passionis Christi ad vitam aeternam nobis impensam: tamen Eucharistia & baptismus expressius imaginem passionis Christi referunt. At sacramenta vetera non tam commemoratiua praeteritorum erant, quam futurorum prognostica. Praeterea perpendito, quod quia non sunt commiscenda sacra profanis, secundum Caietanum, licet fabulae poetarum possint adduci ad exprimendos mores hominum, tamen non ad significandum sacra: quia irreuerentia exhibetur rebus sacris. Quo circa merito liber ille, qui gesta Romanorum intitulabatur in catalogo edito per sanctam Inquisitionem connumeratur inter prohibitos. Alias ad instructionem morum D. Hieronimi in Epistola ad Paulinum, inducit Tantalum in figura auari, & D. Basilii in tractatu ad nepotes, ad instructionem morum inducit fabulas Homeri.

¶ Praeterea in articulo quarto inquitur a Diuo Thoma, vtrum sacramentum sit sensibile per aliqua res sensibilis. Respondet autem quod quia Deus disponens omnia suauiter prouidet vnicuique secundum suum modum, cum autem iste modus connaturalis insitus sit homini a natura, vt per sensibilia perueniat ad intelligibilem; & spiri-

tualiam notitiam, quales sunt res sacræ, quæ per sacramenta significantur, hinc fit consequens, ut per aliquas res sensibiles significatio sacramenti impleatur. Sicut etiam in sacra scriptura per similitudines sensibiliū rerum res spirituales nobis describuntur. Vnde concluditur, quod ad sacramenta res sensibiles requiruntur. Quod etiam probat Diuus Dionysius cap. 1. Ecclesiast. Hierarchiæ. Ad argumenta Diui Thomæ facientes satis dicimus, ad primum, quod non obstat, quod omnis effectus sit signum suæ causæ autore Aristotele lib. Priorum. & quod sint aliqui effectus intelligibiles, qui sunt signa suæ causæ, ut delectabiliter operari, est signum generati habitus, qui effectus intelligibiles non habent per se signa esse, nisi quatenus per aliud sunt manifestati. At effectus sensibilis, per se habet esse signum, quia primo & per se homini innotescit: quia omnis nostra cognitio ortum habet à sensu. Vnde signum sensibile, utpote quod per se est signum, ponitur in diffinitione sacramenti, quæ continere debet id, quod per se conuenit diffinito, id est, sacramento.

¶ Neque obstat, quod res sensibiles secundum se consideratæ non pertineant ad regnum Dei, ad quod pertinent sacramenta. Quia si assumantur ut signa rerum spiritualium, sicut assumuntur in sacramentis sic pertinent ad regnum Dei, quod in rebus spiritualibus consistit.

¶ Neque obstat secundum D. August. in lib. de lib. Arbitrio, quod res sensibiles minima bona sint, sine quibus homo recte viuere potest: quia loquitur ibi D. August. de rebus sensibilibus, secundum quod sunt in sua natura, non autem secundum quod assumuntur ad significandum spiritualia, quæ sunt maxima bona. Et per hoc satis fit. 2. & 3. argumento D. Thomæ.

¶ Inter difficultates, quæ circa hanc doctrinam D. Thomæ emergere possunt, prima est de infantibus, dum baptizantur, quibus baptismi sacramentum non est signum, cum nihil eis pro tunc significet. Respondetur autem, quod ut sit etiam respectu illorū baptismus sacramentum, satis est, quod sicut tunc per suos susceptores ad baptismum credunt, qui eorum vice fidei obseruantiam protestantur: ita satis est, ut per ipsos sacramenti signum percipiant. Nam habitum fidei infusum per susceptionem baptismi percipiunt: sicut & gratiam, & virtutes infusas ei comites.

¶ Alia difficultas hic fit obuia de Corpore Christi in sacramento altaris existenti, quod esse sacramentum negandū non est: & tamē illic signū sensibile nō est. Respondetur autem ad hoc primum secundum Sotum, quod corpus Christi ibi per synecdochen dicitur sacramentum; sicut nomen totius dicitur de parte. Nam species panis, prout continent corpus Christi, sunt sacramentum, corpus vero Christi ibi virtus est sacramenti. Vnde sicut virtus sacramenti baptismi non est sensibilis per se: ita neque corpus Christi, quod sacramentum dicitur respectu gratiæ quam causat: nam respectu specierum res est significata per sacramentum. Secundo respondetur, quod secundum Diuum Thomam in 4. distinctione. 1. quæstio. 1. character & corpus Christi verum non dicuntur, sacramenta: nisi quatenus signis sensibilibus coniunguntur. Et idem dicendum est de indissolubili vnione matrimoniali. Tertio respondetur, quod diffinitio sacramenti, scilicet, quod sit signum sensibile per se correspondet rei, quæ est sacramentum tantum, & non rei quæ est res & sacramentum simul, sicut est corpus Christi in altari. Nam respectu specierum est res ibi contenta: respectu vero gratiæ est sacramentum.

¶ Difficultas præterea alia occurrit de sacramento matrimonij ex Durā. in 4. sent. dist. 1. q. 3. de sacram. matr. asserente contra Doctores alios, quod non sit signum sensibile, cum asseratur esse sacramentum: de quo ipse dubitat, tamen pessime dubitat de eo quod catholica Ecclesia tenet, scilicet, esse vnud de numero. 7. sacramentorum. Sed pro ea parte quod non sit sensibile signum videtur facere, quod Nicolaus Papa ait, cap. sufficiat 27. quæstio. 2. Vbi ait, quod ad matrimonij contrahendum sufficit consensus eorum, qui contrahunt. Idem diffinit Alexander. 3. cap. cum locum. de sponsalibus. Tamen respondetur primo, quod hi summi pontifices diffiniunt sufficere consensum, non qualemcunque, sed cōsensum mutuum. Mutuus autem esse non potest vllō modo, nisi consensus vtriusque alteri constet, quod sine verbis, aut literis, aut nutibus, quæ sensibilia signa sunt, fieri non potest. Igitur per hoc, quod pontifices consensum sufficere aiunt, non excludunt quodcunque exterius signum. Sed secundum Panormitan. cap. cum locum. de sponsalibus. indicant, nō requiri consensum parentum, aut copulam, aut benedictionem per Ecclesiæ ministros, quæ ad solam solennitatem

nitatem spectat, neque requiri certam formam verborum, sicut in reliquis sacramentis: licet in vsu recipienda sit illa forma: Accipio te in meam, quia accommoda valde est. Imo neque verba expressa requiruntur, dum nutus, vel alia signa intersint, declarantia mutuum consensum.

¶ Porro in articulo quinto, quæritur à Diuo Thoma, vtrum requirantur determinatæ res ad sacramenta. Respondet autem, quod, quia in sacramento duo est consideranda, scilicet, quod in cultum cedit Dei, & secundo, quod ad sanctificationem pertinet hominis, qui per sacramentum sanctificatur, à Deo: si igitur nostra sanctificatio in potestate est Dei sanctificantis, ad Deum & non ad hominem pertinet eas res determinare per quas ve lit sanctificare. Neque enim, ea quæ in potestate sunt alterius attinet ad eos determinare. Ideo in sacramentis nouæ legis, quibus homines sanctificantur iuxta illud primæ ad Corint. 6. Abluti estis, sanctificati estis, oportet uti rebus ex diuina institutione determinatis.

¶ Ad argumenta obiecta respondetur, quod primum argumentum non obstat, scilicet, quod idem possit significari per diuersa. Quia determinare quo signo sit vtendum ad significandum, pertinet ad sanctificantem, sicut in sacra scriptura Spiritus sanctus determinauit similitudines, quibus in certis scripturæ locis res spirituales significantur: & sic præsignauit Deus in sacramentis. Neque obstat secundum argumentum de medicamine corporis; vbi vna res pro alia applicatur interdum: quia non refert si duæ res sensibiles habent eandem virtutem naturaliter inditā, quod indifferenter quis eis vtatur ad corporis salutem. Tamen sensibilia quæ applicantur in sacramentis, non ordinantur ad sanctificationem ex aliqua virtute naturaliter indita, sed ex institutione diuina. Ideo quibus rebus sensibilibus in sacramentis vtendum esset oportuit diuinitus determinari. Neque obstat tertium argumentum, quia secundum D. August. 19. contra Faustum diuersa sacramenta diuersis temporibus congruunt. Quo circa etsi in statu legis naturæ solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum, tamen eodem instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilibus ad cultum Dei vtentur. Et adhuc in lege veteri, tum propter obscuritatem legis naturæ ex peccatis, tum vt expressior gratiæ Christi significatio daretur, necesse fuit adhuc determinari res sensibiles.

Instruct. conf. pars. 2.

sibiles, quibus vtendum esset in sacramentis. Et in lege gratiæ specialior facta fuit à Deo super hoc determinatio. Neque per hoc contractata est via salutis: quia res, quarum vsus est necessarius in sacramentis, vel communiter sunt ad manum, vel modico labore possunt haberi.

¶ Circa literam Diui Thomæ occurrit obiectio, quod ratio, qua vtitur Diuus Thomas ad probandam suam conclusionem, scilicet, quod ex institutione diuina Dei fuit decretum, quibus rebus in sacramentis vtentur ad nostram sanctificationem, quia ad ipsum attinebat sanctificare, non sit accommodata ratio. Quia Deus plures cæremonias olim instituit per se, licet instrumenta non essent conferendi gratiam. Respondetur tamen, quod ideo Deus illas cæremonias instituit, ut essent signa rei supernaturalis, id est, prognostica aduentus Messias, non ut essent instrumenta gratiæ. Quapropter res illæ sacramentorum veteris testamenti non se habebant ut materia, sicut res sacramentorum nouæ legis se habent: vnde illas cæremonias veteris legis alia ratione Deus instituit, & posteriori alia ratione instituit nostra sacramenta.

¶ Iam in articulo. 6. à Diuo Thoma quæritur, vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba. Respondet autem triplici ratione in sacramentis ex parte significationis eorum requisita esse verba. Primo ex parte causæ sanctificationem nostrā efficientis per sacramenta. Nam quemadmodum verbum diuinum sensibili carne nostra indutum nostræ sanctitatis est autor: sic per sensibile signum verbo informatum nobis eandem sanctitatem impertit. Secundo ex parte hominis, qui sanctitate donatur. Siquidem cum ex anima & corpore sit compositus, consentaneum fuit, ut sicut sacramentum per sensibilem materiam corpus tangit: ita per verbum ab anima crederetur, iuxta illud Diui Augustini. tractatu. 8. super Ioannem. Vnde est ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat & cor abluat. Tertio ex parte significationis: quia secundum Diuum Augustinum, in. 2. de doctrina Christiana. verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia per verba magis distinctè exprimimus quæ concipimus. Vnde ad perfectionem sacramentorum conueniens fuit, ut eius materiæ, quæ indeterminatæ de se sunt quoad significationem, determinarentur ad aliquid spirituale significandum in particulari per verba. Nam alias aqua, sicut potest significare abluitionem

A 4

prop-

propter suam humiditatem: ita etiam refrigerium propter suam frigiditatem. Sed cum dicitur: Ego te baptizo, significatur, quod uti mur aqua ad signandam mundiciam spirituales.

¶ Argumenta Diui Thomæ dissoluentia dicimus, quod primum non obstat. Quoniam Diuus Augustinus contra Faustum sacramenta vocat quasi quaedam verba visibilia, per quamdam similitudinem, qua ad instar verborum significant, dum ibi res visibiles per formam verbalem sacramentorum determinantur ad distincte significandum: & ideo additio verborum in sacramentis non est superflua. Neque etiam secundum argumentum obstat. Quia licet verba, & aliae res sensibiles sint, in diuerso genere quantum ad suam rationem naturae: sed in sacramento conueniunt in ratione vnius signi, sicut lapides & ligna domus conueniunt in ratione vnius domus. Sub rebus autem continentur, & comprehenduntur ipsi actus sensibiles, puta, ablutio, inunctio: quia ista consignant sicut & res. Neque obstat argumentum tertium. Quia potiori ratione in sacramentis nouae legis requiruntur verba, quam in veteribus. Tum, quia vetera praenuntia erant Christi ymbratica: & ideo non tam expresse significabant Christum, sicut & nostra. Tum, quia nostra eo quod a Christo fluxerunt, ab eodem quamdam similitudinem ipsius participat. Sed in sacramentis & caeremonijs veteris legis quidam usus verborum adhibebatur, iuxta illud Numer. 26. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis ad eos, &c.

¶ Circa literam Diui Thomæ notasse primo operæpretium est, scilicet, quod sacramenta rebus, & verbis constare veritas catholica fidei est. Quod autem res nuncupetur materia, verba vero forma, ut Diuus Thomas in solut. ad. 2. docet, Doctorem vsu vitio non tribuendo receptum est. Hoc autem Doctorem idioma Concilium Florentinum sua autoritate comprobauit, dum ait, omnia sacramenta tribus perfici, scilicet, rebus, tanquam materia, & verbis, tanquam forma, ac persona ministri, ac subinde singulis sacramentis materias, & formas tribuit.

¶ Praeterea praedicto Concilio Durandus antiquior in quarto sentent. distinctione prima, quaestione tertia, aduersari videtur, dum quibusdam obiectionibus labefactare contendit doctrinam Diui Thomæ, his tribus articulis traditam. Nam primo obicit contra Matrimonium, quod in eo

nullae res sensibiles interueniunt: quoniam nuptibus & literis celebrari potest. Obicit quoque & secundo, quod in sacramento matrimonij, & poenitentiae nullae res sensibiles praeter verba inueniuntur. Tum obicit tertio, quod in sacramento matrimonij verba contrahentium non possunt esse forma sacramenti: quia eum pari ratione concurrant ad contractum matrimonij non est cur magis verba vni contractus sint materia, ut verba alterius intelligatur esse forma.

¶ At, ut viam aperiamus, quo viam harum obiectionum Durandi retundamus, hic animaduertenda est doctrina Diui Thomæ in quarto sentent. distinctione. 14. articulo primo. Vbi docet ad instar medicinarum corporalium, quarum quaedam consistunt in receptione sola, qua aeger eas in se recipit, ut emplastri applicatio, & quaedam in infirmi actione, ut exercitatio, sic vsu euenit in sacramentis. Nam in quinque alijs sacramentis, quia consistunt in passione, id est, receptione eorum nulla requiritur recipientis exterior actio praeter intentionem. Vnde fit consequens, ut in illis requiratur materia, quasi extrinsecus applicata, ut aqua, oleum, & caetera. In poenitentia autem & matrimonio quia actus suscipientis sunt necessarij, fit consequens, ut illi vicem materiae subeant, quae determinari possit per formam, sicut confessio in sacramento poenitentiae, quae alias indifferenter ob varios fines fieri poterat, ut materia limitatur per illam formam: Ego te absoluo: ita ut sacramentalis esse denotetur. In matrimonio vero discernere materiam a forma difficilius est, quia Concilium Florentinum cum reliquis sacramentis suas assignauerit distinctas materias, & formas, matrimonio tamen non assignauit, nisi tantum causam, scilicet, mutuam consensum, per quem contrahitur. Neque in hac parte Palude in quarto, distinctione prima, quaestione quarta, est recte locutus, dum pro materia matrimonij assignat ipsas personas contrahentes, quia suscipiens sacramentum non est pars eius essentialis, ut possit esse eius materia, sed est subiectum sacramenti. Sed neque consensus vnius potest esse materia, & alterius consensus forma. Quia cum consensus sit causa efficiens interior & de se non sensibilis: materia sacramenti sensibilis signi esse non potest. Restat ergo, ut ex. 4. dicendi modis, quos Capreolus

in

in quarto, distinctione. 26. in soluti. septima, assignat in primo eius modo, in quo debuisset ipse persistere, persistamus dicentes cum Diuo Thoma, verba seu nutus, seu literas, quibus consensus mutui exprimitur, sibi inuicem esse materiam, & formam, etiam si in eodem instanti ab utroque proferantur. Nam ad materiam perfici, ad formam vero perficere attinet. Igitur cum matrimonium non perficiatur, nisi per vtriusque consensum, verba vel signa exteriora quatenus perficiunt, sunt forma: & quatenus perficiuntur per verba, vel signa ex altera parte sunt ut materia. Neque obstat, quod materia semper debet praecedere: tum, quia in suo genere causae materialis intellectu praecedit: tum, quia dependentia vnius ab altero tollit prioritatem temporis. Sicut contingit in matrimonio, ut non sit necessaria, ut aliquid dicatur materia alterius, quando inuicem se perficiunt. Sicut in numero ternario est videre, quod, quia completur per vnitatem, & non magis per vnam, quam per aliam, vnaquaelibet earum potest considerari, ut forma & reliqua, ut materia.

#### Ad argumenta Durandi.

**R**espondetur ad primum negando, quod in matrimonio nullae interueniant res sensibiles. Nam interueniunt verba, vel nutus, vel literae, quae res sensibiles sunt, quae verborum loco habentur. Imo ipsa copula ante Concilium Tridentinum dum praecessissent sponsalia de futuro si subsequeretur affectu maritali virtute praecedentium sponsalium, signum sensibile erat interpretis consensus mutui maritalis, ita ut illa copula respectu vnius esset materia, & respectu alterius esset forma, & vice versa. Secus esset tamen, si non praecessissent sponsalia, sed solo interiori consensu se commiscuissent, quia neque tunc matrimonium fuisset. Ad secundum respondetur, quod hic non ita strictè accipimus nomen rerum contra verba, sed res vocatur a Theologis, quidquid potest esse materia sacramenti, ut distinguitur a forma, licet sit verbum.

¶ Ad tertium argumentum iam responsum est, & ad eius replicam, scilicet, quod verba contrahentium, vel nutus sibi inuicem diuersis considerationibus sunt materia, & forma: explicuimusque iam, quomodo hoc fit intelligendum.

¶ Iam in. 7. artic. inquiritur a D. Thoma, vtrum in sacramentis requirantur determinata verba. Respondet autem, quod multo

magis in sacramentis requiritur determinata forma verborum, quam determinata res sensibilis. Quia cum in sacramentis verba se habeant, ut forma, & res sensibiles per modum materiae, & forma sit principium determinationis, quia est veluti finis & terminus ut patet in compositis ex materia & forma: fit sane, quod si materia determinata requiritur in sacramentis, multo magis requiratur forma determinata verborum. Nam materia determinata requiritur, ut sit proportionata determinatae formae, tum etiam, quia ad esse rei principaliter requiritur determinata forma, quam determinata materia.

¶ Ad argumenta D. Thomæ respondendo dicimus, ad primum quod non obstat, quod voces materialiter quoad sonum, & prolatio netti oris non sint eadem apud omnes: quia satis est, ut per eas possit perfici sacramentum, ut innuit D. August. super Ioan. quod tales voces sint idem apud omnes secundum sensum, qui fide tenetur. In quo sensu si proferatur per quancumque linguam sacramentum perficitur.

¶ Ad secundum dicitur quod non obstat, quod diuersa verba idem significet in aliqua lingua: quia nihilominus ex his verbis, vel vocibus illa principaliter utendum est in illa lingua in significatione sacramenti, qua communis & principaliter utitur homines illius linguae ad significandum hoc quod praedit Deus. Sicut inter res sensibiles illa assumitur ad significationem sacramenti quae est communior ad actum, per quem sacramenti effectus significatur. Sicut aqua assumitur in baptismo quia communius ad abluitionem corporalem, per quam spiritualis ablutio significatur applicatur. Ad. 3. argu. respondet D. Tho. ita ut exponat decretum Zachariae. can. retulerunt. de consecra. dist. 4. Vbi proponitur dubium de sacerdote, qui quosdam baptizauit in nomine patriae & filiae, & spiritus sanctae. Primo naq; ait, quod de industria corruptes verba non videtur sacramentum perficere: quia non videtur intendere, quod facit Ecclesia. Sed quid si intendere id quod Ecclesia nihilominus ex industria diceret. In nomine patriae, & filiae, &c. Ad hoc dixerim, quod verisimilius est tunc esse sacramentum baptisimi validum. Nam licet tota oratio propter incongruitatem non significet ex impositione nihilominus ex accommodatione vsus dum per illam baptizabat ille sacerdos eundem sensum referebat, ac si diceret: in nomine patris, si intenderet baptizare, licet ex industria fecisset. At & si frater Iosephus Minorita in suis Floribus affirmet esse de mente



Diui Thomæ, quod de industria sic baptizans valide non baptizaret: sed Diuus Thomas absolute hoc non affirmat, sed quasi secundum præsumptionem, scilicet, quia præsumitur intentione Ecclesiæ carere. Sed verum esse videtur quod addit idem F. Iosephus, quod si quis baptizaret in nomine filia cum intentione, quod Deus filiam formidam haberet, valide non baptizaret.

¶ Secundo asserit Diuus Thomas, quod si quis non de industria, sed ex errore, vel lapsu, vel balbutie linguæ sic corrumperet verba, vt omnino sensum auferat locutionis non perficitur tunc sacramentum.

¶ Tertio asserit, quod si non totaliter ex corruptione, vel mutatione, vel transpositione mutetur significatio, vt tollatur omnino sensus locutionis, adhuc perficitur sacramentum. Addit autem Diuus Thomas, quod licet magis attendenda sit quantitas corruptionis ex parte dictionis, quia tam ex parte eius principij, & finis potest esse tam parua, quod non auferat sensum verborum, & tam magna, quod auferat, sed tamen facilius accidit totaliter, aut sensus ex parte principij, vt si pro patris dicatur matris, & pro filij matris, quam ex parte finis apud Latinos, apud quos variatio in fine dictionis et si mutet conjugationem, aut declinationem, sed non conjugationem, sed apud Græcos coniugatio etiam secundum principium variatur.

¶ Ex prædictis conijciendum venit; quid sit dicendum ad casum contingentem in regionibus Indiarum in nouo regno. De quo sum dicere rogatus, vbi quidam Hispanus rusticus tempore pestis inter Indos infideles conuersans plurimos in articulo mortis præignorantia per hanc formam baptizauit: Yo te baptizo en el nombre del padre, y del hijo, y del spiritu sancto. Quos dubius ego de hac forma an ex accommodatione vsus sensum legitimum faceret, consului in isto dubio, iterum sub conditione fore baptizandos, quia loco verbi, vti nomine, quod actionem ministri non significat, magna mutatio videtur esse omnino tollens sensum. Præterea notatu dignum est, merito in Ecclesia contra Caietanum in vsu fuisse receptum baptizare per hoc verbum Græcū, Baptizo, eo quod tempore Apostolorum qui eodem verbo vsi esse censentur, idioma Græcum vniuersalius erat. Præterquam quod hoc verbum baptizo ampliori gaudet significatione: significat enim mergo, abluo, tingo, quibus tribus modis baptismus fieri potest.

¶ Præterea pro dilucidatione D. Thomæ doctrinæ in hoc articulo, explorandum est, an formæ sacramentorum sint de iure diuino. Dicitur ergo primo, quod quia Deus solus est, qui potest instituire sacramenta, ideo sacramentorum formæ de iure diuino sunt. De qua assertionem non licet dubitare, quippe quæ tam in Concilio Florentino in decretis Eugenij ad Armenos continetur: & à Concilio Tridentino, sessione. 7. canone. 1. approbatur. Vbi sic definitur: Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet; Baptismum, Confirmationem, Eucharistiā, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem & Matrimonium: aut etiam aliquod horum septem non esse vere & proprie sacramentum, anathema sit. Vide cap. ad abolendam. de hæretic.

¶ Secundo dicitur, quod non omnium sacramentorum formæ eodem gradu explicitæ sunt à Christo. Quia quædam sunt in Euangelio expressæ, vt forma baptismi Matthæi. 28. vlt. baptizantes eos in nomine patris, & cetera. Et forma consecrationis Matthæi. 26. Hoc est corpus meum. Et forma sacramenti pœnitentiæ elicitur ex illo loco Matthæi. 16. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & reliquæ formæ ex Euangelio facile depromuntur. Et per Apostolorum traditionem eas Ecclesia habet de fide receptas à Christo Domino per Apostolos, qui eas à Christo Domino audierunt. Quia Christus Dominus eas formas per se ipsum in Euangelio exprimere curauit sacramentum, quæ necessaria esse populo demonstrauit, vt baptismi, Eucharistiæ, & pœnitentiæ. Imo etiam ordinis in communi necessarij populo expressit, dum dixit in vltimo cœnæ: Hoc facite in meam commemorationem. Sed matrimonij formam nullam aliam distinctam tradidit, quam eam, quæ iure naturæ consensum conjugalem exprimere sufficit, licet illa cap. licet. de sponsa duo, sit accommodata. Ex prædictis corollariè colligitur Solum in quarto sentent. distinctione prima. quæstione quinta. articulo primo. non tam circumspectè in illa quarta conclusione conclusisse, temerarium esse & non hæreticum, vt in tertia conclusione concludit, negare omnia sacramenta fuisse à Christo instituta, vt extremam vnctionem, & confirmationem: quamuis concedat hæreticum esse negare ea esse de iure diuino. Quia Concilium

lium Tridentinum expresse declarat sub his verbis, quod anathema sit, qui negauerit omnia septem sacramenta fuisse à Iesu Domino nostro instituta. Vnde hæreticum esse existimo post hanc definitionem Concil. Tridenti. asserere, quod non omnia sacramenta Christus Dominus instituerit, sed quod eorum institutionem alicui Apostolorum commiserit, quidquid sit de aliquo, scilicet, extremæ vnctionis & confirmationis promulgatione: quam autore Diuo Thoma. in quarto. distinctione. 23. quæstione. 1. articulo. primo. reliquit Apostolis propagandam.

¶ Porro in octauo articulo inquiritur à Diuo Thoma, vtrum liceat aliquid addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum. Respondet autem, statuens primo duo notabilia circa mutationes harum formarum. Primum ex parte intentionis profertis sacramentalia verba, dum dispensat sacramentum. Quia si intendat per huiusmodi additionem, vel diminutionem alium ritum ab Ecclesia non receptum inducere, non videtur perfici sacramentum: quia videtur ei deesse intentio faciendi, quod facit Ecclesia. Secundum notabile est ex parte significationis verborum. Nam cum verba operentur in sacramentis quantum ad sensum, quem faciunt considerandum est, vtrum per talem mutationem debitus sensus verborum tollatur. Nam sic palam est sacramentum non perfici, quia tollitur virtus sacramenti. Sicut etiam cum diminuitur aliquid eorum, quæ sunt de substantia formæ substantialis sacramentalis non perficitur sacramentum, vt si baptizando quis omitteret nomen alicuius personæ Trinitatis secundum Didymum in libro. de Spiritu sancto. Et hoc quia tollitur debitus sensus verborum. Secus autem esset si aliquid adderetur, vel subtraheretur, per quod debitus sensus verborum non auferretur, sicut à forma sacramenti Eucharistiæ hæc particula, enim, sublata debetum sensum verborum non tollit, & per consequens neque sacramenti perfectionem: quamuis in hoc culpa ex negligentia, vel contemptu interuenire potest.

¶ Idemque dicendum est de additione, quæ si talis sit, vt tollat debitum sensum, vt si baptizans dicat: Ego te baptizo in nomine patris, maioris, in sensu Arrianorum tollitur tunc virtus sacramenti. Secus est, si hæc additio debitum sensum verborum non tollit, vt si baptizans dicat: Ego te baptizo in

nomine patris omnipotentis & filij eius vni geniti, & cetera: quia tunc baptismum verum perficitur. Si autem in baptismi forma adderetur, & in nomine beatæ Virginis, quasi intendendo eam in hoc Trinitati adæquare, ita vt nomen Virginis aliquid operetur in baptismum, quia hic sensus contrarius fidei est, tolleretur vim sacramenti. Secus esset si ex deuotione apponeretur ea ratione tantum, vt eius intercessio profuit baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem: quia tunc non tollitur perfectio sacramenti. Ad argumenta Diui Tho. respondentes dicimus, Ad primū quod solum probat quod sicut non licet verbis sacre scripturæ apponere aliquid: ita quod dicatur esse de integritate sacre scripturæ: sic neque apponere aliquid formæ dicendo esse de necessitate formæ, cum non sit. Sed bene licet scripturæ aliquid apponere, quantum ad expositionem, licet non quantum ad sensum.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod cum verba pertineant ad formam sacramenti ratione sensus significati, ideo non tollitur species sacramenti, nisi aliquid subtrahatur, vel addatur de debito sensu per verborum additionem, vel subtractionem.

¶ Ad tertium argum. respondetur, quod tam interruptio verborum formæ sacramenti, quam eorum transpositio tunc tollit vim sacramenti, quando tanta est, quod sensum sacramenti auferat. Secus autem est, cum tam modica est, quod intentionem profertis, & intellectum verborum non auferat: Quia Aristoteles tradit nomina & verba transposita idem significare. Vnde dicere: In nomine filij & patris secundum Scotum, si recta adsit intentio, vim sacramenti non tollit.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ primo perpendere opus est, quinqueplacem distinctionem per mutationem, quæ in formis sacramentorum interuenire solent. Nam prima earum est corruptio. 2. additio. 3. subtractio. 4. autem est interruptio temporis, quinta denique est verborum formæ transpositio.

¶ Igitur omnes has mutationes examinaturi, primò à prima, scilicet, à corruptione & mutatione verborum exordiamur oportet. Dicimus ergo primo Diuum Thomam circa hoc duo documenta tradidisse, primum de corruptione in. 7. articulo. Vbi concludit, quod qui de industria corrumperit verba sacramentalia non videtur intendere facere quod Ecclesia facit, ac proinde neque videtur perficere.

perficere sacramentum.

¶ De mutatione verborum simile in hoc articulo tradit documentū, nempe quod qui intendit per mutationem alium ritum inducere, qui nō sit receptus ab Ecclesia nō videtur perficere sacramentū, quia nō videtur habere reintegrationē Ecclesiæ. Circa hæc duo asserta Diuus Thomas male intellectus à Paludano in. 4. distinctione. 3. quæstione. 1. ab eo impugnatur.

¶ Sensus autem Diui Thomæ est verus & clarus. Nam si in vtroque casu negat sacramentum perfici, est, quia præsupponit argutiue non adesse intentionem Ecclesiæ. Nam si illa adesset non negaret Diuus Thomas etiam hæreticum vere baptizare, dum modo non sic vitaret formam, vt ab ea tolleretur legitimum sensum. Non enim error hæreticorum excludit vim sacramenti, quod conferunt, nisi excludat verborum legitimum sensum, aut intentionem Ecclesiæ. Vnde ille sacerdos, qui præ ignorantia baptizauit in nomine patriæ, & filia, & cætera, licet ex industria alias fecisset, quia hic ex accommodatione vsus seruetur debitus sensus, si intentio Ecclesiæ hic non defuisset ei, verum etiam perfecisset sacramentum.

¶ Quò circa et si Diuus Thomas in his suis documentis asserens, quod non videtur perfici sacramentum glossari possit, quod id intelligit quando corruptio tanta esset, aut mutatio tanta, quæ legitimum sensum tolleretur. Sed tamen legitimum eius sensus fuit, quod etiam si ex accommodatione vsus seruetur legitimum sensus: qui ex industria vitiat formam (vt conijcitur ex eius voluntate) censendus est non habuisse intentionem Ecclesiæ: atque ideo nisi aliunde constiterit, legitimam habuisse intentionem, sacramentum habendum esse pro irrito, at nisi aliunde constaret legitimam intentionem habuisse, idem dicendum est de mutatione ritus in sacramentis obseruati, cum facta fuit ex industria ab aliquo ministro.

¶ Igitur in hac parte statuitur hæc regula generalis, scilicet, quod omnis error ministrantis sacramenta, qui intentionem Ecclesiæ comparatur, neque eam excludit, quia talis minister ea non caret, etiam si sit error contrarius formæ sacramenti, nisi exprimat in forma ipsa validitatem sacramenti non tollit, Et sic intelligitur Diuus Thomas: Vnde ignoranter impugnatur à Paludano. Quæ quidem regula confirmatur tunc ex Diuo Thoma, qui non simpliciter affir-

mauit baptismum Arrianorum non esse validum, sed si fieret in nomine patris maioris, & cætera, & ex Conc. Arelateni relato in can. de Arrianis. de consecratione. distinctio. quarta. & can. ab antiqua. qui est Diui Gregorij, vbi non simpliciter præcipitur, vt Arriani venientes ad Ecclesiam baptizentur; sed vt interrogentur, in qua forma fuerint baptizati, vt pateret vtrum suum errorem expressissent in forma baptismi, vel non. Igitur hæreticus licet per baptismum, quod confert adultis scientibus gratiam non conferat, validum tamen confert baptismum, si adsit ei intentio Ecclesiæ, & errorem suum præsertim contrarium formæ non ponat in forma. Ex quo corollariè inferitur, quod si Lutheranus credens corpus Christi non re, sed in figura esse in sacramento, intendens hunc errorem, diceret. Hoc quodammodo est corpus meum, etiam si sacerdos esset non conficeret sacramentum, quia neque sensum Ecclesiæ, neque eius intentionem vere profiteretur. Secus si nostra vteretur forma id intendens quod Ecclesia: quia tunc valide consecraret.

¶ Secunda regula generalis statuitur ad cognoscendos errores annullantes sacramentum propter corruptionem, aut additionem, aut subtractionem à forma sacramenti, etiam si sana sit intentio. Scilicet, quod si corruptio, vel additio, vel subtractio significationem mutat debitam sacramento, non fit sacramentū: si vero seruetur est sacramentū. Quæ quidem regulæ oportet exemplificari in sacramentis: si tamen prius exemplum posuerimus de mutatione verborum, quando verba quædam sacramenti mutantur in alia.

¶ Primo ergo, mutatio formæ exemplificatur in forma baptismi. Vbi si quis pro, baptizo, dicat, abluo te vel, tingo te aqua, verum conficeret baptismum: quia ista verba significationem debitam sacramento non mutant. Nam Diuus Paulus ad Romanos. 6. loquens cum baptizatis ait: Abluti estis. Et quia istud verbum, tingo, tum apud Ecclesiam, tum apud sanctos Doctores Cyprian. Diu. Hieronym. & alios receptum est in vsu, vt significet ablutionem baptismi, iuxta illud quod canit Ecclesia de Ioanne Baptista Domini, Qui nefas seculi meruit lauantes tingere lymphis. Si autem baptizans diceret: Ego te balneo, vel mitto in aquas, vel

mu-

mundo, vel compurgo à peccato originali, non videtur perficere sacramentum: quia ista nō significant per modum lotionis, sicut neque dicere: Ego te mergo. Nisi fortè ex accommodatione vsus dixerit quis, mergo, idem significare quod abluo. Sed quia hoc est dubium, videtur sic baptizatus, sit sub conditione rebaptizandus. Sicut etiam rebaptizandus esset qui per aspersionem esset baptizatus sub hac forma: Ego te immergo. Aut si baptizatus per immersionem esset baptizatus sub hac forma: Ego te aspergo: quia falsitas videtur tunc contingere in significatione formæ. Similiter, si duo pariter baptizantes hac forma vterentur: Nos te baptizamus, reiterandus esset baptismus; quia ly baptizamus, complexiuum sensum facit. Significat enim, quod non quilibet diuise, sed dependenter, & partialiter baptizat cum alio. Item si in baptismo omittatur ly, in, & ly, & cætera, secundum Paludem, non perficitur baptismus, quia sunt de substantia secundum aliquos.

¶ Exempla mutationis in forma sacramenti penitentia: Vt si quis loco de ly, ab soluo, diceret: Ego te abluo à peccatis, sacramentum annullaret: quia effectus eius est condonare peccata per modum absolutionis vt facit iudex. Item si loco de ly, ab soluo, absolvens dicat deprecatiuè: Absoluat te Christus, validitas sacramenti secundum Di. Thomam, tolleretur. Secus si diceret per modum indicatiui; Absolueris, vel absoluaris quia quidquid sit de peccato valide absolueret. Sicut etiam, si diceret, Remittuntur peccata tua: quia istæ formæ efficientiam significant.

¶ De ista verò forma: Absoluatur seruus Christi merito ambigitur, an valida sit ad absoluendum: sicut illa Græcorum: Baptizetur seruus Christi, quæ valida est in simili forma & efficax est ad baptizandum. Tamen, quia ista forma Græcorum ex antiqua acceptatione, & accommodatione vsus efficientiam significat, quam an significet ista: Absoluatur seruus Christi, in dubio est, propterea quod magis per modum deprecationis & optationis dici videtur; quam efficientiæ, nisi id decernatur per intentionem ministri, ideo ambigua forma esse videtur ista, licet sit certa illa Græcorum. Item etiam quamuis istam formam: Ego te absoluum ostendo, contra Magistr. ū. sentent. Abulens. Alexand. & Bonauenturam, vt potestati clauium contrariam catholici Doctores re-

futent tamen istam validam esse profiterentur, scilicet: Remitto tibi peccata tua. Imo adhuc aliqui hanc, vt validam admittunt: Impendo tibi absolutionem à peccatis tuis: quia hæc efficientiam videtur significare. Absolutio autem ab excommunicatione, quæ præmitti solet ante absolutionem sacramentalem, omitti potest in his, qui (quia quotidie celebrant) moraliter non creduntur esse excommunicati, secus in his, qui bis aut ter confitentur in toto anno.

¶ Exempla mutationis in sacramento Eucharistiæ. Primò si consecrans loco de ly, hoc, diceret, istud, vere consecraret. Nam istud & hoc, licet non omnino synonyma sint: tamen pro eodem vsurpari solent: sicut etiam vos vsurpatur pro te, & è contra. Vnde fit, vt si quis absolvens gratia reuerentiæ & honoris dixerit, Absoluo vos, loco de ly, te, vel è contra, Episcopus diceret; absoluo nos, absoluius te, valida esset absolutio: quia ex accommodatione vsus idem vtroque modo significatur. At Victoria hæc ductus ratione tenuit, quod si priuata persona more episcopali inter absoluendum ista forma: Nos te absoluius vteretur, fortè non absolueret. Quia nos te absoluius, si dicatur à priuato sacerdote ex accommodatione vsus, non eundem sensum facit; ac ista forma: ego te absoluo. Quod aliorum iudicio submitto, quia parui momenti est quæstio, quia ridiculus haberetur, qui tali forma vteretur. Igitur, cum hæc sint per parenthesis dicta, redeunt ad exemplum Eucharistiæ dicimus secundò, quod si loco de ly, calix, vbi ponitur per synecdochen continens pro contento, diceret: Hic est sanguis, & cætera, verè consecraret. Sicut etiam si diceret: Hoc corpus meum est: ita vt pronomen hoc, sit subiectum, & corpus meum sit prædicatum, verè consecraret: quia eundem sensum reddit, ac si diceret: Hoc est corpus meum. Secus est, si diceret, meum est hoc corpus: quia tunc ly, hoc, determinate demonstraret corpus: ideoque non significaretur conuersio, sed hoc tantum denotaretur, quod corpus Christi esset corpus Christi. Præterea si consecrando demeret hanc syllabam; pus, à ly corpus, dicens: Hoc est cor, meum; sacramentum non conficeret. Secus est si consecrando literas. m. &. t. quas difficulter pronuntiamus Hispani, quis mutaret, es pro est, & meum pro meum proferendo: quia adhuc verè consecraret, citra scrupulum: quia legitimum sensus ex accommodatione vsus ad huc seruetur, vt patet in balbutientibus.

¶ Pro

¶ Pro exemplis interruptionis tam circa prolationem verborum, quam circa intentionem aduertendum est, interruptionem verborum dupliciter contingere posse. Primò per cessationem; aut pausationem. Et tunc, si tanta esset pausatio, vt verba sequentia non conuenerent cum prioribus in vnam orationem, tunc non esset sacramentum. Vt si quis postquam dixit: In nomine patris, tantam faceret moram, vt tota forma non vna oratio esse censatur. Secus si intercederet paruula mora propter tussim, aut aliquid simile: quia tunc nihilominus fieret sacramentum. Secundò potest interruptio fieri per extranei verbi interpositionem. Vt si postquam baptizans dixit: Ego te baptizo in nomine patris, diceret ministro: Afferto aquam, vel simile: atque in hoc casu nõ euacuatur sacramentum. Secus si longa & impertinens oratio inter verba formæ immisceretur.

¶ Circa interruptionem intentionis secundo est aduertendum, quòd si quis cum intentione consecrandi inchoauerit verba dicens: Hoc est, si post mente dixerit: Nolo consecrare, si durante hac nolitione reliqua verba protulerit absque dubio non perficit sacramentum. Secus est, si iam istius nolitionis poenitens priorem integrat intentionem habitam à principio; & si continuat formam. Quia tunc, cum per totam prolationem formæ affuerit intentio comes, non tollitur virtus formæ continuata.

¶ Præterea, quoniam D. Thomas in hoc articulo asserit mutantem formam sacramenti non esse immunem à delicto, etiam si debitus sensus seruetur, si ex negligentia vel contemptu id fecerit, inquirendum hic nunc est, quale hic committatur, delictum? Ad quam quæstionem dicitur primò, quod peccata, quæ hic in his mutationibus interuenire solent ex suo genere sunt sacrilegia: quia sunt contra cultum religionis Deo debitum, atque ideo ex genere suo peccata mortalia sunt: nisi ratione lenitatis materiæ, quia modica fuit corruptio: vel ratione deliberationis perfectæ, vel leuis negligentia contingat esse veniale. Quod si quæras; hæc mutatio quando in individuo accidat esse mortalis, vel venialis, dicitur secundo, quod certa regula ad id discernendum in generali stabiliti non potest, sed prudentia duce opus est ad id diffiniendum. Si enim talis sit mutatio, seu corruptio, quæ quia sensum debitum tolleret, euacuaret virtutem sacramenti, citra

dubium sacrilegium esset mortale, & immanè piaculum; non solum quòd ex industria fieret, sed etiam si ex notabili negligentia accideret: quia non citra notabilem iniuriam rei sacræ id eueniret.

¶ Tertio dicitur, quod si negligentia arbitrio prudentis fuerit modica, scilicet, quia verba formæ precipitanter fuere prolata, solum veniali culpæ est hoc attribuendum. Imò, si casus adeo subitus eueniret, vt animus raperet, & transuerteret sensum ministri ab eo, quod agebat, si formam sacramenti prætermisisset, quia tunc quasi inuitus illam in considerationem est passus, à culpa abesset hæc omisio.

¶ Quarto dicitur, quod vbi mutatio, vel corruptio legitimam sensum non aufert, culpam mortalem regulariter non inducit, nisi contemptus simpliciter adiungatur. Dixi notanter, contemptum simpliciter, quia contemptus secundum quid, vt in re minima, qualis reputatur esse, demerere, enim, à forma consecrationis corporis Christi, fortè, vt de mente Caietani videtur esse, non constitueret ministrum in culpa mortali.

¶ Quinto dicitur, quod esto legitimus sensus seruetur, si tamen in re graui ordo præceptumque Ecclesiæ violantur, id non contingit fieri deliberatè absque culpa mortali. Vt si quis sacerdos sine cæremonijs missæ consecraret, vel si sine catechismis & exorcismis solenniter baptizaret, vel si quis Episcopus sine præscriptis cæremonijs solenniter ordinaret. Si tamen sacerdos absoluens illas præuias preces, scilicet, Misereatur tui, missas faceret, de culpa mortali nõ esset notandus: neque enim cum tanto rigore ab Ecclesiâ in usum sunt inductæ. Quòd si ordinatio Ecclesiæ in rebus vel cæremonijs ad decorè & dignitatem sacramentorum ab ipsa institutis sicut sunt exorcismi in baptismo solenni neglecta in culpa constituit mortali ipsum neglectorem, multo magis reus culpæ mortalis fieret qui consecrans in consecratione calicis sola prima verba proferret, scilicet, Hic est calix sanguinis mei, licet hæc esse de essentia sacramenti asseratur. Adde autem quod repetino casu tollente deliberatione, & maturâ cõsultationem accidenti inter celebrandum super aliquo errore, vel defectu in missa commisso (ne sacrificiũ propter perplexitatem retardetur) poterit minister tunc dubius id agere, quod ratio dictauerit, potius esse agendum, secundum Cordubam in suo quæstionario: quidquid sit de culpa

lux

sua præcedentis ignorantia.

¶ Sexto dicitur circa remedia commissorum defectuum, quod in baptismo & in alijs sacramentis non iterandis tenuis scrupulus substantialis defectus non sufficit ad ea iteranda: sed solum cum interuenit rationabile dubium, hæc sacramenta sunt sub conditione iteranda, si per indaginem præuiam sufficientem, dubium extingui non potuit. ita. ca. de quibus. dubium. extra. de baptismo. In poenitentia verò & Eucharistia minus dubium sufficit, vt iterari forma possit. Nam de Eucharistia inquit D. Thomas quæstio. 83. artic. 6. in solut. ad. 5. quod si sacerdoti celebranti probabiliter constet, se aliquid omisisse, si quidem non fuit de necessitate sacramenti huius, non est aliquid ab eo resumendum; sed ulterius est procedendum, ne immutetur ordo sacrificij. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate

sacramenti, cuius modi est materia & forma: tunc resumendum est sacrificium à forma consecrationis: & cætera per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificij. In poenitentia vero, vbi absolutio impensa creditur fuisse valida; quia omnia, quæ de essentia sacramenti sunt concurrerunt, nõ est forma sacramenti iteranda: quamuis aliquis error fuerit commissus. Neque de tali errore est poenitens admonendus secundum Sotum; nisi sacerdos, qui illum absoluit deprehenderit post, se iurisdictione ad absoluendum caruisse; vel à casibus reseruatatis illum absoluisse; vel si id, quod restituendum iure erat mandauit poenitenti, vt non restitueret. Nam tunc, vt error tolleratur, admonendus est. Adde vltimo, quod satis est materia & forma sacramenti, sint simul moraliter non physice. Vt si statim post prolationem formæ baptismi, infundatur aqua in baptizandum, validus erit baptismus.

## CAP. V. LII.

**D**E necessitate sacramentorum, Et quando ista necessitas occurrit ante peccatũ, vel post: Et vtrum in lege natura fuit necessaria fides supernaturalis: Et an facienti q̄ in se est detur gratia: Et an in lege natura fuere aliqua sacramenta: Et qualis fides in vno quoque tempore fuit requisita: Et vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.



N quæst. 61. Diui Thomæ, in. 1. articulo inquitur à D. Thoma, vtrum sacramenta fuerint necessaria ad humanam salutem, Respondet autem triplici ratione necessaria fuisse ad salutem. Primò, quia ad diuinam prouidentiam pertinet providere naturæ humanæ remedia salutis, secundum modum conditionis eius, cuius est proprium vt per corporalia & sensibilia in spiritualia, & intelligibilia deducatur. Ideo contulit homini ad salutem sensibilia signa, & corporalia, quæ sacramenta dicuntur. Secundò: quia vbi quis patitur morbum, ibi applicanda est medicina. Homo autem hinc contraxit morbum peccati, quia per affectum inordinatè se rebus corporalibus subdidit: conueniens ergo fuit, vt per corporalia signa Deus hominibus spiritualiter medicaretur, ne si spiritualia nuda ei proponerentur, eius animus ad ea eleuari nõ posset, vt pote qui corporalibus rebus esset deditus.

¶ Tertio, vt quia connaturale est homi-

ni circa corporalia versari, nõ videretur ei esse durum, si totaliter à corporalibus actibus abstraheretur. Ideo Deus illi proposuit corporalia exercitia sacramentorum, quibus exercitatus ad salutem, superstitiosa quæque exercitia vitaret; quibus colitur dæmõ: & noxia exercitia peccatorum caueret.

¶ Igitur per sacramentorum institutionem conuenienter iuxta suam naturam eruditur homo, per sensibilia humiliatur, se corporalibus subiectum esse cognoscens, dum sibi per corporalia subuenitur: Præseruatur etiã à noxijs actionibus per salubria exercitia sacramentorum.

¶ Ad argumenta D. Thomæ, respondentes dicimus, ad. 1. quod nõ obstat illud Apostoli ad Timotheum. 4. scilicet. Exercitatio corporalis ad modicum utilis est: quia intelligitur in quantum est corporalis: At exercitatio corporalis per sacramenta quodammodo est spiritualis per significationem, & causalitatem gratiæ. Neque obstat quod secundum Apostolum ad Romanos. 5. passio



passio Christi & sufficiens ad salutem: quia passio Christi applicatur quodammodo per sacramenta operantia nostram salutem in virtute passionis Christi; tanquam instrumenta eius secundum illud ad Roma. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: ideo sacramenta non sunt superflua. ¶ Neque obstat, quod sufficit gratia Dei secundum illud. 2. ad Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea: quia hæc sufficientia non excludit necessitatem sacramentorum: quia Deus confert hominibus gratiam secundum modum eis convenientem: ideo illam confert per sacramenta sensibilia: ideo necessaria sunt hominibus ad consequendam gratiam. ¶ Circa doctrinam D. Thomæ perpendendum est, primo, quod cum necessarium, ut ex 5. Metaphysicor. patet, quia à sine sumitur, dupliciter sumatur, vno modo, ut necessarium sit, sine quo finis nullatenus obtinetur, ut cibus ad vitam, & alio modo, sine quo commode & conuenienter finis non attingitur: fit consequens, ut respectu Dei loquendo (quia extra dubium est ipsum citra sacramenta nostra potuisse operari salutem) necessitas sacramentorum nihil aliud sit, quam quædam congruentia, & decens commoditas, qua gratos nos per sacramenta efficiens perducit nos ad finem vitæ æternæ. Quæ quidem congruentia, licet ex prædictis tribus rationibus D. Thomæ colligatur, colligitur & ex hac. 4. ratione, scilicet, quod instituit Deus hæc signa sensibilia salutis, ut per illa certiores efficeremur, nos illa fuisse consecutos, ut tot vijs ad illam nobis pateret aditus, scilicet, per baptismum & confirmationem, & cætera. Nam profecto si ad salutem animæ nullâ aliâ suppeteret via, nisi contritio, præter quam quod pigriores tunc essemus ad illam adipiscendam, parum tuti essemus de nostra salute. Quia, cum contritio, & deuotio nostra sit actus interior latens, parum securi essemus, an tam perfecta esset nostra contritio, ut vsque ad gratiæ adeptionem perueniret. At per sacramenta, nisi per nos steterit, ex institutione Dei nobis conferri gratiam certi sumus; & certiores per ea reddimur nostræ salutis, eo quod faciunt ex attrito contritum. ¶ Quod si secludamus exercitium sacramentorum, præter quam quod obstruimus nobis viam ad animæ salutem, ut nostræ tempestatis hæretici fecerunt in

eorum vitam ociosam, sordidam omni genere vitiorum inundantem, incidemus: quod Deus auertat. ¶ Insuper & ad eorum obiectionem, qui fastidiunt sacramenta obijcientes ad salutem sufficere seruasse mandata, iuxta illud Euangelij: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, vnde sacramenta respuunt, tanquam redundantia, in promptu est responsio catholica, & clara, scilicet, quod obseruantia mandatorum sine fide, & gratia non sufficit. Nam de fide dicitur à D. Paulo, quod sine ea impossibile est placere Deo: & de gratia Dei dicitur: Gratia Dei vita æterna ad Roman. 6. Et alibi Psalmo. 58. Misericordia eius præueniet me. Ad fidem hanc protestandam & gratiam consequendam requiritur baptismus: quæ si perdat ad eam recuperandam exigitur poenitentia. Et sic alia sacramenta sicut confirmatio ad corroborationem spirituales, & augmentationem operatur, & Eucharistia ad nutritionem spiritualem confert. Denique omnia sacramenta gratiam conferunt non poenitentibus obicem, per quam legis naturalis mandata obseruare valeant. Igitur Deus per legem præcepta indixit: per sacramenta autem opem gratiæ fert ad ea adimplenda.

¶ In 2. artic. quæst. 61. inquiritur à D. Thoma, vtrum ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta. Respondet autem D. Thomas, quod propter rectitudinem status hominis in illo tempore ante peccatum, vbi superiora inferioribus dominabantur, & non dependebant ab eis: quia sicut mens Deo tunc suberat, ita inferiores animæ vires menti subdebantur; & ipsi animæ corpus suberat, patet; tunc in illo statu non fuisse necessaria sacramenta corporalia, quæ perficerent, quantum ad scientiam, vel quantum ad gratiam. Nam esset contra talem rectitudinem illius status, si anima sic à rebus corporalibus inferioribus perficeretur. Vnde necessitas sacramentorum non habuit tunc locum, neque quatenus sacramenta ordinantur in remedium, peccati, quia tunc nullum esset: neque quatenus ordinantur ad animæ perfectionem, ex ratione iam dicta. Ad argumenta D. Thomæ respondentes dicimus, ad 1. quod non obstat, quod homo in illo statu innocentie gratiæ indigebat: quia tunc eam non consequeretur per aliquam sensibilia signa, quæ essent sacramenta, sed spiritualiter & inuisibiliter eam assequeretur. Ad 2. respon-

respondetur, quod non obstat, quod natura humana quoad speciem esset eadem ante peccatum, & post peccatum. Quia eo quod diuersus fuit eiusdem naturæ status tunc, & post, in causa erat, quod tunc, quia superior pars non indigebat ad dictam suam perfectionem aliquid recipere à corporalibus, & modo, & post illam statum hanc indigentiam patitur, ideo sacramenta, quæ post fuere necessaria tunc essent superflua. Neque obstat argumentum tertium, scilicet, quod tunc fuisset matrimonium, de quo Paulus ad Ephesios quinto, asseruit. Sacramentum hoc magnum est. Quia licet in statu innocentie matrimonium fuit institutum, sed non secundum quod est sacramentum, sed secundum quod est in officium naturæ, & ex consequenti significabat aliquid futurum, circa Christum, & Ecclesiam. Ideo vocauit eum Apostolus sacramentum accipiens sacramentum pro eo, quod est mysterium.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ pro eius intelligentia animaduertendum est, non eam fuisse mentem Diui Thomæ, ut Caietanus existimat, quod conclusio huius articuli soli Adæ primo parenti in illo statu adaptetur, & non posteris eius durante illo statu: quia ratio Diui Thomæ eis quadrat. At cum duplex sit perfectio, scientiarum: alia naturalis, alia supernaturalis, de supernaturali loquitur Diuus Thomas. Nam hæc nobis specialiter per sacramenta confertur à Deo, ut infusio fidei & donorum intellectualium. Neque obstat prædictæ conclusioni Diui Thomæ, quod secundum philosophum tertio de anima textu. 39. est necesse intelligentem phantasmata speculari: quia secundum Caietani homo in illo innocentie statu per infusionem suscipiens scientias non utebatur phantasmate, quasi ab illo dependens in sua perfectione, sed esset vtens illo quasi inferiori, nullus autem ex posteris Adam indiguisset tunc sacramentis, quia geniti tunc essent in gratia secundum Diuum Thomam 1. par. q. 100.

¶ Secundo perpendendum est contra Alexandrum quarta parte, quæstione prima membro & articulo primo. & contra Durandum in quarto. distinctione prima, quæstione secunda; asserentes, quod etsi non in remedium peccati, tamen ad protestandum Saluatorem signa essent in statu innocencie. Instruct. conf. pars. 2.

A centiæ, per quæ etiam augetur gratia, Diuum Thomam in quarto, distinctione prima articulo secundo, quæstione secunda, tenuisse, non solum non fuisse tunc necessaria sacramenta ratione peccati, sed neque ratione eruditionis alia vè de causa. Quia quamuis tunc fuissent sacrificia, sed sacramenti nomen eis non competeret, eo quod non fuissent causa gratiæ, nisi per modum meriti, sicut reliqua virtutum opera. Imo sacrificia, vt satisfactoria peccati, vel vt signa distincta religionis ab alijs seclis, vel vt signa, veri Dei cultus, aut beneficiorum Dei, tunc in statu innocentie autore Scotto necessaria non forent: quia cum gratiæ infusione, & donorum nati, supernaturalia necessaria & alia facillimo negotio intelligerent. Præter quam, quod tunc, cum omnia fuissent communia, non de proprio offerendo sacrificia illa veluti nullius essent laudis, aut meriti. Neque illa ratio conuincit contra Diuum Thomam, quod Deus sit propensior ad misericordiam, quam ad poenas: ergo si præcisus peccati prouidit ante peccatum Adæ ignem inferni: ergo etiam debuit prouidere sacramenta, sicut prouidit tunc de herbis medicinalibus, licet tunc omnis immunitas esset à morbo. Respondetur nanque, quod licet Deus sit propensior ad misericordiam, sed nihilominus disponit omnia suauester, iuxta naturas & indigentias rerum. Et ideo cum ignis inferni sit elementalissimus, atque adeo ad opus creationis pertinens, oportuit creati à principio. Et idem de speciebus herbarum etiam medicinalium dicendum est: quia ad opus creationis attinent, oportuit eas à principio mundi creati, iuxta illud Ecclesiastic. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, præter quam, quod dignis tartareus destinatus est Satanæ & Angelis eius iuxta illud Matthæi. 25. Ite, inquit, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Tum, quia eorum peccatum ante statum innocentie præcesserat. Tum, quia illi reuocari in gratiam per poenitentiam non poterant.

¶ Adde vltimo, quod si concedamus cum Scotto, quod & sanctus Thomas negat scilicet, in illo statu innocentie culpam venialem posse contrahi, sed hæc ad sui remissionem nullam virtutem sacramenti postulasset: quia remitti posset per internum motum poenitentiae, vel per alium æquivalentem motum dilectionis in Deum. Neque opinio

Scoti, scilicet, quod Deus non existente peccato homo fieret, non aduersatur conclusioni Diui Thomæ. Quia tunc Deus non veniret, vt Redemptor in mundum, ac per consequens nulla instituisset sacramenta. Sed certe loca scripturæ magis arguunt, quod non venisset tunc verbum in carne.

**A** In articulo. 3. quæst. 61. inquiritur à Diuo Thoma, vtrum post peccatum ante Christum sacramenta debuerunt esse. Respondet autem, quod quia sacramenta eatenus necessaria sunt ad salutem humanam, quatenus sunt quædam sensibilia signa homines sanctificanti, quorum nullus post peccatum potuit sanctificari, nisi per Christum, quem proposuit Deus propitiorem per fidem, sit consequens, vt oportuerit ante Christi aduentum esse quædam signa sensibilia, quæ sacramenta dicuntur, quibus homo fidem suam de futuro Saluatoris aduentu protestaretur: & ideo oportuit ante Christi aduentum aliqua sacramenta fuisse instituta.

**B** Iam ad argumenta Diui Thomæ respondentes dicimus ad primum, quod non obstat, quod prius non est effectus, quam causa. Quia id est verum, loquendo de causa efficiente. At passio Christi non fuit causa efficiens respectu sacramentorum veteris legis: sed fuit eorum causa finalis, quia ad passionem Christi significandam sunt instituta, & causa finalis non præcedit tempore, sed solum in intentione agentis. Quod circa inconueniens non est ante passionem Christi aliqua instituta fuisse sacramenta.

**C** Ad secundum dicitur, quod non obstat quod post peccatum status humani generis non fuit mutatus vsque ad suam reparationem per Christum Dominum. Quia id verum est quantum ad rationem fidei: quia omnes justificabantur per fidem futuri Christi aduentus: sed fuit mutatus quantum ad maiora incrementa peccatorum, & maiorem obtenebrationem intellectus inde causatam. Ideo in veteri lege necesse fuit sacramenta fidei, quam habebant de Christo venturo explicatiora, & magis determinata instituerentur. Quia in lege naturæ post peccatum non fuit determinatè præfixum homini, quibus sacrificijs vteretur, sicut fuit per veterem legem. Quod fuit necessarium, tum ob obtenebrationem legis naturalis, tum vt esset determinata fidei significatio.

**A** Ad tertium dicitur, quod non obstat, quod ad Hebræos. 12. sacerdotium Christi prædicatur esse secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron, cum hoc fuerit propinquius aduentui Christi, & illud Melchisedech remotius. Quia licet sacramentum Melchisedech, quod fuit ante legem magis assimilatur sacramento altaris in materia panis & vini, quæ ille obtulit: sed sacramenta vetera Mosaica magis assimulantur rei signatæ per sacramentum, id est, passioni Christi, vt patet de agno paschali, & de alijs huiusmodi.

**B** Circa hanc doctrinam Diui Thomæ, primo perpendendū est, quod hec D. Th. hic in solutione asserat passionē Christi fuisse causam finalem respectu veterum sacramentorum, non tamen sibi contradicit dum in. 3. part. quæst. 49. art. 1. docet, quod passio Christi fuit causa salutis, tam antiquorum, quam nostræ non solum finalis, verum meritoria & efficiens. Quia sanctus Doctor id solum per verba dicta in solut. ad primum significare contendit, quod passio Christi erat, vt causa finalis, non gratiæ antiquorum, sed veterum sacramentorum: quia per ea non operabatur effectiue gratiam, sicut per effectiua instrumenta. At respectu nostrorum est causa efficiens, quippe quæ eis vtitur, vt effectiuis instrumentis ad gratiam in anima producendam. Igitur passio Christi secundum Sotum & Metinam Salmantic. scilicet, vt prauisa & credita fuit causa efficiens gratiæ, quæ in veteri lege collata est. Sed non potuit esse causa efficiens gratiæ, quatenus per sacramentum veteris legis applicabatur: quia causa efficiens, vt efficiens est, non potest applicari sic in re antequam per existentiam sit. Vnde passio Christi ante quam in re fuisse exhibita non potuit per sacramenta vetera, vt per instrumenta efficienter operari: licet inficiari non possit passionem Christi, vt creditam causam fuisse effectricem gratiæ antiquorum. Et necessario, inquit Sotus, sic est dicendum: quia antiquos redemit, & redimere, est efficere.

**C** Circa eandem doctrinam Diui Thomæ vbi ait, neminem potuisse assequi salutem, nisi per fidem Christi, solennis quæstio occurrit, vtrum semper in lege naturæ fuerit unicuique necessaria fides supernaturalis, quæ per auxilium naturale donaretur. Ne igitur iam in re clara & definita per concilia immoremur, & vbi se retrahit

stauit Sotus in. 4. distinct. 1. q. 2. art. 3. dicens quod si olim sub dubio defensus fuerit oppositum, nunc putat assertum esse necessarium affirmare, nunquā vlli patuisse salutē, nisi per fidē, quæ supernaturale donū est, respondeamus, quod semper in omni lege fuit necessaria actualis cognitio supernaturalis, quæ sit donum supernaturale, vt quisque se in Deū conuertat: ita vt iustitiam coram Deo assequatur. Atque ideo erroneū est atque adeo hæreticum, asserere quenquam adultum sine actu supernaturalis fidei per solam naturalem cognitionem Dei posse iustificari. Nam ad placendum Deo non sat est cognoscere illum, vt obiectum est naturale, & vt finis est naturalis nostræ cognitionis, sed vt supernaturale principium, & finis est nos beatificans, vt docet D. Thomas. 2. 2. q. 6. art. 1. affirmans per fidem supernaturalem hominem eleuari, vt se in Deum conuertat. Idque ratio ipsa persuadet, scilicet, intellectum, qui illuminatum principium est voluntatis, non minus ope Dei speciali indigere ad illuminandum voluntatem, quam ipsa voluntas indiget ad ad Deum se conuertere contendit. Idem insinuat D. Thomas. 2. 2. q. 2. art. 3. Vbi ait quod ad supernaturalem visionem, in qua consistit beatitudo hominis non potest homo pertingere, nisi per modum addiscentis, iuxta illud Ioannis. 6. omnis, qui audit à patre & didicit, scilicet, per fidem venit ad me. Quod & confirmatur. 2. ad Corint. 3. Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, in ordine, inquam ad nostram iustificationem. Vnde neque etiam sumus sufficientes credere. Nam secundum D. August. libr. de prædestinatione sanctor. credere est cū assensione cogitare.

**A** Tum etiam probatur: quia teste D. Paulo sine fide impossibile est placere Deo. Et qualis est ista fides, idemmet ad Ephesi. 2. explicat dicens: Gratia estis saluati per fidem, non ex vobis, ne quis gloriatur: donum Dei est.

**B** Tum etiam patet ex concilio Mileuitano cap. 4. vbi sub anathematis comminatione diffinitur, vtrumque esse donum Dei, & scire quid facere debeamus & eligere quid faciamus. Tum etiam patet vltimo ex Synodo Trident. Sessio. 6. can. 3. vbi sic diffinitur: Si quis dixerit, sine præueniente Spiritu sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia, conferatur anathema sit. Pro hoc facit concil. Arausic. 2. cap. 6. facit ad Rom. 3. & 1. Instruct. conc. pars. 2.

**A** ad Corint. 15. Ita omnes sancti doctores clamant, & D. Chrysost. Homilia de fide & lege naturali, vbi concludit, quod nullus sine fide vitam habuit: Idem contra Pelagianos confirmatur ex sapient. cap. 9. vbi dicitur: Mitte sapientiam de cœlis sanctis tuis. Et infra: Nam per sapientiam sanati sunt quicunq; placuerunt tibi Domine à principio.

## RESPONSIO ad obiectiones contra prædictā catholicā as-

sertionem, quæ solent obijci.



**A** Obiectionem ex D. Paulo, ad Rom. 1. vbi inquit: Credere oportet accedentem ad Deū, quod est & quod inquirentium remerator est: vbi solum videtur exigere cognitionem Dei, quæ ratione naturali potest acquiri, respondetur quod D. Paulus loquitur de cognitione & fide Dei, quatenus remerator est supernaturalis. Nam requirebatur fides, quod Deus aliqua sui contemplatione & societate supernaturali deberet, à se electos beare: Imo fides mediatoris omnitempore post peccatum requisita haberi non poterat, nisi aliqua notitia peccati originalis haberetur, pro quo ille mediator. Quæ quidem notitia, vt pote supernaturalis naturaliter obtineri non poterat. Quod si quis contra hoc replicare contendat, quod iam maiores de hoc edocti à Deo, vt Adam, & Patriarchæ, poterant hoc plebi reuelare: ergo iam plebei & minores sine alio auxilio Dei poterant credere in mediatorem, & sic salui fieri, is tale audiat responsum, quod & Concil. Trident: canone supra allegato confirmat, scilicet, quod plebei non poterant id sine auxilio speciali Dei firmiter credere, licet eis secundum D. Thom. sufficeret tunc fides mediatoris in diuina prouidentia implicita: nam crediderunt Deum esse liberatorem hominum secundum modum sibi beneplacitum, & ab eo prouisum.

**B** Ad obiectionē ex D. Pau. ad Ro. 1. qui ideo dānat istos philosophos, quia cū cognouissent Deū naturaliter per creaturas, non sicut Deū glorificauerūt, respōdetur, quod ideo eos dānat, quia non seruauerūt ius naturæ. Nā licet id non sufficeret ad eorum salutem, si tamen illud seruassent, Deus speciali & altiori fidei radio eos illuminasset, vt salui fierent.

**C** Ad obiectionem ex D. Thoma. in. 1. 2. B 2 quæst.



quæst. 90. artic. 6. ad tertium de puero, qui in primo usu rationis se tenetur convertere ad Deum, per quam conversionem iustificatur, & tamen tunc cognitione fidei supernaturalis etiam implicitæ videtur carere: ergo illa ad salutem non videtur requiri. Respondetur primo, quod Divus Thomas non tam punctualiter intelligit suam conclusionem, ut glossat Metina, quod in illo primo instanti se tenetur convertere, sed paulo post moraliter loquendo, quia videtur accipere à Deo aliquas breves inducias ad deliberandum de suo statu. Vnde si ordinaverit se tunc puer ad finem honestum ordinatione, quæ fit per gratiam, & cognitionem supernaturalem fidei saltem implicitæ, iustificabitur secundum Divum Thomam. Alias non iustificabitur: etiam si tunc vellet suscipere baptismum, & suscipisset. Quia secundum Adrianum de baptismo, q. 1. art. 3. deest ei dispositio per fidem nisi Dominus providisset illuminando illum specialiter per se, vel per alium, iuxta illud Ioannis 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in mundum.

Ad objectionem ex Divo Thoma 1. 2. quæst. 109. artic. 4. ubi in argumen. 1. ex Apostolo ad Romanos 2. obijcit, quod gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, vnde sequitur, quod si faciunt quod in se est iuxta vires naturales, quod per cognitionem Dei naturalem salvabuntur, nam facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, Respondetur primo secundum D. Augustinum, in lib. de spirit. & lit. ubi ait: Non moueat, quod naturaliter dixit, eos ea, quæ legis sunt facere. Hoc enim agit spiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti sumus in staret in nobis. Itaque: si gentiles aliqui naturaliter quæ legis sunt faciebant, id erat per naturam gratiæ iam perfectam, vel secundum Metin. in 1. 2. D. Thom. sic accipiendum est hoc dictum D. Pauli, scilicet, quod gentes naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, nempe non omnia singuli, sed omnes suam partem legis. Quod si singuli omnia collectiue quæ legis naturalis erant implebant, id non posset esse sine auxilio gratiæ.

Ad id etiam, quod implicat ista obiectio, scilicet, quod facienti, quod in se est Deus non denegat gratiam, respondet Divus Thomas 1. 2. quæst. 109. artic. 6. ad secundum quod nemo potest facere quod in se est, nisi à Deo motus, iuxta illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Vnde gratiæ eius præuenit auxilium hominem ad faciendum quod in se est. Sed an bene utentibus naturalibus donis

A Deus præstet speciale auxilium, quo iustificentur dum in dubium reuocatur, Vega in lib. 13. c. 12. de iustific. probabilem reputat affirmatiuam. Sed Metin. 1. 2. probabilis esse cõset, & magis consentaneum sanctis patribus, & præcipue D. August. quod non est infallibilis lex lata à Deo de conferendo continuo gratiam facienti, quod in se est ex naturalibus. Nam tunc initium nostræ iustificationis à nobis sumeretur ex magna parte: quod Pelagianum dogma olet. Et tunc respondere possemus D. Paulo. 1. ad Corinth. 4. interrogati, quis te discernit, quod discernit mentium propositum & bonum vsus meorum naturalium. Item id esset contra illud Pauli ad Roman. 9. Quis prior dedit illi & retribuetur ei. Estetque contra illud D. August. Quare istum trahat, & illum non trahat, noli iudicare, si non vis errare. Quod autem hæc gratiæ opem prædicat, Deus infallibiliter non desit, id ideo facit, ut magis imitamus gratiæ eius, & ut parum fidentes nostras naturalibus viribus timeamus, cum multi moraliter apparentes boni in hac vita, propter malam mortem videatur perisse. Præterquam quod si infallibilitas hæc concedenda foret, esset respectu eorum, quæ diu & in omnibus & sine interruptione bene fuissent vsu naturalibus: quod tamen præstari non potest sine auxilio gratiæ. Quamuis non sit negandum facientibus quod in se est, per bonum vsu suorum naturalium Deum (et si non ex infallibili lege, ex magna tamen eius misericordia) sæpe numero largiri opem gratuitam auxilij, ad suam conversionem. Nam licet illi non sint digni tanto beneficio: sunt tamen minus indigni, quam illi, qui naturalibus abutuntur: & quia congruū est ex parte Dei: quia ipsum decet, ut ibi perfectionem infundat, vbi aliqualem aptitudinem licet remotam inuenerit.

Præterea causa magis elucidandi doctrinam D. Tho. illa hic quæstio proponitur, vtrum in statu legis naturæ ante Abraham fuerint aliqua sacramenta. Et quidē nō id quærimus, an tunc sacramenta aliqua fuerint in remissionem actualium peccatorum instituta: quia hoc propriū est nostrorum sacramentorum. Neque si in remissionem originalis aliqua fuerint tradita: quia hæc lis adhuc sub iudice est. Sed id reuertimur in dubium, an sacramenta, quæ hoc etiā nomine largo cõprehenduntur oblationes, & sacrificia, fuerint instituta tunc, scilicet, ad protestandam fidem, ad placandum Deum, ad illi gratias referendas. Videtur autem quæstio hæc difficultate non carere. Quia si tunc per illa sacrificia tenebantur protestari fidem: etiā tunc ex præcepto aliquo

tenerentur fidem habere. De qua ait Divus Paulus ad Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem. Quod autem tunc nullum præceptum fidei supernaturalis habendæ habuerint, inde apparet quod lex naturæ hoc sonare videtur, quod solis naturalibus præceptis fuerit cõtenta. Quod Divus Thomas quæstio. præcedenti artic. 5. ad tertium insinuare videtur. Vbi ait quod solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum. Igitur pro resolutione quæstionis statuuntur sequentes propositiones.

Prima propositio: sub lege naturæ ante Abraham in genere fuit diuinum præceptum, tum habendi fidem supranaturalem, tum eam aliquo modo protestandi. Hæc autem propositio inde maxime persuadetur, quia si cognitio fidei supernaturalis omni tempore fuit necessaria ad salutem, ergo cum hæc cognitio fidei reuelabatur præcepto astringebantur illam recipere, quia legislator ea, quæ maximè necessaria sunt media sub præcepto indicere solet. Talis autem est fides ad salutem.

Item, quia seruantem ius naturæ Deus ex sua misericordia, sicut fecit cum Cornelio aliqua via de fide sibi necessaria instrueret. Teneretur ergo ille tunc Deo instruenti præbere assensum. Hæc autem obligatio à sola natura procedere non poterat: ergo obligatio assentiendi fidei erat ex præcepto diuino orta.

Præterea: quia secundum Diuum Thomam 2. 2. q. 2. artic. 7. Job, & nonnullis Sibyllis, atque alijs facta fuit fidei reuelatio. Ergo si illam reuelationem debitis persuasionebus plebi proponerent, certe plebs teneretur illam suscipere, & non ex nouo præcepto in iuncto ab eam promulgantibus: ergo ex præcepto diuino credendi omnibus prius imposito.

Adde etiam, quod nunc præceptum est vniuersale credendi omnibus impositum, & fidem protestandi: quia id est necessarium ad salutem: ergo cum tunc tempore illo eadem necessitas illis immineret, fit subinde, ut fides & protestatio eius semper fuerint indicta sub præcepto.

Secunda propositio: Ante legem Moyse, neque de fide, neque de vlla re alia supernaturali vllum diuinum præceptum fuit exterius scripto mandatum: sed tantum fuit præceptum internum. Patet: quia si tale præceptum fuisset vniuerso orbi positum, Moyse qui omnia ab Adam vsque diuina fide historice mandauit, huius præcepti memoriam faciunt. Instruct. conc. pars. 2.

cere in sua historia non omisisset.

Item, quia id videtur Diuus Thomas confirmare, quæst. præced. artic. 5. ad 6. ubi ait, quod in statu legis naturæ homines nulla lege exterius data solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum. Quando vero hic ait D. Thom. interiori instinctu non solum intelligit naturali, imò quandoque supranaturali, ut insinuat D. Thomas in 4. distinct. 1. q. 2. art. 6. in fine dicens, quod in lege naturæ fides ipsa, quando tempus suppetebat instigabat, ut se aliquibus signis exterioribus demonstraret. Igitur per hoc fit satis argumento à principio quæstionis obiecto, quod lex naturæ non ideo talis dicebatur, quod nullum esset tunc præceptum supernaturale: sed quod nullum tale exterius scriptum & determinatum continebat. Et ut intelligat lector, quomodo tale præceptum tunc temporis fuit inditum, & promulgatum statuitur tertia conclusio.

Tertia propositio: Præceptum fidei, spei, & charitatis inspiratum fuit Adæ, atque in illo toti orbi, qui tunc in Adam continebatur: deindeque per homines præcipuos suæ posteritatis, ut per Seth, Enoch, & Noe, & cætera viua voce est deriuatum. Hæc propositio est de mente D. Thomæ in 3. part. quæstio. 7. artic. 2. ad 2. Vbi ait, quod patres ante legem scriptam familias suas instruxerunt de diuinis per modum paternæ admonitionis. Et inde fuit promulgatum in gentilitate per insignes personas. Neque obstat, quod præceptum fidei vires naturales excederet: quia Deus, qui præcipiebat auxilium speciale ad id necessarium, conferre paratus erat, si auxilio Dei non resisteretur. Obligabat ergo præceptum illud ad non resistendum auxilio speciali Dei qui ad ostium cordis stat & pullat. At quoniam in lege naturæ præceptum fuit in communi protestandi fidem in genere, non autem in particulari hoc, scilicet, particulari modo aut illo, explicandum restat, quid circa hoc vsu tunc euenerit. Pro hoc statuitur conclusio.

Quarta conclusio: Aliqua sacrificia insuper decimæ, & oblationes, & primitiæ, & alia similia fuerunt instituta instinctu naturali ab vnaquaque republica bene instituta. Et verisimile est multa eorum fuisse scripto mandata, & aliquando ex speciali instinctu diuino deriuata. Hæc propositio 1. 2. q. 103. artic. 1. patet. Nam sicut modo oblationes nostræ & sacrificia, quæ non sunt sacramenta, ex iure positio sunt sic & sacrificia illa. Nam ius naturale iuxta illud psalmi: Signatum est

super nos lumen vultus tui Domine vniuersos admonebat, vt agnoscentes Deum debito modo fidē eius protestarentur. Quo circa illa sacrificia non erant eadem apud omnes, sed vnaquæque respublica iuxta Spiritus sancti suggestionem suis regebatur institutionibus: quæ sub obligatione ad mortale eos obligabant. Signanter diximus in republica bene instituta: nā respublica, quæ idolo latræ dedita erat, vix in illa vllus vsus rationis vigeat. Patet secundo propositio ex Diuo Augustino, libro, 19. contra Faustū. Vbi sic ait: In nullum nomen religionis coadunati homines possunt, nisi aliquo sacramentorum visibilium consortio colligerentur.

¶ Item patet: quia post naturam violatā statim indigni homo per visibilia de supernaturalibus edoceri, & per illa fidem protestari. Neque necesse fuit omnes nationes Deum agnoscentes tunc eidem sacrificijs vti: quod nisi per diuinā institutionem & relationem contingere non poterat. Quia factis fuit quod omnia illa sacrificia & oblationes (licet essent variæ) in hoc conuenirent, vt vnus veri Dei fidem protestarentur.

¶ Quinta propositio: Oblationes illæ, & sacrificia legis naturæ, non erant proprie sacramenta eo modo, quo sacramenta nostra. Patet: quia neque virtute operis gratiam conferebant, vt Diuus Thomas docet in quarto, quæstione. 2. articulo. 6. quæstiuncula. 3. Vbi ait, quod vbi illa signa applicabantur, quibus fidei protestatio fiebat, non erant efficacia remissionis culpæ, quamuis poterant esse meritoria.

¶ Si ergo non erant sacramenta, quare hoc nomine appellabantur, si sciscitetur aliquis, respondetur quod sic appellabantur largo modo: quia in hoc conueniebant cum nostris sacramentis, scilicet, in protestanda fide licet in alijs differant.

¶ Nunc circa illam sententiam Diui Thomæ, quam in isto articulo tertio, tenet catholice, quod nullus potest post peccatum sanctificari, nisi per Christum, quem secundum Diuum Paulum proposuit Deus propiciatorem per fidem, quo eam illucideamus, quæritur, qualis fides ad istam sanctificationem in vno quoque tempore fuit requisita, an implicita, an explicita Christi incarnationis, & Trinitatis.

¶ Ad quæstionem ergo in summa dicitur primo, quod certum est secundum Magistrum Canum in nullo tempore sine fide explicita vnus Dei potuisse aliquem iusti-

ficari. Cuius ignorantia inuincibilis excusans secundum Victorinā in sua relectione de puero perueniente ad vsu rationis non potest dari, etiam in puero perueniente ad vsu rationis, quæ post primum instans vsus rationis possit durare per multum tempus. Patet ex Diuo Paulo ad Hebræ. 11. dicentem, quod accedentem ad Deum oportet credere quia est.

¶ Secundo dicitur, quod ad peccati siue originalis, siue mortalis remissionem fides in Christum implicita, vel explicita est, ac fuit semper necessaria. Patet ad Romanos. cap. 3. Vbi dicitur de Christo Domino, quod proposuit illum Deus propiciatorem per fidem. Adde quod secundum Diuum Thomam. 2. 2. quæstio. 2. artic. 7. fidem implicitam incarnationis Iesu Christi Domini nostri saltem ante legem gratiæ minores post peccatū ratione præcepti habere tenebatur, quia ideo ille etiam necessarium necessitate salutis: quia sacrificijs suis passionem Christi præfigurabant: quam maiores per illa sacrificia magis explicitè cognoscebant.

¶ Secundo dicitur, quod communiter tenetur, quod nunc in lege gratiæ post sufficientem promulgationem Euangelij, licet omnes tam minores, quam maiores ratione præcepti tenentur ad fidem explicitam Trinitatis, & incarnationis habendam, tamen ad iustificationem per gratiam consequendam necessitate istius finis satis est fides implicita Christi mediatoris: neque requiritur fides eius explicita. Quia licet fides Christi explicita tã ratione præcepti, quam necessitate finis gratiæ, & gloriæ, consequendæ nunc absolutè necessaria sit: tamen id intelligitur seclusa ignorantia inuincibili. Nam si quis fidelis post promulgationem Euangelij sufficientem, fecisset quod in se est, interessendo sermonibus, & sciscitando alios de pertinentibus ad salutem, licet articulos fidei non esset edoctus, atque ideo illos inculpabiliter ignoraret, si non careret fide Christi implicita, iustificationis gratiam assequi potest. Sed maius dubium nos premit, vtrum nunc promulgato iam Euangelio, ad salutem æternam consequendam necessitate finis sit necessaria fides Christi explicita, sicut est necessaria necessitate præcepti: an vero satis sit stante casu ignorantia inuincibilis fides implicita. Quæstio autem hæc ideo perplexa est: quia video Thomistas, præclaros in hoc, sibi inuicem aduersantes. Nam Canus in sua relectione de sacramentis in communi, tenet

tenet ad vitam æternam consequendam necessitate etiam finis, nunc fidem Christi explicitam requiri. Eandem aiunt tenuisse Victoriam. Eandem tenet Magist. Bannes, dicens magis esse verisimilem propter excellentiam, & dignitatem Christi, iam incarnati & passi. Et in hoc subscribit eis magister Sotus maior: licet contra communem etiam teneat, quod fides explicita nunc necessitate finis necessaria sit ad consequendam iustificationem. Cui videtur fauere Concil. Trident. diffiniens Sessio. 6. cap. 4. quod translatio ab statu, in quo homo nascitur, filij iræ à Deo in statum gratiæ post Euangelij promulgatū sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest. At Metina in sua instructione, & Sotus in. 4. contrariam, vt probabilior defendunt propter plures vt gentes rationes, quas illic accumulatur Sotus, quæ commodam non videntur habere solutionem. Et propter rationem Metinæ, scilicet, quia si aliquis ignorans fidem explicitam Trinitatis, & incarnationis in ultimo articulo iam confessus aliqua peccata accusasset se coram confessore de ignorantia fidei explicitæ, & de illa fide à nemine instructus in sensu priuatione incidisset, iã agonizans, certè absoluentur secundū omnes iste talis esse videtur: ergo ei sufficit fides implicita necessitate finis, alias, quod nemo concedit, absoluentur non esset. Ex quo sequitur, quod verba Concilij siue sacræ scripturæ, exigentia fidem explicitam Trinitatis, & incarnationis glossanda sunt: seclusa inuincibili ignorantia. Neque obstat, quod Diuus Thomas & alij Doctores antiqui, fidem explicitam Christi requiri aiunt: quia per fidem explicitam intelligunt fidem supernaturalem, qua Deus creditur per medium sibi bene placitum præmio æterno, & supernaturali suæ contemplationis beatificare electos suos. Sed nūc limatius Diuus Thomas. 2. 2. loco, vbi supra, fidem incarnationis, & Trinitatis, & articulorum fidei vocat explicitam, vbi distinguitur à prædicta propter maiorem explicationem.

¶ Neque obstat, quod Diuus Chrysoft. opera Cornelij ante fidem explicitam sibi promulgatam per D. Petrum opera mortua vocat. Quia id non dixit quia Cornelius ante instructionem, qua instructus est à D. Petro de fide explicita Christi non esset iam constitutus in gratia per fidem Christi implicitam: sed quia sine fide explicita Christi tam necessitate præcepti, quã finis assequi æternam beatitudinem non valebat.

Instruct. conf. pars. 2.

### Articulus quartus.

¶ Am in articulo. 4. inquitur à Diuo Thoma, vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta. Respondet autem, quod oportet alia sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea, quæ præcesserunt in Christo præter sacramenta vetera, quibus prænunciabantur futura. Huius ratio est, quod sicut patres antiqui saluati sunt per fidem Christi venturi: ita nos saluamur per virtutem Christi iam nati & passi. Cum ergo sacramenta quædam signa sint, quibus protestamur fidem, qua iustificamur, oportet alijs signis & sacramentis signari futura, & alijs præterita seu præsentia, vt testatur D. August. 19. contra Faustum.

¶ Ad argumenta Diui Thomæ respondentes, ad primum dicimus quod nō obstat, quod veniente veritate debet cessare signū & figura. Quia vsque ad statum gloriæ, vbi nude & perfecte manifestabitur veritas status nouæ legis est medius etiam respectu status veteris legis, secundum D. Dionys. cap. 5. cœlestis Hierarchiæ. Vbi nunc etiam in noua lege, vt dicitur. 1. ad Corinth. 13. videmus per speculum in ænigmatē. Et ideo & nunc necessaria sunt signa sensibilia, quæ sint sacramenta.

¶ Ad secundum argumentum dicitur, quod Apostolus ad Galat. 4. ideo sacramenta veteris legis vocat egea, & infirma elementa, quia gratiam neque continebant, neque causabant. Quod de nostris dici non potest, cum gratiam contineant, & causent: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad tertium argumentum dicitur, quod non obstat, quod, vt dicitur Iacob. 1. apud Deum non sit transmutatio. Quia sicut in patrefamilias mutabilitatem non arguit, si pro diuersis temporibus suæ familiæ diuersa mandet: ita neque Deus mutabilitatem in sua voluntate ostendit, si pro diuersis temporibus diuersa sacramenta instituit, illis tamen temporibus pro sua varietate congruentia ad demonstrandum futurum vel præteritum.

(4)

**V**TRVM sacramenta sint causa gratiæ: Et an ex opere operato, vel solum operantis illam causent: Et quomodo causent gratiam. Vbi circa hoc recensentur quinque modi opinandi circa hoc traditi à Doctoribus diuersis, & respondetur ad questionem per duas conclusiones: & respondetur ad argumenta: Et an asserendum sit, quod homo iustificet se & sanctificet se: & an gratia creetur: Et quomodo humanitas Christi Domini causa est, & fuit nostra iustificationis. Vbi referuntur. 7. modi: Et an Christus Dominus in quantum homo sit causa principalis gratiæ.



**C**IRCA questionem. 62. A text. part. D. Thomæ primus occurrit articulus, in quo inquitur à D. Thoma, vtrum sacramenta sint causa gratiæ. Respondet autem D. Thomas primo, quod necesse est dicere sacramenta nouæ legis per aliquem modum gratiam causare. Quod ex eo patet: quia manifestum est, per sacramenta nouæ legis hominem Christo incorporari iuxta illud, quod de baptismo dicitur ad Galat. 3. Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis. Non autem efficitur homo membrum Christi, nisi per gratiã ergo sacramenta noua sunt causa gratiæ: Secundo ait, quod non est dicendum, prout aliqui dixerunt, quod sacramenta non sunt causa gratiæ, aliquid operando: sed quia Deus solus sacramentis adhibitis gratiam in anima operatur, ad modum libri per quem inuestitur canonicus, vel baculi, per quẽ abbas inuestitur, sicut episcopus per annulũ. Quia secundum hunc modum sacramenta nostra nihil plus essent, quàm signa gratiæ: quod tamen repugnat multis sanctorum autoritatibus: ex quibus habetur, quod sacramenta nouæ legis non solum significant: sed causant gratiam. Tertio ait, quod cum duplex sit causa agens, principalis, & instrumentalis, Deus solus in sacramentis, vt causa agens principalis potest causare gratiam, & eam operatur. Patet, quia causa principalis agens est, quæ operatur per virtutem suæ formæ, cui assimilatur effectus: sicut ignis suo calore calefacit. At gratia, quæ effectus est sacramenti, cum nihil aliud sit, quàm quædam participata similitudo diuinæ naturæ iuxta illud. 2. Petri. 1. Magna nobis & pretiosa promissa donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ, soli Deo assimilatur, qui principalis est eius causa.

**A** Quarto ait, quod sacramenta nouæ legis causant gratiam, vt causæ instrumentales, non vt principales causæ. Patet, quia causa instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ, sed solum per motum, quo mouetur à principali agente. Vnde effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti, sicut lectus non assimilatur securi, sed arti, quæ est in mente artificis. Sed pari modo sacramenta nouæ legis dum applicantur ex diuina ordinatione causant gratiam: ergo sunt causæ instrumentales. Nam id dicitur instrumentum, per quod aliquis operatur: Deus autem per ista sacramenta operatur, vt ait D. August. 19. contra Faustum, quod virtus Dei, quæ per sacramenta operatur in gremio manet. Quod & confirmat Diuus Paulus ad Thimot. 3. dicens: Saluos nos fecit per lavacrum regenerationis. Ad argumentum autem Diui Thomæ respondentem dicimus: Ad primum quod non obstat, quod non possit id esse signum & causa. Quia id verum est loquendo de causa principali: ipsa enim non proprie est signum effectus, licet occultum. Sed secus est de instrumentali causa, si sit manifesta: quia hæc potest dici signum effectus occulti, eo quod non solum est causa, sed est etiã quodammodo effectus, in quantum mouetur à principali agente. Et sic sacramenta nouæ legis sunt causæ & signa efficiëntia, & figurantur ideo perfectã assequuntur rationẽ sacramenti. Ad secundum Argumentum dicitur, quod non obstat, quod corporale non possit agere in spirituale, eo quod agens nobilius est patiente secundum Diu. Augusti. 12. super Genes. ad literam. Quia id est verum, si attendatur sola propria virtus rei corporalis. Secus est per virtutẽ diuinã, quã accipit à Deo, diu applicatur in sacramento, vt instrumento, quo vtitur Deus. Sicut serra ex propria sola actione, solum habet scindere lignum, at ex virtute motrice artificis instrumentaliter eam mouentis habet conficere lectum: sic aqua baptismi secundum propriã virtutem abluit corpus: in quantum autem est instrumentum virtutis diuinæ abluit animam, vt D. August. ait: scilicet, quod corpus tangit & cor abluit.

**A** habet vitam æternam. Et ne hæretici possent inficiari hanc vitam æternam instrumentaliter donari per sacramentum Eucharistiæ, ideo subdit: Caro mea vere est cibus, vere scilicet, animam cibans, sicut materialis cibus causa est alendi animal.

**C** Item de sacramento poenitentiae constat, causam esse gratiæ ex Ioannis. 20. cap. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Nam hic Concilium Constantiense collegit, sacerdotes remittere peccata: quæ quidem remissio non fit sine gratia collata per sacramentum, quod ministrant.

**C** In citatione sanctorum pro hac catholica assertione facientium, non oportet immorari: quia eos allegat Sotus ex Græcis, Cyrillum lib. 2. super Ioannem cap. 42. Chrysostomum Homil. 25. super Ioannem, Origenem super Num. Homil. 5. Ambrosium lib. 1. de sacramentis cap. 5. & refertur de consecrat. distinctio. 4. can. per aquam. Gregor. can. quod apud August. de baptismo paruul. & refertur de consecrat. distinctio. 4. can. non filius. & super Ioannem. cap. 15. Vbi ait, quæ est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Et Bedam super cap. 3. Lucæ. & Hugon. lib. 1. de sacramentis pag. 9. cap. 2. Magist. in. 4. sent. distinctio. 1. Vbi ex dictis omnibus hanc collegit definitionem sacramenti, scilicet, quod sit signum gratiæ, cuius imaginem gerat, & causa existat. Postremo probat esse de fide ex Concilio Florentino sub Eugenio. 4. Vbi definitur, quod sacramenta veteris legis non causabant gratiam: sed eam solum per passionem Christi dandã figurabant: nostra vero septem & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. At tandẽ explicatissimè id id per Concilium Tridentinũ est definitum. Ses. 5. in prologo. can. 5. Vbi decernitur, vt qui per Iesu Christi Domini nostri gratiã, quæ in baptismo confertur, reatum peccati originalis remitti negauerit, anathema sit. Et Ses. 7. can. 6. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiã ipsam non ponentibus obicem, non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ gratiæ, anathema sit.

**C** De secunda questionis parte nunc differendum restat, scilicet, quomodo sacramenta causent gratiam: Nam circa hoc versantur tres opinioniones. Prima asserentiũ, quod sunt causa, sine qua non, gratiæ: eo quod Deus statuerit ad eorum præsentiam conferre gratiam. Quæ quidem opinio est fere omnium Doctorum. Est Alexandri in. 4. part. q. 8.

**B** licæ assertione facientium, non oportet immorari: quia eos allegat Sotus ex Græcis, Cyrillum lib. 2. super Ioannem cap. 42. Chrysostomum Homil. 25. super Ioannem, Origenem super Num. Homil. 5. Ambrosium lib. 1. de sacramentis cap. 5. & refertur de consecrat. distinctio. 4. can. per aquam. Gregor. can. quod apud August. de baptismo paruul. & refertur de consecrat. distinctio. 4. can. non filius. & super Ioannem. cap. 15. Vbi ait, quæ est ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Et Bedam super cap. 3. Lucæ. & Hugon. lib. 1. de sacramentis pag. 9. cap. 2. Magist. in. 4. sent. distinctio. 1. Vbi ex dictis omnibus hanc collegit definitionem sacramenti, scilicet, quod sit signum gratiæ, cuius imaginem gerat, & causa existat. Postremo probat esse de fide ex Concilio Florentino sub Eugenio. 4. Vbi definitur, quod sacramenta veteris legis non causabant gratiam: sed eam solum per passionem Christi dandã figurabant: nostra vero septem & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. At tandẽ explicatissimè id id per Concilium Tridentinũ est definitum. Ses. 5. in prologo. can. 5. Vbi decernitur, vt qui per Iesu Christi Domini nostri gratiã, quæ in baptismo confertur, reatum peccati originalis remitti negauerit, anathema sit. Et Ses. 7. can. 6. Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiã ipsam non ponentibus obicem, non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ gratiæ, anathema sit.

**C** De secunda questionis parte nunc differendum restat, scilicet, quomodo sacramenta causent gratiam: Nam circa hoc versantur tres opinioniones. Prima asserentiũ, quod sunt causa, sine qua non, gratiæ: eo quod Deus statuerit ad eorum præsentiam conferre gratiam. Quæ quidem opinio est fere omnium Doctorum. Est Alexandri in. 4. part. q. 8.

**C** Item de sacramento Eucharistiæ, quod sit causa gratiæ illa autoritas Domini Ioannis. 6. aperte indicat. Vbi ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,

**C** Item de sacramento Eucharistiæ, quod sit causa gratiæ illa autoritas Domini Ioannis. 6. aperte indicat. Vbi ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,

**C** Item de sacramento Eucharistiæ, quod sit causa gratiæ illa autoritas Domini Ioannis. 6. aperte indicat. Vbi ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,



quæstio. 8. membr. 3. articulo. 5. Et Bonauen-  
turæ in. 4. distinctio. 2. quæstio. 3. & Okam  
in. 4. quæstio. 1. & Richardi distinctio. 1. art. 4.  
quæstio. 1. & Scoti quæstio. 4. & 5. & Durand.  
quæstio. 4. & Marsilij in. 4. quæstio. 2. articulo. 3.  
Probant autem omnes isti hanc suam asser-  
tionem falsam, hac communi ducti ratione,  
scilicet, quod cum gratia sit spiritualis, & su-  
pernaturalis qualitas & forma, non potest  
educi de potentia materiæ, ac per consequens  
produci nequit: nisi per creationem. Ad sa-  
cramenta nostra sensibilia, cum creaturæ  
sint, assumi nequeunt, etiam, ut instrumen-  
ta ad creationem gratiæ, sicut neque; vlla crea-  
tura potest assumi, ut instrumentum Dei  
ad creationem animæ, cuius productio non  
dependet à materia. Hoc argumentum est  
eorum Achilles. Grabiell autem in. 4. distin-  
ctio. 1. quæstio. 1. secutus Alia cum, & Commenta-  
torem. 9. Metaphysicæ cōment. 7. in illa sua  
opinione, quæ delirium est in philosophia,  
qua asserunt creaturas, neque tanquam cau-  
sas secundas aliquid operari, sed Deum ad  
præsentiam earum, hoc ipsum tribuit sacra-  
mentis, scilicet, quod tantum Deus causat  
gratiam ad præsentiam eorum. Quorum opi-  
nio ex eo reprobata apparet, quod (ut ait Di-  
uus Thomas) isti nihil plus tribuunt sacra-  
mentis nostris, quam quod sint signum ap-  
plicatæ fidei: quod, ut ait Sotus, neque Lu-  
therani negant. Secundo, ex eo reprobata ap-  
paret, quod solum tribuit sacramentis esse si-  
gna significantia per certitudinem Dei assi-  
stentia. Tertio, quia isti dicentes, sacra-  
menta esse causam, sine qua non, tollunt ab eis  
causalitatem propriam. Quia causa, siue qua  
non, nisi reducat ad aliquod genus causa-  
rum, scilicet, efficientis, finalis, formalis, vel  
materialis, non est proprie causa, nisi forte  
per accidens sicut musicus ædificat. Item  
quarto, quia nihil plus efficietia isti tribuunt  
sacramentis, quam verbis malefici, quæ so-  
lum sunt signa, ad quorum præsentiam dæ-  
mon ex pacto operatur ipse solus præstigio-  
sus effectus. Item quinto, contra Scotum,  
peccantem in bona philosophia poeniten-  
tiæ sacramentum expellit mortale: ergo ef-  
fectiue expellit illud, & non solum formaliter;  
ut formaliter albedo expellit tantum ni-  
gredinem: ergo effectiue producit gratiam.  
Nam ignis non expellit frigiditatem actiue,  
nisi per calorem, quem in subiecto producit  
actiue: ita & sacramentum hoc.

¶ Secundus modus est opinandi, scilicet,  
quod sacramenta dicuntur causare gratiam,  
eo quod producant characterem, sicut ba-

**A** ptismus, confirmatio, & ordo, producant.  
Quam secutus est Diuus Thomas in. 4. di-  
stinctio. 1. quæstio. 1. art. 4. & Capreolus dist.  
1. quæstio. 1. & Palud. eadem distin. & quæ-  
stio. tripliciter impugnatur. Quia character  
est in intellectu: ergo non est dispositio ad gra-  
tiam, quæ est in essentia animæ, ut in subie-  
cto. Tum secundo, quia character est spiri-  
tuale accidens, sicut & gratia. Ergo si secun-  
dum istos sacramentum non potest gratiam  
conferre: ergo neque characterem imprimere,  
ut sit dispositio introducens gratiam (ut  
ipsi dicunt.) Tum tertio: quia, ut sentit Di-  
uus Thomas. 1. 2. quæstio. 111. articulo. 4. sicut po-  
tentia fluunt ex animæ essentia: sic chara-  
cter consequitur gratiam, licet dum obex op-  
ponitur sine illa imprimatur. Ergo character  
est posterius quid, quam gratia: ergo non  
est dispositio ad illam, quia dispositio est quid  
prius. Adde etiam quod commentum illud  
de ornatu ad gratiam, quod alij confinxere,  
improbabilis est. Quia cum gratia sit ipsum  
animæ ornamentum, & decus super-  
fluum est aliud multiplicare ornamentum  
animæ, quod antecedit gratiam. Et sic ruit  
opinio istorum, tenentium sacramentum  
causare gratiam per hoc, quod producit cha-  
racterem, aut ornatum quod sit dispositio  
ad gratiam.

**B** ¶ Tertius modus opinandi inter moder-  
nos fuit ille Victoriar, scilicet, quod sacramen-  
ta dicuntur esse causa gratiæ: quia, scilicet,  
sunt causa motiua, qui ideo ut insufficientis  
solet reprobari. Tum, quia causa motiua non  
est instrumentum, sicut causa motiua, quod  
mater diligit filium est, quia genuit eum. Et  
tamen ista causa motiua, scilicet, genuisse eum,  
non est proprie instrumentum, quo mater  
illum elicit amorem erga filium. At sacramen-  
ta sunt instrumenta causantia in nobis gra-  
tiam Dei: tum quia sacramenta potius sunt  
instrumenta mota à Deo, quam causa moti-  
ua mouens prius Deum.

**C** ¶ Quartus etiam modus assignandi cau-  
salitatem sacramentis, est Soti, qui per hunc  
modum existimat, omnes cessare difficulta-  
tes. Ait enim, ideo sacramenta esse causam  
gratiæ: quia effectiue faciunt homines iustos,  
abstrahendo à qualitate gratiæ, quam, ut ip-  
se docet, sacramenta non attingunt secundum  
essentiam, quoad productionem; sed à solo  
Deo producantur. Quod exemplo naturali  
commostrare contendit. Sicut homo dicitur  
gignere hominem, quia licet non attingat ad  
creationem animæ, per dispositiones tamen  
quas producit in materia. attingit ad animæ  
vniionem

vniionem cum corpore: sic imaginatur circa  
sacramenta, scilicet, quod faciunt homines  
gratos, & quod licet effectiue non attingant  
ipsum esse gratiæ, quæ creatur à Deo, attingunt  
tamen ipsam vniionem gratiæ cum anima.  
Et sic putat omnia inconuenientia euacuari.  
Sed certe, si ista sententia Soti sumeretur per  
ordinem ad potentiam Dei absolutam, acce-  
ptari poterat: quia Deus de potentia absolu-  
ta hominem sibi gratum facere posset, sine  
qualitate gratiæ infusa in anima per modum  
habitus inhærentis. Sed quia de facto Deus  
nos efficit gratos per qualitatem gratiæ pro-  
ductam in anima, ut probabilis concilia ef-  
se censent iustificari hominem per gratiam  
& virtutes infusas sibi per modum habitus  
in anima inhærentes, esseque habitus: ideo im-  
possibile videtur, asserere, quod sacramenta  
faciant hominem gratum, & quod non at-  
tingant qualitatem gratiæ, quoad eius produ-  
ctionem. Nam agens naturale puta ignis pro-  
ducere nequit effectiue calidum, nisi attingen-  
do productionem caloris effectiue. Neque  
exemplum Soti euacuat difficultatē de gigne-  
te hominem, & non attingente ad creationem  
animæ. Quia talis genitor per dispositiones  
quas ponit attingit saltem ad vniionem, & cō-  
iunctionem animæ cum corpore hominis ge-  
niti, sine hoc, quod attingat ad esse animæ,  
quantum ad eius creationem. At vero, quia  
gratia est accidens, cuius esse est inesse: sit sa-  
ne, ut sacramenta nequeant ad inhærentiam,  
& vniionem gratiæ cum anima pertingere,  
quin pertingant ad esse gratiæ per eius pro-  
ductionem. Sicut impossibile videtur de potē-  
tia ordinaris, quod ignis attingat ad inhæren-  
tiam, & vniionem caloris eum subiecto, quod  
efficit calidum, & quod non attingat effecti-  
ue ad productionem esse caloris. Ideo neque  
hæc opinio Soti omnino placet, neque la-  
tisfacit.

**D** ¶ Quintus modus opinandi circa modum,  
quo sacramenta causant gratiam est, quod il-  
lam causant per modum causæ moralis. Qui  
quidem modus, licet antiquus fuerit, tamen  
à Magistro Cano, in relect. de sacrament. in  
genere. quæstio. 4. est ad memoriam reuoca-  
tus, & explicatus. Cuius explicatio pluribus  
iunioribus extitit grata: quia ingeniosa est,  
& aliquid verisimilitudinis præ se fert. Ideo  
non erit ab re illum hic explicasse. Pro cuius  
intelligentia prænotari oportet, duplex  
esse genus causæ. Alia est enim naturalis, ut  
suis manibus interficiens hominem causa na-  
turalis est homicidij. At qui illum homicidij  
tantum consuluit, aut imperauit, causa fuit il-  
Instruēt. conf. pars. 2.

**A** lius non naturalis, sed moralis. Ista autem cau-  
sa moralis, licet aliquid effectiue operetur, au-  
tore Soto in physicis, vbi agit de distinctio.  
causar.

Quia consiliarius, inquit, dat formam agen-  
ti: non tamen physice & effectiue effectum  
principalem attingit. Sicut pretio conducens  
operarium ad opus sibi necessarium fabrican-  
dum, causa moralis est illius operis, quia pre-  
cio conduxit operarium: ad illud tamen quo-  
ad executionem physice effectiue illud opus  
non attingit, nisi solus operarius conductus:  
sic imaginatur Canus sacramenta continere &  
conferre gratiā, & eam causare iuxta vtrūque  
concilium Florentinum & Tridentinum, non ut  
causa naturalis, sed ut causa moralis. Quia si-  
cut crumena continet redemptionem capti-  
ui, sic sacramenta continent ad modum mar-  
supij passionem, & sanguinem Christi, quæ  
pretium sunt nostræ redemptionis, & remis-  
sionis peccatorum, & gratiæ, quæ nobis à Deo  
confertur. Verum opinio hæc Cani, quam-  
uis ex exemplo hoc satis intelligibilis redda-  
tur, neque attingit punctum quæstionis, ne-  
que omnes exhaustit difficultates, quatenus  
sacramenta solum moralia instrumenta esse  
gratiæ, & non ad modum physicum eam in-  
strumentaliter efficere persuadere contendit.  
Pro expeditione quæstionis statuuntur duæ  
sequentes conclusiones.

#### Pro expeditione quæstionis.

**P**rima conclusio: Sacramenta non sunt in-  
strumenta solum moralia ad producendam  
gratiam, sed sunt instrumenta effectiue attingentia,  
quoad productionem, gratiam ipsam.  
Hæc conclusio est contra Canum, quatenus  
excludit à nostris sacramentis causalitatem  
gratiæ ad modum physicum. Quæ quidem  
conclusio multipliciter probatur contra Ca-  
num. Tum primo: quia alias concilia, & sa-  
cræ scripturæ loca & testimonia sanctorum  
loquentia de causalitate gratiæ vix possunt  
explicari de hac sola causalitate morali,  
quam assignat Canus. Quia ista verba con-  
ciliorum, scilicet, continere gratiam, &  
eam conferre, si proprie accipiantur, ut ne-  
cesse est accipi in definitionibus fidei conti-  
nentiam gratiæ virtuales, & collationem  
eius ad modum physicum significant. Quia  
concilia voluerunt declarare efficaciam sacra-  
mentorū, quam habent à potentia diuina,  
cuius sunt instrumenta: sed potentia diuina  
attingit gratiam ad modum causæ physicæ:  
ergo ad hunc etiam modum sacramenta con-  
tinere,

tinere, & conferre gratiam senserunt concilia, quia ad idem genus causalitatis pertinere debet instrumentum, ad quod pertinet principalis causa, ut si causa principalis ad modum physicum operatur, sic etiam operetur & eius instrumentum. Ratio haec est patetis. Confirmatur etiam ex autoritate D. Thomae in 3. parte. quaest. 48. art. 6. in solut. ad 3. ubi ait, quod passio Christi, secundum quod comparatur ad deitatem eius, agit per modum efficientiae. In quantum vero comparatur ad voluntatem animae Christi, agit per modum meriti. Sed eadem est ratio de passione Christi, & sacramentis, quae virtute passionis eius operantur instrumentaliter ad gratiam, quod ad modum causandi gratiam. Ergo si passio Christi non solum est meritoria gratiae respectu voluntatis animae Christi, sed etiam comparata ad eius deitatem agit per modum efficientiae, pari ratione dicendum est de eius sacramentis, quod non solum sint causa meritoria & moralis gratiae, sed etiam effectiua ad modum causae physicae.

¶ Tum etiam secundo patet ex D. Thoma in 3. parte. quaest. 78. art. 4. Vbi ait, quod in verbis formalibus sacramenti Eucharistiae, est quaedam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam, instrumentaliter, sicut in alijs sacramentis. Ergo sicut virtus haec creata ad conuersionem panis in corpus Christi, est effectiua ad modum causae naturalis (nam ridiculum esset asserere transubstantiationem in Eucharistia fieri a forma, ut a causa sola morali: quia transubstantiatio ista, non est veluti iustificatio, quae tribuitur homini intuitu meritorum Christi.) ergo si virtus consecratiua corporis creata, quae existit in verbis, agit per modum physicum, etiam ad eundem modum reliqua sacramenta efficient gratiam, ut ait D. Thomas.

¶ Tum etiam tertio patet: Quia si nostra sacramenta essent causae solum morales gratiae, iam in hoc puncto non differrent a sacramentis veteris legis: quia illa etiam in hoc sensu erant causae morales: quia in illis virtute meritorum sequentium passionis Christi & vi fidei ibi in circumcisione, verbi gratia, applicatae, conferebatur suscipientibus gratia. Nam sicut pretium in futurum soluendum causa moralis esse potest redemptionis praemii & actualis captiui: ita & tunc in sacramentis veteris legis meritum Christi futurum, & pretium passionis eius futurae post soluendum, causa moralis esse poterat gratiae in circumcisione collatae, non virtute circumcisionis, sed meriti passionis futurae Christi ibi applicati

A per fidem. Ergo in hoc nihil plus excellentiae tribueremus nostris sacramentis, quam sacramentis veteris legis: quod indignum est dictu.

¶ Tum quarto patet ex ratione Soti: Quia causa moralis, puta, consilium & preces est instrumentum illius, qui mouet alium ad aliquid agendum, ut consiliarius per consilium instrumentaliter moraliter mouet alium ad opus, & non est instrumentum illius, qui mouetur: sed sacramentum est instrumentum Dei, qui mouetur ad dandam gratiam, & non hominis, qui adhibet sacramentum: ergo sacramentum non est causa moralis tantum.

B ¶ Secunda conclusio: Sacramenta nostra sunt causa gratiae effectiue ad modum causae naturalis, & artificialis, & attingunt gratiam & infusionem eius in subiecto. Ita D. Thomas in hoc articulo. 1. ubi ait, quod sacramenta causant gratiam, ut mouentur a principali agente, id est, a Deo. Ita etiam in locis citatis insinuat D. Thomas. Ita tenet Caietanus in praesenti: & probat multipliciter. Tum primo quia hoc pertinet ad excellentiam nostrorum sacramentorum, quod sic ad instar causae naturalis causent gratiam ipsius productione effectiue attingendo: ergo sic est rei veritas postquam hoc ad eorum magnam excellentiam spectat. Insuper secundo patet: quia hoc genus causandi conformius est sacrae scripturae & testimonijs sanctorum & definitionibus conciliorum. Patet ad Tit. 3. Sa. uos nos fecit per lauacrum regenerationis. Istud autem lauacrum baptismi ex parte Dei se tenet, qui effectiue agit & saluat effectiue. Tum tertio, quia axioma commune est, quod nostra sacramenta conferunt gratiam ex opere operato. Quae verba efficientiam plus quam moralem sacramentis nostris competere testificantur. Tum quarto patet conclusio ex concilio Tridentino. Sessio. 6. cap. 7. Vbi causas iustificationis assignans declarat causam effectiuam esse Deum, formalem autem esse gratiam, instrumentalem vero baptismum, per quem intelliguntur etiam reliqua sacramenta. Ergo cum Deus agat effectiue ad modum causae physicae attingendo gratiam, fit consequens, ut instrumenta eius, qualia sunt sacramenta ad hunc modum attingendi effectiue productionem gratiae, a Deo eleuentur. Nam praeter rationem causae modo physico operantis, est assignare ei solum instrumentum morale. Tum quinto patet: Per hunc modum causalitatis dignum Deo autore omnibus satisfat difficultatibus, & maxime illi argumentis, cui omnes subcubere contrarij, auer-

D tentes se a veritate, qui possibile est Deo ex potentia obedientiali animae producere gratiam, atque ad hanc productionem assumere sacramenta ut instrumenta, non enim hoc implicat contradictionem. Nam in hoc modo causandi non admittimus gratiam creari; quod omnes contrarij concedere renuebant, quia id quod creatur non educitur de potentia materiae, vel subiecti, neque dependet ab illa in fieri vel conseruari. Gratia autem proculdubio, cum accidens sit, dependet a subiecto, id est, ab anima in conseruari, & etiam in fieri; quia citra miraculum non posset gratia infusa in anima fieri aut conseruari extra animam: non ergo creatur ex nihilo: sed educitur de potentia, non naturali, sed tantum obedientiali animae; ubi subiecitatur, sicut forma artificialis non creatur: quia educitur de potentia non naturali ligni; sed de potentia, quae obedientiali eius. Quod si D. Thomas 1. 2. quaest. 110. art. 2. in solut. ad tertium. concedit, quod gratia dicitur creari, ipse se statim explicat, in quo sensu hoc accipiendum sit: nempe, quia homines secundum ipsam creatur, id est, in nouo esse constituntur ex nihilo, id est, non ex meritis: iuxta illud ad Ephesi. 9. Creati in Christo Iesu in operibus bonis. Itaque creati dicitur gratia, non quia dependenter a subiecto, id est, ab anima non producat: sed quia prima gratia nullo nostro praecedente merito nobis infunditur. Et sic ab effectu contrarij Achilei.

A licet. §. nos attendentes. opinionem Theologorum asserentem in baptismo tam paruulis quam adultis conferri gratiam informantem, & virtutes, tanquam probabiliorem, & dilectis sanctorum magis consonam, & concordem approbat, & eligit, sic approbante concilio attendente ad generalem efficaciam mortis Christi. Non ergo Canus nos irrideat, si vniuersalis Ecclesiae approbationi innitentes probabiliorem opinionem sequamur, scilicet, quod passio & mors & sanguis Christi vniuersalem efficaciam habeant ad informantem gratiam quoad habitum causandam, prout illic declaratur. Nam & concilium Tridentinum nobis fauet, dum Sess. 6. can. 101. diffinit per gratiam, & charitatem quae in cordibus nostris per Spiritum sanctum diffunditur, atque nobis inhaeret, nos iustificari. Aliis si prout contendit Canus, ista causalitas solum esset moralis, non esset tam mirabilis effectus sacramenti, ut Augustinus admirans exclamans: Quae est ista tanta virtus aquae, quae corpus tangit & totum abluunt? si morale tantum esset instrumentum. Imo si nimis incredibilis Canus videatur ista nostra conclusio & modus dicendi ex duplici ratione potius in se sibi persuadere debet esse verum, & credibilem. Tum quia in maiestatis sacrae scripturae & in definitionibus conciliorum quae fide, quae est supra rationem naturalium, potius quam a ratione naturali inchoandum est: hoc est, quod est in rebus, quae sola ratione naturali colliguntur. Imo ipsa ratio naturalis, si aliquando videretur deiciere a fide, corrigenda esset per regulam certissimam fidei. Tum secundo: quia praeterquam quod regulae fidei, quae continentur in sacra pagina, & in concilijs, nostra conclusio & modus dicendi conformior est duplici exemplo de sumptibus naturalibus, confirmatur & persuaderi potest, ut naturalia principia solum speculantibus non videatur incredibilis. Nam primo occurrit exemplum in naturalibus de phantasma te corporeo; quod ex coniunctione ad intellectum agentem spiritualement potest agere in intellectum possibilem, attingendo speciem intelligibilem, quae omnino spiritualis est. Neque Diuus Thomas in 1. par. quaest. 84. art. 6. hoc negat, sed solum ait, quod cognitio sensibilis non est totalis & perfecta causa cognitionis intellectualis. Et hoc verum est, quia phantasma sensibile ad hunc finem fit per intellectum agentem actu intelligibile, ut possit immutare intellectum possibilem. Ergo pari ratione Deus eleuare potest, & de facto eleuat sensibilia, & corporea nostra sacramenta.

#### Responsio ad reliquas obiectiones.

PRIMO, Magister Canus hic nobis occurrit, qui nostram conclusionem ei contrariam a grauitate, & dignitate Theologica deuiare existimat; eo quod asseramus sacramenta nostra, qualitates infusas efficere; nosque risu Catoniano dignos esse putat, si ad eam formam sanguinem Christi esse causam nostrae iustificationis exponamus. Sed nos ei primo obijcimus vrgentissimas rationes, nostram conclusionem veram demonstrantes: quas dum non soluit, nec nos risu Catoniano ob id digni erimus, ut ipse putat. Secundo respondeat nobis: Si nostrae rationes non conuincunt, ubi nam in sacra scriptura reperiuntur verba insinuantia oppositum? Sed iam tertio ad rem ei responderetur, non abesse nostram conclusionem a grauitate & dignitate theologica. Nam & concilia vniuersalia interdum, ut gratiora conseruent, ad aliqua non tam graua descendunt. Nam Clementin. 1. de summa Trinit. cap. fidei catho-

men ta

menta sua virtute ad eleuationem effectū, scilicet, ad gratiæ productionem, quæ est omnino spiritualis atque supernaturalis. Quod si secundum exemplum naturale id confirmās requiras, en tibi satisfacet exemplum de voce, quæ cum sit corporalis, immutat intellectum audientis, & eum excitat & agit in eum, secundum quod ex conceptu mentali proferentis procedit. Quod exemplum habetur ex Diuo Thoma, quæst. 62. artic. 4. in solut. ad. 1. sicut & primū exemplum est Caiet. q. 8. in sol. ad tertium. art. 4. Ergo pari ratione nostra sacramenta licet sint sensibilia ex virtute Dei in eis contenta poterunt eleuari, vt agant in animam ibi attingendo productionem gratiæ.

¶ Ad obiectionem seu argumentum secundum, quod opponitur, vbi arguitur, quod in sacramentis non interuenit contactus, quod contingant animam, quia corporale exterius non cōtingit animam: qui tamen contactus necessarius erat, vt sacramenta ad modū physicum operarentur effectiue ad gratiæ productionem in anima, quia nullum agens operatur vbi non est, respondetur multipliciter. Primo ex Diuo Thoma in 3. part. q. 48. artic. 6. in solut. ad secundum docente, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate vnita; & ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet, per fidem & fidei sacramenta, secundum illud Apostoli: Quem proposuit propiciatorem per fidem in sanguine eius. Itaque ex hac solutione D. Thomæ elicitur solutio ad hoc argumentum, scilicet, quod sacramenta ex diuina virtute illis collata satis est si ad producendam gratiam in animam contingant ipsam animam per contactum spiritualem, scilicet, per fidem & affectionem ad sacramenta. Nam sic sacramenta contingunt animā. Secūdo respondetur, quod contactus subiecti vt tradit Mag. Bañ. quia solū est cōditio requisita, eam Deus potest suppleri in instrumēto; si aliquid ad operandū assumat. Potest enim Deus vt instrumento ignis ad cruciandum spiritum, ita, vt sine hoc quod ignis contingat spiritum realiter cruciatum inferat illi. Sic etiam possumus dicere Deum in sacramentis istum contactum suppleri. Maximè, quia non asserimus, quod omnino efficientia sacramentorum sit physica, sed solum asserimus, quod sit ad modum physicum, & similitudinem physicam. Ad quam similitudinem seruandam, satis est, si actionem realem sacramentis tribuamus circa gratiam, sicut agentia physica realiter suos

A producant effectus: neque opus est omnimodam inter sacramēta; quæ instrumenta sunt supernaturalia & inter instrumēta physica obseruari in omnibus idētitatē. Tertio respondetur ad argumētū istud secundū, quod ad efficientiam non requiritur contiguitas, vel contactus instrumenti cum ipso effectū, vel cum subiecto, vbi producendus est effectus: præsertim si interueniat miraculum. Possit enim Deus per ignem in Hispania existentem, calescere hominem Romæ cōuersantem. Imò citra miraculum vsu euenit, vt per instrumētum separatum ab effectū causa principalis, & contigua effectū, producat naturaliter effectum. Sicut pictor per cogitatuam potentiam, vbi sunt similitudines artis pingendi, tanquam per instrumentum, mouet manum ad pingendam imaginem, & effectiue concurrat ad motum manus cogitatuam, vt instrumentum pictoris. Et tamen cogitatuam illa potētia cum sit in capite subiecti, immedie te non attingit manum, quam mouet, & cuius motum effectiue instrumentaliter causat. Sic etiam circa sacramenta sapienter philosophandum est. Scilicet, quod sicut cogitatuam potentia, quæ instrumentum est ad mouendum manum pictoris, satis est radicetur in anima, quæ est contigua manui, quam vt causa principalis mouet: ita sacramenta, quæ sunt instrumenta Dei, satis est, si per virtutē acceptam à Deo sint coniuncta Deo, qui est principalis causa attingens hominem gratum.

¶ Ad argumentum tertium, quod solitū est obijci, scilicet, dum arguitur, quod causa agens per modum physicum instrumentaliter, quando iam non est, quia desijt esse, non potest operari: sed sacramenta operantur, quando iam non sunt, sed iam transierunt, vt patet in sacramentis baptismi, & poenitentiae, quæ fide recepta, post quā iam non sunt, ablata fictione, causant gratiam: ergo eam non causant physico modo, sed vt causæ morales, quæ possunt operari quando iā transierunt: sicut præceptum & consilium præteritum operantur post: Respondetur primo, quod propter hoc argumentum aliqui Thomistæ, inter quos adnumeratur F. Ioannes à Peña, existimant in hoc casu locū habere opinionem Cui, scilicet, quod post, ablata fictione, sacramentum præcedens fide receptum sit causa tantum moralis gratiæ, vt patet in baptismo, & in sacramento poenitentiae fide, sed valide receptis. Quia si fide baptizatus, aut fide absolutus postea gratiam assequeretur, virtute solius contri-

tio-

tionis, qua tollit obicem, & non ex vi baptismi, aut sacramenti poenitentiae: iā huiusmodi baptizatus neque erit renatus ex aqua, & Spiritu sancto, neque huiusmodi poenitens vi clauium dicetur obtinuisse veniam peccatorum. At licet ista solutio verisimilis sit, & clare euacuans difficultatem argumenti, alijs non placet: quia adhuc & in hoc casu sacramenta ad modum physicum instrumentaliter post ablatam fictionem per contritionem statim conferre gratiam affirmant. Neque obstat, quod iam sacramenta non sint, sed iam transierint: quia sunt instrumenta non agentis creati physici, qui solum se extendit ad tempus præsens, & ad vnum locum: sed sunt instrumenta Dei, cuius virtus se extendit ad omnem locum, & ad omne tempus præsens & futurum. Quia idem dicendum est de sacramentis, sicut & de passione Christi, quæ licet præterita sit, ab illa tamen dimanat nunc efficientia sacramentorum, vt à generali causa, quia eius virtus mansit alligata sacramentis. Sic etiam præterita sacramenta in casu fictionis virtualiter manent in virtute baptismi valide, sed fide suscepti, & in virtute absolutionis valide sed infructuose suscepta: vt post ablata fictione ad modum physicum possint conferre gratiam. Sicut semen, quod antea erat viuum mortificatum in terra per natiuam vim naturæ viuificatum multiplicat in segetem & fructum: & sicut voluntas de se efficax, si fuit impedita ablato impedimento suam prodit efficaciam: & sicut virga flexa vi, ablata vi reuertitur ad suam rectitudinem: sic sacramentum valide collatum, sed fide susceptum virtualiter manens in sua validitate se exerit in suum effectum ablata fictione.

¶ Ad argumentum quartum, quo arguitur, quod eodem phrasia stylo, quo sacra pagina attribuit nostris sacramentis vim sanctificandi nos, tribuit & nostris actionibus efficaciam iustificandi, & sanctificandi nos. Nā sicut dicitur de baptismo, quod saluati facti sumus per lauacrum regenerationis: ita etiam 1. Ioannis. 3. dicitur de actu nostræ spei, scilicet, quod qui habet hanc spem sanctificat se, & Ezechielis cap. 38. Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & Hieremias. 4. Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt sakia fias: sed nos per nostros actus his autoritatibus non obstantibus non concurrimus effectiue ad nostram iustificationem: ergo etiam sacramenta effectiue ad modum causæ physice ad eā concurrere non elicitur ex locis sacre scripturæ. Respondetur primo, quod vere sacre scri-

A pturæ verbis est insistendum, non prout vni cuique in particulari videtur sonare, sed secundum eum sanum sensum, quem ex eis colligit catholica Ecclesia, quæ columna & firmamentum est veritatis: in cuius corde præcipue est sacra scriptura, & secundo in libris & editionibus autore Diuo Hieronymo ad Galatas. 3. super illa verba: Notum facio vobis Euangelium fratres. Nam à prima facie illa verba Ioannis. 6. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, necessitatē sumendi sacramentū Eucharistiæ quoad vtramque speciem obligantem omnes, indicere videntur. Et tamen ex interpretatione Ecclesiæ catholice & vsu, populus non sumit sanguinem sub specie vini. Quia Ecclesia interpretatur catholicè istū locum D. Ioannis, quod satisfit sumere corpus Domini, quod cum vitam ibi sit, non sumitur sine eius sanguine, sic concilio Constantiensi declarante. Item facta scriptura si solum in cortice attendatur tam necessarium esse baptismum, sicut & fidem ad salutem in sinuare videtur. Nam, sicut dicitur de fide. Qui non crediderit, condemnabitur Marci ultimo: ita de baptismo dicitur Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et tamen ex interpretatione catholice Ecclesiæ sine actuali fide nemo adultus saluatur. Bene tamen saluatur sine actuali baptismo, quando eum suscipiendi non suppetit copia: si tamen eius concipiat in corde votū. Sic etiā Ecclesia interpretans prædicta loca scripturæ, aliter & aliter hanc causalitatem, conferendi ex opere operato primam gratiā tribuit nostris sacramentis, quam non tribuit nostris actibus. Secundo respondetur, quod sacramenta sunt instrumenta separata à nobis, quæ agunt ex motione Dei. Ideo illis attribuitur causare gratiam. Sed non attribuitur hoc nostris bonis actionibus. Quia has actiones, scilicet, contritionem, & amorem, & fidem, & spem, extra sacramentum poenitentiae, vbi contritio est materia simul cum confessione, non exercemus, vt instrumenta Dei: sed eas actiones producimus; vt causæ principales secundæ. Inde est, quod aliter cōcurrunt ad nostram iustificationem, non, inquam, attingendo primam gratiam. Fate-mur tamen; quod si Deus vteretur nostris actibus, vt instrumentis, quod tunc effectiue attingerēt gratiam. At probabilius est, quod nostris actibus ad id, vt instrumentis non vta-tur, scilicet, ad causandam gratiam: quia in genere



genere dispositionis, concurrunt, non ut causa præcipua, ut verificetur illud psalmi: Gratiam & gloriam dabit Dominus. Non tamen propter hoc notam aliquam temeritatis opinioni illorum inurere volumus, qui opinantur dispositiones nostras, ut instrumentum Dei producere gratiam effectiue & non meritorie. Quia autore magistro Bañes reuera talis opinio non est. Cæterum quod magis vocat in dubium hoc argumentum quartum est, an propter autoritates D. Ioannis, Ezechielis, & Ieremiæ, quas nobis obijcit, huiusmodi propositiones, Homo iustificat se, Homo sanctificat se, & similes sint admittendæ, sine limitatione. Huic dubio autem Metina. 1. 2. de iustificat. & de gratia per duas propositiones facit satis. Primo, quod homo per hoc, quod præbet liberum assensum, aut quia ponit contritionem, quæ est vltima dispositio ad gratiam, non est asserendum, quod iustificet se, quia non ponit illam dispositionem ex vi suæ nature, sed ex auxilio speciali supernaturali Dei. Et, qui quia secundum Canum, etiam si talis dispositio, ut instrumentum Dei effectiue, & non meritorie concurreret ad gratiam (cuius propositum diximus esse probabilius, & certius, scilicet, quod solum concurrat in genere dispositionis) nihilominus non esset dicendum, hominem se ipsam iustificare. Quia effectus instrumenti præsertim respectu sui ipsius, reducendus est in causam primam quæ primo mouet. Et ideo vsus liberi arbitrii cum auxilio diuino speciali in hoc casu reducendus est ad Deum, qui primo mouet. Ideo Christus Dominus dicitur per causalitatem esse nostra sanctificatio & iustificatio. Et isto modo & sensu noster liber assensus, aut dispositio non est nostra iustificatio, aut sanctificatio. Item hoc patet: Quia inter ea tria, quæ concurrere solent ad iustificationem, nempe, vocationem & conuersionem per contritionem, & infusionem gratiæ, & virtutum potissima causa est infusio gratiæ mouentis cor: sed hæc infusio est à solo Deo, in subiecto tamen disposito: ergo Deus est, qui absolute iustificat nos. Et non asserendum de homine, quod iustificet se. Sicut fenestra non dicitur aperire se, cum aperitur ad motum & introitum aeris: sed aer est, qui aperit eam. Sic in mysterio hoc iustificationis, licet verum sit, quod ait concilium Tridentinum, quod anima hic libere præbet assensum Deo vocanti, quia non se habet, ut quid immotum & inanime. Secunda propositio Metinæ est, quod illæ autoritates scripturæ supradictæ, vel quæ sunt similes, intelliguntur de homine iam iu-

A stificato, qui per augmentum gratiæ, quod per opera sua bona facta in gratia iuxta definitionem concilii Tridentini meretur, se iustificare dicitur: nam ipsa intensio & auctio gratiæ iustificatio etiam dicitur. At certe, licet hæc responsio Metinæ ad loca scripturæ obijcta aliquibus placet, tamen mihi non satisfacit. Nam ille locus Ezechielis ca. 38. Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, intelligi non potest, nisi violentiam patiat, de homine iam iustificato per gratiam: in quo cor nouum & mundum creauit iam Deus, & spiritum rectum innouauit iam in visceribus eius. Sed dum ait Dominus per prophetam: Facite vobis cor nouum, de non iustificatis loquitur, qui nondum per iustificationem nati sunt cor nouum. Et de eisdem loqui videtur Ieremias cap. 4: Laua à malitia cor tuum. Quare illa responsio Metinæ, et si aliquibus locis scripturæ possit adaptari: sed non omnibus. Igitur loca scripturæ, si quæ à nobis nostram iustificationem videntur exposcere, atque ex postulare, ut nos iustificemus, & lauemus à malitia, & quod faciamus nobis cor nouum, & similia, solum per hoc nostrum liberum assensum, & cooperationis nostræ dispositionem exposcunt, ut libere ex gratia Dei moueamus nos ad iustitiam coram illo, ut dicitur in concilio Tridentino. Sess. 6. c. 5: dicens, quod cum dicitur: Conuertimini ad me, libertatis nostræ admonemur: cum respondemus: Conuerte nos Domine ad te, Dei nos gratia præueniri confitemur. Et tandem concilium Tridentinum. Sess. 6. cap. 7. ubi enumerat iustificationis causas, causam efficientem iustificationis hominis, non ipsum hominem, sed Deum ipsum, qui gratuito sanctificat ponit. Imò à principio capituli declarat, quod hanc dispositionem seu præparationem per dilectionem Dei, & odium aduersus peccata, ipsa iustificatio consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renouatio interioris hominis. Ergo si iustificatio consequitur istam dispositionem, per dispositionem: non est dicendus homo se iustificare effectiue. Non enim apertio fenestræ (ut in exemplo nostrorum Thomistarum persistamus) quæ in genere dispositionis, & veluti causæ materialis præcedit ad introitum aeris, est causæ efficiens introitus aeris: sed è conuerso introitus aeris fuit causa eius apertionis. Sic dispositio non fuit causa efficiens gratiæ: sed potius Deus infundens gratiam & virtutes, per eas effectiue mouit poenitentem ad istas eliciendas dispositiones: ad eas eliciendas effectiue cum eo concurrens. Igitur loca prædicta scripturæ ad id

nos

nos inducunt, scilicet, ut nos iustificemus, non quasi causæ effectrices, sed quasi causæ præuentæ à gratia per liberum arbitrium nostrum, dispositiue cooperantes cum Deo principali agente ad nostram iustificationem.

Ad vltimum verò argumentum, quod nobis obijciebat gratiam creati, ad quam subinde creationem non posse sacramenta assumi à Deo, ut instrumenta, iam respondimus, gratiam non creati, sed educi de potentia obedientiali animæ, à qua dependet in ratione subiecti, cui inhæret in esse, & in fieri. Quia de ratione accidentis qualis est gratia, est in esse subiecto ad instar formæ artificialis, quæ inhæret subiecto, id est, ligno ex quo tanquam ex materia apta educitur artificialis forma. Neque obstat quod Socrates in libro physicorum ait, quod forma artificialis proprie non educitur de materia ligni. Quia licet illa materia sit apta ad recipiendam illam figuram, tamen illa cæssioni suæ resistit, quia siue proprie, vel improprie forma artificialis educatur de potentia ligni, illa non creatur: quia in fieri & in esse in genere veluti causæ materialis à qua dependet à subiecto. Sic gratia in ratione subiecti dependet ab anima, de cuius potentia obedientiali in hoc sensu educitur. Quo circa negamus illam creati taliter, quod in sui productione non dependeat à subiecto in esse & in fieri, secluso miraculo.

Ad cædit & aliud argumentum Scoti in 4. distinctione. 1. quod, scilicet, non est possibile in sacramenti actionem corporalem & spiritualem vnà concurrere, quoniam actio corporalis sacramenti indiget temporis successione: virtus autem Dei est infinita, quæ agit in instanti: Respondetur, quod quemadmodum in causis naturalibus Deus vtitur coeli motu ad producendos effectus: sic vtitur actione successiua sacramenti ad producendam gratiam, licet eam non producat, nisi vsque ad finem prolationis verborum. Itaque in sacramento baptismi ablutio aquæ, qua abluit corpus, est materialis actio, & eadem, quatenus fit ad abluendam animam, est sicut formalis ratio per formam determinantem abluentionem aquæ ad talem spiritualement effectum, quem producit in fine prolationis verborum, ut prædictum est.

Porro, quoniam Domini nostri Iesu Christi humanitas causa fuit, & est nostræ iustificationis, quomodo eam operetur, non erit præter propositum explicare. Cuius intelligentia magis conducet ad modum, quo sacramenta conferunt gratiam pernoscendum. Igitur Metina in sua tertia parte, plures assignat modos quibus humanitas Christi est causa gratiæ. Pri-

Instruct. conf. pars. 2.

mo sic: Quod sicut Christus Dominus suo contactu corporeo sanabat cæcos, & infirmos: sic nunc eius sanctissima humanitas existens in cælo, ex diuinitate, cui est vnita in supposito vno, habens spirituale in virtutem per spiritualement contactum, scilicet, per fidem & fidei sacramenta, operatur effectiue gratiam. Ita Diuus Thomas tertia parte, quæstione. 49. articulo sexto.

Secundo modo causat gratiam, sicut medicina per fidem tangens infirmum secundum Caietanum. Et sic humanitas Christi in carne passâ præuisa, & creata, secundum Sotum, & Capreolum, efficienter iustificauit patres antiquos ante passionem. Quam opinionem Metina fatetur esse tolerabilem.

Tertio modo dicitur humanitas Christi causare efficienter gratiam instrumentaliter per hoc, quod coniungitur diuinitati, quæ contingit iustificandos, & per humanitatem sibi coniunctam eos, tanquam per instrumentum iustificat. Sicut & anima per cogitatiuam, & per imperium instrumentaliter & effectiue mouens membra, eorum motum causat: licet imperium & cogitatiua non sint in membris omnibus motis, sed radicaliter cogitatiua sit in anima, quæ coniuncta est membris, & imperium sit in intellectu, præsupposito actu voluntatis.

Quarto: Humanitas Christi intelligitur iustificare homines hoc modo: Quia quando Christus, ut Deus, habet istum actum: Volo iustificare, qui est actus operatiuus: tunc ex Dei ordinatione humanitas ei coniuncta habet actum hunc: Volo instrumentaliter iustificare. Et sic imperium Dei operatiuum per hoc, quod sic decreuit instrumentaliter executioni mandatur, circa iustificandos per humanitatem Domini nostri Iesu Christi. Et hic contactus spiritualis, seu virtualis supra magis explicatus sufficit. Sicut, verbi gratia, ut pateat exemplo: si Rex omnia disponat per ordinem, & imperium Petri, tunc dicitur Petrus omnia operari virtute sibi à Rege communicata: sic humanitas Christi Domini nostri omnia, quæ operatur circa nostram iustificationem ex virtute Dei, cui est vnita operatur.

Quinto: Humanitas Christi Domini nostri, intelligitur vere, ut causa præcipua, & meritoria, causare nostram iustificationem per modum meriti: quia Christus ut homo per suam sanctam humanitatem eam nobis meruit.

C

Tan.

¶ Tandem sexto, ( vt aliqui neoterici contemplantur. ) Humanitas Domini nostri Iesu Christi, vt lapis Magnes attrahens ad se ferrum, sic iustificat homines, eorum corda ad Deum trahens. Nam Christus, vt homo, lapis, vt Magnes, habet virtutem absconditam trahendi ad se omnia, & renouandi omnia, iuxta illud, quod de se testatus est dicens: Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.

¶ Tandem septimo & ultimo: Humanitas Christi, vt alij deuoti contemplantur, iustificare dicitur homines: quia sicut à facie Moyfi irradiabat quaedam lux in oculos eum intuentium: sic ab humanitate Christi Domini nostri splendor admirandæ virtutis & efficacis ad gratiam conferendam eis, qui eum intuentur per fidem per dilectionem operantem, irradiat.

¶ Postremo, quia Christus in quantum homo est fons gratiarum, & caput influentias spirituales influens in homines, ab aliis quibus disputatur, an in quantum homo, sit causa principalis gratiæ, tam quæ datur in sacramentis, quam extra, an sit solum causa instrumentalis. Iam hic Thomistæ dissidere inter se videntur. Nam Magister Banes negatiuam partem tenet, cui videtur aperte fauere Diuus Thomas in corpore huius primi articuli quæstione. 62. Vbi ait, quod vt causa principalis, id est, per virtutem suæ formæ operans, cui assimilatur effectus, non potest causare gratiam, nisi solus Deus: quia gratia nihil aliud est, quam quædam participatio diuinæ naturæ. At Metina in tertia parte, hæc relicta sententia negatiua, quia sibi visa est quodam modo derogare excellentiæ Christi Mediatoris inter Deum & homines, tenet affirmatiuam, scilicet, Christum in quantum homo est, esse causam principalem nostræ gratiæ, secundariam tamen & ministerialem. Quia Christus, vt homo, fuit instrumentum viuum, & non vt pennicillus pictoris, qui est instrumentum inanime: & quia Christus, vt homo, in sacris scripturis dicitur fons gratiarum, & autor iustitiæ & gratiæ. Quæ loca scripturæ sic loquentia de Christo, non possunt bene explicari, si dicamus, quod est tantum causa instrumentalis, gratiæ, & non principalis. Responderetur ergo ad quæstionem. Primo, quod negari non potest Christum Dominum vt homo, fuisse causam principalem nostræ gratiæ & iustificationis per modum meriti: quia ipse, vt homo, nobis gratiam meruit principaliter, secundum Diuum Thomam,

A quia per formam, id est, meritum, quod habet in se, operatur nostram iustificationem. Et in isto sensu potest appellari fons gratiarum, & autor iustitiæ, & gratiæ, scilicet, per modum meriti. Quod si Metina contendit, quod etiam per modum efficientiæ, est causa principalis secundaria, & non solum instrumentalis, sed ministerialis, sustineri potest, quia nihil aliud per hoc insinuat, quam quod Christo in quantum homo, aliquid aliud ultra id, quod conuenit cause instrumentali vt sic, est tribuendum, quod de causæ principali solet conuenire: scilicet, quod instrumentum viuum ministerialiter etiam operans gratiam sit, quam sua humanitas, vt instrumentum Dei operabatur. Neque ei obstat autoritas Diui Thomæ. Quia Diuus Thomas loquitur, vt apparet de gratiæ principali & prima causa, quæ virtute suæ formæ illam producit suæ naturæ similem, quælis causa solus potest esse Deus. Et non loquitur Diuus Thomas de ista causa principali secundaria, quæ distinguitur à mera causa instrumentali per hoc, quod est etiam causa ministerialis præbens ministeria nostræ redemptionis iuxta illud Lucæ. 22. In medio vestri sum, sicut qui ministrat.

### CAPVT. LIIII.

*An gratia sacramentalis addat aliquid supra gratiam, virtutum & donorum: vbi responderetur ad argumenta obiecta, contra Sanctum Thomam. Et an sacramenta nouæ legis contineant gratiam: Et an in eis sit virtus conferendi gratiam: Et an sit corporalis, vel spiritualis: Et quid sit: Et vtrum virtus eorum dimanet ex passione Christi: Et an sint instrumenta separata: Et vtrum virtus remissiuua peccatorum specialiter magis pertineat ad passionem Christi. Vbi satisficit quæstioni, & responderetur ad argumenta: Item, an sacramenta veteris legis gratiam causarent. Et quomodo in circumcisione dabatur gratia: Et an meritum Christi operabatur aliquid ad*

*ad gratiam, quæ in veteri lege dabatur.*



¶ P R O in articulo secundo huius quæstionis. 62. inquitur à Diuo Thoma, vtrum gratia sacramentalis addat aliquid supra gratiam virtutum & donorum. Respondet autem: quod sicut virtutes, & dona, quæ sunt quædam perfectiones, fluentes à gratia, & perfectentes animæ potentias in ordine ad suos actus, addunt quandam perfectionem super gratiam communiter dictam in ordine ad proprios actus potentialium: ita gratia sacramentalis super gratiam communiter dictam, & supra virtutes & dona addit quoddam diuinum auxilium ad consecutionem finis. Et hoc ita fit, quia ordinantur sacramenta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana: sicut baptismus ordinatur ad quandam spirituales regenerationem, qua homo moritur vitij, & fit membrum Christi. Qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentialium animæ, in ordine ad quos gratia perficit potentias per virtutes, & dona quæ ab ipsa fluunt: sicut ab essentia animæ fluunt eius potentia, quæ per gratiam sacramentalem perficiuntur ad speciales fines sacramentorum consequendos. Nam, gratia secundum se solum considerata perficit essentiam animæ in quantum participat quandam similitudinem diuini esse. Oportuit ergo superaddi auxilium speciale sacramentorum in ordine ad prædictos speciales fines: quod quidem auxilium speciale, dicitur gratia sacramentalis superaddita gratiæ virtutum & donorum.

¶ Insuper ad argumenta Diui Thomæ, respondentes dicimus, ad primum, ( vbi arguitur, quod gratia virtutum, & donorum sufficit, quod conceditur, ) quod sufficit ad perficiendam animam & eius potentias, quantum ad generalem ordinationem actuum animæ. Sed tamen, ultra hoc, ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

¶ Ad secundum argumentum, vbi arguitur, quod gratia virtutum, & donorum sufficienter excludit peccatum, ad quod expellendum instituta sunt sacramenta: ergo gratia sacramentalis superfluit. Respondetur, quod gratia virtutum, & donorum, et

A si sufficiens sit, ad excludenda vitia, & peccata: quantum ad præsens & futurum ( quia per eam etiam impeditur homo à peccando ) sed quantum ad præterita peccata, quæ transeunt actu & permanent, quantum ad reatum oportuit adhiberi remedium per sacramenta specialiter: quod quidem auxiliare remedium dicitur, gratia sacramentalis.

¶ Ad tertium argumentum, vbi arguitur, quod si gratia sacramentalis adderet super gratiam communiter dictam, varietur species, & esset alia gratia. Respondetur, quod gratia sacramentalis se habet ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus. Vnde sicut animal vniuoce dicitur de suis speciebus, sic gratia non dicitur æquiuoce de gratia communiter sumpta, & de gratia sacramentali: sicut non æquiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum.

¶ Causa illucidandi doctrinam Diui Thomæ, in hoc articulo traditam notandum est primo, quod conclusio Diui Thomæ, in hoc articulo, scilicet, quod gratia sacramentalis addit supra gratiam communiter dictam, est contra opinionem, quam Palude in quarto, distinctione prima, quæstione tertia, ait fuisse communem, quæ assererat gratiam sacramentalem, eandem esse cum gratia communiter dicta, neque quicquam illi addere. Quæ quidem opinio sufficienter impugnatur ex ratione Diui Thomæ. Nam si gratia sacramentalis nihil aliud esset, quam gratia gratum faciens, nude considerata, quid opus erat tanta frequentia sacramentorum? Si dixeris, quod ad augmentum gratiæ: sed contra hoc est replica: Quod si effectus baptismi non esset alius, quam infundere, & augere gratiam, nulla esset causa, cur non posset iterari, & pariter de confirmatione.

¶ Item opinio hæc ideo reproba apparet, quia Christus, dum septem instituit sacramenta, novos effectus præuidit in singulis. Præterea, quia licet non confirmatus possit per exercitium virtutum copiosiori abundare gratia, quam confirmatus, nihilominus caret illo dono gratiæ, nempe, robore adultæ fidei, quod est in confirmato. Alioquin confirmationis sacramentum nihil plus contulisset confirmato, quam non confirmato circa fidei firmiorem defensionem: quod non est dicendum.

¶ Item, contra communem, sententia



Diui Thomæ roboratur. Quia in statu innocentia fuisset gratia cum virtutibus, & donis: & tunc tamen defuisset gratia sacramentalis cum suis effectibus, ergo quadam ratione gratia sacramentalis differt à gratia, communiter dicta. Præterea ultimo patet pro Diuo Thoma: Quia gratia gratum faciens, & virtutes, quæ cum illa simul infunduntur, sunt connexæ: quia vna sine alia non infunditur: at gratiæ sacramentales, & speciales virtutes sacramentales, non conferuntur simul, sed quælibet seorsum per sacramentum speciale producit: ergo non sunt prorsus idem cum gratia & virtutibus infusis.

¶ Perpendendum est secundo, huiusmodi specialia auxilia sacramentalia contra id, quod insinuat Palude loco citato, non esse diuersos habitus. Tum, quia ponere alios habitus infundi per sacramenta, est res absque necessitate multiplicare. Tum, quia secundum Caietanum id elicientem ex verbis Diui Thomæ, gratia sacramentalis supra gratiam virtutum, & donorum nihil addit nisi concursum Dei actualem ad singularem effectum sacramenti: qui quidem concursus non est habitus. Vnde gratia sacramentalis contra alios fingentes alias suppositiones solum supponit pro ipsa gratia gratum faciente, connotando auxilium speciale, quod virtute talis sacramenti confert Deus ad aliquem certum effectum. Itaque gratia confirmationis est ipsa gratia gratum faciens, quæ infusa, vel aucta virtute sacramenti auxiliatur confirmato ad consistendam publicitatem fidem. Hæc fuit præcorum sententia, Alexandri Alensis quarta parte quæstione octaua. membro quarto, articulo primo, & Bonauenturæ libro quarto distinctione prima, quæstione sexta, & Ricardi distinctione prima, articulo quarto, quæstione quarta.

¶ Tertio prænotanda sunt auxilia sacramentorum specialia, & distincta, quæ per ea Deus nobis confert respectu præteritorum peccatorum. Nam per baptismum remittitur nobis originale, & per confirmationem corroboratur debilitas, quam inde contraximus. Per poenitentiam autem remittuntur actualia peccata commissa. Per Eucharistiam autem cibus nobis subministratur ad reficiendum spiritualem calorem charitatis, qui per peccata extinctus fuerat. Per extremam autem unctionem absteruntur peccatorum reliquæ peculiari auxilio, & modo, contra fratrem Iosephum dicentem, quod ablutio reliquiarum peccati non est specialis & pro-

¶ prius effectus huius sacramenti: quia est effectus communis aliorum sacramentorum. Per gratiam autem ordinis munimur aduersus seignitiam, & torporem, vt digne administremus sacramenta. Atque tandem per gratiam matrimonij speciali auxilio debilitatur mala concupiscentia.

### Ad argumenta primæ opinionis contra sanctum Thomam responsio.

¶ Ad primum vbi arguitur, quod gratia communiter dicta & sacramentalis non differunt, nisi sicut sanitas, quæ fit per naturam, & quæ fit per artem, quoniam sacramenta sunt medicina: ac per consequens quod sint eadem gratia, sicut eadem prorsus, est sanitas, quæ fit per naturam, & fit per artem, Respondetur, quod non sic solum differunt. Quia sacramentalis gratia affert nobis specialem opem præter communem opem gratiæ & virtutum contra languorem naturæ, ita quod ad eandem operam concurrunt gratia gratum faciens, & virtutes infusæ ei connexæ, & ista auxilia sacramentorum. Sed tamen diuersis rationibus. Vt verbi gratia, ad fidem firmiter protestandam fides ipsa concurrat, imo & fortitudo, quæ est virtus moralis, & nihilominus per confirmationis sacramentum, adhibetur auxilium speciale.

¶ Ad secundum argumentum contra Diuum Thomam, vbi arguitur, quod si gratia sacramentalis aliqua ratione à gratia gratum faciente differt, sequeretur quod ab ista gratia per mortale decidens, si post resurgat à peccato ad sacramentales gratias resurgeret, quod tamen videtur falsum, respondetur, quod licet Petrus confirmatus, & Ioannes non confirmatus ad æqualem gratiam resurgerent, quam antea habuerant, ante peccatum per æqualem conatum contritionis quem resurgendo à peccato applicant, nihilominus Petrus, qui fuit confirmatus recuperabit illam cum speciali auxilio gratiæ confirmationis, quo caruit Ioannes. Et sic in alijs sacramentis est sentiendum.

¶ In tertio articulo quæstionis huius. 62. inquitur à Diuo Thoma, vtrum sacramenta nouæ legis contineant gratiam. Respondet autem, quod dupliciter gratia continetur in sacramentis nouæ legis.

Vno

Vno modo, sicut in signo: nam sacramentum est signum gratiæ. Alio modo, sicut in causa: non quidem secundum similitudinem, sicut effectus est in causa vniuoca: neque etiam secundum aliquam formam propriam & permanentem proportionatam ad talem effectum, sicut sunt effectus in causis æquiuocis, puta, res generatæ in sole: sed secundum quandam instrumentalem virtutem, quæ est fluens incompleta, in esse naturæ. Ad argumenta Diui Thomæ respondentem, dicimus, ad primum, quod gratia non dicitur esse in sacramento, sicut in subiecto, neque sicut in vase, sicut in argumento proponitur: quia vas est locus quidam: sed prout vas dicitur instrumentum alicuius operis faciendi. Ad secundum argumentum, vbi obijcitur, quod gratia cum sit accidens non potest transire de subiecto in subiectum, ergo frustra esset gratia in sacramento, Respondetur, quod quamuis accidens non transit de subiecto in subiectum, tamen transit à causa per instrumentum aliquam in subiectum, non vt eodem modo sit in eis, sed in vnoquoque, secundum propriam rationem.

¶ Ad tertium argumentum, vbi obijcitur quod spirituale non continetur à corporali, etiam si in eo sit, vt anima non continetur à corpore, sed ipsa potius continet corpus, ergo eodem modo gratia cum sit spirituale quid, non continetur in sacramento corporalibus: Respondetur, quod spirituale existens perfecte in aliquo continet ipsum & non continetur ab eo. Sed gratia est in sacramento secundum esse fluens, & incompletum, & ideo non inconuenienter sacramentum dicitur continere gratiam.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ, quam tradit ad explicationem Concilij Florentini, vbi definitum est, quod nostra sacramenta continent gratiam, & digne suscipientibus conferunt, quia plana est, non opus est verba prodigere: sed tantum oportet adnotare, quod sacramentum non est causa per accidens gratiæ, sed est causa per se instrumentalis gratiæ ex institutione diuina: aliàs gratia non contineretur in sacramento.

¶ In quarto articulo huius quæstionis. 62. inquitur à Diuo Thoma, vtrum in sacramento sit aliqua virtus gratiæ causatiua. Respondet autem, quod ponentes sacramenta non causare gratiam, nisi per quandam concomitantiam, non attribuunt sacramento aliquam virtutem ad producendum effectum sacramenti, quæ sit in sacramento contenta:

Instruct. conf. pars. 2.

¶ sed virtutem diuinam assistentem, aiunt, gratiam sacramentalem causare. Sed quia opinio hæc iam est supra reprobata, statuendo veram sententiam, scilicet, quod sacramenta sunt instrumentales causæ gratiæ, consequenter necesse est ponere simul, quod in sacramento est quædam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum. At vero virtus principalis agentis habet permanentem, & completum esse in natura, sicuti est virtus Dei, ad conferendam gratiam. Virtus autem instrumentalis, quæ est in sacramento habet esse incompletum, & transiens ex vno in aliud, scilicet, à Deo in hominem. Veluti motus est actus imperfectus, & fluxus quidam ab agente in patiens: si quidem virtus instrumentalis habet ad virtutem principalis agentis, eandem proportionem, quam habet instrumentum ad ipsum principale agens. Instrumentum autem non operatur, nisi motum à principali agente: ergo etiã virtus instrumenti, hoc est, sacramenti non est, nisi motus & fluxus transiens à virtute, quæ permanet in Deo ad animam suscipientis sacramentum.

¶ Iam ad argumenta Diui Thomæ respondentem, ad primum vbi obijcitur, quod virtus causatiua gratiæ, cum sit spiritualis, non potest esse in corporeis & sensibilibus sacramentis, dicimus, quod verum est, quod virtus spiritualis non potest esse in re corporea per modum virtutis permanentis, & completæ: tamen virtus spiritualis instrumentalis bene potest esse in corpore per modum motus. Nam corpus potest moueri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spirituale inducendum: sicut in ipsa voce sensibili, est quædam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, in quantum procedit à conceptione mentis. Atque hoc modo vis spiritualis est in sacramento, in quantum ordinatur ad Deum ad effectum spirituale.

¶ Ad secundum argumentum vbi arguitur, quia si ista virtus causatiua gratiæ esset reduceretur ad aliquod genus entis, & ad aliquem gradum boni, sicut cætera entia & bona, & tamen non est assignare, ad quod genus entis, vel ad quem gradum boni reduceretur, Respondetur, quod ista virtus causatiua gratiæ, quæ ponitur in sacramento est, sicut motus, qui quia est actus imperfectus, non est in aliquo genere, sed reducitur ad genus actus perfecti sicut alteratio ad qualitatem: ita ista virtus instrumentalis non est proprie in aliquo genere, sed reducitur ad genus

C 3

& spe-

& speciem virtutis perfectæ.

¶ Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod si ista virtus esset in sacramentis, esset creata à Deo, & tamen inconueniens videtur, quod hæc creatura Dei tam nobilis, tam cito, ad definitionem sacramenti definat esse, Respondetur, quod quia hæc virtus non recipitur in sacramento, nisi quatenus ipsum à Deo mouetur, dum à ministro applicatur ad vsum, nihil inconuenientis præ se fert dicere, quod transeunte sacramento virtus eius iam post operationem effectustranseat, quæ erat eius motus.

¶ Ad quartum argumentum, ubi arguitur, quod quia idem non potest esse in diuersis, neque ista virtus sacramenti vna potest esse in materia, & forma sacramenti, quæ sunt diuersa, Respondetur, quod sicut eadem vis principalis agentis instrumentaliter inuenitur in omnibus instrumentis ordinatis ad effectum, prout sunt quodam ordine vnum, & ita etiam eadem vis sacramentalis inuenitur in verbis & rebus, prout rebus & verbis perficitur vnum sacramentum.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ aduertendum est, primo, non esse redarguendum Diuum Thomam de mutatione sententiæ, si cum in prima quæstione asseruerit sacramentum poni in genere signi, nunc dicat, virtutem eius reduci ad genus qualitatis: non enim sibi ipsi aduersus in hoc est. Quia ibi in prima quæstione loquitur de sacramento in genere, & in vniuersali, quatenus est commune nostris, & antiquis sacramentis: nam, vt sic, eius ratio consistit, in eo, quod est signum. Nunc autem in hoc articulo aliud insinuat, nempe, quod virtus sacramenti, de qua nunc loquitur in noua lege, quia est productiua gratiæ reducitur ad genus qualitatis: quia effectus eius, qui est gratia in prædicamento qualitatis ponitur, ubi collocatur qualitas acquisita, tamen quatenus gratia & virtutes infuse ei annexæ supernaturales sunt, transcendunt omne prædicamentum, sicut Deus.

¶ Secundo notandum est, Paludanum in quarto, distinctione prima, quæstione prima. & Capreolum ibidem existimare præter motum, quo aqua, verbi gratia, abluunt in baptismo, inesse in ipsa & in verbis quandam qualitatem diuinitus impressam, quæ est virtus conferendæ gratiæ, quam quia considerat Palude ex parte subiecti, ideo corpoream eam esse existimat. Capreolus autem ex parte eius effectus, qui spiritalis est, eam attendens spiritualemente esse arbitrat.

¶ Sed quia opinio horum, licet Thomistæ sint, longe abest à sententia Diui Thomæ non

A est admittenda. Quia præterquam, quod Durandus in quarto, distinctione prima, quæstione 4. & Scotus quæstione quinta, eam multipliciter impugnant, arguentes, quod si ista qualitas est corporalis, non potest effectum spiritualemente, qualis est gratiæ attingere, & quod si est spiritalis, nequit in subiecto corporali existere. Alioquin multiplicaretur, quia esset in forma & in materia & in ministro, quas entitates, vt eas vocant ipsi non oportet multiplicare sine necessitate, sententia Diui Thomæ, quæ verissima est, & cui accedit hic Caietanus omnes exhaurit difficultates, dum sentit & insinuat, quod virtus sacramentorum nihil aliud sit, quàm

B motus, quem recipiunt à Deo. Quod probatur primo ex ratione instrumenti, cuius secundum Diuum Thomam, est agere, non per virtutem suæ formæ, sed solum per motum, quo mouetur à principali agente. Sic ergo sacramentum, verbi gratia, baptismi de se non habens aliquam formam agendi præter naturalem virtutem abluendi, sicut ferra non habet nisi dentes, non recipit à Deo autore gratiæ aliam virtutem, quam motum ad spiritualemente effectum, sicut ferra mota per artem non accipit aliam virtutem ad fabricandum lectum, nisi motum ab artifice ferrandi, hoc vel illo modo.

C Secundo patet ex explicatione Diui Thomæ in isto articulo. Vbi ait, quod virtus sacramenti est transiens à Deo in hominem: sicut motus, qui transiit ab agente in patientem. Neque obstat dictum Bedæ dicentis, quod Dominus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, quia per vim istam non significat aliquam qualitatem spiritualemente aquis tunc impressam: sed significauit idoneitatem, quam Christus Dominus contulit aquis ad officium, ad quod eas destinauit. Quæ quidem idoneitas fuit quodam modo inchoatio virtutis, id est, illius motus, quo mouendæ erant à Deo in baptismo, ad sanctificanda corda.

D Tertio probatur inuertendo argumentum, quod contrarij contra nos moliuntur, contra ipsos: Quia sacramenta non sunt instrumenta separata, vt ipsi arbitrantur, sed respectu Dei omnia sunt instrumenta coniuncta. Vnde non sunt vt sagitta, quæ quia elongatur à sagittante autore Aristotele, octauo philosophorum accipit à sagittante virtutem præter motum actualemente, quo mouetur ab illo distinctam, qua postea moueatur. Igitur sicut reliqua instrumenta coniuncta nullam aliam virtutem recipiunt à principali agente, nisi motum: sic etiam sacramenta vt pote, instrumenta Deo principali agenti coniuncta ad effectum sacramenti

menti producendum, nullam aliam virtutem recipiunt à Deo nisi motum, quo ad id mouentur à Deo. Cuius rei gratia meminisse oportet illius duplicis motus instrumenti ad intelligentiam huius doctrine Diui Thomæ. Nam sicut in opere artificiali instrumentum concurrens duplicem sortitur motum, alterum proprium, alterum vero ab artifice: & prior est materialis respectu posterioris, quia posterior priorem velut informat, vt motum & sonum liræ ad certam musicam motus, vt est, ab artifice informat: sic in sacramentis, verbi gratia, in baptismo, si quis ablueret puerum, non intentione Christi, & motu ab illo instituto, tantum ablueret corpus motu proprio aquæ, quando vero aquam illam mouet ex intentione Christi facit hominem Deo gratum.

¶ Iam in articulo quinto huius quæstionis 62. inquiritur à Diuo Thoma, vtrum sacramenta nouæ legis habeant virtutem ex passione Christi Domini. Respondet autem, quod oportet dicere, quod virtus salutifera à diuinitate Christi per eius humanitatem in ipsa sacramenta deriuatur. Cuius ratio est, quod cum sacramentum sit instrumentum ad causandam gratiam, & respectu humanitatis Christi Domini, quæ est instrumentum Deo coniunctum, sacramentum sit instrumentum separatum: sequitur, quod per humanitatem Christi mouetur ad causandam gratiam. Nam per instrumentum coniunctum mouetur instrumentum separatum: sicut baculus per manum.

¶ Manifestum est etiam, quod sacramenta Ecclesiæ spiritualiter habent virtutem ex passione Christi, cuius virtus quodammodo copulatur nobis per susceptionem sacramentorum, in cuius signum ex latere Christi pendentes in cruce fluxerunt aqua, & sanguis: quorum vnum pertinet ad baptismum, & aliud ad Eucharistiæ, quæ sunt potissima sacramenta. Neque huic diuino mysterio deest ratio. Nam gratia sacramentalis ad duo præcipue ordinatur, & ad tollendos defectus peccatorum præteritorum, quæ licet transeunt actu, remanent reatu, & secundo ad perficiendam animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei secundum religionem vitæ Christianæ. Sed vt est manifestum, Christus Dominus per suam passionem nos liberauit à peccatis nostris, non solum efficienter, & meritorie, sed satisfactorie: & similiter per suam passionem inuitauit ritum Christianæ religionis, offerens se ipsum, oblationem, & hostiam Deo, vt dicitur ad Ephesios quinto. Ergo concluditur manifestè sacramenta nostra, quæ gratiam conferunt ad liberandum nos à peccatis, & ad dignè cultum exhibendum Deo à passione Christi

A Domini virtutem ad hos effectus habere.

¶ Ad argumenta Diui Thomæ ad primum ubi ex autoritate Diui Augustini super Ioannem arguitur, quod verbum prout erat in principio apud Deum viuificat animas; secundum autem, quod est caro factum viuificat corpora, Respondetur, quod Diuus Augustinus per hæc verba non negat, quod verbum vt caro factum est per suam carnem assumptam operetur nunc instrumentaliter ad animæ vitam: sed id ostendit, quod prout erat in principio apud Deum, id est, secundum quod Deus est, vt agens principale, viuificat animas. At vero ad vitam corporis non solum instrumentaliter, sed etiam per quandam exemplaritatem caro Christi operatur.

¶ Ad secundum argumentum, ubi arguitur, quod fides sacramentorum dependet ex fide, & fides nostra etiam respicit alia mysteria Christi præter eius passionem, & principalis respicit eius diuinitatem, ac per consequens, quod sacramenta non habeant specialemente virtutem, à passione Christi, Respondetur, quod aliud est loqui de virtute Christi absolute, virtus enim Christi simpliciter, sicut & Christus, ipse, formaliter copulatur nobis per fidem, iuxta illud ad Ephesios tertio. Per fidem Christus habitat in nobis: aliud autem est loqui de speciali virtute remissionis peccatorum: Nam hæc speciali quodam modo pertinet ad passionem Christi, & ideo per fidem passionis eius specialiter homines liberantur à peccatis, iuxta illud ad Romanos tertio. Quem proposuit Deus propiciatorem, per fidem in sanguine ipsius. Ideo virtus sacramentorum, quæ ordinatur ad tollendum peccatum præcipue est ex fide passionis Christi.

D ¶ Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod sacramenta ordinantur ad iustificationem iuxta illud primæ ad Corinthios sexto. Abluti estis, iustificati estis: & tamen iustificatio attribuitur Christi resurrectioni iuxta illud ad Romanos sexto. Surrexit propter iustificationem nostram: & per consequens, quod sacramenta magis habent virtutem à resurrectione Christi, quam ab eius passione, Respondetur, quod iustificatio attribuitur resurrectioni ratione termini, ad quem: quæ est nouitas vitæ per gratiam attribuitur tamen passioni ratione termini, à quo, quantum ad dimissionem culpæ.

¶ Circa doctrinam hic traditam à Diuo Thoma, pro eius explicatione, ubi ait, quod sacramentum est instrumentum separatum, cuius oppositum supra admissimus in quodam argumento, aduertendū est, instrumentum dupliciter dici coniunctū. Vno modo per informationem

& continuationem, vt membrum. Alio modo dicitur coniunctum per contactum. Vnde baculus, quo quis percutit alium, potest dici instrumentum separatum primo modo: quia non informatur anima rationali, vt membrum, neque ei continuatur. Sed tamen potest dici instrumentum coniunctum posteriori modo: quia per contactum coniungitur principali agenti ad differentiam sagittæ, qua quis percutit à longè, quæ dicitur instrumentum elongatum & separatum ab agente. Sic sacramentum dicitur instrumentum separatum respectu humanitatis Christi, quia non vnitur Deo in subsistentia personæ eius, sicut vnitur humanitas Christi. Sed alio respectu, scilicet, respectu Dei sacramentum dicitur instrumentum ei coniunctum: quia virtus Dei, quæ est ipsemet Deus imprimet ei motum, sicut mouens manum baculum imprimet motum baculo sibi per contactum coniuncto. At vero humanitas Christi fuit diuinitatis instrumentum coniunctum. Neque obstat, quod humanitas Christi sit totalis natura. Vnde videtur, quod non possit esse instrumentum coniunctum per continuationem, vt pes vel manus. Quia respondetur, quod id solum probat, quod humanitas in homine puro non esset instrumentum; sed tamen, quia quando humanitatem assumpsit Deus, iam erat suppositum diuinum, dicitur per eam tanquam per instrumentum humana opera exercuisse.

¶ Circa illa verba Diui Thomæ in solutione ad secundum, vbi Diuus Thomas respondet, quod virtus remissiva peccatorum specialiter magis pertinet ad passionem Christi, quia difficultatem circa suum intellectum afferunt pro eorum illucidatione argumenta, quæ alij machinati sunt in contra huc adducere libet. Primo sic arguitur: quia tota vita Christi, & singulæ eius actiones ab instanti suæ conceptionis fuerunt nobis meritoria: ergo non specialius à passione, quam à tota vita Christi deriuata est sacramentorum virtus.

¶ Et confirmatur: quia quamuis magis meritoria fuisset passio Christi, hoc non probaret, quod virtus sacramentorum specialius illi esset tribuenda, sed solum probaret, quod magis à passione Christi deriuaretur, quam ab alijs mysterijs. Neque obstat dicere, quod passio Christi fuit poenalis: quia multa alia opera vitæ Christi fuerunt poenalia, meritoria & satisfactoria.

¶ Secundo arguitur: Quia dignitas personæ Christi est infinita, quia est persona

diuina: ergo quælibet passio eius, & labor, & poena eius, quam passus est in vita sua, citra passionem mortis, erat infinita: & per consequens sufficiens fuit ad redemptionem humani generis, sine mortis passione. Ergo videtur, quod non specialius à passione Christi, quam à laboribus totius vitæ Christi deriuata est virtus sacramentorum.

¶ Et confirmatur: Quia Diuus Bernardus affirmat, quod minima guta sanguinis Christi suffecisset ad redemptionem humani generis: Ergo sine morte per sanguinem effusam in circumcisione nos redemit sufficienter: ergo instrumenta nostræ iustificationis, quæ sunt sacramenta non specialius obtinent virtutem à passione Christi, quam à cæteris laboribus vitæ eius.

¶ Tertio arguitur: Quia Deus nihil operatur frustra, & sine causa. Ergo si opera poenalia vitæ Christi sufficiebant ad redemptionem humani generis, frustra Deus passus est mortem, vt ab hac passione sacramenta nostra specialius virtutem haberent, vt instrumenta nostræ iustificationis.

¶ Quarto arguitur: Quia sacramenta fuerunt ante passionem Christi instituta, vt Eucharistia in cœna Domini, & baptismus etiâ Ioannis tertio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: & ex tunc habuerunt vim: ergo vim suam specialiter non habere à passione Domini. Non enim instrumentum præcedere tempore potest causam efficientem magis principalem, à qua sortitur virtutem.

¶ Sed in contrarium est Diuus Gregorius in tertio moralium, vbi ait, quod nisi Christus mortem indebitam suscepisset, nequaquam nos à morte debita liberaret. Ergo mors eius specialiter operata est nostram liberationem à peccatis: ad quem effectum sacramenta assumpsit, vt instrumenta; ergo specialius sacramentorum virtus fluit à morte Christi.

¶ Igitur pro explanatione quæstionis huius præmittenda est hic egregia illa doctrina Diui Thomæ quodlibet primo, articulo secundo, scilicet, quod ad emptionem alicuius rei, duo requiruntur. Primo quantitas pretij. Secundo deputatio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis pretium impendat, quod non sit æquiualens ad aliquam rem adquirendam, non dicitur simpliciter emptio, sed partim emptio, & partim donatio. Vt verbi gratia, si quis librum valentem viginti aureos, pro decem aureis sibi compararet, partim emeret librum & partim sibi daretur gratis. Item si maius pre-

tium tribueret, si illud non deputeret ad emendum, non diceretur emere librum. Sicigitur de redemptione generis humani censendum est. Quia, si de ea loquamur, quantum ad quantitatem pretij, sic etiam quælibet passio & poena Christi etiam sine passione mortis suffecisset ad redemptionem humani generis propter infinitam dignitatem personæ Christi. Si autem loquamur quantum ad deputacionem pretij, sic dicendum est, quod non sunt deputatæ ad redemptionem humani generis à Deo patre, & Christo aliæ passiones & poenæ & labores Christi absque morte propter triplicem, quam ibi Diuus Thomas affert rationem. Prima quidem, vt pretium redemptionis humani generis non solum esset infinitum valore, sed etiam esset eiusdem generis, scilicet, vt nos de morte per mortem redimeret. Secundo, vt mors Christi non solum esset pretium redemptionis, sed & exemplum virtutis, vt videlicet, homines non timerent pro veritate mortem subire. Quas duas rationes præsignauit Apostolus ad Hebræos. 9. dicens: Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, quantum ad primum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxierant seruituti, quantum ad secundum. Tertio, vt mors Christi esset mysterium salutis, dum nos virtute mortis Christi morimur peccato, & carnalibus concupiscentijs, & proprio affectui. Cuius causæ tertiam meminit Diuus Petrus capite tertio dicens, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos, quidem carne, viuificatos autem spiritu. Atque ideo humanum genus non est redemptum per aliam passionem, absque morte Christi. Atque ideo sacramenta specialius ab eius mortis passione dicuntur virtutem hausisse.

¶ Igitur ex hac doctrina Diui Thomæ sequitur primo corollariè contra Durandum, in tertio, sentent. distinctione. 18. & 19. aliter & insufficienter ad prædicta argumenta respondentem, quod vera responsio est, quod quodlibet opus vitæ Christi sine morte eius non fuit oblatum, & acceptum, tanquam totale meritum & pretium redemptionis. Nam si sic visu euenisset superflua essent opera subsequentiæ Christi Domini.

¶ Secundo sequitur corollariè, quod tota vita Christi, quatenus ad eius meritum, & satisfactionem, attinet sic est accipienda, ac si tota fuisset vnus actus ex pluribus partialibus actionibus constitutus: quæ quidem vita con-

summata fuit in passione propter rationes ex Diuo Thoma memoratas.

¶ Deinde ex hoc secundo corollario fit aliud corollarium consequens, quod suo ordine est tertium, & maximè memoriæ mandandum, scilicet, quod Christus etiam per quemlibet actum nobis meruit, nullum tamen actum obtulit, tanquam plenarium meritum, totalemque satisfactionem redemptionis nostræ: sicut si per vnã actionem prolixam statuisset nos redimere, non obtulisset singulas partes tanquam integrum pretium redemptionis: sed tanquam partem. Ex quo fit consequens, quod per passionem non solum magis meruit, aut satisfecit, quam per alium actum; sed quod tunc expleuerit, ac persoluerit redemptionis pretium. Quare vbi que in sacra scriptura merito redemptio nostra attribuitur passioni Christi magis specialiter.

¶ Ad argumentum primum respondetur, quod etiam per singulas actiones Christus meruit nobis merito infinito, quantum ad sufficientiam de se, quia erant actiones procedentes à supposito diuino per humanitatem: tamen quantum ad oblationem, & applicationem non fuit oblatum tanquam totale meritum, sed tanquam pars illius, quod erat in passione consummandum.

¶ Ad secundum argumentum conceditur, quod propter dignitatem personæ Christi, singula eorum meritorum, quoad sufficientiam fuerunt infinita: tamen quoad efficaciam quæ tophura sunt, tanto plus gratiæ nobis conferuntur per sacramenta. Quia inficiari non possumus, quin singulis operibus Christi respondeat in nobis singularis effectus gratiæ. Alias frustra in nostram salutem tot exercuisset opera: cum tamen totam suam vitam pro nobis impenderit. Igitur minimam actionem vitæ suæ deputasset pro nostra redemptione, ad id effectus fuisset non solum sufficiens, sed efficax. Sed tamen non vnã actionem sed totam vitam deputauit, vt totale meritum & pretium. Cuius in promptu est ratio præter supra allatas, scilicet, quia redemit nos à peccato quod contraximus ex Adam, qui statim ab instanti, quo peccauit in nos inuenit mortem. Oportuit ergo, quod tota vita Christi totale nobis conferret remedium consummata per mortem eius. Nam actiones Christi per mortem eius complementum sibi effectus adeptæ sunt: ideo passio Christi specialius virtutem nostris sacramentis contulit, vt dicitur ad Romanos. 5. Per mortem eius reconciliati sumus. Et sic patet ad reliquas confirmationes.



¶ Et ad confirmationem desumptam ex auctoritate Diui Bernardi respondetur, quod licet vna gutta sanguinis in circuncisione sufficiens erat, tamen non fuit illa sola deputata ad pretium nostrae redemptionis totale, sine morte. Quia sicut per peccatum primi hominis mors introiuit, vt dicitur ad Romanos quinto, ita consentaneum fuit ordinationi diuinæ, vt omnes actiones vitæ Christi, non deputarentur de facto tanquam totale pretium nostrae redemptionis absque eius morte. Hinc est, quod dicit Paulus ad Hebræos. 10. quod Christus vna oblatione consummavit in æternum sanctificatos, insinuans non sufficere, Christum Dominum esurisse, laborasse, flagellatum fuisse, & consputum, nisi passus fuisset ad mortem. Sed, vt ait Diuus Thomas, hoc non prouenit ex insufficientia altarum poenarum eius, quia sufficientissimæ erant: sed quia non fuerunt deputatæ ad hoc, quod per eas absque morte Christi redimeretur genus humanum. Quia si alia poenæ & labores Christi cum ex se sufficerent, deputati fuissent vt totale pretium pro redemptione nostra, iam Christus sine causa, & frustra, quatenus attingit ad hanc redemptionis operationem, fuisset occisus.

¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod etsi prædicta sacramenta ante passionem mortis fuerint instituta, sed tamen reducebantur ad passionem futuram. Tum, quia instituta sunt tanquam instrumenta post passionem duratura, & à passione suam virtutem habitura. Tum, quia passio iam erat in fieri: atque ideo virtute passionis à Christo Domino accipiebant vigorem. Tum, quia ante exhibitam passionem nulla sacramenta, neque etiam baptismus plenariam virtutem sunt sortita: quia tunc ante passionem non aperiebant ianuam coelestem.

¶ Quod autem sanguis, & aqua vera fluxerint ex latere Christi mortui, quibus nostra potissime sacramenta designantur, refertur & determinatur de celebratione missar. ca. in quadam. & Clementina de summa Trinitat. & fide catholice. Quod autem exinde exierit aqua, miraculo tribuitur ad designandum sacramentum baptismi. An vero fluxus iste sanguinis, & aquæ, fuerit meritorius, dum disputatur, quidam respondent meritorium potuisse esse, eo quod tam corpus, quam anima Christi mansere vnita diuinitati. Quo circa per illa, aiunt, Deum in cruce emittendo illum cruorem, & aquam mereri: & sic ille fluxus potuit esse meritorius. Sed ista assertio hinc patet falsa esse: quia cum post mortem anima Christi esset à corpore separata,

neque Christus tunc homo erat, neque viator, ad quem attinet mereri. Nihilominus tamen hoc non obstante iuxta Diui Thomæ doctrinam, vbi ait Christum Dominum nostram salutem multipliciter fuisse operatum, primo efficienter, secundo meritorie, tertio satisfactorie, effundendo sanguinem in pretium salutis nostræ, dicendum est, fluxum illum sanguinis, & aquæ post mortem non fuisse meritorium: fuisse tamen causam instrumentalem gratiæ effectiuam. Licet Diuus Thomas insinuet per sua verba potius fuisse signum nostræ salutis consummatæ per passionem, sicut dixit Dominus. Consummatum est, significans sui spiritus emissionem redemptionis mysterium perfecisse, & absoluisse. Quocirca in signum aperi fontis, vnde gratia sacramentorum dimanaret, à latere aperto fluxit aqua & sanguis: ac subinde ianua coelorum, quo nos sacramenta perducunt, est reuerata.

¶ In sexto articulo huius questionis. 62. inquiritur à Diuo Thoma, vtum sacramenta veteris legis gratiam causarēt? Respondet autem sacramenta veteris legis non contulisse gratiam iustificandam per se ipsam, id est, propria virtute: quia sic non fuisset necessaria passio Christi Domini, secundum illud ad Galatas secundo. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. Neque etiam est asserendum, ex passione Christi habuisse virtutem conferendi gratiam iustificandam. Nam cum virtus passionis Christi copuletur nobis per fidem, & sacramenta, continuatio, quæ est per fidem, fit per actum animæ: continuatio autem, quæ est per sacramenta, fit per vsum exteriorum rerum. Igitur quia virtus passionis Christi applicabatur veteri lege per actum animæ interiore, id est, per fidem, sicut finis, qui licet sit posterior tempore, mouet agentem, vt apprehensus per sui apprehensionem, & desiderium per modum finis operabatur ante quæ esset passio actu exhibita. Tamen eadem passio, vt efficiens applicari, tunc non potuit secundum vsum exteriorum rerum, id est, sacramentorum. Non enim causa efficiens potest esse posterior in esse ordine durationis, sicut potest esse causa finalis. Atque ideo licet virtus iustificatiua à passione Christi deriuetur ad sacramenta nostra, sed non est deriuata ad sacramenta vetera. Ac per consequens illa sacramenta vetera solum erant illius fidei, quædam protestationes in quantum significabant passionem Christi & effectus eius, carebantque virtute iustificandi: quia solum erant signa fidei, quæ iustificabat.

¶ Ad argumenta Diui Thomæ respondentem, ad primū vbi arguitur, quod fides passionis Iesu

Iesu Christi est à qua sacramenta noua efficiantur habent, sed hæc fides fuit in veteri lege: ergo eodem modo ab ea sacramenta habuere virtutem iustificandi. Respondetur, quod fides, secundum, quod tunc erat in apprehensione per fidem, & desiderium iustificabat. Nunc autem, quia est de passione Christi præcedenti iustificat aliter, quia iustificat secundum realem vsum sacramentorum sensibilium.

¶ Ad secundum vbi arguitur, quod sacramenta veteris legis homines sanctificabant, iuxta illud Leuitic. octauo. Cum sanctificasset eos Moyses, & cætera, ac per consequens quod conferebant gratiam, Respondetur, quod illa sanctificatio erat figuralis, ad figurandam passionem Christi. Vnde sanctificatio illa non erat per gratiam gratum facientem, sed tantum figuralis Christi, per quam ministri templi diuino cultui dedicabantur.

¶ Ad tertium argumentum ex Beda in Homilia circuncisionis. Vbi affirmat, quod circuncisio sic salutifera curabat vulnus peccati originalis, sicut baptismus reuelato tempore, insinuans, quod conferebat gratiam, sicut baptismus. Respondetur contra multiplicem opinionem. Et primo contra primam, quod circuncisio solum auferre peccatum sine gratia interueniente, non potuit: quia secundum illud ad Romanos tertio. Iustificati gratis per gratiam ipsius non iustificatur homo à peccato, nisi per gratiam. Secundo contra alios de circuncisione dicentes contulisse ad effectus remotius culpæ gratiam, sed non quantum ad effectus positivos gratiæ, Respondetur suam opinionem esse falsam. Tum, quia secundum ordinem causæ formalis priores sunt naturaliter effectus positivi, quam priuatiui. Forma enim non excludit priuatiuam, nisi informando subiectum, licet secundum ordinem causæ materialis è conuerso contingat. Tum, quia pueris circuncisis facultas dabatur perueniendi ad gloriam, qui est vltimus effectus posituus gratiæ. Tertio contra alios opinantes circuncisionem contulisse gratiam, quantum ad aliquem effectum posituum, quod est facere dignum vitæ æternæ, non tamen quantum ad reprimendam concupiscentiam impellentem ad peccandum. Respondetur, hoc ideo carere veritate, quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri vitam æternam. Ideo dicitur tandem, tam circuncisionem, quam reliqua sacramenta veteris legis solum signum fidei iustificantis fuisse, iuxta illud ad Romanos quarto. Abraham accepit signum circuncisionis signaculum iustitiæ fidei. Et ideo in

circuncisione conferebatur gratia in quantum erat signum passionis Christi futuræ.

¶ Circa hanc vero doctrinam Scotus nobis aduersatur, dicens, inter cætera opera cæremonialia solum circuncisionem contulisse gratiam, cæterorum vero nullum, eam contulisse. Cuius sententiæ antea fuerunt Alexander & Marsilius. Sed quia isti omnes ideo sacramenta conferre gratiam opinantur: quia sunt signa assistentiæ virtutis Dei, nihil mirum, si hoc modo & ipsam circuncisionem contulisse gratiam asserant. Igitur quando Scotus & eius fautores aiunt, circuncisionem contulisse gratiam, non existimant in illa aliquam virtutem conferendi gratiam fuisse. Quo circa in re, quantum attingit ad circuncisionem cum Diuo Thoma videntur sentire, licet discrepent in verbis.

¶ Secundo perpendendum est, quod in circuncisione conferebatur gratia quoad omnes effectus, non tamen virtute circuncisionis, sed vi ibi applicatæ fidei. Itaque circuncisio erat veluti causa, sine qua non. Et licet in ea daretur gratia ad omnes effectus, sed non tam copiosa, sicut in baptismo, per quam gratiam ibi collatam etiam actualia peccata condonabantur adukis. Credit autem Scotus, de mente esse sancti Thomæ, quod in circuncisione virtute fidei ibi protestatæ aliqua gratia ex opere operato dabatur, præter eam, quæ dabatur ex opere operantis adulti suscipientis circuncisionem.

¶ Tertio aduertendum est, quod licet sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ instrumentaliter, vt calamus est causa scripturæ: circuncisio tamen non fuit causa gratiæ, sed applicatio causæ, id est, fidei, quæ causabat gratiam. Sicut verbi gratia, ad motum ignis, ad stuppam, non est causa inflammationis, sed est conditio agentis, id est, ignis, qui applicatur. Quo circa ignis ipse, qui applicatur, est qui inflamat. Sic in circuncisione, non ipsa, sed fides, quæ per ipsam applicabatur, erat quæ conferebat gratiam. Vnde fit consequens, quod licet ista propositio sit vera: Quia aliquis baptizatur, sit gratus, tamen ista non est concedenda: Quia aliquis in lege veteri circuncidebatur, fiebat gratus Deo: quia non fiebat gratus Deo per circuncisionem, aut per aliquam virtutem in ea instrumentaliter existentem, super fidem passionis Christi ibi applicatam.

¶ Præterea an meritum Christi in veteri lege operabatur aliquid, quo ad gratiam, quæ tunc dabatur in sacramentis, vel extra: est questio scitu digna, & huic articulo Di-

ui Thomæ affinis. Nam videtur certe quod licet perfectam iustitiam, id est, vitam æternam omnes tam præcedentes, quam subsequentes Christum, Dominum per eius merita adepti sunt, iuxta illud Actorū. quarto. Non est aliud nomen datum, in quo oporteat nos saluos fieri: tamen aliqui Christum memisse sanctificationem, & iustificationem sanctorum patrum, qui præcesserunt Christum, ideo negant, quia meritum præcedit præmium. At vero iustitia Patriarcharum, meritum Christi præcesserat, non enim Deus meruit, nisi postquam factus est homo. Non ergo videntur fuisse sanctificati, & iustificati, propter meritum Christi, sed propter fidem Christi: quia crediderunt Christum futurum. In contrarium est, quod meritum Christi fuit infinitum, & vniuersale: ergo fuit operans ad salutem, & iustificationem omnium hominum præcedentium, & sequentium. Propter rationem hic superinductam Magister Canus & alij sectatores eius in tertia parte insinuarunt, prædictam sententiam illatam per dictum argumentum, scilicet, quod meritum debet præcedere præmium. Respondetur igitur ad quæstionem ex sententia Magistri fratris Ioannis à Peña, quod non est negandum, patres antecedentes Christi passionem, & aduentum intuitu meritorum sequentium Christi, fuisse non solum post eius passionem glorificatos, sed antea etiam iustificatos, & gratiam assequutos. Nam Christus Dominus per suum meritum causa moralis fuit, & principalis iustificationis omnium. Quoniam merces anticipata datur sæpe operario intuitu operarum, quas in futurum præstaturus est, quæ futura sunt merita, ob quæ merces antea est data. Sicut etiam, in fide chirographi, de preto soluendo in futurum, merces solent tradi venales anticipatæ: sic etiam ob meritum Christi futurum, sic applicatum per fidem, antiqui patres antecessores Christi adepti sunt iustitiam, & re-promissiones. Vnde argumentum, seu ratio obiecta solum id probat, quod Diuus Thomas in hoc articulo sexto concedit, scilicet, quod meritum Christi, cum tunc ante eius aduentum non esset in rerum natura, non poterat mouere efficienter secundum vsum sacramentorum sensibilium, vt per instrumentum actualiter applicatum. Fatetur tamen, quod meritum Christi per modum finis, vt apprehensum, & desideratum per fidem, & deuotionem, quamuis posterius tempore, potuit mouere agentem. Et hoc est, quod docet Diuus Thomas, in tertia

A parte articulo sexto, in solutione ad tertium. Vbi ait, quod passio Christi comparata ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti.

## CAP. LV.

*Virum aliquod sacramentum imprimat characterem, Et an character fundetur in sacra scriptura. Vbi respondetur ad argumenta Scoti. Et an character sit spiritualis potestas: Et an reducatur ad secundam speciem qualitatis: Et an sit res distincta à suo subiecto: Et an sit solum relatio, vel lumen, vel figura. Et virum character sacramentalis, sit character Christi. Et an sit in potentijs animæ, & vbi sit: Et an sit dispositio ad gratiam. Et an sit indelebilis: Et an per omnia sacramenta imprimatur.*



**I**n primo articulo. quæstione. 63. inquitur à Diuo Thoma, vtrum aliquod sacramentum imprimat aliquem characterem in anima? Respondet autem, quod quia sacramenta ad duo ordinantur, scilicet, ad remedium contra peccata, & ad perficiendam animam in ordine ad cultum Dei secundum ritum vitæ Christianæ, conuenit, vt quemadmodum qui ad aliquod certum deputantur, solent insigniri, & deputari quibusdam characteribus corporalibus, sicuti milites ad militiam olim ascribebantur: sic homines per sacramenta deputentur ad aliquod spirituale, pertinens ad cultum Dei, ac per consequens consentaneum est, quod per aliqua sacramenta fideles aliquo spirituali characterem insigniantur, qui quidem character, secundum Diuum Augustinum, in secundo. contra Parmenianum non repetitur, neque reiteratur, sicut neque militis correcti, quia antea militiæ erat desertor, si obtenta venia ab imperatore coeperit iterum militare, character militaris non repetitur.

Ad argumenta Diui Thomæ respondentes ad primum vbi arguitur, quod iuxta illud secundæ ad Corinthios tertio, vbi dicitur, de prædestinatis firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, nouit Dominus, qui sunt eius, colligitur præ-

desti-

destinatos esse signatos ad vitam æternam, distinctione quadam, quæ nihil ponit in prædestinato, sed in Deo prædestinante. Ac per consequens quod sacramenta non imprimunt aliquid in anima ad distinguendum fideles ab infidelibus dicimus, quod fideles Christi ad præmium quidem futuræ gloriæ deputantur signaculo prædestinationis diuinæ; sed ad actus competentes præsentis ecclesiæ deputantur quodam spirituali signaculo eis insignito, qui character nuncupatur.

Ad secundum autem argumentum, vbi arguitur ex Diuo Augustino in secundo de doctrina Christiana, dicente, quod signum est, quod præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire, quod non potest dici de aliqua re existente in anima; ac per consequens videtur, quod aliquod characteris signum non imprimatur in anima per sacramenta, dicimus, quod character animæ impressus habet rationem signi, in quantum per sensibile sacramentum imprimatur. Per hoc enim innotescit aliquem characterem baptismali esse insignitum, quia sacramentaliter est ablutus aqua sensibili. Imò etiam per quandam similitudinem character, vel signum dici potest, quod figurat alicui, vel distinguit ab alio etiam si non sit sensibile; sicut Christus dicitur figura, vel character æternæ gloriæ ad Hebræos.

Ad tertium argumentum, vbi arguitur, quod sicut per nostra sacramenta distinguuntur fideles ab infidelibus, sic etiam per sacramenta veteris legis, quæ tamen ad hunc effectum non imprimebant characterem, Respondetur, quod quia sacramenta veteris legis carebant in se virtute spirituali ad aliquem effectum spirituale operandum, ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis character spiritualis, sed sufficiebat ibi corporalis circumcisio, quam Apostolus signaculum nominat ad Rom. 4.

Circa hanc doctrinam Diui Thomæ notandum est primò, quod character licet secundum Diuum Hieronymum in libro triformis interpret. Græcum nomen sit, significans id, quod est signum impressum ab alio, iuxta illud Apocalypsis decimo tertio, & decimo quarto. vbi impressio, quam habebat bestia illa, dicebatur character: & licet de eius antiquitate fiat mentio in capit. maiores. de baptismo. Scotus tamen multa verba non satis circumspecta effudit contra

A characterem. Dicens primò, quod non elicitur ex sacris literis, neque ex testimonijs sacrorum patrum, neque ex ratione naturali, sed solum ex autoritate ecclesiæ. Superaddit autem secundò, Magistrum sententiarum nihil meminisse, aut disputasse de characterem, neque Diuum Augustinum de eo sermonem habuisse, cum ageret contra Donatistas. Quod Scotum dixisse de Diuo Augustino, valde mirandum est: siquidem Diuus Augustinus nomen characteris sæpe repetens inculcare videtur. Item tertio ex prædictis argumentum sibi videtur sumere ad asserendum, quod non est agendum de characterem, vt de re multum necessaria. Et non ponendum esse concludit, quia pluralitas rerum sine necessitate multiplicanda non est. Et quia, si character ponendus esset in anima, extra admirationem non est, quod dicitur, quod imprimendus esset inimico Christi fide baptizato, aut confirmato. Scotus visus est sequere Durandum distinctione quarta, quæstione prima, dicens solum modernos consistere imprimi characterem. Caietanus autem hic ad instar Scoti loquitur, affirmans ex Sacra Scriptura characterem non elici, sed ecclesiæ autoritate non multum antiqua. Pro eruenda veritate statui-

C Conclusio contra prædictos, scilicet, Character non solum est res præcipua antiquitatis autoritate commendata, sed etiam est res, quæ fundamentum habet ex Sacra Scriptura. Imò ex ea elicitur. Probat autem: quia ecclesia, quæ regitur per assistentiam spiritus Sancti, & quæ columna est, & firmamentum veritatis recipit characterem esse, quæ tamen solita est ex sacra Scriptura elicere, quod à fidelibus statuit tenendum. Tum etiam patet ex Vvaldensi libro secundo, de Sacrament. capit. 109. Vbi

D contra quendam hæreticum ait: Docuit nos à primæua fidei institutione mater ecclesia, quomodo ex sacramentorum quorundam acceptione relinquatur character saluationis. Item quia Innocentius in capit. maiores. de baptismo, loquitur de characterem, vt de re antiqua, & concilium Florentinum præsupponens characterem præcipua antiquitate pollere, sancit tria sacramenta, nempe, Baptismum, confirmationem, & ordinem, characterem, quoddam signum à cæteris distinctum in anima imprimere indelebile; alioquin nulla ratio subesset, cur hæc tria sacramenta non essent iterabilia, sicut &

cæte-

cætera. Quod autem character eliciatur ex sacra scriptura, patet ad Ephesios quarto. Nolite contristare spiritum Dei, in quo signati estis in diem resurrectionis. Et secunda, ad Corinthios primo. Qui unxit nos Deus, & qui signavit nos Deus, & dedit pignus gloriæ. Concluditur ergo, quod character, veluti signum militare est, quo distinguuntur fideles ab infidelibus. Imprimatur autem in sacramentis, ubi etiam adhiberi solet unctio ab Ecclesia, ut sit signum impressionis characteris.

¶ Probat autem ultimo conclusio præsertim contra Durandum: Quia in baptizato requiritur aliquod signum, ut distinguatur à non baptizato, quod quidem signum non potest esse gratia, si quidem stat aliquem esse Christianum, atque baptizatum; & nihilominus expertem esse gratiæ, ergo character ad hanc distinctionem necessarius est ponendus.

¶ Ad argumenta Scoti, respondentes suo ordine, dicimus; ad primum falsum esse sacram scripturam non ostendere characterem in anima imprimi: quia satis elicitur ex dictis locis Apostoli ex interpretatione Ecclesiæ, & sanctorum. Neque enim, ut Ecclesia per interpretationem suam, & sanctorum, eliciat assertiones catholicas, & dignas fidei Dei, oportet, ut testimonium scripturæ factæ, ex quibus eas elicit, sint adeo evidentiæ de se, ut à nemine aliis in illo sensu negari possint. Sed sufficit ei assistentia Spiritus sancti, quæ in eliciendo prædictas propositiones ex sacra scriptura non permittit errare.

¶ Ad secundum argumentum, ubi objicit Scotus Divum Augustinum, & alios sanctos, non meminisse de charactere, Respondetur, id falsum esse, ut patet ex Gratiano primo, quæstione prima, Canone, quod quidam, & ex Divo Augustino, adversus Cresconium, libro primo, capite trigesimo. & libro sexto, contra Donatistas, capite primo, & super Ioannem, tractatu sexto, & tertia parte sermonum; sermo. 117. & Epistola ad Bonifacium, & Homilia quarta, super Canonicam Ioannis, & ex Damasceno, libro quarto, capite decimo. Item Magister sententia, distinctione sexta, meminit & characteris dicens, ipsum posse aliquem recipere sine gratia.

¶ Ad aliud argumentum Scoti, ubi objicit non esse ponendam pluralitatem entitatum citra necessitatem, respondemus, ne-

minem Doctorum tot entitatum fuisse assertorem, sicut fuit ipse. Secundo respondetur, quod si loquamur de absoluta necessitate, id non erat necessarium absolute: nam poterat nos Deus sicut antiquos patres veteris legis, sine charactere saluare. Sed supposita ordinatione Dei, convenientissimum fuit, ut sic fideles suos insigniret, & ab alijs distingueret.

¶ Ad aliud argumentum Scoti, respondetur, quod neque mirum est, neque absurdum, quod inimico Dei puta fidei accedenti ad baptismum Deus tale donum characteris conferat: sicut non est factum indignum Dei bonitate, quod Deus aliquando baptizato fidei, sed credenti fidem mortuam infundat in baptismo, quæ etiam est donum Dei, quod & Scotus non inficiatur.

¶ At licet Scotus, distinctione vndecima, quæstione sexta, asserat, posse dici, circumcissionem impressisse characterem, sed tenendum est, potius eum sancto Thoma, in solutione ad tertium, propter eius rationem, quod nullo modo circumcisio implet characterem.

¶ Iam in articulo secundo, quæstionis 63, inquiritur à Divo Thoma, utrum character sit spiritualis potestas. Respondet autem, quod sacramenta novæ legis imprimunt characterem, in quantum per ea deputantur homines ad cultum Dei, secundum ritum Christianæ religionis. Cum autem cultus divinus consistat in recipiendo aliqua, vel in tradendo alijs, & ad utrumque horum requiratur aliqua potentia: nam ad tradendum aliquid alijs requiritur potentia activa: ad recipiendum autem requiritur potentia passiva, sit subinde, ut character importet quandam potentiam spirituales, ordinatam ad ea, quæ sunt divini cultus: quæ quidem potentia est instrumentalis, sicut & virtus, quæ est in sacramentis. Atque ideo character est etiam in ministris Dei, quia authore philosopho in primo politic. minister habet se per modum instrumenti. Et idcirco, sicut virtus, quæ est in sacramentis, non est in genere de se, sed per reductionem, eo, quod est quoddam fluens, & incompletum: ita character non proprie est in genere, vel in specie, sed reducitur ad secundam speciem qualitatis, nam est potentia. Quod ex eo patet: quia autore Philosopho, secundo, Ethicorum tria sunt in anima, scilicet, potentia, habitus,

& pa-

& passio: sed character non est passio; quia passio cito transit, character autem indelebilis est. Similiter autem non est habitus: quia nullus est habitus, qui se possit ad bene & male habere, sicut se habet character: quia utuntur eo: quidam bene, quidam male. Quod in habitibus usu evenire non potest: nam habitu virtutis nullus male utitur, & habitu malitiæ nullus bene. Concluditur, quod character sit potentia. Ex quo consequitur, respondendo ad argumentum primum Divi Thomæ, quod non ponitur character, ut aliqui opinantur in quarta specie qualitatis. Quia licet character dicatur figura, sed dicitur figura non proprie, sed metaphorice, & per similitudinem. Nam figura proprie, ut est determinatio quantitatis, non reperitur, nisi in rebus corporeis: ideo character, in quarta specie qualitatis non est.

¶ Imo, ut secundum argumentum Divi Thomæ solvamus, nota quod licet Divus Dionysius, capite secundo, Ecclesiasticæ hierarchiæ, characterem videtur appellare lumen quoddam, sed quia non est lumen sensibile, sed metaphorice dicitur lumen, ideo non reponitur in tertia specie qualitatis: quia in tertia specie qualitatis non sunt, nisi sensibiles passiones, aut sensibiles qualitates.

¶ Atque deinde, ut respondeamus ad tertium argumentum, negamus characterem collocari in genere relationis. Neque obstat, quod sit signum, quia relatio, quæ importatur nomine signi oportet, quod fundetur super aliquid. Cum ergo relatio huius signi, quod est character, non possit fundari immediate super essentiam animæ, quia sic conveniret vi animæ naturaliter, consequitur, ut aliquid sit ponendum in anima, supra quod fundetur talis relatio: & hæc est essentia characteris.

¶ Neque obstat, ut respondeamus ad quartum argumentum, quod character sit signum, & quod de ratione signi est magis pertinere ad rationem effectus, quam ad potestatem, quæ secundum philosophum primo Metaphysic. habet rationem causæ, & principij. Quia dicimus, quod character habet rationem signi per comparisonem ad sacramentum sensibile, à quo imprimitur: sed secundum se consideratus habet rationem principij, ut dictum est.

¶ Circa hanc doctrinam Divi Thomæ notandum est primo ex Divo Dionysio lo-

co citato, quod character est signum sanctæ communionis fidei, & sanctæ ordinationis, id est, quo fidem per sancta sacramenta profiteremur.

¶ Secundo perpendendum est, quod illa conclusio Divi Thomæ statuta in hoc articulo, scilicet, quod character reducatur ad secundam speciem qualitatis, quia difficilis visa est multis, ideo excitavit contra se septem opiniones contrarias, quas libet brevitè hic perstringere. Prima est Durandi in quarto distinctione quarta, quæstione prima, ubi ait characterem esse tantum ens rationis, neque distinctum esse quidquam realiter à suo subiecto, esseque ens rationis, id est, obiectum voluntatis divinæ. Tum quia sicut miles per hoc, quod instituitur ad bellum, aut per hoc quod quis minister præficatur à Rege nihil reale in se per hanc potestatem recipit à Rege distinctum à recipiente: ita neque baptizatus, aut confirmatus aut ordinatus per potestatem characteris ad spiritualia ministeria. Tum quia character comparatur virtuti sacramentorum: ergo sicut ista virtus transit, sic virtus characteris transit. Respondetur autem ad hanc opinionem Durandi, quod quantum ad hoc, quod arbitratur characterem non esse rem distinctam à subiecto suo tollerabilis visa est multis, si moderatè hoc adijciatur, scilicet, quod non propter ea negetur, quidquid Ecclesia & sancti negant, aut affirmant de charactere, scilicet, quod imprimatur à sacramentis tribus, scilicet, à baptismo, & ordine, & confirmatione, & non ab alijs, quod sit indelebilis potentia, sive sit res distincta à subiecto, sive non. Neque est hoc absurdum concessu, sicut neque in metaphysica relationem non distinctam à fundamento, ut res à re inconueniens, non reputatur, dum differre genere à fundamento formaliter, secundum diversas rationes formales concedamus.

¶ Secundo tamen respondetur, multo esse probabilius, & modo loquendi Ecclesiæ, & sanctorum concinnius, quod character sit entitas realiter, ut res à re, distincta à subiecto, in quo est. Nam sancti Doctores affirmantes, quod character imprimitur, & quod inest subiecto, & quod sacramenta illa illum causant: quæ verba significant transitivè, per ea magis insinuarè videntur, rem esse distinctam à subiecto. Tum secundo, quod & hæc ratio id persuadet. Nam Deus operatur hic ad modum ordinis naturalis: sed Deus, ut autor naturæ condens hominem & creans ani-

mam



mam, potentias realiter distinctas ab anima, quibus uteretur ad suas operationes, indidit, puta, voluntatem, & intellectum: ergo pari ratione suos fideles perficiens ad opera cultus diuini characteris potestatem distinctam à subiecto, in quo est, per illa tria sacramenta ea suscipientibus imprimit. Vnde iam ex prædictis patet rationem illam Durandi, quæ præualere videbatur, vim suam inde amittere, quod non considerauit Durandus longe efficacioris virtutis esse potentiam Dei, cum homines incipit diligere, aut eligere ad ministeria sacra intra Ecclesiam, quam potestas Regum mundi, dum ad munia reipublicæ creant ministros. Nam hi præsupponunt sufficientiam, sed eam non dant ea carentibus, licet eis impertiant de facto suam auctoritatem: quæ quidem auctoritas nihil reale distinctum ponit in ministro. At Christus, cum sit Deus omnipotens; sicut amicos sibi constituit homines per gratiam, & virtutes, quas in iustificatione infundit distinctas ab anima: sic per illa tria sacramenta, quos ad cultum religionis Christianæ deputat per characterem distinctum à subiecto, cui imprimitur, perficit. Dum vero Deus elegit David ad regnandum, & alios Reges nihil reale distinctum eis impresit: quia & ad regimen temporale eligebantur: & quia tunc non contulerat Deus sacramenta, quæ effectiue conferrent gratiam, & perficerent homines in ordine ad exercitium vitæ Christianæ.

¶ Ad aliud argumentum Durandi, dicentis, quod frustra poni videtur character, postquam illius non apparet necessitas, Respondetur, quod ignorantia ductus hoc obijcit argumentum. Nam non ponitur frustra character, postquam ponitur: tum ad configurandum nos Christo: tum ad discernendum Christianos ab infidelibus. Tum etiam character baptismalis potentia passiva est, ad recipienda reliqua sacramenta. Neque obstat contra hoc obiectio aliquorum argumentum, quod si character baptismalis esset potentia passiva, præ se ferret imperfectionem: quia id aure negamus. Quia non est potentia passiva ad recipiendum aliquid contra naturam: nam hoc argueret eius imperfectionem: sed est ad recipiendum aliquam vltiorem perfectionem. Et sic secundum Aristotelem recipere, quod est idem quod pati, est perfici.

¶ Ad postremum argumentum Durandi respondetur, quod non sequitur, quod si

**A** virtus sacramenti transacto sacramento fluit & transit, quod ita contingat in characterem, ita vt sit delectibilis, quia in promptu se offert aperta discriminis ratio. Nam virtus sacramenti est virtus instrumentalis, & motus ipsius sacramenti, quo à Deo mouetur, & ideo nihil mirum si finiatur vel transeat cum ipso motu Dei. At vero character ordinis ideo est indelectibilis, & permanens, quia minister, cui imprimitur non est merum instrumentum, sed quodammodo habens potestatem, scilicet, vt minister Christi, etsi actu sacramenta non exerceat.

¶ Ad opinionem Scoti asserentis loco citato, quæstione decima, characterem solum esse relationem realem, quam fundat in hac ratione, scilicet, quod non est introducenda noua adinuentio rerum, neque multiplicanda frustra cita necessitas, quod frustra multiplicatur in characterem, nam statuendum esse solum relationem realem, scilicet, similitudinis Christianorum ad Christum, & dissimilitudinis eorum, & distinctionis à cæteris infidelibus nationibus, exprimitur eius quidditas, scilicet, relationis, Respondetur, quod non potuit non falli in hac opinione Scotus, cum peccauerit errore physico, quod nititur eam fulcire, dum statuit hanc relationem characteris esse extrinsecus aduenientem, cum in bona physica omnis relatio posito fundamento proximo sit intrinsecus adueniens. Ipse autem quia tollit fundamentum hoc relationis, & loco, & vice eius solum substituit subiectum: nihil mirum si sublato proximo fundamento tota fabrica suæ imaginationis ruat, vt pote quæ est contra Aristotelem, qui propterea docuit ad relationem non esse per se motum, quia posito fundamento sine alia actione inuascitur relatio. Igitur veritas physica hoc persuadet, quod sicut ad vbi, ad quod autore Aristote. est per se motus, ad quod vbi consequitur relatio: sic motus instrumentalis illorum trium sacramentorum, est etiam ad imprimendum characterem, ad quæ consequitur relatio, qua recipiens fit similis Christo & dissimilis infidelibus. Non autem ex ista bona & Christiana philosophia sequitur quod character sit relatio, sed quod sit fundamentum istius relationis, scilicet, similitudinis & dissimilitudinis. Vnde sicut si aliquos in albedine similes esse affirmaueris, necesse habes ad id verificandum ponere in utroque albedinem, quæ est fundamentum prædictæ similitudinis: sic cum Ecclesia dicat, per illa sacramenta tria imprimentia characterem, assimilari ea suscipientes Christo, &

cætera,

cætera, necesse est ponamus fundamentum istius similitudinis, quod dicimus esse essentialiter ipsius characteris. Vnde falso nos redarguit Scotus, quod multiplicamus entitates reales, sine necessitate. Igitur quemadmodum scientia, quæ est relatiuum, secundum dici, principaliter importat qualitatem, & est qualitas, licet secundo, & minus principaliter importat relationem ad scibile: sic character principaliter est qualitas, & importat qualitatem, licet secundo in obliquo importet relationem similitudinis, & figuræ, qua configuramur Christo. Vnde sicut scientia non dicitur esse relatio: ita neque character dicitur esse relatio, sed fundamentum relationis. Ideo character non est in prædicamento relationis principaliter.

¶ Ad 3. opinionem, quæ est Richardi in 4. sentent. distinct. 5. quæst. 2. artic. 1. vbi asserit characterem, quia qualitas supernaturalis est in nullo poni prædicamento. Nam in prædicamento, inquit, solum collocantur entia naturalia, respondetur, opinio hæc est præter omnium propositum. Nam licet Deus ex eo, quod caret genere & differentia extra omne prædicamentum sit, quippe qui sit quid infinitum simpliciter, & illimitatum: tamen habitus, seu qualitates supernaturales, quas infundit, non sic sunt entia infinita, vt licet supernaturalia sint non possint in prædicamento poni, cum genere & differentia non careant.

¶ Ad quartam opinionem, quæ est Alexandri Alesi. in 4. par. quæst. 19. membro. 1. art. 2. vbi asserit, characterem esse in prima specie qualitatis, hac persuasus ratione, quod character sit dispositio ad gratiam, respondetur, quod cum sua hæc ratio fundetur in falso, nihil probat. Non enim character est dispositio ad gratiam, neque est in anima, vt in subiecto immediato, vbi sic est gratia: sed est in intellectu. Neque natura sua est prior, quam gratia, sed consequitur fidem; quæ quando suo ordine viua producit, posterior est, quam gratia ipsam informantem. Cæterum, etsi hæc opinio ex ratione sui auctoris parum roboris habeat, tamen hoc argumentum desumptum ex doctrina D. Thomæ videtur ei aliquam apparentiam conciliare. Nam Diuus Thom. docuit, virtutem sacramenti reduci ad primam speciem qualitatis, quia cum talis virtus imperfecta sit, reducit ac speciem sui termini, quæ est gratia. Sed etiam Diuus Thom. characterem in hoc virtuti sacramentorum comparat, quod est virtus instrumentalis, & quod in hoc genere imperfectum quid sit. Ergo etiã character ponitur in prima specie qualitatis,

Instruct. cons. pars. 2.

**A** vbi ponitur virtus sacramenti. Huic autem argumentum, egregie Sotus satisfacit, assignans differentiam. Nam virtus sacramenti dicitur imperfecta, quia est motus veluti alteratio, quæ in fieri considerata, est motus ad qualitatem. Ideo sicut motus, qui directe in prædicamento sui termini non ponitur, ponitur tamen ibi reductiue: sic & virtus sacramenti ratione termini, id est, gratiæ ponitur reductiue in prima specie qualitatis, cum ibi directe non ponatur. At vero character non habet illam rationem imperfecti, quam motus, habet enim esse permanens, & indelectibile. Sed in ratione instrumenti habet imperfectam rationem cause respectu cause principalis: ideo reducit ad illam speciem, in qua est potentia naturalis, licet ipse sit supernaturalis.

¶ Ad quintam opinionem, quæ est Marfilij. quæst. 4. artic. 1. conclusio. 7. vbi ait, characterem reponi in 4. specie qualitatis, quia est figura, qua configuramur Christo, iam respondet Diuus Thomas in solutione ad 1. quod solum metaphoricè dicitur figura, & non proprie, & ideo in 4. specie qualitatis non ponitur.

¶ Ad sextam opinionem asserentium esse lumen, & ideo characterem in tertia specie qualitatis collocari, respondit iam D. Thomas metaphoricè dici lumen, & quia qualitas sensibilis non est in tertia specie qualitatis, reponi negat, quia ibi solum reponuntur passionnes, & qualitates sensibiles.

¶ Statuitur denique opinio vera, quæ est de mente D. Thomæ, quæ in his consistit assertionibus. Primo, quod character quatenus attingit ad suam quidditatem, est qualitas, quæ est supernaturalis potentia. Secundo, quod non est relatio, sed fundamentum proximum relationum, quibus efficiuntur similes Christo, dissimilesque infidelibus. Tertio quod est, figura & lumen per metaphoram; ac demum est sensibile signum non per se sed per sacramentum, sub quo contextitur.

¶ In tertio articulo quæstio. 63. inquitur à D. Thomæ, vtrum character sacramentalis sit character Christi. Respondet autem, quod fideles ad duo ordinantur. Primo atque finaliter ad gloriæ fruitionem. Et ad hoc insigniuntur signaculo gratiæ, iuxta illud Ezechiel. 9. Signa thau supra frontes virorum gementium, & dolentium. Secundo ad recipiendum, vel tradendum alijs ea, quæ ad cultum religionis Christianæ pertinent, ad quod proprie deputatur character sacramentalis. Totus autem Christianæ religioni scultus à sacerdotio Christi deriuatur. Ideoque character sacramentalis specia-

D liter

liter character Christi nuncupatur, cuius sacerdotio configurantur fideles per sacramentalis characteres, qui nihil aliud sunt, quam participationes sacerdotij Christi ab eo derivatae. Quidam vero hoc modo diffiniunt characterem: Character est distinctio a characterem alteri non in pressa anima rationali, secundum imaginem signans trinitatem creatam Trinitati creati, & recreanti, & distinguens a non configuratis secundum statum fidei, character æternus est Christus, iuxta illud ad Hebræ. 1. Quicum sit splendor gloriae, & figura vel character substantiæ eius. Ad primum argumentum Divi Thomæ ex Apostolo dicente, ad Ephesios. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, respondet ipse, quod loquitur ibi Apostolus de consignatione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quod sit per gratiam, quæ Spiritui sancto attribuitur, in quantum ex amore procedit.

Ad secundum argumentum, ubi arguitur, quod character est signum gratiæ, quæ est à tota Trinitate, & per consequens, quod non sit signum Christi, respondetur, quod habet characterem rationem signi, in quantum per sensibile sacramentum imprimitur: nihilominus est res respectu sacramenti exterioris: & sic est configurativus alicui principali, apud quem residet autoritas eius, ad quod aliquis deputatur. Et sic dicitur character Christi, cui configuramur. Ut autem character accipitur secundum rationem sacramenti, hoc modo est signum inuisibilis gratiæ, quæ in sacramento confertur.

Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod character donatur ut fidelis à reliquis distinguatur infidelibus, quæ distinctio fit per gratiam, quæ non attribuitur Christo, sed Spiritui sancto, & per consequens, quod character non attribuendus est Christo, sed magis Spiritui sancto, respondetur, quod per charitatem & gratiam distinguuntur servi Christi iusti à servis diaboli, vel in ordine ad vitam æternam. Verum in ordine ad cultum præsentis Ecclesiæ, fit per characterem sacramentalem. Character autem bestię intelligitur ex opposito, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad poenam æternam, vel professio illiciti cultus.

Circa doctrinam hanc Divi Thomæ prænotanda sunt Christi epitheta. Nam respondet Divus Thomas, quod character Christi est character sacramentorum, non utcumque, sed secundum eius sacerdotium. Nam fuit Christus caput nostrum; & Redemptor noster, & Rex subinde regni cælorum, ac demum sacerdos, iuxta illud ad Hebræ. 9. Christus assistens pon-

titifex futurorum bonorum; Et quatenus Rex indixit nobis leges, per quas iudicaturus est orbem: sed quatenus sacerdos, divinum sacrificiorum & sacramentorum instituit cultum, & per sacramenta characterem confert, qui est sacerdotij potestas ad colendum Deum, iuxta illud, 1. Petri. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Quam auctoritatem adducunt hæretici Lutherani in gratiam suæ hæresis, qua asserunt omnes Christianos esse sacerdotes. In cuius quoque probationem allegant & illud Apocal. 1. & 6. Dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo, & patri suo. Sed nihil curandum est de istis hæreticis, qui omnia pervertunt & confundunt, ignorantes, vel nescire affectantes, quo modo in sacra scriptura fideles sacerdotes appellantur, nempe, quia offerunt Deo suam fidem, & orationes, & bona quæ exercent opera. Tamen hoc non obstat, quin Christus per antonomasiam vocatos sacerdotes sibi ministros speciales instituerit ad sacrificium altaris consecrandum, & offerendum. Sume exemplum. Quilibet fidelis iustus est templum Dei, iuxta illud Apostoli Pauli. Templum Dei sanctum estis. Sed præter ista templa sunt templa externa in certo loco affixa, in quibus fideles congregantur. Ità in Ecclesia præter hoc sacerdotium internum, de quo loquitur Divus Petrus, est aliud sacerdotium externum in Ecclesia certis personis affixum per sacramenti sacerdotalis ordinis susceptionem. Fatemur ergo Catholici, omnes Christianos etiam laicos posse offerre oblationes spirituales, id est, fidei & charitatis, & laudis, & gratiarum actionis munera: & ita in hoc sensu posse esse sacerdotes mysticos erigentes in se altare deuotionis, & affectus in Deum. Sed non est consecrarium propterea eos esse sacerdotes externos hierarchicos, quales sunt initiati ordine sacerdotali. At isti Lutherani istud absurdum Christo Domino ascribere contendunt, quod nationes barbaræ sine lege, & Deo viuentes vitandum in se curauerunt, ut etiam suorum idolorum sacerdotes non omnes promiscuè ex turba eligerentur, sed speciales ad id ministri assumerentur, statuentes.

Præterea in quarto articulo Divus Thomas inquit, utrum character sit in potentijs animæ, sicut in subiecto. Respondet autem, quod quia character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel alijs tradendum ea, quæ sunt diuini cultus, & quia diuinus cultus, in quibusdam actibus consistit, ad quos actus potentiæ animæ ordinantur, sicut essentia animæ ordina-

tur ad esse: ideo character non fundatur in essentia animæ, ut in subiecto, sed in eius potentia.

Ad argumenta Divi Thomæ respondentes, ad primum, ubi arguitur characterem esse in essentia animæ, quia est dispositio ad gratiam, quæ est in anima, respondetur, quod character remote disponit ad gratiam, & propinque disponit animam ad ea, quæ sunt diuini cultus exequenda. Quia si disponit ad gratiam, id est remote, id est, quia quæ sunt diuini cultus, idonee sine auxilio gratiæ exerceri non possunt. Ideo character magis sibi vendicat subiectum in potentia, ad cuius actus proximè eam disponit, quam in anima, ubi est gratia, ad quam remote disponit.

Ad secundum argumentum, ubi arguitur, quod potentia animæ solum est subiectum habitus, vel dispositionis, quorum neutrum est character, ac per consequens, quod character non sit in potentia animæ, Respondetur, quod character non est potentia naturalis ex principijs essentiæ procedens; sed est quædam spiritalis potentia ab extrinseco adueniens. Unde sicut habitus & dispositio, eo quod ordinantur ad actus, sunt in potentijs animæ, quæ sunt eorundem actuum principia: sic etiam character cum ad actum ordinetur in potentia aliqua animæ est collocandus.

Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod character non est in potentia animæ cognoscitiua, aut appetitiua, quia non ordinatur ad cognoscendum, vel ad appetendum, & per consequens, quod non sit in potentia animæ, Respondetur, quod quia character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus, qui quidem est quædam fidei protestatio per exteriora signa: ideo oportet, character sit in potentia cognoscitiua animæ, in qua est fides.

Circa hanc doctrinam Divi Thomæ notandum est, ipsam non ab omnibus acceptari. Occurrit namque primo Durandus distinctione quarta, quæstione prima, asserens, quod si character est ponendus, solum in sacerdotibus est ponendus. Cuius character non in potentia cognoscitiua, cum non sit ad cognoscendum, sed in lingua, & in manibus sacerdotis hæret, quibus accipit & consecrat species sacramentales: sicut virtus operatiua musici est in manu. Itaque non manet, nisi dum lingua prorumpit in exercitium administrationis actualis sacramentorum. Hæc autem opinio in toto aberrat à veritate. Est in primis contra Concilium Florentinum, diffiniens sacramenta tria characterem animæ imprimere. Est contra firmissimam animi conceptionem omnium. Est con-

Instruct. confc. pars. 2.

tra naturalem physicam, quæ in manibus artificis nullum habitum, vel virtutem constituit nisi forsitan quandam agilitatem, vel habilitatem relictam ex visu: quia manus de se apta nata est parere animæ, in cuius intellectu est ars artificis, quæ est tota virtus agendi artificialiter mouens manus. Tum, quia ridiculum est, quod ipse asserit, scilicet, characterem sacerdotalem, quem recipit sacerdos solum ei inesse pro tempore, quo actualiter ministrat, quia fieret, ut si nunquam prodiret in actum sui officij per totam vitam, nunquam inueniretur in eo. Tum, quia character est indelebilis, manens post hanc vitam: non ergo est in subiecto corruptibili, quale est manus; & lingua: Tum etiam, quia si in manibus & lingua esset (ut Durandus fatetur) cum hæc sint distincta numero membra, distincti & plures essent characteres.

Tertia opinio contra Sanctum Thomam est Marsilij, fundata in primo argumento, quod sufficienter soluit Divus Thomas: asserit enim characterem esse in anima, eo quod sit dispositio ad gratiam, quæ multipliciter deficit à vero. Tum, quia contritio est dispositio vltima ad gratiam, quæ est in essentia animæ, & tamen ipsa contritio non est immediatè in essentia animæ; sed in potentia animæ, id est, involuntate. Tum: quia si character sic disponit ad gratiam remote ad eam disponit. Quare necesse non est, ut in eodem sit subiecto, in quo est gratia. Tum etiam: quia licet gratia sacramentorum detur ad actiones etiam expleudas per characterem, sed potius datur ad remissionem peccatorum, quæ non fit sine gratia. Ex quo consequitur characterem non esse propriè dispositionem ad gratiam. Tum: quia character consequitur fidem: quia est ad eam protestandam per religionis Christianæ cultum: & fides consequitur gratiam auctore Diuo Thoma, sicut ad essentiam animæ consequuntur potentiæ. Ergo de primo ad vltimum cum character sit posterius gratia, ad illam propriè dispositio non est. Nam licet character consequatur fidem: sed quia propter obicem sacramento oppositum accidit aliquando, quod sequatur fidem mortuam, quæ sine gratia tunc donatur; ideo non est dispositio propriè & proximè ad gratiam character ipse. Unde licet Divus Thomas in quarto affirmarit characterem esse dispositionem ad gratiam, nunc limatius loquitur dicens operam characteris idoneè non fieri sine auxilio gratiæ, iuxta illud Ioannis. 4. Eos, qui adorant Deum, in spiritu & veritate adorare oportet. Neque obstat ratio Marsilij, scilicet, quod

D z per



per characterem totus homo deputatur diuino cultui: quia respondetur, quod non ideo character debet esse in anima: sed in illa potentia, ubi est fides, quæ dirigit nos ad diuinum cultum.

¶ Igitur corollarie ex prædictis licet inferre, quod cum gratiæ duplex sit vsus, primus remittere peccata, secundus colere Deum, non in ordine ad primum vsus aduertimus characterem disponere: quia iste vsus gratiæ suapte natura est prior, quam vsus characteris, qui est colere Deum. Sed dicitur character, disponere, non quidem ad habitum gratiæ, neque ad primum eius effectum, qui est iustificare secundum se: sed secundum vsus istum suum secundarium, qui est colere Deum, dicitur quodammodo dispositio ad gratiam. Atque ideo in eodem subiecto, ubi est gratia, subiectari necesse non est. Relinquitur ergo inconcussa conclusio Diui Thomæ, quod character sit in intellectu. Nam licet Diuus Thomas in quarto sententiarum, distinctione quarta, questione prima, articulo tertio, propterea, quod character consignat Trinitatem, quæ representatur in tribus potentijs animæ, scilicet, in memoria & in intellectu, & voluntate, affirmant quodammodo in tribus his potentijs esse, etiam si sit in intellectu inhesiue: sed iam hic non admittit, quod character sit in omnibus tribus potentijs, eo quod sit representatio Trinitatis. Nam pater representatur per memoriam; filius, per intellectum: Spiritus sanctus per voluntatem: quia hæc representatio est per quandam analogiam, & similitudinem adæquatam Trinitati.

¶ Ab opinione verò Scoti distinctione sexta, questione undecima, ubi asserit, quod character statuitur in voluntate, eo quod est dispositio ad gratiam, quam censet esse idem, quod charitas, ac per consequens subiectari in voluntate, ubi subiectum sibi appropriat charitas, maxime, quia character obligatio quædam est ad diuinum cultum: obligationis verò subiectum voluntatem esse hæc ratione probat, quia libera est, facile nos expeditur, respondentes, vtrumque à se fundamentum assumptum esse falsum. Nam iam probauimus characterem non esse dispositionem ad gratiam, sed neque gratiam non differre à charitate, admittendum non est.

¶ Apparentius ergo Caietanus hic arguit contra Diuum Thomam in hanc formam: Character est potestas colendi Deum: cultus autem Dei pertinet ad virtutem religionis, quæ subiectatur in voluntate: ergo etiam character in voluntate subiectatur. Sed in promptu est so-

lutio desumpta ex Diuo Thoma, quod character in voluntate, ubi est virtus religionis, esse nequit: Quia in voluntate non sunt nisi habitus determinati ad bene, vel male operandum: character verò non est potestas ad appetendum, neque determinatus est ad bene, vel male operandum: non ergo in voluntate subiectatur. Nam licet character ad religionem pertineat, attinet ad illam mediante fide: nam est potestas protestandi mysteria fidei. Item, licet character respiciat actus religionis, magis eos respicit sub ratione veri; & religio eos respicit specialius sub ratione boni: ideo virtus religionis est in voluntate: character verò est in intellectu.

¶ In quinto articulo inquitur à Diuo Thoma, vtrum character insit animæ indelebilitate. Respondet autem, quod cum character sit quædam participatio sacerdotij Christi, ideo Christo Domino character non competit. Sacerdotium autem Christi æternum est, iuxta illud: Tu es sacerdos in æternum. Ideo omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi semper durat re consecrata in esse manente, quemadmodum in rebus inanimatis videmus. Nam templum & vasa consecrata semel, non denuò consecrantur, nisi primitus destruantur. Cum autem anima rationalis sit subiectum characteris secundum intellectualem partem, in qua est fides, palam est, quod sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis: ita character indelebilitate manet in anima. Ad argumenta Diui Thomæ respondentes, ad primum, ubi arguitur, quod gratia cum sit quid perfectius, quam character amittitur per peccatum; ergo multò magis character, dicimus, differre inter vtrumque. Quia gratia, cum habeat esse completum in anima, sequitur conditionem subiecti, id est, animæ, quæ est mutabilis: & ideo gratia in hac vita potest amitti. Character autem est in intellectu, sicut virtus quædam instrumentalis imperfecta respectu principalis agentis: ideo sequitur conditionem principalis agentis, & per consequens non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem sacerdotij Christi, à qua deriuatur, sicut quædam instrumentalis virtus, ideo indelebilitate manet in anima.

¶ Ad secundum argumentum, ubi arguitur, quod aliqui baptizati transeunt ad contrarium cultum per apostasiam; ergo tunc amittunt characterem, Respondetur, quod non amittunt illum, quia est virtus instrumentalis. Cuius ratio est, quod ab alio moueatur; non autem in hoc quod ipsum se moueat, quod pertinet ad voluntatem. Et ideo

quanuis

quanuis voluntas moueatur in contrarium, character non remouebitur propter immobilitatem principalis agentis.

¶ Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod post hanc vitam non manet exterior cultus; ad quem ordinatur character, ergo post hanc vitam non manet, Respondetur, quod manet in bonis post hanc vitam ad eorum gloriam, & in malis ad eorum ignominiam. Sicut etiam militaris character remanet in militibus, post obtentam victoriam, & in his, qui vicerunt ad gloriam, & in his, qui victi sunt ad poenam.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ potest obijci ei: Quia si character ipso autore indelebilis est, quia est virtus instrumentalis deriuata à sacerdotio Christi; sequitur, quod pari ratione virtus sacramenti, quia est virtus sacramentalis deriuata à sacerdotio Christi, deberet permanere indelebilitate. Respondet autem Caietanus, quod virtus sacramenti manet etiam indelebilitate, manente actu sacramenti. Si autem permanens non est, est quia sacramentum, in quo continetur, permanens non est. At subiectum characteris perpetuum est. Sed ratio conclusionis Diui Thomæ potior est, scilicet, quod character, quia est figuratio sacerdotij Christi Domini, qui est sacerdos in æternum, ideo de potentia ordinaria Dei (nam hic non loquimur de eius absoluta potentia) à subiecto suo remoueri non potest; quia non habet sibi contrarium liberum arbitrium mutabile, sicut habet ipsa gratia gratum faciens.

In sexto articulo, questio. 63. inquitur à Diuo Thoma, vtrum per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character. Respondet autem, quod sacramenta ordinantur ad duo, videlicet, in remedium contra peccatum. Et hoc est commune omnibus sacramentis, eo quod gratiam conferunt. Item ad cultum diuinum. Hoc verò omnibus directè non competit. Nam per poenitentiam homo à peccato liberatur, & per gratiam ibi acceptam, ad pristinum restituitur gratiæ status. Neque enim sibi ibi aliquid exhibetur nouum ad diuinum pertinens cultum. Pertinet etiam factitium ad cultum diuinum tripliciter. Primo per modum actionis, vt eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit. In quo sacramento character non imprimitur: quia per illud non ordinatur homo ad aliquid ulterius agendum, vel recipiendum: quia potius est finis & consummatio omnium sacramentorum secundum Diuum Dionysium. 3. Eccles. hierarch. capit. 3. Secundo per modum agentis; vt sacramen-

Instruct. conc. pars. 2.

tum ordinis; per quod homines designantur ad sacramenta alijs tradenda. Ideo hic imprimitur character. Tertio per modum recipientis, vt baptismus, per quem confertur potestas recipiendi alia sacramenta: quocirca ianua sacramentorum vocatur. Ad idem etiam ordinatur quodammodo confirmatio, vt suo loco dicitur. Ideo per tria duntaxat sacramenta, scilicet, per baptismum, & confirmationem, & ordinem character imprimitur, qui est res, & sacramentum.

¶ Ad argumenta Diui Thomæ respondentes, ad primum, ubi arguitur quod cum character sit participatio sacerdotij Christi Domini, cum omnia sacramenta faciant aliquem participem sacerdotij Christi sequitur, quod omnia sacramenta imprimant characterem, dicimus, quod licet per omnia sacramenta homo fiat particeps sacerdotij Christi, quoad effectum aliquem eius, non tamen per omnia deputatur aliquis ad aliquid agendum, vel recipiendum, quod pertineat ad cultum sacerdotij Christi: quod quidem requiritur ad hoc, quod sacramentum characterem imprimat.

¶ Ad secundum argumentum, ubi arguitur, quod character est veluti quædam consecratio animæ, sed quodlibet sacramentum nouæ legis per gratiam, quam confert consecrat animam: ergo omnia imprimunt characterem; Respondemus, quod per omnia sacramenta sanctificatur homo quoad expulsiōem peccati per gratiam ibi collatam. Per characterem autem consecratur homo quædam consecratione, qua deputatur ad diuinum cultum, sicut res inanimata dicuntur sanctificari, eo quod diuino cultui deputantur: ideo illa tria sacramenta quæ ad hoc deputantur characterem imprimunt.

¶ Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod character est res & sacramentum, sed in omnibus sacramentis reperitur aliquid, quod est res, & sacramentum simul: ergo omnia imprimunt characterem. Respondetur, quod licet character sit res & sacramentum, non tamen oportet, quod id, quod est res & sacramentum, sit character in alijs sacramentis. Quid autem sit res & sacramentum, in alijs sacramentis, infra dicitur. Nota, quod aliqui Thomistæ ne cogèrentur concedere reliqua sacramenta esse imperfectiora, siquidem non imprimunt characterem, ideo quendam animæ ornatum sacramenta alia animæ imprimere falsi sunt. Quam opinionem secutus D. Thom. fuit in quarto sententiarum. Sed merito ex consulto eam in summa explofit. Non enim necessario sequitur, quod perfectiora sacramenta, vt eucharistia impressura sint characterem, cum non currat ist

D 3

618

eis ratio characteris: & quia aliunde habent suam maiorem perfectionem, si quæ ea habent.

## CAPVT. LVI.

*Vtrum solus Deus, aut etiam minister operetur ad effectum sacramenti; Et quænam dicatur principalis causa gratiæ: Et an ministrum concurrere ad gratiam sit de fide: Et an laici si baptizent, vel eucharistiam ministrent, concurrant ad gratiam, Et an ex meritis Christi inæquales gradus gratiæ per sacramenta conferantur ea suscipientibus, vel certus gradus per ea conferatur: Et an sacramenta sint ex institutione diuina: Et an sit de fide, quod sint ex institutione diuina: Et ex quibus locis sacra scriptura id colligatur: Et de traditionibus quibus etiam gubernatur Ecclesia Christi, quas respiciunt hæretici,*



**N** quæstionis. 64. primo articulo inquitur à Diuo Thomâ, vtrum solus Deus, aut etiam minister operetur ad effectum sacramenti. Respondet autem, quod quia operari aliquem ad effectum contingit dupliciter: vno modo per modum principalis agentis: alio modo per modum instrumenti, Primo modo solus Deus operatur interiorem effectum sacramenti. Tum, quia solus Deus illabitur animæ; in qua effectus sacramenti consistit: non autem potest aliquid immediatè operari, vbi non est. Tum, quia gratia, quæ est interior sacramenti effectus est à solo Deo. Character etiam qui est interior sacramentorum effectus est virtus instrumentalis, quæ dimanat à principali agente, quod est Deus. Sed secundo modo per modum ministri & instrumenti homo potest operari ad interiorem effectum sacramenti, quia eius actio exterius adhibetur: sed sortitur effectum interiorem ex virtute principalis agentis, quod est Deus.

Ad argumenta Diui Thomæ respondentis ad primum, vbi arguitur, quod quia ad ministros Ecclesiæ pertinet purgare, & illuminare secundum Diuum Dionysium in. 5. Ecclesiast. Hierarch. qui sunt effectus sacramenti: ergo ipsi concurrunt ad effectum sacramenti, dicimus, quod purgatio, quæ attribuitur ministris Ecclesiæ non est purgatio à peccato; sed diaconi dicuntur purgare in quantum immu-

dos eijciunt à cætu fidelium, vel eos sacris admonitionibus disponunt ad sacramentorum perceptionem. Similiter sacerdotes dicuntur illuminare sanctum populum, non quidem gratiam infundendo, sed sacramentum gratiæ tradendo autore Diuo Dionysio.

Ad secundum argumentum, vbi arguitur, quod orationes iustorum exaudit Deus, iuxta illud Ioan. 9. Siquis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc Deus exaudit: ergo boni ministri aliquid operantur ad interiorem effectum sacramenti, & non solum Deus, Respondetur primo, quod orationes, quæ dicuntur in sacramentorum collatione, non ex parte singularis personæ præponuntur, sed ex parte totius Ecclesiæ, cuius oratio est exaudibilis, & nihil prohibet, quin deuotio viri iusti ad hoc aliquid operetur. Effectus tamè sacramenti, qui est gratia non impetratur oratione Ecclesiæ, vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis. Vnde effectus sacramenti non datur melior per meliorem ministrum: tamen bonus minister per suam deuotionem annexum aliquid recipienti sacramentum impetrare potest: non tamen minister illud operatur, sed impetrat operandum.

Ad tertium argumentum, vbi arguitur, quod aqua baptismalis operatur ad interiorem effectum sacramenti, quia corpus tangit, & cor abluit: ergo cum ea dignior sit minister, operabitur aliquid ad interiorem effectum sacramenti, & non solum Deus, respondetur, quod res inanimatæ non operantur aliquid ad effectum sacramenti, nisi instrumentaliter: ita etiam neque homines operantur ad effectum sacramenti, nisi per modum ministri.

Circa hanc doctrinam Diui Thomæ primo notandum est, quod principalis causa conferendi gratiam per sacramenta, vel extra, appellatur à Diuo Thoma illa, quæ sit à nulla alia dependens, vt possit siue per modum meriti, siue per modum sacramenti, siue absque vlla creata causa illam infundere. Et hoc conuenit Deo, sicut soli lucere, & igni calefacere.

Secundò notandum est, hæresim esse, negare ministrum concurrere ad gratiam. Tum, quia iam Catholica assertio est, sacramenta esse causam gratiæ; & tamen apertiora loca sunt in Sacra scriptura testificantia ministrum conferre gratiam. Nam ex forma baptismi, vbi dicitur, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, significatur ministrum spiritualiter abluere animam: alioquin frustra adderetur, in nomine Patris, &cætera. Et patet etiam ex forma poenitentiae, vbi ait sacerdos, Ego te absoluo à peccatis, vbi apertè exprimitur

mitur sacerdotem remittere peccata, iuxta illud Ioann. 20. Quorum remisistis peccata, remissa sunt. At remissio peccatorum fieri nequit sine gratia: ergo sacerdotes per eadem sacramenta ad gratiæ infusionem concurrunt. Et Matthæi. 18. vbi dicitur, quæcunque solueritis super terram soluta erunt & in coelis, idem apertè exprimitur, scilicet, quod sacerdos tanquam Dei minister absoluat. Quare hic est legitimus sensus, & non ille Magistri Sentent. qui interpretatur hanc formam; Ego te absoluo, id est, ego te absolutum ostendo. Quia sic interpretari esset tollere à sacerdotibus potestatem clauium. Et quia ista interpretatio Magistri sentent. est abusiua: quia terminos proprios formæ à propria significatione ad impropiam retorquet: quod est contra regulam, quam tradit Diuus Augustinus dicens, quod in his, quæ sunt de necessitate salutis, verba sunt in proprio sensu accipienda. Item, quia ista expositio; Ostendo te absolutum est, imperfecta: quia minister efficit quod significatur per sacramentum. Deinde secundo patet: quia Concilio Florentino & Constantiensi diffinitur, quod sacramenta tribus perficiuntur, scilicet, materia, & forma & ministro.

Sed quia ex prædictis consurgere videtur argumentum probans, quod non solum ministri, qui sunt consecrati concurrunt ad gratiam, sed etiam laici forma baptismi baptizantes. Quod tamen videtur falsum cum ad id non sint diuinitus instituti ministri; sed ad hoc instituantur sacerdotes. Sotus agens de hac quæstione, licet ante editionem quarti sententiarum non improbable reputauerit, quod laicus baptizans non concurreret ad gratiam, sed nunc in quarto sentent. distinct. 1. quæst. 5. art. 1. non solum multò certius, sed certissimum esse affirmat, ministrum laicum baptizantem concurrere ad conferendam gratiam; quia vtitur eadem forma, qua sacerdos, scilicet, ego te baptizo in nomine Patris: quæ intelligitur de ablutione spiritali: prout significant illa verba, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Tum, quia si non ablueret animam falsa esset forma.

Neque obstat argumentum in contrarium, licet laicus ad baptizandum non sit minister sic institutus, ita vt ad id sit consecratus, est tamen ratione necessitatis baptismi delegatus ad id sacramentum impendendum in necessitate. Et quauis hac commissaria potestate baptizando extra necessitatem abutatur, licet culpam non effugiat, veruntamen & vali-

Instruct. conc. pars. 2.

adum confert baptismum, vt potè non iterandum.

Sequitur ergo ex prædictis conclusio collatoria, scilicet, quod in aliquibus sacramentis, puta, in baptismo, & matrimonio laici cum non sint ministri consecrati conferunt sibi gratiam, puta, matrimonium contrahentes, aut confert illam alteri, si laicus alterum baptizat. Et de laico baptizante patet: quia applicat materiam, & formam baptismi baptizando. De contrahentibus matrimonium probatur: quia minister ecclesiasticus ad sacramentum matrimonij non requiritur. Nam vel requiritur ad benedictiones impendendas: & ad hoc non; quia antè has benedictiones per mutuum contrahentium consensum matrimonium iam est contractum. Vel requiritur ad interrogandum contrahentes an velint mutuo contrahere: sed neque ad hoc necessario exigitur: quia minister, neque applicat materiam, neque formam; sed ipsi contrahentes, qui materiam, & formam sacramenti applicant, sunt causa conferendi sibi gratiam. Quo circa Concilium Florentinum non affirmat requiri consecratum ministrum ad sacramentum, sed requiri ministrum. Vnde sicut in baptismo laicus, qui applicat materiam & formam, est minister; sic & in matrimonio contrahentes ipsi.

Neque obstat, quod ex dicta conclusione sequeretur, quod si infidelis cum intentione Ecclesiæ baptizaret coageret Deo ad conferendam gratiam. Quia respondetur non esse durum hoc concessu, cum infidelis ille cum intentione vera proferat formam, scilicet, Ego te baptizo.

Quod si hinc velis vltra procedere, inferendo, quod etiam fidelis laicus, vel puer si temerè accipiens hostiam à sacerdote consecratam, ægrotanti moribundo illam porrigeret, conferret gratiam: hoc negamus propter disparitatem rationis. Quia laicus in hoc casu non applicat formam, sicut in baptismo, & in matrimonio: sed solum corpus Christi, quod per se est virtus conferendæ gratiæ, quam conferret Christi corpus, etiam si deesset legitima intentio porrigentis illud, si legitima adesset intentio suscipientis. Secus est de sacerdote, qui cum virtutem habeat consecrandi, quando sacramentum administrat ad gratiam concurrunt.

Præterea ex prædictis non mediocri difficultas oritur; Quoniam si ministri non consecrati in baptismo, & in matrimonio concurrunt ad conferendam gratiam, iam

concessu videtur necessarium, quod in illis quoque sit virtus conferendi gratiam, siquidem cuilibet sacramento ideo virtus tribuendi gratiam tribuitur, quia omne sacramentum confert gratiam: hoc autem non videtur concessu facile: quia in solis ministris consecratis inest character, qui est potestas administrandi sacramenta: igitur contra alios, qui ideo ministris consecratis virtutem conferendi gratiam attribui negant; quia ad productionem illius qualitatis, quæ est gratia non attingunt, dicitur primo, quod negari non debet in ministris consecratis permanere virtutem conferendæ gratiæ licet cum istis concedat Sotus, quod ministri huius productionem non attingunt, quia gratiam produci per creationem à solo Deo sine instrumento eam attingente videtur sentire. Sed profecto concedere, quod minister consecratus attingat ad productionem gratiæ, Sotus non deberet formidare. Tum, quia gratia non creatur, sed ut prædictum est, educitur de potentia obedientiali animæ: ita, ut tam minister consecratus, quam sacramentum à ministro dispensatum possint attingere, ut Dei instrumenta effectiue ad productionem hanc, ad modum causæ naturalis quod Diuus Thomas videtur sentire, quæstione. 64. articulo primo. Vbi docet, quod secundo modo, id est, per modum instrumenti minister operatur ad interiorem effectum sacramenti, in quantum operatur per modum ministri. Nam eadem, inquit, est ratio ministri, & instrumenti: vtriusque enim actio exterius adhibetur: sed sortitur effectum interiorem ex virtute principalis agentis, quod est Deus. Si ergo minister, ut instrumentum sortitur effectum interiorem, qui est gratia ex virtute principalis agentis, id est Dei, qui agit ad modum causæ naturalis: quare eius instrumentum, id est, minister instrumentum, effectiue sic concurrere ad productionem gratiæ, negandum est? Sed de hoc iam diximus supra. Superest igitur probare ministris consecratis inesse virtutem conferendi gratiam. Patet primo: quia sicut character baptismalis est potestas suscipiendi reliqua sacramenta: sic character ordinis est potestas administrandi sacramenta. Cum ergo per sacramenta gratia conferatur, fit consequens, ut idem sacerdotalis character sit potestas conferendi gratiam, sicut character baptismalis potestas est eiusdem suscipiendæ. Secundo dicitur, minister non esse solum causam moralem conferendi gratiam, ut in-

A sinuat Sotus dicens, quod habet se minister hic moraliter ad modum serui, cui facit potestatem dominus redimendi captiuum, dando illi redemptionis pretium. Quia similiter fecit Christus Dominus, dum minister eius sacramenta ex eius potestate confert; in quibus posuit pretium & remedium nostræ salutis. Nam, etsi hoc verum sit, non est negandum ministrum ad modum causæ naturalis instrumentalis concurrere ad productionem gratiæ. Sicut etiam concurrunt sacramenta ut instrumenta hæc sint proportionata Deo, qui est causa principalis, ad modum etiam, quo ipse agit & producit gratiam, scilicet, attingendo illam, ut causa naturalis suam attingit effectum.

B Tercio dicitur, quod sacramenta, ut causæ instrumentales, possunt concurrere ad effectum interiorem gratiæ dupliciter. Vno modo ut causæ instrumentales morales. Alio modo, ut causæ instrumentales ad modum physicum, effectiue attingentes ipsam productionem qualitatis gratiæ. Primum autem videtur esse contra mentem Soti in quarto sentent. distinctione prima, quæstione quinta, articulo primo. Vbi ait, quod sacramentum operari ad modum causæ moralis, non est similitudo, quæ possit ei coaptari: quia non est instrumentum viuum: quia non est, nisi sicut instrumentum artificis, quod ab eo nihil accipit, nisi motum. Sed nihilominus Magister Canus in quarta parte relectionis de sacramentis in genere. In hoc primo rationabilius philosophatur, ponens sacramenta causas esse redemptionis, & iustificationis nostræ morales, instrumentales, ad eum modum, quod crumena pecuniam administrans redemptionem confert, ut instrumentum morale ad redimendum captiuum. Ita sacramentum dum confert gratiam pretium sanguinis Christi instrumentaliter exhibet pro gratia. Itaque autore ipso, virtus redemptionis in marsupio est, in quo pretium redemptionis seruatur. Sic & virtus sacramentorum sanguinis Christi est, quæ in sacramentis adhibetur. Igitur licet Canus in hoc cordate sit locutus; sed in hoc quod addit, negans sacramenta ad modum physicum esse instrumenta gratiæ, negotium nobis hic faceretur, nisi iam superius eius sententiam in hoc nobis aduersam validissimis rationibus impugnasset. Igitur oportet cum ipso fateri sacramenta instrumenta moralia esse, & hoc etiam non negare, quod instrumenta sint effectiua ad modum causæ phy-

A physicæ gratiam causantia. Nam hoc non est mirum, quod utroque modo sacramenta concurrant ad conferendam gratiam, quia humanitas Christi, quæ est instrumentum coniunctum habet plures rationes, & modos operandi; sicut manus, quæ est instrumentum coniunctum respectu artificis plures modos & rationes habet operandi, quam instrumentum separatum, id est, calamus. Et ideo humanitas Christi plures habet operandi modos circa nostram salutem, sicut & passio eius, quæ (ut tradit Diuus Thomas, tertiapart. quæstione. 48. articulo sexto in solutio. ad tertium.) comparata ad deitatem agit per modum efficientiæ, comparata vero ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti. Igitur si passio Christi pluribus modis operatur nostram salutem, & per modum efficientiæ & meriti, consentaneum est rationi, affirmare, quod etiam sacramenta, quæ sunt eius instrumenta separata, in quibus constituit suam virtutem à Deo acceptam iustificandi, & quibus ad hunc finem vitur, sint instrumenta non solum moralia continentia Christi meritum, sed etiam effectiua attingentia gratiam, postquam per ea Deus efficienter sicut per passionem Christi comparatam ad deitatem, autore Diuo Thoma etiam efficienter nostram salutem operatur. Et hæc plana Theologia consonaque veritati Catholica est.

C Quarto dicitur, quod sicut in sacerdote ad conferendam gratiam est vera virtus, nempe, character: quia Deus ad differentiationem principum instituens ministros sacramentorum per characterem, quæ est potestas ad tradendam alijs sanctitatem eos insignit: sic in laico, qui per characterem ordinis non est deputatus ad baptizandum, dum in necessitate baptizat, & in contrahentibus matrimonium solum inuenitur virtus instrumentalis Dei, quæ est motus sacramenti baptismi, aut matrimonij, hanc que solam virtutem sacramentalem, id est, motum Dei isti ministri laici non consecrati recipiunt per modum fluxus, dum applicant materiam & formam sacramenti duntaxat.

D Circa illa verba Diui Thomæ in solutione ad primum, vbi ait, quod sacerdotes illuminare dicuntur sacrum populum, non quidem gratiam infundendo; sed sacramenta gratiæ tradendo, animaduertit Sotus lectores, ut illa notent, quasi fauentia suæ

A sententiæ, scilicet, quia sentit sacramenta non attingere immediate ad infusionem qualitatis, quæ est gratia. Alias, inquit, sacerdos tradendo sacramentum, illam infunderet. Sed certe hæc adnotatio verborum Diui Thomæ parum sibi fauet. Nam hic se Diuus Thomas explicat, quod per hoc, quod sacerdotes ait illuminare, non gratiam infundendo, non negat, quod in articulo hoc concesserat, scilicet, quod sacerdotes per modum instrumenti operentur ad interiorem effectum sacramenti, quæ est gratia, & quidem effectiue per sacramentum quod ministrant, illam attingendo; sed solum id negat in solutione, huius argumenti, quod hoc aliquis efficere possit per propriam virtutem, & tanquam principale agens, nisi solus Deus. Et patet, quod hic sit sensus eius ex eius ratione: Quia non potest, inquit, aliquid immediate operari, vbi non est. Non potest operari (inquam) immediate inmediate suppositi, & virtutis simul, vbi non est. Hoc autem soli Deo conuenit, ut causa prima: ergo hoc modo, quo concedit solum Deum attingere gratiam, effectum interiorem gratiæ ministros operari negat. Tum etiam sic se Diuus Thomas, prima secunda, quæstione. 112. articulo primo explicat. Vbi ait, quod, quia per gratiam fit homo particeps diuinæ naturæ, ideo impossibile est, quod eam, nisi Deus, qui deificare potest, per similitudinis suæ participationem causare possit: sicut impossibile est, quod aliquid igniat, nisi solus ignis. Palam est ergo, quod sicut Diuus Thomas non negaret, quod virtute ignis, id est, calore ignis recepto aliqua alia agentia possunt ignire, non ut causæ principales virtute propria, sed virtute ignis, sicut ipsemet Sotus in physicis concedit, quod in ferro candenti & inflammato non est forma substantialis ignis, sed solus calor, qui est virtus ignis; qui tamen ibi applicatus in stупpa producit non solum calorem, sed formam substantialem ignis. Sic non negat Diuus Thomas quod sacramenta, & ministri ea administrantes instrumentaliter virtute Dei recepta possint attingere effectiue ad ipsam productionem gratiæ. Quando ergo Diuus Thomas videtur negare ministros infundere gratiam, vel glossandum est negare de ipsis, quod ut causæ principales propria virtute, & inmediate suppositi eam infundendo in anima id possint efficere (ne sibi videatur contrarius, qui id concesserat



ministris, vt instrumentis nempe, quod causarent gratiam) vel certe infusionem gratiæ causare posse, propterea denegat ministris, quia infundere gratiam quandam significationis emphasim præ se ferre videtur. Nam infundere respicit ad infusorem, quasi ad causam principalem, & quasi ad infusionis, & emanationis perpetem fontem, qualis est Deus respectu sacramentorum, quæ sunt veluti canales, per quos infunditur aqua gratiæ in animam. Ideo Diuus Thomas, & Diuus Dionysius magis eam attribuunt fonti ipsi gratiarum, id est, Deo. Non tamen ex hoc consequitur, quod minister, & sacramenta non attingant instrumentaliter ad productionem qualitatis gratiæ, pro vt contendit Sotus id negare. Tamen concedimus ei, quod ministri per se solum, nisi administrando actualiter sacramenta, neque instrumentaliter sunt causa effectus gratiæ.

Præterea circa secundum argumentum Diui Thomæ notandum est, quod ideo paruulis nemo mereri potest in baptismo augmentum gratiæ; quia nemo potest alteri mereri huiusmodi gratiam, nisi de congruo merendo illi bonum motum in Deum, cuius motus paruulus capax pro tunc non est. Secus de adulto: nam Diuus Stephanus dicitur de congruo meruisse Paulo bonum motum, vt in Deum conuerteretur. Sed nihilominus bonos ministros, etiam baptismi, procurare bonum est (dummodo non credatur baptismum collatum per malum ministrum ad gratiam conferendam, vel characterem impruendum esse inefficacem.) Nam alias ministri boni precibus, adulto bonus motus & paruulis aliqua egregia dotes & gratiæ gratis datæ impetrari possunt. Vnde bonos ministros ad hoc eligere, non vana religio est.

Circa illa verba Diui Thomæ in solut. ad secundum, vbi ait, quod illud, quod est sacramenti effectus, non impetratur oratione Ecclesiæ, vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis, dubium occurrit, scilicet, an per diuina sacramenta ex vi & meritis passionis Christi æqualis gratia ea suscipientibus conferatur. Nam Scotus in quarto, distinctione quarta, quæstione septima existimat ex merito Christi inæquales gradus gratiæ dari sacramenta suscipientibus. Quia prædestinatis, inquit, ad maiorem gloriam maior gratiæ gradus conferatur in sacramento: sed non ex virtute sacramenti: quia vnum quodque sacramentum habet certum gradum gratiæ. Sed illud augmen-

tum prouenit ex merito passionis Christi, qui ex voluntate diuina inæqualiter obtulit suam passionem pro prædestinatis ad inæqualiter maiorem, vel minorem gloriam. Hanc autem opinionem Scoti ideo Sotus reputauit esse improbabilem, quia confessio est omnium sanctorum, quod qui prædestinatur ad maiorem gloriam prædestinatur ad maiora opera, vt impleatur illud D. Pauli ad Rom. 2. quod reddet vnicuique Deus secundum opera eius: & vt gratia per iterationem sacramentorum, & frequentiam bonorum operum, augeatur in correspondentia ad mensuram maioris, vel minoris gloriæ, quam prædestinatus adepturus est per meritum Christi, iuxta can. trigessimum secundum, Concilij Tridentini, sessio. sexta vbi diffinitur ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius est membrum viuum sunt, verè mereri augmentum gratiæ, & vitam æternam.

Igitur vera solutio ad quæstionem est, quod secundum Sotum sacramenta habent certum, & determinatum gratiæ gradum conferre, sine respectu ad dispositionem suscipientis, dum obicem non ponat: & hoc ex opere operato, qui tamen etiam augetur ex opere operato ratione dispositionis suscipientis. Et ideo iste effectus augmenti non est distinctus ab illo certo gradu, quem ex institutione Christi conferunt sacramenta, sed est augmentum illius. Vt verbi gratia, si adultus habens deuotionem baptizetur, hic per baptismum tantam adipiscitur gratiam ex opere operato, quantam paruulus: & hoc ex sola vi sacramenti. Sed ultra hoc adultus hic ratione suæ deuotionis aliquid amplius recipiet, quam paruulus. Sed quantum hoc augmentum sit Deus nouit solus, sicut illi soli cognitus est quotus gradus gratiæ sit ille, quem ex Christi institutione quodlibet sacramentum sine respectu ad maiorem, vel minorem suscipientis deuotionem confert. Secundo nota, lector optime, quod licet aliquibus Thomistis magis placeat sententia Caietani, asserentis effectus sacramentorum limitari, & finiri secundum dispositionem, & deuotionem suscipientium; sicut meritum aliorum operum non aliunde limitatur, quam per deuotionem, & charitatem facientis, cui alludere videtur Diuus Thomas: nam videtur esse eius sententiæ, quod sacramenta sint veluti quidam riuus emanantes ex inexhausto fonte passionis Christi, ad quos accedentes cum capaciore vase deuotionis, & dispositionis plus exhauriunt aquæ gratiæ: sed opinionem Soti ideo

ideo libentius amplectimur, quia, præterquam quod non est contra Diuum Thomam, non tam consonum videtur rationi asserere, quod omnia sacramenta, cum æqualis perfectionis non sint (vt tradit Diuus Thomas) in aliquibus certis gradibus gratiæ vi sacramenti conferendis magis, vel minus, non discriminentur: sed quod solum iuxta dispositionem ea suscipientium operentur, & nihil amplius vel minus: quod est ea in effectu conferendi gratiam adæquare. Nisi forte sustinentes opinionem Caietani dixerint, quod cæteris paribus, id est, existente æquali dispositione, & deuotione in duobus, quorum vnus recipiat sacramentum eucharistiæ, & aliud sacramentum absolute plus gratiæ datur recipienti eucharistiæ, quam recipienti absolute. Sed si sic assignetur discrimen inter sacramenta, hoc magis cedit in gratiam nostræ sententiæ, & Soti, scilicet, ex institutione diuina sacramenta sine respectu ad dispositionem recipientis distinctos sortiri gradus gratiæ, & certos, & non omnino æquales, quos instrumentaliter operantur in anima.

Item in articulo secundo quæstionis. 63. inquiritur à Diuo Thoma, an sacramenta sint solum ex institutione diuina. Respondet autem, quod sacramenta instrumentaliter operantur ad spirituales effectus; instrumentum vero à principali agente virtutem habet. Agens autem respectu sacramenti est duplex, scilicet, instituens sacramentum & vtens sacramento instituto, applicando, scilicet, ipsum ad inducendum effectum virtutis. Virtus autem sacramenti non potest esse ab eo, qui vtitur sacramento, quia non operatur, nisi per modum ministerij. Vnde relinquitur, quod virtus sacramenti sit ab eo, qui instituit sacramentum. Cum igitur sacramenti virtus sit à solo Deo, consequens est, quod solus Deus sit sacramentorum institutor.

Ad argumenta Diui Thomæ respondentes ad primum, vbi arguitur, quod ea, quæ sunt diuinitus instituta, traduntur nobis in Sacra scriptura, sed de chrismate confirmationis, & de oleo vnctionis sacerdotum, dum ordinantur non fit mentio in Sacra scriptura; ergo dicimus quod ea, quæ sunt de necessitate sacramenti ab ipso Christo constituta sunt, qui est Deus & homo. Et licet non sint omnia tradita in scripturis, Ecclesia tamen ea habet ex familiari traditione Apostolorum. Sicut Apostolus ait. 1. ad Corinth. 11. Cætera cum venero disponam. Quæ autem instituta sunt per homines circa sacramentorum solennitatem, non sunt de necessitate sacramenti; sed ad excitandam deuotio-

nem & reuerentiam circa sacramenta in ea suscipientibus adhibeantur.

Ad secundum argumentum, vbi arguitur, quod sacramenta sunt quædam sensibilia signa, sed non potest dici, quod Deus delectatur his signis, magis quam alijs: ergo non sunt instituta à Deo, responderetur, quod quia res sensibiles aptitudinem quandam habent ad significandos spirituales effectus ex sua natura: quæ aptitudo ex institutione diuina determinatur ad specialem significationem secundum Hugonem de sanct. Victor. ideo prælegit Deus quædam res ad prædictos effectus significandos: non quia ad eas contrahatur eius effectus; sed vt sit conuenientior significatio.

Ad tertium argumentum, vbi arguitur, quod Apostoli vices Christi gesserunt in terra, iuxta illud. 2. ad Corinth. 2. Siquid donauit propter vos in persona Christi: ergo Apostoli potuerunt instituire sacramenta; Responderetur, quod Apostoli fuisse vicarij Christi Domini quoad regimen Ecclesiæ iam constitutæ per fidem, & fidei sacramenta. Vnde sicut non licuit eis constituere aliam Ecclesiam: ita non licuit eis alia instituire sacramenta, quia per sacramenta, quæ de latere Christi fluxerunt, dicitur esse fabricata Ecclesia Christi.

Circa hæc doctrinam Diui Thomæ primo explicare est opus, in quo gradu conclusio Diui Thomæ habenda sit, scilicet, quod omnia septem sacramenta sint à Christo Deo & homine instituta. Responderetur ergo ad hoc primo, quod licet numerus septem sacramentorum ex Sacra scriptura non tam euidenter eliceretur, nihilominus Ecclesiæ autoritas sufficit ad id Catholicè declarandum. Nam si Ecclesia Catholica, quæ est columna, & firmamentum veritatis, sacra euangelia acceptauit, quatuorque euangelia autoritate Ecclesiæ recepta in Ecclesia Catholica tenemus, iuxta illud Diui Augustini: Euangelio non crederem, nisi Ecclesiæ me moueret autoritas: ergo cum sacramenta inspecta virtute, quam habent sanctificandi, non sint minoris necessitatis, quam Sacra scriptura, sequitur autoritatem Ecclesiæ satis esse ad probandum illa fuisse à Christo instituta: sicut de facto est id diffinitum in Concilio Florentino in decretis Eugenij ad Armenos, esse in septenario numero. Imo & Concilium Tridentinum sessione 8. canon. conclusionem Diui Thomæ tanquam de fide diffinit dicens: Siquis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, aut pauciora, quam Septem, aut aliquod eorum non esse verè & propriè sacramen-

eramentum, anathematizet & cap. ad abolendam. de hæretic. tanquam hæreticus vinculo perpetui anathematis innodatur, quicumque de septem sacramentis aliter docet, aut sentit, quam factos sancta Ecclesia Romana prædicat, & obseruat.

¶ Secundo dicimus, quod præsertim post Concilium Tridentinum tam clarè in prædicto canone diffiniens contra hæreticos omnia septem sacramenta fuisse instituta à Domino Iesu Christo non videtur consona diffinitioni concilij illa exceptio, qua aliqui excipiunt à diffinitione concilij sacramentum confirmationis, & sacramentum extremæ vnctionis, dicentes, asserere hæc duo sacramenta esse instituta ab Apostolis ex commissione Christi, & non ab ipso Christo Domino solum esse temerarium, aut erroneum, non vero esse hæreticum. Quia contra ipsorum exceptionem est primo, quod concilium Tridentinum absolute, & sine distinctione de mediata, vel immediata institutione ea omnia septem sacramenta declarat esse instituta à Christo Domino: ergo si concilium cum potuisset distinguere, non distinguit, neque nos distinguere debemus. Tum secundo: quia absurdum videtur sic glossare diffinitionem concilij, vt sub illo eodemque contextu verborum, scilicet, omnia septem sacramenta esse instituta à Christo, dum concilium id declarat, vsu fuerit æquiuocatione, intelligens alia sacramenta fuisse à Christo instituta immediate, alia verò duo prædicta mediate, id est, per apostolos. Tum tertio: quia in diffinitionibus fidei contra hæreticos, ne relinquatur eis locus tergiversandi, verba accipienda sunt in propria significatione, & in proprio sensu. At non tam proprie dicuntur instituta à Christo, quæ ex commissione eius instituerunt Apostoli post eius mortem, quam quæ Christus per se instituit. Nam Diuus Thomas. 1. 2. quæst. 95. artic. 3. distinguit constitutiones principis, cuius regimen est melius à constitutionibus optimatum. Quod & confirmatur: quia si Christus hæc duo sacramenta per se non instituisset, sed tradidisset potestatem ea instituendi Apostolis, non maioris autoritatis esse, quantum ad hoc reputarentur, quam multæ Ecclesiæ ceremoniæ & leges, quas Christus non condidit per seipsum, sed potestatem contulit Apostolis eas condendi ad rectam Ecclesiæ gubernationem. Quod si sic ex hac generali commissione facta à Christo instituta intelliguntur hæc duo prædicta sacramenta ab Apostolis, sicut potuissent ea condere, possent ea mutare, sicut & reliqua positiua iura, quæ ipsi posuere. Quod est contra id, quod Ecclesia sentit de his sacramen-

tis. Quod si dixerint aduersarij, quod ex speciali commissione institutionem horum duorum sacramentorum commisit Apostolis, & non ex generali commissione, id non est intelligibile, quomodo specialiter commiserit Christus, nisi signando Apostolis materiam, & formam, & specificando finem, in quibus, & ad quem hæc erant instituta sacramenta. Sed neque hic intellectus aridet diffinitioni concilij: cuius verba sunt in proprio sensu accipienda. Nam hoc verbum, instituere, est veluti dando robur, & stabilitatem statuere. Sic statuere legem est dare robur obligandi legi. Ergo sacramenta omnia, quia sunt de iure diuino & robur iustificandi acceperunt à Christo, ab ipso sunt proprie iuxta significationem propriam verbi instituta, & non ab Apostolis, qui robur iustificandi conferre eis non potuerunt. Aliqui autem recentiores Doctores, etiam post concilij Tridentini prædictam diffinitionem claram, eam inturbare non verentur glossulis turbidis. Et hoc inquit, ne grauissimos viros, scilicet, magistrum sententiarum in. 4. distinct. 33. & Hugon. 2. de sacram. cap. 2. de sacram. confirm. & Alexandrum Ales. 4. part. quæst. 24. membr. 1. & Bonauentur. in. 4. distinct. 7. quæst. 1. & 2. qui oppositum sentiunt, de prædictis duobus sacramentis de hæresi damnant. Quasi facile non sit, eos excusare ab hac mala nota per id, quod tradit D. Thom. dicens, quod multa posterioribus constat esse de fide, de quibus, quod de fide essent, antea non constabat. Quia iam euidenter innotescit ex locis apertis Sacræ scripturæ patenter inferri, de quo antea non innotescebat. Vel quia successere concilia, quæ ea esse de fide declararunt, ea diffinientes contra hæreticos, sicut nunc concilium Tridentinum diffiniuit. Et ideo intesim ante istas diffinitiones conciliorum, vel claram notitiam Doctores Catholici, qui contrarium opinabantur nullam notam hæresis contrahebant.

¶ Superest nunc ea citare scripturæ loca, ex quibus aperte colligitur, quinque sacramenta hæc, scilicet, Baptismum, Eucharistiam, Ordinem sacerdotalem, Poenitentiam, Matrimonium, instituta fuisse à Christo Domino. De baptismo constat Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et Marc. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. & Matth. vlt. Dominus formam præscripsit. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & cæt. Et de Eucharistia Matthæi. 26. stat testimonium, quod ipse suum corpus consecrauit. De sacramento ordinis, constat ibi etiam, vbi subiungit: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Vbi

Vbi planum est, suos Apostolos sacerdotes instituisse. De matrimonio autem habetur mentio Matthæi. 19. Vbi redarguens duritiam Iudæorum in repudiando vxores concludit, quod Deus coniungit homo non separet. Vbi sacramentum matrimonij instituit. De his autem quinque nullus Catholicus inuenitur dubitasse. Sed & de confirmatione facta fuit promissio à Christo Ioann. 16. dicente, Si abiero mittam paracletum ad vos. Quod die Pentecostes impleuit Dominus, dum Apostolos missione Spiritus sancti confirmauit: & Apostoli per eius instructionem alios confirmarunt. De sacramento verò extremæ vnctionis, cuius mentio habetur in canonica Iacobi, licet ex verbis eius colligere, non ab Apostolis, neque ab ipso fuisse institutum. Nam dum ait: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes, neque hic describit qualitatem olei, neque locum, vbi vngendus erat infirmus, neque describit formam illius orationis, quæ vtendum erat ad alleuiandum infirmum: nempe, quia hæc omnia iam in vsu recepta erant à presbyteris. Vnde colligitur, quod loquebatur de re nota, & manifesta, quæ dimanauerat iam diu à Christo Domino. Idemque intelligendum est, quando ibi ait: Confitemini alterutrum peccata vestra, scilicet, quod loquebatur de sacramento confessionis, non ab ipso, vel ab Apostolis, sed à Christo immediate instituto. Quod manifeste colligitur ex Matthæi. cap. decimo octauo. & Ioann. 20. Vbi ait Dominus: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, & cæt. Vbi instituitur sacramentum confessionis. Nam alias sine confessione nescirent sacerdotes quæ peccata sint soluenda, vel quæ non, neque qualis esset medela animæ peccatrici adhibenda.

¶ Circa primum argumentum Diui Thomæ, vbi ait, quæ sunt de necessitate sacramenti ab ipso Christo constituta sunt. Et licet non sint omnia tradita in scripturis habet tamen ea Ecclesia ex familiari Apostolorum traditione, inquirendum est, quid nomine traditionis hic intelligat Diuus Thomas. Respondetur autem, quod sub nomine traditionis intelligitur hic à Diuo Thoma doctrina quædam ipsius Apostolis tradita à Christo, vel ab Spiritu sancto, vix vocis oraculo, non mediante scriptura, & ad nos vsque per continuam successionem orthodoxorum patrum, & episcoporum transmissa. Ita Iræneus Lugdunens. episcopus auditor Sancti Polycarpi discipuli Sancti Ioannis Apostoli libro tertio, contra hæreticos sui temporis. Neque mirum est, si Christus, Domi-

mus gubernari voluit suam Ecclesiam sanctam per huiusmodi traditiones: Nam etiam ab initio sæculi Ecclesia gubernata fuit per traditiones. Nam à principio, à primo parente Adam sua sibi propinqua posteritas per traditionem accepit notitiam fidei supernaturalis, qua ad salutem animæ assequendam egebat, & peccati originalis cognitionem, & remedij intelligentiam ad abolendum illud. Et hoc sine scriptura, sed vix vocis oraculo. Et in lege scripturæ illa pars Ecclesiæ, quæ tunc erat intergentes, non gubernabatur scriptura, sed traditione. Imo in lege Iudaica cum circuncisio non applicaretur foemini Iudæorum, quas agnoscebant ipsi in peccato originali nasci, & indigere remedio, hoc remedium cum non appareret scriptum, constat illud habuisse per traditionem. Sic etiam Ecclesia primitiua gubernata est aliquo tempore sine scriptura, sed vix vocis oraculo. Sed neque Euangelistæ, neque Apostoli scripturis commendarunt omnia necessaria ad religionem Christianam; sed quædam per traditionem accepit Ecclesia, vt docet Diuus Thomas citans Diuum Paulum. 1. ad Corinth. 11. dicentem: Cætera cum venero disponam. Et ad Thessalonicen. cap. ultimo. Tenete quæ à nobis accepistis, siue per epistolam, siue per sermonem. Et Ioannis ultimo: Multa alia fecit Iesus, quæ si scribenda essent, non posset vniversus mundus capere libros. Et possemus innumera exempla traditionum enarrare in lege noua, quæ non sunt expressa in sacris literis, contra Lutheranos inimicos lucis Christi, qui omnia reuocant in dubium, quæ non inuenerint expresse contineri in sacris literis.

¶ Præterea contra hæreticos nostri temporis statuimus hanc conclusionem, scilicet, consultissime actum est, vt Christi Ecclesia traditionibus etiam, & non tantum scriptura gubernaretur. Hæc conclusio, tum primo patet: Quia cum scriptura sit aliquid seu mortuum non resistens, permittit se corrumpi additione, vel subtractione hæreticorum, vt facere Talmudistæ delentes loca scripturæ probantia aduentum Christi. Similique veruscia vtuntur hæretici. Vnde merito leges civiles comparatæ sunt natis cereis, quæ insubeti possunt in partem, quam volueris. Sic hæretici loca scripturæ conantur vitare, vt ad suos errores probandos possint ea inflectere. At traditio cum vigeat, & veluti vivat in vsu, & exercitio ea vtentis, hanc violentiam, & fraudulentiam non sustinet. Tum secundo patet: quia ad grauitatem scripturæ sacræ attinebat sensus habere reconditos, veluti margarinarum.

Conclusio

margaritas inclusas in visceribus solidorum saxorum, qui non possent vnique esse peruij, ne mitti contingeret margaritas anteporticos. Atque ideò oportuit esse traditiones huiusmodi in Ecclesia ad manifestationem multorum locorum scripturæ, quæ per eas manifestantur, quæ alias habent sensus reconditos. Tum tertio patet ex autoritate D. Basilij libr. de Spirit. sanct. cap. 27. attestantis ad autoritatem sacrorum & cæremoniarum & rituum Ecclesiæ, quæ continent in se altissima mysteria, & ad eorum venerationem pertinere, vt non euulgentur scripto. Quia de causa vulgari lingua consecrationis, verba non licet euulgare secundum Diuum Dionysium circa finem Ecclesiasticæ hierarchiæ. Vbi ait consecrationis preces fas non est scripto interpretari, neque ipsarum arcanum è secreto in publicum efferre.

Præterea (vt ad obiectiones hæreticorum respondeamus) notandum est, quod Ecclesia Christi non solum habet doctrinam hanc Christi, & Apostolorum, per dogmata & traditiones, sed habet quoque Spiritum sanctum assistentem, & disponentem sic Ecclesiam, vt hæ traditiones ab ea receptæ non peruertantur, sed incorruptæ maneant, & immaculatæ, sicut fidei doctrinæ in Ecclesia Catholica inuoluta manet. Ex hac assistentia Spiritus sancti videre est admirabilem harmoniam, & consonantiam, qua consonant omnia in Ecclesia Catholica, & correspondent sibi noua, & vetera legis, & noua dogmata tanquam res figurata, & figura.

Postremò aduertendum est circa dogmata hæc, quæ sunt per traditionem, quædam instituisse Christum per seipsum, quædam verò non, sed ea instituendi tradidisse potestatem Apostolis, & Ecclesiæ. Neque solum dedit eis potestatem, sed & dedit eis Spiritum sanctum, qui suggereret eis omnia, & doceret eos omnia, quæ ad Ecclesiæ instructionem, & rectam gubernationem essent necessaria. Sicut Deus, vt autor naturæ, instituit legem naturalem, & præcepta naturalia; & simul cunctis reipublicæ tradidit potestatem condendi leges ad determinandum ea, quæ per ius naturæ nondum fuerant determinata.

Ex prædictis patet cæremonias sanctas Ecclesiæ summo opere magnificandas esse.

## CAPVT. LVII.

Verum Christus, vt homo operetur, interiorum effectum sacramentorum, & ad id ha-

beat potestatem: Et an passio Christi fuerit solum causa meritoria: An etiam efficiens instrumentalis nostræ gratiæ, & de meditatione qua meditamur humanitatem Christi, sortitam excellentias mirabiles, & de miris modis, quibus operatur Christus per eam nostram salutem. Vbi respondetur ad argumenta in contrariis: Et an Christus potestatem, quam habuit in sacramentis, potuerit communicare: Et de duplici satisfactione, & merito de condigno, & quomodo Christus Christi & eius charitas aliquomodo fuerint infinite.



**P**ORRO in articulo 3. inquitur à D. Thoma, vtrū Christus secundū quod homo habuit potestatem operandi interiorum effectum sacramentorum. Respondet autem, quod effectum interiorum sacramentorum operatur Christus secundum quod est Deus, & secundum quod est homo. Diuersimode tamen. Nam secundum quod est Deus operatur in sacramentis per autoritatem. Secundum autem, quod ipse est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritorie, & efficienter. Sicut & passio eius meritorie operatur nostram iustificationem, & effectiue etiam, non per modum causæ principalis, siue per autoritatem, sed per modum instrumenti in quantum humanitas est instrumentum diuinitatis eius. Sed tamen, quia instrumentum est coniunctum diuinitati in persona, quandam principalitatem & causalitatem respectu instrumentorum intrinsecorum habet. Vnde sicut Christus Dominus in quantum Deus potestatem autoritatis habet in sacramentis: ita in quantum homo habet potestatem ministerij principalis, siue potestatem excellentiæ, quæ consistit in: 4. Primo quidem in hoc, quod meritum eius, & virtus passionis eius operatur in sacramentis, & copulatur nobis per fidem, iuxta illud ad Romanos. 3. Quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Secundo quod in nomine eius sacramenta sanctificantur, & ex eius institutione virtutem obtinent. Tertio consistit in hoc, quod ipse fuit sacramentorum institutor. Quarto in hoc, quod quia causa non dependet ab effectu, ipse dare potuit effectum sacramentorum, sine exteriori sacramento: Et

per

per hoc, inquit, manent soluta argumenta. Circa hunc articulum, eiusque doctrinam notandum est primò, quod passio Christi non solum fuit causa meritoria gratiæ nostræ, sed efficiens & instrumentalis, contra Scotum distinct. 2. quæst. 1. & contra Durand. distinct. 5. quæstio. 3. sentientes non fuisse causam, nisi meritoriam. Nam hoc docet Diuus Ioannes cap. 1. dicens: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et hic dum confert Christum Dominum cum Moysen, de ipso quatenus homo Diuus Ioannes loquitur.

Secundo ad deuotè contemplandam causam, vnde humanitas Christi sortita est tales excellentias, vt Christus in quantum homo, non solum meritorie, sed efficienter & instrumentaliter operatus sit nostram salutem, oportet meditari, quid geratur in corpore humano per hoc, quod vnitur animæ rationali. Quam admirabilem excellentiam, & inestimabiles proprietates nascitur super omnia reliqua animantium corpora; tum in cognoscendo per cogitativam, & per eam in singularibus secundum Philosophos discurrendo; tum etiam in appetendo, & in operando, non quomodocumque, sed quando oportet, & quomodo oportet: ita, vt feratur in objectum secundum regulas rationis, & eliciat operationes dignas laude, & merito. Vnde tanta dignitas corpori humano obtulit, cuius alias gloria est stercus, & vermis, vt eis potentis sensituius irascibili, scilicet, & concupiscibili sit decoratum, quæ habitibus virtutum ornata veluti quibusdam splendoribus fulgent, ex conjunctione, inquam, ad rationalem animam. Hæc egregia, quasi dona assecutum est. Ità etiam Christianus lector, hac meditatione ad Christi humanitatem mentis oculos conijciens, consideret eam ex ea vnione, qua vnita est Verbo diuino ad tam immensam dignitatem fastigium fuisse euectam, vt esse existentia personæ diuinæ, id est, filij Dei susceperit, & tam eminentem inde quandam supereffluentiam gratiæ hausisse, vt de plenitudine eius omnes nos post possemus accipere. Et denique ex vnione illa ad Verbum consecutum est, vt supereminenter cognitionem gloriæ, & thesauros sapientiæ & scientiæ Dei, & inuestigabiles diuitias Dei in se sanctissima humanitas Verbo vnita, tanquam gazophylatium Dei habuerit recondita: ita vt etiam Christus vt homo superemineat Angelis, & hominibus in admirabili scientia, quam assecutus est per species inditas. Hinc Christi, vt homo erat, tanta virtus dimanabat ad patranda tam mira prodigia, & miracula, & transmu-

andas substantias rerum conuertendo panem in carnem, & exercenda stupenda miracula, quæ operatus est in vita. Hinc opera eius exercita per humanitatem capiebant quandam infinitatē valoris & meriti. Quemadmodum corporalia nostra opera etiam ex appetitu sensituiuo regulato ratione procedentia rationem laudis, & meriti assequuntur ex coniunctione ad rationem: ita operationes Christi humanæ ex coniunctione humanitatis ad Verbum infiniti meriti valorem sunt assecuta. Quod & distinct Clemens. 6. in extrauaganti vnigenitus, dicens, quod vna gutta sanguinis Christi propter vnionem ad Verbum sufficere poterat pro redemptione generis humani. Hinc Christus, vt homo, potestatem excellentiæ recepit circa remittenda peccata in prædictis quatuor consistens vt D. Thomas docet.

Præmissa igitur meditatione, qua considerare quisque fidelis possit, vnde cum humanitate Saluatoris prouenerunt nobis tanta, & tot bona, quia est ex vnione ad diuinum Verbum: nunc reliquum est inuestigare, quales sint illi modi, quibus per humanitatem allumptam tam mirifice nostram salutem Saluator noster operatus est, & operatur. Nam fere omnes Doctores, excepto Diuo Thoma, modum operandi nostram iustificationem Christo Domino, vt homini, & eius humanitati, vt instrumento diuinitatis, per modum efficientiæ, tribuere noluerunt. Primo: quia creaturam, scilicet humanitatem Christi efficienter concurrere posse ad creationem gratiæ impossibile reputauerunt. Tum: quia cum gratia sit aliquid spirituale, humanitas vero Christi sit aliquid corporale, non apparet modus, quomodo possit attingere effectum gratiæ. Tum secundo: quia non minus videtur eleuari gratia supra omne, quod corporale est, cum sit valde spiritualis, quam objectum solum intelligibile, & spirituale supra potentiam visiuam, & sensitiuam: sed potentia visiva, vel sensitiva non potest eleuari, vt instrumentum ad cognoscendum per eam purè spirituale, & intelligibile in se: ergo, neque humanitas Christi, cum sit corporalis, non potest eleuari vt instrumentum ad attingendam productionem gratiæ.

Tum tertio: quia gratia infunditur à Deo in anima, vbi humanitas Christi non est: quia in animam non illabitur, & nullum agens operari potest, vbi non est, neque potest agere in distans, nisi prius agat in medium.

Tum 4. quia humanitas Christi ratione suæ passionis dicitur operata esse nostram salutem: at passio Christi Dñi, cum iā trāsierit, nō videtur quomodo

Argumentum contrarium

1

2

3

4



64 Cap. LVII. Humanitas Christi quibus modis causat gratiam?

quomodo nunc efficienter concurrans ad gratiam, sit causa instrumentalis nostrae iustificationis. In contrarium est: quia, ut praediffinit Concil. Tridentin. sessio. 6. cap. 7. causa efficiens nostrae iustificationis est Deus: sed instrumentum ei coniunctum in persona & ab eo assumptum ad iustificandum, est humanitas Dei Salvatoris: ergo si ipse Deus iustificat efficienter, humanitas ab eo assumpta per modum instrumenti efficienter iustificat, ne a modo, quo operatur causa principalis, subtrahamus eius, quo utitur instrumentum. Igitur licet plura de hac materia supra dixerimus, & mirros modos, quibus humanitas Christi sanctissima instrumentaliter operatur, nostram iustificationem; sed quia in hoc inexhaustae diuitiae Christi ostenduntur, adhuc superest latus dicendi campus de tam ineffabili beneficio, eiusque inenarrabili iustificandi modo.

Concl. 1.

¶ Statuitur ergo conclusio, quae est Diui Thomae in hoc articulo, scilicet, quod humanitas Christi concurrat efficienter ad effectum interiore sacramentorum, id est, ad gratiam. Patet autem conclusio. Tum primo, quia sacramenta, cum sint instrumenta separata (ut supra probatum est) concurrunt effectiue ad interiore sacramentorum effectum: ergo humanitas, cum sit instrumentum coniunctum eodem modo, id est, efficienter concurrat. Sicut negari non potest, quod si baculus efficienter percussit, quod manus eum mouens ad percussioem efficienter non percussit. Tum secundo patet ex Ioannis. 1. Gratia & veritas per Christum facta est. Vbi illa propositio, per, designat efficientiam Christi, in quantum homo. Nam sic ibi comparatur cum Moyse. Tum tertio: quia Christus, ut homo, est caput Ecclesiae: sed capitis munus proprium est influere efficienter in membra: ergo Christus, ut homo, effectiue per suam sanctissimam humanitatem influit in Ecclesiam gratiam. Tum quarto; Christus, ut homo, non est causa materialis, neque formalis gratiae, quam confert per suam humanitatem: ergo est causa efficiens. Nam dicere, quod solum est causa finalis non facit satis ad illud, quod Diuus Ioannes ait, quod gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

D. Paul. ad Colof. 2.

¶ Tum quinto, quia, si Adam perseverasset in innocetiae statu, genuisset filios iustos (ut docet Diuus Thomas. 1. part. quaest. 100. artic. 1.) ergo multo magis Christus secundus Adam, ut homo, generat filios iustos, & Deo gratos per sacramentum baptismi: ergo efficienter concurrat per suam sanctissimam humanitatem ad hanc regenerationem, iuxta illud Isaiae. 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit

semen longaeuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.

¶ Iam nunc speculari oportet modos hos operandi efficienter effectum interiore sacramentorum, quos humanitas Christi obseruat. Nam cum humanitas Christi sit instrumentum coniunctum, negari non potest eam plenius participare virtutem principalis agentis, id est, Dei quam sacramenta; quae respectu ipsius instrumenta sunt separata. Sicut manus artificis, quia instrumentum est ei coniunctum plures rationes & modos operandi habet, quam dolabra, quae est eius instrumentum separatum respectu manus. Igitur possumus affirmare primo humanitatem Christi hunc habere modum effectiue operandi, quem Sotus tribuit sacramentis, scilicet, quod humanitas Christi concurrat immediate ad gratificandos nos Deo, ut ei placeamus, & ex consequenti, ut tribuat nobis gratiam, cuius unionem efficienter attingit, licet non ad eius productionem. Sed hunc modum Soti deo supra non acceptauimus, quia defecto, sicut impossibile est producere calidum non comproducendo calorem: ita defecto non videtur verisimile humanitatem Christi nos efficere Deo gratos, & instrumentaliter non concurrere effectiue ad illam qualitatem gratiae per quam fiunt homines formaliter Deo grati. Sed de hoc plura supra dicta sunt. Secundo modo: humanitas Christi potest intelligi operari interiore effectum gratiae in sacramentis per modum imperij rationis. Nam quemadmodum anima rationalis per imperium, quod est actus elicitus intellectus, praesupposito actu voluntatis, causat effectiue operationes in ipsis membris exterioribus; & in alijs potentijs, quae apta nata sunt imperari a ratione, & moueri ab anima; per quod quidem imperium nihil ponit in potentijs & membris, quae mouet praeter ipsum motum: ita persona diuina Verbi, quae est in cunctis rebus per essentiam, praesentiam, & potentiam, per imperium animae Christi, quatenus est ipsa instrumentum diuinum coniunctum effectiue, operatur sacramenti effectum interiore. Ita, ut quemadmodum ex efficacia imperij rationalis animae sequitur motus in manu, naturali sequela, manu ipsa obediens imperio rationis: ita ex efficacia imperij animae Christi, ut est instrumentum diuinum, sequitur in quacunque re operatio, re ipsa parente eius imperio interiore. Ita ut subiectio haec omnium rerum ad humanitatem Christi non solum erat, quia parebant imperio interiore animae Christi: sed etiam imperio exteriori voci eius, quatenus ipsum imperium vocis instrumentum erat diuinum. Huic voci igitur exteriori

Christi subiecta fuit anima Lazari: imo & venti, & mare ei voci paruerunt: sicut in coena panis ut transsubstantiaretur in carne Christi. Neque enim requiritur res esse sensibiles, ut per cognitionem necesse habeant percipere imperium vocis Christi, ut pareant Christo, sicut manus, quae per imperium efficaciter mouetur cognitione sensitiua distincta a cognitione suppositi, non indiget, ut rationi imperati pareat. Imo, quia Verbum diuinum infinita praestat virtute, non potuit sic eius potentia coartari ad hoc, vel illud instrumentum, inde est, quod quosdam sanabat verbo, alios tactu manus, vel vestimenti. Quinimo & alio instrumento alterius creaturae; si velit uti, ut instrumentum virtute Dei operans efficax erit ad inducendum effectum. Sicut etiam, ut patet ex Diuo Gregorio lib. secundo dialogorum, cap. 3. sanctis aliquando utebatur Deus, ut in instrumentis ad faciendam miracula, ut cum imperatiua voce utebatur. Ut cum, ut habetur Iosue. 10. Dominus voce imperatiua Iosue vsus est, ut instrumento ad sistendum coelum. Aliquando vero ad preces sanctorum Deus miracula patrabat, quae soli Deo tunc sine instrumento operanti tribuebantur.

¶ Neque obstat argumentum, quod posset fieri, scilicet, quod isto modo creatura, ut instrumentum, posset concurrere ad creationem, sicut anima Christi, ut instrumentum Dei per imperium concurrat ad transsubstantiationem panis in carnem; sic posset concurrere ad creationem Angeli. Quia respondetur, quod hoc non est concedendum ut pote aduersum sententiam Diui Thomae, qui in 3. part. quaestio. decimatertia, articulo secundo, negat tributam fuisse Christo virtutem ad producendas creaturas ex nihilo, vel ad conuertendas eas in nihilum. Quia creatura aliqua, ut possit attingere aliquem effectum siue per efficaciam actionis, siue per vltimum influxum, requirit, ut ille effectus sit in potentia naturali, vel obedientiali creaturae. Cuius potissima ratio est: quia virtus illa instrumentaria eo ipso, quod recipitur in aliqua creatura coartatur. Vnde non potest attingere ipsum nihil, neque ens in quantum ens, ut possit creare: quia ad hoc requiritur potentia infinita. Quemadmodum, verbi gratia, anima nostra, si se applicat ad cognoscendum per intellectum, potest cognoscere ipsum ens in communi, & res quae non sunt: si tamen se applicet ad cognoscendum per potentiam visiuam, non potest cognoscere, nisi singularia, & hic & nunc: quia virtus cognitiua animae contrahitur tunc per potentiam visiuam: sic virtus Dei infinita, dum per se operatur, potest creare & producere. Instruct. conc. pars. 2.

re res ex nihilo: sed si ad id assumeret instrumentum creatum aliquod, per illud coartaretur ad producendum solum quod in potentia naturali, vel obedientiali creaturae est. Igitur per istum modum ad longum explicatum, id est, per modum imperij, intelligi potest Christum Dominum per suam humanitatem concurrere ad productionem gratiae & iustificationem. Quem modum eo libentius amplectimur: quia eiusdem sententiae videtur esse Diuus Thomas, & in quaest. de potent. quaestio. 6. artic. quarto, & infra D. Thomas in 3. part. quaestio. 78. artic. 4.

¶ Et per hunc modum non negamus alios modos operandi. Nam, etsi concedamus contra alios doctores, quod humanitas Christi & sacramenta attingant effectiue instrumentaliter ipsam productionem qualitatis, quae est gratia; non concedimus, quod creatura, ut instrumentum Dei attingat creationem simpliciter, quod esse impossibile supra concessimus. Quia impossibile est sic concurrat ad creationem alicuius subiectis, verbi gratia, Angeli ex nihilo, id est, nullo praesupposito subiecto: sed non est impossibile factum, quod ut Dei instrumentum concurrat ad productionem alicuius accidentis supernaturalis, qualis est gratia: quia talis productio non est creatio simpliciter: quia non habet pro termino substantiam per se subsistentem. Sed dicitur concreatio; quia habet pro termino accidens, quod dependet in esse, & in fieri, & in conseruari a subiecto. Sic igitur gratia potest instrumentaliter per humanitatem Christi, & eius sacramenta concreari: quia hic praesupponitur subiectum, ubi recipiatur instrumenti creati actio: in creatione autem non praesupponitur tale subiectum. Iste autem modus coincidit in re cum illo modo operandi gratiam, quem sacramentis tribuimus supra. Siue istum modum vocemus concreationem; eo quod licet ista productio gratiae fiat in subiecto, non tamen sit ex potentia naturali subiecti: seu potius vocemus illam educationem ex potentia obedientiali subiecti, id est, animae. Quia cum haec productio qualitatis gratiae infieri & in esse dependeat ab anima, in qua producit, ex eius potentia obedientiali, videtur educi: Qui modus intelligendi est optimus. Siue ista productio concreatio, vel alio nomine vocetur, quia id erit quaestio de nomine, parum referens, dum constat de re.

¶ Iam superest ad quatuor argumenta contrariorum respondere. Ad primum igitur argumentum iam multipliciter est factum satis. Primo negando, quod per creationem simpliciter creetur gratia; sed per concreationem, aut certe

E per

per productionem ex potentia obedientiali animæ. Qui modi non sunt impossibiles Deo quatenus gratiam producit in anima per humanitatis Christi & eius animæ imperium: & per sacramenta, quibus utitur, ut instrumentis.

¶ Ad secundum argumentum, ubi arguitur, quod potentia cognoscitiua, visiva, vel sensitiva non potest eleuari ad intelligendum, seu cognoscendum pure spirituale in se, & per se: ergo neque creatura eleuari potest ad productionem qualitatis gratiæ, Respondetur, quod potentia visiva, quia dicit ordinem intrinsecum ad suum obiectum coloratum, & quia de eius diffinitione est hic ordo ad suum obiectum coloratum, sicut de diffinitione hominis est, quod sit animal rationale; ideo sicut homo non potest eleuari ad hoc, quod per naturam sit Angelus: ita potentia visiva & sensitiva nequit eleuari, ut ultra sensibile obiectum cognoscat; neque ut ad intelligibile & spirituale purum in se cognoscendum transcendat. Tamen, quia productio terminatur ad esse, & quia creatura habet ordinem ad esse, quia unaquæque creatura est ens; hinc est, quod creatura, quia limitati est esse, licet non possit assumi à Deo, ut instrumentum ad producendum ens, in quantum ens, quia hoc esset creare: sed bene potest assumi, ut instrumentum ad educendum aliquid de potentia, præsertim obedientiali creaturarum: quia id cadit sub ratione obiecti sub qua ratione cadit ipsa. Sed visiva potentia non potest eleuari ad cognoscendum intelligibile: quia ratio intelligibilis non includitur in ratione visibilis, sed abstrahit à visibili. Quia aliquid est intelligibile, ut Angelus, qui materiali visione oculi non est in se visibilis. At ratio entis non abstrahit à conceptu cuiuscunque rei: ideo includitur in conceptu cuiuscunque rei. Hinc est, quod creatura potest eleuari à Deo, ut sit instrumentum ad producendam gratiam, quam productionem humanitati Christi, & eius sacramentis, ut instrumentis, tribuimus.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod sicut in agēibus naturalibus fit est, quod instrumentum sit applicatum subiecto, in quo operatur, licet causa principalis ibi præsens non adsit; sicut, ut sol calefaciat meam manum, fit est, quod virtus eius instrumentalis sit in manu, licet ipse absit à manu: ita vice versa quando causa principalis inmediate suppositi ad est præsens in subiecto, ubi effectus producit, non requiritur, quod omne instrumentum illius causæ adsit illi, præsertim quando illud instrumentum est imperatum. Sicut exemplificauimus in arte artificis, quæ instrumentum est ad res artificiales operandum: quæ tamen

A cum sit in potentia eius cognoscitiua, non est in manu artificis subiectiue, cum mouet manum ad opus. Ita virtus humanitatis Christi & sacramentorum instrumentalis satis est procedat à Deo, qui causa est principalis, qui illabitur animæ, in qua producit gratiam, licet humanitas Christi, & sacramenta corporalia per illapsum hunc non sint in anima, neque requiritur talis illapsus instrumentis, scilicet, ut ipsa illabatur animæ.

¶ Ad quartum argumentum, quod egregiam doctrinam tradendi causam subministrat, Respondetur, quod sicut ex sententia Aristotelis recepta communiter, volitio finis est causa volitionis mediorum, sicut assensus præmissarum causa est assensus conclusionis, etiam quando iam volitio finis transiit, neque formaliter iam manet præsens in ipsa voluntate: quia quando voluntas eligit media, vel exequitur ea non requiritur volitio ipsa finis præsens sit in voluntate: sed satis est, quod talis volitio finis etiam tempore præcesserit, reliqueritque virtutem mouentem ad executionem mediorum, quæ quidem virtus nihil realiter distinctum est à voluntate ipsa, sed est ipsa voluntas, quatenus propensa & inclinata manet ad illum finem ex volitione, qua antea voluit illum & efficaciter appetiuit illum. Sicut virga ex actuali flexione præcedente manet post flexa: sic passio Christi nobis est consideranda, ita ut licet secundum actum transierit, manet tamen in ipsa carne & humanitate Christi passiva tot dolores. Et ita per istam relictam virtutem operatur in sacramentis efficienter nostram salutem, etiam si iam præcesserit, sicut volitio finis, licet iam præcesserit operatur ad executionem mediorum. Quod insinuat Diuus Paulus ad Hebræos. 5. dum ait: Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Consummatus, inquit, id est, passione & morte consummatus, ut interpretatur Diuus Thomas, & Diuus Anselmus. Nam sicut peccatum primi hominis, quod fuit obliquitas quædam à regula Dei, licet transierit: post actum mansit habitualiter in primo homine obliquitas illa, quæ transfunditur in posteros, veluti quidam deflexus habitualis: sic è conuerso commentandum est de Christo Domino, quod virtus obedientiæ & passionis eius mansit in illo ad nostram efficaciter operandam salutem. Ita, ut quemadmodum peccatum Adæ fuit causa nostræ damnationis: ita passio Christi ad est, ut causa nostræ redemptionis, iuxta illud Isaia 56. quod supra allegauimus: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum.

Porro

¶ Porro in articulo quarto, quæstio. 64. inquiritur à Diuo Thoma, utrum Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis potuerit communicare. Respondet autem, quod cum Christus Dominus duplicem potestatem haberet in sacramentis, vnam autoritatis, quæ competit ei secundum quod Deus hanc nulli creaturæ potuit communicare, sicut neque suam diuinam essentiam; aliam autem potestatem habuit excellentiæ, quæ competit ei secundum quod homo, & huiusmodi potestatem potuit ministris communicare, dando eis tantam gratiæ plenitudinem, ut eorum meritum cooperaretur ad gratiæ plenitudinem & sacramentorum effectus, ut scilicet, ad inuocationem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta, & ut ipsi possent instituere sacramentum & sacramentorum effectum conferre solo imperio. Potest enim instrumentum coniunctum quantum fuerit fortius, tanto magis virtutem suam instrumento separato tribuere, sicut manus baculo.

¶ Ad argumenta respondentes, dicimus, quod Christus Dominus non ex inuidia potestatem excellentiæ ministris communicare prætermisit. Sed ne spem suam in homine reponeret, neque diuersa instituerentur sacramenta, quæ diuisionem gignerent in Ecclesia similem illi, cuius meminit Diuus Paulus, quam referens iuxta inter illos, qui dicebant: Ego sum Pauli: ego autem Apollonis: ego vero Cephræ, ut dicitur. 1. ad Corinth. 1.

¶ Ad secundum argumentum, ubi arguitur ex Diuo Augustino super illud Ioannis. 14. Maiora horum faciet, dicente, magis esse iustificare impium, quam creare coelum & terram: cum ergo creationis cæli, & terræ potestatem, quod est minus, Christus non potuerit alijs communicare: ergo neque alios iustificare per sacramenta posse, ministris communicare non potuit, Respondetur, quod argumentum concludit auctoritatem iustificandi, quæ sibi competit, ut Deus, alijs communicare non potuisse: sed bene potestatem excellentiæ, quæ potest auctoritas nominari per comparisonem ad alios ministros.

¶ Ad tertium argumentum, quando arguitur, quod potestas excellentiæ competit Christo Domino in quantum est caput Ecclesiæ; sed potestatem capitis Ecclesiæ non potuit alijs communicare, quia Ecclesia esset monstrofa, si multa capita haberet: ergo potestatem excellentiæ alijs communicare non potuit, Respondetur, quod ad euitandum hoc inconueniens, & ne, scilicet, multa capita in Ecclesia essent, Christus noluit potestatem suæ excellentiæ ministris

Instruēt. cons. pars. 2.

A ministris communicare. Si tamen communicasset, ipse esset caput principaliter: alij vero secundario.

¶ Circa doctrinam Diui Thomæ in hoc articulo traditam difficultas emergit. Primum circa illud, quod potuit Christus communicare ministris, ut eorum meritum cooperaretur ad sacramentorum effectus. Quia tunc necessarium esset, ut meritum eorum de condigno mereretur primam gratiam alijs, quod ad gratiam capitis spectat. Quocirca hoc puro homini videtur impossibile, ergo neque est ei communicabile.

¶ Item secundo arguitur: Quia nullius meritum potest de condigno mereri effectum sacramentorum, si non possit satisfacere de condigno pro peccatis omnium hominum. Patet autem ex D. Leone Papa quod hoc purus homo prestare satisfactionis remedium non potest. Nam sic D. Leo Papa ait: Nisi, inquit, esset Deus non afferret remedium.

¶ Tum tertio arguitur argum. Scoti in 2. di. 2. quæst. 1. contra illud, quod Diuus Thomas ait, quod potuit Christus communicare alijs potestatem instituendi sacramenta: Quia hoc videtur factum impossibile. Quia, si fieret, iam creatura instituendo sacramenta determinaret voluntatem diuinam, ut necessario efficaciter, & infallibiliter assisteret talibus sacramentis ad operandum effectus eorum: quod ideo videtur impossibile, quia hoc esset ipsum Deum facere causam secundam, quæ determinatur à prima.

¶ Itē quarto arguitur: Quia eius est instituere sacramenta, cuius est eis conferre sanctificandi virtutem: sed sanctificandi virtus non potest esse à ministro: ergo neque à ministro potest esse sacramentorum institutio: quia institutor sacramentorum diuinam virtutem infinitam, & illimitatam præstare debet quæ non competit puro homini.

¶ Item quinto, si pro ut ait D. Thomas tunc meritum ministri comunicata ista excellentia operaretur effectus sacramentorum, esset meritum infinitum: quod sanctificaret homines accedentes ad sacramenta et si essent numero infiniti. Hic autem videtur falsum, quod alicui puro homini possit communicari infinita virtus: In oppositum est auctoritas D. Thomæ.

¶ Pro intelligentia doctrinæ Diui Thomæ notandum est primum, quod hic maxime explicatur à D. Thoma dignitas suprema potestatis excellentiæ Christi, quam nondum hucusque satis explicauerat in hocque relucet, quod potestatem tribuere alicui puro homini tantam gratiæ plenitudinem, ut meritum eius operaretur in sacramentis effectum sacramentorum non solum in ordine ad se solum, sed in ordine ad alios. ¶ Secundo aduertendum est, quod si Christus comunicasset hanc potestatem alicui homini, tunc Christus

E 2 esset

esset caput primarium; & ille homo fuisset secundarium, veluti ab illo derivatum, & in virtute eius agens, & dependens ab eo. Vnde Christus ratione vnionis humanitatis ad verbū primarij capitis rationē amittere nō potuit, dādo potestātē excellentiæ alteri: atq; ideo istā singularitātē excellentiæ potestatis alijs ministris communicare non potuisset. Quando igitur Diuus Thomas affirmat, Christum Dominum tantam gratiæ plenitudinem dare potuisse alicui, vt meritum eius operaretur in sacramentis meritum hoc, non excluderet meritum Christi, imō ab eo dependeret, & ab eo virtutem susciperet, sicut instrumentū separatum, tātum abest, vt excludat virtutē instrumenti coniuncti, vt ab eo etiam eius virtus dependeat, & virtutē eius præsupponat, & in virtute eius operetur. Ex quo corollarie sequitur, quod prædictus homo, cui tanta excellentia potestatis fuisset tributa, haberet maius meritum & efficacius, quā meritum cuiuscunque alterius hominis in magna plenitudine gratiæ creati, qui ex meritis Verbi incarnati illam non accepisset. Patet: quia ille homo talem excellentiā participans participaret meritum Christi, quod est infinitum, quia de rigore iustitiæ satisfecit pro peccatis totius mundi. Vnde in sacramentis institutis a prædicto homine operaretur meritum Christi, & non solum merita ipsius hominis.

¶ Igitur pro illucidanda doctrina Diui Thomæ, atque vt argumentis obiectis contra ipsum fiat satis, prænotanda est distinctio solita assignari de merito, atque adeo de satisfactione de condigno, quam Diuus Thomas, 3. part. quæst. 1. art. 2. ad secundum insinuauit. Igitur duplex est meritum. De condigno, scilicet primum, quod perfectam rationem meriti de condigno habet, in quo, scilicet, satisfaciens nullo adiutus beneficio ab eo, cui fit satisfactio, nullaque gratia ab eo recepta, sed ex se pro debito meritum & satisfactionem reddit æqualem. Et quidem hac ratione perfecta merendi & satisfaciendi facultas nulli creaturæ puræ est communis: quia ad sic merendum, atque satisfaciendum requiritur, quod satisfaciens & qui sic meretur sit infinite Deo gratus, atque adeo infiniti valoris, quem possit suo merito, & satisfactioni tribuere: quod non potest nisi diuinæ personæ competere. Vnde hæc fuit causa incarnationis Verbi: quia hoc non poterat competere humanæ naturæ, nisi quatenus à Verbo diuino fuit in veritate personæ assumpta. Aliud autem meritum, seu satisfactio de condigno est, non quidem simpliciter, aut absolute & perfecte, sed ex quadam suppositione, nempe, supposita gratia Dei merenti, aut

A satisfaciendi impertita, quam rationem merendi posse communicari Ecclesiæ, aut puræ creaturæ Diuus Thomas hic asserit. Quia hoc non repugnat, neque contradictionem implicat: quia hoc non se teneret simpliciter ex parte satisfaciendi, sed ex parte illius, cui fit satisfactio. Nam fundaretur in gratia, quam prius Deus satisfaciendi contulisset: vt si creditor suo debitori pecuniam largiretur, quam illi debitor pro debito rependeret. Et sic ista gratia collata puro homini in tanta plenitudine, posset eius meritum in ea fundatum isto secundo modo mereri de condigno effectum sacramentorum. Quod si quis hanc distinctionem à Di. Tho. redarguere velit, sicut eam redarguit Durandus in 3. distinctione vigesima, quæst. 3. dicens, quod neque Christus ipse alijs, aut sibi ipsi de condigno mereri apud Deum valuit, eo primo modo, quem tradit Diuus Thomas: nam primus iste modus merendi, aut satisfaciendi expostulat, vt tale meritum de condigno ex perfecta ratione sit debito æquale, & quod alias sit ipsum, alias indebitum. Nam si ego do, quod alias debebam, non satisfacio pro eo, quod modo debeo: at Christus Dominus per humanitatem, quæ finita erat nequirit Deo æquale pro satisfactione reddere: secundo, quia quidquid redderet iam pro beneficio incarnationis debitum erat tanquam patri ipsi Deo, ergo non potuit Christus præstare meritum & satisfactionem de condigno secundum perfectam rationem satisfactionis & meriti. Respondetur ad primū, quod Christus etsi nullam suscepisset gratiam creatam, quia erat suppositum diuinum opera eius licet exercita per humanitatem (quia actiones erant suppositi diuini) infiniti erant valoris ad satisfaciendum.

¶ Secundo in forma ad argumentum Durandi respondetur, quod suppositum diuinum fuit quod satisfecit, per naturam tamen humanam assumptam, & supposito satisfaciendi non facta fuit vlla gratia, quia gratia, quæ facta fuit naturæ humanæ assumptæ, non facta fuit supposito: quia debita erat tali supposito. Neque filio Dei facta fuit remissio debiti peccati generis humani: quia abunde pro eo soluit. Vnde filio nulla est facta gratia: quocirca satisfecit de rigore iustitiæ. Neque obstat, quod meritum & satisfactio isto perfecto modo de rigore iustitiæ obligant. Deus autem pater a suo filio incarnato obligari non potuit, sicut neque debitor fieri potuit ad condonandum delicta mundi ob merita passionis ei oblata. Quia respondetur, quod licet Deus pater absolute obligari non possit, tamen ex suppositione, supposito, quod voluit pretiū redemptionis pro

pro genere humano oblatum à filio acceptare in sensu composito, sic manet obligatus, vt non possit id pretij refutare. Neque hoc est inconueniens, inquit Canus, contra Scotum & Durandum, quod offerente filio patri satisfactionem, pater non potuerit, non acceptare in sensu composito, postquam eiusdem sunt voluntatis. Quod innotescit exemplo. Verbi gratia, inter æquales homines, nihil sibi iniuicem debentes, nulla potest imaginari absoluta obligatio. Si tamen velint inter se inire contractum emptionis, vel venditionis, iam illi, qui sibi obligati in nullo erant, ratione voluntariè talis ini contractus, manent obligati, vnus ad soluendum pretium, alius ad mercem tradendam. Sic imaginari oportet inter patrem diuinum, & filium conuenisse, vt filius homo factus persolueret satisfactionem pro offensa à genere humano contra Deum commissa, & pater eam remitteret. Ratione autem istius conuentionis, ne pater desit fidei à se datæ, & ne eam violet, videtur se voluntariè obligasse. Vnde iam hoc satisfactionis pretium refutare non potest, scilicet, dilecti filij sui pretiosum sanguinem. Vltimo respondemus, quod licet in humanis filius debitor sit patri, tamen in diuinis, vbi filius omnino, æqualis est patri, non est dicendum, quod in se ipso debitor sit patri, neque ex receptis ab humanitate sua filius vt sic recepit beneficium, vt in se debitor fieret patri, sed cum nihil ipse deberet suscepit debitum nostrum, pro quo satisfecit de rigore iustitiæ tam patri, quam sibi pro vt Deus erat. Neque obstat, quod secundum Aristotelem iustitia est ad alterum: quia iustitia filij fuit ad alium, scilicet, ad patrem, qui est alius in persona, & fuit ad seipsum vt Deum. Qui licet, vt sic etiam incarnatus non esset alius à se in persona; sed prout sibi ipsi satisfecit, vt Deo per suam humanitatem ista iustitia consideratur esse ad aliud secundum suam diuinitatem, quæ aliud est in substantia, quam sua humanitas, per quam satisfecit.

¶ Adde etiam, quod aliquibus etiam doctoribus placet, quod propter æqualitatem, quam habet filius Dei cum suo diuino patre (licet essentiam & omnes perfectiones, quas habet receperit à patre, & licet in sua humanitate gratias plures, & plenitudinem gratiarum receperit à patre) hoc non obstat, vt de rigore iustitiæ tum mereri, tum satisfacere suo patri possit. Sicut si Rex esto satisfactionem alicuius sibi in dignitate æqualis Regis non teneretur de iustitia acceptare: si tamen acceptaret, & ille Rex pro satisfactione æquale rependeret, de ratione rigorosæ iustitiæ diceretur satisfacere: sic

Instruct. conf. pars. 2.

A Christus Dominus, licet, quia est Deus de Deo, receperit à patre essentiam & perfectiones omnes: tamen quia necessario pater communicauit ei hæc omnia, neque enim potuit filio hæc non communicare; sicut neque potuit eum non genuisse; ideo cum per ea æqualis sit patri, satisfaciens patri per humanitatem, & quale ei reddit propter condonationem offensa. Quia satisfactio hæc & meritum dicuntur infinita non quatenus procedunt à gratia, & charitate habituali, pro vt sic sunt in anima Christi; sed quatenus hæc gratia & charitas fundantur & radicantur in gratia vnionis, quia sic perficiuntur in esse charitatis & gratiæ ab anima Christi, pro vt habet existentiam Verbi. Ideo secundum magistrum Bañes in prima parte, gratia Christi, & etiam eius charitas habitualis possunt dici infinitæ, in quantum sunt concurrentes instrumentaliter ad merendum & satisfaciendum pro infinitis hominibus, licet sint finitæ in quantum sunt principium formale, quo anima Christi est grata Deo, & quo est in actu ad diligendum Deum. Quia dilectio illa in ordine ad subiectum, id est, ad animam Christi fuit finita: quia finitè Deum dilexit: sicut & gratia animæ Christi finita fuit in ordine ad subiectum, & finita fuit sic in genere gratiæ: quia animam Christi finitè gratam Deo faciebat. Sed in ordine ad beatitudinem animæ eius finita quoque fuit, quia ad beatitudinem finita fuit acceptatio.

¶ Iam superest ad argumenta quinque contra Diuum Thomam opposita respondere. Ad primum iam ergo patet: nam solum concludit, quod puro homini ea plenitudo gratiæ communicari non potuit, vt eius meritum de condigno primo modo, scilicet, secundum perfectam rationem meriti de condigno operetur effectum interiore sacramenti. Sed Diuus Thomas non loquitur de isto merito de condigno omnino perfecto. Sed de merito de condigno, id est, supposita gratia homini puro collata ex meritis Christi Domini posset, inquit Diuus Thomas, eius puri hominis meritum interiore effectum sacramenti operari. Et per prædicta patet solutio ad secundum argumentum, quod solum concludit de satisfactione de condigno secundum rationem perfectam, & absolutam iustitiæ. Sed Diuus Thomas loquitur de satisfactione de condigno ex suppositione, id est, supposita plenitudine gratiæ, quam talis purus homo ad satisfaciendum participasset à Christo.

¶ Ad tertium argumentum ex Scoto respondetur, quod hoc argumentum non præsert subtilitatem Scotisticam, Quia si argumentum



aliquid valeret, eodem argumento posset probare hominem non posse intelligere. Quia si posset producere intellectum esset determinare Deum, ut efficaciter concurrat ad dictam intellectum; & probaret, quod in sacramentis nunc Christi autoritate institutis non posset minister determinare Deum, ut assistat formæ sacramentorum ad efficaciter operandum effectum. Patet autem quod Deus determinetur ad effectum sacramenti efficaciter operandum ex intentione ministri. Quia si minister habet intentionem impendendi sacramentum Deus efficaciter concurrat, quam si nolit habere Deus non concurrat. Dicimus ergo ad argumentum, quod proprie loquendo, prius Deus, quia præueniens causa est, sed determinat ad assistendum efficaciter operationi sacramentorum: & postea per ministrum determinatur, sicut causæ inferiores determinant superiores: neque hoc est inconueniens.

Ad quartum argumentum respondetur, quod tunc in casu Diui Thomæ si minister ex potestate sibi collata à Christo Domino posset instituire sacramenta, virtus sacramenti esset à ministro hoc, non tanquam à causa principali, sed tanquam à causa secundaria instrumentaria subdita instrumento principali, quod est humanitas Christi. Et hoc sufficeret, ut talis minister posset instituire sacramenta. Quia tunc ad hæc sacramenta virtus diuina deriuaretur per vtrumque instrumentum, scilicet, per meritum Iesu Christi, & meritum illius ministri institutoris: quia merito Christi, inniteretur & ab eo in operando dependeret, & ei subijceretur, sicut calamus subijcitur manui scribæ dum scribit. Quo circa in illis sacramentis institutis à puro homine & meritum duplex operaretur, scilicet, meritum Christi principaliter & meritum ipsius hominis minus principaliter: quia in virtute meriti Christi Domini operaretur.

Neque tamen valet hæc replica contra prædicta, dum replicatur, quod tunc sequeretur, instituta à ministro sacramenta hæc essent potiora, quam sacramenta, quæ nunc instituta sunt à Christo. Quia in istis institutis à Christo tantum operatur meritum Christi: in illis vero operaretur duplex meritum, & meritum Christi & meritum illius puri hominis. Non, inquam, hæc obiectio valet: quia ad huc potiora essent sacramenta instituta à Christo. Sicut cum virtus alicuius instrumenti potest immediate applicari ad aliquem effectum inducendum, non minus applicatur per seipsum, quam si applicaretur mediante alia virtute, sicut literæ non maiorem efficaciam, & virtutem habent

ad suadendum, vel mandandum aliquid, si quis eas scribit manu alterius, quam si eas scriberet manu propria. Vnde sicut non potiores essent literæ scriptæ manu alterius, quam manu propria: ita non potiora essent sacramenta, quæ potestate sibi tradita à Christo institueret minister, quam sacramenta, quæ instituit ipse Dominus, quia non maiorem gratiam conferrent, ut supponimus.

Ad quintum & vltimum argumentum respondetur, quod hoc solum probat, quod illud meritum puri hominis concurrens ad operationem sacramenti, si hæc potestas sibi daretur à Christo Domino, esset virtutis infinitæ non simpliciter, sed secundum quid: quia sufficeret ad sanctificandos infinitos homines. Sed eius virtus non esset infinita simpliciter, qualis est virtus Dei, quæ requiritur ad creandum ens in quantum ens, & qualis est virtus generatiua patris in diuinis ad generandum filium sibi consubstantialem: quia hæc virtus infinita simpliciter non potest communicari creaturæ. At verò infinitum secundum quid multipliciter reperitur in homine. Nam offensa in eo mortalis isto modo dicitur infinita, quia auertit à bono infinito. Et etiam visio essentiæ diuinæ in Beatis ratione obiecti infiniti, quod speculantur, dicitur visio infinita, secundum quid. Item mundus à parte posteriori dicitur infinitus duratione: quia post diem iudicij, eo tempore iudicij renouatus durabit in æternum. Item secundum quid dicitur infinitum, quod potest producere successive actiones infinitas syncategorematicè, id est, non tot, quin plures. Quo pacto intellectus humanus infinitus secundum quid appellari potest, quia infinitas intellectiones numero potest producere: sicut ignis infinitos homines inflammare. Sic Christus potuit puro homini tantam plenitudinem gratiæ donare, ut posset omnes homines accedentes sanctificare: sed adhuc ei virtus ad hoc collata esset finita secundum quid. Neque obstat replica, quæ se offert, quod tunc in casu Diui Thomæ purus homo mereretur alijs primam gratiam per sacramenta accedentes ex suo merito iustificans, quod esset constituere illum caput respectu aliorum. Quia respondetur, quod sicut nunc per gratiam, quam vnus quisque habet, meretur de condigno augmentum gratiæ, & gloriam: ita homo ille per plenitudinem gratiæ, quam acciperet à Christo, & per ingens illud meritum mereretur alijs primam gratiam: quia per illam constituebatur, ut caput secundarium respectu omnium aliorum hominum. At nunc, quia nullum est aliud

aliud caput, nisi Christus ad primam gratiam, alijs influendam, hinc est, quod soli Christo competit primam omnibus hominibus mereri gratiam de condigno. Sed tantum alius quiuis iustus peccatori de congruo potest mereri bonum motum dispositionis ad hoc, quod conuertatur & recipiat primam gratiam dandam ex merito de condigno Christi Domini.

## CAPVT. LVIII.

Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint: Et an sit de fide, quod per tales valide conferri possint, & quibus rationibus & locis sacris id de fide esse probatur: Vbi respondetur ad obiectiones hæreticorum: Et quomodo Deus citra culpam dicitur concurrere ad actum mali ministri. Explicantur in sano sensu aliqua loca Sacra Scriptura, quæ hæretici retorquent contra Catholicos: & exponuntur aliqua sanctorum loca, quæ aduersarij videbantur Catholice huic fidei.



**P**ORRO in quinto articulo quæstionis. 64. inquitur à D. Thom. Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint. Respondet autem, quod ministri sacramentaliter operantur in sacramentis, eo quod quodammodo eadem ratio est ministri, & instrumenti. Instrumentum autem non agit secundum propriam formam, & virtutem, sed secundum virtutem eius, à quo mouetur. Ideo accidit instrumento in quantum est instrumentum, qualemcumque formam vel virtutem habeat, præter id quod exigitur ad rationem instrumenti: sicut quod corpus medici, quod est instrumentum animæ habentis artem, sit sanum, vel infirmum, & sicut fistula, per quam transit aqua, sit aurea vel argentea, vel plumbea. Vnde ministri Ecclesiæ possunt valida sacramenta conferre, etiam si sint mali. Neque obstat primum argumentum Diui Thomæ ex illo Ecclesiastici. 14. Ab immundo quis mundabitur? Quia minister malus non mundat homines propria virtute, sed Christus sua potestate per eos, sicut per quædam instrumenta id facit. Et causa instrumentalis bene dat, quod formaliter non habet: sed virtua liter. Neque obstat, quod mali ministri, ut arguit D. Thom. non sint vniti Christo per charitatem. Quia sicut potest quis operari per instru-

mentum carè vita: ita Christus per malos tantquam per instrumenta carentia vita, operatur, & per bonos tantquam per membra viuentia. Neque obstat, quod ut tertio arguit D. Tho. sicut requiritur forma ut de essentia sacramenti: ita requiritur debitus minister, qualis non est malus minister: quia forma est debita, ut de necessitate sacramenti. Sed, quod minister sacramenti sit bonus, est quid debitum tandem secundum decentiam: ideo non est eadem ratio de debita forma & de debito ministro bono.

Circa doctrinam Diui Thomæ primo notandum, quod hic non agit Diuus Thomas de ministro malo in ipsa arte ministrandi, sicut dicitur malus artifex, qui recte non depingit. Sed loquitur de ministro malo malitia morali, & de ministro non quacunque malitia morali malo: qualis est minister hæreticus, cui deest fides: quia de hoc agere ad articulum nonum reseruat. Sed agit de ministro malo moraliter, qui cum fidem habeat charitate caret, quia est in mortali. Neque Diuus Thomas hic agit de illo, qui sacramenta ministrat cum id, quod est de essentia sacramenti ei desit: ut si quis sacerdotali ordine non initiatus consecrare, aut absolueret sacramentaliter attentaret. Sed solum inquit de eo, qui est in peccato mortali, an verum conferat sacramentum. Nam, ut missas pro nunc faciamus auctoritates plures, quæ pro parte negatiua adduci solent, nunc libet ea argumenta obijcere, quibus pars affirmatiua solita est impugnari. Primo igitur arguitur: Quia antea quam Dominus contulisset discipulis potestatem remittendi peccata, ut apparet Ioannis. 20. dedit eis Spiritum sanctum dicens: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, &c. Ergo ad ministrandum sacramentum oportet minister gratia Spiritus sancti sit munitus. Secundo arguitur: Quia ut sacramenta vera conferat, quis, verus sacerdos ut sit, oportet: at secundum Augustinum contra Petilianum, verus sacerdos non est, qui habet sacramentum solum, sed ille qui habet etiam iustitiam, iuxta illud Psalmi: Sacerdotes induantur iustitia, &c. ergo malus, cum verus sacerdos non sit, sacramenta vera non confert. Tertio arguitur: Quia delinquens mortaliter sacerdos, amittit gratiam, quæ est quid maius: ergo multo magis amittit characterem, qui est quid minus: ergo non vere consecrat. Quarto arguitur: Quia in naturalibus vitiis instrumenti operationis vitiat, effectumque corrumpit, sicut vitium tibiæ claudæ impedit rectos gressus: ergo pari ratione in supernaturalibus vitiis ministri vitiabit consecrationem in toto, quia indiuisibilis est talis effectus.

Quinto arguitur: Quia absolutio impensa à ministro in peccato mortali, est actio peccati mortalis, ergo videtur maximam præferre indecentiam, quod Deus assumat actionem peccati in causam instrumentalem salutis hominis.

¶ Sexto arguitur: Minister in mortali peccato administrando sacramenta, scilicet, consecrando, vel absoluendo peccat: ergo Deus, non concurret cum peculiari auxilio ad effectus sacramentorum. Quia tunc cum Deus concurreret, ut causa moralis, & efficiens ad opus peccati non apparet quomodo excusari posset à peccato.

¶ Confirmatur autem: Quia Deus prauo sacerdoti consulere non posset, ut sacrilegis manibus & impura mente sacrum corpus Christi pertractaret: ergo neque, ut corpus Christi conficeret: ergo neque tunc posset eius sacrilegio cooperari. In oppositum est, quod Ioannes Hus & Vicleph damnati sunt in concilio Constantiensi, de hoc errore, scilicet, quod per malos ministros vera non conferantur sacramenta.

¶ Igitur prædictis rationibus, & argumentis non obstantibus, statuitur hæc Catholica conclusio, scilicet, quod secundum fidem Catholicam, firmiter est tenendum, sacramenta Christi per malos ministros verè & validè confici posse. Patet primo: Quia in concilio Constantiensi. sess. 8. & 15. damnatus est oppositus error, & in eodem concilio sess. 45. in bulla Martini V. iste error damnatur: & nunc denuo reprobat per concilium Trid. sess. 7. can. 12. per hæc verba. Siquis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit. Vide can. multæ. & can. remissionem & can. Christus cum plurib. seq. 1. q. 1. ca. vltimo. 17. q. vltim. Probatur deinde vrgentissimis rationibus. Primo: Quia Deus ob nulla scelera hominum influentias naturales coelestes mundo denegat, sed solem suum facit oriri super bonos, & malos: ergo neque etiam influentias supernaturales, gratiarum ab ipso dimanantes, per sacramenta propter malitiam ministrorum non negat dispositis. Hoc autem confirmat D. Augustinus super Ioan. dicens: Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est Dominus? Nam efficax est largitio donorum Domini, & proficua fructuosaque accipientibus, licet ea largiatur per ministros malos. Confirmatur secundo. Quia secundum Diuum Thomam seruiens minister circa ministeria Ecclesiastica, est instrumentum Dei: quia quodammodo eadem est ratio ministri, & instrumenti: sed seruus propter suam malitiam non desinit esse seruus Domini sui: ergo neque minister malus deseruiens in administratione

sacramentorum non desinit esse minister Christi: ergo neque desinit esse eius instrumentum ad conferenda valida & efficacia sacramenta.

¶ Tertio confirmatur: Quia sicut nulla bonitas ministri sufficit ad effectus sacramentorum producendos, quia supernaturales sunt: ergo è contrario: nulla malitia, quæ bonitati ministri sit contraria obstare potest, quo minus hi effectus per sacramenta ministrata per tales ministros malos producantur à Domino.

¶ Tum quarto confirmatur: Quia si Deus citra bonitatem ministri non conferret nobis sacramentorum effectus, multum tunc fiducia nostra dependeret ex bonitate ministrorum, si sic ex eorum bonitate dependeret nostra salus, cum tamen spes nostræ salutis non iactare, sed potius in homine collocare insignis iniuria esset: quæ irrogaretur Deo, & maledictione illa digna, quam Hierem. 7. pronuntiat contra tales dicens: Maledictus enim homo, qui confidit in homine.

¶ Confirmatur quinto, quia ideo character, qui imprimitur ministro ad efficaciter administranda sacramenta per modum potentiarum est indifferens ad bene, vel male ministrandum, ne malitia ministri male ministrando eius posset frustrare effectum.

¶ Tum sexto confirmatur: Quia sacramentum virtute operis, quod alij aiunt ex opere operato gratiam confert. Cum ergo hoc virtute diuina fiat, quæ à bonitate ministri nullatenus dependet, sit sane, ut malitia ministri nihil officiat, aut impedimento sit ad validitatem & efficaciam sacramenti. Confirmatur septimo. Quia ministri non amittunt ceteras gratias gratis datas per peccatum mortale, ut patet de dono prophetiæ, & gratia sanctorum. Vnde Matthæi. 7. legitur, quod multi iniqui in die iudicij dicent: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Ergo cum potestas administrandi sacramenta veluti gratia gratis data conferatur ministris in communem Christianæ reipublicæ utilitatem, non est asserendum, quod propter malos mores ministri siue amittatur, siue suo effectui frustratur. Tum octauo confirmatur. Quia sicut in naturalibus instrumentum ut producat effectum, non oportet assimiletur effectui, sicut neque oportet, quod effectus assimiletur instrumento, sed principali agenti: sicut imago depicta à pictore non oportet assimiletur instrumento, id est, pennicillo, sed arti pingendi, quæ est in mente pictoris. Igitur, licet minister careat gratia, per quam assimiletur effectui sacramenti, hoc nihilominus nihil obstabit,

quo-

quominus per sacramentum illam Deus conferat, per quam suscipiens non ministro, sed Deo similis fiat.

¶ Item nono patet: Quia iuxta illud. 1. Petri 2. Filij obedite propositis vestris, non solum bonis & modestis, sed etiam discolis ministris, iurisdictioni (quidquid dicant hæretici) ob peccatum mortale non adimitur. Quod & confirmat Dominus Matth. 23. Super cathedram Moyse sederunt scribæ & Pharisei: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum autem opera illorum nolite facere. Ergo à fortiori in ministris noui testamenti etiam si alij qui eorum sint discoli remanebit potestas administrandi sacramenta. Tum etiam decimo patet: Quia consecratione vasorum, altarium, locorum sacrorum, sunt perpetuæ & indelebiles: ergo & potestas etiam ministri manet indelebilis, ita ut per eius peccatum sanctificatio, quæ confertur per sacramentum ab ipso impensum non deleatur, aut impediatur. Tum vndecimo. Quia si ad efficaciam, & validitatem sacramentorum necessaria esset bonitas ministri, profecto cuncta remedia, quæ Christus in sua Ecclesia pro omnium salute instituit, valde nutantia essent & parum certa, & ut aiunt tenui pendente filo, siquidem peccata mortalia tum secretis, sive interdum perpetrantur, tum etiam tam in intimis recessibus cordis interdum reconduntur, ut ipsos autores lateat. Ita, ut necesse dicere habeat cum Dauide: Ab occultis meis munda me. Si igitur bonitas ministri de necessitate sacramenti esset, nemo esset, neque moraliter certus, quod à suo vero prælato absolueretur, vel an alia sacramenta legitime reciperet: quare omnia essent horrore & confusione plena; quod cederet in magnam conturbationem fidelium. Confirmatur autè duodecimo ex S. Thoma dicente in 4. dist. 5. q. 2. ar. 2. quæstioncul. 1. & habetur, ex D. Augustino lib. 1. contra Petilian. ca. 3. quod ea, quæ sunt de necessitate sacramenti, debent esse certa, saltem ipsi conferenti sacramenta, ut per eum ceteris innotescat: cum autem bonitas vera ministri, quæ consistit in gratia Dei, quam habet, neque ipsi neque alteri consistere possit, quia nescit aliquis, vtrum odio vel amore dignus sit, sequitur planè, quod bonitas ministri de essentia sacramenti non sit. Neque obstat contra hæc rationem replica hæc, scilicet, quod eadem ratione non requireretur intentio ministri: quia Ecclesiæ aut suscipienti sacramentum constare non potest de intentione ministri. Quia respondetur, quod diuersa est ratio. Nam ipsi ministro saltem constare potest, sibi intentionem ministrandi suppetere; quam se habere satis explicat per hoc, quod suum præstat officium in absol-

uerido, vel consecrando, &c. Quia neque ad hoc actualiter præsens intentio requiritur, sed satis est virtualis.

¶ Item patet decimo tertio ratione: Quia ea, quæ sunt de necessitate sacramenti debent esse facilia, & veluti in præcepto & ad manum. At Ecclesiæ habere omnes ministros iustos, & sanctos perquam difficile est, cum in duodeno numero apostolorum non defuerit vnus Iudas: quæ tamen Dominus misit cum discipulis ad euangelizandum, ut Fabianus Papa in epist. 2. ad episcopos Orientales nostram conclusionem diffiniens tradit. Imo D. Ambrosius in lib. de his, qui initiatur mysterijs, hoc confirmat dicens: Deus non merita personarum, sed officia sacerdotum considerat. In huius quoque veritatis Catholicæ gratiam D. Augustinus in quæst. veter. testam. quæst. 11. tenens, idem inducit exemplum Cayphæ; qui cum esset pontifex licet flagitiosus, & impius prophetauit, &c.

¶ Iam superest ad argumenta obiecta in contra respondere. Ad primum dicitur, quod, quia Dei perfecta sunt opera, ideo quantum est de se, & ex parte sacramenti ordinis nemini potestatem impendit administrandi sacramenta, cui non simul gratiam infundat, quo sancta sanctè perficiat. Si autem minister ea gratia careat, nihilominus Dominus suo pio officio non deest, quominus per sacramenta internum fructum in suscipientibus operetur, ut D. Augustinus tract. 5. super Ioannem ait: Non timeo ministrum adulterum, non ebriosum, non homicidam: quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: Hic est qui baptizat Christus, scilicet, principaliter: quia per iustitiam eius, non per iustitiam ministri, confertur homini per sacramenta gratia. Secundo respondetur ex auctoritate D. Augustini lib. 2. contra Parm. ca. 11. sic exponente illud Ioan. Accipite Spiritum sanctum, & dicente, quod ut ostenderet Dominus non ex meritis hominum, & ministrorum remitti peccata; sed ex Spiritus Sancti gratia, ideo prius dixit: Accipite Spiritum sanctum. Sed ut euidenter ostenderet ministerialiter per ministros sacramentorum remitti peccata adiungit: quorum remiseritis peccata, &c. Hoc est, Spiritus sanctus dimittit non vos propria virtute, sed ministerialiter & instrumentaliter. Hoc autem refertur. 1. q. 1. can. ut euidenter, cui suffragatur D. Ambrosius eadem causa, & q. can. cum scriptura dicens: Deus non merita personarum considerat, sed officia sacerdotum.

¶ Item tertio dici potest, quod Deus ministris dedit gratiam & Spiritum sanctum, ut digne exequerentur suum ministerium, non tamen sic ut gratia collata ministro de essentia esset

sacramentorum, quæ administraturus esset.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod sacerdos ad hoc, quod sacramenta conferat, satis est, sit initiatus ordine sacerdotali. Nam talis est verus sacerdos veritate ordinis, & characteris. Quando vero D. Aug. ait loco in arg. allegato contra Petili: quod verus sacerdos non est, qui habet sacramentum, sed qui simul cum hoc habet etiam iustitiam, loquitur de sacerdote vere perfecto, id est, non solum veritate ordinis, sed veritate vitæ perfecto. Quæ quidē perfectio veritatis vitæ (vt sentit D. Aug.) requiritur ad digne & sanctè administranda sacramenta: non autem ad absolute & valide & efficaciter ea conferenda.

¶ Ad tertium autem argumentum negamus consequentiam: quia gratia gratum faciens datur in utilitatem illam accipientis, & facit bonum habentem. Vnde peccatum mortale, quod expellit bonitatem, ab anima expellit eam: gratia verò gratis data, qualis est potestas ordinis secundum Bonavent. in. 4. dist. 18. q. 2. non repugnat iniquitati eam habentis. Vnde cum detur in utilitatem communem non nocet alijs cum minister sacramenta administrat.

¶ Ad quartum argumentum distinguitur antecedens: Nam duplex est vitium accidens instrumento. Alterum quidem quod vitiat formam, & virtutem operatiuā ipsius instrumenti: sicut vitium tibiæ claudæ vitiat virtutem motiuam. Et tale vitium communicatur actioni taliter, quod frustrat actionem. Et tale esset vitium tollens sensum legitimum sacramentalis formæ, quod quidem sacramentum vitiat. Sed aliud est quidem instrumentale vitium, non vitians formam, neque virtutem operatiuam, qua cum instrumentum agit: quia solum vitiat aliam eius instrumenti virtutem, & formā, quæ per accidens se habet ad actionem. Et huiusmodi vitium est peccatum mortale in ministro, quod vitiat ipsum ministerium: non autem vitiat, aut cassat ipsum ministerium circa exercitium sacramentorum: sicut deformitas pictoris ipsum foedat pictorem non autem pulchritudinē imaginis pictæ tollit.

¶ Ad quintum argumentum respondetur; Quod quemadmodum flagella alapæ, & opprobria, quæ illata sunt Christo in eius passione horrenda erant scelera, quatenus ministri illi impijissimi ea machinabantur, & exercebant contra Dominum: tamen vt offerebantur à filio patri, & vt assumebantur in nostrorum peccatorum redemptionem & pretium pretiosissima fuerunt dona, seu remedia, quibus Deus instrumentaliter vitur ad conferendam nobis iustificationem per administrationem sacramentorum. Si ergo tanquam summum beneficium acce-

ptum ferimus Deo, quod sic dilexit Ecclesiam, vt dolores & opprobria omnia, quæ ab iniquis perpeffus est totaliter velut remedia salutifera nobis cōtulerit ad salutem; quomodo fit consequens vt indignum sit tanta maiestate, si vt sua Ecclesia Catholica certa se gaudeat habere salutis remedia, nempe, certa sacramenta, conculcari se permittit à sacrilegis ministris & sanguinem eius testamenti pollutum duci, vt ait Diuus Paulus ad Hebræ. 10. Hoc autem tantum abest, vt Christo Domino aliquam indecentiam conciliet, vt maximæ eius potentie & charitati sit tribuendum.

¶ Ad sextum arg. respōdens Sotus se breuiter expedit, dicens, quod actio ministri dupliciter considerari potest. Vno modo tanquam humana, & earatione, qua est peccatum ministri indigne ministrantis. Atque hac ratione Deus nō cooperatur peccatori ad illā. Secundo modo potest considerari tanquam supernaturale, diuinumque instrumentum Dei ad conferendam gratiam, quæ est proprius effectus Dei. Et hoc pacto nihil dissonum præfert, quod tali actione ad bonum effectum vtatur. Nam etiam, etsi autor nostrorum peccatorum esse nequeat, tamen, quæ sua est potentia, & bonitas, iuxta illud Psalmi, Quæ fugit mel de petra, oleumque de saxo durissimo, itā nostris peccatis vitur in cōmodum nostrum, vt ipso disponente cedant in maiorem pœnitentiam & recognitionem nostræ miseris, & humilitatem, & confusionē & ad emendam, & cautelam cedant: præsertim si de eorum numero simus, de quibus Diuus Paulus ait, quod omnia illis cooperantur in bonum.

¶ Secundo ad argumentum dicimus, quod licet aliqui Doctores excusent Deum à peccato, quando concurrat cum actione, quæ de se est mala, quia aiunt Deum tunc nihil operari contra legem alicuius superioris: tamen, quia hæc ratio probaret Deum posse mentiri, & falso iurare, quia non ageret tunc contra legem superioris, ideo hæc ratio respuitur. Et licet alij excusent Deum à peccato in hoc casu, quia operatur, inquit, per modum causarum naturalium, vt dixit Victoria: sed neque ratio hæc satisfacit: quia operatur per voluntatem, & libere, & cum formaliter sit liber non operatur ad extra modo naturali. Ideo vera solutio est quod Deus prædicto modo concurrente cum ministris sacrilegis non fit particeps illorum peccati: quia sic concurrente operatur secundum regulas rectæ sapientie, & rationis à quibus peccatum solet declinare. Nam peccatum quædam obliquitas est, deuians à regula rationis recta. Sicut exemplificari solet in coniugatis.

Ex

Ex quibus vnus, puta, vir emisit castitatis votum, & nihilominus debitum petit ab vxore, quod illa reddit, ad eundem actum peccati concurrat vterque, & tamen quia ille emiserat votum agit contra regulas rationis committendo sacrilegium, atque ideo peccat: ipsa autem mulier sic debitū reddēdo immunis fit à culpa, quia studiose agit, & secundum ordinem rectum iustitiæ operatur: sicut qui reddit pecuniam debitam creditori, qui eam petit ad scortandum. Sic igitur Deus, qui concurrente cum omnibus rebus ad quæcumque operationem, siue naturalem, siue supernaturalem, siue bonam, siue malam de se operatur secundum ordinem sapientie, & iustitiæ, & secundum regulas primæ & vniuersalis causæ, secundum quas ei cōpetit, cōcurrere ad omne esse, & ad omnes operationes fluentes, à quocunque existente, vel esse habente, & concurrere ad modum causarum inferiorum, ita, vt disponens omnia suauiter necessarijs tribuat modum operandi necessarium, & contingentibus contingentem, & liberis causis liberum. Sic fit vt rectè omnia sapienterque gubernet. Quo circa tantum abest, vt concurrenti cum prauis ministris culpa imputanda sit, vt tanquam mōnere suæ sapientie, & potentie & bonitatis rectè functus ab omni creatura laudari mereatur. Postremo Diuus Thomas. 1. 2. propterea Deo concurrenti ad actionem peccati culpam peccati non attribuendam esse censet; quia neque defectus, aut vitium, quod resultat in opere ex instrumento vitioso principali agenti imputandum est, sicut neque defectus calami alias rectè scribenti. Igitur etiā confirmationis adiunctæ negamus consequentiam. Nam consulere malum, vel consulere sacrilegium, puta, indignam administrationem sacramenti, non est munus operandi causæ vniuersalis.

¶ Iam, quia hæretici ex aliquibus autoritatibus scripturæ sacræ nostram Catholicā conclusionem euertere moluntur, ideo oportet hic earum Catholicum sensum explanare. Igitur primo illa autoritas Domini non obstat, vbi per Malachiam cap. 2. malis sacerdotibus ait Dominus: Maledicam benedictionibus vestris. Ex quo hæretici inferunt, quod benedictiones sacramentales ministri mali nullius momenti sunt. Quia respondetur, quod sensus legitimus est, quod male dicit Dominus, id est, maledicet ipsis sacrilegis sacerdotibus vltionem de eis sumendo, eo quod indigne benedicunt alijs. Non tamen hinc inferitur, quod inefficacia sint ab illis impensa sacramenta: siquidem ea suscipientes ex peccato ministri nihil demerentur, vt eorum fructu priuentur. Neque obstat

autoritas Isaia. 1. Vbi Dominus respuit sacrificia malorum ministrorum dicens: Ne afferatis vltra sacrificium frustra incensum: abominatio est mihi. Vnde inferunt hæretici, quod ministri mali frustra exercent officia sacrificiorum, & sacramentorum, id est, sine vilo fructu. Quia respondetur, quod illi mali ministri dicebantur frustra offerre sacrificia, quia non proderant illis ea offerentibus in mortali peccato. Sacrificia autem ipsa dicebantur abominationes, non quia secundum se essent abominabilia Domino: sed quia sacerdotes ea offerentes ob sua scelera abominabiles Deo erant. In eo igitur sensu Dominus per Isaia, ea sacrificia impiorum ministrorum abominationem appellat: in quo & Diuus Paulus corpus Christi Domini indigne sumere appellat, iudicium, & damnationem non ex eo, quod corpus Christi Domini de se iudiciū sit, sed quia in iudicium & dānationem vertitur, illud indigne sumentibus. Et in hoc sensu ait ibi Dominus: cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, scilicet, tanquam ab ingratis & iniustis mihi: quia non probat eos neque eorum actiones quatenus procedunt ab habentibus manus plenas sanguine, vt sic. Neque obstat illa autoritas ex Ecclesiastico. 34. vbi dicitur: Ab immundo quis mundabitur. Quia iam Diuus Thomas ad hanc autoritatem respondit in solutione ad primum. Et secundo respondetur, quod autoritas hæc Ecclesiastici debet intelligi in sensu formali, nempe quod ab immundo quatenus immundus est, nemo mundatur. Tamen suscipiens sacramentum à malo ministro mundatur ministerialiter ab ipso, non quatenus immundus est per peccatum, sed quatenus habet ad mundandum per sacramenta exhibenda potestatem supernaturalem sibi collatam. Quem ad modum fieri potest vt à pictore nigro & turpi depingatur imago pulchra & alba.

¶ Neque obstat illa autoritas Domini Mathæi. 5. Quod si sal euauerit, in quo salietur. Quia respondetur, quod ideo prælatus malus dicitur nihil valere: quia cum charitate careat iuxta sensum Diui Pauli, etsi habuerit prophetiam & gratias gratis datas, & nouerit mysteria omnia, nihil est: quia nihil sibi prodest ad meritum coram Deo, vel ad gloriam. Vnde statim mittitur foras ad bona externa & mundana. Non tamen hinc colligitur, quod potestas conferendi sacramenta, quæ data est ministro etiam malo respectu aliorum, euanescat, & sit frustranea. Imo metaphora salis satis indicat, quod licet sal saliendo carnes, ipsa in se videatur euanescere; tamen nihilominus suum saliendo sortitur effectum: sicut etiam granum mor-



mortuum in terra licet non sibi, alijs tamen multum fructum afferat: sic minister mortuus per peccatum, non propria virtute, sed virtute Dei supernaturali, etsi non sibi, tamen alijs per sacramenta, quæ confert instrumentaliter, confert fructum gratiæ.

¶ Sunt præterea & aliquæ autoritates sanctorum, quas male à se intellectas hæretici. vt solent contra nos retorquent. Ideo sanum sensum, quem in eis asserendis habuere sancti, oportet demonstrare. Cuius rei gratia aduerendum est primo, quod sancti quotiescunque sancto zelo Dei rapti inuehantur contra aliquod vitium: ita detestantur illud vitium, vt in contrarium extremum illius vitij videantur inflecti. Quæmodum videre est in Diuo Augustino. Qui dum insequatur Pelagium, plus nimio libero nostro arbitrio indulgentem, ita laudibus euehit gratiam, cui contendit fauere, vt liberum arbitrium plus nimio videatur extenuare, & debilitare. E contra vero, quando certamen disputationis fumebat, contra hæreticos omnino negantes liberum arbitrium, adeo acerrimum in eos impugnando se exhibebat, vt gratiæ aliquomodo derogare videretur, quo libero arbitrio contra illud negantes patrocinium ferret. Simile quidpiam accidit Diuo Cypriano, qui dum mulierum superfluos ornatus infestatur, adeo id exaggerat, vt omnes ornatus nota vitij mortalis videatur prætaxare. Quare eorum dicta si in his casibus quid excessuum videntur insonare, sic sano modo accipienda sunt, vt quasi per exaggerationem dicta intelligantur. Vnde illa autoritas D. Hieronymi. cap. 3. super Sophoniam. 3. & habetur, 1. quæst. 1. cap. sacerdotis. vbi ait quod impie agunt in lege Christi, qui putant eucharistiam imprecantis facere verba, non vitam, &c. non obstat: quia ibi glossa glossat D. Hieronymum, quod per hæc verba solum velit ostendere vitam bonam facere ad confectionem eucharistiæ, non absolutè, quæ ad rem sacramenti, sed facere vt sacerdotes dignè conficiant: alias vita bona non exigitur, vt conficiant. Sic etiam autoritas Gelasij Papæ in epistola ad Elpidium episcop. & habetur. 1. quæst. 1. cap. sacrosancta. vbi ait: Nam quomodo ad diuini mysterij consecrationem celestis spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos; & qui eum adesse deprecatur criminosis actionibus plenus reprobetur. Quia per hunc modum loquendi Gelasius & alij Sancti dum detestantur & insequuntur vitia ministrorum solum magnitudinem sceleris indigne ministantium ostendere volunt. Quorum dicta & verba sic sane sunt intelligenda, vt sit necessaria sanctitas seu bonitas vitæ, vt

A rectè & dignè sibi fructuose ministri administrant sacramenta. Et sic intelligit D. August. dum ait, quod impie faciunt, &c. Neque est admittenda illorum opinio, qui asseruere cū minister est malus Deum non cōcurrere cum ministro tunc, sed cum ipso sacramento applicato per ministrum. Quia contra aliquos modernos huius opinionis autores, est, quod minister est etiam instrumentum diuinum, agens per virtutem supernaturalem sibi traditam, vt expresse docet Diuus Thomas in hoc articulo. Item quia minister habet virtutem supernaturalem per modum habitus permanentem, scilicet, characterem, quo mediante concurrat ad sacramentum. Ergo quando operatur ista potentia characteris supernaturalis recipit influxum supernaturalem: ergo concurrat cum illo Deus.

## CAPVT. LIX.

*Vtrum mali ministri administrantes sacramenta peccent; Et an talis indigna administratio sacramentorum sit mortalis: Vbi respondetur per conclusiones: Et an administrare sacramentum matrimonij in mortali sit mortale: Et an diaconi, & subdiaconi in mortali ministrantes delinquant mortaliter. Idemque queritur de predicatoribus publicis peccatoribus, quali peccato peccent sic predicantes: Et an liceat à malis ministris recipere sacramenta, vel à præcis, vel ab hæreticis in necessitate: An liceat eligere ministrum malum paratum, aut feminam adire pro confessione suum parochum fragilem: An liceat inducere prelatum malum ad ministerium, De preparatione ad sacramenta necessaria.*



**M**ALI ministri administrantes sacramenta peccent, inquirens Diuus Thomas in hoc sexto articulo respondet, quod aliquis in agendo peccat quando operatur, non secundum quod oportet, autore Aristotele lib. Ethicor. At quia ministros iustos esse oportet, eo quod conformare se cum Domino suo debent, iuxta illud Leuitic. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum: & secundum illud Ecclesiast. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius.

Ideo

Ideo pro certo habetur ministros malos peccare: dum sic exhibent suum ministerium in administratione sacramentorum (quia in hoc & irreuerentiam irrogant Deo; & quia quantum est de se indigne tractantes sacramenta contaminant ea, licet secundum se ipsa incontaminabilia sint. Vnde fit consequens, vt tale peccatum ex genere suo mortale sit.

¶ Ad argumenta Diui Thomæ respondentem, ad primum dicimus, quod est differentia inter opera charitatis, & sacramenta quoad eorum exercitium. Quia opera charitatis, quia non sunt aliqua consecratione sanctificata, vt elemosinæ, ideo qui ea exercet, si sit iustus amplius iustificatur: si autem iustitia aut charitate caret per ea ad iustitiam aliquam disponitur. Sacramenta verò in se sanctificationem quandam habent per mysticam consecrationem: atque ideo præexigitur in eodem ministro sanctitas iustitiæ vt congruat suo ministerio. Ideo peccat, quia incongrue agit ad suum ministerium in peccato mortali accedens.

¶ Ad secundum argumentum, vbi arguitur, quod si minister peccaret in peccato administrando sacramenta, sic etiam iuxta illud Diui Pauli ad Romanos. 1. Dignus est morte non solum qui peccata agit, sed & qui consentit facientibus, qui ea sacramenta ab eo susciperet, peccaret quippe qui ei communicaret, respondetur, quod minister etiam si sit peccator, dum toleratur in ministerio ab ecclesia, quia non est degradatus, vel excommunicatus, vel suspensus, qui ab eo suscipit sacramentum non communicat peccato eius, sed communicat Ecclesiæ, qui eum tanquam ministrum exhibet: secus si esset minister præcisus, neque toleratus ab Ecclesia.

Ad tertium argumentum, vbi arguitur, quod si peccator in mortali baptizans peccaret mortaliter, esset perplexus, si puer iam iam moriturus baptizandus sibi offerretur, quia omisio baptismi & baptizatio etiam sibi imputaretur ad mortale. Respondetur, quod non est perplexus. Quia si ex officio sibi incumbit tenetur baptizare: quod sine peccato præstare potest: quia poenitere in momento potest, & post licite ministrare sacramenta. Neque vllum incoueniens est asserere, quod quis perplexus possit esse ex suppositione, id est, supposito, quod vult remanere in peccato: quia non esset perplexus citra culpam suam. In articulo tamè necessitatis non peccaret baptizando in casu, in quo etiam posset laicus baptizare. Sic enim patet, quod non se exhiberet ministrum ecclesiæ, sed subuenit necessitati patienti. Secus autem est in alijs sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis, vt baptismus.

¶ Circa doctrinam D. Thomæ eiusque conclusionem prænotandum est esse ab omnibus receptam, atque ideo D. Thomæ licet in. 4. d. 5. q. 2. artic. 2. q. 4. dixerit ministros malos peccare secundum probabilem opinionem, tamen hic illud certum esse ait. Quocirca in probatione conclusionis receptissimæ non est immorandum. Sed ne subterfugiamus respondere ad obiectiones, quæ in contra solent opponi, non erit ab re, si eas post dissoluendas hic præmittamus. Nam primo obijctur, quod secundum D. Thomam in solutione ad. 3. ar. præcedentis, sanctitas ministri solum ad decentiam sacramenti spectat: ergo ea si desit non erit indigna administratio peccatum mortale.

¶ Tum secundo: Quia si prædicta administratio sacramentorum indigna culpa esset mortalis ex genere, cum esset intrinsecè mala, neque in casu necessitatis, baptizandi pueri excusaretur à mortali.

¶ Tum tertio: Quia talis indigna administratio est quædam irreuerentia: sed non omnis irreuerentia circa sacramenta est culpa mortalis: ergo talis indigna administratio non est ex genere suo peccatum mortale.

¶ Tum quarto: Quia si esset peccatum mortale, sequeretur, quod quilibet indignus sacerdos multipliciter peccaret celebrando, & consecrando, & sumendo sacramentum, & alijs porrigendo quod videtur durè cōcessu. Tum quinto sequeretur, quod sacerdos implicitus culpa mortali ante administrationem sacramentorum teneretur cōfiteri. Nam alias cum sibi non possit constare de habita contritione cum periculo delinquendi se ingereret ad sacramenta administranda. Tum sexto: Quia suscipiens indigne sacramentum propterea peccat, quia opponit obiectionem gratiæ conferendæ per sacramentum: sed indigne ministrans neque gratiæ, neque sacramento obiectionem ponit: ergo non est notandus de culpa mortali. Tum septimo: Quia minister indigne ministrans contra charitatem Dei, vel proximi non agit, quia verum sacramentum confert: ergo indigna administratio non est sibi tribuenda: culpa mortali. Tum octavo: Quia sequeretur, contrahentes matrimonium in peccato mortali non solum delinquere mortaliter quando suscipiunt sacramentum matrimonij, sed quando ipsi conficiunt sacramentum per mutuum consensum expressum: sicque geminum committerent peccatum, quia ipsi sunt sibi ministri sacramenti.

¶ Tum nono sequeretur, confitens peccata in mortali ante habitam à se cōtritionem, quod peccaret mortaliter, quia applicat materiam sacramenti, id est, confessionem in mortali. Quod

videtur concessu durum: tamen videtur concessu necessarium; quia sacerdos formam sacramenti applicans in mortali peccat mortaliter. Ergo pari ratione mortale erit crimen, materiam, quæ etiam est de essentia sacramenti, applicare in mortali peccato.

¶ Tum decimo: Quia sequeretur, quod diaconi & subdiaconi, & ceteri ministri indigne sua ministeria exercentes peccarent mortaliter: quia ad sua munia exercenda sunt consecrati, & per sacramentum ordinis ad ea exercenda digne recipiunt gratiam: quod tamen etiam difficultatem habet. Tum undecimo. Quia sequeretur, sacerdos prædicans in mortali peccatum committeret mortale, eo quod munus prædicandi ex officio annexum esse videtur ordini sacerdotali. Tum quia quantum est de se sacra eloquia contaminare videtur, quæ tamen omnia hæc in his argumentis obiecta dura esse videntur. In oppositum est ab omnibus receptissima sententia.

¶ Pro dilucidatione quæstionis præstatuendum est primo, ministros sacramentorum in duplici esse differentia. Nam quidam ad id instituti sunt ex officio, sicut sacerdos ad baptizandum, & consecrandam eucharistiam, ad absolvendum & vngendum, & episcopus ad ordines sacros conferendos. Alij vero sunt, qui ad id ex officio non sunt deputati, sed potius propter aliquam occurrentem necessitatem eis indulgetur sacramentum baptismi conferre posse, ad quem conferendum in tali necessitatis articulo admittitur foemina etiam & laicus. Ministri igitur deputati ex officio per solennem quædam consecrationem ordinis, qua perfectius participant sacerdotium Christi ad id deputantur, accipientes ad id diuinam potestatem, & supernaturalem. Ceteri vero ministri nihil tale habent. Quocirca hic ministri necessitatis causa solum ad baptizandum admissi non sunt proprie ministri religionis, & cultus diuini, ad quem exhibendum Deo, ordinata sunt etiam sacramenta, sicut ad sanctificandos homines. Quia hi potius subserviunt cuidam necessitati sacramenti baptismi, quatenus necessarius est ad salutem. Ministri autem sacramentorum ad ea ministranda ex officio deputati, proprie sunt ministri cultus religionis, quo Deus colitur in lege noua. Ex quo corollarie sequitur, quod ministri hi ex officio destinati, tum, quia ad sua ministeria digne exercenda recipiunt gratiam, & peculiarem characteris potestatem, tum, quia ex officio ministri sunt cultus religionis Christianæ, qui Deo exhibetur, ideo si in mortali ministrant sacramenta, specialem, notabilemque iniuriam irrogant Christo: quia irreueren-

tiam insignem inferunt, tum consecrationi & participationi sacerdotij Christi; tum etiam ministerio religionis, & gratiæ, quam suscepit ad digne ministrandum; tum etiam ipsis sacramentis sanctis & sanctificantibus: tum demum indigne & in mortali functiones sacramentorum exequentes insigniter sunt irreuerentes, & iniuriosi ipsi Deo auctori omnium horum. Quocirca de his loquens hic Diuus Thomas merito sic dignos esse damnatione æterna (quia ex genere suo peccant mortaliter) ostendit. Nam omnes sancti hoc in clamant. D. August. tract. 5. super Ioan. & habetur. 1. quæst. 1. cap. si iustus, & libr. 2. contra literas Parmeniani, cap. 5. & cap. 11. eiusdem libri, & habetur. 1. quæst. 1. cap. per Isaiam, & cap. 10. eiusdem libri; & habetur. 1. quæst. 1. cap. omnia & testimonia D. Hierony. & D. Gregorij adducta in articulo præcedenti D. Dionys. in episto. 8. ad Demophilum. Tum etiam per vigentes rationes tales ministros indignos damnabiles esse ostendunt. Quia si in veteri lege Leuitic. 19. Dominus terribiliter minabatur dicens: Omnis homo, qui de stirpe vestra accesserit ad ea, quæ consecrata sunt Domino cum immunditia, scilicet, corporali, peribit coram Domino: quid fiet de illo in lege noua, qui sacrosancta mysteria immunda mente contrectat? Qualis erit eius perditio? Tum præterea, si celebrare mysterium sanctæ Eucharistiæ in loco immundo, vel manibus obscenis, vel vestibus laceris, vel immundis est irreuerentia mortalis, vt tradit Cæcilian. in summ. verbo. missa. & vt elicitur ex cap. 2. extra de custodia Eucharistiæ, quanto ergo erit sacrilega magis irreuerentia cum immunditia spirituali proditorie, quasi alterum Iudam ad venerandum, & tremendum sacrosanctum altaris sacramentum accedere. Iam igitur quo totam materiam suis numeris absolua-

mus, has sequentes conclusiones statuamus. ¶ Sit igitur prima conclusio: Ministri ex officio, qui in peccato mortali ex officio Dei, & Ecclesiæ in sacramentorum dispensatione suam exhibent ministerium mortaliter delinquant. Hæc conclusio probata est sufficienter ex rationibus adductis, & ex auctoritate sanctorum, quos allegauimus.

¶ Secunda conclusio. Laicus ministrans baptismum in casu necessitatis sibi permissio, licet implicitus pro tunc sit peccato mortali, non in culpa incidit mortalem. Patet: quia neque ad id fuit consecratus, aut accepit gratiam, quæ sunt duo capita in ministerium ex officio indigne ministrantem inducentia culpam mortalem.

¶ Tertia conclusio. Sacerdos baptizans in mortali, in casu vrgentis necessitatis, etiam si communi-

culatus culpa lethali id faciat, sine solennitate, A sed vt merus laicus, non ob id est notandus de culpa mortali. Patet: quia tunc non vtitur consecratione ad id, cum non faciat, vt minister ex officio, sed causa necessitatis. Ita tenet Diuus Thomas in solutio. ad tertium & Palude in. 4. distinct. quinta, quæstio. 2. hanc asserit esse opinionem communem contra Adrianum in. 4. quæstio. 3. de baptis. & contra alios plures.

¶ Eorum autem rationes non obstant. Nam primo non obstat, quod in casu extremæ necessitatis sacerdos se exhibet ministrum: quia non se exhibet ministrum ex officio, sed causa necessitatis; ideo euadit peccatum mortale.

¶ Neque obstat secundo, quod huiusmodi sacerdos in quacunque vrgenti necessitate cum possit in momento poenitere, potest digne ministrare baptismum, ac per consequens non poenitendo non excusatur. Quia non ratione necessitatis præcise, sed quia non id agit ex officio, sed vt merus laicus, ideo immunis fit à culpa mortali. Neque obstat tertio, quod obijcitur, quod videtur contaminare sacramentum baptizando in mortali in super, & afficere iniuria Deum, immunditia quadam spirituali sacramentum eius contrectando. Quia respondetur, quia tunc non agit id ex officio, ad quod est consecratus, non irrogat irreuerentiam mortalem Deo, sicut & laicus. Quia tunc tantum censetur occurrere necessitati, sicut occurrit laicus. Nihilominus propter argumenta, quæ peruiam solutionem habent, Durandus in. 4. distinctione quinta, quæstio. 2. tenet securius esse in hoc casu necessitatis baptismi accedere ad baptizandum puerum, sacerdotem prius per contritionem purgatum à peccato. Verum Palude in. 4. sentent. distinct. quinta, quæst. 2. & Capreolus in. 4. distinct. 6. contemperamentum hoc adhibent conclusioni huic, quæ est Diui Thomæ, dicentes, quod si in illo vrgentis necessitatis articulo occurrant peccata sacerdotis memoriæ: tunc quatenus digne possit baptizare, tenetur D internum peccatorum concipere contritionis dolorem. Si vero peccata menti obuia tunc non fiant, non tenetur immorari ad discutiendam conscientiam, vt doleat. Verum tamen, etsi securum hunc modum dicendi esse fateamur: Tamen non necessario est sequendus cum absolute Diuus Thomas sine distinctione doceat contrarium.

¶ Quarta conclusio: In peccato mortali matrimonium contrahentes, peccant quidem mortaliter, quatenus indignè sacramentum matrimonij suscipiunt: non autem quatenus, vt ministri per mutuum consensum, & verba

sacramentum matrimonij conficiunt. Primum patet: Quia suscipientes sacramentum indignè ponunt obicem gratiæ conferendæ per sacramentum: ergo fiunt culpabiles mortaliter. Secunda pars conclusionis probatur: Quia licet ipsi contrahentes sint ministri sacramenti matrimonij sic contracti: tamen ad id ministri non sunt sanctificati. Imo opinio Paludis vbi supra fati est probabilis, rationique consona, quod etiam si sacerdos ibi interesset ad coniungendos eos matrimonio, impertendæque benedictiones (quæ hæc omnia ad solennitatem tantum attinent sacramenti matrimonij) nullam culpam hinc contraheret mortalem: B quia communis opinio dicitur contrahentes matrimonium ipsum, conficere sacramentum, cum ipsi applicent materiam, & formam. Vnde ad hoc sacramentum, vt supra meminimus non est determinatus ecclesiasticus minister, qui de essentia sit sacramenti.

¶ Quinta conclusio: Reliqua sacramenta, nempe, confirmationem, eucharistiam, ordinem, confessionem, extremam vntionem, nullus potest ministrare, etiam in vrgenti necessitate, nisi vt minister ex officio. Quocirca, qui ea est ministraturus, ne alio nouo peccato mortali intricetur, oportet, vt ab omni culpa mortali sit liber. Patet: quia nullus non initiatus sacerdotali ordine ad hæc dispensanda sacramenta potest admitti; neque etiam in necessitatis articulo. Quare audiendus non est Henricus Gandauens. quodlib. 6. qui asseruit necessitatem alicuius morientis, siue necessitatem vitandi scandali satis excusare ministrum, sacramenta in peccato mortali ministrantem. Similiter expellendus est Palude, qui excusabilem à culpa mortali sacerdotem esse affirmat, si in necessitate vrgenti infirmo morienti incontritus de mortali, quod habet porrigeret eucharistiam. Quia caput. quod in te. de poeniten. & remiss. cui innititur, nihil tale probat: quia solum loquitur de sacerdote interdicto, aut subiecto cessationi à diuinis.

¶ Sexta conclusio: Diaconi ministrantes in peccato mortali, & etiam subdiaconi, quando id agunt solenniter exercentes suum ministerium extra gratiam nouo inuoluntur crimine mortali. Patet: quia de diaconis, inquit Diuus Paulus. 1. ad Timotheum. 3. Diaconi habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et paulo post subiungit: sic ministrent nullum crimen habentes. Et patet ratione: Quia cum diaconus, & subdiaconus sacris ordinibus sint initiati, & ad functiones suas gratiam & characterem receperint, & coniuncta valde habeant ministeria & proxima sacramento eucharistiæ: non

non abest à magna irreuerentia contra Christum Dominum impura mente sua officia peragere. Hæc conclusio licet suos contradictores habuerit, scilicet, Henric. de Gandau. Victoriam, Marti. de Ledesm. in. 4. & Sotum in. 4. distinct. prima. quæst. quinta. artic. sexto qui licet hanc probabilem reputet, libentius in contrariam sententiam inclinat: tamen Gregorius. IX. cap. vltimo, de temporibus ordinand. ubi non solum loquitur de sacerdotibus, sed de alijs, potissime de diaconis, & subdiaconis nostræ conclusioni suffragatur, dicens, quod si huiusmodi ministri sunt in peccato occulto, & nō egerint poenitentiam, monendi sunt, & sub interminatione diuini iudicij obtestandi, ne in iudicium suæ damnationis in susceptis ordinibus administrēt. Fauet quoque nobis D. Dionysius, qui libro de Eccles. Hierarch. capit. 1. ait, non fas esse malis, neque symbola tangere. Per symbola autem omnia illa intelligit, quæ vel sanctificationē habent, vel sacra signa sunt. Neque obstant rationes prædictorum doctorum tenentium contrarium. Non, inquam, obfistit prima, scilicet, quod diaconi, & subdiaconi nullius sacramenti sunt ministri ex officio, sed solum sacerdoti celebranti in altari ministerium exhibent: ergo non est mortale sacrilegium, si indigne sua officia peragant. Quia respondetur, quod adhibent quidem ministerium multum proximum, circa arduum eucharistiæ sacramentum, & præterea ad tale ministerium digne peragendum sunt sanctificati: ergo ad sua digne exequenda munia indigent pura vita. Ac propterea concil. Trident. sessio. vigesima tertia. cap. 13. decernit. diaconos, & subdiaconos esse ordinandos, qui bonum testimonium habeant, vt Diuus Paulus primò ad Timoth. 3. insinuat, & qui sperent Deo autore continere posse. Quocirca Ecclesia ab his, sicut & à sacerdotibus in sua ordinatione castitatis solenne votum exigit, indicans singulari eos debere munditia pollere debere, propter proximitatem ministerij sui circa sacrosanctum sacramentum altaris. Neque obstat secundo, quod sequeretur, vt ipsi putant, quod patres etiam spirituales assistentes sacramento baptismi, & confirmationis in peccato mortali non possent liberari à nouo peccato mortali; quia etiam assistunt sacerdoti baptizanti; sicut diaconus & subdiaconus sacerdoti celebranti. Quia respondetur, quod vel cæcus videt, quā mala sit hæc sequela, cum susceptores ad dicta sacramenta, neq; cantantes in choro sint consecrati ad tale ministeriū.

¶ Septima conclusio: Cæteri inferiores ministri constituti in minoribus ordinibus,

etiam si ministrent ex officio, non est illis tribuendum culpæ mortali nouæ, si suas functiones in peccato mortali exequantur. De his autem non dubitat Sotus, neque de hac nostra septima conclusione, licet de diaconis & subdiaconis dubitant. Huic septimæ conclusioni astipulatur Henricus de Gandau. ubi supra. Magist. Victoria, Sotus contra Diuum Thomam in. 4. distinctio. vigesima quarta, quæst. prima, articul. tertio, quæst. quinta, & contra Beatum Antonin. 3. part. titu. 14. cap. 16. §. 4. & contra Syluestrum, verbo. clericus. 2. quæstio. secunda, & contra Albertum in. 4. distinctio. vigesima quarta, artic. vndecimo, & Caietan. 2.2. quæstio. 6. artic. 2. Tametsi Caietan. ibi non loquitur de peccato mortali, & illud dixit soluendo argumentum. Vnde regula obseruanda est, quam tradit Diuus August. libr. de prædestinatione sanctorum, scilicet, quod in solutionibus argumentorum, & obiectionum non ex professo loquuntur semper doctores. Hæc septima conclusio primo inde patet; Quia licet isti sint consecrati ad sua officia; tamen sua ministeria sunt inferiora, & humilia respectu ministerij proximi ad eucharistiam: & sunt separata à tam alto ministerio. Quia eorum officia sunt claudere ianuam ecclesiæ, legere in choro, portare cereos, & similia. Ergo ex paruitate materiæ, videtur, quod etiā si indigne ministrauerint, nō sint tam atro calculo peccati mortalis notandi. Nam sacerdos initiās officium in choro, & benedicens aquam benedictā, & panem, benedictionesq; impertiens cōtrahentibus matrimonij, et si indigne hæc peragat officia, quæ longe potiora ministeria sunt, quā functiones minoribus ordinibus initiatorū, à nullo doctore notatur de culpa noua mortali. Ergo neq; istis culpa mortalis ob id venit imputāda de nouo: quia esset multiplicare damnationis laqueos. Non me latet cōtrariæ opinionis assertores apparenter ad rationes adductas pro nostra conclusione respondere: sed nostræ rationes suadent nō esse præcipitandā sententiam de mortali. Quam quidē conclusionē ideò libentius amplectimur: quia per eam media incedimus via, vitantes extrema, quæ magis à vero, dum sunt cōtraria, deuiare solent. Sed tamen in eam sententiam veniūt omnes: quod subdiaconi, & reliqui inferiores ministri, dū sua ministeria non exercent ex officio, et si indigne, id est, in peccato mortali ea exhibeant non cōmaculantur noua culpa mortali. Sicut, verbi gratia, si subdiaconus ministraret sine manipulo, neque disponderet calicem, tunc in mortali hæc agens non censetur denuo delinquere mortaliter. Nam prædicta ministeria præstantur à subdiacono, quando fungi-

fungitur suo ministerio solenniter, & ex officio. Patet quia tunc non ministrant, vt consecrati, sed vt laici; & non ex officio.

¶ Octaua conclusio: Peccator manifestus prædicandi munus exercendo peccato mortali denuo implicatur. Quæ autem hodi quia non citra magnam irreuerentiam verbi diuini id munus prædicandi suscipit, cum ex parte sua officij prædicandi in ecclesia vires, & auctoritatem eneruet. Quod & confirmat D. Gregor. in secunda part. pastor. cap. 11. Vbi ait, necesse esse, vt cuius vita despicitur, etiam doctrina contemniatur. Facit pro hoc illud psalm. 49. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas. Et D. August. super illud, item ad Romanos. 4. Alium docēs, te ipsum non docēs. Et subditur, nomen Dei blasphematur inter gētes. Accedit & auctoritas Arist. 10. Ethicor. dicētis: Sermones qui sunt à malis dissonare veritate.

Nona conclusio: Peccator occultus, si prædicatoris officio fungatur in mortali nō ex contēptu, sed cū quadam suorum peccatorum confusione cum tremore, & humilitate, quia vellet in hoc munere & in hoc officio cum puritate cordis in seruire Deo, non sibi est id ascribendū nouæ culpæ mortali. Patet: quia non est consecratus, etiā si sit sacerdos ad hoc ministeriū. Neq; iste actus prædicandi est sacer, neq; actus alicuius ordinis, ex institutione diuina, sed ex institutione ecclesiastica cōpetit sacerdotibus prælatis, aut ad id habentibus cōmissionem sacerdotibus, siue diaconis. Et quia dato, officium prædicandi, vt patet ex c. adducimus. 16. q. 1. ex institutione ecclesiæ soli sacerdoti videatur concessum, ac propterea religionis actū esse contendatur; non tamē in de conuincitur, prauum occultū sacerdotē id munus exercendo mortalis culpæ denuo obnoxij fieri. Quia etiā cantare in choro officij religiosum esse videtur, & tamen indigne & in mortali ibi laudes Deo persoluentes nullus Doctorū criminis mortalis reos fieri censet. Neq; obstat auctoritas D. Thomæ in 4. sent. dist. 19. q. 2. art. q. 2. ad. 4. vbi ait, quod prælatus constitutus in peccato mortali occulto ex officio prælationis munus prædicandi exequēs, mortaliter delinquit. Tū, quia. 2.2. q. 60. videtur recantasse palinodiā. Tum: quia si aliā. 4. partem edidisset identidē se retractasset. Vel certē Diuus Thomas id asserit, non de omni prælato occulto peccatore: sed de eo, qui ex officio prælationis prædicans in cōsuetudinē ducit immunda anima tali muneri prædicandi vacare. Quia hoc verbi Dei contemptum quendam videtur præ se ferre.

¶ Conclusio. 10. Nullus prædicationis officio fungi potest, nisi sacerdos sit, aut diaconus. Sed neq; isti ad hoc officij se introgerere possunt, Insuper. consc. pars. 2.

¶ nisi habita licentia superioris, sine qua hanc prædicandi prouinciā assumere. peccato mortali non caret. Patet autē hæc cōclusio extra de hæret. 9. Quia vero. Vbi præcipitur, vt prædicans sine licentia huiusmodi excommunicetur. Excommunicationis autem sententia, nisi pro culpa mortali, infligi non solet.

¶ Iam superest ad argumēta in principio quæstionis satisfacere. Ad. 1. autē argumētū respondetur secundum Mentem Caiet. & Soti, qd exhibitio sacramenti considerata ex opere operato, scilicet, ex obiecto, id est, tanquā opus exhibitū hoc est, prout Dei instrumentū est, quo ipse vtitur ad gratiæ infusionē; sub hac ratione non inchoat probitatē ministri, tanquā sit de eius essentia: quia sine illa fortitur effectū. Si tamen consideratur, vt opus operantis, scilicet, vt actio humana exiens à ministro, sub hac ratione requirit probitatē ministri, quia requirit, vt reuerenter fiat. Itaque probitas ministri per ordinē ad dignā administrationē sacramenti est de essentia dignæ administrationis: & non solū pertinet ad decentiā: non tamen est de essentia sacramenti, quatenus validum & verum sacramentum est.

¶ Ad. 2. autē arg. respondetur, concedendo, qd administrare sacramēta ex officio, & vt ministri ad id deputati, si fiat in mortali, à mortali ex suo genere culpa non abest. Tamen ministrare ex casu urgentis necessitatis, non est ex genere suo crimen mortale. Et eodē modo ad. 3. respondetur, qd licet omnis irreuerentia non sit de genere suo mortalis, sed bene iudicatur talis irreuerentia ministri ex officio ministrātis in culpa mortali.

¶ Ad quartum, & quintū arg. respondetur, qd non est incoueniens, qd vno inueniente dato plura sequatur, & qd ex vno actu malo plura mala oriatur: quia in indigna celebratione ea plura peccata includuntur. Quo circa respondēdo ad 5. dicitur, qd si ea peccata vitare cupit celebraturus, muniat se contritione, si sit in mortali. Imò ad digne suscipiendā eucharistiā probet se prius perfectā probatione, id est, prævia confessione.

¶ Ad. 6. arg. respondetur, qd administrans indigne sacramentum, licet obieem non ponat veritati sacramenti, & eius effectui, id est, gratiæ: tamen obicē ponit dignæ sumptioni eius, quæ est in præcepto, iuxta illud: Sācta sanēte trāctabis.

¶ Ad. 7. negatur, quod non agat contra præceptum Dei minister indigne administrans & ex officio: quia est contra præceptum religionis in re graui. Neque requiritur præceptum hoc ita specialissimo modo sit expressum, in sacris literis: quia satis apertē ex eis colligitur. Iam ad reliqua argumenta ex prædictis statutis conclusionibus solutio est patens.

¶ Porro, secundum argumentum D. Thomæ excitat



excitat peculiare difficultates in hac materia re-  
solutu necessarias, quæ sub hac generali quæstio-  
ne continentur, scilicet, an licitum sit à malis mi-  
nistris recipere sacramenta. Expeditio autem  
huius quæstionis præexigit illius distinctio-  
nis notitiam, qua distinguuntur mali ministri:  
Nam quidam sunt, qui ab ecclesia non toleran-  
tur: cuiusmodi sunt hæretici & schismatici, præ-  
cisus, & publice & nominatim excommunicati,  
notorij, quoque percussores clericorum, etiam in  
minoribus ordinibus constitutorum: qui ita sunt  
notorij, ut nulla tergiversatione possint celari.  
Alij autem sunt, qui ab ecclesia tolerantur: cuius-  
modi sunt peccatores, siue manifesti, siue occulti,  
& etiam excommunicati, quacumque excommuni-  
catione alia. Insuper & illa distinctio præmittenda  
est, scilicet, quod huiusmodi ministrorum eccle-  
siae quidam ad ministranda sacramenta sunt pa-  
rati: alij vero ad id parati non sunt: inter quos  
quidam sunt qui ex officio ad sacramenta dispê-  
sanda astringuntur: alij vero non.

His præmissis, prima statuitur conclusio: A-  
ministris non toleratis ab ecclesia, siue parati sint  
ad sacramenta ministranda, siue non, sacramen-  
ta recipere nullatenus licitum est. Hæc autem cõ-  
clusio, quamuis Scotus eam vertat in dubiũ, om-  
nium Theologorum calculis approbatur: in super  
ex ca. multis. de sent. excommu. & ex ca. vlti-  
mo. 24. q. 1. & ex ca. 46. Apostolorum corro-  
boratur.

At ab hac conclusione an aliqua detur ex-  
ceptio, dum in dubium vertitur, contendi senten-  
tia Theologorum, excipitur baptismus, qui ab hæ-  
reticis & schismaticis, atque à ministris quibuscum-  
que censuris nominatim, & publice innotatis &  
pæcisus in necessitatis articulo extremo, recipi  
potest probatur autem ex ca. si quem. 24. q. 1. Tũ  
etiã id conuincit ratio: quia ea est necessitas sacra-  
menti baptismi, ut etiam in vrgentis necessitatis  
articulo Deus paganus baptizandi facultatẽ de  
facto concesserit: ex quo corollariẽ consequitur,  
quod si ministros, siue excommunicatos suspẽ-  
sos ve, aut interdictos in huiusmodi extremæ ne-  
cessitatis articulo baptizantes, ab incurfu irregu-  
laritatis fieri immunes: quia cum ad id ex præ-  
cepto diuino tunc teneantur, talẽ poenã euadunt.

At verò in simili extremæ necessitatis casu,  
vbi quis angustijs mortis vrgetur, quãdo cõfesso-  
ris idonei copia nõ suppetit sibi an possit ab his  
pæcisus ministris, puta hæreticis, schismaticis,  
excommunicatis publicè, & nominatim sacramen-  
tum absolutionis suscipere, magis in dubiũ reuo-  
catur. Nihilominus tamen (et si Adriañus in. 4.  
sent. art. 3. cum communi opinione teneat paritẽ  
negatiuam, quod non liceat) probabilis est affir-  
mativa nostri temporis aliquorum doctorum

A sententia, scilicet, quod licet. Quam apparentibus  
comprobant rationibus. Tum, quia sicut bap-  
tismus est necessarius ad peccatum originale dele-  
dum: sic sacramentum poenitentiae necessarium  
est ad peccatum mortale actuale remittendum.  
Ergo si in tali articulo necessitas licet petere  
baptismum: ergo, & sacramentum absolutionis  
licet petere ab his pæcisus, cum quia oppositũ  
vergeret in magnum periculum, & detrimentũ  
salutis peccatorum: cum non tam facile sit extra  
sacramentum in re habere contritionem: frequẽ-  
tiusque contingat attritionem solam habentes  
cum sacramento in se suscepto fieri ex attritis cõ-  
tritos, primamque assequi gratiam. Non est ergo

B credendum piã matrem ecclesiam in hoc ne-  
cessitatis extremo articulo his pæcisus ministris  
potestatem absoluendi abstulisse. Nam, cum tũc  
in mortis articulo constitutus sua confiteri pec-  
cata ex præcepto diuino teneatur: non videtur  
in potestate ecclesiae situm esse per vllam exco-  
municationem impedimentum ponere ministro  
pæcisus, quin possit eius audire confessionem,  
& facientem, quod in se est absoluerẽ. Neque ob-  
stant communis opinionis rationes. Nam pri-  
ma nihil officit. Quia licet ista permissio in arti-  
culo mortis suscipiendi sacramentũ absolutionis  
à pæcisus ministris non reperiat in iure, sed ne-  
que est ibi expressa prohibitio in tam speciali  
casu extremæ necessitatis. Neque intelligitur his  
pæcisus adempta esse iurisdicctio ad absoluendũ  
in tali mortis articulo, siue illam, vel potius nu-  
dum ministerium ad absoluendũ in hoc extre-  
mo mortis articulo habeat pæcisus minister (vt  
probabilius censet Sotus cum Durando contra  
Palud. & contra Capreol.) per auctoritatem ec-  
clesiæ, siue, vt sentiunt Palud. & Capreolus ex  
iure diuino id habeat. An verò hæreticus vel apo-  
stata minister in tali articulo absolutionem im-  
pendere possit morituro, & morti proximus pos-  
sit eam ab his suscipere, magis est ambiguũ. Igi-  
tur licet Nauarrus (quia ius non distinguit) con-  
cedat in prædicto articulo etiã ab hæretico præ-  
dictum absolutionis sacramentum posse suscipi:

C tamen valde probabile esse duco (vt Sotus cen-  
set cum Syluestro verb. confess. 1. §. 2. & cũ Ray-  
nerio) quod ab hæretico, vel apostata in prædicto  
mortis articulo suscipere sacramentale absolutio-  
nẽ non sit licitũ. Tum: quia eradicata iã fide ip-  
sum vsum iurisdicctionis istis ecclesia nõ videtur  
permittere. Tum, quia apostatam carere inten-  
tione absoluendi merito timeri posset. Imo ab  
hæretico, si circa articulum sacramenti confes-  
sionis erraret peruersionis periculum meritò  
esset formidandum, si petens in illo mortis articu-  
lo ei se absoluendum committeret. Quocirca,

D tum propter cauendum id periculum, tum quia poe-  
nitentiæ

nitentiæ sacramentum non est tam necessariũ, A  
sicut baptismus, tali morituro ab huiusmodi apo-  
stata vel hæretico absolutionẽ percipere non li-  
ceret. Tamen nõ negamus, probabile esse quod ab  
hæretico circa articulum sacramenti confessionis  
non errante (si peruersionis ab illo periculum pro-  
ximum morti non timeret, vbi alius nõ subesset  
sacerdos, qui posset illum audire) possit absolu-  
tionem percipere propter rationes, antea addu-  
ctas. Laicus vero in articulo mortis, vbi abesset  
sacerdos non posset absoluerẽ, à censuris, quia  
neque à peccatis absoluerẽ potest; ratione cuius  
simplici sacerdoti in mortis articulo à censuris  
quibuscumque absoluerẽ permittitur.

Secunda conclusio: A quocumque sacramen-  
torum ministro malo non pæcisus, sed tolerato  
ad ecclesia, dummodo paratus sit sacramentum  
ministrare, licet cuiuscumque illud suscipere, siue in  
necessitate, siue extra, si modo ex officio, aut ex  
priuilegio possit illud ministrare. Nam si nõ sit  
prælatus, vel confessarius expositus & appro-  
batus ab episcopo, nõ potest extra mortis articu-  
lũ sacramentũ absolutionis impendere. Exem-  
plum autem conclusionis est videre, in virtute  
cruciatæ potientie priuilegio eligendi, quem ma-  
luerit ex expositis confessorem, qui potest eli-  
gere Petrum paratum ad audiendas confes-  
siones, licet sciat esse in concubinato, si Petrus hic  
quia doctior est eius conscientia melius consu-  
lere poterit. Nisi forte Petrus esset tam publi-  
cus peccator, vt confessio ei facta scandalum in-  
generaret in populo. Hæc conclusio est D. Tho-  
mæ. Cuius ratio probatiua est in promptu: quia  
pænitentiam ab hoc non petit vt is peccet, sed vt  
sacramentum impendat quod potest respiscẽ-  
do, iuste facere: sicut iuste à parato sub vsuris mu-  
tuare recte, licet quis petit vt sibi mutuet. Sicut  
secundum D. August. licet fideli petere iuramẽ-  
tum ab infideli parato iurare per Deos falsos:  
quia solum petitur ab eo confirmatio veritatis,  
quam licite posset infidelis præstare, iurando  
per Deum verum. Patet etiam ex: 15. q. 8. can.  
sciscitantibus, vbi Nicolaus ad consulta Vulga-  
rorum diffinit à quocumque sacerdote, siue  
adultero, siue alia sinistra fama resperfo, quous-  
que iudicio episcoporum reprobetur commu-  
nionem percipi posse. Quoniam mali admi-  
nistrando se tantum lædunt, & cætera, sicut  
fax accensa, sibi quidem detrimentum præstat,  
alijs verò lumen in tenebris administrat. Si ta-  
men tam commode alius probus minister  
consulere poterit meæ conscientia, sicut Pe-  
trus concubinarius, paratus tunc prælige-  
re Petrum concubinarium, culpa non caret,  
licet censet Sotus talem culpam non pertin-  
gere ad mortalem. Quam tamen sententiam

Instruẽt. conf. pars. 2.

Soti limitandam esse existimo iuxta mentem  
Diui Thomæ 2. 2. quæstione. 79. in sol. ad. 2.  
quando huiusmodi scandalum ministri in  
mortali parati ministrare proueniret ex ma-  
litiã ipsiusmet. Secus si proueniret ex igno-  
rantia, vel ex fragilitate, vel infirmitate, sci-  
licet: Vel quia ignorat se esse in mortali im-  
pediente ipsum ministrare digne, vel quia est  
paratus ex infirmitate, ne, scilicet, incidat in  
suspicionem & notam criminis, si viderint  
eum renuerẽ sacramenta ministrare. Vel si est  
paratus, ne familiaribus, & quibus alias est ami-  
cus subterfugiens audire eos de confessione, &  
absoluerẽ fiat ingratus: quia alias nollet in  
peccato se introgerere ad hæc sacramenta ad-  
ministranda. Nam tunc, præsertim, vbi sunt  
alij æquẽ idonei ab hoc sic parato petere abso-  
lutionem, fortè culpa non careret mortali.  
Quod & adnotauit Nauarrus in summa de oc-  
casionibus datis. Nam hoc scandalum, licet  
pæsiuum, cum non tam proueniat ex mali-  
tatiã parati, quam ex eius fragilitate, vide-  
tur ex præcepto naturali fore vitandum. Ne-  
que obstat D. Gregorius can. si qui sunt. 81.  
dist. vbi prohibet omnes officijs eorum interes-  
se, qui sunt in publico concubinato, vt patet  
ca. nullus & can. præter. Quia secundum So-  
tum canones hi (qui solum loquebantur de con-  
cubinato clerico, ita notorio, vt nulla posset  
tergiversatione celari) iam recesserunt ab vsu.  
Vel secundum Nauarrum, licet vigorem suam  
non amiserint, tamen regulariter contingit à  
vulgaribus, & popularibus ignorari, vnde ex-  
cusantur. Vel fortè: quia hæc erat quædam  
suspensio, qua clerici notorij concubinarij sus-  
penduntur, quo ad se & quo ad alios. Post con-  
cilium Constantiense iam more, & vsu ecclesiæ  
receptissimum in hoc casu populares iam non  
tenentur ab eis vel ab eorum communicatione  
in diuinis, vel extra abstinere, dum non fuerint  
publicè & nominatim suspensi, aut interdicti,  
aut excommunicati. Neque obstat quod puella, ver-  
bi gratia, si nosset confessorem, ex illius confes-  
sione in libidinẽ concitandũ, vel in homicidiũ  
perpetrandũ fore prouocandũ, non licet ei à tali  
confessore sacramentũ absolutionis efflagitare:  
ergo neque à ministro malo parato. Quia respon-  
detur, quod talis mulier, neque parochus suo sic fragi-  
li potest in confessione, suam conscientia nuda-  
re, etiã si sit in peccato mortali alios omnes acce-  
dentes audire, & absoluerẽ paratus. Quia reuera  
mulier hæc huic fragili ministro de nouo peccã-  
di alio distincto peccato occasionẽ præbet con-  
fitendo & sua peccata turpia & inhonesta inci-  
tatiua illius ad malũ, vel ei exhibẽdo suã corpora-  
lem præsentiam, quod quidem scandalum, quia

F 2

quodam-

quodammodo est actiuum, & non solum acceptū ex malitia, sed aliquomodo datū de iure naturæ, vitandum est. Præsertim quia in dolo sine notabili detrimento vitantis vitari potest. At vero nihil tale contingit, quando alias ex sua malitia paratus ministrare inuitatur ad ministeriū absoluteionis ab eā petente. Quia in hoc casu, tantum abest, vt malum minister, iam paratum scandalizet, vt per eam humilem supplicationē eū inuitet ad suę vitę emendā, & poenitentia. Facit per hac responsione D. Th. in. 4. sent. d. 27. q. 3. a. 3.

¶ Tertia propositio: Nemini licet improbos ministros non paratos, neq; ad sacramenta exhibenda se offerentes ad id inducere, nisi petentem necessitas petendi cogat, dum est extrema, si petit à parochio nō suo, vel nisi etiā extra grauem, vel extremam necessitatem officium illū ministrum ad ministranda sacramenta obliget: quia prælatus, vel parochus est petentis sacramentū. Patet: quia alias ad peccatū inducere à peccatō non abest, eo quod sit causam delinquendi tribuere. Quod & regula iuris confirmat, quæ quod ipsa de damno dato ait, de data occasione culpæ verificatur. Nam etiam qui casum culpæ dat, culpā dedisse videtur. Item secundo à simili patet: quia sicut nō paratum ad mutuandū sub scœnore inducere non licet: sic neque ministros malos nisi in prædictis duobus casibus. Neque obstat, quod petens à malo ministro absolui, et si non sit paratus, nihil ab illo petit, quod sine peccato non valeat præstare: quia respiciens per contritionē, id iuste exequi potest. Quia respondetur, quod si sic inducens non paratum credit, ministrū malū nulla præuia contritione respicientem absoluteionis sacramentū ei impensurū, licet non concurrat formaliter, id est, ex intentione ad eius peccatū, quia non intendit inducere ad peccatum, concurrat tamen materialiter ad opus peccati: quo circa neq; hanc culpam à se repellit. Sicut qui voluptatis gratia incenderet ignem, vnde alienā domum incendio fore cōcremandam nosset, culpā nullatenus posset effugere. Si autem ille minister malus iam in præparazione animi ad id faciendum constitutus esset: tunc petens, neque materialiter, neque formaliter ad eius peccatum diceretur inducere.

¶ Ex prædicta conclusione tertia, primò sequitur corollarie, licitū esse cuilibet suū prælātū inducere, si talis prælatus aliqua cēsurā Ecclesiæ non sit præcisus à ministerio, etiam si inducenti innotescat indigne administraturum fore sacramentum. Hoc corollarium est Caietani. Cuius ratio est patens: quia dum talis petit & inducit ad id prælātum suum, vtitur iure suo. Qui autē iure suo vtitur, nemini infert iniuriam, iuxta caput cum Ecclesia Vulteraana de elect. & l. in-

A iuriarū. ff. de iniurijs. Non est ergo illicitum subdito à prælato id petere.

¶ Sequitur etiam secundum corollariū, quod quicumq; est in extrema necessitate sacramenti constitutus, malū ministrum non paratū, etiam si suus non sit parochus, aut prælatus ius inducendi ad collationem sacramenti habet: ac subinde à peccato inductionis fit liber. Hęc assertio quoque est Caietani. Quæ etiam liquet ex iure inducendi, quod extremam necessitatem cuiusque sic indigenti tribuit. Nam ex eodē iure extremam necessitatis minister malus eam patienti tenetur suppetias ferre. Neq; obstat argumentū, quod inducere ad malum de se est malum, ac per consequens, quod in nullo casu licet. Quia respondetur, hoc non esse proprie inducere ad malum, sed inducere id id, quod petens petendi ius habet, & quod prædictus minister præstare tenetur, & exhibere potest sine peccato. Diximus notanter in extrema necessitate: quia necessitas alia præter extremam mortis, licentiam non præbet inducendi ministrum prauum, qui non est paratus, neque est petentis sacramentum prælatus.

¶ Hactenus de malo ministro, quatenus ei obstat indignitas vitæ, & morū ad digne ministranda sacramenta dictū est, an ad hanc administrationem induci possit. Nunc vero de ministro ratione alicuius censure Ecclesiasticę à suo officio impedito reliquum est, vt dicamus, an ad sacramenta dispensanda possit induci. Igitur pro hoc sit prima conclusio: A quocunq; ministro irretito aliqua ex tribus cēsuris Ecclesię, scilicet, interdicto, suspensione, aut excommunicatione, quibus prohibetur sacramenta ministrare, dū nominatim & publicē his cēsuris non sit implicitus & dum manifestus nō sit percussor clericus, ita q; nulla possit tergiversatione celari, si sit paratus, licet cuiq; sacramentū percipere, tā in necessitate, quā extra, perinde, ac si non esset talibus cēsuris innodatus. Patet hæc conclusio ex indulgentia concilij Constantiensis sic vsu recepti; quod ad cauenda pericula animarū sic indulget.

¶ Secūda conclusio. Vnicuiq; etiā extra necessitatem licet prælātū excommunicatū, sed nō nominatim ad sacramenti collationē inducere. Hęc conclusio est contra Adrianum in. q. de baptismo art. 3. in. 2. arg. vbi excusat à peccato petentes in hoc casu conclusionis: sed non excusat ministrantes propter verba concilij Constantiensis declarantis, quod per prædictā indulgentiā non intendit ipsos excommunicatos in aliquo releuare, aut eis quomodolibet suffragari. Probat autē, quia vt ex prædicto concilio colligitur, talis cōcessio facta est timoratis conscientijs in bonū petentium vt nominatim nō excommunicatos nō teneretur vitare

vitare in diuinis, vel extra consequenter: Ergo concessum esse videtur; tum ad consulendū securitati petentium, tum ad vitandā perplexitatē, prædicti ministri, quod etiā ad instantiā petentium possent licite contritione præuia si essent in mortali nō obstante prædicta censura sine præuia eius absoluteione suū præstare in hoc officio, absolueos poenitentes, &c. qui eorū sunt prælati. Alioquin frustranea esset concilij gratia concessa subditis petentibus sacramentum cum prælatis se posse suo officio fungi sine sacrilegio. Neq; obstat verba concilij, vt postea declarabitur. Neq; obstat prædicta excommunicatio: quia etiā sine eius absoluteione ad instantiā subditorum, & in eorum fauorem tantū cōceditur, vt prælatus sic censuris irretitus, nō nominatim possit licite sacramenta eis ministrare, ne frustranea sit eis gratia.

¶ Tertia conclusio: In extrema necessitate licet inducere etiā quicumq; excommunicatū nō nominatim, aut nō notoriū percussorē clericus. Patet, quia extrema necessitas (vt prædiximus) petenti, hoc ius petendi tribuit, taliter, vt prædictū ministrū ad in illo casu necessitatis opem ferendam obliget. ¶ At verò vrgentius dubium instat, scilicet, an extra casum necessitatis, siue extreme, siue nō, cuiusq; liceat à ministro non præciso, id est, non nominatim denunciato de aliqua censura, vel notorio percussore clericus (nam hos sic nominatim denunciatos, aut notorios percussores clericorū præcisos vocamus, & non toleratos ab ecclesia) recipere sacramentum, aut liceat, ad illum cōferendum inducere, etiam si prælatus non sit. Videtur autem, quod hoc eis non liceat: quia ad hoc non habent petentes ius, & quia petunt actum, quem talis excommunicatus per solam cōtritionem, quā potest ad manum habere, nō potest licite præstare: quia indiget absoluteione ab excommunicatione, quā non habet in præcepto. Respondetur ergo nihilominus cum Victoria in summa de Chæues summato, & cum Soto in. 4. sent. d. 22. q. 1. art. 4. contra Syluestr. quem ibi in contra allegat, quod licet huiusmodi ministros excommunicatos nō præcisos inuitare ad sacramenta conferenda. Imo si sint prælati ad id possunt à subditis cogi. Nā sacerdotes hi tantum generaliter excommunicati dum inuitantur nō peccant sacramenta administrando. Alioquin concilium Constantiense non satis consulisset conscientijs populariū. Nam si sacerdos peccaret in hoc teneretur populus subtrahere. Quare neque subditi, neque alij possent eos tuto inuitare. Neq; obstat verba concilij, scilicet, quod hos generaliter excommunicatos non intendit releuare; quia intelligitur eos nō excusare à peccato, si ip-

Instruct. consc. pars. 2.

A si sibi suscipiant ab alijs sacramenta, vel si ad ea alijs ministranda non inuitati se offerant. ¶ Denique, ad prosligandam confusionem summistarū in hac parte, vt est videre apud Syluestr. verbo, excommunicatio. per totam, statenda est hoc fundamentum, scilicet, cum lata sit generalis censura fuerit contra aliquos criminosos, puta, concubinarijs, vel incedarios, etiam si publice nouterimus esse tales, & propterea confleret notoriē eos incurrisse, excommunicationē, nō tenemur eos vitare, neq; in diuinis, vel extra ex concessione concilij Constant. Vnde hos generaliter excommunicatos etiam notorios, quia vitare non tenemur, sequitur, quod eis communicare possumus etiam ab eis percipiendo sacramenta. Quia tū sit hic fauor concilij, extendendus est etiā ad non subditos, & ad casum etiam non necessariū, & ad hoc, quod possumus inducere non paratos. Tum, quia concilium nihil limitat, aut distinguit respectu eis comunicatiū. Tū, quia alias hæc gratia anxietate cruciaret animos fidelium, vtunt induceret imparatos, vel nō. Igitur ita cōcilij ample est interpretandū, vt pacitas reddat cōscientias: cum concilij mens ea fuerit conscientias fidelium pacare in hoc casu.

¶ Præterea notandum cum Soto, quod dum in extrema necessitate, baptizandus occurrit puer, & solus sit sacerdos, vniū improbus, qui possit eū baptizare, potius est baptizandus à laico probo, qui creditur sine peccato mortali illū baptizaturū, & magis ad hoc inducendus est hic laicus, quam sacerdos nequam, qui creditur in mortali illum baptizaturus, contra Scotum; cuius sententia opposita vera est, quando puer is baptizandus esset sollemniter. At sententia Soti verum habet, quando, quia periculum esset in mora, baptismus conferendus esset sine exorcismis & sine sollemnitate. Et sic rediguntur ad concordiam Scotus, & Sotus.

¶ Præterea: quia de indigna collatione actiua ex parte ministri abunde dictum est, superest, ne quid scitu necessarium desit, & hic meminisse breuiter de ea dispositione, qua minister sacramenti indiget ad illud digne ministrandum, & de præparatione idonea, qua illud suscepturus præparare se debet, ne indigne & infructuose illud suscipiat. Igitur vt huic quæstioni faciamus satis, dicimus primò, quod ad sacramenta omnia conferenda dignē, minister, qui ex officio est ea administraturus alijs, si sit constitutus in statu peccati mortalis, opus habet prius elicere doloris actū, quem probabiliter existimet esse contritionem & emendā propositum præconcepere. Hęc assertio est communis, & vera, vt pote quæ est media inter extremas nō ita probabiles aliquorū decentiū, quod quia dif-

F 3

facile



facile est habere contritionem, satis est minister accedat sine complacencia peccati ad ministrandum sacramentum, proponens se recipere, licet sciat se non esse contritum. Quia, inquit, iste in ea discipulencia, accedens, non videtur prophane sacramentum. Sed hæc opinio ideo refellitur, quia ab uno vel duobus tantum habuit ortum, & quia certe talis minister irreuerenter ministrat, cum sciat se in peccato mortali ministrare, & ea carere dispositione gratiæ, quam ad digne ministrandum à Christo Domino recepit. Quare illi est impurandum, cum ex vi officij ad ministrandum in gratia sacramenta teneatur, si tali dispositione gratiæ caret. Est quoque nostra hæc assertio media respectu illius opinionis, quæ non penitus absurdam putat esse Canus in relect. de poenit. part. 5. fol. 151. in solut. ad. 6. quæ opulatur ad omnia sacramenta præter baptismum digne suscipienda, confessionem præuiam esse peccatori necessariam. Idemque videtur sentire de ministris, propter eius rationem: quia indignum esse arbitrat, ut qui ecclesiam offendit, per offensam mortale munus ecclesiæ, & ministerium sine præuia reconciliatione, quæ fit per confessionem recipiat. Sed quia ex traditione maiorum non constat, quod ministri mortali macula inquinati ad ministranda alijs sacramenta teneantur confiteri, ideo satis est si præuia contritione existimata tali, se talis administrationis curent dignos efficere.

¶ Secundo dicitur, quod celebraturus sacrificium diuinum, & qui initiatur sacerdotio, & cum episcopo simul est consecraturus, si sic sint in mortali, licet quatenus attinet ad consecrandum Christi Domini nostri corpus, & sanguinem satis sit se per contritionem præuiam ad id se præparare. Sed tamen quatenus Christi corpus sunt sumpturi probatione perfecta opus habent seipso probare, quæ fit per confessionem, ut docet D. Paulus & Concilium Tridentinum, sess. 13. can. 11. contra Caiet. repugnantem. 3. part. q. 8. ar. 4. & in sum. verbo. comunio. Et contra Richard. in. 4. dist. 17. art. 3. q. 6. & contra Palud. eadem d. q. 2. Vbi idem sentire videtur: & contra Adria. q. 3. de confes. & contra Abb. in cap. de homine, de celebrat. miss.

¶ Tertio dicimus, quod neque episcopum peccatorem indigere contritione ad euadendum nouum peccatum mortale putandum est, si solum benedictiones aliquas, vel consecrationes, quæ non sint sacramenta sit exerciturus: quia non est principaliter ad id consecratus, sed secundario. Arbitramur autem, & idem iudicium esse ferendum de confirmato: qui licet confirmatus sit ad defendendam fidem, ex officio tamen, quia defensio fidei licet sit actus sanctissimus, non est actus sa-

cer eo modo, quo administrationes sacramentorum dicuntur actus sacri: & quia non apparet, quod semper confirmatus, dum defensionem intendit fidei, id velit facere ex officio: ideo non est damnandus de culpa mortali noua si in mortali crimine adoriatur certamen pro tutanda Catholica fide.

¶ Ad hæc de suscepturis sacramenta, quali se præparatione munire debeant, reliquum est, ut declaremus. Igitur ad id dicimus primò incipientes à digniori sacramento, puta ab eucharistia, quod propter eius excellentissimam præminentiam, quia realiter & verò ibi continetur ipse sanctificator Christus verus Deus & homo, ad sui susceptionem exigit non quamecunq; probationem peccatoris, sed perfectam, quæ est non solum per præuiam contritionem, sed etiã per confessionem, iuxta Concilij Tridentini definitionem iuris diuini declaratiuam. Secundo dicimus, quod licet Victoria in summa de Chaues ad suscipiendum baptismum in peccatore adulto contritionem probabiliter existimatã talem necessariam esse senserit, ea ductus ratione, quod contritio de iure diuino requiritur ad deletionem peccati mortalis etiam in lege naturæ: si ergo gratia baptismi non destruit naturam, sed eam perficit, sequitur, quod nunc etiam in peccatore baptizando contritio exigatur: nihilominus tamè peculiari ratione, ut asserit Sotus, & reliqui Thomistæ ex mente D. Thomæ asserunt: Ad baptismum in peccatore baptizando satis est attritio peccatorum, propter poenas inferni, quæ tollat obicem, ad hoc ut fructuose baptismum recipiat. Quia cum baptizandus veniat regenerandus in baptismo per Christum satis tollat obicem regeneranti Christo. Nã baptismus quædam regeneratio est, iuxta illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c.

¶ Tertio dicimus, quod peccator accedens ad sacramentum absolutionis secundum probabiliorè opinionem, satis est accedat cum attritione cognita. Itã Metina in sua instruct. confessorum, insuper & magister Canus in sua relectio. de poenit. par. 4. fol. 59. vbi asserit ad baptismum, vel confessionem satis esse poenitentiam imperfectã cum sacramento in re ad iustitiã obtinendam contra Sotum & Nauar. defedentes necessariã esse cõtritionem, vel attritionem existimatã probabiliter cõtritionem in poenitente, ut digne accedat ad percipiendum sacramentum absolutionis, sed quia latius de hoc disputauimus in instruct. consc. tom. 1. cõtra Sotum, vbi etiã contra Nauar. propositum emendæ vitæ formale, & explicitum, & non solum virtuale, id est, tale, quod si aduerteret illud virtute doloris conciperet defensionem esse necessariã; non est cur hic in refellendo rationes Soti & Nauar. quæ

quas illic dissoluimus immoremur. Quia præterquã, quod Metinæ assertio consona est Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. Vbi sic ait: Contritio imperfecta, quæ attritio dicitur ad gratiam in sacramento poenitentiae impetrandam disponit peccatorem, ei accedit ratio palmaria Magistri Cani in relect. de poenit. 5. part. scilicet. Quia cum sacramentum baptismi, & poenitentiae sint medicinæ paratæ contra morbos animæ absurdum est, ut nullus, qui se ægrum esse cognoscit possit iuste hæc sumere sacramenta. Quemadmodum res esset penitus absurda, quod medicinas corporales à natura potissimum institutas ad sanandos corporis morbos non posset sumere nisi sanus, aut qui se iam esse sanum existimaret. Idem sentit D. Thomas. 3. p. q. 79. art. 3. ad. 2. & q. 8. art. 4. ad. 2. & in. 4. senten. d. 24. q. 1. ad. 3. Cuius ratio est: quia prædicta duo sacramenta, scilicet, poenitentiae, & baptismi per se ordinantur ad præstandam vitam mortuis; quare licite sumi possunt ab his, qui habent conscientiam peccati mortalis, modo habeant attritionem, qua tollitur obex, & complacencia in peccatum commissum.

## CAPVT. LX.

*Vtrum Angeli possint administrare sacramenta: item: an intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti, vbi satis fit questionem per conclusionem, & satis fit tredecim argumentis positus in contra, & de triplici intentione, scilicet, habituali & virtuali & actuali, Et quænam harum requiratur, aut sufficiat: Et an Deus suppleat defectum intentionis ministri: item an fides ministri sit de necessitate sacramenti: item, an recta intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti: Item, an sacramenta Ecclesia sint septem: Et vtrum conuenienter ordinentur, & an inter ea præemineat eucharistia: Et an omnia sint de necessitate salutis.*



N artic. 7. q. 164. inquitur à Diuo Thoma, vtrum Angeli possint ministrare sacramenta. Respondet autem, quod virtus sacramentorum deriuatur à Christo Domino ad homines, tanquam à capite ad membra eiusdem naturæ existentia. At in natura humana Angeli cum Christo non communicant. Sequitur ergo, quod dispensatio sacramentorum ad Angelos non pertinet. Veruntamen, quia Deus non alligauit virtutem suam

Instruct. consc. pars. 2.

sacramentis, itã vt sine eis effectum sacramentorum impertire non valeat: ita neque ministris suam virtutem alligauit. Quo circa, si aliquod sacramentum ab Angelis ministraretur, quia nunciij sunt veritatis pro valido effect habendum. Sicut etiam quædam templa ab Angelis consecrata dicuntur: quia deberet constare hoc fieri voluntate diuina, neque valet argumentum, quod si ad ministrare sacramenta possunt homines, multo magis Angeli: quia non conueniunt in natura cum hominibus, quibus est proportionatũ sensibilibus signis vt. Nam et si Angelis in cælo similes dicuntur, est, non quoad conditionem naturæ, sed quoad participationem gloriæ. Vnde neque etiã demones administrare sacramenta validè possunt: licet homines mali qui sunt eius membra id facere validè possint: licet indigne.

¶ In art. 3. q. 64. inquitur à D. Tho. vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti. Respondet autem, quod quia ea, quæ in sacramentis aguntur possunt diuersimodè agi, sicut ablutio corporalis, quæ fit in baptismo potest referri ad corporalem munditiã, & alias causas. Ideo necesse est determinari ad vnum, scilicet, sacramentalè effectum per intentionem abluentis, quæ explicatur per verba sacramentalia, cum dicitur: Ego te baptizo, &c. Tũ etiam, quia minister est instrumentum animatum, oportet, quod aliquomodo moueat seipsum per intentionem, per quã se subijciat principali agenti vt, scilicet, intendat facere, quod facit Christus Dominus & Ecclesia. Neque obstat, quod intentio ministri cum non sit nota, nulli constaret de sua salute. Quia per hoc, quod minister verbis formalibus sacramentorum utitur, per illorum prolationem exprimit se habere intentionem Ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti. Et ideo dũ contrarium exterius non exprimitur, per hoc satis constat moraliter ministros fideles habere intentionem. Neque obstat, quod ministri aliquãdo dũ ministrant non attendunt ad ea, quæ dicunt, vel faciunt. Quia licet tunc non habeant actualè intentionem, habent tamè intentionem habitus, hoc est, intentionem formalè præcedentem, quatenus habitualiter manet in eis, dũ baptizant, per quam operari intendunt in sacramento, quod facit Ecclesia. Et hanc intentionem, quam alij virtualem vocant D. Tho. hic habitualem appellat, eo quod licet formaliter & actualiter transferat, manet tamen habitualiter; taliter, quod virtute illius mouetur minister ad sacramenti ministerium exercendum.

¶ Quia potissimum dubium, quod in hac questione agitur, est vtrum ad perfectionem sacramentorum intentio ministri requiratur: illucidandæ ergo questionis gratia pro parte negatiua hæc obijciuntur argumenta.

F 4 Primo



¶ Primo arguitur ex D. Aug. tracta. 5. super Ioan. dicentem: Non timeo, inquit, ebriosum ministrum. Ergo non timet D. August. ministrum carentem intentione, qualis est ebrius expers vsu rationis. Non ergo (vt insinuat D. August.) requiritur intentio.

¶ Tum secundo arguitur: Quia, vt refert Gratianus. r. q. r. ca. Spiritus sanctus, puer nomine Anastasius ludendi gratia le inter pueros constituit tanquam Episcopum, & sic pueros aliquos catechumenos sub forma Ecclesie aqua intinxit, quos tamen pueros Episcopus Alexandrinus vere baptizatos esse, neque fore rebaptizandos diffiniuit. Qui tamen puer; tum quia ludere fecit, tum quia non eo vsu rationis pollebat intentione requisita ad baptismum caruillu credendus est: ergo intentio non requiritur.

¶ Tum tertio arguitur ex D. August. lib. 7. de vnico baptis. & habetur de consecra. distin. 4. ca. solet, ibi dicente, quod si totum sacramentum fiat ludicre, & ioculariter, tunc a Deo orationibus inquirendum esse, vtrum sit sacramentum: ergo cum ioculariter exterius exhibens sacramentum careat intentione, cum fide & lusu gratia id faciat, autore D. August. non conuenit requiri intentionem, quia alias de tali sacramento ludicre exercito non dubitaret, quin esset inualidum, neque allereret id requirendum esse a Deo.

¶ Tum quarto arguitur: quia vt patet de consecratio. distin. 4. ca. Romanus. & cap. sequen. infidelis si baptizet, verum confert sacramentum: sed talis cum careat fide, caret quoque intentione conferendi verum sacramentum, cum totum sacramentum futile, irrisoriumque & communitiu esse credat: ergo videtur, quod in ministro necessaria non sit intentio.

¶ Tum quinto arguitur: Quia sacramenta virtutem sanctificandi assequuntur ex institutione & voluntate Christi Domini, & non ex institutione ministri: ergo si minister exterius adhibeat materiam, & formam, ex quibus essentialiter constituitur sacramentum, tale sacramentum perficiet iustificationem illud suscipientis citra intentionem ministri.

¶ Tum sexto arguitur: Nam dum Dominus rem suam per suum seruum vendit, licet seruus ille minime intendat transferre rei illius dominium, non vitatur contractus, & dum quis stupram applicat igni, quamuis illam non intendat inflammare, nihilominus inflammabitur. Et dum quis per interpretem confitetur, aut per nuntium contrahit matrimonium, quamuis interpret, aut nuntius nihil intendat, nisi proferre verba, sacramentum & contractus tenet: ergo etiam applicata forma & materia per ministrum licet mini-

ster nihil intendat, sacramentum perficitur.

¶ Tum septimo arguitur: Quia, vt habetur cap. maiores. de baptismo, si quis in somno vel in amentia suscipiat baptismum, quem antea optauerat, baptismus tenet: ergo pari ratione, si sufficeret intentio virtualis, si quis minister ante incursam amentiam, vel ante dormitionem preoptauit, & intendit baptizare puerum, si post eum in somno vel in amentiam lapsus baptizet, tenebit baptismus.

¶ Tum octauo arguitur: Si requireretur intentio ministri, verbi gratia, ad baptizandum, sequitur, quod si quis intendens baptizare puerum masculum, ex errore baptizaret foeminam infantulam, baptismus non esset validus, quod videtur esse falsum consequens: sequela tamen in de patet, quia sicut consensus in matrimonio est necessarius ad perfectionem sacramenti matrimonij, ita intentio asseritur esse necessaria ad perfectionem sacramentorum: ergo si errans in consensu circa personam non contrahit verum sacramentum matrimonij: ergo neque errans in intentione circa personam baptizandam perficiet verum baptismum: vt si intenderet baptizare infantulum filium Regis, & supponeretur sibi filius agricolae.

¶ Tum nono arguitur: Quia si intentio in ministro requiritur, sicut in suscipiente sacramentum, sequitur, quod sicut suscipiens inuitus & coactus sacramentum, verum sacramentum non suscipit, sicut neque inuitus contrahens verum contrahit matrimonium: ita minister inuitus, & coactus baptizans, verum non conferret sacramentum: quod tamen non videtur tam libere concedendum.

¶ Tum decimo arguitur: Quia omnis intentio, aut est habitualis, aut virtualis, aut actualis: sed nulla istarum requiritur, quia habitualis non est sufficiens, sicut neque habitus virtutis, sine aduertentia sufficit ad reponendum actum ex in aduertentia factum in specie virtutis. Neque requiritur actualis: quia saepe ex subita suspensione animi ad alia quae tunc imaginatur minister contingit abesse, neque etiam virtualis requiritur, tum, quia actualis sufficit, tum, quia ista virtualis intentio non excludit actum indeliberatum, qui non est humanus actus, sed compatitur cum illo: ergo non est sufficiens ad perfectionem sacramenti, ac per consequens non videtur esse praerequisita.

¶ Tum vndecimo arguitur: Virtuale propositum vitandi peccata ad assequendam iustificationem per sacramentum poenitentiae, non sufficit, quia formale propositum, & explicitum requiritur, sicut & formalis dolor: ergo neque etiam sufficit virtualis intentio. Patet consequentia ex

pari-

paritate rationis: Quia sic est necessaria intentio ministri ad perfectionem sacramenti, sicut propositum emendae ad perfectionem, & veritatem sacramenti poenitentiae.

¶ Tum, duodecimo arguitur: Quia sicut poenitentia est necessaria ad suscipiendum valide sacramentum absolutionis: ita intentio est necessaria ministri ad conferendum validum sacramentum: sed ad consecutionem validae absolutionis requiritur formalis poenitentia, & non satis est virtualis poenitentia, qualis est charitas: ergo pari ratione non satis est intentio virtualis, sed requiritur formalis & actualis.

¶ Arguitur decimotertio: Quia si requiritur intentio, esset haec, scilicet, faciendi quod facit ecclesia: sed ista non requiritur, quia multi sacerdotes istam intentionem sub hac forma non habuerunt. In contrarium est definitio concilij Tridenti. Ses. 7. ca. 11. vbi sic ait: Siquis dixerit in ministris dum sacramenta conficiunt, & conferunt non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit ecclesia, anathema sit, idem in Concil. Florent. in decretis Eugenij.

¶ Igitur pro resolutione quaestionis sit prima conclusio: Ad sacramentorum perfectionem requiritur intentio ministri, nepe faciendi quod facit ecclesia. Haec omnium sententia omniumque est communis animi conceptio, & propositio diffinita per ecclesiam in illis duobus locis citatis Concil. Florent. & Trident. Tum etiam patet: quia vt habetur in ca. maiores. extra. de baptismo, adultus fide accedens ad baptismum, carens intentione eum suscipiendi, non suscipit verum sacramentum: ergo cum non minus requiratur intentio in ministro conferente baptismum, quam in illo suscipiente, sequitur, quod ad perfectionem sacramenti necessaria sit intentio ministri. Tum quia Christus Dominus ministros sacramentorum non assumit, vt instrumenta inanimata, & immobilia: sed, quia disponit omnia suauiter per intentionem, & rationalem humanumque actum, haec exerceri ministeria sacramentorum ab ipsis voluit. Quod satis indicauit Dominus Matthaei. 16. Vbi dicens: Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcumque solueris super terram erit solutum & in caelis: insinuauit remissionem peccatorum eorum voluntati tribuere, si vellent ea absoluere. Insuper & Matthaei. 26. dum, Hoc facite in meam commemorationem, discipulis dixit, non solum id eos voluntarie facere praecipit, sed & intentionem exposcit, scilicet, vt ad eum finem dirigatur: vt faciant id in suam commemorationem. Haec conclusio est Bonauent. in. 4. dist. 6. art. 2. quaest. 1. & Durandi in. 4. distin. 6. q. 2. & Adriani. q. 4. de baptis. Palude autem in. 4. distin. 6. quaest. 2. facetur hanc sen-

tentiam esse communem & tenendam, licet in hoc decipiatur, quod arbitratur contrariam opinionem esse probabilem. Neque ei Diuus Thomas in hac sua deceptione suffragatur in solutione ad. 2. vt postea declarabitur, & quia solus D. Thomas obiectioni argumenti curauit respondere, vbi obijciatur de incertitudine nostrae salutis, si in intentione recondita, & ignota ministri reponeretur. Quia ad hoc respondet, quod nisi minister oppositum exterius insinuet sufficienter per hoc quod voluntarie applicat materiam, & formam exprimit se intentionem habere faciendi, quod Christus Dominus & ecclesia intendit.

¶ Circa huius conclusionis intelligentiam perpendendum est primo, quod licet Scotus in. 4. sent. dist. 6. q. 5. eius sententiae sit, quod licet non requiratur in ministro baptizante intentio faciendi hominem filium Dei per gratiam, & acceptum ad gloriam, quia puer Anastasius vere baptizauit, & tamen baptizando nihil de vita aeterna, aut gratia cogitauit: requiritur tamen censet intentionem abluendi hominem vt sit actus humanus, & intentionem faciendi illum Christianum, & membrum Christi siue viuum, siue mortuum. Et hoc, vt ista lotio distinguatur ab alijs profanis, & vt fiat intentione Christi, qui id intendit. Sed nihilominus vt bene aduertit Sotus, neque ista postrema intentio requiritur expressa, & in particulari, sed confusa in genere faciendi, quod Christus Dominus & ecclesia facit, quidquid illud sit. Quo circa neque duae illae intentiones vna abluendi, & alia faciendi baptizandum Christianum non requiritur, vt distincte, & expresse concurrant, sed satis praedicta sola generalis intentio, qua per id quod minister facit intendit facere, quod Christus Dominus & ecclesia facit, quidquid illud sit. Neque requiritur intentio faciendi quod ecclesia Romana facit. Alioquin Lutheranorum baptismus, quo suos baptizant pueros validus non esset, cum tantum ab sit, vt intendant facere, quod ecclesia Romana facit, vt isti perfidi haeretici eam abominentur. Satis ergo est si intentio ministro ad sit faciendi quod facit Christus, vel quod facit ecclesia orthodoxa, & catholica, quatenusque illa sit.

¶ Quoniam autore Scoto in. 4. dist. 6. q. 6. triplex est intentio, quaedam, quae dicitur habitualis, alia autem, quae est actualis, & media, quae virtualis appellatur, habitualis igitur est habitus, qui manet in dormiente, vel in inaduertente, quando de re nihil cogitat.

¶ Sit igitur declarationis gratia prima propositio: Habitualis intentio non sufficit ad perfectionem sacramenti. Patet: quia actus sacramentalis, vt actus humanus sit deliberatus aet-

F 5 id est,

ad est, procedens ex iudicio rationis sit, oportet. At nisi mentis aduertentia intermediet habitus solus, actum deliberatum producere non valet. Patet autem exemplo: quia non dicitur sanatio deliberata, quæ inaduertenter in medico ægroto ex deambulatione causata est, præter eius intentionem: licet præditus sit habitu, id est, arte medicandi. Item patet: quia si sacerdos ex habitu acquisito pluries baptizandi in tempore, quo alienatus est à mente, applicando materiam, & formam, baptizet puerum, non esset baptismus defectu intentionis: quia non est actus deliberatus, neque ex intentione procedens: sed est actus naturalis. Quia autem Aristotele, habitus operatur admodum nature: atque ideo nonnunquam ex quadam surreptione & impetu citra deliberationem. Vnde processit axioma. Quod in repentinis cognoscitur habitus.

¶ Secunda conclusio: Actualis intentio non requiritur ad perfectionem sacramenti. Patet ex D. Thoma in solut. ad tertium. Quia cum Deus disponat omnia suaviter, non obligat ad impossibile. At impossibile videtur ingenio nostro suapte natura tam volatili, & volubili ad ea, quæ præsentialiter sunt agenda, sic mentem actualiter applicare, ut ibi cogitatione in vno actu diu retineatur: imo sæpe veluti rapitur & transuertitur ad alia, & alia cogitanda. Ita ut quemadmodum in rapido flumine vnda succedit ad vnda, sic cogitatio vna intercipitur ab alia: ita, ut verum sit quod D. August. in lib. de libero arbitrio, testatur, in nostra potestate non esse, quin visis tangamur.

¶ Tertia conclusio ad duas supradictas corollarias: Sæpe actualis intentio, aut saltem virtualis ad perfectionem, & veritatem sacramenti necessaria est. Patet ex prædictis à sufficiente diuisione. Quia si habitualis intentio non sufficit, & actualis non semper requiritur, fit consequens, ut in absentia actualis intentionis sufficiat virtualis intentio, quæ sequitur actualem intentionem, quæ præcesserat, quæ mouit potentias ad agendum. Qui quidem motus etsi cessauerit prior intentio actualis, semper durat, nisi per contrarium actum rescindatur. Vulgare huius intentionis virtualis exemplum inducit Sotus, scilicet, quod, quemadmodum, dum quis inuisendi limina D. Jacobi concepit propositum, si in medio itinere comedat, dormiat, aliaque varia imaginabilia cogitet, nihilominus virtus primi propositi ad peragendum iter, & complendum votum instigat, & mouet: sic & in hoc ministro illa intentio actualis, qua intendit conferre sacramentum, licet iam actu non maneat, manet eius virtus, id est, motus, quo mouit potentias ad sacramentum conferendum. Et hæc sufficit, dum

A non est rescissa. Neque virtus hæc, autore Scoto, contra alios est virtus motiua impressa membris, quæ adhuc perduret, sicut impetus in sagitta proiecta. Quoniam priorem actualem intentionem iam præteritam manere in virtute nihil aliud est, quam in initio mouisse membra ad illum finem, ita, ut suo tempore commodo ad illam administrationem sacramentalem præstandam se accommodarent. Neque obturbat hanc conclusionem modus loquendi D. Thomæ, ubi in hoc articulo ait in solut. ad tertium, quod licet minister, dum aliud cogitat careat intentione actuali, tamen habet intentionem habituale, quæ sufficit. Nam licet aliqui Thomistæ dixerint, literam esse mendosam, & ab impressore pro, virtualem, suppositam fuisse dictionem hanc habitualem, sed melius Caieta. hunc modum dicendi saluat in Dico Thomæ, dicendo, quod secutus est vsus loquendi antiquorum Doctorum, qui indifferenter vsurpabant habituale pro virtuali. Ita Alexander, & alij, quia talis intentio actualis iam transiens operatur ad modum habitus permanentem, licet iam sit absens actu. Neque Diuum Thomam, autore Caieta. latuit hæc differentia, quam nos moderni loquendo in rigore statuimus inter intentionem habitualem & virtualem. Accedit ad hoc, quod non defuerit Thomistæ alij, qui glossantes hunc locum D. Thomæ dixere, quod D. Thomas dum sufficere habitualem intentionem asseruit, per hoc intellexisset, hanc habitualem intentionem sufficere in ordine ad effectum sacramenti, id est, in ordine ad assecutionem gratiæ & gloriæ, quam susceptor eius per illud assequitur. Non tamen inficiatus est Diuus Thomas per hoc, quod per ordinem ad actum sacramenti non requiritur actualis, vel virtualis intentio. Iam superest ad argumenta. 13. obiecta respondere: nam ex eorum solutione reliqua dubia patebunt.

¶ Ad primum igitur argumentum ex Diu. August. in. autoritate desumptum respondetur, quod dum Diuus August. ait: Non timeo ministrum ebriosum, notanter dixit, non ebrium, qui est ille, qui actu caret vsu rationis: quia hic perinde baptizare non potest, sicut si esset insanus. Sed dixit, ebriosum, id est, assuetum ad hoc vitium: qui tamen aliquando non est abdicatus à lumine rationis, ut intentionem baptizandi habere non possit, & vsus rationis obtinere, ut baptizet.

¶ Ad secundum argumentum de Anastasio dicitur, quod dum se licet ludice inter pueros constituit episcopum, intentionem habuit faciendi, quod faciebat episcopus. Et ita non admittebat ad baptismum, nisi pueros catechumenos, quasi decreta episcopi seruans, & Ecclesiæ formam.

Ad

¶ Ad tertium argumentum ex autoritate D. August. dubitantis, de validitate baptismi administrati ioculariter, Respondetur secundum Hugonem lib. 2. par. 6. cap. 13. quod cum homo dupliciter aliquid iocose facere possit, vno modo fingendo se facere, quod non facit, ut in comœdia fingit quis se lugere, sed non luget: sic per istam iocosam fictionem non ministraret verum sacramentum, quia fingeret se facere quod non facit. At cum secundo modo possit quis aliquid iocose agere, verè illud faciendo, licet ioco isto modo si minister ministrat sacramentum nihilominus validum erit. Atqui isto secundo modo Anastasius ille puer baptizabat. Nam ludendo intendebat facere, quod episcopus faciebat, non solum applicare materiam, & formam, sed facere quidquid episcopus intendebat. Quæ quidè intentio perinde idonea, & sufficiens fuit ad perfectionem baptismi, ac si intendisset facere quod facit Ecclesia. Secus esset, si solus merus iocus sine alia intentione interueniret: in tali ablutione corporea, etiam prolatis verbis. Quo circa licet D. Augustinus, quasi dubius in tali casu Deum orationibus esse consulendum dicat, per hoc non insinuat, quod intentionem ministri requiri sit in dubio. Imo, quia constabat ei esse necessariam, quam tamen ioculatorem illum ioco baptismi habuisse dubitabat, ideo orationibus ad Deum fufis, ut id reuelaret esse confugiendum affirmavit, sed remedium in hoc dubio per ecclesiam solum adhiberi, ut facto examine manente dubio, de baptismi præterito, an fuerit validum, iterum sic baptizatus sub conditionali forma baptizetur.

¶ Ad 4. argumentum respondetur quod in fidelis bene potest habere intentionem. Item faciendi quod facit ecclesia, aut quod faciunt christiani, quidquid illud sit, siue credat illud esse verum, siue falsum, siue de eo dubitet, quia licet dubitet, intentionem, quam in simili opere habent christiani, tunc habere voluit.

¶ Ad 5. argumentum respondetur, quod concilium Florentinum dum diffinit præter materiam, & formam requiri intentionem ministri aperte ostendit præter intentionem applicandi materiam, & formam sacramenti, necessariam esse intentionem ministri. Nam in hoc quod ait, necessariam esse materiam, & formam intelligitur, quod velit materiam, & formam applicare. Nam actus exterior, & volitio eius interior pro vna eademque re reputantur. Cum igitur ultra hoc concilium Florentinum addat requiri intentionem ministri, per hoc non solum intentionem applicandi materiam, & formam solum intelligit, quia hæc intentio non sufficit. Tum, quia ut ait D. Thom. talis applicatio potest fieri ad alios fines.

A Tum quia sycophanta aliquis posset intendere applicare materiam, & formam baptismi, sine alia intentione solum iocandi gratia: & tamen erroneum esset in hoc casu illum verum conferre baptismum asserere. Igitur Christus Dominus, qui voluit interuenire intentionem ministri ad sacramentum non accepit, ut validum & verum sacramentum, talem actum: quia sacramenta debent ministrari secundum legem Christi Domini instituentis.

¶ Ad sextum argumentum respondetur, quod quando dominus per voluntatem & discretionem serui negotium geri decreuit, proculdubio tunc intentio ministri est requisita. Christus autem Dominus tanquam per mandatarios negotiorum sacramentalium sacramenta confici voluit per ministros: quo circa per eorum voluntatis intentionem hæc negotia saluationis geri voluit: tum, ut eos dignificaret, & equam eius eum adiutores: tum, ut fidelitatem Domino suo seruarent, discernendo dispositos ab indispositis suscepturis sacramenta, ne sanctum darent canibus, aut margaritas proijcerent ante porcos.

¶ Ad septimum argumentum respondetur, quod est differentia evidens inter susceptentem sacramentum sine actu presenti deliberato, & inter ministrum illud conferentem sine actu deliberato presenti, & sine aduertentia. Quoniam recipiens non est agens. Atque ideo autem Innocentio non indiget pro tunc deliberatione, si in affectu baptismi recipiendi antea habito, & non reciso inueniatur: Quia satis est ei obicere non opposuisse, ut etiam dominicus baptizatus verum suscipiat baptismum: Minister autem baptismi conferens est agens, qui ideo per operationem humanam sacramentum conferre tenetur.

¶ Ad octauum argumentum, respondetur contra Hostiensem allegatum à Syluestro verbo. baptismus. 3. §. ultimo dicentem, quod si quis intenderet baptizare puerum, & ex errore baptizaret puellam sacramentum baptismi non conficeret. Secus, si intenderet baptizare hunc, quod aliter procedendum est in hoc casu. Nam si minister intenderet baptizare singulariter hunc putatum filium Regis cum præcisione baptizandi quicumque alterum, ut si mente diceret, Si non es filius Regis, non te baptizo: tum si ex errore quemquam alium baptizasset, planum est irritum fuisse sacramentum & inane. Quapropter sacrilegus esset minister, qui eam conditione apposuisset, & quem baptizaret non explorasset. Si autem in mente intendens baptizare puerum nullam exclusionem circa alios baptizandos siue feminas, siue masculos fecit, tunc profecto, licet cogitatione speculatiua arbitratus est se baptizare puerum, si tamen femina erat, vel puer

puer alius, baptismus suum valorem sortitur: si quidem in intentione practica, quam habuit applicandi huic baptismum, ecclesie intentio comprehenditur.

¶ Ad probationem autem huius argumenti, dum adducitur exemplum de matrimonio, in quo accidit error circa personam, quod non est validum, respondetur disparitatem rationis inter baptismum, & matrimonium in hoc casu in esse. Quoniam character baptismi non imprimitur ex intentione baptizantis directe, sed ex sacramento. Quo circa intentio baptizantis solum illic subseruit ad applicationem sacramenti characterem cuiusque baptizato imprimendis. Matrimonij autem vinculum ex consensu utriusque contrahentis oritur, ut ex causa: ideo error personae illud inuallidat. Quia est de essentia matrimonialis contractus persona in coniugem electa, & non alia. Sicut etiam error circa substantialia aliorum contractuum eos inuallidat: sic & error personae in matrimonio. Quia certe non esset a magna iniuria alieni factum, si quis vinculo perpetuo ei associaretur uxori, quam nunquam habuit in affectu cordis, neque in desiderio.

¶ Ad nonum argumentum respondetur, quod in sensu, quo conceditur vnus casus, concedendus est & alius; & in sensu quo negatur vnus: negandus est & alius. Distinguitur ergo tam de conferente, quam de suscipiente sacramentum: quia vterque potest esse coactus, & inuitus dupliciter. Primo modo absoluta quadam coactione, omnem consensum voluntatis excludente, imo dissentium continentem. Ut cum baptizandus intra se diceret in mente: Ego nolo suscipere baptismum; sed quia cogor, fingam illud velle suscipere. Vel cum minister coactus baptizare hunc actum eliceret in mente: Nolo, neque intendendo baptizare: sed quia ad id mihi violentia inferitur, simulabo me exterius tantum baptizare. Igitur in vtroque hoc casu sacramentum impensum, & receptum casum redderetur. Secundo modo, vterque tam minister, quam sacramenti susceptor posset esse coactus, non absoluta coactione voluntatis absolute repugnantis, sed quadam conditionali coactione; & secundum quid, admittente absolutam voluntatem suscipiendi, aut conferendi sacramentum. Ut si inuitus suscipiens sacramentum intra se diceret: Postquam compellor recipere sacramentum volo illud recipere, quo euadam eas, quae mihi inferuntur, minas, & poenas, ad instar, propter procellam sequentem, ut euadat naufragium proijcientis merces in mare: qui autore Aristotele simul cum nolitate conditionali, qua nollet eas in mare proijcere voluntatem concipit absolutam eas in mare proijciendi, ne simul cum eis

A demersus in mare pereat.

¶ Si igitur ad hunc modum tam minister, quam suscepturus sacramentum coactionem patiatur, etsi sic inuiti conferant, vel suscipiant sacramentum: sacramentum frustraneum non erit, quia simpliciter non fuerit coacti. Facit pro hoc factum Sisebuti, qui minis & terroribus multos paganos ad suscipiendum baptismum compulit, quorum baptismata concil. Toletanum valida esse declarauit; & licet concilium hoc laudauit Sisebuti zelum, sed non factum: quia professio fidei debet esse libera.

¶ Ad decimum argumentum respondetur, quod (vt explicuimus) requiritur ad perfectionem sacramenti, eiusque validitatem actualis, vel virtualis intentio. Et quando arguitur, quod virtualis intentio compatitur cum actu indeliberato, ac per consequens, quod non sit sufficiens, dicimus, quod virtualis intentio dicitur quae prius fuit formalis, & actualis; & cum transierit actu, tempore administrationis sacramenti manet in virtute. Haec autem a principio necessarii fuit, vt esset actus humanus, & deliberatus, vt post virtute illius baptismus collatus esset verus & validus. Quo circa considerandum est hic cum Soto, quod tantum temporis interstitium potest interuenire, vt illa actualis, quae praecessit intentioni, baptizandi, iam neque in virtute permaneat.

C Verbi gratia, si sacerdos die natiuitatis infantis statuit illum baptizare, si post octo dies indelapsos fortuito & inaduertenter illum baptizet, eo actu indeliberato, quo homo indeliberate & inaduertenter solet fricare barbam, videtur plane absque legitima intentione fieri. Nam, vt docet hic Diuus Thomas, ea intentio virtualis requiritur, scilicet, vt quando sacerdos ad administrandum sacramentum accedit, tunc intendat facere, quod facit Ecclesia. Itaque requiritur tam proxima intentio, siue sit actualis, siue virtualis, vt illa moueat membra ministri ad applicandam materiam & formam ad finem sacramenti: ita vt si sit virtualis intentio illa moueat ministrum ad eundem ad ecclesiam, & ad preparandum se, &c. ita vt tota illa actio sit actus humanus in prioris deliberationis virtute. Ita Sotus.

¶ Ad vndecimum argumentum respondetur, vt praediximus in prima parte instructorij conscientiae. Ideo contra Nauarrum ad iustificationem propositum virtuale non sufficit, quia concilium Tridentinum in eo sensu, quo dolorem peccatorum necessarium esse diffinit, diffinit etiam propositum emendae vitae exigi. Ergo cum exigatur formalis dolor: ita & formale propositum requiritur, vt distinguitur contra virtuale dictum, in hoc sensu, quod manet in virtute causae, id est, doloris concepti de peccatis, quod

quod tamen nunquam prodit aliquo tempore in actum, & quod tandem si poenitens recordaretur & aduertet illud eliceret: quod tamen ex inaduertentia non elicit. Nam hoc virtuale propositum affirmamus ad iustificationem non sufficere: quia nunquam praecessit in actu, neque in actu prodit. At vero intentio virtualis baptizandi, quae nunc in virtute perdurat, praecessit prius formaliter & in actu: & ideo sufficit ad sacramenti perfectionem. Atque ideo negatur consequentia propter disparitatem rationis.

¶ Ad duodecimum argumentum pari forma, sicut ad vndecimum argumentum respondetur; quod quia Sacrae literae aperte testantur ad iustificationem peccatoris requiri poenitentiam proprie, inquam, dictam (nam verba sacrae scripturae accipienda sunt in proprio sensu & significatione propria) ideo nullatenus est admittendum, quod charitas, seu dilectio Dei existens in poenitente ad eius iustificationem sufficiat. Quia licet charitas haec virtualis poenitentia dicatur: quia apta nata est gignere poenitentiam: sed non est proprie & formaliter poenitentia. At intentio, quam virtutalem vocamus, eo quod manet in virtute, qua mouit actualis & formalis intentio a principio fuit: quo circa ministro baptizati semper adesse concedimus intentionem formalem. Nam ista intentio, quae virtualis dicitur, quia in virtute manet actualis, & formalis & propria intentio fuit: & ideo negatur consequentia propter disparitatem rationis.

¶ Ad decimum tertium argumentum respondetur, quod aliquibus visum est propter hoc argumentum, quod ministris satis sit habere intentionem actualem, vel virtutalem applicandi materiam sacramentorum in sacramentis, vt tales actiones sint humanae: tamen circa hunc finem faciendi quod facit Ecclesia, sufficere eos habituales intentionem habere, asserunt. Nihilominus dicendum est, quod non requiritur semper intentio formalis huius, quod est facere, quod facit Christus & Ecclesia: sed satis est aliqua generalis, & confusa, in qua haec comprehendatur. Ergo, vt hoc quoque exemplo ostendamus dicitur, quod si quis suscipiat ordines sacros ea intentione, vt sit sacerdos ministerque Ecclesiae, atque is postea se exercet in suis ministerijs celebrando, sacramenta administrando: ista consuetudo celebrandi, quae appellari potest habitus, sufficit, dum non est recisa per actus contrarios, vt quoties per actus humanos administrat aestimetur intendere facere, quod facit Ecclesia.

¶ Concluditur ergo, quod sufficit a principio ministrum ea intentione fuisse initiatum sacris, vt ministeria Ecclesiastica peragat in

A Ecclesia, & haec per actus humanos deliberatos ea prima intentione non recisa exercere.

¶ Circa solutionem ad secundum, vbi non satis se explicat Diuus Thomas, licet videtur illam primam opinionem respuere, dicentium, quod in pueris si deesset intentio in eos baptizante Deus suppleret, notandum est, quod sacramenti effectus, vel valor nunquam suppletur, vbi quidpiam de eius essentia deest, quia effectus sacramenti non impetratur oratione Ecclesiae, aut ministri, sed ex merito Iesu Christi, quod voluit communicare per sacramenta. Temerarium ergo est dicere, quod puer in aliquo casu vbi deficiunt essentialia baptismi, scilicet, materia, vel forma, vel intentio ministri, saluetur sine actuali baptismo per supplementum misericordiae Dei. Imo erroneum est & haereticum, quod preces parentum in defectu baptismi sint remedium regulare; ordinarium, & infallibile ad salutem conferendam puero non baptizato; quasi suppleant coram Deo vicem baptismi deficientis. Ita Sotus: quia regula diuina, & lex diuina est generalis. Scilicet quod, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Neque statuenda est alia lex & regula contraria, quae istam tollat. Neque a lege diuina generali, qualis est haec, faciende est exceptio in aliquo casu particulari, quam non facit Ecclesia Catholica, quae est columna & firmamentum veritatis. Imo cap. maiores. de baptismo, exceptio non admittitur in hoc casu.

¶ Aduertendum est etiam secundo, quod episcopus praemonens in principio, quod de intentione eius non sit ordinare excommunicatos, irregulares, &c. aut suorum praetorum facultatem non habentes, si aliquos huiusmodi ordinaret post, nihilominus eorum ordinatio teneret. Nam licet id dicat in generali a principio, tamen postea intendit singulos ordinare in particulari, tempore, quo ordines confert. Alioquin magnum admitteret sacrilegium, si applicando materiam & formam sacramenti cum solennitate, intentione conficiendi sacramenti careret: praeterquam quod magna confusionis occasio inferretur si tali intentione careret.

¶ Nam in nono articulo inquiritur a D. Thoma, vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti? Respondet autem, quod minister operatur in sacramentis, non virtute propria, sed in virtute Christi. Vnde sicut charitas ministri, id est, quod sit in charitate, non requiritur ad perfectionem sacramenti: ita neque fides. Vnde sicut peccatores ministri possunt vera sacramenta conficere: ita & infideles, & haeretici ministri possunt vera sacramenta praebere, dum modo reliqua, quae de essentia sacramenti sunt, non



non desint. Neque obstat, quod talis infidelis credat per id, quod agitur exterius nullum sequi interiorum effectum: quia non obstante hac infidelitate, potest intendere id facere, quod facit ecclesia; licet nihil id esse existimet: quia minister agit in persona totius ecclesiae, ex cuius fide suppletur id, quod deest fidei in ministro. Neque obstat, quod haereticus minister sit praecisus, & non toleratus ab ecclesia: quia si seruat formam ecclesiae; sacramentum confert non tamen confert rem sacramenti. Vnde si scienter ab haeretico sic manifeste praeciso ab ecclesia, baptismum recipit in forma ecclesiae, licet sacramentum validum recipiat, sed non rem sacramenti, id est, gratiam, quia obicem ei ponit, dum peccat mortaliter scienter suscipiens baptismum a tali ministro haeretico. Secus est, si tales ministri haeretici formam ecclesiae non seruant: quia tunc neque sacramentum verum, neque rem sacramenti conferunt. Sic ergo sancti & iura. 1. q. 2. & 24. q. 1. dum oppositum videntur sentire, istam glossam recipiunt, scilicet, quod baptismi sacramentum collatum ab haeretico praedicto, seruata etiam forma ecclesiae, non est validum quoad effectum sacramenti, id est, gratiam: neque sacer ordo ab eodem haeretico episcopo susceptus est etiam validus, quo ad licitum usum eiusdem ordinis: quia id possumus quoad de iure possumus. Vel dicuntur sacramenta ab hoc suscepta inualida (vt glossat D. Aug. in epistola. 23. ad Bonifac.) quantum est ex parte ipsius haeretici; eo quod quia sequestratus est ab ecclesia, ipsum dicitur extinguere, & destruere sacramentum, quod verum habet potissime in sacramento poenitentiae, quod in absolute requirit iurisdictionem, qua est priuatus haereticus praecisus. Quo circa sacramentum istud ex nulla parte valorem habet. Sed alia sacramenta imprimenda characterem a praedictis haereticis collata in forma ecclesiae valida sacramenta sunt: & ideo non iteranda. Et oppositus error qui fuit Donatistarum, qui fuit impugnatus a D. Augusti. in. 7. lib. de baptismo contra Donatistas & in libr. contra lit. Parmenia. & contra Cresconium grammaticum, damnatus est a Nicolao Papa, vbi sententiam D. Thomae diffiniuit in epistola ad quaesita Vulgarorum cap. 3. & habetur de consecrat. distinct. 4. capit. si reuera. Eadem veritas diffinita est in conc. Carthagine si, & tribus sequentibus, & in conc. Arelatenfi cap. 8. Vide Vvaldensem libro de sacra. in principio. Neque obstat. 3. quod minister sit ab ecclesia suspensus, excommunicatus, vel degradatus: quia per hoc non amittit potestatem conferendi sacramenta, id est, characterem, quia indelebilis est; sed licentiam vtendi hac potestate amittit. Atque ideo sacramentum quidem confert: sed

tamen peccat conferendo. Sicut etiam, quia is, qui ab eo suscipit sacramentum peccat, non recipit rem sacramenti, id est, gratiam; nisi forte per ignorantiam excusetur.

¶ Præterea in. 10. articulo q. 64. inquiritur a D. Thoma, vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti. Respondet autem, quod si peruersio intentionis sit talis, vt non intendat minister sacramentum conferre, sed de risorie aliquid agere: hæc peruersitas, quia est circa intrinseca sacramenti veritatem tollit sacramenti. Si autem peruertitur intentio circa extrinsecum aliquid, & quod consequitur ex parte intendentis ad administrationem sacramenti, non vitatur tunc sacramentum. Vt si quis intendit baptizare foeminam aliquam, vt abutatur ea: tunc non obstante malitia ministri, baptismus tenet. Neque obstat, quod minister se tenetur conformare intentioni ecclesiae: quia quoad perfectionem sacramenti, satis est se conformet intentioni ecclesiae, qua verum velit conferre sacramentum, licet propter intentionem abutendi sacramento peccet. Neque obstat, quod intentio iocosa tollit vim sacramenti cum est fictitia: quia illa non est intentio conferendi sacramentum. At intentio abutendi postea sacramento, intentionem illud perficiendi non tollit. Neque obstat, quod iuxta illud Luc. 12. Si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tenebrosum erit, peruersa intentio facit totum opus vitiosum. Quia respondetur, quod peruersa intentio peruertit in sacramentis actionem ministri, in quantum est opus eius, non autem in quantum opus est Christi Domini, cuius est minister. Non enim sinistra intentio serui praua intentione dantis pauperibus elemosynam vitiat opus elemosynae, quam dominus recta intentione per seruum confert; mandauit.

¶ In art. 1. quaestio. 65. inquiritur a D. Thoma, an sacramenta ecclesiae sint septem. Respondet autem, quod ad instar vitae corporalis sic contingit in vita spirituali; sicut vita corporalis producit per generationem: ita, vita spiritualis obtinetur per baptismum, qui est regeneratio conferens esse spirituale animae. Et sicut de bita quantitas naturalis acquiritur per motum augmentationis: sic per sacramentum confirmationis assequitur confirmatus debitam, quantitatem spirituales, id est, robur Spiritus Sancti. Et sicut vita corporalis conseruatur per alimentum corporale: sic vita gratiae spiritualis conseruatur & nutritur per sanctae eucharistiae sacramentum, quod est cibus spiritualis realiter continens Christum, qui est cibus animae eam conseruans in esse spirituali. Et sicut in vita corporali si quis inciderit in morbum, ei subuenitur per medicinam: sic

fic in vita spirituali cum ex lethali morbo peccati mortali perit quis per antidotum & medicinale remedium sacramenti poenitentiae reparatur. Item sicut reliquiae ex morbo praecedenti remanentes aliquo medicinali remedio solent abradi, quatenus ad valetudinem pristinae aegrotus restituatur integre: sic vnctionis extremae sacramentum institutum est contra peccatorum reliquias. Est enim extrema vnctio restitutio quaedam valetudinis pristinae spiritualis, reddens hominibus paratum ad gloriam finalem. Ceterum, quia in vita naturali duplex potestas, gubernatiua, scilicet, & propagatiua in ordine ad bonum commune requiritur: gubernatiua ad alios gubernandum & publicos actus exercendos; propagatiua speciei humanae, id est, generatiua, quae sit ad propagationem naturalem: ita etiam in vita spirituali potestas gubernandi ceteros spiritualiter datur ministris ecclesiae per sacramentum ordinis. Ad propagationem vitae tam temporales, quam spiritualis institutum est sacramentum matrimonij, in quo confertur gratia ad educandam, & instituendam prolem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus.

¶ Item si considerentur sacramenta, vt sunt remedia contra peccata: sic baptismus ordinatur contra carentiam vitae spiritualis: Confirmatio autem contra infirmitatem animi, quae in nuper renatis inuenitur ordinatur: Poenitentia autem contra actuale peccatum post baptismum commissum: Extrema autem vnctio contra reliquias peccatorum, quae per poenitentiam non sunt sufficienter absterseae: Ordo vero contra dissolutionem multitudinis. Matrimonium denique remedium est, tum contra concupiscentiam personalem, tum contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. Secundum alios sacramentorum numerus adaptatur ad virtutes. Nam baptismus, qui est professio fidei correspondet fidei; spei autem correspondet extrema vnctio: charitatis autem eucharistia adaptatur: ordo autem prudentiam respicit: iustitiae autem poenitentia accommodatur. Matrimonium autem temperantiae conuenit. Confirmatio vero virtutis fortitudinis imaginem gerit: ideo fortitudini respondet. Notandum est insuper, quod sicut agens principale vtitur diuersis instrumentis ad diuersos effectus: sic etiam virtus diuina & passio Christi operatur per diuersa sacramenta. Et quia sunt diuersae species poenarum & culparum, oportuit multiplicari sacramenta, quae sunt spiritualia remedia. Ad purgationem solam sat essent sacramentalia, quae sunt catechismus, & exorcismus. Sed purgatio simul, & illuminatio secundum D. Dionysium, pertinent ad baptismum: & secundario propter reciduum ad poenitentiam, & ad ex-

tremam vnctionem. Perfectio autem, quantum ad consecutionem finis pertinet ad eucharistiam. Accedit ad hoc, quod speciale remedium oportuit adhiberi per sacramentum matrimonij contra concupiscentiam venereorum: quia per huiusmodi concupiscentiam non solum vitatur persona, sed etiam natura propter vehementiam eius, quae rationem absorbet. Adde etiam, quod aqua benedicta, & similes consecrationes, non sunt sacramenta: quia non conferunt gratiam, sed sunt dispositiones ad sacramenta. Praeterea sacramenta legis naturae, quae secundum Hugonem erant tria, videlicet, oblationes, decimae, & sacrificia non sunt amplius sacramenta: quia non sunt nunc figuralia, vt tunc. Praeterea confirmationi, vbi datur plenitudo Spiritus Sancti ad robur, & extremae vnctioni, vbi praeparatur homo, vt recipiat immediate gloriam, nihil potuit correspondere in veteri lege: quia neutrum horum competeat veteri lege.

¶ In 2. articulo huius quaestio. 65. inquiritur a D. Thoma, vtrum conuenienter ordinentur sacramenta secundum modum praedictum. Respondet autem, quod sicut vnus praecedit multa: ita sacramenta perfectientia hominem circa se ipsum priora sunt. Ideoque ordo & matrimonium vltimo adnumerantur inter sacramentalia. Ordo autem, quoniam spiritualior est, matrimonium praecedit. Et quia prius est id, quod est de se, quam id, quod est de per accidens: ideo baptismus, & deinde confirmatio, & mox eucharistia: quia de se ordinantur ad perfectionem, scilicet, baptismus ad esse spirituale, confirmatio ad formalem perfectionem virtutis, & eucharistia ad perfectionem finalem priora sunt, quam poenitentia, & extrema vnctio: quia haec ordinantur ad perfectionem per accidens, id est, ratione commissi naufragij in vita spirituali accepta per baptismum: sed tamen poenitentia praecedit extremam vnctionem.

¶ In art. 3. quaeritur, vtrum sacramentum etiam eucharistiae sit potissimum inter sacramenta. Respondet autem D. Thomas, quod sacramentum sanctum eucharistiae est dignius: tum, quia ibi realiter continetur sanctificator, qui est Christus: in alijs sacramentis continetur eius virtus tantum, quia omnia alia sacramenta ordinantur ad hoc sacramentum, vt ad finem. Sed ratione necessitatis baptismus est potissimum sacramentorum: quia est ianua ad omnia alia sacramentalia. Sed via perfectionis praestat alijs sacramentum ordinis: sacramentum vero confirmationis medio modo se habet. Poenitentia vero, extremaque vnctio inferioris sunt gradus: non enim ordinantur ad perfectionem, nisi per accidens, id est, supposita infirmitate peccati. Sacramentum autem poenitentiae

nitentia est necessarium, sed non perinde extrema unctio est necessaria, licet extrema unctio sit maioris perfectionis, quam poenitentia. Circa quam doctrinam D. Thomae pro eiusque maiori intelligentia consulendus, idemmet S. Thomas in 4. sententiarum distin. 7. q. 1. art. 1. ubi tradit, 5. vix vnū sacramentū posse præcellere alterū. Vno modo quatenus medicina est: & sic baptismus præcellit, quia tollit totam culpam, & poenam. Secundo modo ex parte ministri: & sic ordo excellentior est: quia habet episcopum ministrū, vt habetur de consecr. distin. 5. cap. de his. Et etiam isto modo excellit confirmatio. Tertio modo ex parte dignitatis, in qua constituit hominem: & sic præcellit ordo. Quarto modo ex parte rei contentæ: & sic primatum dignitatis tenet eucharistia: quia Christum Dominum in se continet. Postremo ex parte significationis: & sic excellentem significationem sortitur matrimonium, iuxta illud ad Ephesios. 5. sacramentum hoc magnum est.

**C** In art. 4. inquitur à D. Thoma; vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Respondet autem, quod necessarium respectu finis; prout nunc sumitur, est duplex. Vno modo dicitur necessarium simpliciter, & absolute illud, sine quo finis haberi non valet: vt cibus ad conseruationem vitæ. Et sic tria sacramenta sunt ad salutem animæ necessaria necessitate simpliciter. Duo prima, scilicet, baptismus & poenitentia cuiuslibet personæ. Baptismus quidem simpliciter & absolute, id est, etiam non supposito peccato mortali: poenitentia verò ex suppositione peccati mortalis, si supponatur post baptismum fuisse commissum. Sacramentum autem ordinis toti ecclesiæ necessarium est isto primo modo. Nam vbi non est gubernator populus corruet Prouer. 11. Alio modo secundo, dicitur aliquid necessarium non sic simpliciter: sed sine quo finis non tam competenter obtineri potest vt equus ad viam sic necessarius dicitur. Et isto modo alia sacramenta sunt necessaria; confirmatio, scilicet, & extrema unctio. Nam confirmatio est perfectiua baptismi: sicut extrema unctio est perfectiua poenitentia: matrimonium quoque multitudinem ecclesiæ per propagationem conseruat.

**C** Notandum verò est, quod licet Durand. in 4. dist. 9. q. 2. asserit, matrimonium perinde cõmunitati esse necessarium, ac sacramentum ordinis, quia cõmunitas non potest conseruari, & propagari sine matrimonio; dicendum est tamen, quod matrimonium ad esse naturale propagandum ordinatur, licet etiam ordinetur ad instituendam prolem in bonis moribus: tamen sacramentum ordinis est necessarium ad bonum

A spirituale ecclesiæ, ided magis sacramentum ordinis participat rationem spiritualitatis, quam sacramentum matrimonij, licet verum sit & catholicum, contra Durandum, quod sacramentum matrimonij est vnū de septem sacramentis ecclesiæ, conferens gratiam bene præparatis & dispositis.

## CAPVT LXI.

*De baptismi sacramento, & de eius materia & forma, vtrum sit ablutio & materia eius aqua simplex, Et an valide fiat per ista Verba. Mergo aspergo, & alia similia, vel per verbum plurale, aut si loco de ly, patris dicatur genitoris, aut pro ly, filij dicatur Christi, aut si dicatur in nominibus: Et de immersione.*



**C**ONSULTO in discutenda materia de sacramentis in cõmuni prolixius, quam par erat ad nostrum institutum dimorati sumus, vt quia hic principia generalia traduntur ad speciales materias. 7. sacramentorum per noscendas sic hanc materiam suis numeris absolueremus, vt nihil quod scitu opus esset prætermisum faceremus. Sed iam ad nostrum institutum procedendi modum summarium reuertentes breuius, & compendiosius, quam poterimus, speciales materias sacramentorum in modum summæ tradentes, summantes quoque quod D. Thomas circa specialia sacramenta tradidit, summatis ad hoc adiungemus particulares casus dubiorum, quæ sparsim continentur in alijs doctoribus. Igitur vt ordinem distinctū D. Thomae seruemus, ad ipsam quidditatem baptismi inuestigandam primo sic procedimus.

**C** Primò ergo quæritur, Vtrum baptismus sit ablutio ipsa. Respondetur, quod tria inueniuntur in sacramento baptismi, scilicet, signum sensibile exterius, secundum ipsa sanctificatio, id est, gratia collatio, tertium character ipse. Primum est tantum sacramentum. Secundum autem est tantum res. Tertium verò, id est, character est res & sacramentum simul. Vt enim refertur ad signum sensibile est res; comparatus verò ad gratiam regenerantem, est signum. Cum igitur sacramenta nouæ legis signa sanctitatis effectiua sint, planum est in eo consistere sacramentum, in quo ipsa sanctificatio perficitur. At in applicatione aquæ ad hominem sub certa forma verborum perficitur sanctificatio. Ergo auctore Magistro sententiarum contra Hugonem de sanct. Victor. diffinientem, quod baptismus est

est aqua, & cætera, baptismus vere diffinitur, esse ablutio corporis exterior, sub forma verborum præscripta. Baptismus ergo est vsus, & applicatio aquæ, & non aqua.

**C** Circa quam doctrinam. D. Thomae nota cum Soto, quod baptismus cum sit res artificialis diuina, pro materia propinqua, qualis est ablutio, supponit: sicut arca lignea pro ligno sub tali forma supponit. Vnde contra Scotum nõ supponit pro aggregato ex ablutione, & verbis, sed pro materia sola cõnotando formã. Neque obstat, quod forma sit principalior quia etiã in arca lignea principalior est forma. Et tamen non proprie dicimus, quod arca est figura: sed quod est lignum sub tali figura. Adde etiam, quia non est vera ablutio humana, quæ sit in baptismo, si fiat sine intentione baptizandi, aut recipiendi baptismum. Ideò contra Gabrielem non oportet superaddere diffinitioni baptismi, istam particulam, scilicet, quod fiat cum intentione baptizandi: quia iam sub intelligitur. Colligitur ergo ex supradictis, quod aqua est materia remota baptismi, sed applicatio, & vsus eius ad finem baptismi, est materia propinqua, sicut sacramenti confessionis materia remota sunt peccata actualia, & materia eius propinqua est confessio illorum.

**C** Quæritur secundo, vtrum baptismus institutus iuerit post Christi passionem? Respondetur, quod quia sacramenta ex institutione diuina assequuntur effectum, tunc censentur fuisse instituta, quando virtutem sanctificandi receperit. Christus autem in suo baptismo tactu suæ purissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis in baptismo: ergo Christi, sacramentum baptismi institutum est, licet necessitas eo vtendi post resurrectionem incepit. Nam tunc omnes figuræ in Christo Domino completionem accepere. Insuper quia baptismus quædam configuratio est, per quam Christo Domino morienti, & resurgenti configuramur per intinctionem, vel immersionem corporis in aquam, & eleuationem, eius ex aqua: ideo necessitas vtendi baptismum post passionem & Christi resurrectionem induta est: quia oportuit Christum prius pati & resurgere, quam hominibus indiceretur necessitas conformandi se morti, & resurrectioni eius per vsum baptismi.

**C** Circa prædicta breuiter notatu est opus, dubitari non posse baptismum ante mortem Christi institutum fuisse, vt patet ex illo loco Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto & cætera. Neque reuocari in dubium potest, quod ante passionem vsus baptismi præcesserit. Nam defendi aliud non potest, nisi quod

Instru. conf. pars. 2.

**A** baptismum Christi baptizarent discipuli ante passionem. Quod si D. Leon asseruit ante passionem baptismum non fuisse institutum, id intelligendum est, quod non fuerit institutum in sua plenaria perfectione aperiendi cælum. At licet secundum cõmunem opinionem, D. Augustini, & Bedæ & Hugonis, discipuli ante passionem baptizarent baptismum Christi (ex quo colligitur ante passionem baptismum à Christo Domino fuisse institutum) tamen hoc in eo sensu est accipiendum, vt quantum ad vim regeneratiuam ante mortem institutum fuisse videatur, non tamen quantum ad vim obligatiuam. Quam vim obligatiuam baptismum obtinuisse Marci ultimo, vbi post passionem Dominus dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, dicitur. Sicut & præceptum sacramenti poenitentia post passionem, Ioannis vigesimo, vbi Dominus dixit: Quorum remisistis peccata, obligatiuam vim accepisse communis sententia est. Tamen fortè est vera opinio Soti, quod Christus Dominus in vita sua promulgauit hæc sacramenta decernens post passionem & resurrectionem suam obligare, quia in resurrectione completæ sunt figuræ. Nam firma stat hæc pars contra Scotum, quod tota lex Mosaica durauit vsque ad Christi passionem, iuxta illud ad Hebræos. 7. Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat.

**C** Tertio quæritur, vtrum aqua sit propria materia baptismi? Respondetur autem, aquam conuenientem esse materiã baptismi. Tum, quia cum baptismus sit spiritualis regeneratio, aqua, quæ generationi terræ nascetium necessaria est, quia semina rerū sunt humida, regenerationi spirituali, quæ fit per baptismum, bene congruit. Tum quia aqua lauat, & etiam refrigerat: ergo conueniens fuit vsus eius applicaretur à Deo ad lauanda peccata, & ad calorem concupiscentia refrigerandum. Tum, quia per immersionem corporis in aquam, & inde eleuationem, baptizandus Christo passo & sepulto, & resurgenti assimilatur. Tum, quia aqua vbique communis habetur, & ad manus: vnde his rationibus conueniens materia fuit sacramento tam necessario.

**C** Per illud verò, quod Ioannes testificatus est de Christo Domino dicens; Ille vos baptizabit Spiritu Sancto & igne, secundum D. Chrysostrum, per ignem intelligitur tribulatio præfens. Vel secundum D. Hier. per ignem accipitur Spiritus Sanctus, qui charitas dicitur; atque super discipulos in linguis igneis sacra scriptura eum apparuisse testatur. **C** Circa prædictum articulū oportet subnotare materias omnes aqueas, in quibus, vel cer

G rum

tum est, vel dubitatur validum baptismum conferri non posse. In primis igitur in gelu & niue, quia imperfecte aquae sunt, & quia non ita fluidae sunt, ut lauare corpus possint, sacramentum baptismi fieri non potest, sed bene ex aqua fluente ex niue, & gelu: quia naturalis est talis aqua: quia eo quod gelu & nix cum aqua symbolizant in qualitatibus humiditatis & frigiditatis, facile conuertuntur in verum elementum aquae.

¶ De aqua ex sale resoluta, videtur quod possit fieri verus baptismus contra summam Angelicam in verbo, baptismus. Secundo, quia per transmutationem ex aqua amara fit sal, & ex sale aqua, sicut ex glacie aqua, & iterum ex aqua glacies. At verò, quavis haec sit opinio Armillae verbo baptismus. §. 24. contra Summam Angelicam: tamen dubio non caret, propterea quod aqua naturalis etiam amara non tantopere symbolizat cum sale naturali, ita ut facile & in breui tempore vicissim inter haec fiat transmutatio, sicut fit inter gelu & aquam, ad radium feruentem solis, neque aqua ex sale resoluta, tam veram videtur repraesentare naturam aquae sicut aqua resoluta ex nubibus, ex rore, & ex niue grandine & glacie, & pruina, ex qua potest confici baptismus. Quo circa, saluo meliori iudicio, quia talis aqua resoluta ex sale potior est ad salendum carnes, quam ad corpus lauandum; si quis in aqua resoluta ex sale baptizatus fuisset, si iterum in hoc dubio sub conditione cum vera & naturali aqua baptizaretur, me iudice, eum sic baptizans non esset de culpa aut irregularitate damnandus. Adde verò, quod Soto placet, quod si ex vino lymphato, aut ex luto posset extrahi aqua, esset vera materia. Sed quia de aquis compositis & artificialibus statim dicturi sumus, interim reliqua dubia missa hic facimus.

¶ Quarto quaeritur, utrum ad baptismum requiratur aqua simplex? Respondetur, quod dupliciter contingit aquam suae naturae puritatem ac speciem posse amittere: vno modo per alterationis motum: alio modo per admixtionem alterius corporis extraneae naturae. Et cum vtrumque horum possit fieri à natura, & ab arte, quae aliquando vtitur naturali agente applicando actiua passiuus: si aqua primo modo, vel secundo taliter mutetur, quod species, vel forma substantialis ipsius non soluitur, in ea potest dari baptismus, sicut in aqua per solem calefacta, vel turbida, aut simili modo disposita. Nam non exigitur ad verum baptismum omnimoda puritas aquae, sed veritas suae speciei & naturae: igitur admixtio chrisimatis in aqua baptismali, quia modica est, naturam specificam aquae non adimit. In luto in

A super plus admixtionis terrae, quam aquae habente, confici baptismus non potest, licet in aqua ex luto expressa fieri valeat. In balneis & sulphureis aquis, & in lixiueis baptismus quoque vere conferri potest. Nam huiusmodi aquae ab his corporeis rebus, per quas transeunt solam qualitatis alterationem recipiunt, quia eis non incorporantur. Item etiam licet in aqua pluuiali baptismus confici potest, quia naturalis est aqua; sed non in aqua rosacea, cum nihil sit aliud, nisi liquor rosae resolutus, neque in vino, neque in aquis alchymicis.

¶ Adde ad praedictam doctrinam D. Thomae, quod secundum Sotum in aquis ubi elixantur carnes, aut pisces bene potest fieri baptismus valide, nisi talis aqua plus habeat pinguedinis, quam aquae: in vrina autem, aut in sudore ex homine, vel ex pane resoluta, vel in ceruisia, aut ptisana baptismus verus impendi non potest: quia ex voto ieiunans in pane & aqua, non posset illis vti. In lixiuio vero & aqua sulphurea licet D. Thomas concedat baptismum posse confici, Sotus tamen contra Paludem hoc limitat esse verum, nisi tanta sit exustio, aut commixtio extraneae materiae sulphureae, quod iam alia species esse videatur. Item non ex succis neque ex liquoribus expressis, ex quibuscumque herbis, aut radicibus arborum, neque ex liquore, unde Indi nouae Hispaniae conficiunt potionem, quam vulgari suo, pulchre, vocant, neque ex aqua mixta cum sanguine, quae elicitur ex corpore dum minuitur vena corporis, quia vera non est aqua conficitur verus baptismus. Sed bene potuit confici ex aqua fluente ex latere Domini nostri Iesu Christi; quia non fuit humor flegmaticus, sed aqua vera, & pura miraculose egrediens à corpore mortuo. Praeterea, quia Indi quaedam potiones sibi ipsis conficiunt ex aqua mixta, & decocta cum massa maycia, de mayz, quam Hispani inter Indos degentes chicha, vocant, de his potionibus dicimus, quod si ante quam incipiant post decoctionem igni factam effervescere, aut coalescere, posset inde exungi aqua, quae mixta fuit (quia adhuc in principio non videtur per mixtionem aut calefactionem statim amisisse veram aquae naturam) talis aqua vera posset esse materia baptismi, sicut fatetur Sotus. Quod si arte aliqua à pinguedine ollae, ubi cum aqua elixatae sunt carnes, posset exprimi aqua, vera posset esse materia baptismi. Quod & confirmare videtur D. Thomas in isto art. 4. in solut. ad. 2. Vbi ait, quod aqua decoctionis carnum, aut aliorum, nisi forte facta sit tanta resolutio corporum lixatorum in aqua, quod plus liquor habeat de aliena substantia, quam de aqua, quod ex spissitudine prospici-

prospici potest; non soluitur quoad speciem aquae, unde materia potest esse baptismi. Concludimus ergo, quod potio, chicha, nuncupata, & potio Indorum ex farinula de cacao confecta, à principio, ante quam istae potiones coalescant, aut effervescant, quia aqua ibi mixta in magna quantitate non statim amittit suam speciem, si inde subtiliter extrahatur, imò ibi manens coniuncta cum massa, aut farinula, si adeò non sit spissa, ut plus videatur habere ex illa farinula de cacao, vel ex massa maycia, de mayz, materia baptismi esse valet: quia non videtur in alteram naturam statim à principio transmutari: sicut neque aqua, quae cineri, aut luto admiscetur. Nam si post inde eliquatur, vera adhuc remanet aqua. Secus est, ubi istae potiones adeò spissae essent, ut plus de alia substantia continerent, quam de aqua: aut si iam per alterationem, aut transmutationem in alium liquorem alterius speciei transisse videntur: quia deferbuere, & acidum saporem iam retinent: quia tunc materia baptismi esse non possunt. Sicut neque fluxus aqueus per nares, aut os ex capite descendens, quia humor flegmaticus est, materia legitimi baptismi esse potest: sed aqua pura potata, & traiecta in stomachum: & statim ex frigiditate stomachi euomita, si pura exeat: quia in tam breui tempore amisisse suam speciem, non videtur, materia apta ad baptismum esse videtur. Secus est si quia in modica quantitate epota est, tota ea aqua euomitur magna quantitate flegmatum permixta, ita ut potius flegma, quam aqua esse iudicetur. Denique neque vrina, neque lacrymarum fluxus baptismi idonea materia est. Si autem quis, ubi adest aqua clara turbida vteretur, peccaret mortaliter.

¶ Quaeritur quinto, utrum forma baptismi sit conueniens? Respondetur, quod quia baptismus per suam formam consecratur iuxta illud ad Ephesios quinto. Mundans eam lauacro in verbo vitae. Ideo in forma baptismi causa eius explicanda est. Causa vero baptismi cum sit duplex, scilicet, principalis ipsa Trinitas, & vnus Deus, & instrumentalis, puta, minister, fit sane, ut quia per hanc formam; Ego te baptizo in nomine patris, & filij & Spiritus Sancti, vtraque causa explicatur, conueniens forma haec sit baptismi: tamen haec dictio, ego, de substantia non fit, quia includitur implicite in hoc verbo baptizo: tamen propter maiorem declarationem adiungitur. Imò Graeci in Graecia, quo illum exploderent errorem eorum, qui virtutem baptismi baptizatoribus

A acceptam ferebant, dicentes; ego sum Pauli, ego autem Apollo alia forma vti sunt, & vtuntur dicendo. Baptizetur seruus Christi in nomine patris, & filij & Spiritus Sancti, ne viderentur baptismum hominibus attribuere. In qua forma licet non exprimat minister per ly ego, vel per, ly baptizo: tamen, quia in ea exprimitur actus per ministrum exercitus, cum inuocatione Trinitatis, verum confertur per eam baptismus. Oportet autem hic explicari actum, ut per explicationem actus determinetur quid per talem usum aquae faciendum sit. Ità Alexander Papa docet: quia alias in aqua, & per aquam multa fieri possunt praeter baptismum.

B ¶ Praeterea; quia verba sacramentalia sunt etiam effectiua, & non solum significatiua, parum refert, quod dirigantur ad non intelligentes scilicet, ad surdos & pueros; sicut cum dicitur; exorcizote aqua, ad inaninatam aquam dirigitur sermo.

¶ Insuper sciendum est in casu necessitatis, plures per istam formam; Ego vos baptizo, posse simul baptizari ab vno ministro: quia singulus recipit vnum baptismum. Neque enim hic forma mutatur, cum vos, tunc non significet, nisi, te & te. At licet hoc in necessitate fieri possit; tamen plures vnum baptizare non possunt, etiam si quia alter est mutus, & alius manibus truncatus per se quisque eorum baptizare puerum non possit. Quia, cum ad multiplicationem agentium multiplicentur & actus, si ab vno quoque perfecte procedat, hoc etiam casu oporteret illos dicere, nos te baptizamus. At dicere, nos, non est tantum dicere, sicut, ego & ego, sed sicut, ego & tu, dependenter & partialiter: quod non conuenit sacramento baptismi. Quia, sicut vnus est Deus regenerans, ut causa principalis, sic & vnus minister, qui est causa instrumentalis debet esse, ut vnus sit baptismus, sicut vna est fides, & vnus Deus.

¶ Est, nanque differentia inter baptizatum, & ministrum; quia minister est causa instrumentalis; ille autem, qui baptizatur, causa principalis est, passiuus tamen, quia est subiectum, in quo recipitur actio baptismalis. Ideo expressio recipientis est de essentia: quia baptismus potius est ablutio passiuus, quam actiuus. Non autem expressio ministri ob praedictam rationem, ita est necessaria. Vnde pontifex Alexander. 3. capit. 1. de baptismo. non solum posuit illa, quae pertinebant ad essentiam baptismi, sed etiam, quae pertinent ad integritatem, qualis est illa particula, ego. Accedit ad praedicta, quod si tres personae alijs nominibus exprimentur, non perficietur sacramentum. Quia sicut aqua quae communior est assumitur



ad baptismum: sic communia nomina, quibus communius consuevere nominari personarum Trinitatis in lingua, qua baptizatur, assumenda sunt in forma: aliis nihil efficitur. Dicitur autem in hac forma, in nomine, & non, in nominibus, ut vna essentia Trinitatis exprimat, & vna eius virtus, quae ad essentiam pertinet significetur. Nullus vero potest baptizare seipsum, quia neque seipsum generare, aut regenerare. Quod insinuauit Christus Dominus, dum à Ioanne voluit baptizari, ut dicitur capit. debitum. de baptismit.

¶ Notandum est verò ultra praedicta. Primo quod omittitur in forma baptismi istud pronomen, ego, non est mortale peccatum, secundum Sotum, nisi graue esset scandalum, quod vix, vel nunquam oritur. Secundo etiam attendendum est, quod baptizare in occulto in forma Graecorum, ubi cessat scandalum, veniali tantum culpa tribuendum est. Nam licet oportet explicare in forma baptismi ipsum recipientem, sed non est necesse per ly, te, sed satis est per aliquod commune, sicut explicatur in forma Graecorum, per istam dictionem seruus Christi.

¶ Insuper aduertendum tertio, quod error toleratus ab ecclesia nihil eius intentioni in baptismo officit. Vnde si error ponatur in forma, quae intentionem ecclesiae secum permittit, non tollit verum sacramentum. Imo haeretici Arianis, quando errabant credentes, filium esse minorem patre, dum non exprimebant in forma hunc errorem, verum baptismum conferrebant. Praeterea, quia vulgares idiomate latino formam baptismi proferentes periculo se exponunt errandi, consultius est ut mulieres in casu necessitatis extremae baptizantes Hispano idiomate pronuntiando formam baptizent tunc, dicendo, Yo te baptizo en el nombre del padre, y del hijo y del Spiritu Sancto. Ita consuluit Victoria. Item quarto perpendito, quod baptizare per ista verba, tingo, infundo, perfundo aqua, aspergo aqua, validum efficit sacramentum; sicut etiam per hoc verbum, lauo, aut abluo. Baptismus autem collatum per istud verbum, mergo, licet Victoria validum esse censuerit, sed Sotus merito de hac Victoriae sententia dubitat: quia mersio in aquam ad diuersos fines ordinari potest. Vnde quia ista forma, ego te mergo in aquam, subobscura, & indeterminata forma est (quia talis mersio potest fieri ad suffocandum baptizandum) qui sub illa forma fuisset baptizatus, sub conditione ratione dubij esset rebaptizandus. Sicut etiam si aliquis per modum

A immersionis baptizaretur, & in forma baptizans sic eum exprimeret, ego te aspergo forte; quia in hoc casu forma aliquam dissonantiam à veritate praefert (nam non est omnino idem mergere, & aspergere à parte rei) esset sub conditione rebaptizandus: hoc enim videtur esse de mente Soti. Sicut etiam sentit quod dicere, ego te balneo, vel, mundo, vel, purgo à peccato originali, vel conijcio te in aquas, necessitatem inducit reiterandi baptismum, sub conditione, quando sub his formis fuit collatus, quia praedicta verba non significant actionem ministri per modum abluionis. Quia ratione de hac forma, ego te mergo, dubitauimus cum Soto. Sed quia tandem Victoriae opinioni accedens ex accommodatione vius, idem significare, quod baptizo arbitratur, ac per eam verum confici sacramentum opinatur, nos auctoritati vtriusque huius grauis doctoris nolumus repugnare. Sed tamen propter obscuritatem, quam habet & aliquantulum remotam significationem ab actu proprio baptismi, si quis baptizatum per eam formam puerum rebaptizaret sub conditione, id facti non tantopere culparemus. Tum, quia mergere non videtur significare actum baptismi per modum lotionis, & mundationis per lauari modum. Neque satis est ex tali mersione corporis in aquam, sequatur lauatio corporis, ut effectus: quia etiam ex balneatione, & ex coniectione in aquam sequitur effectus lauationis. Et tamen, quia ista forma, balneo te aqua, &, conijcio te in aquam, istum actum lotionis non significant, neque etiam ex accommodatione vius (quia nulla est talis apta & congrua accommodatio) legitima, aut vera forma baptismi secundum Sotum esse reputantur. Ergo pari ratione, licet ex mersione sequatur effectus lotionis, quia istud verbum, mergo te in aquas, illam non significat, non est haec legitima forma, ego te mergo in aquam. Tum etiam, quia si quis mingeret in puteum profundum, aut in flumen rapidum puerum baptizandum, sine arte, aut spe eum inde eleuandi, ut sentit Sotus, potius suffocatio pueri esset, quam baptismus, etiam si eum sic mergens cum intentione baptizandi eum, diceret: ego te immergo in aquas in nomine patris & ceter. Ergo istud verbum, mergo, non sufficienter exprimit actum baptismi, qui continet immersionem, & eleuationem ab aqua, ut baptizatus configuratur per immersionem Christo morienti, & sepulto, & per eleuationem ab aqua Christo Domino resurgenti. Vnde neque ex accommodatione vius valida apparet esse forma. Neque ob-

stat,

stat, ut ait Sotus; quod sub significatione huius verbi, baptizo, comprehendatur: quia significatio huius verbi, baptizo, latior est, & virtuosior, & magis sepulturam & resurrectionem Christi Domini exprimens.

¶ Cum autem supra ex mente Soti has veras esse formas baptismi asseruimus, scilicet, ego te infundo aqua, vel aspergo aqua: id ita accipiendum est, ut verum sit, quando per infusionem; vel asperionem quis baptizat (ut se explicat Sotus.) Nam secus esset si per modum mersionis baptizando diceret: Ego te aspergo aqua; quia (ut praediximus) videtur à parte rei aliquo modo falsificari forma, cum dicat se aspergere; & tamen non aspergit, sed mergit, quia distincti sunt actus. Ideo in his non est laxanda licentia: Nam forte sub conditione est iterandus baptismus.

¶ Praeterea circa formam baptismi multa occurrunt sub breuitate notanda. Primo circa variationem huius verbi, baptizo, dicitur, quod quantum attinet ad valorem perfectionemque baptismi, variando verbum per actiuam, vel per passiuam, parum refert; dicatur, ego te baptizo; vel, tu baptizaris à me; imo valet baptismus, si dicatur per tertiam personam: Baptizet te Christus, per actiuam, sicut tenet etiam cum à Graecis vertitur per passiuam verbum, dum dicunt, baptizetur seruus Christi: Quia ratione etiam in sacramento poenitentiae; si diceret aliquis, absoluit te Christus, vel absoluat te Christus, dummodo id non dicat per solum modum deprecationis, vere absolueret (licet à culpa sic absolueret non abesset) quia forma extremae vnctionis per modum etiam tertiae personae proferitur, dum dicitur; Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, & ceter. Quo circa de forma baptismi concludimus, quod ut habetur in concilio Flor. vbicunque exprimitur actus baptizandi cum persona baptizati, & inuocatione Trinitatis expressa, validus confertur baptismus, & verus: Neque enim requiritur (ut praediximus) illic exprimat formaliter persona ministri, ut patet in forma Graecorum, ubi non exprimitur. Et tamen per illam non excluditur actio ministri, quia Christus Dominus baptizat interioris & exterioris per ministros. Vnde cum minister diceret, Christus te baptizet, vel, Christus te absoluat (nisi intenderet excludere suam actionem, dicendo, Christus te baptizet, ego autem nullomodo te baptizo) baptismum conferret validum. Secus si interioris per intentionem eam exclusionem suae actionis faceret:

Instr. cons. pass. 2.

A quia tunc baptismus non teneret. Secundo notandum est circa illam particulam, ego, quod si episcopus causa auctoritatis diceret; Nos te baptizamus; vel baptizando Regem gratia reuerentiae diceret, nos vos baptizamus, vel maiestatem vestram baptizamus, haud dubium, quin verum esset sacramentum. Sed si priuata persona baptizans iocose diceret; nos vos, vel vestram maiestatem baptizamus, dum communis minister communem hominem sic irrisorie baptizaret, cum intentione verè baptizandi, an verus sit baptismus magis in dubium vertitur: propterea quod Victoria tenuit securius esse asserere, non esse baptismum, si aliqua priuata persona sub hac forma episcopali, & honorifica, nos te baptizamus; vel, nos vos baptizamus, baptizando vnum tantum baptismum ministraret, contra Caietani tenentem huiusmodi baptismum validum esse: Harum autem contrariarum opinionum contrariae sunt rationes: Nam Caiet. id tenet hac ductus ratione, quod ex accommodatione vius eundem sensum reddit, ego te baptizo; & nos vos baptizamus. Nam sic est vsu receptum apud viros communitatis politicam gubernationem habentes (ut apud episcopos) causa auctoritatis plurali numero uti inter loquendum. Ratio contraria mouit Victoriae ad praedictum baptismum non tantopere assecurandum. Quia inquit, id non est vsu receptum apud personas priuatas, ut in tali phrasi loquantur. Vnde accommodatio vius id non saluat: Igitur si mea quidquam valet sententia Caietani opinio verisimilior est. Quia postquam is modus loquendi receptus est apud viros graues praedictos, & in illis sufficiens ad formam essentialem baptismi, ille modus formae est; quare (etsi condemnandus sit iste abusus vsurpantium sibi istum modum loquendi cum sint priuati) baptismus sic collatus tanquam nullus reprobatus erit? cum omnes audientes intelligant modò episcopali licet sibi non competenti illum ministrum baptizare? Sicut non reprobatur, ut nullus baptismus extra necessitatem collatus à laico, vel à foemina; licet per abusum id faciat extra necessitatem, cum sibi non competat baptizare, nisi in necessitate. Quocirca concludamus iam tandem, quod si quis sub praedicta forma baptizatos à persona priuata velit sub conditione rebaptizare meo solo consilio non faciet; sed ad id consilium episcopi sui expectet, qui re maturius cum peccatis examinata an reiterandus sit sub conditione definit.

G 3

¶ Se-

¶ Secundo dicimus circa illam particulam, **A** te, quod si loco de ly, te, aliquis diceret, baptizo Petrum, & putans baptizare Petrum baptizaret Ioannem baptismus validus foret. Nam semper in illo in virtute manet intentio ecclesie quae est baptizare praesentem hunc, siue dicat, te, siue Ioannem, etiam si alium esse putet. Secus est de contrahendi cum ista matrimonium intentione, quia in matrimonio intentio, seu consensus cum hac est causa efficiens matrimonium.

¶ Adde tertio, quod si quis illam particulam, in nomine commutaret, in nominibus, in plurali dicens, baptizo te in nominibus patris, & filij, & Spiritus Sancti, etiam si ex ignorantia id diceret, baptismus ratus non esset. Ita magister sent. & D. Thomas contra Marfilium, q. 3. art. 4. sentiunt illam particulam, in nomine, esse de essentia baptismi: quia ibi illa dictio, nomen, non accipitur personaliter, sed essentialiter. Vnde in nomine secundum vnam expositionem idem est, quod in fide patris & filij & caetera, non solum interne, sed & ore confessa. Secundo in nomine secundum Magistrum sentent. idem sonat, quod inuocatione patris. Sed haec expositio non placet Soto: quia hoc ipsum dicere, in nomine patris & filij, est ipsa inuocatio, & confessio Trinitatis: inuocatio autem non fit inuocatione. Tertio in nomine, sic exponitur, vt sit idem, quod in autoritate, potestate, & virtute patris, & filij & caetera. Quae quidem expositio consonat hic D. Thomae. Concludimus ergo, quod non tenet baptismus collatus sub hac forma, baptizo te, in nominibus patris: quia hic non exprimimus vnam essentiam Trinitatis, neque plenam Trinitatem, neque loco illius particulae, in nomine, non licet ponere, in virtute, vel in fide: quia in ambiguo est, neque satis constat quid determinate illa particula, in nomine, ibi significet.

¶ Accedit quarto, quod si quis diceret, in nomine patris, & in nomine filij, & in nomine Spiritus Sancti, verum perficeret sacramentum: quia non per hoc asserit plura nomina, id est, plures essentias, sed idem essentialē nomen commune tribus personis ter repetit. Secus autem est, si diceret, in nomine, quod est pater, & in nomine, quod est filius, & in nomine, quod est Spiritus Sanctus: quia sic non baptizaret; quia nomen tunc refertur, per ly, quod, ad personas. Si autem diceret, in nomine Dei patris, & in nomine Dei filij, tunc bene conficeret sacramentum: quia tunc nomen refertur ad essentialē significatum per Deum. Concluditur ergo corollarie ex praedictis, quod

non solum sacrilegium esset, si quis in forma baptismi loco de ly, in nomine, proferret, in virtute, & potestate, siue in fide, vel in autoritate, sed non esset tutum illud validum sacramentum esse, existimare: imo esset sub conditione iterandum. Nam etsi D. Thomas hic significationem nominis per virtutem exprimat, tamen nomen in sua ampla hic significatione fidem, & autoritatem, & virtutem, & potestatem videtur insonare. Quare forsitan verum est, quod Innocent. cap. 1. de baptism. ait eum, qui dicit in virtute patris, & filij & caet. non perficere sacramentum: quia virtus non dicit totum, quod nomen.

¶ Præterea quinto dicitur, quod licet opinio Caietani affirmantis, quod baptismus collatus in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab utroque sit validus, probabilitate non careat propter apparentes eius rationes; tamen qui sub ea forma baptizaret, etiam si opinionem Caietani sequeretur, delinqueret mortaliter; eo quod opinionem, de qua nullus dubitat missam faciens, ei adhaeserit, quae in tuto salutem baptizandi pueri, siue adulti non poneret. Quo circa sub praedicta forma genitoris, & geniti & caet. baptizatus esset rebaptizandus, iuxta capit. de quibus dubium, extra de baptism. Præterquam, quod rationes Caiet. apparentes habent solutiones, & contraria opinio D. Thomae verisimilioribus innititur rationibus. Scilicet, quia, sicut aqua communi oportet vti, ita etiam nominibus communibus, proprie significantibus hypostases diuinas, & relationes, per quas constituuntur: qualia sunt haec nomina, pater, filius, & Spiritus Sanctus, quae peculiarem habent energiam, & emphasisim ad significandam, & exprimendam fidem Trinitatis, cuius protestatio est baptismus. Quam energiam non habent haec nomina, genitor, & genitus: quae important principaliter actus notionales; qui quia significantur, vt in via, non ita proprie constituunt personas. Neque obstat, quod haec nomina non sint ita propria in omni lingua, quia tunc in illa lingua nominibus proprius significantibus, quod haec nomina, pater & filius significant, vtendum esset. Quod si fingas, nulla talia nomina inueniri in omnibus linguis (quod raro, aut nunquam continget) tunc nominibus his latinis, in nomine patris & filij, & caetera vteremur: sicut nunc vtimur verbo Graeco, scilicet, baptizo. Ex praedictis etiam corollarie sequitur, quod non valeret baptismus collatus sub hac forma: Ego te baptizo in nomine vngentis, & vncti, & vnctiois; neq; sub hac, scilicet, ego te baptizo in

nomine

nomine illius, cui attribuitur potentia, & cui attribuitur sapientia, & cui attribuitur bonitas. Nam licet per has formas explicetur Trinitas; sed non proprie, vt personae constituuntur per relationes, & per eas distinguuntur. Caeterum, an haec sit vera forma baptismi: Ego te baptizo in nomine patris, & Iesu Christi, & Spiritus sancti, non est facile diffinire. Nam Sotus eam admittit, vt veram formam, quia inquit Christus significat secundam personam Trinitatis. At frater Iosephus in suis floribus theologicis hanc rem positam in opinione, ait. Quocirca si quis baptizatum sub illa forma sub conditione rebaptizaret, vt dimitteret incertum, & teneret certum: non esset incusandus. Qui haec ratio contra Sotum viget, scilicet, quod Christus non significat personam secundam Trinitatis, ita expresse significando relationem filiationis, per quam constituitur in esse filij, & per quam distinguitur a patre: sicut neque genitus ita expresse istam relationem exprimit; sed potius notionalem actum, per quem est genitus. Vnde sicut non videtur valere baptismus, in nomine genitoris, & geniti; sic neque in nomine patris & Christi, nisi adderetur, & Christi filij eius. Item licet hanc vt illegitimam refutauimus formam; Ego te baptizo in nomine, quod est pater, & in nomine, quod est filius; quia tunc nomen refertur ad personas, per relationem istud, quod tamen ista, vt vera videtur admittenda esse, ego te baptizo in nomine, quod est patris, & quod est filij (quia iam hic nomen non desinit referri ad vnam essentiam seu virtutem, quae hic significatur tribus personis esse communis).

¶ Sexto dicitur circa illam coniunctionem copulatiuam, & bis repetitam in forma baptismi, quod (vt testatur Vigilus Papa in epistola. 1. de greca. cap. 2. in 2. tomo) illa particula, & bis repetita est de essentia baptismi. Nam ait, quod in forma baptismi debet exprimi nomen trium personarum distincte, cum illa particula, & ad realem distinctionem trium personarum significandam propter haereticos, confundentes personam filij, & Spiritus Sancti, quasi per appositionem dicendo, in nomine patris, filij, Spiritus Sancti. Illam autem particulam, Amen, quae etiam ab aliquibus apponitur, planum est non esse de essentia: sed de essentia est nominare tres personas. Nam si sub hac forma, scilicet, in nomine Trinitatis te baptizo baptismus fieret, non teneret, de quo non est dubium.

¶ Sexto quaeritur, vtrum in nomine Christi possit conferri baptismus? Respondetur autem, quod sacramentum efficaciam obtinet, ex institutione Christi. Quocirca si aliquid, quod

Instruct. confc. pars. 2.

**A** Christus circa sacramentum instituit, praetermittatur sacramentum efficacia carebit, nisi ex dispensatione Christi, qui virtutem suam sacramentis non alligauit, praetermissum fuerit. Cum autem Christus instituerit sacramentum baptismi cum inuocatione expressa Trinitatis dari: vt sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita in baptismo interueniret expressio Trinitatis sensibilis, in cuius gratiam in baptismo Christi affuit Trinitas sensibilibus signis, scilicet, pater in voce, filius in humana natura, Spiritus Sanctus in columba, ideo sine expressione ista sensibili Trinitatis facta in forma, baptismus non valet. Nam etsi Apostoli in primitiua ecclesia in nomine Christi baptizabant, id fecerunt ex speciali Christi Domini reuelatione, quatenus nomen Christi, quod odiosum erat Iudaeis, fieret honorabile gentibus.

¶ Pro intelligentia praedictae doctrinae est notandum primo, quod cum sacramentum baptismi sit sacramentum fidei, necesse est in illo integram fidem confiteri, & profiteri. Vnde quia sub hoc nomine Trinitatis solum significatur numerus personarum; non autem per illud ordo, & habitudo personarum, quam habent inter se, significatur, neque proprietates earum explicantur (non enim exprimitur, an tres personae sint fratres, vel an aliquem habeant ordinem inter se) ideo explicandae sunt ibi personae sub proprijs nominibus, vt pro ad fidei confessionem necesse est, non solum esse tres personas, sed ordine patris, & filij, & Spiritus Sancti esse distinctas, exprimat. Nam etsi nomine Trinitatis vna virtus trium personarum videatur exprimi: tamen necesse est exprimere in baptismo, quomodo illa virtus, & autoritas participatur a singulis personis: quod tamen sub nomine Trinitatis, aut sub solo nomine patris aut filij non exprimitur. Quo circa contra Caiet. non fat est sensibilis nominatio Trinitatis confusa, neque in nomine Domini, vel in nomine

**D** Christi nominatio eadem ratione sufficit. Quia Papa Pelagius (vt refertur de consecrat. dist. 4. can. si re vera & can. multi sunt) nominationes istas non sufficere, determinat. Nam in cap. re vera. ait, in nomine Domini baptizatos, sine cuiusquam dubij ambiguo esse rebaptizandos: in nomine Trinitatis, scilicet, eam exprimendo per personas, vt vsu receptum est in ecclesia catholica. Quod & ipse declarat in posteriori canone. multi sunt. vbi ait, & euangelicum praecipuum admonet vt fiat baptismus in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Vnde pro eodem reputant potifex, in nomine Domini, & in nomine Christi cu dixit baptismum

G 4. numm

num in nomine Domini non valere: quia illum consulentes non dubitabant, nisi de in nomine Christi collato baptismo.

¶ Secundo aduertendum est, quod quia Actuum Apostol. 8. & in alijs locis (vt allegat D. Thomas) legitur in more fuisse Apostolis baptizare in nomine Iesu Christi, Sotus, vt saluet eos nulla peculiari reuelatione, aut dispensatione id fecisse autumat, Apostolos, nunquam solennem euangelij formam baptizandi in nomine patris, & filij prætermisisse: sed ideo narrari in illis locis in nomine Iesu Christi baptizasse scilicet, quia in baptismo Christi, & non Ioannis Baptistæ baptizabant, & in potestate Christi conferebant illud solenne baptisma cum expressa, & sensibili inuocatione Trinitatis: sicut Marci ultimo præcepit Christus. Secundo quia veretur Sotus hanc expositionem non placitum omnibus, adiungit & aliam, scilicet, quod ideo Apostoli dicebantur tunc baptizare in nomine Iesu Christi; quia licet seruabant formam euangelicam Marci ultimo à Domino præstitutam, nihilominus nomen Iesu Christi ei immiscebant dicentes; Baptizo te in nomine patris, & filij Iesu Christi, seu qui est Iesus Christus, & cætera: quod putat Sotus etiam modo licere præsertim in regionibus Indorum. Sed tandem Sotus, pro vt sui moris est, sic reueretur antiquos patres, qui arbitrati sunt Apostolos aliquando baptizasse in nomine Iesu Christi, tacitis alijs nominibus Trinitatis personis conuenientibus propriè, vt hanc expositionem D. Thomæ & Sanctorum patrum admittat. Verum si solum ex reuelatione sic Apostoli faciebant verè opinatur D. Thomas istam reuelationem & dispensationem iam cessasse postquam ecclesia catholica iam illum modum baptizandi refutauit, seu repudiavit.

¶ Tertio perpendendum est, quod iam baptizare in nomine Iesu Christi prætermisita forma, qua nunc ecclesia vtitur, non solum esset peccatum mortale, sed tanquam tale ab ecclesia puniretur. Neque obstat autoritas D. Ambrosij lib. 1. de Spirit. Sanct. cap. 3. vbi ait, quod in nomine Christi, qui est idem, quod vnctus, intelligitur pater vngens eum, & Spiritus Sanctus, in quo est vnctus. Vnde subinfert, quod valet baptismus in solo nomine Christi. Neque obstat Achilles Caiet. & cõtrarium tenentium, scilicet, autoritas Nicolai Papæ, ad consulta Vulgarorũ de consecrat. dist. 4. can. à quodam Iudæo. Vbi ait; Qui in nomine tantum sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi sicut in Actibus Apostolorum legitur, baptizati sunt (Vnũ quippe & idem est, vt S. ait Ambrosius) rebaptizari non debent. Quia D. Thomas modestè & suffi-

cienter in solut. ad. 2. & 3. ad hoc respõdet, quod Apostoli baptizabant in nomine Christi, ex dispensatione, sicque esse intelligendum D. Ambrosium: cuius autoritati subnixus Nicolaus papa valere baptismum in nomine Christi solum, respondens noluit id tanquam articulum fidei diffinire. Maxime cum D. Ambrosium autorem citauerit. Nam summi pontifices respondentes ad interrogata, non semper intendunt diffinire rem tanquam de fide, cum extra concilium aliquid decernunt. Maxime cum autorem citant. Sicut si dispensauerint in voto solemnem, & in matrimonio rato non consummato, non propterea condemnant contrariam opinionem, tanquam erroneam: sed sequuntur illam opinionem, quam alij pontifices fortè non sequerentur. Quod autem Nicolaus Papa id tanquam de fide non diffinierit, sed fundans se in autoritate, quam citat. D. Ambrosij, patet: quia Pelagius Papa locis supra citatis magis ex professo diffinit contrarium, scilicet, in nomine solum Christi (vt can. multi dist. 4. habetur) non esse licitũ baptizare. Item quia Zacharias Papa eadẽ dist. 4. cap. in synodo. ex professo magis diffinit baptizatum sine expressione Trinitatis, scilicet, nõ exprimendo in nomine patris, & filij & Spiritus Sancti perfectum Christianum non esse. Ex quibus corollariè sequitur, quod qui modo baptizaretur in nomine Christi, aut sub nomine isto confuso in nomine Trinitatis, rebaptizandus esset, sub conditione, vt Scotus & Richardus aiunt. Imo autore Soto fortasse etiam tanquam non baptizatus, absque adhibita conditione esset rebaptizandus. Nam etiam sub ea forma baptizare, postquã ecclesia tam multis retro actis sæculis hanc formam repulit, argumentum patens est, esse sacrilegium mortale, vt si quis diceret, baptizote in nomine Christi.

¶ In articulo. 7. quaeritur, vtrum immersio in aqua sit de necessitate salutis? Respondetur autè, quod quia in baptismo aqua ad abluionem corporalem assumitur, qua ablutio interior denotatur: cum ablutio exterior fieri possit, non tantum per immersionem, sed etiam effusionem, atque aspersionem (tamen si immersio in aqua nõ sit necessaria) tutius fit baptismus per immersionem, quã aspersionem, vel effundendo. Et nisi necessitas aliud exposcat (vt quia est modica aqua ad submergendum, baptizandum, vel quia plures sunt baptizandi, vel minister debilis est ad immergendum baptizandum) communior vsus est seruandus, quod fiat per immersionem. Alioquin satis est fiat per effusionem, vel per aspersionem. Nam licet per immersionem expressus mysterium sepulturæ Christi signetur, cui recipiens baptismum configuratur, & ideo commo-

dus

dius & congruentius sic fiat: tamen si ob necessitatem aliquam aliter fiat, scilicet, per aspersionem, aspergendum est caput, quia in ipso viget opera animæ, ad cuius emundationem baptismus ordinatur. At quamuis baptismus originale peccatum deleat, sicut in circuncisione debeatur: tamen generatiuis membrum non lotio aquæ est applicanda ob rationem prædictam: quia peculiaris ratio fuit, ob quam in membro generationis circuncisio conferebatur, scilicet, ad denotandum, quod Christus, vt homo, qui delere debebat originale peccatum, ex semine Abraham erat nasciturus.

¶ Circa prædictam. D. Thomæ doctrinam explicationis maioris gratia, notandum est primo, quod quiamersio adeo baptismus est congruens, si prætermittatur, nisi ob causam honestam, vel necessariam, vel rationi cõsonam omitatur, culpa hæc omisio non caret, tamen si vt credit Sotus, in nullo casu pertingit ad culpam mortalem, sed tamen si per modum aspersionis, aut infusionis baptizans diceret, ego te aspergo, vel, ego te infundo aqua, tantum scandalũ posset ingenerare, vt culpam inde contraheret mortalem. Si tamen (vt prædiximus) dum mergit dicit, Aspergo, vel è conuerso dum aspergit, dicit minister, ego te mergo (licet istum mendacium, vt nititur defendere Sotus, sacramentum non videatur quo ad substantiam vitare) sed tãdem quasi exagitatus scrupulo quodam incertitudinis, inclinatur in eam, quam supra tenuimus sententiam; sub timide tamen dicens, quod forsitan est sub conditione iterandum.

¶ Secundo dicitur, quod si quaeras, an satis sit ad baptismum, quod citra caput alia pars intingatur aqua, & qualis pars, vel quanta sit intingatur, respondendum videtur, quod in hac quaestione aliquid est certum, scilicet, quod si intingatur totum pectus aut scapulæ infunderentur aqua, verus perficeretur baptismus. Sicut certum est etiam secundum regulam ab alijs traditam, quod si pars tanta integralis aqua intingatur, quod sine ea anima in corpore conseruari non possit, si abscindatur, validus quoque erit baptismus.

¶ Aliud verò hic in dubio positum est, an sola intinctio digiti, sufficiat. Nam certe hic casus incertitudinem præfert: quo circa, huiusmodi sacramentum sub conditione esset iterandum, præter peccatum, quod tantò maius accidit esse in his dubijs, quanto minor pars intingitur.

¶ Tertio dicitur, quod si quis de quantitate aquæ necessaria ad baptismum quaerat, respondendum videtur, illam quantitatem aquæ esse necessariam, quæ sufficit, vt homo dicatur abluui. Nam certè tam tenues exilesque, & tana-

pauca possent esse guttæ aquæ (vt quia reuera non censeretur per eas fieri ablutio) per earum applicationem non fietet sacramentum, aut certe maneret res sic in dubio vt esset sub conditione iterandum sacramentum.

¶ Quarto; quia hæsitare quis potest, vtrum si capilli aqua tantum perfundatur, aqua non descendente ad carnem, neque ad faciem, neque omnino ad cutem corporis, sacramentum perficiatur, an non: quia ex vna parte talis dicitur lautio: ergo & sacramentum. In contrarium est, quod tunc (vt ait D. August. Que est ista virtus aquæ quæ corpus tangit & cor abluuit?) cū aqua corpus non tangat, cor non videtur abluere. Respõdetur, quod aliqualis apparentia est, quod huiusmodi baptismus tenet. Quia licet capilli sint excrementa capitis: sunt tamen aliquo modo partes eius: vnde, quia crescunt, vitam, licet non sensitiuam, videntur participare. Nihilominus tamen, quia non oportet salutem baptizandi exponere periculo: ideo Sotus affirmat se non dā naturum eum, qui scrupulo agitatus sic tantum in capillis baptizatum sub conditione rebaptizaret, quia capilli non sunt partes integrales reddentes maiorem, vel minorem hominem, neque anima rationali, aut sensitua viuunt. Vnde quia hæ rationes simul cum illa: D. Augustini baptismum hunc dubium reddunt, cõsultius esse cõsilio affirmare, quod sub conditione sit reiterandum. Ita frater Iosephus in suis floribus, qui nostræ huic sententiæ fauet.

¶ Quinto (quia magis id dubij premit, an si aqua baptismi infusa, vel aspersa solum contingat vestes, inualidus sit talis baptismus, an non, respõdetur, quod licet casus hic videatur anceps: sed propter autoritatẽ D. August. supra dictã, in qua inlinuat, quod aqua debet corpus tangere, vt cor abluat: ideo tutius apparet sequi partem negatiuam, scilicet, quod tunc baptismus validum nõ perficiatur. Nam corpus, vndequeque contentum non proprie abluuitur: sicut si aliquis inclusus in capsã, vel in vtre bouino taliter baptizaretur; etiam si sic in aquam mergeretur, taliter, quod aqua ipsum non contingeret, baptismus non esset: siquidem falsa esset forma. Ego te baptizo: quia ille vere non abluuitur. Sicut, si sic esset obuolutus panis, si solum super pannum ablueretur, sacramentum non esset: quo circa sub conditione reiterandum esset. Idemque videtur contra Sylu. dicendum de puero, si baptizetur in pelle matris, id est, in illo reticulo, quo nascitur inuolutus ex vtre matris antequã rûpatur; ita, vt aqua non pertingeret ad eius propriã carnem: quia rebaptizandus esset sub conditione saltẽ. Imo si intraventrẽ matris rupta pellicula intingeretur aqua, baptismus non esset, contra Victo-



riam dubitantem: quia autore D. Augustino, non potest quis renasci, ante quam nascatur.

¶ Sexto notandum est, quod licet sinistra interueniat intentio occidendi puerum, si tamen applicetur essentialia cum intentione eum baptizandi, tenebitur baptisimus. Si tamen acceleranda esset mors notabiliter pueri baptizandi, non esset cum notabili vitæ periculo tunc baptizandus. Si autem non notabiliter acceleratur; quia iam propinquus est morti, tunc baptizandus esset cum aliquo periculo accelerationis, etiam mortis. Si tamen ex lotione aquæ illi puero egrotanti periculum salutis, & vitæ immineret, satius est tunc leuius aspergere guttis aquæ: ita ut lotio esse iudicetur.

¶ Accedit ad prædicta, quod si puer moritur neque baptizari potest, nisi cum periculo notabili suffocationis iniiciendo eum in profundum puteum, sic baptizari non debet, secundum Sylu. verb. baptif. §. 10. & secundum omnes Doctores contra Palud. quia non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Sicut neque est aperienda foemina prægnans iam propinqua morti, de cuius vita desperatur, ut extrahatur à ventre eius proles, & baptizetur. Quia præterquam, quod id sine periculo vitæ factus fieri non potest, non ob id sic per apertionem vteri esset occidenda mater.

¶ Sed quod magis nos urget dubium in hoc casu est, an si puer baptizandus sine arte & remedio eum leuandi, de facto proiectus est in aquam profundam putei, ut ibi immersus baptizaretur, an validus esset baptisimus prolatis verbis, vel non? respondetur tamen, quod casus hic tam anceps visus est Victorix, ut vtramque quæstionis partem apparentem reputans, dixerit se malle tenere, quod sit baptisimus verus. Quia inquit, idem videtur esse, mittere eum in aquam putei, vel fluminis, ibi eum demergendo: sicut infundere super eum aquam. Nihilominus tamen verior est opinio Scoti contra Gabrielem distin. 4. & contra Panor. cap. non debet. de baptif. scilicet, quod talis dimissio pueri in puteum sine remedio eum leuandi inde, non est dicenda baptizatio, sed suffocatio pueri. Huic negatiuæ videtur accedere Scotus, qui sentit, quod dum fit sine arte & remedio leuandi ex puteo puerum, non esset baptisimus.

¶ Item septimo quia dicto secundo supra tantum de parte intingenda, quanta & qualis deberet esse in ordine ad valorem baptisimi expediui mus, nunc in ordine ad culpam ministri baptizantis, dicendum est, quod licet aliquibus visum est, non carere culpa mortali, si citra necessitatem excusantem baptizans omittat intingere caput; nihilominus Scotus mitius in hoc diffiniendo se habet, dicens, quod nisi causa legitima id prohibeat legitimus

A baptisimus est intingere caput: quia ibi restat principium vitæ; quare absque causa id prætermittere peccatum est. Imo si consulto quis baptizans nollet intingere caput, sed brachium, aut tibiam, tantum posset scandalum dare, ut mortaliter delinqueret. Et hoc insinuat D. Thomas dum ait: Oportet. Vbi nota Scotus hic (ut colligitur ex verbis eius) sentire, quod ratione grauis scandali omisio intinctionis capitis, posset pertinere ad crimen mortale; alias non, si præter caput alia bona pars corporis intingatur: si quidem integrum erit sacramentum. Si tamen sic baptizando solam manum, aut pedem pueri intingeret, cum iam est perfecte natus, mortaliter videtur peccare. Nam D. Thomas in 4. sent. dist. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. & infra in 3. part. q. 68. art. 11. ad vltimum arg. tenet, quod si pueri periclitantis nondum perfecte nati pes, vel manus ex vtero eius matris fuerit egressa, baptizandus est in pede, vel manu ratione periculi: sic tamen, ut tunc totaliter post egressum ab vtero, iterum sub conditione rebaptizetur. Vbi ostendit non esse negotium saluationis securum, si pes vel manus sola infantis intringatur aqua. Atque eiusdem sententiæ est Scotus in 4. sent. dist. 4. q. 3. quibus accedit Gabriel. Si igitur intinctus in solo pede, vel manu sub conditione est rebaptizandus, sequitur eum, qui sic baptizauit, deliquisse mortaliter, cum citra necessitatem periculo exposuerit sacramentum, ut iterum conferretur. Secus esset si ex necessitate subueniendi saluationi pueri non totaliter egressi ab vtero, sed inde extenderet manus, in ea intingeretur: quia necessitas tunc id facti excusaret à culpa.

B ¶ Quæritur. 8. Vtrum trina immersio sit de necessitate baptisimi. Respondetur autem, quod ablutio aquæ, quia perse requiritur ad baptisimum, ideo est de necessitate sacramenti. Modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramentum: ideo modus immersionis non est de necessitate baptisimi. Quo circa, siue baptizandus ter immergatur, siue semel, æqualiter manet baptizatus, ut ait D. Gregorius scribens Leandro episcopo. Nam per vnam immersionem significatur vnitas mortis Christi & vnitas deitatis. Per trinam autem immersionem signatur trinitas personarum, & triduum sepulture dominicæ. Aliquando verò ecclesia, ut fieret trina immersio, statuit propter reprobationem eorum, qui Trinitatem negantes, Christum Dominum purum hominem esse asserabant, ut in canonicis Apostolorum legitur. Interdum autem instituit, ut fieret vna dumtaxat immersio ad detestandum abominabilem usum rebaptizantium, sicut in concilio Toletano statutum legitur. Hac autem causa cessante communiter obseruatur,

ut

ut in baptismo trina fiat immersio. Ideo aliter baptizans grauius peccaret, quasi ritum ecclesiæ non seruans: nihilominus tamen esset baptisimus. Pelagius Papa intellexit trinam immersionem esse de mandato Christi in suo simili, id est, in hoc, quod præcepit baptizari in nomine trium personarum, quod est de essentia; & trina immersio est de congruitate.

¶ Circa prædictam doctrinam, quod magis illucidetur, notandum est primo, quod (ut hic insinuat D. Thomas) tempore suo vsus trine immersionis solennis erat. Iam verò nunc tam rarus est hic baptizandi modus, ut vix alicubi sit in obseruatione. Igitur nunc quilibet sacerdotum in solenni baptismo ritum suæ ecclesiæ matricis debet obseruare, ut dist. 3. q. 3. art. ait Palud. non vero ecclesiæ Romanæ, aut Metropolitanæ. At quauis D. Thomas asserat ritum matricis in baptizando non obseruantem peccare grauius; tamen Sotus arbitratur, secluso scandalo, id non esse mortale. Imo si aliqua causa honesta, vel necessaria, vel rationi consona interueniret, posset ab omni culpa excusari. Nam dum in necessitate priuatim baptizatur infantulus non est in vsu, ut per immersionem baptizetur.

¶ Secundo perpendendum est, ut solutio argumenti D. Thomæ magis pateat, quod minister intendens trinam immersionem dupliciter hanc intentionem potest in sua mente concipere. Vno modo, ut si in nullo casu vellet baptizare sine trina immersione: ita quod aliqua illarum deficiente non intendere perficere baptisimum: Et sic vera est in hoc sensu sententia Paludis in 4. dist. 3. q. 3. dicentis, quod sacerdote intendente baptizare sub trina immersione, si puer dicta forma & facta prima immersione moreretur, baptizatus non maneret. Secundo modo potest trinam immersionem intendere, eodem modo, quod ecclesia eam intendit. Et tunc puer ille baptizatus vere cum illa sola immersione migraret à vita; quia non tanquam necessarias intendebat alias posteriores duas immersiones, sed tanquam ceremoniam congruentem. Sicut in simili patet: Si quis dicens, celebrando in consecratione calicis, Hic est calix sanguinis mei, statimque non finitis alijs verbis exhalaret animam, profecto secundum probabiliorem opinionem tenentium, quod hæc prædicta verba, sunt tantum de essentia consecrationis sanguinis verè conficeretur consecratio sanguinis. Et tamen intendebat consecrare per omnia consecrationis verba. Sic ergo eadem ratione puer verè baptizatus discederet, si in prædicto casu moreretur in prima immersione. Et in hoc sensu vera est sententia Caietani, & Soti contra Palud. D. Thomas autem dum in 4. sent. dist. 3. art. 4. ait, quod si trina intendatur immer-

A sio, baptisimus non perficitur, nisi in extrema non obstat: quia loquutus est iuxta morem celebratum baptizandi in suo tempore per trinam immersionem, in quarum qualibet, non tota forma, sed pars formæ proferebatur: & quia in vltima immersione pars vltima formæ proferebatur: tunc in vltima immersione sacramentum perficiebatur; quia vsque ad illud nunc temporis non erat tota forma prolata. Vnde si antea fuisset tota forma prolata ea intentione qua baptizat ecclesia falsa est opinio Paludis dicentis, quod in prima immersione pueri, non perficeretur baptisimus.

B ¶ Tertiò animaduertendum est, quod licet extra dubium omne sit, minister eam attentionem debere præstare, ut simul applicando materiam, verba formæ pronuntiet: nam negligentia, siqua in hoc interueniret, culpa non careret: si tamen non tanta intercederet mora sacramentum non inualidaretur. Nam superstitiosa videtur illa simultas mathematica ad punctum applicationis materiæ & formæ, quam exigit glossa in cap. detrahe. r. q. 1. cui adhæsit Caiet. quolib. 2. q. 16. Vbi cõcludit saltem esse necessarium ad validitatem sacramenti, ut pars aliqua prolata formæ simul cum aliqua parte actionis, id est, applicationis materiæ concurrat, licet non sit necessarium, ut adæquate incipiant & desinant.

C Nam profecto cum sacramenta more humano applicentur, bene ait Scotus dist. 6. q. 3. cum sibi suffragante Ricardo dist. 3. art. 4. q. 1. quod non tam strictim, sed moraliter modo, prout vsus humanus habet, iste concursus & simultas materiæ & formæ debet intelligi. Quo circa, licet paulò ante finiatur prolatio formæ, nihilominus applicatio aquæ continuò subsequens pars est sacramenti. Nam continuo dicitur bibere qui applicans potum ori ait: Ego bibo; & dicto hoc vinum epotat. Et sic in alijs exemplis humanis. Atque minus periculi est, si post dicta illa verba ab episcopo: Accipe potestatem initiandus sacerdotio continuo sine notabili mora calicem eum hostia tangat. Secus est, si post longum tractum temporis post dicta verba: Accipe potestatem, initiandus attingeret calicem: nam tunc res valde anceps esset, & forte non perficeretur sacramentum, ut Caiet. ait.

## CAPVT, LXII.

Vtrum baptisimus possit iterari, & quando sub conditione baptisimus est admitendus: Et an pueri promectæ gratis ob scrupulum sint conditionaliter baptizandi: Et quid de infantibus

Cap. LXII. Vtrum baptismus possit iterari?

*bus expositis, vel in nemore inuenis, vel in-  
cognitis, quo ad genus: Et item an ignorantia  
rebaptizantis, vel rebaptizati excuset eos ab  
irregularitate. An rebaptizantes in ecclesia  
sub condicione pueros iam baptizatos domi,  
siant irregulares: An monstrum geminata  
habens membra sit bis baptizandus. Et an  
alia iterantes sacramenta siant irregulares:  
Et de tribus baptismatibus: Et affectio mar-  
tyrij requiritur. Vt adules per martyrium  
baptizetur: Item ad quem pertineat baptize-  
re, & an laicus possit baptizare, Et an mulier  
id possit: Et an non baptizatus & an plures:  
Et an requiratur eleuans de fonte: Et quid  
conc. Trid. statuat.*



**V**AERITVR Nono

in hac quaest. 66. vtrum bap-  
tismus possit iterari. Respō-  
detur autem, pluribus de cau-  
sis sacramentum baptismi  
iterari non posse, tum pri-  
mo quia est baptismus quae-  
dam spiritualis regeneratio: vnde sicut vnus rei  
generabilis non est nisi vnica generatio natura-  
lis: ita vnus hominis non potest esse, nisi vnica  
regeneratio spiritualis. Tum secundo quia per  
baptismum Christo morienti & resurgenti assi-  
milamur. Christus autem semel mortuus est, &  
resurrexit: ergo neque semel baptizatus debet  
iterum baptizari. Tum tertio quia baptisma cha-  
racterem imprimit, qui indelebilis est, & eū qua-  
dam consecratione datur. Vnde sicut semel con-  
secrata non iterum consecrantur: sic neq; semel  
baptizatus est iterum baptizandus. Tum quarto:  
quia baptismus est contra originale peccatū,  
quod non reiteratur. Præterea à Cataphrigris, &  
Bonosianis male sentientibus de Trinitate, quia  
ponebant Christum purum hominem esse, &  
Spiritus Sanctum similiter hominem purum  
esse sentiebant, baptismum sine debita forma col-  
latū reiterabatur. Conclusio autem hæc, quod  
baptismus non sit iterandus est dogma à tempo-  
re Apostolorum, certissimum est, quod non so-  
lum de iure pontificio, sed etiam de iure diuino,  
reduciturque ad articulum fidei. Vt patet in  
symbolo Niceno, vbi contra rebaptizatores ad-  
ditum est: Confiteor vnum baptismum in remis-  
sionem peccatorum. Vnde rebaptizatio non so-  
lum peccatum est, quippe quæ est sacrilegus sa-  
cramenti abusus: verum etiam sacramenti vali-  
ditate caret. At idcirco est peccatum graui pœ-  
na dignum, eo quod sacramentum non iterabile  
intentat quis iterare esto nihil efficiat iterando

**A** illud: sicut etiam graui pœna est dignus, qui  
viuente vxore alteram ducit, licet frustra id in-  
tentet. Hanc culpam insinuat. D. Paulus ad He-  
braeos. 6. imputari se rebaptizari permittenti-  
bus, dum ibi ait, eos qui semel illuminati sunt, &  
prolapsi sunt, non rursus renouari posse ad pœ-  
nitentiam, crucifigentes sibi metipsis filium Dei.  
Auctoritatem autem hanc licet. D. Hierony. con-  
tra Iovinianum, de pœnitentia intelligat, quia  
sic glossat impossibile, id est, difficile esse pecca-  
tori per pœnitentiam in viam salutis reuocari, si  
sit assuetus: tamen illud verbum, iterum crucifi-  
gentes, de iteratione baptismi Apostolum ibi  
loqui, ostendit.

**B** Circa doctrinam D. Thomæ pro eius maio-  
ri illucidatione dubia quædam discutienda occur-  
runt. Quorum primum est, quale debeat esse du-  
bium, in quo baptizatio conditionalis est admit-  
tenda. Respondetur autem breuiter, tunc rebap-  
tizatiōem conditionalem iure exposulari, lo-  
cumque habere, vbi post adhibitum diligens exa-  
men, adhuc res ita est in æquilibrio, vt neutri  
parti possit assensus præberi: sed in suspensione  
quædam manet animus vacillans, an infantulus  
baptizatus sit, necne. Nam dubitatio iure reite-  
rationem baptismi sub condicione exposcit. Se-  
cus autem esset, si probabilis ad sit assensus, quod  
sit baptizatus, & nullus de contrario: quia tunc  
licite non sit talis rebaptizatio. Quocirca autore  
Palud. in. 4. dist. 6. q. 4. vnus testis sufficit, vt te-  
stificetur, vt putā, anicula, quæ puerum bap-  
tizauit, illum baptizasse dicat, vt licite non pos-  
sit puer amplius baptizari: quia testimonium  
vnus, vt sufficiens, admittitur à iuristis, cum nō  
agitur de præiudicio tertij, vel cum agitur ad pec-  
catum impediendum. Facit caput. super eo. el. 2.  
de testib. & 2. q. 1. cap. multi. Tametsi ad con-  
demnandum rebaptizatorem, vel rebaptizatiū  
(quia hic interuenit actus iudicis, & agitur de  
præiudicio tertij) duo aut tres testes exigantur.

**D** Ex qua veridica resolutione sequitur corolla-  
riè primo pueros iam prouectos ætate, & inter  
Christianos enutritos ob nullum scrupulum fore  
rebaptizandos: quia præsumuntur esse iam  
baptizati, nisi oppositum probetur, iuxta In-  
nocentium Papam in cap. veniens. de presbyt.  
non baptiz. Et quia esto accideret vt corā Deo  
verè nō esset baptizatus, interueniente ignoran-  
tia inuincibili cum excusante per baptismum fla-  
minis, id est, contritionis, & charitatis posset sal-  
uari.

**C** Secundo sequitur corollariè, expositos in-  
fantes scriptum se cum feretes testimoniū, quod  
fuerint iam baptizati (licet nomen testis ibi non  
exprimatur) nullatenus fore rebaptizandos. Imo  
etsi

etsi huiusmodi testimonium non secum ferant,  
si per ætatem eorum apparuerit, vel iudicetur  
ante mensem, aut viginti dies esse natos (vt So-  
tus insinuat) non sunt baptizandi. Quia, inquit,  
ego nequiquam auderē eos baptizare: quia ætas  
hæc sufficiens testimonium est suscepti bap-  
tismi inter Christianos, nisi talis puer ex colore  
faciei, & corporis, aut ex alio indicio esse proles  
serui infidelis, vehemēti suspitione iudicaretur.

**T**ertio corollariè sequitur, infantulum in  
nemore inuentum, de quo in dubium veniret,  
ex quibus parentibus esset natus, scilicet, fide-  
libus, an infidelibus sub condicione rebaptizandū  
esse. Imo qui inter infideles nati sunt etiam ex  
parentibus Christianis, & postea redemptis pa-  
rentibus, aut mortuis, si superstites cum sint, ad  
regiones Christianorum veniunt, baptizandi  
sunt, nisi manifestis indicijs constet esse bap-  
tizatos. Nam præsumitur eos baptizatos nō fuis-  
se, eo quod inter infideles nati, fortè non sunt  
permisi baptizare eos sui parentes; aut forte pa-  
rentes eorum peruersi aut subuersi ab infideli-  
bus, sub quibus captiui tenebantur, eos bap-  
tizare non curarunt, vel modum baptizandi igno-  
rarunt. De istis enim intelligendi sunt canones.  
paruulus, placuit. cum itaque. si nulla. de conse-  
crat. dist. 4.

**Q**uarto corollariè sequitur, quod domi iam  
baptizato post ad ecclesiam delato, solum ad-  
hibendi sunt Catechismi & exorcismi, qui defue-  
rant iuxta can. Spiritus Sanctus. 1. q. 1. quod in-  
telligit contra glossam super eodem verbo. lege.  
quando baptismus domi collato nihil defuit de  
sua substantia. Quia si aliquid pertinens ad eius  
essentiam defuit, iterum baptizandus est in ec-  
clesia. Neque sat esset tunc solennitates in primo  
baptismo omiffas adhibere: sed iterum repeten-  
dum esset baptismum. Imò si primum baptisma  
fuisse cum solennitatibus exhibitum, quando  
nullum fuit cum solennitatibus repetitis, repe-  
tendum esset autore Palud. dist. 6. q. 4. contra ali-  
quos iuristas, hoc sine vlla probabilitate ne-  
gantes.

**S**ecundo in dubium reuocatur, an super  
monstrum, si nascatur cum membris præcipuis  
geminatis, scilicet, cum quatuor manibus, aut. 4.  
pedibus, aut cum vna manu tantum, aut cum  
vno crure, geminum baptismum aut vnum tan-  
tum conferendum sit? Respondetur autem per  
regulam, quam statuiamus generalem, scilicet,  
quod vbi constitit in illo ioco fieri vnicum  
tantum esse suppositum, per vnam simplicem  
formam baptizandum est. Si autem ibi duo ap-  
pareant esse supposita baptismum geminandum  
est. Sed notandum est, quod rarissime vsu eue-  
nire potest, vt sint duo supposita personalia, nisi

**A** vbi duo essent integra capita, & pectorum diui-  
sio sic vt altero quiescente capite, alter mouere-  
tur & vitales actiones haberet. Si autem tale sit  
monstrum, quale Palude suo tempore vidisse  
testatur, & Sotus se similiter sua ætate conspe-  
xisse se ait, cuius caput & pectus vnum erat, sed  
ex eius vmbilico alter homuncio nascebatur ab  
humeris integer; vno baptismo solo erat baptizā-  
dum: quia in eo non nisi vnicum suppositum  
erat, etiam si ille pendulus homuncio posset ante  
alterum moti: atque hac de causa læsionem  
vnius manens sentiret.

**N**unc autem tertio hæsitari hic contingit,  
an rebaptizans, vel rebaptizatus propter igno-  
rantiam excusetur à pœnis contra eos in iure sta-  
tutis. Nam can. qui bis. de consecrat. dist. 4. pro-  
nunciantur irregulares, qui scienter rebaptizan-  
tur pœnitentiæque. 7. annorum subduntur. Et  
per cap. ex literarum. de apostatis. rebaptizato-  
res irregularitatis damnantur. Respondetur autē  
primò secundum Scotum dist. 6. q. 8. ignorantia  
facti excusari ab irregularitate, tam rebaptiza-  
tum, quam rebaptizantem contra Palud. dist.  
6. q. 4. & contra D. Antoninum. 3. part. tit. 14.  
cap. 13. §. 12. dicentes, irregularitatem contrahere  
ex ignorantia facti rebaptizatum. Patet, quia  
ista irregularitas, neque sine actu libero, neque  
sine culpa contrahitur. Quia non contrahitur ob  
significationem vt bigamia, neque ob corporis  
vitium, sed ob culpam: ergo si ignorantia facti,  
sive iuris, talis sit, quæ excuset à culpa excusabit  
ab irregularitate. Vt si sit ignorantia inuincibi-  
lis, & probabilis iuris: qualem posset habere ali-  
quis puer rusticorum, si ignorans prorsus se ma-  
le facere, alium rebaptizaret, vel ab alio paruulo  
rebaptizaretur. Nam tum iste sicut excusaretur  
à culpa: ita ab irregularitate. At sacerdotēs, qui-  
bus ex officio incumbit baptizare, neque iuris  
ignorantia, siue sit diuini ius, siue canonicum,  
excusatur à culpa, neque ab irregularitate, quia  
hæc ignorantia in eis non est inuincibilis, cum  
vtrumque ius tam diuinum, quam canonicum  
scire teneantur: deinde sæculares, qui rebaptiza-  
re iam baptizatum factum damnatum esse  
sciunt, vel scire tenentur, quia communiter hoc  
scitur, etiam pœnam irregularitatis infligam in  
iure rebaptizantibus, vel rebaptizatis incurrit,  
quamuis illam ignorent, si rebaptizent, aut re-  
baptizentur. Ita Sotus & Nauarrus asserunt. Se-  
cus si sciens aliquod factum esse illicitum non  
tamen annexam habere censuram excommuni-  
cationis, sciret, sed hoc ignoreret probabiliter,  
quia in hoc casu in excommunicationem hæc  
non incideret; siue quia pœna hæc est extraor-  
dinaria, & simul exorbitans, qualis non est irre-  
gularitas; siue, quia (vt ait Sotus) ad incurrendam

excommunicationem requiritur inobedientia ad præceptum ecclesiæ iuxta illud: Si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Nam qui ignorat mandatum ecclesiæ sub excommunicationis poena, non ita censetur ecclesiæ inobediens. Neq; obstat can. prædictum qui bis. de consecrat. distinet. 4. Quia præterquam, quod ut testatur Scotus ubi supra. textus hic neque pontificis, aut concilij est, sed cuiusdam Theodoretici Cantua. episcopi (quocirca non facit fidem, sed grauem opinionem) tamen intelligitur secundum glossam de ignorantia iuris, quæ non excusat. Et quando textus ait, quod sic ignorantia iuris facientes non tenentur poenitere intelligitur, id est, poenitentia septem annorum subdij, cui scienter facientes subduntur.

Quarto in dubium vertitur, an qui pueros domi priuatim semel ob periculum accidens baptizatos, iterum in ecclesia sub conditione baptizant, immunes fiant ab irregularitate, & ab alijs poenis contra rebaptizantes illatas.

Quæstio autem hæc non adeo perua est, quia ex vtraque parte habet fautores. Nam Bartolus in l. si quis. C. ne sanctum baptism. reiteretur. consulit puerum domi baptizatum ob periculum in ecclesia sub conditione fore rebaptizandum: & tamen male id consulit. Alij tamen huiusmodi irregulares fieri censent. Nam iste modus rebaptizandi sub conditione solummodo in dubio, quod aliter quam per examen tolli non potest, permittitur ab ecclesia. Et tamen isti rebaptizatores nulla facta indagine an pueri fuerint verè baptizati, eos sub conditione rebaptizant sacrilegè. Huic sententiæ videntur accedere Victor. Corduba, & Sotus. At Nauarrus in summa cap. 27. nu. 246. hos ab irregularitate saluat, quia intentio eorum non fuit iterare baptismum, & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. l. non omnis. ff. de reb. credit. Qua ratione in vtroque foro eos ab irregularitate liberat Nauarrus. Cuius sententiam & his rationibus corroborare possumus. Primò: quia si quis contraheret matrimonium cum consanguinea sub hac forma: Si tu es consanguinea, ego non contraho tecum matrimonium: si autem non es mea consanguinea, ego te duco in vxorè, excommunicationem latam contra contrahentes non incurreret secundum omnes: ergo neque hic conditionaliter rebaptizans irregularis fit: quia absolute non rebaptizat: sicut neque alius absolute contrahit. Item secundo: quia poenæ iuris sunt strictissimè intelligendæ: ergo ubi absoluta reiteratio baptismi non interuenit irregularitatis poena non incurritur. Præterea tertio probatur: quia ex modo & forma conferendi hoc sacramentum secundum exterius & interius

profitetur minister hic se nolle repetere factamentum: ergo non est censendus absolute rebaptizator: & ex consequenti non incurrit poenam iuris. Concludamus igitur, quod opinio hæc Nauarri propter hæc argumenta videtur probabilis: licet tutius esset in hoc casu ad cautelam petere dispensationem incurse forte irregularitatis. Præferim quando facilis erat indagatio & examinatio veritatis ad dubium tollendum, & magna affuit negligentia, quæ bonam fidem videatur omnino abstulisse: quia noluit id examinare: quia perinde videtur se habuisse in conscientia, ac si rebaptizare intendisset absolute. Nam tunc ista conditio, si non es baptizatus reputaretur ab ecclesia pro non adiecta, & in foro exteriori condemnaretur fortè pro absoluto rebaptizatore, contra Nauarrum. Si tamen rationem habuit dubitandi, non faciliter expeditibilem, qua ratione bona fide ductus, ut consuleret securitati salutis pueri, sic eum sub conditione rebaptizauit, forte opinio Nauarri eum excusaret. Sicut (quia probabilis est) probabiliter excusatur bona fide sic baptizantem (licet nonnulla interuenerit culpa) dum non sit multum supina & crassa, quod quasi ex intentione fecisse videatur: ita ut illa conditio ab illo apposita videatur pro non adiecta habenda, nulla ratione, vel bona fide eum aliquo modo excusante.

Quintum de dispensatione huius irregularitatis, vltimum restat dubium. Nam Sotus cum Syluestro, verbo, baptismus. 5. §. 3. scienter & absque ignorantia rebaptizatum, vel rebaptizantem, quoad irregularitatem per solum Papam posse dispensari affirmat. Et idem est dum ignorantia est culpata. Sed credo, si occulta sit, posse iam dispensari per episcopum ex gratia conc. Trid. illi concessa (ut prædiximus) neque tutum putamus super hac irregularitate absolutionem obtinere à confessore, virtute bullæ Cruciatæ, & ita tenemus cum Nauarro, & Canonistis, & cum vsu tribunalium ecclesiasticorum, ubi ista dispensatio facta à confessore non admittitur, ut valida, & merito, propter multas à nobis alibi allegatas rationes, contra aliquos alioquin graues Theologos. Nam præterquam, quod cap. quarrenti. de verb. signific. irregularitas non comprehenditur nomine censuræ, cuius absolutionem bulla concedit electo confessori, originale bullæ Cruciatæ facultatem concedit commissario dispensandi super quamcunque irregularitatem, exceptis quinque casibus, scilicet, homicidij voluntarij, simoniæ, apostasiæ, hæresis, & ordinum mala susceptione, de quibus non est ista irregularitas, de qua nunc agimus. Quare si fuerit publica ad commissarium Cruciatæ eum, qui eam incurrit (si ad Papam nolit recurrere) posse

&amp;

& debere recurrere censemus. Nam episcopus si per publicam irregularitatem dispensare non potest, neque confessor virtute Cruciatæ ad id facultatem obtinet vllam, neque circa secretam, neque circa publicam. Cuius euident argumentum est, quod originale Cruciatæ hanc dispensationem ibi committit bullæ Cruciatæ commissario: ergo non intelligitur eam commississe confessori. Quæ quidem ratio nolentibus in materia moralis cæcutire ratio palmaria est.

¶ An verò perinde iterantes sacramentum confirmationis, & alia sacramenta imprimantia characterem irregularitatem contrahant, ad suum locum id dubij examinandum referuamus; interim tenentes cum Scoto in 4. sent. dist. q. 7. q. vltima, communiter recepto, & cum Hostiensis, & glossa in dicto cap. si bis: tanquam probabilius, quod irregularitatem hi non contrahant: quia hoc non est expressum in iure: & quia poenæ non debent ultra quod scriptum est extendi. Ita contra Nauarrum in sum. cap. 27. nu. 247. tenentem quod sic, licet non ex iure expresso, sed bene ex consuetudine. Sed, quia neque de ista consuetudine constat mihi, an sit generaliter recepta, an verò habeat conditiones legis, interim dum non constat in his pænibus præsertim contra ipsam, & D. Antonin. à se allegatum, & contra Archidiaconum in cap. qui bis. de consecr. dist. 4. tenemus negatiuam. Facit pro nobis cap. is qui. de sent. excommu. in 6. & can. hoc autem. de poenit. dist. 1.

¶ Quæritur iam. 10. vtrum ritus baptizandi sit conueniens? Respondetur autè in sacramento baptismi tria concurrere, ut de necessitate eius, scilicet, formam verborum applicationem aquæ, atque ministrum. Reliqua verò tanquam ad solennitatem sacramenti pertinentia adhibentur, primò ad excitandam reuerentiam, & deuotionem populi: tum etiam ad coercendam dæmonis potestatem per orationes, & benedictiones, quibus reprimitur ne obstat. Baptizatus autem vngitur in petore oleo, atque in scapulis quasi Christi athleta autore Ambrosii. vel ut donum Spiritus Sancti recipiens vitia deponat secundum Innocentium. Signatur autem etiam in cerebro chrismate sacro, ut regni Christi confors fiat, & à Christo Christiani nomen accipiat.

¶ Aduerte autem, quod specialiter agitur in ecclesia solennis baptismus in vigilia paschæ: quia tunc fit memoria dominicæ passionis, atque resurrectionis, quibus in baptismo conformamur. Itè in vigilia Pentecostes: quia tunc incipit solennitas Spiritus Sancti, qui in baptismo cõferitur.

¶ Quæritur vndecimo, vtrum conuenienter describantur tria baptismata, scilicet, aquæ, sanguinis, & flaminis? Respondetur autè, quod quia Deus

non alligauit virtutem suam sacramentis, quia virtus causæ ab effectu non dependet: ideo aliquis sine aqua effectum baptismi, id est, gratiam recipere potest, vel per martyrium, si patiat pro Christo, vel per actum dilectionis Dei super omnia & contritionis, quo cor mouetur ab Spiritu Sancto, qui dicitur baptismus flaminis. Idcirco triplex assignatur baptismus, scilicet, aquæ, sanguinis, & flaminis: sed solus baptismus aquæ in numero ponitur sacramentorum. Ponit autè Damascenus quædam figuralia baptismata, scilicet, diluuii, per quod pauca animæ sunt saluata; & transitu maris Rubri, & ablutiones quasdam legales.

¶ Nota quia priuilegium baptismi est remittere originale: ideo mors pro Christo perpassa, & etià magnum includit dilectionis Dei actum, & etià conuersio in Deum per dolorem, & eius supernaturalis amorem, quia ante baptismum originale peccatum delent, baptismata dicuntur: quia effectum baptismi operantur quia baptismi votum quodammodo includunt. Insuper licet sanctificati in vtero & innocentes pro Christo occisi baptismum flaminis non fuerint baptizati (quia licet iustificati fuerint, tamen motu animi conuertentis se ad Deum caruere, qui quidem motus baptismus flaminis dicitur, & non ipsa iustificatio, sic baptismus dicitur: tamen Christus Dominus, & baptismus sanguinis & flaminis baptizatus fuit; quia in eo tam interius actus, quam ipsa eius passio supremum fuit charitatis officium. Neque obstat, quod hæc duo baptismata baptismi vicem in Christo non suppleuerunt, quia illo Christus Dominus non indigebat, & quia quicumque actus charitatis remissiuus peccati; licet illud non remittat, dicitur aliquo modo baptismus flaminis. Solus igitur baptismus aquæ proprie est baptismus; quia solus ipse est sacramentum, id est, signum sensibile. Ergo licet reliqua baptismata non conueniant cum ipso in ratione signi, conueniunt tamen in effectu cum ipso. Ex quo subsequitur quod solus baptismus aquæ est simpliciter in præcepto ad remissionem peccatorum: martyrium non nisi tantum in casu necessitatis defendendæ fidei, & baptismus flaminis non nunquam extra tempus præcepti inspiratur. Deinde 20. aliam est colligere differentiam, scilicet, quod duo alia baptismata, scilicet, sanguinis & flaminis obligationem baptismi non tollunt. Non enim martyr, si renueret baptizari rectam fidem haberet: sed neque illi tunc prodesset martyrium, neque baptismus flaminis illi sufficeret, qui baptismum aquæ refutaret. Ex quo corollarie sequitur, non esse absolute concedendum baptismum flaminis sufficere ad salutem, sed duntaxat secundum quid, id est, non habita copia baptismi. Nec etiam concedendum est hæc duo baptismata sanguinis & flaminis sacramenta esse



ta esse, sed neque characterem imprimere: quod circa iterari possunt.

¶ Nota secundo, quod licet in paruulis ante usum rationis charitatis actus & effectio ad martyrium non requiratur, ut patet in Innocentibus occisis pro Christo, quorum multos non fuisse circumcisos verisimile est, quos tamen ecclesia, ut sanctos colit ratione martyrij: tamen ad martyrium in adulto, qui potest internū habere actū charitatis affectio exigitur, qua velit subire mortem pro Christo. Nā ista volitio charitatis est actus, iuxta illud Ioannis. 15. Maiorem charitatem nemo habet, & cætera.

¶ Paruulis autem gratia & salus animæ conceditur, si occidantur pro Christo, etiam in utero matris, cum matre occisa pro Christo, aut extra, sed non alio priuilegio, quā martyrij cōtra alios id assequuntur, contra Armachanum lib. 3. cap. 37. & contra Adria. quæstionum. 3. de bapt. asserentes, infantes Innocentes occisos pro Christo Domino ab Herode, non circumcisos virtute sanguinis effusi pro Christo non recepisse gratiam. Quorum opinio peior est, quā falsa.

¶ Accedit etiam, quod martyrium non est sacramentū, contra Maiorē in. 4. dist. 4. q. 3. quia non habet rationē signi, neque imprimi characterem, neque confert gratiā ex opere operato ad modū sacramenti; sed per modum meriti (non enim extra gradum meritum hic datur alius gradus gratiæ adultis, sicut datur in baptismo aquæ) & quia alias, si sacramentum esset plura essent sacramenta, quam septem; unde non ex opere operato, sed per modum meriti supplet vicem baptismi aquæ. Quo circa in hoc conuenit cum baptismo aquæ, quod actus interior, quo cupit martyr perpeti mortem pro Christo, simul cum ipso actu exteriori sufficit ad obtinendam plenissimam indulgentiam peccatorum quoad culpam & poenam, si non ponatur obex complacentiæ alicuius criminis; etiam si non summa charitatis affectione pro Christo offerat vitam; in quo differt baptismus sanguinis à baptismo flaminis. Nā actus baptismi flaminis non semper remittit totam poenam, nisi producat cum summo conatu.

¶ Quæritur duodecimo, utrum baptismus sanguinis sit potissimus inter tria prædicta baptismata? Respondetur autem, quod omnia baptismata à passione Christi vim accipiunt, & ab Spiritu Sancto. At passio Christi & Spiritus Sanctus excellentissimè operatur in baptismo sanguinis, & multò excellentius, quam in baptismo aquæ; quia hic operatur passio Christi per quādam figurale repræsentationem; in baptismo autem flaminis vel poenitentiae operatur per quādam affectionē: at in baptismo sanguinis opera-

atur per quādam imitationem operis: & Spiritus Sanctus in baptismo aquæ operatur quandā virtutem latentem: in baptismo autem flaminis quandam cordis commotionem in baptismo verò sanguinis operatur potissimum dilectionis feruorem; iuxta illud: Maiorem charitatem nemo habet & cætera. Ergo baptismus sanguinis est potissimus inter baptismata, quantum ad effectum baptismi, sed non in ratione sacramenti: non enim est sacramentum, neque habet rationem baptismi, si sit sine charitate.

¶ Circa præsentem doctrinam notandum est contra Bonauenturam præsentis dist. art. 1. q. 2. & contra Durand. q. 8. & Palud. q. 3. & Alexand. 4. part. q. 22. memb. 5. quod cum ista baptismata in aliquo per se conueniant, non solum se habent ut excedens & excessum, sed baptismus flaminis est perfectior simpliciter baptismo aquæ; quia Spiritus Sanctus excellentiori modo operatur, & mouet per baptismum flaminis, quā aquæ; & excellentissimè per baptismum sanguinis. Quocirca iste baptismus sanguinis est simpliciter excellentissimus: quia includit & baptismum flaminis, qui excellentior est baptismo aquæ. Nam etsi baptismus aquæ remittit totam culpam, & poenam, etiam baptismus flaminis suapte natura, si completam habeat intensiōem in summo gradu poenam quoque omnem & culpam remittit. Sicut etiam contra Alexandrum martyrij actus exterior meretur gratiam, licet non sine charitate: quia actus interior & exterior pro eodem reputantur, cum actus exterior sit consummatio interioris. Unde haud dubium est, quin homines per opera exteriora mereantur augmentum gratiæ. Quod autem allegatur contra baptismum sanguinis in gratiam baptismi aquæ, quod per baptismum aquæ de facto plures saluantur, quam per baptismum sanguinis, id accidentarium est. Quæritur iam primò iuxta ordinem D. Thomæ in quæst. 63. utrum ad officium diaconi pertineat baptizare? Respondetur autem, quia secundum D. Dionysium. 7. cap. cælestis hierarchiæ, diaconi dicuntur quasi ministri, quia officium eorum non est sacramentum ministrare ex proprio officio, sed sacerdotibus id exhibentibus ministrare, atque assistere, ideo ut Gelasius Papa. 93. dist. in decretis. tradit, non est munus officiumue diaconorum baptizare; & nisi in articulo necessitatis, quemadmodum D. Laurentius fecit, non se debent intromittere ad id officium.

¶ Tum, quia ad diaconos solum pertinet purgare, scilicet, repellendo immundos, vel eos disponendo ad susceptionē sacramenti: ideo eis non continetur ex officio baptizare: quia baptismus

exce-

excedit eorum officium; quia baptismus non solum vim purgatiuam habet, sed etiam illuminatiuam virtutem. Ad diaconum autem pertinet recitare Euangelium in ecclesia, & ipsum postmodum prædicare catechizandis.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ nota, quod coniecturaliter videtur elici ex ordinatione diaconorum, ipsos circa administrationē baptismi plus quidpiam præ laicis habere; quia forte in primitiua ecclesia, ubi erat raritas sacerdotum, & multitudo baptizandorum, diaconibus committebantur episcopi, & presbyteri, ut solenniter baptizarent. Qui quidem usus nunc, ubi tanta est copia sacerdotum, iam aboluit: quauis in regionibus Indiarum, ubi penuria esset sacerdotum, non esset absurdum id diaconibus committere. At licet Apostolis commisit officium prædicandi, & baptizandi Christus Dominus, sic tamen, ut officium prædicandi indigens sapientia per seipos exercerent. Officium autem baptizandi sic eis commisit, ut per alios possent illud exercere: sic ergo officium prædicandi competit episcopis, qui succedunt Apostolis, ut possint illud exercere in sua dioecesi, quod etiam competit Curatis presbyteris in suis parochijs. Scilicet, ut possint prædicare euangelium, illud interpretando. Ad diaconum autem non pertinet ex officio aliter euangelizare, quā catechizando catechumenos, hoc est, docendo articulos fidei, & alia, quæ ad Christianismum sunt necessaria. Veruntamen autore Caietano facultas euangelizandi solenniter, & interpretandi in prædicatione euangelium committi potest diaconibus, si egregia sint præditi doctrina, & autoritate, ut legitur à S. Valerio. S. Vincentio martyri fuisse commissum.

¶ Quæritur secundo, utrum possit baptizare presbyter ex officio ad presbyteros pertinente. Respondetur autem, quod quia per baptismum homo disponitur, & idoneus fit, ad perceptionē corporis Christi (ut tradit D. Dionys.) ideo sicut ad sacerdotis officium pertinet corpus Christi cōficere: ita etiam & baptizare. Nam presbyteri locum tenent septuaginta discipulorum, sicut episcopi. 12. Apostolorum. At quia per baptismum non adipiscitur aliquis, nisi in summo gradum in populo Christiano pertinet ad minores principes in ecclesia, id est, ad presbyteros, qui ut ait gloss. Luc. 10. tenent locum. 72. discipulorum.

¶ Quæritur tertio, utrum laicus possit baptizare? Respondetur autem, quod quoniam Deus vult, omnes homines saluos fieri, ideo saluti hominum non solum sufficienter, sed etiam copiose prouidit. Unde, cum sacramentum baptismi maxime sit necessitatis: tum, quia aliter pueris subueniri non potest: tum, quia adulti absque

Instruct. conf. pars. 2.

eo plenā non possunt adipisci remissionem; idcirco, sicut Deus instituit hoc sacramentum in materia aquæ, quia communis est, & faciliter potest haberi: ita & quilibet etiam laicus huius sacramenti potest esse collator, & administrator: non tamen recipi debet à laico, nisi in casu necessitatis; quauis si conferatur à laico etiam extra necessitatem, verum esset sacramentum. Laicus autem in hoc casu, id est, extra necessitatem, si illud ministraret, culpam non euaderet. Quod autem à presbytero detur, ad solennitatem attinet non ad necessitatem.

¶ Circa hanc doctrinam D. Thomæ notato, quod foeminam in præsentia masculi, etiam si esset Diaconus, baptizare non esset audacia mortalis, quia non vsurparet tunc in illa necessitate baptizans officium alienum, cum neque ad virum laicum, neque ad diaconum pertineat ex officio baptizare, sed solum esset quædam indecentia venialis leuis. Imò aliquando abesset ab omni culpa. Ut si obstetrix peritior esset ad baptizandum quam rusticus, qui fortè ibi adesset: in præsentia autem sacerdotis, si laicus etiam in extrema necessitate renitente sacerdote intentaret baptizare (quia insignis esset hæc proteruitas) mortali culpa id non careret; licet dam sine solennitate baptizandus esset puer, tunc hæc culpa esset mortalis, non tamen esset adeo grauis.

¶ Quæritur quarto, an mulier possit baptizare? Respondetur autem, quod quia qui principaliter baptizat est Christus Dominus, in quo non est masculus aut foemina, ut tradit Apostolus ad Coloss. 3. Idcirco sicut vir potest baptizare, ita & foemina, à quo tamen abstinere debet foemina si adsit præsentia viri. Circa hanc doctrinam Diui Thomæ nota primo, quod prædicta conclusio, quod foemina verè possit baptizare, decernitur. 20. q. 3. can. super quibus. & Can. mulier. de consecr. d. 4. Et hoc licite posse facere conceditur ei in necessitate. Sicut neque laico hoc conceditur, nisi in extrema necessitate, ut patet in can. diacones. dist. 93. & can. in necessitate. de consecr. dist. inc. 4. ubi sic decretum est.

¶ Secūdo aduertendū est circa illam quæstionē hic occurrentē, utrum laicus citra necessitatis articulum baptizans delinquat mortaliter, quod laicum solenniter baptizare siue in articulo necessitatis, siue extra necessitatem mortale sacrilegium est, eo quod vsurpatio sit sacerdotalis officij; pro qua vsurpatione clericus non ordinatus in sacerdotem irregularitatem contraheret, ut habetur. ca. si quis. de cleric. non ordinat. Inò adde, quod etiam si laicus citra solennitatem in casu, ubi nulla subesset extrema necessitas, baptizaret, id facti ex suo genere mortale esset peccatum,

H secun-

secundum Richard. & Palud. & Syluest. verbo. A  
baptismus. 3. Patet, quia si religiosus, vel quiuis  
sacerdos in aliena ecclesia, sine licentia parochi,  
aut episcopi aliquod administraret sacramen-  
tum, peccaret mortaliter, vt colligitur ex can.  
interdicimus. 16. quæst. 1. Imo religiosi, qui lai-  
cis sine licentia sui parochi tria hæc administrat  
sacramenta, scilicet, extremam vnctionem, eu-  
charistiam, aut matrimonium solennizant, &  
præsumptiue hoc faciunt, excommunicati sunt,  
vt patet Clem. 1. de priuilegijs. Excommunicati-  
tio autem, nisi pro mortali culpa non infligitur.  
Arbitror autem, quidquid sit de peccato,  
vllum sacerdotem, etiam si sit religiosus ob col-  
lationem baptismi factam laico sine licentia eius  
parochi, neque fieri ob id irregularem, neque  
incurrere excommunicationem, vt sentit Syl-  
uest. verb. baptismus. 3. §. 1. quia non est expres-  
sum in iure. Sed an laicus, qui non est clericus ad-  
ministrans baptismum cum solennitate, fiat ir-  
regularis, licet Sotus hic, & Syluest. verbo. bap-  
tismus. 3. teneant affirmatiuam, tamen quia res  
est in controuersia relinquitur examinanda hæc  
quæstio in suo loco, dum de irregularitate age-  
mus. Sat igitur nobis est probasse mortale  
esse ex suo genere, laicum extra necessitate bap-  
tizare. Quod & confirmat Clem. vnica de bap-  
t. vbi sic baptizantes domi iubentur ab episcopo  
puniri.

¶ Sed prædictis non obstantibus, autore Caie-  
tano, si aliquis laicus non ex contemptu, sed ex  
bona fide, & ignorantia inuincibili, quia rusti-  
cus est, putans se benefacere, aliquem extra ar-  
ticulum necessitatis, baptizaret, excusari posset  
à culpa mortali. Idemque dicendum est de adul-  
to, qui se, vel suos filios laico extra necessitatem  
baptizandos committeret; quod peccat mortali-  
ter, quia cooperatur alteri ad peccatum mortale,  
nisi ignorantia inuincibili excusetur.

¶ Vtrum autem in extrema necessitate liceat  
à simoniaco petere baptismum, quia in materia  
de simonia discussum est, ad alia dubia expli-  
canda breuiter procedentes, dicimus hermiaphro-  
ditum etiam in extrema necessitate licite posse  
baptizare, & patrem suum filium. Quod si fa-  
ciat pater extra extremam necessitatem inter-  
dicatur ei in poenam à propria vxore petere de-  
bitum, licet possit reddere. Quod si vterque in  
hoc consensit, neuter potest petere. Patet ex  
can. ad limina. 3. quæst. 1. vbi excusatur pater ba-  
ptizans filium in extrema necessitate. Si tamen  
baptizaret filium suum habitum ex concubina  
in tali extrema necessitate, licet benefaceret, ta-  
men propter affinitatem contractam incestum  
committeret, si accederet iam ad concubinam,  
essetque circumstantia mutans speciem necessa-

rio confitenda, sicut accessum ad filiam confes-  
sionis prædiximus, esse circumstantiam notabi-  
liter aggrauantem & confitendam.

¶ Quæritur iam quinto an non baptizatus  
possit baptismum conferre? Respondetur autem,  
quod D. August. in. 2. contra epistolam Parme-  
niani hanc quæstionem indeterminatam reliquit,  
determinandam à concilio. Postmodum verò  
ecclesia determinauit, quod ab infidelibus, siue  
Iudæi sint, siue Pagani baptismus conferri po-  
test, dum modo ab eis in conferendo illud forma  
ecclesie obseruetur. Ita Nicolaus Papa respon-  
det, de consecrat. dist. 4. ad consulta Vulgarorū.  
ca. à quodam Iudæo. At ratio huius est, quia si-  
cut ex parte materie sufficit ad baptismum que-  
cunque aqua: sic ex parte ministri sufficit quilibet  
hortio etiam infidelis, dum modo seruet for-  
mam: quia secus esset, si illam non seruaret: quia  
non valeret. Sicque est intelligendus Gregorius  
secundus, scribens ad Bonifacium, sicque in ex-  
trema necessitate duo catechumeni se possent  
inuicem baptizare, scilicet, si non baptizatus bap-  
tizet prius alium, & post baptizetur ab bap-  
tizato; quod extra necessitatem extremam eis fa-  
cere non liceret. Sed in extrema necessitate non  
potest baptizare quis seipsum, quia regeneratio,  
sicut & generatio ab alio est. Neque obstat,  
quod nemo dat, quod non habet: quia Christus  
est, qui per non baptizatum, si baptizet, dat in-  
teriorum effectum sacramenti. Qui quidem non  
baptizatus pertinet ad ecclesiam, licet non re, &  
sacramento, sed bene intentione, qua intendit fa-  
cere quod ecclesia facit. Ideo, licet ipse non pos-  
sit suscipere alia sacramenta, potest tamen con-  
ferre baptismum: quia alia sacramenta non sunt  
tantæ necessitatis, sicut baptismus.

¶ Quæritur iam sexto, vtrum plures possint  
simul baptizare? Respondetur autem, quod si  
plures baptizantes simul, vtantur hac forma,  
Nos te baptizamus, in nomine Patris, & Fi-  
lij, & car. considerandum est, quod ex tali  
forma, nos te baptizamus, exprimitur talis in-  
tentio, quod plures conueniant ad vnum bap-  
tismus conferendum, quæ quidem intentio vi-  
detur esse contra rationem ministerij (quia, sicut  
ait Apostolus ad Ephes. 4. esse vnum Domi-  
num, vnam fidem, vnum baptismum: ita & mini-  
ster debet esse vnus.) Ideo videtur esse intentio  
contraria, ac per consequens videtur excludere  
baptismi sacramentum. Si autem vterque bap-  
tizans vteretur hac forma: Ego te baptizo, ex-  
primeretque suam intentionem, quod intendat  
ipse singulariter per se baptizare per quandam  
contentionem, tunc manifestum est, quod ille  
primus, qui verba proferret, conferret bap-  
tismum, & alius tanquam sacrilegus rebaptizator esset  
punien-

puniendus, nihilque conficeret. Si autem simul  
verba proferret, & applicaret aquam, poenā  
deberent subire propter inordinatum modum bap-  
tizandi; licet in hoc casu non debeant pati  
poenas rebaptizatorum: & tunc Christus vnum  
sacramentum per vtrumque conferret, & non  
plura. Neque obstat, quod in casu necessitatis  
potest quis plures baptizare per hanc formam:  
Ego vos baptizo: quia hic Christus qui prin-  
cipaliter baptizat, est vnus, & minister est  
vnus; & omnes illi plures baptizati efficiuntur  
per baptismum vnum in Christo, in cuius vir-  
tute confertur baptismus. Atque ideo cum ipse  
sit vnus, ministri plures simul conuenientes non  
possunt facere quod facit vnus. Licet aliter eue-  
niat in his, qui agunt propria virtute: quia tunc  
quod potest vnus à fortiori possunt id facere  
multi. Neque necessitatis causa ille baptismus  
esset validus, vbi vnus proferret verba, & alius  
applicaret materiam. Quia nullus eorum in hoc  
casu posset vere dicere: ego te baptizo, cum  
vnus non mergat. Neque possunt dicere: Nos  
te baptizamus, cum neuter baptizet, cum bap-  
tizare includat applicationem materie, & for-  
mæ simul, quod neuter integrè, sed pro parte  
facit.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ qua-  
tuor occurrunt dubia. Primum est, an in casu,  
quo vterque simul baptizantiū in singulari pro-  
fert formam, & vterque aspergit in eadem men-  
sura temporis, sit vnus baptismus, quia videtur  
simul plura, cum hic interueniant duæ lotiones.  
Pro lotionem enim, vt sit, sub tali forma suppo-  
nit baptismus. Respondetur ergo primo, quod  
isti sic simul ad baptizandum concurrentes, si  
fortè quod raro contingere potest intenderent  
partialiter concurrere tanquam se mutuo adiu-  
uantes, licet per istam formam baptizarent, ni-  
hilominus, quia recta intentio baptizandi abso-  
lutè cuiuslibet defuisset, quia non, nisi partialiter,  
& dependenter ab inuicem (vt supponimus)  
baptizare intenderunt, neuter verum baptismum  
conficeret: quia intentio baptizandi debet esse  
absoluta, & independens. Secundo dicimus, quod  
si ambo in prædicto casu absoluta & indepen-  
denti intentione intenderent baptizare, vterque  
vnum conficerent baptismum, cum vterque  
applicet requisita ad baptismum. Neque eorum  
duæ prolationes verborum, & duæ asperisiones,  
quarum vtraque per se sufficeret multiplicat  
baptismum, qui sumit tunc vnitatem ab vni-  
tate subiecti, quia vnus tantum baptizatur, &  
in virtute vnus Christi interna actione gra-  
tiam infundentis. Tum etiam patet hoc ex eo,  
quia ipsa ablutio passiuè accepta, est sacramen-  
tum, quo circa non multiplicatur, nisi ex mul-

A  
tiplicatione subiecti, quod tamen in hoc casu  
est vnus. Et per hoc soluitur argumentum in  
contra. Tum etiam patet in simili de duobus sa-  
cerdotibus simul eandem hostiam consecranti-  
bus, quos Diuus Thomas, quæstio. 82. articu-  
secundo, ait, ambos idem sacramentum perfice-  
re. Neque in hoc casu cumulatior gratia dare-  
tur, eo quod plures concurrerent ad idem sacra-  
mentum; quia tunc Christus Dominus ambo-  
rum actionibus vtitur pro vna, ita vt tanquam  
per vnum sacramentum vnam operetur remis-  
sionem peccatorum æquali gratiæ gradu. Nam  
in actionibus liberis non est necesse, quod quo  
sunt plures cumulatorem producant effectum,  
vt in casu hoc contingit, licet secus sit in agenti-  
bus naturalibus, vt pōte quæ secundum vlti-  
mum potentiam agunt insuper contra Duran-  
dum in. 4. distinctio. quarta, quæstio. tertia.  
Quia virtus sacramenti non est naturalis, sed su-  
pernaturalis: quia nihil aliud est, nisi motio di-  
uina per modum transeuntis, ideo in hoc casu  
vtraque actione vtitur Deus tanquam vna, eo  
quod vnicum est sacramentum.

¶ Secundum dubium versatur circa casum,  
in quo plures simul baptizant per illam formam:  
Nos te baptizamus, & vnusquisque eorum ma-  
teriā applicat, & totam istam formam profert,  
an tunc verum conferant baptismum. Respon-  
detur ergo cum D. Thoma, cuius sententia est  
valde probabilis sanè intellecta, scilicet, quod  
taliter baptizantes non conferunt sacramentum  
verum. At licet assertionem hanc negauerit Du-  
randus dist. 3. q. 3. & Paludanus in. 4. d. 3. quæst.  
2. de ea dubitauerit, & aliquibus etiā Thomistis  
propter rationes contra eam allatas, quas ta-  
men post dissoluemus dura visa fuerit, est tamē  
non patum probabilis in eo sensu accepta, quo  
D. Tho. eam asseruit. Nam D. Tho. eam intelli-  
xit sic, scilicet, quando ambo complexim dicunt:  
nos te baptizamus, quasi partialiter concurren-  
tes ad collationem baptismi, & intendentes se ad  
id adiuuare inuicem: quia tunc vtraque intentio  
cum videatur ab altera inuicem pōdere legitima  
esse intentio non videtur: quia sicut Christus est  
vnus: ita & eius minister debet esse vnus, & nō  
complexim duo. Igitur ad argumenta Durandi  
& aliorum dicimus, quod non obstat primum  
vbi arguitur, quod non requiritur expressio mi-  
nistri, vt patet in forma Græcorū, & quod si re-  
quireretur sufficere exprimitur numero plura-  
li: nā Chrs Dñs pluraliter dixit, baptizantes eos.  
Quia respondetur, qd licet nō requiratur expressio  
ministri, sed tamen, vt fiat talis expressio requiri-  
tur, vt nō sic exprimat, vt denotetur duo co-  
plexim ministri, sicut in forma Græca nō sic de-  
notantur, neq; cū Chrs Dñs dixit, baptizantes  
H 2 eos,

Cap. LXII. Vtrum plures possint baptizare.

eos, non id insinuauit, ut plures complexim baptizarent, sed quia loquebatur pluribus, intellexit, ut vnus quilibet baptizaret. Ad secundum vbi arguitur, quod secundum Diuum Thom. si duo in numero singulari dicant; Ego te baptizo & quilibet applicet aquam, conficiunt vnū baptismum: ergo etiam si dicant: Nos te baptizamus, quia eundem sensum facit, respondentes dicimus, quod non obstat, quia satis perspicuum est discrimen inter vnā formam & alteram. Quia dum quilibet dicit: Baptizo independentem se insinuat baptizare, & per se & non partialiter: ita ut duo possent conferre baptismata si duo essent subiecta, quando hac vtuntur forma: sed cum dicunt: Nos te baptizamus; quia neuter totum facit, sed ambo intendunt partialiter idem facere, nihil fit.

¶ Ad tertium argumentum, quod est Paludani, vbi arguitur, quod plurale idem valet, sicut singulare geminatum, & per consequens quod tantum valet; nos te baptizamus, sicut, ego te baptizo, & iste te baptizat, quæ sunt formæ validæ, Respondetur, quod accipiendo istam formam; nos te baptizamus. Sicut eam accipit Diuus Thomas, non facit istum sensum, ego baptizo, & iste baptizat, sed reddit hunc sensum; ego & iste te baptizamus. Sicut iudices non insolidum sed dependentes ab inuicem, si dicerent, iubemus, non bene resolveretur sic, ego iubeo, & iste iubet, sed in hanc formam, ego & iste iubemus, ut vnus actus ambobus copulatum tribuatur. Sicut etiam ista propositio, materia & forma integrat totum, non bene sic resoluitur in hanc, materia integrat totum, & forma integrat totum, sed in hanc, materia partialiter integrat totum, & forma partialiter totum integrat: quia complexim accipiuntur. Secus est de ista propositione: Petrus & Paulus sunt Apostoli, vbi ly, &, & verbū, sunt, diuisiue sumuntur. Ideo sic resoluitur. Petrus est Apostolus, & Paulus est Apostolus.

¶ Ad quartum argumentum, vbi arguitur, quod duæ vxores vni viro in lege veteri nubentes poterant dicere; nos te in virum accipimus: ergo vnus eundem plures baptizantes etiam dicere possunt; nos te baptizamus; respondetur, quod, quia in matrimonio non est certa verborum forma, foemina sic nubentes, illud verbum, nos te in virum recipimus, in sensu diuiso, vsurpant, scilicet, ego te accipio, & ista te accipit: ideo id vere asseritur ab vtraque. Et ad concilium Florentinum determinans ministrum sufficere respondetur, id intelligit, dum rectam gerat intentionem non partialem, aut dependentem.

¶ Tertio in dubium reuocatur, an si dicen-

tes, nos te baptizamus, vterque nõ partialiter, & dependenter, sed totaliter intenderet baptizare, an validum conferrent baptismum. Respondetur autem iam extra casum Diui Thomæ istam quæstionem versari: quia Diuus Thomas locutus est, vbi verbum accipitur complexim. Nihilominus tamen cum Soto dicendum videtur, quod si sic dicentes seorsum intenderent baptizare, scilicet, quilibet per se, adhuc si quis sic baptizaretur in dubio esset sub conditione baptizandus. Tum, quia neque in hoc casu, non perinde esset dicere, nos te baptizamus, sicut, si vterque diceret, ego te baptizo. Quia nos te baptizamus æquiualeat vni copulatiuæ ab vtroque prolatae, scilicet, huic, ego te baptizo, & iste te baptizat. Vnde licet prima pars sit legitima, adiungitur alia pars, quæ si adiungitur, ut necessaria, annullatur forma: si autem adiungitur ut impertinens, non annullatur: sed quia nescitur quomodo adiungitur, res est plena periculo, ideo sub dubio, talis est sub conditione baptizandus.

¶ Quartum & vltimum dubium, quia illud in solutione ad tertium sufficienter resoluit D. Thomas, non oportet verbis eius quidquam superaddere. Si igitur aliquis obijciat ex. d. 23. ca. quorundam. Vbi refertur casus, quod dum cæcus episcopus ordines ministraret, ipse supponente manus presbyter benedictionem legebat, vbi insinuatur valuisse sacramentum. Respondetur primò illic non legi, quod in ipsa actione, vbi imprimatur character presbyter legens benedictionem concurrerit cum episcopo cæco. Tū secundo, quia non est idē in collatione ordinū sicut in baptismo. Nam illic non exprimitur actus pontificis, scilicet, ego te ordino. Vnde non tantum hic subesset periculi, si alter applicaret formam, & alter materiam: quauis Sotus, neq; hoc admittendum esse putat in ordinis sacramento.

¶ Quæritur septimo vtrum requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte. Respondetur autem, quod spiritualis regeneratio, quæ per baptismum fit in aliquo, carnali generationi assimilatur. Vnde sicut puer nuper natus indiget nutrice, & pedagogo, sic spiritualiter regeneratus indiget aliquo, qui circa se vicem nutricis & pedagogi gerat eum in spiritualibus docendo, & dirigendo. Hoc vero munus ad eum pertinet, qui ipsum baptizatum de sacro fonte leuat; cuius est nouitium in fide informare. Hoc autem D. Dionys. cap. vltimo Ecclesiasticæ hierarchiæ tradit ab Apostolis fuisse institutum.

¶ Quæritur in super. 8. vtrum ille, qui aliquē leuat de sacro fonte, teneatur ad eius instructionē.

Respon-

Respondetur autē, quod quia vnusquisque teneatur ad exequendum officium, quod accepit, ideo cleuans de fonte tenetur instruere filium suum spiritualem: si locus & causa requirant, ut quando baptizatus inter infidèles conuersatur, vel à parentibus negligitur. Alias excusatur ab hac instructione; quando vèrsimiliter existimat parentes pueri circa eius instructionem esse sollicitos, & circa eum in fide & moribus informandam negligentem non esse.

¶ At nota quia ista leuatio de fonte, non est necessaria, ut in Maguntino concilio dicitur. Ideo non baptizatus non potest de sacro fonte leuare, licet possit baptizare. Diuus Dionysio quoque autore leuans debet esse doctus, ut instruere valeat filium suum spiritualem, quod tunc videtur necesse esse, quando fideles inter perfidos conuersantur. Circa quam doctrinam notandum est primò, monachum non posse esse susceptorem infantis, ut patet de consecrat. dist. 4. cap. non licet. & 16. quæst. 1. cap. placuit. Neque parentes proprii filij susceptores posse fieri in baptismo. Quia aliàs, nisi in extrema necessitate, vel excusante ignorantia id facerent affinitatem spiritualem contraherent dispensabilem tamen per episcopum, ratione periculi exigendi debitum. Item, ut patet de consecrat. dist. 4. cap. in baptisate. non baptizatus non potest esse patrinus; id est, susceptor ad baptismum. Præterea (ut Panormitanus tradit) cap. debitum. extra. de baptism. qui susceptor futurus est pueri baptizandi excedere debet. 18. annum quia est indecens, ut sit pater spiritualis, qui commode non potest esse pater carnalis.

¶ Secundo recolendum est decretum nouum concilij Tridentini, sessio. 24. cap. vndecimo, per quod cessant iam multa dubia. Primum enim de numero patrinorum cessat. Quia ibi sic decernitur; Statuit sancta Synodus, ut vnus tantum, siue vir siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizatum, & baptizantem, baptizatique patrem, ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus autem antequam ad baptismum conferendum accedat diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum vel eos tantum ad illum suscipiendum admitrat, & in libro nomina eorum describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem contrahant.

Instruct. conc. pars. 2.

tionem spiritualem nullo pacto contrahant. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur confirmantem, & confirmatum illiusque patrem, & matrem ac tenentem non egrediatur: Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublati. Ita concilium determinat. Per cuius determinationem patet cessare iam multa dubia inter respondentes, & tangentes, & carteria. Quia iam tota cognatio spiritualis redacta est ad solam eam, quæ est inter patrinum, & baptizatum, & patrem & matrem baptizati: ita quod nullum est hodie impedimentum fraternitatis, aut confraternitatis; neque aliqua est compaternitas inter baptizantem & patrinos. Nulla item inter baptizatum, & coniuges, & concubinos, vel concubinas prædictorum. Imo licet maritus atque vxor, sine peccato susceptores vnus pueri esse possint, nulla cognatio spiritualis contraheretur, sicut neque iam hodie contrahitur inter patrinos. Nulla etiam contrahitur inter respondentes, vel tangentes, vel alios, nisi fuerint ad id designati.

¶ Ex prædictis sequitur primo quid ad illud dubium dicendum sit, vbi in necessitate fit baptismus incuria parochi, vel alterius, ad quem spectabat nulli fuerint designati in patrinos, an tunc tangentes puerum fiant cognati spirituales. Quia respondetur autore Nauarro in summ. capit. vigesimo secundo, num. trigesimo nono. verius videri, quod tunc tangentes iuxta ius antiquum fiunt sic cognati pueri, & parentum eius. Per illam autem regulam hoc patet, quæ dicitur à iure antiquo non esse recedendum, nisi quoad excepta in nouo. 1. præcipimus. C. de appellat. & quia concilium videtur loqui quando aliqui patrini designantur.

¶ Præterea secundo corollarie sequitur, quod quando baptizatur puer domi ob necessitatem, quia ibi confertur sacramentum, ibi cognatio hæc spiritualis contrahitur. Quocirca non contrahitur, ut aliqui imperiti existimant, cum post in ecclesia suppletur solennitas exorcismorum, & chrismationis, quod monitore Nauarro cum hic accidit casus, ne accidat error circa hanc contractam cognationem in libro baptismi parochus debet gestum exprimere. Deinde superest adnotare per concil. Trident. cognationem ortam ex sacramento confirmationis limitari ad modum cognationis, quæ oritur ex baptismo.

¶ Ad hæc perpendendum est ex D. Augustino. can. vos. de consecrat. distinctio. 4. id quod patres spirituales suos filios spirituales susceptos in baptismo docere debent. Nam secundum ipsum

H; debent



debent eos monere, vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, charitatem teneant, & ante omnia symbolum, & orationem dominicam eos docere debent. Hæc Diuus Augustinus. Sed adde etiam, quod secundum Sotum edocere eos quoque debent Decalogum, & ea, quæ prima sunt Christiani rudimenta.

¶ Deinde aduertendum est, susceptoris munus proprium non esse (vt tradit Sotus) nomen infantis. Et quando queritur, an credat in Deum patrem, & cætera respondere credo; quia alij id facere possunt, & faciunt. Decet tamen & congruit vt ipsemet susceptor pueri institutus, vt puerum ad catechismum teneat, illam fidei professionem nomine pueri faciat. Præterea ne ignorantes fallantur duximus eos monere multos, qui præbent ministeriũ ad baptismum, vt deferentem ad templum infantem, & mulierem, quæ illum à susceptore recipit, vt pannis inuoluat, & concomitantes, non contrahere affinitatem. Quoniam iura officium patrinorum exprimentia, illud expriment per hæc verba: Suscipere ad baptismum, & ibi tenere de consecrat. distinctio. 4. can. in catechismo, & cap. sequentib. & 3. quæstio. 1. can. peruenit, & can. nosse.

Ex quo corollarie sequitur, quod qui catechumenum super fontem ante baptismum teneret, non contraheret affinitatem: quia neque susceptor esset. Attende insuper, quod dum baptizatur adultus non indiget in catechismo ab aliquo teneri, sed satis est eius patrinus eum in suam tutelam suscipiat, iuxta verba Diui Dionysij, scilicet, quod sacerdotes assumptes baptizatum tradunt eum susceptori, & duci. Susceptoris autem vices supplet mater ecclesia, quando ille non adest. Quo circa non baptizatus non est admittendus in susceptorem: quod si de facto admittatur non contrahit cognationem spiritualem, neque si baptizaret, quia non est capax alicuius spiritualis cognationis, licet hoc postremum sit contra Sotum. Item, qui non tangit, neque leuat de fonte puerum, sed fingit se esse patrinum, ibi assistendo, non est patrinus. At etiam si quis non intendat contrahere hanc cognationem, si tamen iuxta concilium Tridentinum admittit, puerum baptizatum de baptismum suscipiat, hanc cognationem contrahet, quæ tamen quis per procuratorem, qui nomine suo suscipiat puerum, eam cognationem contrahere non potest, secundum Panormit. ca. veniens. eo. Sed ille procurator, qui de facto susceptor est pueri, illam contrahit si intendit esse patrinus, licet eam non intendat contrahere. Si autem nomine proprio non intendit esse patrinus, neque ad id se obligare nomine proprio, sed alterius,

A ipse tunc affinitatem non contrahit, vt ait Syluester, verbo. matrimonium. 8. quæstio. 7. §. 15. & sequent. Vbi allegat ex sententia Ancharani: quod tenens filium vnus, quem credebat esse filium alterius, cum quo intendebat contrahere compaternitatem, non contrahit eam. De quo ego dubito. Imo forte in foro exteriori ecclesie, vt arbitrator iudicabitur contracta, & etiam in foro conscientie, nisi in foro exteriori protestatus est, se nolle fieri compatrem huius pueri, nisi esset filius illius, cum quo contrahere intendebat. Aut nisi quo ad forum conscientie istam exceptiuam formauerit in mente. Sed de his alibi dicemus latius; licet hic causa breuitatis summam sunt dicta.

De suscipientibus baptismum agit D. Thomas quæst. 68.

## CAP V T. LXIII.

*Vtrum omnes teneantur ad receptionem baptismi: Et an sit de fide, quod baptismus sit necessarius ad salutem necessitate finis, & præcepti in re vel in voto: An sine baptismo saluetur pueri, quibus non subest copia baptismi ex aliquo remedio, vel peculiari privilegio? Et an sine baptismo possit aliquis saluari; Et quo modo fides nunc non sit minoris efficacia, quam in lege nature, neque infantes nunc sint deterius conditionis, vbi respondetur ad nouem obiectiones: Et an alicubi gentium possit quis excusari à perceptione baptismi: Et an nunc per fidem Christi implicite possit consequi gratiam, & an etiam gloriam, Vtrum baptismus sit differendus: Et an peccatores sint baptizandi præsertim in articulo mortis: Et an infidelis, qui insanit, & an infidelis mutus, & surdus à natiuitate: Et an confiteri baptizati teneantur.*



V. A. E. R. I. T. V. R. ergo primo, vtrum omnes teneantur ad receptionem baptismi. Respondetur autem, quod nunquam fuit possibile aliquem consequi salutem, nisi per Christum iuxta illud Apostoli ad Romanos quinto. Sicut per vnus delictum in omnes homines in

condemnationem: sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Teneatur autem omnis homo ad id, sine quo salutem consequi non potest. Sed hanc salutem consequimur per baptismum, qui ad hoc datur, vt alius quis per ipsum regeneratus incorporaretur Christo, factus membrum ipsius, iuxta illud ad Galat. 3. Quicumque in Christo baptizati estis Christum induistis. Ergo manifestum est omnes ad baptismum teneri, & sine ipso non posse salutem hominibus esse. Accedat ad prædicta, quod secundum Gregorium, ante circumcisionem sola fide cum sacrificiorum oblatione, quibus antiqui patres suam fidem profitebantur, homines Christo incorporabantur. Sed in lege veteri id fiebat per fidem protestatam in circumcissione: hoc autem nunc fit per baptismum; quia alio signo oportebat manifestari fidem Christi præsentis, quam futuri, & ideo non fuit semper necessarius baptismus, sicut nunc est. Adde insuper, quod quia homo non generat generatione carnali secundum spiritum, sed secundum carnem nascuntur, atque ideo indigent baptizari. Atque etiam sanctificati in utero, licet iam per illam sanctificationem receperint gratiam emundantem à peccato originali; quia tamen non inde consecuti sunt characterem, quo Christo confititur, ideo necesse fuit eis baptizari, vt per characterem baptismi alijs membris Christi conformarentur.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est quod tripliciter contingit, quod aliquis teneatur ad aliquid. Vno modo necessitate finis, tantum, & non ex peculiari præcepto: sicut homines tenentur ad gratiam habendam, & habitus infusos. Alio modo ratione alicuius præcepti tantum: atque hoc pacto tenemur in quadragesima ieiunare. Tertio vero modo & necessitate finis, & necessitate præcepti simul: sicut utroque modo adulti tenentur ad credendum: quia sine fide impossibile est placere Deo, & iustificari ab eo. Iam ergo ex distinctione hac emergit dubium, quo pacto teneantur omnes ad susceptionem baptismi, an ex necessitate finis, aut ex præcepti necessitate? Respondetur ergo, statuendo Catholicam conclusionem, scilicet, ad baptismum suscipiendum teneri homines, tum necessitate finis, tum etiam necessitate præcepti. Taliter autem hæc conclusio est vera, vt de ea dubitare, aut ei dissentire hæresis manifesta nota non careat. Patet autem conclusio hæc aperte ex Ioannis cap. 3. Nam inde planè vitæque necessitas, scilicet, finis & præcepti liquido colligitur. Nam ex quo Dominus ibi dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto

non potest introire in regnum Dei, clare monstrat necessitatem baptismi ad salutem consequendam, perspicue concluditur hinc Christum Dominum præceptum de eodem baptismo indixisse. Si enim principes seculares de his præcipue leges statuunt, quæ ad salutem rei publicæ necessaria esse exploratum habent; quanto magis Christus Dominus cunctos homines lege baptismi astringere debuit, postquam adeo necessario conferre ad nostram salutem voluit, vt sine eo nemini contingere posse salutem gratiæ, aut vitæ æternæ decreuerit? Item secundo patet: Quia licet homo sit in gratia, secundum quam acceptus est ad vitam æternam, nihilominus virtute illorum verborum Domini: Nisi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, obligatur aliquando præcepto diuino suscipere eucharistiam. Ergo, licet quis sit iam in gratia per contritionem, ratione illorum verborum Domini: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. tenebitur adultus sub præcepto baptismum suscipere: quia eadem est ratio. Tertio patet: Quia esto quis sit iam contritus corde, virtute illorum verborum Domini: Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis, etiam si sit in gratia, tenetur sub præcepto diuino confiteri. Ergo etiam si per compunctionem sint aliqui catechumeni in gratia, nihilominus præcepto diuino coarctantur recipere baptismum. Quod & confirmatur ex responso Diui Petri Actuum. 2. Vbi iam corde compunctis, & querentibus, quid facerent, Poenitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini Iesu. Ergo non solum necessitate finis, id est, gratiæ baptismus est necessarius: sed necessitate præcepti. Quarto patet: Quia si Dominus Matthæi. 28. baptizandi omnes gentes indixit præceptum Apostolis dicens; Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris &cæt. conuincitur hinc, & gentibus impositum esse præceptum, vt baptizarentur. Alias frustra tale præceptum indictum esset Apostolis: sicut frustranea foret iurisdictio & potestas absoluendi fideles collata apostolis, si fideles ad confitendum peccata sua præcepto diuino non astringerentur: sic in proposito. Quinto præterea probatur ex illo Marc. vltim. Qui crediderit & baptizatus fuerit, vbi fides sub necessitate præcepti & finis insinuat, esse necessaria: ergo etiam baptismus. Nam non obstat, quod negatiue Dominus statim subiungens, Qui non crediderit, non fecit mentionem baptismi. Quia secundum Diuum Bernardum, per hoc insinuare Dominus voluit, quod

quod ubi facultas non adesset, sola fide poterat, tunc & voto baptismi baptizari per baptismum flaminis. Ita D. Bernard. epistol. 77. ad Hugonem. Sed quia dixerat: & baptizatus fuerit, ostendit fidem non sufficere, nisi baptizetur ille, cui suppetit copia baptismi. Deinde. 6. patet. Quia, si quia circumcisio erat professio legis antiquae, sub precepto tenebantur ad illam, ut patet Genes. 17. Ergo multo potiori iure baptismus, qui est professio legis nouae obligantis totum orbem, est in precepto. Vnde contra obiectionem Vvicleph dicitur, quod ex illo tempore, quo Christus dixit: Nisi quis renatus fuerit, caput innotescere lex baptismi: sed non ex tunc caput obligare, sed quando post resurrectionem dixit: Ite docete omnes gentes. Neque obstat, quod gratia & virtutes infusa, quae sunt necessariae necessitate finis, non sint in precepto: quia sunt habitus, & de habitibus non datur preceptum. Sed bene datur de baptismo, quia est actus respectu dantis, & passio respectu recipientis. Licet Sotus dicat, quod paruulis non est in precepto. At alij dicunt, quod sicut lex naturalis inposita est etiam paruulis: ita & lex & preceptum baptismi, licet propter ignorantiam, & defectum rationis excusentur.

Quaeritur secundo, vtrum sine baptismo possit aliquis saluari? Respondetur autem, quod quando baptismus alicui deest re, & voto salutem animae assequi non potest: quia neque sacramentaliter, neque mentaliter Christo incorporatur, per quem solum est salus. Quia hoc non potest contingere sine aliquo contemptu, scilicet, neque suscipere baptismum, neque id in effectu habere. Si autem alicui desit sacramentum re, sed non voto voluntatis, sicut si desiderans baptizari morte praeueniatur: tunc talis saluabitur sine baptismo actuali propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operante, per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur. Quemadmodum de Valentiniano qui catechumenus obiit, ait sic D. Ambrosius. Quem regeneraturus eram, amisi. Verum tamen ille gratiam, quam poposcit non perdidit. Accedit ad praedicta, quod quia Deus intuetur cor, qui desiderat baptizari, quia desiderat regenerari per votum baptismi corde regeneratur, licet non corpore. Insuper catechumenus in desiderio animi sui habens baptismum in bonis operibus exercitatus si moreretur interceptus morte, sine baptismo, licet talis per votum baptismi, & per fidem per dilectionem operantem ad vitam aeternam perueniret, sed non statim, sed passus prius poenam pro peccatis praeteritis: & sic tandem saluus esset sic quasi per ignem, ut dicitur,

tur. 1. ad Corinth. 3. Si tamen statim rebaptizatus, aut martyrium passus ex hac vita migraret statim euolaret ad caelum.

Adde vero, quod pro tanto dicitur baptismi sacramentum esse necessarium ad salutem; quia homo salutem obtinere non potest, nisi saltem in voto illud habeat, & in voluntate, quae apud Deum pro facto reputatur. Hanc autem sententiam D. Thomae concilium Tridentinum sess. 6. cap. 4. ad literam per hanc distinctionem decreuit & diffiniuit dicens, post promulgatum Euangelium posse quemcumque per votum baptismi in re, vel in voto saluum fieri. At liceat apostolos baptismum Ioannis solum fuisse baptizatos, & postea in Pentecoste baptismum flaminis, iuxta illud Actuum. 1. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. &c. D. Chrysostomus homil. 1. super Acta Apostolorum opinetur: sed nihilominus longe probabilius, imo sic pro certo tenendum est, baptismum Christi fuisse baptizatos, eosque obligasse preceptum baptismi; sicut D. Thomas in 3. part. quaest. 38. art. 6. autumat, cui accedit Scotus in 4. quaest. 6. Quia neque ad Apostolorum, neque Ecclesiae honorem, & utilitatem attinebat, eos ab hoc precepto fuisse dispensatos, cum promulgatores baptismi essent instituti, cuius caractere, nisi eo in re suscepto non poterant insigniri. Non igitur fuit causa, ut cum illis super hoc dispensaretur. Nam illud dictum Domini in contra allegatum, scilicet, Vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non insinuat baptismum Christi, eos non fore baptizandos, sicut & ceteri: sed solum de notat auctiorem gratiam in die Pentecostes visibiliter in linguis igneis esse recepturos. Deinde pie tenendum est tanquam rationi magis consentaneum Ioannem baptistam a Christo Domino aqua baptismi fuisse intinctum, cuius sententia est Diuus Chrysostomus Matth. cap. 5. quia non est verisimile Ioannem, qui tam obsequiosum se exhibuerat erga Christi baptismum, sine illo sacramento fuisse mortuum quo fieret Christianus. Sed & de sacratissima Virgine credendum est, baptismum Christi filij sui fuisse baptizatum contra Scotum, dicentem, quod forte fuit ab hoc baptismo excepta, quia in conceptione filij totam habuit plenitudinem gratiae. Sed haec ratio Scoti non conuincit, quia illa gratia non ita fuit in summo, quin post potuerit augeri. Tum, quia non decuit reginam Angelorum illo baptismi caractere carere, quo fieret Christiana: siquidem quidquid gratiae recepit in virtute passionis Christi recepit, cuius sacramentum baptismus est.

Iam illa quaestio hic suum locum proprium vendicat,

vendicat, vtrum puer carens vsu rationis sine baptismo in re per aliquod aliud remedium spirituale possit salutem obtinere, cuius affirmatiuam partem videntur tenuisse Caietan. hic, & Alexander Ales. 4. par. distinct. 13. membr. 1. & Durand. distinct. 6. quaest. 2. & Altifiodorens. lib. 3. tract. 3. cap. 4. quaest. 2. & Palud. dist. 1. quaest. 1. qui affirmatiue videntur fauere: imo & Diuus Thomas in 4. distinct. 24. quaestio. 1. articulo. 2. quaest. 3. ait, sacerdotis non baptizati vltimos effectus sacramentorum, quae confert, Deum supplendo defectus operari & supplere. Dicimus ergo breuiter ad quaestionem, quod cum dupliciter ista quaestio possit intelligi, si eius affirmatiua pars in isto sensu fatetur, scilicet, quod nunc pro saluandis paruulis non potentibus obtinere copiam baptismi, sit aliud ordinarium remedium diuinitus institutum praeter baptismum in re, manifesta haeresis esse conuincitur: siquidem firmissima stat sententia Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, & Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Et quia ponere illud remedium pro hoc ordinarium, esset hanc legem generalem & celebrem Christi Domini explodere, & labefactare. Tum, quia Diuus Thomas quodlib. 6. articulo. 4. asserit, nusquam apud D. August. & Sanctos patres reperiri, quod baptismi vicem suppleat, nisi baptismus sanguinis aut flaminis. Ita etiam D. Augustinus & refertur de consecr. dist. 4. can. baptismi vicem. Tum, quia deficiente re aliqua, quae sit de essentia sacramenti, totum aliud quasi pro nihilo reputatur. Tum, quia illud remedium, quod fingeretur ordinarium, scilicet, applicatio, qua quis applicat suam fidem infanti, neque per modum meriti potest infanti mereri primam gratiam: quia hoc proprium est Christi: neque per modum sacramenti, quia iam praeter baptismum aliud remedium ad modum sacramenti admitteretur; quod est absurdum prosum concessum: quia alias sacramentum baptismi non esset simpliciter necessarium: quod dicere errore non caret. Tum, quia iuxta cap. firmiter. de sum. Trinit. nemo potest saluari, nisi in gremium ecclesiae recipiatur: neque etiam adultus, nisi ignorantia inuincibili laboret: sed nullus recipitur in gremium ecclesiae, nisi per baptismum: ergo paruulus, qui per baptismum flaminis vicem eius supplere non potest, nequit sine illo saluari. Tum quia illud remedium, quod isti fingunt dependeret ex futuro contingenti, an, scilicet, moreretur postea pueri, vel non morerentur: quia si morerentur: secundum istos pueri per illud remedium reciperent gratiam. Vnde fit consequens, quod si forte post non morerentur, & baptizarentur non reciperent gratiam mundam,

tem ab originali, si illam iam recepissent per illud remedium; quae omnia sunt inconuenientia absurda, quae ex ista haeretica assertionem sequuntur. Quae quidem, praeter quam quod est contra euangelica loca, est etiam contra innumera testimonia Sanctorum, quae causa breuitatis sub silentio praetereo.

Secundo dicitur ad quaestionem, quod si eius affirmatiua pars accipiatur in hoc sensu, scilicet, quod licet esto non sit lex ordinaria, ut Deus suppleat sacramenti defectus, tamen quod aliquando saltem credendum sit paruulum contra baptismum aliquo alio Dei beneficio saluum fieri, in hoc casu (quia non dubitamus, quin hoc Deus possit facere, sed de facto loquimur) dicendum est neuiquam, nisi Deus ipse nobis reuelauerit, exceptionem aliquam a lege in Euangelio explicita esse admittendam propter necessitatem paruuli. Igitur, quod defectus baptismi in paruulis aliquo alio modo etiam non regulariter, sed aliquando in aliquo casu suppleatur, asserere est plusquam falsum: quia est temerarium; saltem quia temeraria assertio dicitur, illa, quae a lege generali diuina exceptionem facit, quam ecclesia Catholica, & sancti eius Doctores non fecerunt, neque admiserunt: sicut accidit in praesenti casu. Igitur ne argumeta Caiet. in contra videamur dissimulare, respondentes dicimus, quod primum non obstat, ubi obijciunt, quod in omni statu legis naturae & scripturae fuit aliquod remedium pro paruulis: ergo & in lege etiam noua: quia respondetur, quod etiam in lege noua non deest eis remedium, quod est baptismus. Vnde sicut olim ante legem gratiae non poterant saluari, nisi remedio ordinato a Deo, & non quocumque alio remedio: ita & nunc saluari non possunt, nisi baptismum, quippe qui est remedium institutum a Deo pro eis, ut postquam nati fuerint ex vtero matris renascantur per istud sacramentum. Neque obstat secundo quod ante octauum diem circumcisionis (non obstante quod circumcisionis lex lata erat in remedium contra originale peccatum) paruulis periclitantibus subueniebatur per remedium legis naturae, & fidem parentum. Quia id non conuincit eodem modo pueris posse subuenire, quia diuersa est ratio. Nam ratio necessitatis exigebat, ut quia pueri ante octauum diem non poterant circumcidi, interim eis periclitantibus alio remedio, scilicet, legis naturae subueniretur. Quae ratio nunc cessat cum puero statim nato possit applicari baptismum remedium.

Neque obstat tertio quod Caiet. arguit, quod fides nostra non est minoris efficacit, quam fides parentum in lege naturae, ut non possit subuenire pueris in necessitate, sicut illa subuenie-

bat. Quia respondetur, verum esse nostram fidem, quatenus attinet ad rationem fidei, non minoris efficaciam esse, quam fides antiquorum patrum, imo maioris virtutis nostra fides est, quia est nostra fides explicita circa mysterium incarnationis, & Trinitatis, quae in veteri lege erat implicita. Tum, quia fides nostra pluribus sacramentis applicatur, copiosioreque gratiam confert per sacramenta & per sacramentum baptismi, quod eius est protestatio, ianua caeli aperit. Non tamen hinc sequitur, quod si fides parentum sufficiebat paruulis in lege naturae, quod ita nunc eis sufficiat ad salutem: quia loco illius fidei quatenus attinet ad paruulos solum: ablutio baptismalis sub forma exprimente confessionem fidei Trinitatis successit ex institutione Christi. Neque licet replicare quarto quod paruuli in lege gratiae deterioris sint conditionis, quam paruuli in lege naturae, eo quod tunc sufficiebat pro eis fides parentum, & nunc non sufficiat: quia requiritur actus exterior ablutionis aquae sub forma verborum, cuius defectu aliqui non iustificantur. Quia respondetur quod in multis apparet, paruulos in noua lege esse melioris conditionis. Tum, quia de facto remedium baptismi est vniuersalius: nam in omnem terram exiit sonus Apostolorum promulgantium remedium baptismi. At fides olim in lege naturae in paucis inueniebatur: & ita paucis applicabatur. Baptismus autem applicatus est multis in lege noua, & applicatur. Tum, quia si fides tunc iustificabat, non erat remedium tam certum, quatenus non tantopere constabat, quod applicans fidem haberet fidem, & baptismus certius est remedium: quia potest conferri a pagano, & infideli, si intendat facere, quod facit Ecclesia: & sic est vniuersalius remedium. Item quinto non obstat, quod iustitia Christi est abundantior ad nostrum remedium, quam delictum Adae redundantius fuit in nostram condemnationem, iuxta illud ad Romanos. 5. Quemadmodum per vnius delictum in condemnationem omnes homines veniunt: ita, &c. Quocirca videtur, quod si delictum Adae transfunditur in existentes in vtero, quod etiam iustitia Christi in omnes paruulos transfundatur. Quia respondetur, quod delictum Adae & iustitia Christi non debent comparari, quoad omnia: quia peccatum Adae defecto deriuatum est in omnes: at iustitia Christi defecto non participatur ab omnibus. Sed in hoc comparantur, quod sicut peccatum Adae fuit origo condemnationis omnium: ita iustitia Christi est causa iustificationis omnium. Verum tamen secundum se est efficacior, & potentior iustitia Christi ad saluandum omnes, quam delictum Adae ad condemnationem omnium

A praequam, quod modo iustitia Christi operatur maiorem gratiam, & meritum & gloriam in his, qui saluantur, quam esset si Adam non peccasset. Atqui in hoc sensu intelligendus est D. Paulus dicens: Non sicut delictum, ita & donum. Vnde negatur consequentia: quia non tenet similitudo in omnibus.

B Neque obstat sexto, quod obijcitur, quod Deus vult omnes homines saluos fieri, vt ait D. Paulus ad Timoth. 3. & per consequens, quod paruulos non reliquit sine remedio. Quia respondetur, quod id vult Deus voluntate signi; quia omnibus prouidet remedium: & sic voluit paruulos fieri saluos: quia eis praesertit remedium baptismi. Secundo quia id vult Deus voluntate non absoluta, sed conditionata, quam non est necesse semper impleri. Tertio id intelligitur per quamdam distributionem accommodam, id est, vult omnes saluari, quos destinauit ad aeternam salutem. Vel est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, id est, quod voluit ex omni genere & statu hominum aliquos saluari de facto, non tamen singulos omnes.

C Neque obstat septimum argumentum, quod puer saluatur per martyrium matris, si tunc moriatur in ventre matris, ac per consequens, quod eadem ratione saluabitur per desiderium, quo parentes desiderant illi baptismum. Quia respondetur, quod tunc puer in ventre matris occiditur, quia occisa est mater eius propter Christum non saluatur per martyrium matris, sed per martyrium proprium ipsius pueri. Quia alias si viveret non iustificaretur per mortem matris, sed per propriam mortem ipsius, si quam pateretur pro Christo.

D Neque obstat octauum, quod obijcitur, non decere diuinam misericordiam relinquere homines in aliquo statu in via, sine remedio salutis in quali statu essent pueri, quibus non subesset copia baptismi, si fides & voluntas bona parentum non posset eis tunc suffragari. Quia respondetur, quod illi, qui sunt in vtero matris regulariter ex illo statu transeunt ad statum, in quo egressi inde possunt per baptismum iustificari. Cur autem in illo statu dum sunt intra vterum matris Deus noluerit subuenire eis: aliquo remedio, cum continet aliquos nondum natos in vita discedere, & perpetuo perire, sicut etiam alios natos iam defectu copiae baptismi impatizatos mori, accidit: dico quod nihil aliud occurrit dicendum, quam quod D. August. libr. 2. de bono perseverant. cap. 12. ait: Quare hos iustificet, alios vero non? Iterum atque iterum dico, neque me dicere piget, Quis es tu homo, qui respondeas Deo? Inscrutabilia sunt iudicia eius. Tamen si coniectare iudicia Dei aliquomodo licet,

licet, non ea discernendo, diffiniendo, aut pro certo diiudicando, aliqualis haec congruentia desumpta ex D. Tho. mentem subiit, ob quam in lege gratiae, aliud omne remedium pro paruulorum salute abstulerit, & solum baptismum in re eis pro remedio salutis statuerit Deus; Scilicet, tum primo, quia lex haec gratiae est, in qua magis magnificanda est, & recognoscenda gratia, quam in statu legis naturae. At occasio maior datur pueris discedentibus ex hac vita cum baptismo magnificandi gratiam illis collatam per baptismum, & Deum salutis eorum autorem recognoscendi, & glorificandi, cum in caelo intellexerint alios eis consimiles pueros ea gratia baptismali fuisse defraudatos. Tum etiam, quia in lege noua excellentiori modo virtutem suae passionis, vt pote praeterita, voluit applicari, nempe, instrumentaliter per instrumentum baptismi & non per fidem parentum, ne prima gratia data paruulis merito alterius tribuatur, nisi merito Christi per baptismum applicato pueris. Et vt id clarius innoteret in lege gratiae hoc tantum baptismi remedium paruulis voluit esse ad salutem, & non aliud. Neque obstat nono hoc quod obijcitur, quod non minus clementiae decuit Deum ostendere erga paruulos auxilio plus indigentes, quam erga adultos: sed adultis quibus non suppeteret copia baptismi contulit in remedium salutis tunc baptismum flaminis, scilicet, contritionis & dilectionis Dei, & per consequens oportuit, vt paruulis deficiente copia baptismi, remedium aliquod praebere, saltem remedium legis naturae, scilicet, vt tunc in fide parentum & in desiderio, quo filijs suis optant baptismum isti paruuli saluarentur. Quia respondetur cum Soto contra Caietanum, quod adulto votum baptismi non, nisi per modum conuersionis in Deum prodest: paruuli autem neque voluntate propria, neque aliena in Deum conuerti possunt. Vnde concludit D. Tho. nequaquam sufficere votum baptismi, nisi adulto. Secundo respondetur ex mente Diui Thomae in. 4. distinct. quarta, quaestio. tertia, artic. tertio, quaestio. 2. quod non obstante, quod etas puerilis magis ad misericordiam inclinatur, quam adulta, nihilominus in pueris istis, vt saluentur oportet esse aliquam causam salutis, qua carent, quia proprio motu fidei experies sunt: ideo sine sacramento saluari non possunt. Quare plus, inquit D. Tho. valet adulto propria fides, quam paruulo aliena. Ex quo sequitur Diuum Thomam (dum loco supra citato distinct. vigesima quarta, dixit quod dum sacerdos non baptizatus confert sacramenta, credendum est pie, quod Deus supplebit) id dixisse secutum aliorum communem opinionem,

A a qua certe in summa recessisset, si ea completeret. Porro quaestio haec, & hic agitari solet, scilicet, an modo alicubi gentium ex ignorantia inuincibili possit quis a susceptione baptismi excusari. Nam certe quam plurimas esse gentes in orbe noscimus, in quibus quia caligine quadam ignorantiae inuincibilis laborant, videtur verificari posse Verbum Domini Ioannis. 15. Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Et de quibus etiam verificatur illud ad Romanos. 10. Quomodo audient sine praedicante?

B Igitur ad quaestiones illucinationem primo perpendendum est, vnicuique adultorum ad suam conuersionem (vt supra diximus) supernaturalem motum saltem implicitae fidei esse necessarium in omni tempore, scilicet, vt in Deum se conuertat mentis affectu, vt in liberatorem hominum secundum modum sibi placitum, vt tradit Diuus Thomas. 2. 2. quaestio. 2. artic. 7. ad tertium. Secundo aduertendum est, nunc nostro tempore fidem Christi explicitam esse necessariam post promulgationem Euangelij, haec quoque assertionem esse fidem Catholicam ex eo primo patet: quia necessaria est nunc professio Euangelij. Professio autem euangelica in nihilo differt a confessione fidei explicitae Christi; quia idem est prorsus profiteri Euangelium, & profiteri fidem Christi explicitam. Si ergo vniuersitas hominum credere Christo & eius Euangelio tenetur, sit consequens, vt omnes teneantur habere fidem explicitam, & quod eadem sit ad salutem necessaria. Quod & confirmat Symbolum Athanasij vbi ait: Quicumque vult saluus esse, opus est, vt teneat Catholicam fidem. Et subiungit: Fides autem Catholica haec est, vt vnum Deum in Trinitate, & caetera. veneremur. Et subiungit: Sed necessarium est ad aeternam salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Quod & Diuus Tho. docet. 2. 2. quaestio. 2. Accedit tertio, quod quantum praecipuum fidei explicitae absolute obliget vniuersum orbem, nihilominus possunt multi ob ignorantiam inuincibilem, qua laborant ab hac obligatione excusari, vt pote illi, quibus fidei & Euangelij Christi nihil est annunciatum. Nam iuxta testimonium Diui Pauli, isti quomodo credent sine praedicante? Hoc autem assertum est Diui Thomae. 2. 2. quaestio. 10. artic. 1. vbi distinguit inter infidelitatem negatiuam, & contrariam. At ista negatiua infidelitate laborant, qui nihil audiunt de Christo Domino, quam ait non esse peccatum, sed poenam peccati originalis. Vbi superaddit, infideles hos merè negativos damnari quidem ob alia peccata, quae contra ius naturae committunt,



mittunt, non autem propter peccatum infidelitatis. Neque obstat contra hoc si quis sic arguat: quod si isti ius naturæ seruassent, Deus illis suum speciale auxilium præbens eos illum in nando conuertisset. Quocirca à peccato suæ infidelitatis non esse excusabiles arguitur. Quia respondetur, quod isti infideles negatiui à cognitione fidei factè implicita, quæ necessaria est, tum necessitate finis, tum necessitate præcepti excusantur, quatenus ea in præcepto est eos sua inuincibili ignorantia excusante. Et hoc prædictis verbis D. Thomas insinuat. Tamen quatenus fides hæc saltem implicita est necessaria necessitate finis ad salutem consequendam, hac ratione non possunt isti ea fide carere se excusare apud Deum, dicentes, quod carere lumine fidei, sine quo agere poenitentiam non potuerunt. Quia tunc Deus in promptu habet iustam responsionem, non per ipsum extitisse, sed per illos, quibus si ius naturæ custodissent opem specialem tulisset ad eorum conuersionem & salutem.

Adde quarto, quod si modo isti infideles negatiui per fidem implicitam ex speciali auxilio Dei conuertentur ad Deum, hæc conuersio, ut potè gratia Deo eos in gratiam Dei reducere. Ita D. Thomas. 2. 2. quæst. 10. art. 3. at. 3. ut patet per ea, quæ narratur de Cornelio Actu. r. qui antequam de fide explicita instrueretur à D. Petro per eleemosynas gratus fuisse Deo refertur. Et idem de eunucho Cædæcis reginæ sentiendum est. Est ergo hæc sententia vniuersalis omnium.

Cæterum, quia assertiones prædictæ, quibus asserimus nunc post promulgatum Euangeliū fidem Christi explicitam necessariam esse, & simul cum hoc per fidem implicitam salutem, aliquos nunc etiam consequi posse, asseruimus contradictionem, præ se ferre videntur, Thomistas hæc apparens contradictio in diuersas sententias videtur adduxisse. Nam Victoria, Canus in relectione de sacramentis in genere, & Magister Bañes super. 2. 2. tenent nunc promulgato iam Euangelio ignorantes inuincibiliter fidem Christi explicitam per fidem eius implicitam gratiam iustificatiōis assequi, non autem sine fide explicita posse obtinere gloriam, & vitam æternam quamuis fidei explicitæ ignorantia inuincibili teneantur: quia putant fidem hæc explicitam in ordine ad assecutionem vitæ æternæ necessariam esse necessitate finis, propter dignitatem Christi iam nati & passi. Quo circa prædestinatum à Deo laborantem ignorantia fidei explicitæ Christi, ea ignorantia durante posse ab hac vita migrare concedere renuunt. Sicut neque concedendum est, inquit, quod

A prædestinatus simpliciter, dum est in mortali moriatur. Hanc autem esse communem: quam potissime cōprobāt ex historia prædicta Actu. Apostolorum, ut Cornelio iam per fidem implicitam constituto in gratia necesse fuit, ut instrueretur à D. Petro de fide explicita Christi, ut potè quæ necessaria erat illi adhuc ad obtinendam vltimam salutem, id est, vitam æternam; super cuius probationem Canus plurima congerit testimonia sanctorum, & præsertim Diui Chrysostomi in gratiam suæ opinionis. His nihilominus non obstantibus Sotus in. 4. distinctione quinta, quæstione vnica, articulo, oppositam opinionem tenens, scilicet, quod

B nunc post promulgatum Euangelium eius laborans ignorantia inuincibili per fidem implicitam potest per gratiam Christi iustificari, ita & per eam sine fide explicita assequi vitam æternam, istam opinionem prædictam sic refutat, ut arbitretur absque fundamento, & contra quam rei veritas habet esse inuentam. Cui subscribit Medina in sua instructione confessorum, proponens casum ad hanc opinionem Soti & suam probandam; scilicet, si aliquis in extremis constitutus in confessione interrogatus à confessore de fide, accusauit se de ignorantia sua, quam habuit circa addiscendam fidem explicitam, respondendo, se de mysterio fidei explicitæ nihil audisse: & statim hoc dicto antequam à confessore instrueretur priuatus est sensibus, & vsu rationis. Hic secundum omnes ne detur homo in via constitutus, sine salutis remedio, non est desperandus, sed absolendus: maxime si contritionis signa ostendit. Alioquin confessor, si huic negaret absolutionem, & scandalum ingeneraret, & ab omnibus redargueretur, ut crudelis: ergo argumentum est euidentis quod hic infirmus est in statu salutis, si percipiat absolutionem cum sola fide implicita. Nam si necessitate finis explicita fides esset ei ad consequendam gloriam necessaria, cum tali fide careret, frustra ei impenderetur, absolutio ad vitam æternam consequendam.

D Est igitur opinio hæc Soti longe probabilior. Tum primo quia distinctio hæc fidei, quod fides implicita in ignorante inuincibiliter fat sit ad gratiam obtinendam, & quod eidem fides explicita necessaria sit ad consequendam gloriam, commentitia est: neque reperitur apud antiquos doctores, qui plane intellexerunt eandem salutem esse, quæ prouenit hominibus per gratiam, & gloriam: nam hic inchoatur per gratiam & consummatur per gloriam. Vnde, si quod medium sufficit ad gratiam, ut potè fides implicita, in inuincibiliter ignorante, eadem in illo sufficit, si in gratia moriatur,

& cum

& cum illa ignorantia ad adipiscendam gloriam. Tum secundo: Quia ad vitam æternam assequendam non requiritur, nisi seruare mandata: sed ille, qui est in gratia per fidem implicitam seruat mandata, quia alias non esset Deo gratus: ergo totum id habet quod sibi necessarium est ad obtinendam gloriam: neque opus habet antequam migret à vita aliam reuelationem expectare. Item tertio: Quia illud Actuum 4. ubi fundant isti suam opinionem quod dixit Diuus Petrus, scilicet; Non est aliud nomen, in quo oporteat nos saluos fieri, non intelligitur de salute sola, quæ obtinetur per gloriam, sed de ea etiam, quæ obtinetur per gratiam, ergo si ista, quæ est per gratiam, in casu hoc obtinetur per fidem implicitam, etiam per eam fidem implicitam obtinebitur salus, quæ est per gloriam.

Tum quarto: Quia temeritate non caret sine necessitate aliquid exigere ad obtinendam gloriam: at in ignorante inuincibiliter fidem explicitam, cum per implicitam & obseruantiam mandatorum sit in gratia, aliud exigere ad obtinendam gloriam, res est sine necessitate excogitata: quia cum gratia sit pignus gloriæ, per gratiam est acceptus ad finem, id est, ad gloriam. Vnde fides explicita non est huic sic ignorantia necessaria necessitate finis: & licet sit ei necessaria necessitate præcepti; tamen sua hæc ignorantia eum excusat ab hoc præcepto, Tum quinto: Quia fides explicita non aliter est necessaria necessitate finis, & præcepti, quæ baptismus: sed ignorantia inuincibilis excusat à præcepto baptismi: ergo eadem excusabit à præcepto fidei explicitæ. Tum sexto: Quia non sunt admittenda miracula sine necessitate: & tamen si fides explicita in ignorante eam inuincibiliter requireretur ad assequendam gloriam, frequenter opus esset reuelationem fieri huius fidei explicitæ apud remotissimas gentes, quam sine miraculo fieri interdum non contingeret; ex quo rursus sequeretur, quod non satis prouide saluti humanæ per media humana Deus prouidisset. Igitur ad aliorum rationem apparentem dicimus post resurrectionem fidem Christi explicitam ad salutem tam gratiæ, quam gloriæ esse necessariam, simpliciter tamen intelligitur, nisi quis ab ea habenda excusetur per ignorantiam inuincibilem, sicut Diuus Thomas quæstio. 69. artic. quarto ait, quod sufficit baptismi votum implicitum ad remissionem peccatorum illum ignorantibus, licet hic dixerit esse simpliciter necessarium in re vel in voto. Igitur resolutoriè dicimus, ubi non est ignorantia baptismi, quia est sufficienter promulgatum, scienti eius promulgatio-

A nem, requiritur tam ad gloriati, quam ad gratiam eius votum explicitum. Vbi vero inuincibiliter ignoratur satis est eius votum implicitum durante hac ignorantia, sicut satis est excusante ignorantia fides implicita, quamuis credit Sotus nullibi iam gentium per solam fidem implicitam in Deum conuerti; quia paganorum intellectus ad eum est obtenebratus, ut nisi vox prædicationis euangelicæ eis insonuerit, nemo illorum vnquam Deum, ut hominum reconciliatorem, & liberatorem agnoscat per fidem, & per affectionem, ut talenti suscipiat, & suscipiat atque veneretur.

Præterea quaeritur tertio, vtrum baptismus sit differendus. Respondetur autem, quod baptismus non est differendus quoad pueros. Tum, quia in eis non expectatur maior instructio. Tum, quia in eis est periculum in mora: quia eis non potest subueniri alio remedio, nisi baptismo. At verò adulti conuersi, quia per solum affectum baptismi saluari possunt, si eius eis desit copia, non sunt statim baptizandi. Tum, ut Ecclesia non decipiatur sacramentum fide accedentibus dando, sed per aliquod tempus possit eos probare, iuxta illud. i. Ioannis. 4. Probate spiritus, si ex Deo sint. Tum, ut interim de his, quæ fidem concernunt, informetur. Tum etiam propter sacri baptismatis reuerentiam, quod propter solennitatem decentius confertur catechumenis in vigilia paschæ Resurrectionis, & Pentecostes. Veruntamen dilatio hæc propter duo prætermittenda videtur. Primo si baptizandus sit satis instructus, & baptismus satis idoneus, sicut Philippus mox baptizauit eunuchum, & Petrus Cornelium. Secundo secundum Leonem Papam, si necessitas mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgeret. Si tamen quis expectans tempus statutum ab Ecclesia, ut baptizaretur morte interceptus antea obiit, saluabitur per eius votum, sicut per ignem. Peccat autem, si quis sine causa necessaria, & licentia prælatorum Ecclesiæ, ultra tempus statutum ab Ecclesia prolatet baptismum, illum non suscipiens: quamuis hoc peccatum cum alijs deleri possit per succedentem contritionem, quæ vicem baptismi supplet. Illud autem mandatum Leonis Papæ de obseruandis prædictis duobus temporibus intelligendum est, excepto periculo mortis, quod semper in pueris est timendum. Sicut etiam statutum concilij Agathensis de retinendis Iudæis in catechismo prius per octo menses, ad cautelam Ecclesiæ institutum est, ne simplicitatem fidem corrumpant, si non fuerint plene conuersi. Tamen si interim mortis periculo fuerint

fuerint preoccupati, baptizari ante poterunt, ut ibi decernitur. Item; quia baptismus per gratiam, quam confert, non solum remouet peccata praeterita, sed impedit peccata futura, ne fiant; quod est curandum in primis; iuxta illud. 1. Ioannis. 2. Filioli mei, hoc scribo vobis, ut non peccetis. Atque ideo non est differendus baptismus propter timorem, ne baptizatus post baptismum peccet.

¶ Circa praedictam doctrinam, quae est Diui Thomae notandum occurrit primo de pueris, quod si hi, ad quorum curam attinet procurare eis remedium baptismi ultra id tempus, quo baptizari consueuerunt, scilicet, octauo, aut decimo, aut duodecimo à natiuitatis die, quibus temporibus iam commodè possunt asportari ad Ecclesiam, & mergi procrastinando id dilatent, culpam non euadent mortalem. Nam baptismi mandatum adiuncto iure naturae, quo tuos domesticos paterfamilias obligatur dirigere in viam salutis, obligat praedictos puerorum tutelam habentes, ad procurandum pueris remedium baptismi, sine quo illis salus esse non potest.

¶ Secundo de adultis loquendo dicimus, quod cum primum praedicatio baptismi ad eorum notitiam peruenit, tenentur postquam adepti fuerint opportunitatem sacramentum hoc suscipere. Quod si citra causam diu id distulerint in mortalis culpae reatum incidunt. Nam sub mortali praecipuum baptismi obligat. Imò huius praecipui iam conscius sine voto explicito baptismi non poterit iustificari: quia cum sit baptismus ianua sacramentorum, & inchoatio vitae nouae, statim tenetur eius votum explicitum corde concipere. Licet, ut iustificetur aliquis per contritionem, extra tempus praecipui confessionis, satis ei sit habere votum penitentiae sacramenti implicitum, quod includitur in proposito seruandi Dei & Ecclesiae mandata. Idemque dicendum est de voto Eucharistiae, sicut de Penitentiae voto diximus: quia pro his Ecclesia iam praedestinuit tempora. Ideo alia est ratio de sacramento baptismi. Quod si Diuus Ambrosius & Diuus Martinus citatae videntur baptismum, id ea ratione faciebant, quia existimabant pro sua humilitate, & pro reuerentia debita tanto sacramento, non expedire tantum sacramentum suscipere, quo ad vsque omnigenarum virtutum incrementum aliquod sibi prius comparassent. Quam opportunitatem Diuus Martinus videbatur sibi non fuisse nactus, cum cathenatus per aliquod tempus coactus fuerit militare. Constantinus autem non distulit, sed morte accedente bapti-

zatus est; neque enim eius animus fuit baptismum prolatae, vsque ad mortem. Iam vero tanta temporis dilatio non habet locum, sed culpae potius tribueretur, quam consilio, si catechumeni ultra tempus, quo indigent ad rudimentorum religionis Christianae instructionem suscipiendam, expectant. Potuit enim Ecclesia, stante iure diuino, de suscipiendo baptismo, ipsos infideles & catechumenos qui suscipere baptismum cupiunt praecipuo obligatorio astringere, ut temporibus statutis ab Ecclesia illud suscipiant, & ultra non differant. Imò ipsi catechumeni petentes baptismum ex patet iure naturae, & gentium astringuntur circa hoc seruare modum, & tempus praescriptum, prout seruat & seruari vult Ecclesia, sicut est videre in exemplo eorum, qui habitum religionis assumptis, tenentur si velint profiteri, eo tempore votum solenne emittere, in quo professionem emittendam, esse praedestinatum est, nisi legitima aliqua causa obstat.

¶ Adde etiam, quod quoniam iam nostris temporibus rarissimos catechumenos baptizari contingit, iam illa tempora designata pro baptismo catechumenorum, scilicet, in vigilia resurrectionis, & Pentecostes in desuetudinem videntur abiisse. In regionibus autem Indiarum, ubi frequentes fierent conuersiones, expediret illa duo antiqua tempora obseruari, quae si essent ibi in vsu recepta, eorum transgressio peccatum induceret mortale. Nam consuetudo haec tunc pristinae legis vigorem obtineret. Interim tamen, dum haec duo tempora iam non sunt in vsu, nunc petentibus baptismum seruandus est tempus, quod Ecclesia, id est, praelatus Ecclesiae constituerit eis.

¶ Queritur iam quarto, vtrum peccatores sint baptizandi? Respondetur autem, quod peccatores, qui sunt in maculis peccatorum, à quibus cupiunt per baptismum purgari, baptizandi sunt; quia ad eorum sordes peccatorum abstergendas specialiter institutum est baptismum, iuxta illud ad Ephesios. Mundans eam lauacro aquae in verbo vitae. Peccatores autem voluntatem peccandi, atque in peccatis permanentes habentes baptizari non debent. Tum primo: Quia Christo vniti non sunt, neque ei incorporari valent, iuxta illud. 2. ad Corint. 6. Quae participatio iustitiae cum iniquitate. Tum secundo: quia frustra baptizarentur, quia emundationem peccati, quae est finis baptismi suscipere nequeunt. Tum tertio; quia exterior aquae ablutio interiore ablutionem animae designat: quae quidem designatio falsa esset: quia res signata ei non responderet. In sacramentalibus autem signis non debet inter-

misceri

misceri aliqua falsitas. Haec verò significatio exterioris ablutionis falsa esset in illo, qui abstinere non curat à vitijs: vnde tali sacramentum hoc non est conferendum. Nam illud testimonium Zachar. 14. scilicet; In illo die erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruae, intelligendum est de peccatoribus voluntatem habentibus recedendi à peccato. Sicut etiam illud Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus, intelligitur. Nam Christus Dominus est medicus animae; qui operatur dupliciter. Primo interior per seipsum preparando voluntatem hominis, & secundo exterius per ministros exhibendo sacramenta. Nō ergo minister eius adhibere debet medicinam sacramenti baptismi, nisi ei, in quo interioris praeparationis, & conuersionis aliquod signum apparet. Sicut neque medicina corporalis adhibetur infirmo, nisi in quo aliquis motus vitae naturalis apparet. Item character baptismalis, licet aliquod subsidium animae peccatrici sit: quia est aliquomodo dispositio ad gratiam, non tamen per impressionem characteris baptismalis aliquis disponendus est ad gratiam, quando in eo apparet voluntas peccandi: quia secundum Damascen. Deus neminem ad virtutem compellit.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomae dubium exurgit, an catechumenus, qui vsque ad articulum mortis retinuit adulterina coniugia, & tunc linguae vsu priuatus respondere non valet, an si peniteat sit baptizandus. Videtur autem, quod non. Nam etsi ostenderet aliquis iam baptizatus concubinarium signa contritionis, non esset in isto articulo absoluentus, nisi exprimeret in particulari se dolere de suo concubinato: ergo neque iste est baptizandus. Nihilominus tamen hoc non obstante in hac parte cum Diuo Augustino tenemus, qui bib. 1. de adulterin. coniugijs. cap. vltimo. ait, quod huiusmodi retinentes adulterina coniugia, si in articulo mortis sic desperati de vita & intra se penitentes iacuerint, neque pro se respondere potuerint, quia amiserunt vsum linguae, vel alio modo, baptizandos fore ipse putat: quia verisimiliter creditur, & ipsos iam tunc de suo concubinato dolere. Neque est eadem ratio de absolutione, quae cum sit actus iudicialis fori, conscientiae confessionem de aliquo peccato in particulari expresso praerogit, ut possit absolutio impendi.

¶ Secundo praecedenti confine est, & hoc dubium, vtrum infidelis, qui in sua infidelitate incidit in amentiam, an post cum omnes suae prouinciae conuertuntur & baptizantur, & ab

eis offeratur, ut simul cum alijs baptizetur, sit baptizandus? Videtur quod sit baptizandus: quia censetur esse sicut amens & infans à natiuitate, cui tanquam infans non est negandum baptismi sacramentum. Respondetur tamen ad id dubij primo, quod quia talis infidelis contrarius fuisse apparet, & in peccato mortali suae infidelitatis, & in alijs delictis insanisse, neque post resipuisse constat, ideo ne falsificetur forma baptismi, non est ei conferendum baptismum. Et etiam propter rationem D. Thomae: quia interioris praeparationis, & conuersionis nullum in eo infans apparet, sed neque apparere potest signum. Sed in sua infidelitate apparet perseverare, sicut ille, qui in suis peccatis mortalibus discessit ab hac vita.

¶ Praeterea, de eo dubio, cuius alibi meminimus, dicendum superest: quia ad hunc locum attinet, scilicet, an si infidelis mutus & surdus à natiuitate, qui tamen compos est vsus rationis, & dum caeteri baptizantur: quia videt alios baptizari, ipse quoque signis exterioribus, & nutibus petit baptismum ei sit conferendus: quia casus hic vsu euenit in regionibus Indiarum; Igitur respondendum esse censeo, hic non esse praecipuam sententiam, sed maturo consilio est procedendum. Nam si episcopus illius regionis, cum quo hoc pertractandum est negotium, examine diligenti adhibito deprehenderit talem mutum, & surdum à natiuitate intelligere baptismum, aliquid esse diuinum pertinens ad salutem animarum, & nutibus significauerit fidem implicitam vnus Dei liberatoris hominum se habere, & baptismum in remissionem peccatorum dari, & hac ratione in remedium contra peccata sua illum petere, poterit baptizari. Alioquin dum hoc ex nutibus eius probabiliter non potest constare: quia de eius debita dispositione non constat ob rationes allegatas ex Diuo Thoma, non censeo eum fore baptizandum. Nam haec fuit sententia peritorum religiosorum prouinciae de Chiapa.

¶ Ad haec quinto queritur; An peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda. Respondetur autem, quod homo per baptismum incorporatur morti Christi, iuxta illud Apostoli ad Romanos. 6. Quicumque baptizati sumus in nomine Iesu in morte ipsius baptizati sumus. Cum ergo mors Christi satisfactoria fuerit sufficienter pro quibuscumque peccatis baptizandorum, non est eis alia satisfactio imponenda: quia iniuria per hoc irrogaretur passioni & morti Christi, quasi ipsa per se ipsam non sufficeret ad plenariam remissionem peccatorum baptizandorum. Neque propter hoc,

128 Cap. LXIII. Vtrum ad baptismum requiratur confessio?

hoc, quod satisfactio non imponatur baptizandis derogatur iustitiae Dei, quia cum per baptismum Christo incorporamur, ut membra eius pena capitis, id est, Christi, qui iuxta illud Isaiae. 53. verè dolores nostros ipse portauit, applicatur baptizatis, ut eius membris. Item etiam, quia etsi opera satisfactoria exercitia sint quaedam ad iustitiam conseruandam, & augendam, tamen nuper baptizati, quasi modo geniti infantes non per opera poenalia, sed per opera facilia exercitandi sunt ad iustitiam, iuxta illud Petri. 2. Sicut modo geniti infantes lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Vnde poenalis satisfactio pro peccatis praeteritis non est eis iniungenda, licet satisfactio pro iniurijs ab ipsis illatis proximis necessario est eis iniungenda: quia detinere alienum & laesum non placare, est in peccato perseverare: quod obstat dignae susceptioni baptismi. Accedat ad maiorem praedictorum intelligentiam, quod licet poenitentia, & omnia sacramenta habent virtutem a passione Christi, sicut & baptismus: tamen per solum baptismum, & non per poenitentiam dicimur commori Christo: quia solum baptismus repraesentat passionem Christi. Vnde fit consequens, ut etiam si certum conferat gradum gratiae ex opere operato sicut, & cetera sacramenta; tamen quia per baptismum incorporamur Christo Domino, ut eius membra & regeneramur in illo, quod non fit per poenitentiam & alia sacramenta: hinc fit, ut in baptismo satisfactio Christi reputetur plenaria nostra, non autem in poenitentia, in qua non applicatur nobis satisfactio Christi, nisi secundum proportionem actus doloris, quo a peccato resurgimus. Inde est, quod indigemus, ut ad plene satisfaciendum pro poena peccatorum satisfactoria poena per clauas ecclesiae imponatur nobis a confessore.

¶ Praeterea sexto quaeritur, vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur peccata sua confiteri. Respondetur autem, quod confessio interior requiritur ante baptismum, ut, scilicet, homo sua peccata recogitans de eis doleat. Non enim autore Diuo Augustino in libro de poenitent. potest quis inchoare nouam vitam, nisi poeniteat eum veteris vitae. Peccatorum autem confessio exterior, quae fit sacerdoti, triplici ratione non requiritur ante baptismum. Primo, quia talis confessio pertinet ad sacramentum poenitentiae, non vero ad baptismum, qui est ianua sacramentorum omnium. Tum secundo, quia confessio exterior ordinatur ad absolutionem poenitentis, & ad iniungendam illi satisfactionem aliquam, quae quidem satisfactio baptizatis non est iniungenda. Tunc ter-

tio, quia sacramentum confessionis ordinatur ad remissionem peccatorum: hac autem remissione per clauas ecclesiae non indiget baptizatus, quia omnia ei peccata remittuntur per baptismum. Tum quarto; quia confessio exterior poenosa est propter verecundiam poenitentis: baptizato autem nulla poena exterior imponitur. Igitur in baptizatis non requiritur specialis confessio, sed sufficit generalis, quam faciunt, cum secundum ritum ecclesiae abrenunciant Sathanae, & omnibus pompis eius. Et ad hunc modum secundum glossam Matthaei. 3. in baptismo Ioannis exemplum dabatur baptizandis confitendi peccata, & promittendi meliora. Si tamen baptizandus ex deuotione velit sua peccata confiteri, solum audiendus est, ut informari possit spiritualiter contra consuetudinem peccatorum praeteritam extirpandam. Accedit ad hoc, quod quia baptismus Ioannis non remittebat peccata, sed erat baptismus poenitentiae, ideo confessio in eo praemittebatur, ut baptizandis ibi poenitentia aliqua secundum qualitatem peccatorum determinaretur. Sed baptismus Christi Domini est sine exteriori poenitentia. Neque obstat illud Prouerb. 13. quod qui abscondit scelera non diuiget: quia baptizandus per confessionem interiorē factam Deo, & per susceptionem baptismi, qui suscipitur in remissionem peccatorum, manifestat sua peccata, quibus remedium quaerit. Item illud dictum Diui Petri. Actuum. 2. Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum, non de confessione, quae est pars poenitentiae sacramentalis, sed de actu interiori virtutis poenitentiae intelligendum est.

¶ Circa praedictam doctrinam nota, quod ad sacramentum baptismi suscipiendum sufficiens dispositio est peccatori baptizando suorum peccatorum attritio, etiam cognita in generali, quia baptismus quaedam spiritualis regeneratio est, quae solum requirit ablationem obicis, qui sufficienter tollitur per hanc attritionem in generali. Vnde si baptizandus ex deuotione confiteri sua peccata praeterita velit, de eis non esset sacramentaliter absoluendus, sed tamen tunc illa oratio: Misereatur tui Deus, & dimittat tibi peccata tua per modum deprecationis posset sibi dici. In casu autem, quo sic ex deuotione confiteretur ad instructionem, non esset consilium catechumeno peccata occulta, si graua essent sigillatim explicare, sed in genere, & in summa, quatenus rationem cautè viuendi minister spiritualis posset illum edocere. Tuncque minister, licet non tam stricto rigore, sicut si violator esset sigilli sacramenti confessionis fit plebendus, si talia peccata prodat (quia illa confessio non est

est sacramentalis) nihilominus, quia dispositio aliqualis erat ad baptismum, tanquam violator sacramenti baptismi poenis grauibus esset afficiendus. Igitur ex praedictis patet peccata praecedentia baptismum, nunquam sunt materia confessionis. Atque adeo si illa sola baptizatus ille confiteretur, non esset sacramentaliter absoluendus: quia si absolueretur iniuria fieret baptismus, quasi illic non essent omnia condonata.

CAPVT. LXIII.

*Vtrum intentio recipiendi baptismum ex parte baptizati requiratur. An satis est neuter accedat ad baptismum, aut coactus, ut valide illum recipiat. Vbi respondetur ad obiectiones Caietani. Et quae nam intentio requiratur: Et an adultus, qui in infantia ex incuria sui parentis non fuit baptizatus possit ad baptismum cogi. Item an pueri infidelium sint inuitis parentibus baptizandi: Et quid deseruis infidelibus natis inter Christianos, Et quid si tales pueri sint agonizantes, an contra voluntatem parentum, vel tutorum sint baptizandi: Et an cogi quis possit ad audiendam fidem.*



**D**ORRO septimo quaeritur, cum Diuo Thoma in quaest. 68. Vtrum intentio recipiendi baptismum ex parte baptizati requiratur. Respondetur autem, quod per baptismum configuratur baptizatus morti & resurrectioni Christi per hoc, quod moritur veteri vitae peccati, & incipit quandam vitam nouitatem, iuxta illud ad Roman. 6. Consepulti sumus Christo per baptismum in morte, ut quo modo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. At ut quis moriatur veteri vitae peccati, si liberum arbitrium habeat autore Diuo Augustino, requiritur tum voluntas, quae eum veteris vitae poeniteat, tum etiam voluntas, qua nouitatem vitae intendat, cuius principium est ipsa susceptio baptismi. Et ideo ex parte baptizati requiritur voluntas siue intentio recipiendi sacramentum. Nam ex eo, quod in iustificatione, quae fit per baptismum, non est passio, id est, receptio baptismi coacta, sed voluntaria: ideo

Instruct. conf. pars. 2.

**A** requiritur intentio in baptizando recipiendi, quod ei datur. Adeoque requisita haec intentio est, ut si adulto desit haec intentio suscipiendi sacramentum, sit rebaptizandus. Si tamen non constaret, sed in dubio res esset, dicendum est, Si non es baptizatus, ego te baptizo. Neque obstat, quod originale peccatum, contra quod datur baptismus sine intentione nascentis sit contractum: quia baptismus non solum ordinatur contra originale peccatum, sed etiam contra actualia, quae etiam per voluntatem & intentionem causantur. Ideo ad baptismum ea remittentem requiritur intentio.

**B** ¶ Circa praedictam doctrinam praenotandum est primo doctorum esse communem consensum & vniuersalem Alexandri, Bonaventurae, Scoti Durandi, intentionem baptizandi in adulto requiri ad suscipiendum baptismi sacramentum, & baptismi characterem, contra glossam super. can. solet. de consecrat. distin. quarta, & contra glossam in calce. cap. maiores. de baptismo, & contra Caietanum qui licet intentionem renitentem impedire baptismum admittat, quam glossae praedictae non impedire sentiunt: tamen quia ipse existimat intentionem in baptizando adulto non esse per se necessariam, sed per accidens solum ad tollendam contrariam voluntatem renitentem sacramento; ideo satis sufficere putat, quod homo baptizandus neuter accedat ad baptismum, hoc est, neque consentiens, neque dissentiens, sed negatiue se habens: Nam existimat hunc vere recipere sacramentum.

¶ Igitur pro expeditione quaestionis, breuiter dicitur primo, quod nemo per vim hoc est, simpliciter coactus baptizandus est. Neque si sic simpliciter inuitus baptizari cogatur sacramentum suscipit. Patet, quia primo baptismus est sacramentum fidei, & quaedam professio fidei: ergo sicut nullus habens contrariam voluntatem ad fidem potest veram recipere fidem: ita neque verum sacramentum fidei, & eius professionem, qualis est baptismus. Neque enim Deus, qui disponit omnia suauiter, constituit, ut aliquis inuitus fidem profiteretur per baptismum, sed ut consentiens fieret Christianus, voluit. Maxime quia fides cum non rationibus naturalibus demonstrari possit, pia affectione suscipienda est: ea demum deuota voluntate baptismus est amplectendus. Impossibile est enim, ut qui fidei sacramento renititur, ut fidei ipsi consensum praestare valeat. Haec autem assertio est ab Innocentio decreta. capit. maiores. de baptismo. Tum etiam ex concilio Toletano quarto,

I patet



patet can. 56. vbi expresse diffinitur, quod nullus compellendus est ad fidem: ergo neque ad sacramentum fidei. Glossæ autem illæ contra textum pugnant; ideo errorem contra diffinitionem Innocentij, & contra communem sensum ecclesiæ videntur continere. Nisi secundum Scotum glossentur sic, quod secundum præsumptionem fori exterioris baptismus validus iudicabitur illius, qui interius dissensit, & tamen exterius tacuit. Et multo magis iudicabitur verus, si voce tenus tantum consensit: quia ecclesia non iudicat, nisi de exterioribus. Iudicabit ergo, quod qui tacuit consentire visus sit, & multo magis, qui ore tenus consentit.

¶ Secundo dicitur, quod qui absolute in baptismum consentiret, licet conditionaliter metu mortis inuitus esset, sacramentum vere susciperet, & quantum ad characterem, & fidem mortuam, si credidit, non autem quo ad gratiam. Sic etiam diffinitur in dicto cap. maiore. Patet: Nam etiam in concilio Toletan. quarto, vbi vera baptismata esse diffiniuntur illorum infidelium, qui à Rege Sifibuto compulsi sunt baptizari, compellendosque esse ad fidem, & legem Christi seruandam declaratur, & merito, quia absolutam præstitere voluntatem. Nam autore Aristotele in tertio Ethicorum. isti quanquam conditionaliter nolunt, tamen absolute volunt: sicut qui metu tempestatis projiciunt merces in mare. Nam iuridicum idioma hinc ortum habuit, scilicet, quod coacta voluntas voluntas est, iuxta ca. merito decima quinta, quæst. prima. Tametsi sic baptizari coactè illic concilium Toletanum prohibet, quia re vera sacrilegium est. Quod si quis obiecerit contra prædicta, matrimonium ex metu conditionaliter coactum, vbi metus grauis ad id incussus est, non esse validum, atque pari ratione baptismus sic coactum pronuntiandum esse, non esse validum, respondetur diuersum esse iudicium. Nam in promptu est disparitatis ratio: quia cum matrimonium contractus sit naturalis, & civilis potuit si per metum mortis celebraretur iure civili anteinvalidari. Secus autem est de baptismo, qui cum sacramentum sit imprimens characterem, quomodocumque quis consentiat in illum iure diuino obligatur.

¶ Tertio dicitur, quod ad suscipiendum verum sacramentum baptismi requiritur voluntas suscipientis, non tanquam solum remouens, prohibens, sed tanquam dispositio necessaria ad baptismum in adultis. Hæc assertio est contra Caiet. cuius opinio licet non sit erronea in eo gradu, quo opinio glossa-

rum, est tamen plusquam falsa. Neque ei (vt ipse putat) Diuus Thomas in quarto, dist. sexta, quæst. prima. art. secundo, quæstion. tertia fauet, neque ex Diuo Thoma colligitur. Imo Diuus Thomas hic intentionem deponendi veterem vitam, & sectandi nouam esse per se necessariam ad finem suscipiendi baptismum clarè docet. Non ergo requiritur ista intentio de per accidens. Sed neque fat est neutraliter & negatiue adultum ad baptismum suscipiendum se habere. Patet primo ex ritu ecclesiæ, quæ à patrinis paruulorum, quia ipsi paruuli respondere nequeunt, hanc voluntatem pro eis exposcit dicens, vis baptizari: ergo adulti qui respondere possunt suam debent explicare voluntatem circa baptismum, secundum Diuū Augustinū libro quarto de baptism. contra Donat. Tum etiam confirmatur ex Diuo Thoma in solutione ad primum, vbi respondet, quod in iustificatione baptismi virtute causata, passio non est coacta sed voluntaria. Non enim, vt arbitratur Caietanus, baptizatus se habet, vt passum mere naturale, sicut stупpa dum incenditur: sed est liberum passum, atque ideo requiritur in eo intentio. Præterea patet secundum Durandum: quia adultus simili modo se debet habere ad fidem, & ad fidei sacramentum: sed non credit, nisi volens: ergo neque vere baptizatur, nisi voluntatis intentio ei adsit. Neque enim baptizari est solum mere pati: quia est etiam agere: quia est fidem suscipere, autore Diuo Augustino contra Donat. sapissime dicente, quod baptizari est credere. Ideo Dominus vtrumque coniunxit dicens, Qui crediderit & baptizatus fuerit. Deinde clarè hoc insinuat Diuus Thomas in solut. ad secundum, vbi respondet, quod si dubitatur an baptizatus adultus habuisset intentionem, rebaptizandus esset sub conditione: ergo aperte Diuus Thomas demonstrat hic non sufficere neutraliter, aut negatiue se habere. Item idem colligitur ex solutione ad tertium. Item, quia si is, qui neutraliter se habuit esset vere baptizatus, sequitur, quod absque eius consensu compellendus esset ab ecclesia ad seruandam Christianam fidem; quod tamen ibi Innocentius absurdissimum esse dicit.

¶ Deinde patet ex concil. Carthaginensi. 37 cap. 34. quod refertur de consecr. dist. quarta, can. ægrotantes, & ex concil. Auranficensi ca. 12. vbi diffinitur, quod ægrotantes, qui respondere non possunt baptizentur, si testimonium adsit suæ voluntatis præteritæ, ex quibus colligitur requiri voluntatem suscipiendi baptismum, sicut requiritur ad alia sacramenta. Deni-

Denique si fat esset habere se negatiue, & neutraliter sequeretur, quod infidelis isto modo se habens si dormiens baptizaretur, maneret baptizatus, quia hic non habebat contrariam voluntatem: quod tamen est absurdum concessu. Quia cum homo per baptismum ecclesiæ catholicæ, & eius legibus subijciatur, eius est requirenda voluntas. Vnde D. August. (vt refertur de consecr. dist. 4. ca. cum à multis (nemo renascitur ex aqua, & Spiritu Sancto, nisi volens.

¶ Ad argumenta in contra, quæ obijcit Caietanus, respondentes dicimus, quod non obstat primum, vbi arguit, quod tota efficacia sacramenti baptismi est ex parte sacramenti. Quia respondetur id verum esse, de efficacia actiua. Nihilominus tamen ex parte subiecti requiritur passius dispositio, quæ sit actus humanus. Et hæc dispositio est voluntas suscipientis. Neque obstat secundum argumentum, quod obijcit Caiet. ex cap. maiores. de baptismo. vbi concludit Innocentius, quod tunc characterem sacramentalis imprimi operatio, cum obicem contrariæ voluntatis non inuenit obstitentem. Quia respondetur, quod conclusio Innocentij non concludit, quod neutraliter, vel negatiue pure se habere sufficiat ad characteris baptismalis impressionem suscipiendam. Nam cum sic concludit, quod sacramentalis operatio imprimi characterem, vbi contrariam non inuenit voluntatem, non sibi contrarius videtur. Quia antea dixerat catechumenum baptizatum in fornio, dum dormiret; si antea baptismo contraxerat non suscepisse characterem. Secus autem est, si prius baptismi propositum habuisset, vbi ostendit propositum positium baptismi requiri. Igitur quia Papa ibi moraliter loquitur, & non metaphysice per non ponere obicem, intelligit habere consensum saltem in virtute, & per contrariam voluntatem intellexit non solum illam, quæ renititur & dissentit, sed etiam illam, quæ non contentit iuxta illud Lucæ. vndecimo. Qui non est mecum aduersum me est. Vnde ex antecedentibus patet, quod hæc illatio Innocentij contra Caiet. sic sit intelligenda.

¶ Neque obstat tertio, quod arguit Caiet. scilicet, quod intentio hæc non est de necessitate, & essentia in paruulo: ergo neque in adulto. Quia respondetur, quod id quod est de necessitate sacramenti, vt pars sacramenti, est de necessitate in omnibus: non tamen id, quod est de necessitate in vno tanquam dispositio, est de necessitate in alio, id est, in puero. Quia ergo voluntas suscipiendi sacramentum est dispositio se tenens ex parte subiecti, ideo requiritur in adulto & non in paruulo. Tum, quia par-

uuulus habet originale solum, non sua actuali voluntate contractum: adultus vero habet vltra peccatum originale, peccatum etiam actuali sua propria actuali voluntate contractum. Vnde oportet habeat voluntatem per baptismi susceptionem peccatum originale, & actuali abstergeri. Secundo respondetur, negando maiorem Caietan. prout iacet: quia susceptio baptismi cum sit nouæ professionis vitæ assumptio, de essentia est, vt vbi esse potest, sit actus humanus. Quocirca de per se & de essentia requiritur intentio in adulto & non in paruulo, teste Scoto. Imo argumentum suum posset inuerti sic, contra Caietan. Quod de per se requiritur in vno, requiritur in alio: sed in adulto per se requiritur intentio: ergo etiam requiritur in paruulo: sed in paruulo non requiritur formalis, quia non est capax illius: ergo satis est ei interpretatiua intentio per intentionem ecclesiæ, quæ paruulum per suos ministros baptizandū exhibet & baptizat.

¶ Neque obstat quarto, quod esset baptismus verus illius paruuli quem suus pater Iudæus offerret baptizandum, non ea intentione, vt fieret Christianus, sed vt à langore corporali per baptismum sanaretur. Quia respondetur, quod quia voluntas patris ad veritatem baptismi non requiritur, ideo in prædicto casu intentio ecclesiæ sufficit, quæ tamen sola non sufficit in adulto, qui contrariam haberet voluntatem, vel qui voluntate baptismi careret. Quocirca secundum Paludem esset rebaptizandus, incureretque irregularitas, eo quod bis esset rebaptizatus ex sua culpa. Neque refert adhuc, quod primus, aut secundus fuerit baptismus. Nec obstat quinto, quod nemo ad impossibile videtur obligari: at impossibile videtur humanæ imbecillitati intellectus retinere intentionem, ne diuagetur: quia respondetur iam nos supra dixisse actualem intentionem tempore recipiendi baptismum non requiri, sed fat esse virtuale, id est, quod habuerit intentionem actu antea, quæ ipsum ad baptizandum induxerit etiam si post mente diuagetur. Non autem sufficit præcessisse habitualem, id est, habitum genitum ex pluribus velleitatibus, quibus voluit baptizari; quia iste habitus potest esse sine actu, imò potest esse cum actu contrario.

¶ Aduerte tamen inter baptizantem, & baptizatum non parum discriminis circa hoc interesse. Quia si antea baptizandi intentionem præconcepisset, si post dormiens, vel lapsus in amentiam baptizaret baptismum non conferret: quia talis baptizatio actiua non esset tunc actus humanus. Si autem aliquis ante proposuisset baptizari, tunc licet baptizaretur dormiens, aut

amens baptismum tunc verum susciperet, ut dicitur in cap. maiores. quia propositum præcedens sufficiens est, ut talis susceptio baptismi dicatur voluntaria: igitur actio baptismi requiritur, ut sit voluntaria de presenti, dum sit: passio vero, id est, receptio baptismi satis est, sit voluntaria ex antecedenti proposito.

¶ Iam octavo quaeritur, vtrum fides requiratur ex parte baptizati? Respondetur autem, quod quia baptismus duo operatur in anima, scilicet, & gratiam & characterem; quantum ad gratiam obtinendam per baptismum exiguntur fides in baptizato, iuxta illud ad Roman. tertio. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Quantum vero ad impressionem characteris non requiritur fides in baptizato: sicut neque in baptizante; dummodo alia non desint, quæ de essentia sunt, sacramenti: Cuius ratio est, quia sacramentum non perficitur per iustitiam hominis dantis baptismum, aut illum suscipientis: sed per iustitiam Dei. Neque obstat, quod Dominus ab baptizando exigat fidem dicens; Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: quia ex ista particula, saluus erit, colligitur quod fidem exigat: quia loquitur de baptismo, ut perducit homines ad salutem per gratiam iustificantem, quæ non iustificat sine fide. Neque obstat secundo, quod ecclesia baptizandum interrogat de fide; quia in hoc ostendit ecclesia, quod quantum est de se non intendit dare baptismum, nisi habentibus rectam fidem, ut fructum baptismi, id est, remissionem peccati obtinere possint; si tamen sine fide recta aliquis baptismum suscipiat percipit sacramentum, sed non ad salutem autem Diuo Augustino libro quarto contra Donat. & habetur cap. eccles. distinctione quarta de consecra. Neque valet obiectio, quod talis non maneret vere baptizatus: quia ecclesia de se non intendit illum carentem fide baptizare. Quia respondetur, quod ista intentio ecclesie non sic est conditionalis, ut sic sit interpretanda, scilicet, si habes fidem, ego te baptizo, & si cares fide, ego non te baptizo: sed factio examine de fide præsupponens ipsum habere fidem absolute eum baptizat, sicque baptizatus euadit. Est enim baptismus sagena, qua licet piscator non intendat colligere, nisi bonos pisces, colligit tamen interdum noxios, & tabificos. Neque obstat tertio, quod requiritur intentio recipiendi baptismum, qui cum sit sacramentum recte fidei, videtur non posse recipi, nisi à rectam habentibus fidem. Quia respondetur, quod qui habet rectam fidem circa alios articulos, potest etiam habere rectam fidem circa hoc sa-

cramentum, qua etiam si baptizatus careat, nihilominus sufficit ad sacramentum, si adsit ei intentio suscipiendi quod ecclesia tradit. Unde sicut peccatores in sceleribus grauibis permanentes non sunt baptizandi, si tamen baptizentur manent baptizati, licet non ad salutem. Sic dicendum est de fide carentibus; habentibus tamen intentionem suscipiendi quod ecclesia tradit.

¶ Præterea nono quaeritur. Vtrum pueri sint baptizandi? Respondetur autem, quod secundum Apostolum ad Roman. sexto. Sicut per vnus delictum omnes moriuntur, sic per Christum Dominum omnes iustificantur. Igitur quemadmodum pueri originale peccatum à primis parentibus contrahunt: ita in Christo regenerari, id est, baptizari possunt, ut ab infantia etiam in his, quæ fidei sunt enutriti firmiores fiant in fide, iuxta illud, quod scriptum est Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Propter has rationes testatur Diuus Dionysius ultimo. ecclesiasticæ hierarchiæ. Apostolos approbasse infantes recipi ad baptismum. Sufficit enim pro eis intentio ecclesie, & fides fidelium: quantum parentes eorum in sua infidelitate consistat. Sicut enim per alterius peccatum, id est, primi parentis in damnationem traditi sunt: ita per aliorum subsidium mediante baptismum possunt obtinere salutem.

¶ Circa quam doctrinam, nota oppositam assertionem, quæ fuit hæresis Manichæorum, & Vvicleff. & Pellagianorum, scilicet, quod pueri non essent baptizandi, nec quidquam illis prodesset baptismus, damnauit post concilium Mileuitanum cap. 2. quod refertur de consecra. distinct. 4. & habetur can. placuit. 3. per hæc verba: Placuit ut quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit eos in remissionem peccatorum non baptizari anathema sit. Item in conc. Trid. sess. 4. decre. 1. & sessi. 6. decre. 1. can. 13. Quocirca sicut pro abstensione peccati originalis contracti à paruulis, ne eos Deus sine remedio relinqueret in lege naturæ fides eis in remedium applicabatur, & in lege scripta circumcisio data est, pro paruulis octo dierum iam natis: ita tunc baptizantur, vbi applicatur eis passio Christi. Merito ergo D. August. libro de fide ad Petrum ( ut refertur de consecra. dist. 4. ) ait: Firmissime tene, non solum homines ratione vrentes, verum etiam paruulos, qui sine sacramento de hoc sæculo transeunt, sempiterno igne puniendos: quauis quæ paruuli puniantur poenæ sensus non communiter tenetur. Igitur contra Vvicleff. cum puer propter incuriam patris non baptizatus moritur, non propter pecca-

peccatum patris priuatur vita æterna, sed propter illud originale, quod ex Adam ipse contraxit.

¶ Secundo perpendendum est, quod quia susceptores paruulorum ad baptismum non sunt de essentia sacramenti baptismi, neque etiam eorum intentio est necessaria. Nam si non interesset susceptor, sed solus vnus esset, qui puerum baptizaret, tum intentio baptizantis reputaretur pro intentione ecclesie.

¶ Tertio recolendum est, quod quia puer non credit formaliter per fidem ecclesie, quippe quæ suo intellectui non inhæret; neque per modum menti puer iustificatur per fidem & charitatem ecclesie, ut arbitratus est Durandus: quia etiam si puer impossibile nulla charitas, aut meritum esset in ecclesia per baptismum, ut per Dei instrumentum gratia paruulo infunderetur: ideo quaeri solet, & hæsitari, an pueri dicantur credere. Aliqui ergo existimant, paruulos perseipsos non credere, neque verbum Saluatoris dicentis: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, paruulos comprehendere. Nihilominus tenendum est in hoc casu cum Diuo Augustino, qui in libro primo de peccat. merit. capite vigesimo, ait infantes baptizatos inter numerum credentium ascribi ab ecclesia. Et capite vigesimo septimo, post multa concludit: Quis, inquit, ut nesciat, credere esse infantibus baptizari: non credere, non baptizari? Itaque paruuli non solum credunt per habitum fidei infusum dum baptizantur, ut Innocentius tradit capit. maiores. extra. de baptismo. Sed quia, sentit Diuus Augustinus, ipsum, quod est baptizari, est Euangelium suscipere, obligatique ad eius legem, & fidem, hoc est, ad legem suo tempore seruandam, legemque consistendam. Quarto hinc ex prædictis licet colligere, quid ad illam quaestionem sit dicendum quam Anabaptistæ excitarunt, Vtrum pueri baptizati cum peruenerint ad plenum rationis usum, possint ad fidem seruandam compelli? Nam videtur, quod non, quia nullus inuitus trahendus est ad Euangelium: quocirca Anabaptistæ pueros post adeptos usum rationis voluntarios rebaptizabant. Quibus hæreticis Erasmus in proemio super Matthæum videtur fauere per hæc verba: Si placeret, inquit, maioribus ecclesie, deberent paruuli baptizati, cum post peruenerint ad usum rationis interrogari, an vellent tenere fidem susceptam; quod si nollent deberent relinqui suo arbitrio. Igitur extra dubium tales pueri baptizati postmodum sunt compellendi ad fidem, si sunt ex parentibus Christianis nati; neque hoc est vertendum in du-

Instruct. conf. pars. 2.

bium: siquidem sunt de republica ecclesie eiusque iurisdictioni subiecti. Sed quid, si incuria patrum Christianorum in ætate infantili non sunt baptizati, & iam sunt in adulta ætate, an ad baptismum suscipiendum possint compelli? Iam in hoc puncto vterque Sotus diuisidet, scilicet, Magister Petrus de Sotomaior, & frater Dominicus de Soto. Nam frater de Soto maior suo arbitrio esse relinquendos arbitratur, eo quod professio fidei per baptismum in adultis non baptizatis libera debet esse, sicut & ipsa fides. Frater autem Dominicus de Soto verisimiliori ductus ratione, existimat tales etiam in adulta ætate sub ignis supplicio compellendos esse ad baptismum. Tum, quia de republica & iurisdictione Christiana fuere cum nati sunt ex parentibus Christianis: quocirca ius tunc habuit ecclesia ad eos baptizandos; neque per incuriam parentum hoc ius amisit: & ideo ab hoc iure, quod ecclesia habet, eos baptizandi, non possunt se subtrahere. Sed, an filij Christianorum sint baptizandi, qui dum essent infantes non permisi sunt baptizari à parentibus; sed transportati sunt inter Turcas in ritibus Turcarum instituendi, & nutriendi. Ut si inuenirentur aliqui Genizari Græcorum Christianorum filij, qui in sua infantia non baptizati abstracti sunt à cura & iurisdictione parentum & inter Turcas translati professi sunt sectam Maumeticam, si aliquo casu reuertentur ad terras Christianorum, vel perueniret ex aliquo casu ad Hispaniam, incolatum, aut domicilium ibi accepturi. Respondetur quia in his opinio fratris Petri de Sotomaior videtur aliquem locum habere, examinandum foret tunc, cum inquisitoribus patribus, & cum prælatibus ecclesie id negotij, vtrum compellere eos ad baptismum liceret, & expediret, eo quod filij sunt patrum Christianorum.

¶ Præterea decimo quaeritur, Vtrum pueri infidelium inuitis parentibus sint baptizandi. Respondetur autem, quod huiusmodi pueri, si iam adepti sunt usum rationis, quia tunc incipiunt esse suæ potestatis, & quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini, & naturalis propria voluntate inuitis parentibus possunt baptizari, sicut & matrimonium contrahere, inducendi sunt ergo tunc ad baptismum, non coactione, sed persuasione. Si autem vsu rationis carent, quia iure naturali quandiu sibi providere non possunt, sub cura parentum sunt ( vnde de pueris antiquorum dicitur, quod saluabantur in fide parentum ) ideo contra ius naturale est, si contra voluntatem suorum parentum

I 3 bapti-

134 Cap. LXIII. An pueri infidelium sint baptizandi &c:

baptizentur. Sicut contra iustitiam naturalem est, quod quis adultus inuitus baptizetur. Præterquam quod periculo magno non caret eos inuitis parentibus baptizare: quia de facili relaberentur ad infidelitatem parentum propter affectum naturalem ad parentes. Ideo consuetudo ecclesiæ, quæ omnino seruanda est, hoc non habet, quod filij infidelium inuitis parentibus baptizentur. Neque obstat, quod si innocens vi eripiendus est à morte corporali, quam iniuste patitur: ergo quod & paruulus etiam per collationem baptismi eripiendus sit à morte spirituali, quam patitur sub cura infidelis patris. Quia pater, qui sic abutitur iure suo, iuste potest priuari eo. Quia respondetur, quod sicut nullus contra ordinem iuris civilis eripiendus est violenter de manu iudicis eum damnantis ad mortem: ita neque contra ordinem iuris naturæ est eripiendus puer à cura parentis vi, vt per baptismum liberetur à periculo mortis æternæ: quia istud remedium non est medium proportionatum ad salutem animæ pueri, cum in promptu sit eum reuerti ad infidelitatem parentum: quia cum hoc euidenti baptizaretur periculo, si inuitis baptizaretur parentibus. Neque obstat quod Iudæi sunt subditi aliquando principibus Christianis; quia subiectio civilis non infringit ordinem iuris naturalis, & diuini, quod pueros carentes vsu rationis constituit sub cura parentum. Nam homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest. Cum ergo puer ante vsu rationis naturali ordine ordinetur in Deum per rationem parentum, quorum curæ naturaliter subiacet; sequitur, quod secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

¶ Circa prædictam doctrinam, quæ est Diui Thomæ notandum est primò, communè & vniuersim esse sententiam Doctorum, neminem neque ad fidem, neque ad baptismum, quippe qui est fidei professio, fore cogendum. Quæ quidem assertio tum conciliorum præsertim quarti Toletani auctoritate innitur; tum etiam in sanctorum testimonijs solidum fundamentum habet: tum etiam vt D. Thomas. 2.2. quæst. 10. articul. 8. tradit in ratione fidei fundatur, quæ piam exigit voluntatem: quia credere est voluntatis, vt ibi docet Diuus Thomas. Vide copiosam phalangem argumentorum, quam hic Sotus congerit ad hanc assertionem probandam, quæ est contra Scotum, cuius opinio neque ratione, neque vsu Romanæ ecclesiæ fulcitur. Quæ licet penes se in alia Romana vrbe plures infideles

**A** Iudæos ibi incolatum adeptos habeat, neque eos inuoluntarios pertrahit ad fidem, & baptismum, neque eis inuitis eorum pueros baptizat: quia eos inuitos sic baptizare, nihil aliud esset, quam fictos & sacrilegos Christianos, sacramentorumque illusores gremio ecclesiæ velle aggregare. Quocirca, licet multi præcesserint sancti pontificis fidei ampliandæ, & propagandæ zelatores, & in lege Dei peritissimi nunquam sibi ciuilitate subiectos Iudæos infideles ad fidem & baptismum vi pertrahere attentarunt, quia tale medium ad id tantum conducere posse illis visum est, scilicet, vt secretos, & domesticos hostes religionis Christianæ & inimicos Christi admitterent ad sancta religionis mysteria ab ipsis secreto in corde proculcanda. At Scotistæ Scoti defensores aliqui, de cuius numero est frater Iosephus Minorita in suis floribus theologiæ, quasi glossantes Scotum, quem aliter sustinere non possunt aiunt, posse infideles cogi ad baptismum aliquibus ciuilibus pænis, puta, per exilij pœnam; quæ mors est civilis. In cuius gratiam adducunt exemplum Catholici Regis Ferdinandi, qui postquam Mauritios Granatenses subiugauit, eos sub pœna exilij ad suscipiendum baptismum adegit. Sed dicimus, quod etsi Catholici Regis zelum non damnamus, sicut & Sisebuti Regis Hispaniæ concilium Toletanum quartum, non damnat: sed tamen factum non approbat. Et quanuis Regis Catholici instantia, quia instauit, vt illi Mauritani discederent à regno, aut gremio ecclesiæ se per baptismum aggregarent, non videtur fuisse tam directa coactio ad suscipiendum baptismum; tamen exitus, qui acta probat, & alea conuersionis, quæ tam male hæcenus cessit, declarat, etiam pœnam exilij & alias pœnas etiam non minantes mortem medium non esse expediens ad compellendos infideles ad baptismum: siquidem media violenta ad mutandum legis statum nihil aliud apta sunt ingenerare, nisi **D** legis violenter susceptæ odium, & contemptum, quod isti sic conuersi in bello Granatensi ostenderunt, dum ipsi rebellantes sacerdotes immaniter trucidarunt; imagines Christi & Matris eius & sanctorum prostrantes conculcarunt; & irriserunt templa, & loca sacra diruerunt, & profanarunt. Sed & Episcopum Guadixensem in hac curia Regis Philippi in his retro annis vidi & allocutus sum, qui apud Regem & eius regium senatum instabat, vt apponeretur remedium; quia omnes sui episcopatus noniter conuersos Moriscos nuncupatos fictos deprehendebat esse Christianos ex apertis iudicijs, quæ explorata habebat,

habebat, dum inter eos versans, de eorum salute satagebat.

**A** ¶ Secundo dicitur, quod ex prædictis colligitur corollariè, licitum nequaquam esse infidelium surripere filios & à potestate parentum eos ea intentione subtrahere, vt subtracti à cura parentum, baptizentur & in religione Christiana instruantur, atque educantur. Quia si baptizare filios inuitis eorum parentibus infidelibus non licet: ergo neque hæc de causa eos à cura parentum subducere. Tum quia media coacta non sunt assumenda ad finem liberum introducendum; quia ei fini, vt improporcionata repugnant. Tum quia mala facienda non sunt vt eueniant bona, quæ certè moraliter in præsentia ob rationes supra allegatas non sic eueniunt: sed ex medio malo peior expectatur exitus.

**B** ¶ Tertio dicitur: quod licet pueri infidelium quandiu possunt habere recursum ad parentes citra eorum voluntatem, non sunt baptizandi: si tamen in bello iusto vel iniusto, vel alio modo licito, vel illicito, iam fuere subtracti à cura parentum, ita quod iam parentes consuli non possunt, neque eorum consensus potest requiri super baptizandum filium suum, quia longe distat, vt si puer paruulus Aethiopiæ aut Turcarum iuste, vel per iniuriam translatus iam esset in Hispaniam, raliter quod ad eius parentes pro eorum requirenda voluntate non potest haberi recursus; tunc hi pueri inconsultis parentibus baptizari possunt, vt tradit in præsentiarum Sotus. Cuius sententia hæc non aduersatur. **D** Thomæ; quia iam isti pueri sic abstracti à cura parentum, ita quod parentes eorum iam non possunt conueniri, non reguntur arbitrio parentum: ergo arbitrio illorum, qui eorum curam suscepere, vel arbitrio ecclesiæ baptismum sunt intingendi. Tum, quia alias isti pueri sine remedio essent. Tum: quia iam periculum cessat, neque iam iniuria fit parentibus suis.

**D** ¶ Quarto dicitur cum Soto, pueri nati ex captiuis ieruis Christianorum infidelibus etiam si nascatur inter Christianos baptizari non possunt, sine consensu suorum parentum infidelium, quando conueniri possunt. Patet: quia filius est aliquid patris, & pars patris autore Aristotele. Vnde infans paruulus non habet aliam voluntatem præter voluntatem patris. Vnde inuitis parentibus baptizati à parentibus subuenterentur. Item sic habet vsus ecclesiæ catholice, quæ est columna & firmamentum veritatis, cuius consuetudini magis standum est, autore D. Thomæ, quam auctoritati cuiusvis doctoris sancti, etiam si sit Diui Hieronymi aut Diui Augustini.

Instruct. conc. pars. 2.

**A** ¶ Quinto animaduertendum est cum Soto infigne sacrilegium commississe ministros Euan-gelij, & prædicatores, qui pueros infidelium à principio etià ex consensu patrum eorum baptizabant sibi à parentibus oblatos; ea intentione, vt si interim morerentur non damnarentur, sed ad cælum euolarent, eos tamen post baptismum apud parentes infideles derelinquebant, destitutos omni auxilio Christianorum, & cura eorum, qui possent eos docere, & Christianis moribus instituire. Patet: quia baptizare pueros infidelium est à cura suorum parentum illos subducere: quia cum apud idolatras parentes sine periculo fidei educari non possint, consequens est, post baptismum fore à cura parentum separandos: alioquin magna iniuria irrogaretur fidei.

**B** ¶ Cæterum; quia hæsitari forsitan aliquis potest, vtrum vtriusque parentis consensus sit requirendus, an satis sit consensus vnus parentis, siue patris solius, siue matris, dicitur sexto, quod si pater consentiat in baptismum sui filij paruuli, etiam si mater reclamet, vel si e contra mater præstet consensum, & pater repugnet, nihilominus tunc baptizandus est paruulus. Est autem asseruio hæc aperte diffinita extra de conuersione coniugator. capit. ex literis contra Palud. dubitantem: Et hoc in fauorem proles, & fidei satis est si consentiat mater. Pater etiam ex Synodo Toletana, & habetur. 22. q. 1. can. Iudæi.

**C** ¶ Sed quid, si talis puer sit constitutus in extremo mortis articulo iam agonizans, an tunc reclamantibus parentibus possit baptizari, merito in dubium reuocatur. Ad id dubij dicitur septimo, quod tunc poterit baptizari, etiam inuitis parentibus, nisi tantopere repugnent; & reclament, quod graue scandalum ex tali violentia oriatur. Ita Sotus: quia tunc modica iniuria fit parentibus, cum iam in hoc articulo mors instans puerum subducatur à cura parentum, magis quam baptizans. Et quia tunc, cum iam paruulus mortaliter creditur moriturus (quia desperatur de eius vita) cessat peruersionis periculum, ita vt iam non possit peruertere à parentibus. Sed si excitandum esset graue scandalum, desistendum esset ab eo baptizando: quia cum violentia graui scandalo; & publica subducere talem puerum à cura parentum malum est; & non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

**D** ¶ Sed quid, si talis puer parentum infidelium filius mortuis parentibus infidelibus mæserit in potestate tutorum infidelium, an tunc inuitis tutoribus his baptizari licite possit? Ad id dubij di-



citur octauo, cum Soto, non committi culpam grauem, aut mortalem, si puer hic sub tutoribus constitutus in periculo mortis, quam extra, contra eius tutorum voluntatem baptizetur, contra Paludem dicentem, id non licere. Sed ratio dicitur, non tam atrocem interuenire iniuriam si inuitis tutoribus, & repugnantibus puer baptizetur: quia puer non est aliquid tutorum, sicut erat aliquid patris. Quia non sunt pupilli possessio suorum tutorum, sicut filij sunt possessio parentum suorum.

Item, quia in dubium aliquis reuocare posset, vtrum filij infidelium inuitis parentibus baptizati validum recipiant baptismum, ad id dubij dicitur nono, quod licet talis baptismus licitus non sit, quia non fit sine periculo apostatandi post a fide; tamen validum sortitur effectum. Ita Sotus & Caietanus tenent. Hocque videtur esse de mente. D. Thomae. Est tamen contra Durandum & Paludanum. Patet autem contra hos: quia intentio parentum & patrinarum non est de essentia baptismi paruulorum; si quidem per solam intentionem baptizantis, qui est minister ecclesiae tunc perficitur sacramentum. Quod confirmat D. Thomas per haec verba dicens, quod si inuitis parentibus baptizarentur, periculum pueris immineret reuertendi ad infidelitatem parentum, vbi insinuat per baptismum validum effectos fuisse fideles, alias ad infidelitatem parentum non reuerterentur, si in illa permanissent, non suscepto vero baptismo.

Sed quia in dubium verti etiam potest, in qua aetate filij infidelium citra parentum consensum per suum solum inuitis parentibus baptizari possunt, ad id dubij dicitur decimo; quod non requiritur, neque est necesse, vt praedictus puer iam attigerit duodecimum, aut quatuordecimum annum; sed satis est si iam prius edoctus articulos, & mandata, & sacramenta necessaria, & rudimenta fidei sciat, quod baptismus sit professio Christianae legis ad Christi legem seruandam. Haec est Soti sententia, contra Syluestrum verbo, baptismus. §. 8. dicentem vsque ad. 14. annum fore expectandum, vel secundum alios, vsque ad. 12. annum. Probatur autem quia ad matrimonium requiritur talis aetas, quam praesignat Syluester: quia eam per sua statuta praefixit ecclesia: sed ecclesia ad baptismum suscipiendum nullum praefixit terminum, neque certam praesignauit aetatem: ergo si puer iam rationis compos sit, ita vt instructus in rudimentis fidei praedictam intelligentiam de baptismo habeat, baptizari statim potest. Neque enim tunc est praetolandum vsque ad. 12. vel. 14. annum. Nam tunc si consentiat etiam reclamantibus parentibus baptismus ei conferri potest.

Sed quia nondum per supradicta constitutum est, in qua aetate ad id intelligentiae & rationis usum puer peruenire possit, vt intelligat, quid sit baptismus, & quod baptismus professio Christianae legis sit: quasi corollarie ad decimum dictum additur, quod si puer iam annum octauum agens peteret baptismum, etsi ex bonis coniecturis & indicijs apparet ipsum puerum intelligere, quid sit baptismus, & quid velit profiteri per baptismum, etiam si satis non constet, sed etiam non nihil de usu rationis illius dubitetur inuitis parentibus baptizandus est: atque statim ab educatione parentum infidelium est subtrahendus. Ita docet Sotus, quia vbi aliqua apparet voluntas, siue intentio pueri in fauorem baptismi inclinandum est. Sed quid, si talis puer iam sit octo annorum cum parentes eius conuertuntur & baptizantur, cum alijs si ipse renuit & repugnat, dicens, quod non vult baptizari, an tunc nihilominus sit baptizandus. Ad hoc dicitur vndecimo, quod in hoc casu si puer ex vna parte renuit baptizari, quia timet infusionem aquae, si ex alia parte aliqua subsunt indicia, vel coniecturae sui consensus etiam extante re dubia, vtrum consentiat, vel non consentiat, baptizandus est, vt docet Sotus: quia vbi aliqua apparet voluntas siue intentio pueri in fauorem baptismi inclinandum est, ac per consequens baptizandus est.

Adde insuper, quod dum conuertuntur patres, filij eorum paruuli carentes usu rationis simul baptizandi sunt. Tamen filij eorum iam adulti, qui illuc vsque infideles fuerunt non videntur baptizandi esse sine suo proprio libero & voluntario praestito consensu: quia isti nunquam antea fuere de republica, & iurisdictione Christiana, sicut fuerunt illi adulti, qui nati de parentibus iam Christianis per incuriam parentum, vel per aliam causam in sua infantia baptizati non fuere. quos dicimus post compellendos fore ad suscipiendum baptismum: quia cum de iurisdictione ecclesiae nuper nati fuerint, non potuerunt post se subtrahere ab illa.

Ceterum, etsi ad fidem & baptismum neminem esse cogendum constans veritas sit: sed inter modernos controuerti capit, an cogi possint infideles ad audiendam praedicationem fidei. Sed, quia non vacat modo, neque ad institutum nostrum spectat nunc multum in hac quaestione immorari, licet potissima sit, quae nostris temporibus est cognitu necessaria, propter noui orbis incolas, id est, Indos infideles aliquos qui renuunt praedicatores admittere, quia eos comites secum ducere milites armatae militiae videt qui eis minantur subiectionem, & seruitutem, exactionem tributorum, & oppressiones, quae si eos

si eos recipiant eis super caput impendentis: pro resolutione quaestionis dicitur primo, quod si tyrannus Princeps solus impedimento sit praedicatoribus, ne praedicent, si simul sunt de multitudine aliqui, qui audire volunt, non est dimittenda praedicatione: quauis sic sit moderanda quoad tempora & loca, vt ex timore ad tyrannum non impediatur. Et quandoque liceret praedicare occulte per domos, sicut ab Apostolis legitur factum. Si autem praedicatores simul a principe tyranno, & ab eius populo prohiberentur Euangelium annunciare, tunc cedere debet praedicatores & fugere ad alia loca, secundum mandatum Domini Matthaei. 10. dicentis. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris. Hoc etiam D. Gregorius in dialog. docet quod quando omnes infideles sunt mali, & indurati, praedicatores, eis dicere debeant illud Apostoli: Quia repulsiis a vobis regnum Dei, & cetera. Haec omnia in forma D. Thomas quolibet. 12. art. 29. tradit. Qui subiungit in solutione primi argumenti, quod Deus praecipit praedicare, ordinate tamen & eo modo, quo vtile sit salutem animarum. Cui accedit quod ait in solutione ad secundum quod licet non sit aliquid dimittendum, quod sit secundum Deum ob timorem mortis: tamen sapienter non fit, si aliquis sine causa & sine necessitate se offerat ad periculum, & se ingerat ad discrimen vitae.

Secundo dicitur, quod infideles, qui nihil audierunt de fide, tenentur audire praedicatores tanquam legatos pacis Regis gloriae, si eo modo ad eos accedant ad euangelizandum, & in ea forma pacis mansuetudinis ad eos introeant, quam Apostolis, & discipulis suis Christus perscripsit, scilicet, vt irent, sicut oves, quam & ipsi seruauerunt. Patet autem hoc, tum quia ipsi sunt offuscata magna caligine ignorantia, & errorum: ergo tenentur admittere Doctores, qui eos a caecitate, qua tenentur, eripiant, vt in sua relectione tradit Victoria. Tum quia, secundum Bannem super. 2. 2. de iure est gentium audire legatos aliorum principum. Ergo multo magis infideles tenentur recipere legatos Regis gloriae, eisque praebere auditum. Quod si admitterint praedicatores ad eos introeuntes pacificos, & sine strepitu militum, & armorum territantium prout tenentur; tum in summa possunt eis proponere suam legationem, scilicet, quod ad annunciandum eis veniant salutem vniuersalem mundi aeternam, quam Deus per filium suum vnigenitum missum in mundum, & hominem factum & natum de muliere operatus est in medio terrarum, & quod non sit aliud nomen, in quo omnes oporteat saluos fieri, nisi nomen Christi filij Dei Saluatoris & Redemptoris, & legislatoris omnium gentium, & Magistri. Quod si hac legatione in summa audita, & persuasione quadam eis proposita nolunt amplius hos sermones audire, non sunt compellendi vi aut verberibus ad audiendam praedicationem: quia tunc locum habet mandatum Christi Domini praedictum Matthaei. 10. & Lucae. 10. Liqueat autem hoc: Nam persistere & contendere eos minis, & verberibus, & terroribus cogere ad audiendam doctrinam, nihil aliud esset moliri, quam quoddam odium fidei ingenerare, & frustra niti adhibendo media violenta ad finem liberum. Quod perinde esset absurdum, ac si quis summo opere exoptans amicitiam alterius, quem videret tali amicitiae repugnantem, eum flagellis afficeret, & cederet in facie dicens: Sic tibi iniurius esse pergam, quoadiuu voluntarie & libere in tuam amicitiam, & gratiam non me receperis. Colligitur ergo ex praedictis, quod infideles inuiti non sunt compellendi ad audiendam doctrinam iam sibi propositam semel in summa. Haec est Cani in relect. de Indis. est Soti in. 4. dist. 5. q. vnica art. 10. concl. 2. Vbi ait, quod infideles compellere, vt nos audiant praedicantes eis, non possumus. Idem repetit in. 5. argumento tertiae conclusionis probatiuo: Neque obstat arguere, quod infideles praecipio diuino tenentur doctrinam fidei audire; & cum praecipit hoc sit lex vniuersalis habens vim coactiuam, quod ad audiendam fidei doctrinam cogi possunt. Quia respondetur nullius valoris esse consequentiam: sicut non valet in simili: Est praecipitum baptismi, & fidei, astringens etiam infideles ad baptismum, & ad amplexum fidei: ergo possunt ad baptismum, & fidem iuuiti pertrahi, quia sicut hic non licet cogere ad finem, scilicet, ad baptismum, & fidem, quia sunt actus de se liberi: ita neque licet cogere ad medium, scilicet, ad auditum doctrinae fidei: quia medium hoc debet esse liberum: quia sapientiam finis, & quia debet esse proportionatum fini. Nam medium violentum repugnat fini libero. Neque obstat, quod Peccatorum confessio etiam debet esse voluntaria, & libera, & tamen praetati reuertes Christicolae confiteri semel in anno ad confessionem eam perficiendam peccatis, & censuris & multa peccatorum adigunt. Quia respondetur, tum quod istam per baptismi professionem ad suscipienda sacramenta necessaria, se astrinxerunt, ideo ad id cogi possunt: quia autore D. Augustino uocare est voluntatis, postea autem vota reddere est necessitatis, taliter quod ad promissam obseruantiam religionis cogi possint iuxta illud Apostoli: Parati vltimi inobedientiam vestram cum

completa fuerit obedientia vestra, scilicet, per A professionē baptismi. Et de hac necessitate idē. D. Augustinus aduersus hæreticos ait: Felix necessitas, quæ nos ad meliora compellit. Quod si obijcias, si leges audiendi doctrinam fidei & eam amplectendi astringunt infideles, quo modo respectu illorum vim coactiuam habent si eam reuolentes audire, & suscipere ad id cogi non possunt? Ad id responsum hoc accipito, quod non mediocrem energiam coactionis habet verbum illud, quod Luca. 10. ait Dominus esse postremo in recessu ab eis, insonandum contra resistentes prædicationis auditum, scilicet, puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos. Tamen hoc scitote: quia appropinquauit regnum Dei, sicut glossat Caiet. super Matthæi cap. 10. Vt sic, scilicet, exterreantur audientes se exclusos à consortio regni cælorum. Solent enim appetitus regnandi, & propriæ felicitatis desiderium, homines instigare, & quodam modo cogere, iuxta illud: Trahit sua quæque voluptas, & iuxta illud: Ramum viride ostendis ouī, & trahis eam D. Augustino autore. Hæc est ergo vis coactiua, & stimulus stimulans & instigans appetitum infidelium ad amplexandam fidei doctrinam, scilicet, regnum colorum, quod promittitur amplexantibus eam. Neque obstat quod dicitur Luce. 14. Exi cito in plateas, & uicos ciuitatis, ac pauperes ac debiles, cæcos & claudos compelle intrare, & quod addit: Exi in vias & sepes, & compelle intrare. Quia respondetur cum Caietano ibi, quod hic modus quodammodo violentus conuertendi istos significatur. Considera inquit conuersionem Pauli, & videbis, compelle intrare. Si sciremus, quibus vijs Deus aliquos conuertit, videremus plures impleri, quod compelluntur intrare, non quod compellatur voluntas; sed mutantia voluntatem talia sunt, vt copellatur quis mutare voluntatem, vt vides in exemplo Pauli. Occurrunt quoque hic aliæ plures expositiones, quas videre est in sanctis doctoribus, quas hic gratia breuitatis omitto. Vide glossam Soti super bullam Alexandri, & expositiones tres eius super hunc locum Evangelij.

## CAPVT. LXV:

*Vtrum pueri in maternis vteris sint baptizandi: Et an furiosi & amentes debeant baptizari: Et quid si infidelis ante amentiam voluit baptizari cum voluntate tamen permanendi in peccato, an sit post baptizandus. Item de effectibus baptismi: Et an per ipsum tollantur*

*peccata, & omnis reatus poenæ aut penalitæ res præsentis vitæ: Item an per baptismum conferantur gratia & virtutes, & alij. 3. effectus etiam paruulis: Et an æqualem gratiam conferat omnibus & precibus ministris aliquid conferatur. Et an recedente fictione baptismus sortiatur effectum.*



**P**ORRO quæritur vnde primo, vtrum pueri in maternis vteris politi sint baptizandi. Respondetur autem, quod de necessitate baptismi est ablutio aquæ exterior, qua corpus lauatur. Hoc autem pueris in vtero matrum clausis nequit competere, quia neque subdi possunt actioni humanæ, neque ablutio corporis matris ad puerum existentem in vtero pertingit, quoad sanctificationem. Quia distinctam animam habet puer ab anima matris, distinctum corpus à corpore matris informantem: ideo ibi baptizari non possunt, quia vt. D. Augustinus in epistola ad Dardanum testatur, nemo renascitur nisi prius nascatur. Igitur expectanda est totalis egressio pueri ex vtero ad baptismum, nisi mors imminet. Si tamen primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizari periculo imminente, & non est postea baptizandus, si eum postea perfectè nasci contigerit. Et videtur idem faciendum quacunque alia pars egrediatur periculo imminente. Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitæ ita consistit, sicut in capite, videtur quibusdam, quod propter dubium quacunque alia parte corporis ablata, puer post perfectam natiuitatem sit baptizandus sub hac forma: Si non es baptizatus, ego te baptizo. Neque obstat arguere, quod pueri in maternis vteris mortui damnantur: ergo quod possint iustificari. Quia respondetur, quod tunc damnantur, quia ibi contraxerunt culpam originalem per conceptionem, quæ abstergi non potest nisi per baptismum, cuius actioni exteriori subdi non possunt, nisi priuilegio sanctificationis sanctificetur aliquis in vtero: sicut patet de sanctificatis in vtero. Neque iuuat dicere, quod puer sit aliquid matris dum est in vtero eius: ita, vt possit intelligi, quod baptizata matre baptizatus maneat puer. Quia respondetur, quod puer in vtero matris existens non est aliquid eius per continuationem, & vnionem materialis partis ad totum: sed solum est aliquid matris per quandam colligationem corporum distinctorum. Vnde non est similis ratio. Sed neque occidit debet mater, vt baptizetur puer. Quia, vt dicitur ad Roman.

Roman. 3. non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Si tamen mater mortua fuerit viuenti prole in vtero, aperienda est, vt puer baptizetur.

¶ Circa hanc doctrinam notandum est primo, quod de hac assertionem, scilicet, quod pueri in maternis vteris non possint baptizari, hæsitari non potest, cum sacris canonibus sit definita, vt patet de consecrat. dist. 4. can. si ad matris. & can. qui mater. Vbi ait Isidorus: Qui nondum secundum Adam natus est, secundum Christum regenerari non potest. Victoria autem visus est sentire, quod si obstetrix posset intra vuluam parturientis immittere manum, & rumpere illam pellem secundinam, in qua inuoluitur infans, et si post partum, manum aquam continēt intra immittens, infunderet super infantis corpusculum, dicens, baptismi formam, quod forte maneret baptizatus: quia iam per conceptionem, quæ secundum philosophum dicitur natiuitas prima, videtur ille puer natus ex Adâ, vt per aquam baptismi, si ibi illum contingeret intra vuluam possit renasci. Sed de hoc nihil hic temere volo diffinire: sed diffinitioni ecclesiæ me submitto, cum ea credens cōtra Caiet. quod preces parentum puero periclitanti intra ventrem ad salutem suffragari non possint; quia neque per modum meriti neque per modum sacramenti vt antea diximus. Neque quidquam persuadet ratio Caietani contra tam firmam veritatem; vbi obijcit, quod rationale est, vt diuina misericordia prouiderit homini circa salutem in omni statu. Quia respondetur primo pueros illos in ventre matris non facere statum, quia nondum prodierunt in lucem, sed sunt in materno supposito colligati, cuius nutrimento nutriuntur. Quare in nulla lege neque naturæ neque scripturæ pro eis ibi inclusis statutū est aliquid remedium. Secundum responderi potest statum in vtero morientium & nascentium eundem esse cui Deus sufficienter prouidit baptismi remedium. Vnde si per causas naturales pueri antequam baptismum intingerentur orbari sunt vita, nulla eis suppetit querela contra Deum, si damnantur, quia damnantur propter peccatum originale, & causa naturalis eis abstulit vitam. Sicut etiam pueri illi, qui ex infidelibus parentibus nascuntur, & sic sine baptismum morientes; hanc damnationem incurrunt, nullam ob hoc in Deum querelam retorquere merito possunt.

¶ Præterea duodecimo quæritur cum Sancto Thoma in q. 68. vtrum furiosi, & amentes debeant baptizari. Respondetur autem, quod si amentes & furiosi tales sint à natiuitate ita, vt in eis nulla appareant lucida interualla, in quibus vsus rationis vigeat in eis: in fide ecclesiæ baptizandi sunt, sicut & pueri. Quia eadem est ratio

de ipsis, sicut & de pueris. Aliqui autē in amentiam & furiam incidunt ex sana mente. Et tales sunt iudicandi secundum id, quod in eis tempore sanæ mētis apparuit. Vnde si dum sani essent votum habuere baptismi, id est, voluntatem, baptizandi sunt: quauis tunc sint insani & renitentur. Alias enim, si prædicta caruere voluntate, dum essent compotes mentis baptizandi non sunt. Sunt autem alij à natiuitate furiosi; siue amentes; qui tamen sæpe habent lucida interualla. Si igitur tempore lucidi interualli voluerint baptizari, baptizandi sunt, quauis in insaniam statim sint relapsuri. Melius autem est expectare in eis aliquod lucidum interuallum, vt in eo baptizentur, si absque periculo expectari possit. Veruntamen, vt prædiximus, lucida interualla habentes si tempore lucidi interualli non ostēderint affectum ad baptismum, non sunt baptizandi: Sicut neque dormientes baptizandi sunt, nisi periculum mortis imminet, & nisi prius voluntatem baptismi habuerint. Sic enim D. Augustinus. 4. confess. de amico suo narrat; quod cum desperaretur baptizatus est nesciens propter periculum mortis, habuitque in eo efficaciam baptismi.

¶ Circa prædictam doctrinam iterum cum Soto hic repetendum duximus, quod ante procomperto statueramus, quod dū tota prouincia conuertitur, si aliquis infidelis, qui nihil audiuit de baptismum, vel de eo cogitauit incidit in amentiam, non est baptizandus. Tum, quia contra Caietanum non sufficit neutraliter se habere, vt quis verè baptizetur. Tum, quia cōfetur dum incidit in amentiam, & antea non petijt baptismum in cōtradictione baptismi fuisse, & in persequentia suæ infidelitatis insaniam incidisse. Tum, quia regula generalis est, & certa, quam hic tradit D. Thomas, scilicet, quod hi, qui ex rationis vsu incidunt in amentiam secundum postremum articulum vsus rationis, iudicandi sunt. Cui subscribit Scotus in. 4. dist. 4. q. 4.

¶ Ex prædictis secundo colligitur corollarie, quid ad illam quæstionem dicendum sit; quam Gabriel proponit in. 4. dist. 4. concl. 3. scilicet, an si aliquis amentis, qui dum sanæ mentis ante erat baptizari quidem voluit, cum voluntate tamen permanendi in peccato mortali, sit baptizandus. Quia respondetur, baptizandum non esse, quia iudicandus est secundum regulam D. Thomæ, secundum illum temporis articulum, quo incidit in amentiam. Et tunc indignus erat baptismus: quia non solum erat in macula peccati mortalis, sed cum complacencia illius in amentiam incidit. Neque enim attritionem habuit, quæ per sacramentum posset fieri contritio. Vnde iuxta can. omnis. de consecrat. dist. 4. quia nemo

nemo sua voluntatis arbiter constitutus, potest nouam vitam inchoare, nisi veteris penituerit, iste, qui de peccato non penituit non licet baptizari potest in amentia. Quia si tota ciuitas occideretur pro Christo, iste non esset martyr: ergo neque per talem baptismum baptizatus si esset, iustificaretur. Quod si fingas aliquem adultum cum solo originali peccato, quod habet, baptizari, vel occidi pro Christo in amentiam iam lapsam, cum antea sanus petisset baptismum, habuissetque martyrium in desiderio, respondeamus, quod si casus hic admittendus esset, videretur talis iustificaretur, & per baptismum, & etiam per martyrium. Quia ad remissionem originalis non requiritur actualis fides tempore remissionis: sed satis est intentio fideique ecclesiae offerentis hominem baptismum cum intentione, quam ille habuit prauiam simul cum fide, quam habuit cum esset compos mentis. Quia hic neque baptismum, aut martyrio posuit obicem. Vnde merito baptizandus esset, & martyr fieret, si occideretur pro Christo. Sed in via sancti Thomae, quia cessat casus, cessat & quaestio: quia ipse non admittit in adulto originale peccatum solum sine culpa actuali, propterea quod vnusquisque dum attingit ad usum rationis, tenetur ad se conuertendum in Deum, vbi remittitur originale: si autem hoc facere omittat, ruit in culpam mortalem ob transgressionem illius praeccepti: Conuertimini ad me, quod tunc maxime obligat.

## DE EFFECTIBVS baptismi.

Quaeritur primo, vtrum per baptismum tollantur omnia peccata. Respondetur autem quod quia Apostolus ad Romanos. 6. testatur, quod quicumque baptizati sumus in Christo lesu in morte ipsius baptizati sumus: ita vt peccato mortui simus, viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro: ideo manifestum est, quod per baptismum homo moritur venustati peccati, & incipit viuere nouitati gratiae. Vnde cum omne peccatum ad pristinam vetustatem pertineat, fit consequens, quod omne peccatum per baptismum tollatur. Neque obstat, quod per generationem carnalem solum contrahatur originale. Quia certe cum baptismus sit donum Christi, quod secundum Apostolum ad Romanos. 5. potentius est ad saluandum, quam peccatum Adae ad perdendum; ideo autem D. Augustino libro de baptismo paruulorum. regeneratio spiritus, quae fit per baptismum non solum originale, sed voluntaria peccata remittit. Neque obstat, quod penitentia, quae solet delere omnia

A peccata, requiritur ad baptismum. Quia respondetur, quod actus penitentis non sufficit ad remissionem culpae, nisi adsit fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam per baptismum, & post cum necesse fuerit per sacramentum penitentiae. Ideo quando aliquis adultus penitens accedit ad baptismum, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito baptismi, perfectius autem ex reali eius susceptione. Neque obstat, quod diuersorum morborum diuersae sunt medicinae. Quia respondetur, quod baptismus operatur in virtute passionis Christi, quae omnium peccatorum vnuer salis est medicina: ideo baptismus omnia peccata delet.

B Circa hanc autem doctrinam D. Thomae notandum est primo, quod licet omnia sacramenta conferant gratiam, tamen, quia reliqua sacramenta non per se proprie ordinantur ad regenerandum hominem per gratiam, quam conferunt non per se cuncta peccata quoad poenam, remittunt, sed secundum dispositionem ea suscipientis. Vnde priuilegium hoc est singulari baptismi, vt quia ad regenerationem spiritualem perse ordinatur omnia peccata tam mortalia, quam venialia dimittat, quoad culpam & poenam. Verum tamen tanta aliquando potest esse contritio penitentis, vt per sacramentum absolutionis radicitus omnia peccata dimittantur quoad culpam & poenam. Sed hic casus est de raro contingentibus: baptismus autem hoc perse proprie, & semper habet, vt non ponenti obicem omnia simpliciter remittat peccata. Neque obstat, quod culpa autore D. Augustino per poenam est ordinanda. Quia respondetur, quod vt D. Thomas super illud ad Rom. 14. Quaecumque a Deo sunt ordinata sunt, ait: Poena passionis Christi applicatur baptizato, in quantum fit eius membrum ac si ipse sustinisset. Neque etiam obstat, quod alia sacramenta operantur in virtute passionis Christi; quia singulariter competit baptismum in incorporare Christo, vt faciant eius membra. Vnde prouenit sibi solide per se, vt per eum plena fiat satisfactio quoad poenam, & culpam. Quod significare videtur baptismus aquae, dum sua ablutione significat emundationem a culpa, & etiam sua refrigeratione significat refrigerium ob condonatum poenam. Non tamen hinc sequitur, quod in foro ciuili homicida, vel malefactor infidelis, qui petit baptismum & baptizatur, licet coram Deo maneat ab omni culpa & poena immunis, sit absoluendus a poena apud homines, quos isti laeserunt, vel scandalo affecerunt. Quauis opus foret pium, si posset sine scandalo fieri; vt princeps talibus poenam remitteret: nisi etiam mea adeo esset atrox, vt gratiam hanc & indulgentiam

gentiam licite impendere non permetteret. Neque obstat, quod de consecra. dist. 4. can. ne quod ablit. imponitur Iudaeis dum baptizantur poenitentia quadraginta dierum: quia ista poenitentia non imponitur ad satisfactionem, sed ad monentur baptizandi, vt id faciant ieiunijs & orationibus vacando in reuerentiam sacramenti. Huius inuenit Clemens in epistola. 3. ad vnuerfos episcopos. In cuius itinerario refertur Petrum inuoluisse eiusdem Clementis patrem antea baptizare, quam ieiunasset.

Ex praedictis patet ad quaestionem, quae secundo quaeri poterat, vtrum per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati, id est, ab omni poena. Quia iam responsum est, quod cum homo per baptismum incorporatur passioni, & morti Christi; iuxta illud ad Romanos. 6. Si mortui sumus cum Christo credimus, quia etiam simul viuemus cum eo. Hinc patet, quod baptizato comunicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus ac mortuus esset. Cum ergo passio Christi sufficiens satisfactio sit pro peccatis omnium hominum, sequitur, quod baptizatus liberatur ab omni poenae reatu, ac si satisfecisset ipse sufficienter pro omnibus peccatis suis.

Quaeritur tertio, An per baptismum auferantur poenitentiae praesentis vitae. Respondetur autem, quod quauis baptismus habeat virtutem auferendi poenitentiae praesentis vitae, non tamen auferit eas in hac vita, sed in resurrectione futura, quando mortale hoc induet immortalitatem. Nati per baptismum Christi membra efficimur: Christus autem corpus passibile habuit subiectum poenitentiae huius vitae. Oportet ergo, vt membra eius in hoc ei assimilentur; quod corpora passibilia subiecta poenitentiae praesentis vitae habeant. Item secundo, & hoc necessarium fuit propter spirituale exercitium, vt contra concupiscentiam, & alias passionis homo pugnant gloriam coronam, atque triumphum victoriae adipisceretur. Item tertio sic oportuit, ne homines ad baptismum allicerentur potius propter praesentis vitae impasibilitatem (si per eum eam hic assequerentur) quam ob futurae felicitatis amorem.

Circa quam doctrinam aduertendum est primo, hanc catholicam veritatem, scilicet, quod in praesenti vita per baptismum ab his poenitentiae non liberemur: & experientia docet, & sacra pagina & sacri canones eam efficiunt indubitabilem.

Sed quia in dubium reuocare aliquis posset, vtrum licet concupiscentia per baptismum non sit omnino adempta, an saltem debilitata manserit, & extenuata: pro expeditione igitur

A huius dubij dicitur secundo, concupiscentiam hanc in baptizatis quantum ad substantiam, neque diminui, aut debilitari, aut extinguere per baptismum. Cuius patens est ratio: Nam cum concupiscentia ista potentia sit naturalis, & baptismus sit gratia, & gratia naturam non tollat, sed perficiat ipsam concupiscentiam, quoad substantiam neque debilitat aut extenuat. Nam experientia docet aliquando baptizatum propter naturalem complexionem acriores carnis stimulos sentire, quam non baptizatum. Dicitur tertio, quod in hoc sensu concupiscentia & fomes qui est poena originalis peccati, dicitur alligari, minui, ac debilitari, scilicet, quia spiritus per gratiam baptismi fulcitur, & munitur, vt contra importunos insultus eius victor euadat, & vt in pugna non prosteratur. Ita in concilio Mileuitano cap. 2. & 3. & D. Augustinus de liber. arbitri. sic tradit, & refertur can. gratia. de consecra. dist. 4. Vbi ait, quod gratia, quae per Christum datur non solum peccatorum remissionem facit, sed etiam facit, vt lex impleatur, vt natura liberetur, & peccatum non dominetur. Itaque concupiscentia & fomes secundum Victoriam non diminuitur secundum suam substantiam, aut per suae substantiae alicuius partis subtractionem, sed per gratiae, & virtutum aduentum, & additamentum, ex quibus concupiscentia conteritur ne prorumpat in tam inordinatos & vehementes motus.

Tertio dicitur contra Lutheranos, quod concupiscentia post baptismum non habet prorsus rationem peccati, aut reatum culpae. Hae propositio est diffinita in diplomate Leonis decimi, & etiam in concilio Tridentino session. 5. cap. vltimo. Neque obstat illud D. Pauli ad Romanos. 7. vbi ait, quod concupiscentiam nesciebat, nisi lex diceret: Non concupisces. Nam per istud verbum, non concupisces, quod hic peccatum sonat, non intellexit. D. Paulus potentiam, quae dicitur concupiscentia, sed voluntarium actum. Quando vero addit, Quod ago malum, ego non operor, sed quod habitat in me peccatum, licet sensualitatem ipsam appellet peccatum, non tamen in propria significatione, & ratione formali accipit hic peccatum; sed in eo sensu & modo loquendi, quo nomen causae accommodatur effectui, sicut testatur D. Augustinus lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 13. Quod dicitur illa concupiscentia, quae manet post baptismum in baptizato peccatum, quia resultat ex peccato originali. Sicut scriptura dicitur manus: quia manu facta est, & oratio oratoris dicitur lingua oratoris, quia lingua oratoris prolata est.

Quarto perpendendum est, vt argumentis D. Thomae fiat satis, quod ex eo, quod baptismus



mus tollit peccatum actuale, quoad culpam, & poenam non sequitur, quod debeat tollere originale simul cum omnibus ex eo sequentibus pœnalitatibus. Quia cum duplex sit poena; alia æterna, qualis est gehénalis; & alia temporalis, per baptismum tollitur poena æterna, quia non bene compatitur cum amicitia perfecta, quæ per baptismum inter baptizatum & Deum cõciliatur. At pœnalitates & poenæ temporales cuiusmodi sunt ægri tudines, dolores, mors, sitis, fames, quia ipsi naturæ iustitia originali destitutæ connaturalis sunt, non debuit baptizatus eis pro hac vita carere ad cumulum meriti, per earum patiẽtiam comparandum.

¶ Item, et si secundum D. Paulum ad Roman. 5. donum Christi potentius est, quàm peccatum Adæ: non proinde hinc concluditur per baptismum concupiscentiam omnino esse extirpandam. Quia secundum glossam ad Romanos: 6. ut ultra non seruiamus peccato, sicut superans atrocissimum hostem non statim eum enecat, sed patitur eum cum ignominia & dolore viueri aliquantisper: ita Christus poenam, id est, concupiscentiam in hac vita allegans repressit, quam in futuro extinguet omnino.

¶ Neque valet rursus in hac parte argumentum, scilicet, quod remota causa remouetur effectus, & per consequens, quod remoto peccato originali remouendæ essent pœnalitates præsentis vitæ. Quia respondetur, quod Christus Dominus aliter nos reparat, quam Adam nos perdidit. Nam Adam primo infecit naturam humanam, quæ postea per generationem inficit personas. Christus Dominus è conuerso in hac vita prius reparat personas, remittendo illis omnem culpæ, & pœnæ reatum, quæ posset eas ab ingressu cælestis regni remorari, & hoc facit per baptismum. Pœnalitates autem, & anxietates, & passibilitates, quæ consequuntur naturam in generali resurrectione per ipsum extinguendæ sunt.

¶ Præterea quarto quaeritur, vtrum per baptismum conferantur homini gratia & virtutes. Respondetur autem, quod quia autore D. Augustino libr. de baptismo paruulorum, ad hoc baptismus valet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra capiti, à quo tanquam à capite in omnia membra eius gratiæ, & virtutis plenitudo deriuetur, secundum illud Ioannis. 3. De plenitudine eius nos omnes accipimus. Hinc est, quod per baptismum aliquis consequitur gratiam & virtutes. Hanc autem cõsecutionem gratiæ & virtutum significat aqua baptismi. Nam per suam naturalem claritatem significat splendorem gratiæ & virtutum; sicut per ablutionem significat emundationem à culpa: & per suum

A refrigerium significat liberationem à poena. Neque obstat, quod aliqui ad baptismum iam accedunt cum virtutibus, & gratia; ut Cornelius. Quia respondetur, quod aliquis ante baptismum per votum baptismi implicitum cum non est prædicatum ei hoc sacramentum, vel per votum eius explicitum, vbi iam est promulgatum, potest assequi gratiam & virtutes, mediante contritione, tale votum includente, ut Cornelius: tamen post per baptismum in re maiorem copiam gratiæ, & virtutum consequitur, iuxta illud psalmi: Super aquas refectionis educauit me. Neque obstat, quod virtutes, & gratia pronitatem ad bonum faciunt, & facilitatem conferunt, quæ tamen multi baptizati post baptismum non experiuntur, sed potius patiuntur repugnantiam. Quia respondetur, quod hoc nõ vsu euenit propter defectum habitus virtutum; sed propter concupiscentiam, quæ non tollitur per baptismum. Diminuitur tamen ne homo baptizatus superetur ab eius impulsibus.

¶ Circa quam doctrinam notatu primò est opus, quod licet de fide sit, quod baptismus confert baptizatis gratiam, iuxta illud Marci. ultimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit (salus autem est per gratiam:) tamen quod gratia, & charitas, & fides; & spes theologales virtutes, quæ cõferuntur in baptismo, sint habitus, Innocentius in cap. maiores. de baptismo. tanquam rem inter Theologos disputabilem, reliquit. Sed postmodum in concilio Vientiensi pars hæc affirmatiua, tanquam probabilior, & dictis sanctorum, & doctorum magis consona recepta est, scilicet, quod tã paruulis quàm adultis per baptismum gratia & virtutes infundantur, ut patet in Clementin. fidei catholice. de sum. Trinit. & fid. cathol. Notissime autem in concilio Tridentino Sess. 6. can. 1. tanquam certa veritas sub hac verborum norma definita est: Si quis dixerit homines iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiã, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anathema sit. Quæ quidem veritas est sacris literis maximè concors: & maximè autoritati Pauli ad Roman. 5. & 1. Petri. 2. Vbi Paulus charitatem diffundi in cordibus nostris testatur. Et D. Petrus testatur, quod Deus conferens gratiam consortes diuinæ naturæ nos faciat, nempe, animam gratia & potentias eius virtutibus exornando. Cuius ratio in promptu est. Quia cum Deus disponat omnia suauiter, & quos diligit bonos ipse, constituat, ad differentiam hominum alios amatum, consequitur per infusionem gratiæ, & virtutum hanc

hanc bonitatem in ipsis dispositis causare.

¶ Secundo perpendendum est, quod cum virtutum duo sint genera, scilicet, theologarum, ut sunt fides, spes, charitas, atque moralium & cardinalium, ut sunt prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia, quod illas tres virtutes theologas, fidem & spem, & charitatem Deus simul cum gratia infundat, nemo theologorum in dubium reuocauit. Morales autem infundi cum gratia Scotus in. 3. sententiarum distinctio. 36. inficiatur. Tamè D. Thomas. 1. 2. q. 63. art. 3. verius virtutes cardinales simul cum gratia asseuerat iustificato simul infundi. Tum, quia virtutes acquisitæ, ut potè naturales, gratiæ infusæ super naturali, cui famulatum exhibere debent, proportionatè non sunt. Tum, quia virtutes prædictæ acquisitæ, non tam citò acquiruntur & ne interim anima iustificata his auxiliariis virtutibus destituta in pugna spiritali subcumbat, ideo statim cum gratia in ipso instanti iustificationis his præfidijs, id est, virtutibus cardinalibus infusus donatur, quæ sunt veluti ancillæ & pedisequæ gratiæ subministrantes in suis officijs, iustaque ministeria ei exhibentes, iuxta illud: Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem. Proverbiorum. 9.

¶ Præterea quaeritur, vtrum conuenienter attribuantur baptismi isti actus virtutum, scilicet, incorporatio ad Christum, illuminatio, & fecundatio. Respondetur autem, quod secundum D. Dionysium, baptismi effectus est illuminatio, secundum D. Augustinum. Alius effectus eius est incorporatio, qua baptizatus fit membrum Christi, secundum alios actus fecundationis competit ei. Hi ergo effectus baptismi conueniunt: quia per baptismum baptizatus Christo configuratur. Quod primo fit per hoc, quod Christo incorporatur. Et secundo per hoc ab eo, ut à capite sensum, atque motum, id est, illuminationem accipit. Tertio per hoc, quod fecundantur ab eo fecunditate bonorum operum per gratiæ infusionem: igitur prius ante baptismum credentes fide formata incorporantur mentaliter in Christum per votum baptismi, sine cuius voto, nec sic ei incorporarentur. Sed postmodum cum baptizantur ei incorporantur, quodam modo corporaliter per visibile sacramentum baptismi, per quod baptismum Deus illuminat interius baptizatos, præparans corda eorum ad suscipiendam doctrinam veritatis. Doctores autem exterius illuminant per mysterium catechizando. Item etiam est aduertendum, quod effectus baptismi ponitur esse fecunditas, qua aliquis producit bona opera, non autem fecunditas, qua aliquis generat alios in Christo.

¶ Præterea sexto quaeritur, vtrum pueri in

A baptismum consequantur gratiam & virtutes. Respondetur autem, quod arbitrati sunt quidam antiquiores pueri in baptismo gratias & virtutes non infundi, sed solum characterem cuius virtute reciperent gratiam, ac virtutes cum ad ætatem perfectam aduenirent. Hoc autem nullatenus admitti potest. Nam cum pueri in baptismo membra Christi fiant, sic, quod si moriuntur tunc saluantur; quæ quidem saluatio nemini contingere potest sine gratia & virtutibus, iuxta illud Apostoli ad Roman. 6. gratia Dei vita æterna, sit sane, ut habitus virtutum & gratiæ statim cum baptizantur accipiant; quanuis actum harum virtutum ante adultam ætatem, vbi vsus rationis adipiscuntur exercere non possint. Neque obstat, quod sine fide & charitate gratia & virtutes non obtinentur: quia autore D. Augustino pueri credunt non per actum proprium sed per fidem ecclesiæ, quæ eis communicatur: & huius fidei virtute per baptismum conferuntur eis gratia & virtutes. Quocirca idem Diuus Augustinus in libro de baptismo. paruul. sic ait, quod paruulum etsi nondum illa fides, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum, quod, scilicet, causat habitum fidei, fidelem facit. Quod autem nemo, nisi volens, iustificatur, & quod homo à Christo sine ipso non iustificatur, ut ait D. Augustinus, de adultis intelligendum est, non de paruulis, neque nocet paruulis si intentione alia, scilicet, gratia solius sanitatis corporalis offerantur ad baptismum; quia carnalis intentio eos ad baptismum deferentium eis non obest, quin regenerentur autore D. Augustino in epistola ad Bonifacium.

¶ Deinde septimo quaeritur, vtrum effectus baptismi sit apertio ianuarum regni cælestis. Respondetur autem, quod quia aperire ianuam regni cælestis est amouere impedimentum, quo quis impeditur regnum cælestè intrare, cuius introitus impeditur per culpam, & reatum poenæ ideo cum baptizatus omnem culpam, & reatum poenæ tollat, sequitur, quod effectus eius sit apertio ianuarum regni cælestis. Dicitur autem baptismus baptizato ianuam regni cælestis aperire in quantum incorporat cum passioni Christi virtutem eius homini applicando. Ante passionem vero baptismus causabat ianuarum cælestis apertionem, non quidem in re, sed in spe. Nam baptizati tunc decedentes ex certa spe introitum regni cælestis expectabant. Item, quia baptizatus non est obnoxius morti, & pœnalitatibus vitæ præsentis propter reatum personæ, sed propter statum naturæ: ideo non impeditur ab introitu regni cælestis, quando anima se-

paratu,

paratur à corpore per mortem: quia iam quasi persoluit id, quod naturæ debebatur.

¶ Insuper octauo queritur, vtrum baptisumus habeat in omnibus æqualem effectum. Respondetur autem, quod duplex assignatur effectus baptisumi. Vnus ad quem proprie & per se ordinatur, qui est regeneratio in spiritualem vitam: & hic vocatur effectus baptisumi perfecte. Alius verò est effectus baptisumi, qui per accidens dicitur, quem in quibusdam baptizatis diuina virtus quasi miraculose operatur, vt, scilicet, lex peccati, quæ est in membris penitus extinguitur, vt non ultra seruiat peccato. Baptisumus ergo primum effectum æqualiter in omnibus pueris operatur: eo quod pueri ad hunc effectum æqualiter se habent; quia non in fide propria, sed in fide ecclesiæ baptismum recipiunt. Adulti verò quia per propriam fidem ad baptismum accedunt, non æqualiter se habent ad baptismum; sed qui cum maiori deuotione accedunt ad baptismum plus de gratia nouitatis accipiunt, & qui cum minori deuotione minus recipiunt. Sicut, licet ignis de se æqualiter calorem diffundat, tamen ab eodem plus caloris participant, qui plus ei appropinquant. Alius vero effectus, qui est per accidens, non omnibus etiam æqualiter dispositis datur, sed secundum prouidentiam diuinæ ordinem dispensatur. Baptisumus ergo effectum regenerandi æqualiter operatur in omnibus, qui æqualiter se habent ad baptismum. Minima enim gratia baptismalis sufficiens est ad delendum cuncta peccata. Quod si in quibusdam plurà in quibusdam pauciora peccata delet, hoc non est propter maiorem efficaciam istius baptismi, quam alterius; sed propter conditionem subiecti, quia in quolibet soluit quodcumque inuenerit. Neque obstat, quod post baptismi receptionem perfectioribus virtutibus, & gratia videntur quidam abundare, quam alij, qui simul eum eis baptismum percepere. Quia respondetur; quod id duplici de causa contingere potuit. Vno modo propter maiorem deuotionem qua accessere ad baptismum quidam, quam alij. Secundo, quia et si æqualem per baptismum receperunt gratiam: sed vnus studiosius post per bona opera eam tanquam talentum acceptum ad augere curauit: alius verò per negligentiam nihil in gratia accepta profecit. Neque verò capacitas naturalium maior (quia non contingit in hominibus ex diuersitate mentis, quæ per baptismum renouantur) est causa quod per baptismum magis sic capacibus maior detur gratia: quia omnes homines sunt eiusdem speciei conuenientes in eadem specifica forma. Vnde si qua est maior capacitas naturalis in quibusdam ex dispositione cor

A porum venit. Secus autem est in angelis, qui differunt specie, ideo Angelis dona gratuita dantur secundum diuersam capacitatem naturalium, non autem hominibus. Quod autem sanitas corporalis aliquando datur per baptismum aliquibus, & non omnibus, id sic vsu euenit: quia sanitas corporalis non est per se effectus baptismi, sed est quoddam miraculosum opus prouidentie diuine.

¶ Circa prædicta notandum est primum, quod hæc conclusio, scilicet, quod baptisumus de se & in omnibus æqualiter dispositis æqualem operetur effectum, quæ est sententia D. Tho. est sententia vniuersalis omnium doctorum, scilicet, Bonauenturæ in. 4. d. 4. q. vltim. & Ricard. eadem. d. art. 3. q. 3. & Maioris ibidem. & Alexan. Alens. in. 4. part. q. 21. membr. 4. Sed cum duplex sit effectus baptismi, primus collatio gratiæ, secundus remissio culpæ, quantum attinet ad remissionem culpæ autore Damasceno lib. 4. orthodox. fidei cap. 10. æqualis est in omnibus hic baptismi effectus. Quia cum originale peccatum, siue peccatum mortale vnum, sine alijs culpis mortalibus, si adsint, remitti non possit, fit sane, vt baptizato non ponenti obicem omnia peccata per baptismum remittantur. De primo autem effectu, qui est gratia opinatur Scotus in. 4. d. 4. q. 7. cui accedit Gabriel. ead. dist. q. 2. quod paruulo siue adulto suscipiente baptismum copiosior gratia datur vni, quam alteri. Quod tamen est contra sanctum Thomam. Neque eius duplex ratio, qua eam nititur probare Scotus, quidquam conuincit, scilicet, prima quod Deus quoad in æquales gradus gloriæ prædestinauerit homines ac per consequens, quod in sacramento illis cumulatiorem gratiam conferat, qui ad excellentiorem gloriam assumendi sunt. Neque etiam eius secunda ratio quidquam persuadet, quod non fuerit æqualiter oblata pro omnibus quantum ad efficaciam, licet fuerit oblata æqualiter pro omnibus quoad sufficientiam, ac per consequens, quod per sacramentum virtute passionis Christi non virtute sacramenti, sed ex speciali beneuolentia diuina copiosior detur gratia ad altiorem gradum gloriæ ex prædestinatione diuina prouehendis. Quia respondetur, quod pluribus rationibus fortioribus eius infringuntur rationes; & opinio eius reproba videtur. Tunc primo: quia ex hoc, quod aliquis ad maiorem gloriam fuerit prædestinatus, non inde infertur necessario, quod per idem sacramentum amplior gratia sibi datur. Sed id tantum licet colligere, quod tandem discedet ab hac vita cum abundantiori gratia: quam tamen aliunde, scilicet, ex maiori frequentatione sacramentorum, vel ex virtutum exercitijs crebrioribus potuit sibi reportare. Tunc secundo: quia communis animi conceptio, &

axioma

axioma commune est, quod qui ad sublimiorem gloriam electus est, etiam ad præstantiora media, & bona, quibus eam sibi comparet prædestinatus est. Si ergo Christus passus sufficienter pro omnibus suam passionem quantum ad efficaciam non equaliter obtulit pro omnibus: quia non ad equaliter gloriam præordinati sunt omnes: sequitur id euenire tanquam à prima radice: quia prædestinati ad altiorem gloriam præordinati sunt, ad plura vel maiora opera tanquam media ad hunc finem apponenda, siue per maiora exercitia virtutum, siue, per sacramentorum crebriorem resumptionis frequentiam. Tum tertio: quia si, vt Scotus ait, prædestinatis ad maiorem gloriam maiori gratia datur in baptismo, non virtute sacramenti baptismi, sed ex speciali beneuolentia Dei, sequitur, quod paruulis post baptismum dum dormirent, Deus illis illam maiorem gratiam conferret, postquam non datur virtute baptismi, vt ipse ait; & sic quo ad efficientiam non dependet à baptismo: quod tamen nullo fundamento nititur. Tum quarto: quia si prædestinato ad gloriam maiorem maior conferatur gratia in sacramento, eo quod ad altiorem gloriam est prædestinatus, sequitur, quod adultus hic propter quodcumque opus meritorium cæteris paribus cumulatior acciperet gratiam. Imò si sola prædestinatio in causa est, quod per passionem Christi auctiorem, quam alius accipiat gratiam, sequitur, quod nullum sacramentum, aut meritum proprium illius sit necesse concurrere ad hanc obtinendam gratiam, & quod illa obtineret sine merito, quando vellet etiam dormire. Quod tamen asserere, præterquam quod temeritate non caret, & ab omni ratione alienum est, aduersatur sententiæ Apostoli ad Rom. Vbi ait, quod Deus reddet unicuique secundum opera eius. Et est contra illud. 2. ad Corint. 5. Vnusquisque refert propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Et contra illud. 1. ad Corint. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet. Quæ omnes autoritates id aperte demonstrant pro mensura meriti ex gratia Dei mananti Deum conferre gloriam; sicut pro mensura delicti erit & plagarum modus, iuxta illud Deuteronom. 25. Igitur non solum prædicta absurda in convenientia quæ intulimus sequuntur ex opinione Scoti, sed multa alia, quæ accumulata contra eum Scotus, scilicet, quod opinio hæc, si admitteretur, totam meritorum rationem profligaret, ac de medio tolleretur. Quia secundum hanc opinionem reproba non opus esset, vt qui ampliorem recepturus est gloriam cumulatiorem habeat merita. Nam per illam gratiam, quæ secundum Scotum ex beneuolentia Dei datur, sine sacramenti virtute, ac sine merito, poterit habere maiorem gloriam, quam alter: & sequeretur quod merita

Instruct. conf. pars. 2.

A æqualia habentes possent recipere pro illis in æquales gratiæ gradus: imò quod qui habet iniora opera ampliores gradus posset recipere. Vide hæc & alia absurda, quæ Scotus aduersum Scotum infert, ex sua opinione sequentia. Non loquimur hic de gratia collata sanctificationis in vtero ex privilegio.

¶ Præterea secundo est aduertendum, illam Paulani opinionem. dist. 4. q. prima, non esse dignam, vt in eius impugnatione multum immoremur, vbi asseuerat paruulos ante usum rationis ex hac vita migraturos non recipere æqualem gratiam in baptismo, quia inquit substituuntur homines in gloria loco angelorum malorum, qui ceciderunt, qui pares in gradibus gloriæ non erant futuri, sicut neque nunc Angeli æquales in gloriæ gradibus sunt. Ideo neque pueri, aut homines aliqui pares possunt esse in gloria. Quia respondetur, quod probabilitatem nullam præferret ratio, in qua fundatur, scilicet, quod ad eos gradus, quibus potituri erant Angeli apostatantes ad eosdem sunt homines assumendi. Imò, quia homines absque respectu Angelorum sunt prædestinati (quia licet illi non cecidissent homines bearentur) ideo possunt plures aut pauciores homines illa frui beatitudine, à qua ceciderunt Angeli, possuntque pueri in æquali gratia baptismali discedere cum minimo gratiæ gradu. Nam minimum omnium graduum gratiæ esse gradum gratiæ baptismalis arbitratur Scotus, quod si puer iam baptizatus confirmetur per episcopum, iam altiorem gradum gratiæ per sacramentum confirmationis assequitur; eo quod confirmatio ad tantam publicitatem fidem ordinatur. Cæterum ab adultis dum baptizantur, maior gratia acquiritur ratione dispositionis, qua disponuntur, quam quæ paruulo virtute sacramenti tantum datur, & quia per modum meriti illam possunt augere.

¶ Dubium præterea circa prædictam doctrinam emergit, an gratia, quam recipiunt adulti dum baptizantur, quæ dicitur esse in æqualis intelligatur de ea, quam virtute sui meriti recipiunt; an verò etiam de ea, quam recipiunt virtute sacramenti. Nam si de gratia intelligatur, quæ virtute sacramenti aquæ, & non ratione meriti reciperetur, neque ratione baptismi flammis iam gratiæ sacramentalis daretur certus gradus, sed tamen esset variabilis. Respondetur autem, quod licet Diuus Thomas non tam aperte hoc insinuet, tamen magis de mente eius esse videtur, quod de ipsa gratia sacramentali verificetur, quod ait; scilicet, quod non æqualis gradus gratiæ detur adultis baptismum suscipientibus, nam loquitur Diuus Thomas de gratia, per quam in baptismo regeneramur, & renouamur; & gratia sacramentalis baptismi est quæ

K hunc

hunc producit effectum. Quod & confirmatur auctoritate Damasceni. libr. 4. ca. 10. ubi ait, quod per baptismum peccatorum remissio omnibus equè donata est, gratia vero spiritus sancti secundum dispositionem fidei, & puritatis. Patet insuper ratione, & exëplo naturali. Nam verisimile est Deum opera gratiæ operari ad instar agentium naturalium, quorum opera naturalia variantur secundum dispositionem subiecti, ut tradit Aristoteles. Quod & confirmat D. Thome exëplum de eo, qui maiorem calorem participat, eo quod propinquius accedit ad ignem: sic magis illa gratia sacramentalis participatur ab eo, qui maiori affectu deuotionis accedit ad sacramentum. Non tamen in hoc sensu, quod si accedat cū dispositione, ut vnum, augeatur gratia sacramentalis, ut vnum, & si vt quatuor, vt quatuor: quia hic esset nimis excessus. Sed taliter, quod cuiuslibet gradui dispositionis aliquota pars gradus, qui ratione sacramenti datur respondeat. Vnde si gradus sacramentalis est maior, vt fortè in eucharistia, quam in baptismo plus cuiuslibet gradui dispositionis respondere debet.

¶ Præterea in dubiū hic solet reuocari, vtrū recipiens baptismum aliquam accessionem gratiæ possit sibi comparare ex precibus, aut deuotione ministri, aut circumstantium. Nam pro affirmatiua stat Scotus, & Caietanus. Respondetur autem, quod opinio Scoti & Caietani intellecta de paruulo, non est defensible, neque tolerabilis, quia nullus alteri de condigno primam gratiam, aut augmentum eius mereri potest, nisi solus Christus Dominus. At licet vnus adultus alteri adulto, si sit in gratia Dei de congruo primam gratiam, & augmentum eius mereri possit (alias si sit inimicus Dei nihil sibi, vel alteri neque de congruo mereri valet) tamen etiam si sit in gratia paruulo, neque gratiam, neque augmentum eius, neque de congruo aliquis mereri potest: quia hoc non fieri potest, nisi merendo de congruo alteri, vt bonum motum animi habeat, vel bonum opus operetur, quod paruulis pro tunc mereri est impossibile. At quia meritum de condigno, quo quis in gratia existens per bona opera sibi meretur augmentum gratiæ in hoc discriminatur à merito de congruo, quo quis sibi bona temporalia, vel alteri gratiam meretur. Quod meritum de condigno fundatur in certâ lege Dei & infallibili certitudine. Imo quod si quis mereatur aliquando Deus, si velit, concedet, & aliquando negabit. Licet multoties Deus votis sic de congruo merentis respondere solet. Sicut, quia mater Augustini suis precibus, & lachrymis meruit de congruo conuersionem filio, & Diuus

A Stephanus Paulo; ideo sui voti compotes eos fecit Deus eorum adimplens desiderium. Sic Genesis 18, dicitur, Deum liberasse Loth propter Abraham. Illud, quod dicitur concessum Diuo Nicolao, quod ante vsuram rationis ieiunabat, non processit ex maiori gratia gratum faciente, quam acceperit in baptismo, quam alij pueri: sed fuit gratia gratis data ei, tanquam prodigium sanctitatis in eo futuræ, quam per bona opera adepturus erat.

¶ Quæritur autem nono, vtrū fictio impediat effectum baptismi. Respondetur autem, quod quia, autore Damasceno, Deus neminem cogit ad iustitiam, ideo oportet, vt volūtariè quis amplectatur baptismum, per quem est iustificandus: fictus autem secundum D. August. quatuor modis aliquis dicitur. Primo modo, quia non credit. Secundo, quia sacramentum contemnit. Tertio, quia ritu alio, quam ecclesia ipsum celebrat. Quarto, quia in deuotè accedit. Et ideo fictio impedit baptismum, quantum ad gratiā. Neque obstat, quod quicumque baptizatur secundum Apostolum ad Galat. 3. Christum induunt. Quia respondetur, quod in baptismo cōformati Christo per fidem & charitatē Christum induunt per gratiā: sed baptizati per suam fictionē deficientes à fide, & charitate induunt Christum solum per cōfigurationē characteris, nō tamē per cōformitatē gratiæ: quia sacramentum hoc nō ordinatur, vt de ficto fiat aliquis nō fictus; sed vt nō fictus aliquis accedens iustificetur. Fictio autē hæc omne peccatum potest includere, eo quod propter inhaerentiam, qua vult inhaerere quis cuiusque; mortali peccato, fictus baptizatur: quia per ipsum baptismum ostendit, se velle Christo conformare, & velle à peccato recedere; quod tamen non vult, quia à mortali recedere non intendit.

¶ Circa quam doctrinā considerandū est, quod duo modi fictionis sunt, qui attinent ad presentem materiā. Primus est, quādo simpliciter deest intentio suscipiendi baptismum, vel sacramentum, quod ecclesia cōfert. Et in hoc casu planū est nō perfici verū sacramentum, vt habetur ex Innocentio. ca. maiores, de baptis. Alter autē fictionis modus est, quādo suscepturus sacramentum baptismi per cōplacentiam adheret peccato, & huiusmodi fictio nō impedit susceptionē baptismi quoad characterem & fidem informem: impedimentum tamen præstat ad remissionem peccatorum, & gratiā per baptismum obtinendam. Ita. 1. quæst. 1. can. sicut ficti. Et quauis Caietanus ad hanc fictionem tollendam affirmet, satis esse in eo, qui ad baptismum accedit, vt in remissionem peccatorum velit suscipere baptismum (quam opinionem putat Sotus non omnino à veritate alienam esse) tamen verus est ali-

aliquam formalem displicentiam peccatorum necessariā esse, iuxta illud D. Petri in Actib. Apostol. Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Venialis autem culpa, vt si ob vanam gloriam quis susciperet baptismum contra Palud. dist. 4. quæst. 5. non est fictio obicem ponens sacramento. Quia licet admisceatur sacramento, illa vana gloria non est mortalis; sed hoc tantum consequitur, quod ista venialis culpa non remittitur per sacramentum.

¶ Adde etiam, quod duplex fictio potest committi in sacramenti sumptione. Vna quidem permanendo in complacentia peccati præteriti, quod est peccatum nouum. Alia est si præter hoc præua intentione & sine baptisma suscipiatur, scilicet, propter adulterium post patrandum, vel ad Christianam religionem post impugnamdam.

¶ Deinde decimo quæritur, an fictione recedente baptismus suum consequatur effectum. Respondetur autem, quod sicut in generatione naturali res simul recipit formam & proprium eius effectum, seu actum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto forma generati perficit suum actum: vt verbi gratia, cum generatur graue statim deorsum præceps fertur, nisi aliquid sibi obstat: sic etiam baptismus dum imprimit characterem quasi formam simul gratiam cōfert, quæ comitatur characterem, nisi aliquid fictionis impedimentum opponatur, quo impedimento sublato gratia datur: & sic baptismus suū effectum consequitur, scilicet, gratiam, atque omnis præteriti peccati & pœnæ remissionem. Fictio autem per pœnitentiam deletur, si talis pœnitentia post accedat. Neque obstat dicere, quod opus mortuum, qualis videtur esse ficta susceptio baptismi, non potest viuificari. Quia respondetur, quod sacramentum baptismi est opus Dei, & non hominis: & ideo non est mortuum in ficto qui sine charitate baptizatur. Neque obstat, quod si fictio sic præualuit quod impediuit baptismum quod peccatum fictionis nō potest tolli per baptismum fictione impeditum. Quia respondetur quod fictio nō remouetur per baptismum, sed per pœnitentiā subsequentem, qua remota baptismus aufert culpam & reatum omnium peccatorum præcedentium baptismum, & etiam simul existentium cum baptismo, & sic ad baptismi effectum consequendum cōcurrit baptismus, & pœnitentia: sed baptismus sicut causa per se agens, pœnitentia verò sicut causa per accidens, id est, remouens prohibens. Accedit ad prædicta & hoc notatu dignum, scilicet, quod quia effectus baptismi non est tollere peccata futura, sed præterita, & præsentia, ideo, recedente fictione peccata sequentia, licet remittantur, sed non per baptismum.

Instruct. conf. pars. 2.

A num, sed per pœnitentiam: ideo non remittuntur quantum ad totum reatum, sicut peccata præcedentia, quantum ad omnia remittuntur per baptismum.

¶ Circa quam doctrinā primò occurrit notandum, quod baptismus recedente fictione suū cōsequatur effectum, esse vniuersalem doctorū sententiam propter auctoritatem D. Aug. lib. 1. de baptismo, contra Donatist. cap. 12. & refertur eandem tunc valere de cōsecr. dist. 4. Tunc, inquit, valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit. Sed Ioan. Andreas super hunc canonem remissionem omnium peccatorum post recedente fictione per baptismum non fieri, sed per contritionem ait. Quia inquit, cum baptismus trāsierit, & iam non sit in actu, quomodo potest nunc suum producere effectum. Sed nihilominus licet ei aliqui iuristæ astipulerentur, dicendum est cum Durand. in. 4. d. 4. q. 4. Et Paludano. q. 5. & Caieta. quod certè glossa hæc Ioannis Andree textum deuallat. Nam nō de effectu pœnitentiæ loquitur D. Aug. sed de effectu baptismi per fictionem impedito, cui, inquit, baptismus tunc incipit valere, scilicet, quoad effectum illum, à quo impediatur quando recedit fictio. Et hoc eatenus sancti Doctores tribuerunt baptismi, quatenus est sacramentum regenerationis in nouam vitam. Alioquin si peccata omnia præterita cum originali ei, qui fuit fictus, recedente fictione virtute baptismi præteriti non remitterentur, sequeretur, quod aliquis non regeneratus ex aqua, & Spiritu sancto, in Dei filium adoptaretur, sine virtute baptismi, si baptismus præteritus non sortiatur effectum. Patet, quia non potest iterari, vt non regeneratus per primum possit regenerari per secundum. Item quia recedente fictione omnia peccata plenè delentur quoad culpam, & pœnam, vt homo regeneratus resurgat in nouam vitam. Sed pœnitentiæ sacramentum hoc non valet efficere: Nam eius clauibus non subduntur peccata præcedentia baptismum: ergo hæc plena remissio peccatorum præcedentium baptismum fit per baptismum præteritum. Nam etsi iam non sit præsens in actu, id non obstat: quia satis est, vt hic Diuus Thomas docet, quod baptismus, licet nō maneat actu, maneat in effectu characteris, què impressit, qui manet in baptizato, virtute cuius postmodum recedente fictione infunditur gratia, licet alijs placet, quod vt causa moralis tunc consequitur effectum.

¶ Iam verò quæstio obuia fit, vtrū vt quis fictus non accedat ad baptismum, requiratur contritio peccatorum, an satis sit attritio. Quod autē ad expeditionem huius quæstionis veluti principium præsupponitur, est, quod ad dignè suscipien-



ciendum baptismum, sufficit non opponere obicem gratiæ. Patet; quia baptismus est sacramentum regenerationis ad viuificandum hominem: ergo satis est Deo regenerati per baptismum non opponere obicem. Quod & confirmat Innocentius, cap. maiores de baptismo, vbi decernitur tunc sacramentalem operationem imprimere characterem, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obfistentem. Vbi etiam de obice gratiæ loquitur, licet principaliter loquatur de obice opposito sacramenti substantiæ. Assentit deinde Diuus Thomas, quæst. 88. art. 4. ad. 2. Vbi constituens differentiam inter baptismum & eucharistiam, ait, quod baptismus purgatiua medicina est: ipse enim purgat morbum peccati, nisi opponatur obex complacentiæ peccati: sed eucharistia est sacramentum iam viuentium per gratiam. Sed an ad tollendum hunc obicem satis sit negatiue se habere circa peccata non complacendo iam in eis, an verò requiratur aliquis actus displicentiæ & doloris positiuus dubitatur. Videtur autem sufficere, carere complacentia peccatorum. Primo, quia per hoc tollitur obex; & quia alias si baptismus requireret dolorem non differret à poenitentia, & appellandus esset sacramentum poenitentiae.

Item secundo, quia si per poenitentiae dolorem remittitur peccatum, ergo frustra adhibetur adulto ad expiandum eius peccatum remedium baptismi.

Præterea tertio, quia sufficiens poenitentia ad baptismum est non complacere de peccatis, & velle baptizari ad impetrandam eorum remissionem. Neque enim requiritur alia positiua poenitentia, vt Diuus Ambrosius videtur attestari super epistol. ad Roman. cap. 11. Vbi ait Diuus Paulus, quod sine poenitentia sunt dona Dei. Et cap. sine poenitentia, de consecrat. distinct. 4. vbi dicitur, quod non requiritur gemitus, aut lamentum ad baptismum.

Item quarto, quia baptismus est peccatorum omnium mundatrix medicina: non ergo indiget dolore ad omnia peccata abstergenda. Alioquin non per se ea mundaret, si quidem dolor ea mundaret.

Deir de quinto, quia baptizari est dolere de peccatis virtualiter: quia baptismus in sacra pagina baptismus poenitentiae dicitur, iuxta illud Lucæ ultimo. oportebat prædicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Quod glossat D. Ambrosius lib. 3. de sacramen. cap. vltim. de baptismo. Ergo sufficit baptismus sine alia distincta poenitentia ad recipiendam gratiam; sicut ad id videtur sufficere martyrium, tantum dummodo absit complacentia peccatorum. Præterea sexto,

quia autore Diuo Hieronymo, poenitentia est secunda tabula post naufragium. Si ergo ad baptismum exigitur poenitentia, iam poenitentia prima tabula erit, & non secunda post naufragium. Propter hæc argumenta opinio Caieta, quæst. 86. ar. 1. quam insinuauerat antea Scotus, vt probabilis ante diffinitionem concilij Tridentini suslentabatur. Nunc ergo tenenda est opposita communis opinio, scilicet, quod requiritur ad baptismum in peccatore adulto baptizando aliquis positiuus dolor, qui sit positiua displicentia suorum peccatorum, vt possit eum digne suscipere. Quia sic videtur iam esse diffinitum per idem concilium Tridentinum, sess. 6. cap. 6. vbi decernitur poenitentiam ante baptismum agi oportere. In cuius gratiam citat concilium ibi illud Diui Petri testimonium Actu. 2. scilicet, poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Et patet de consecrat. dist. 4. cap. omnis qui. & cap. agunt, & cap. proprie. Vbi exigit poenitentiam, & agendam esse poenitentiam anteriorem ante baptismum declaratur: & non posse transire in nouam vitam qui non poenituerit veteris vitæ decernitur. Patet etiam ratione: quia moraliter loquendo impossibile videtur, quod careat quis complacentia peccati, & quod non habeat aliquem actum positiuum displicentiæ, vel doloris, aut detestationis illius. Quod si peccata positiue non detestatur, vix contingit, moraliter loquendo, quin de illis complacentiam habeat: nam ad hæc ad peccatum per complacentiam non tollitur, moraliter loquendo, nisi per suum contrarium, scilicet, per displicentiam: sicut in naturalibus vnum contrarium expellitur per suum contrarium. Huic sententiæ accedit D. Augustinus. omnis qui. de consecrat. dist. 4. & in lib. 50. homiliar. hom. 27. & in lib. de vera & falsa poenit. ca. 8. & de fide ad Petrum. Huic sententiæ accedit Magist. Canus in relect. de sacram. 3. par. Igitur sicut reubarbam non sufficit ad remouendam coleram, sine præparatione: ita neq; baptismus in adulto sine poenitentia. Et per prædicta patet ad sex argumenta in gratiam Caietani obiecta in contra; quia omnia ea probant, siquid probant, quod non requiritur poenitentia exterior, quæ sit in satisfactione. In quo sensu intelligitur illud D. Ambrosii. scilicet, quod non requiritur gemitus, aut planctum. Quem glossat Magister sententiarum in 4. d. 4. dicens, verbum illud, de exteriori satisfactione intelligitur. Nam interna inquit poenitentia necessaria est ad baptismum. Igitur argumenta supra dicta pro gratia Caietan. solum probant, non requiri poenitentiam, quasi concausam ad remittenda omnia peccata, quasi ad id baptismus non sit sufficiens;

tamen

tamen non probant, quod non requiratur poenitentia ad tollendum obicem. Sicq; intelligendus est D. Thomas in 4. d. 6. q. 1. ar. 2. ad. 1. dum ait, ad baptismum requiri contritionem, scilicet, perfectam, vt distinguit concilium Tridentinum sessio. 14. cap. 4. siue imperfectam, quam illic concilium vocat attritionem; & hoc ad tollendum obicem.

Sed iam postquam aliquam poenitentiam de testationem in adulto peccatore præexigi ad suscipiendum digne baptismum prædiximus, indagandum restat, qualis iste actus poenitentiae positiuus esse debeat? an sufficiat sit attritionis actus, vel requiratur, quod sit contritio. Videtur autem quod necessaria sit ad baptismum præuia contritio, tum primò quia D. Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. quæst. 3. affirmat ad baptismum requiri in adulto contritionem, vel deuotionem, & in epistola ad Roman. lectione 4. cap. 11. id ipsum insinuat. Imò & Magister sent. d. 4. ca. 2. affirmat adultum fide accedentem ad baptismum, eo quod veram mentis contritionem non habet sacramentum suscipere sine re, id est sine gratia. Tum secundo quia D. Augustinus in libro. ad fratres in Eremo. sermone. 11. tradit sine compunctione, quæ contritionem sonat, adultis non valere baptismum, & sine ea infructuosam esse confessionem.

Tertio, quia idem D. Augustinus, vt refertur de consecrat. dist. 4. can. solet quæri. affirmat, quod sine charitate, quæ non est sine contritione in nouiter conuersis baptismum ab ipsis susceptum non prodesse ad salutem spiritualem. Tum 4. quia Actorum 3. dicitur: Poenitemini & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Vbi exigitur poenitentia, non qualiscunq; sed quæ sit conuersio. At conuersio cum perfectam animi mutationem videatur præ se ferre contritionem importat. Tum quinto: quia de lege diuina & iure naturæ est, dolere de peccatis & offensis Dei perfecto modo: ergo baptismi sacramentum cum sit donum Dei & gratia, quæ perficere debet id, quod est de iure diuino & naturali non tollit obligationem contritionis habendæ de mortalibus offensis Dei. Tum 6. quia hoc videtur insinuare concilium Trid. sess. 14. cap. 4. vbi loquens de contritione declarat, quod hic contritionis motus sit necessarius quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum; & etiam post baptismum præparat hominem lapsum ad remissionem peccatorum quod si secundum concilium Trid. quouis tempore motus contritionis sit necessarius: ergo etiam tempore baptismi suscipiendi. Propter hæc argumenta inter antiquiores Magister sentent. & Adrianus & Gabriel. & inter iuniores Victoria, & Nauarrus in summa cap. 1. numero. 39. tenent requiri ad baptismum contritio

Instruēt. cons. pars. 2.

nem, aut saltem attritionem probabiliter existentiam contritionem. Quam etiam aliqui moderni tenent esse probabilem & consentaneam rationi & dictis sanctorum consonam nihilominus tamen pro eruenda veritate quæstionis statuuntur sequentes conclusiones.

Prima conclusio: Ad baptismum digne suscipiendum non requiritur detestatio peccatorum, in particulari, neque ad reuocanda ea in memoriam oportet facere alicuius examinis indagine, sed satis est generalis quædam reminiscencia peccatorum, vt doleat se peccasse qui baptismali intingendus est aqua. Patet: nam in hoc, hoc sacramentum differt à sacramento poenitentiae. Nam ad sacramentum poenitentiae requiritur indagatio peccatorum specifica, & particularis expositur examinatio.

Secunda conclusio: Per contritionem includentem votum baptismi ante baptismum remittuntur originale, & omnia peccata. Patet; quia hic interuenit baptismus flaminis. Non tamen omnia dimitterentur quoad poenam totalem, nisi fortè summo conatu conuenteretur sic contritus, vt in Diua Magdalena & bono Latrone creditur euenisse.

Tertia conclusio: Siquis bona fide attritus putans se esse contritum accedit ad baptismum consequitur gratiam. De qua conclusione, quia est omnium, non est dubitandum, quia maioris efficacitæ est baptismus, quam sacramentum poenitentiae: ergo cum certum sit, quod aliquis accedens sic attritus putans se probabiliter contritum ad sacramentum poenitentiae, fit ex attrito contritus: ergo pariter est extra dubium id ipsum in sic disposito ad baptismum vsu euenire.

Quarta conclusio: Attritio etiam cognita sufficit ad digne, & fructuose suscipiendum baptismum. Hæc conclusio est opinio communis & verissima. Patet, tum primo, quia si in tali dispositione martyrium pateretur conferetur gratiam suscepisse. In cuius probationem Sotus in 4. distinct. 6. quæstio. 1. artic. 8. conclusio. 6. & Canus in relectio. de poenitentia. part. 5. fol. 121. qui huius sententiæ sunt fautores Diuum Thomam citant in 3. parte. quæst. 80. art. 4. ad secundum. Vbi D. Thom. ait, baptismum posse dari infirmis. Et. q. 79. ar. 3. ad. 2. affirmat conuenienter eum accedere ad baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis. Probatur autem per rationem Diui Thomæ, quæ maxime viget. Nam baptismus & poenitentiae sacramentum ordinatur ad dandam vitam mortuis, & tanquam medicina aduersus morbos animæ, qui sunt peccata mortalia: ergo à mortuis habentibus conscientiam peccati mortalis, quales sunt, qui sciunt solam se habere attritionem, digne suscipi potest

K 3 bap-

baptismus, quia illa attritio tollit obicem, & ab ægris in peccato mortali constitutis fructuose suscipitur. Quia absurdum est affirmare, quod ad medicinam collatiuam sanitatis nullus nisi sanus possit accedere: qualiter accederet, qui accederet iam sanatus per contritionem. Satis ergo est attritio cognita: nam hæc cum tollat complacentiam peccati, si sit in baptizando, non sequitur, quod sit in complacentia peccati iam, sed solum concluditur, quod sit in macula peccati, donec deleatur per baptismum in re susceptum.

¶ Ad argumenta ergo in contra respondentibus dicimus ad primum desumptum ex autoritate D. Thomæ in. 4. senten. dist. 6. quæst. 1. ar. 2. & in epistola ad Romanos lect. 4. cap. 11. dicentis, requiri contritionem, primo, quod locus est in. 4. & in summa locis citatis satis aperte se explicat in gratiam nostræ quartæ conclusionis. Secundo respondetur, quod cū D. Thom. locis citatis præexigi contritionem ait, glossari potest, quod exigitur contritio perfecta vel imperfecta, qualis secundum concilium Tridentinum est attritio. Quia D. Thomas non accepit nomen contritionis in rigore, sed pro dolore.

¶ Ad secundum argumentum desumptum ex D. Augustino loco citato, respondetur, quod ibi D. Augustinus non de contritione, sed de compunctione loquitur. Et quanuis compunctio cū est perfecta, contritionem videatur importare tamen attritio aliquo modo compunctio potest vocari, scilicet, imperfecta: quā non negat ibi D. August. sufficere ad gratiā cum baptismo in re. Tum, quia concil. Tridentinū quod maiore autoritate præstat, quam quilibet Doctor sanctus Ecclesiæ declarat attritionem idoneam esse cum sacramento in re ad impetrandam gratiam in sacramento poenitentis, vt sel. 14. ca. 4. diffinitur. Et id etiam pari ratione admittendum est in sacramento baptismi. Atq; sic respondetur ad locum D. Augustini relatum de consecrat. dist. 4. can. solet quæri. Vbi habetur, quod baptismus adultis sine charitate non prodest, quia facilis est solutio: quia loquitur in eo sensu, quod D. Paulus ait, omnia bona opera sine charitate facta non valere ad vitam æternam, neq; ad meritū illius: quia mortua sunt: nihilominus baptismus affectanti attritionem, quia confert ei vitam spiritualem, id est, gratiam, quæ non inuenitur sine charitate, infundit etiam & charitatem.

¶ Ad quartum argumentum desumptum ex Actib. Apostol. cap. 3. poenitemini & conuertimini, respondetur, quod sufficienter conuertitur attritus dum in tali dispositione suscipit baptismum, quia tandem fit ex attrito contritus. Contritus autem perfectè conuersus esse in Deū iudicatur. Et quanuis offenderit Deum & eū pla-

care teneatur, nihilominus satis esse videtur ad reconciliationem, vt ait Sotus, quod homo attritus suscipere velit, recipiatq; baptismum, quem Deus in suam reconciliationem instituit.

¶ Ad quintum argumentum respondetur, quod sacramentum baptismi, dum, scilicet, ad minus præexigit attritionem, non destruit naturam, sed perficit in eo, in quo deficere poterat. Nam deficere poterat in habenda contritione, quæ extra sacramentum ad gratiam erat necessaria. Supplet autem baptismus in hoc, quod ad id cum sacramento in re satis est apponere attritionem. Neque per hoc infringitur ius diuinum aut naturale, quo tenetur peccator placare Deū offensum: quia satis est ad hoc ea apponere media, quæ Deus instituit ad ipsum placandum, scilicet, baptismum in re susceptum cum attritione, qui facit de attrito contritum.

¶ Ad sextum argument. desumptum ex concilio Tridentino, sessione decima quarta. capit. quarto, vbi dicitur, quod motus contritionis fuit, quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum necessarius, respondetur primo, quod si intelligitur de motu contritionis perfectæ, id accipiendum est extra sacramentum in re baptismi, aut poenitentia, scilicet, contritionem perfectam ad remissionem peccatorum fuisse necessariam. Quod autem sic accipienda sit in hoc sensu determinatio hæc concilij patet: quia statim paulo inferius in eodem capitulo subiungit, attritionem idoneam esse cum sacramento poenitentia in re ad impetrandam gratiam. Atque idem videtur sensisse concilium Tridentinum de attritione cum baptismo in re propter paritatem rationis, eo quod vtrumq; sacramentum baptismi & poenitentia sunt medicinae per se à Deo institutæ contra morbum peccati mortalis, ad præstandam salutem spiritualiter infirmis, vt tradit D. Thomas.

¶ Et illa quæstio hic discutenda venit, scilicet, post baptismum fictè susceptum, qualis dolor requiratur ad peccata mortalia præcedentia delenda; & qualis ad peccatum ipsum fictionis & peccata lethalia baptismi sequentia remittenda, an requiratur attritio, vel contritio. Nam videtur impossibile, quod post peccata præcedentia baptismum recedente fictione deleatur per baptismum, quia iam est præteritus, neq; est in actu, vt aliquid possit operari: & quod alia peccata & peccatum fictionis tantum remittantur per contritionem sequentem, maxime cum contritio sic coarctari & dimidiari non possit, vt extendatur solum ad futura peccata, & non ad peccata baptismum præcedentia. Ergo illa remittet contritio sequens, & non baptismus qui iam pertransiit. Ita Palud. in. 4. dist. 4. q. 5. art. 3. qui propter hæc argumenta manet anceps,

anceps, an vna pars peccatorum remittatur per baptismum, & alia pars, scilicet, peccatorum sequentium per contritionem. Igitur per has sequentis propositiones dilucidatur quæstio.

¶ Prima propositio: Peccatum fictionis commissum in baptismo, & peccata mortalia sequentia post baptismum, non remittuntur per baptismum, sed per poenitentiam. Hæc est D. Thomæ in hoc art. 10. in solut. ad. 2. & 3. Est autem sententia communis fere omnium, quæ his fulcitur rationibus. Primo, quia sequeretur melioris esse conditionis post in futurum, qui ante baptizatus est fictè, quam qui ad sacramentum baptismi digne accessit. Quia qui fictè accessit & post innumera cumulat peccata mortalia hoc reportaret commodum, quod sine contritione per solum sacramentum baptismi ante à se fictè susceptum accidente sola attritione, quæ tolleret fictionem assequeretur omnium remissionem, ad quam tamen remissionem obtinendam qui digne accessit, si post peccaret indigeret contritione. Item sequeretur etiam, quod si peccata sequentia post fictè susceptum baptismum non per contritionem, sed per baptismum præcedens ablata fictione post delerentur, quod si Iudæus fictè suscepisset baptismum, post quæ totam vitam vsque ad mortem in obseruantia legis Moisaicæ transgressisset, sola attritione per baptismum præcedens remitteretur ei innumera peccata sue vitæ, quod est valde absurdum concessum. Item etiam patet: quia peccata sequentia baptismum fictum indigent satisfactione, quia non remittuntur quoad totalem poenam: ergo per contritionem includentem votum confessionis, vel cum sacramento absolutionis in re suscepto cum præuia attritione saltem, veniunt expianda. Quod si quis arguat, quod fictio, qua quis accedit ad baptismum præcedit baptismum: ergo illius non requiritur contritio; respondetur, istam fictionem non computari inter peccata præcedentia baptismum: quia nihil aliud est, quam ipsa sacrilega susceptio baptismi. Quocirca, quia baptismus est sacramentum Ecclesiæ, sit sanè vt eius indigna susceptio clauibus eiusdem Ecclesiæ, atque per consequens sacramento poenitentia sit subiecta.

¶ Secunda conclusio: Ad peccata ante baptismum præcedentia remittenda per accidens (post dum aufertur fictio per contritionem) ista contritio concurrat, & non per se sed consecutiue. Hæc est Soti. Et patet: quia tunc ratione fictionis & peccatorum sequentium, requiritur per se contritio illorum, quæ esse non potest sine dolore præcedentium, saltem in genere: atque ideo consecutiue, & per accidens requiritur contritio præcedentium, quæ tamen contritio non valet delere peccata præcedentia

Instruct. conf. pars. 2.

quia baptismum quæ ad totam culpam, & poenam simul, nisi forte summe esset, intensa. Hinc est, quod peccata præcedentia baptismum recedente fictione delentur quoad culpam, & poenam virtute baptismi: licet iam actu tranierit. Quia, sicut suscepto baptismo ante Christi passionem virtute eius eidem baptizato post eandem passionem aperienda erat caelorum ianua: sic virtute baptismi iam præteriti, & fictè suscepti post ablata fictione remittuntur peccata præcedentia quoad culpam, & poenam: quia baptismus manet in facto esse, cum fuit validè susceptus, licet non maneat actu. Et hoc sufficit, vt cessante fictione suum possit sortiri effectum, sicut forma grauis ablato obice sortitur suum morum naturalem deorsum.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie, quod sicut ad peccata præcedentia baptismum fictè susceptum non requiritur de per se contritio. Ità nullo modo ad ea remittenda post requiritur sacramentalis confessio, quia clauibus Ecclesiæ non subijciuntur. Sequitur secundo corollarie, quod licet probauerimus sufficienter ad baptismum satis esse attritionem cognitam: tamen, quia concilium Tridentinum insinuat istam attritionem, quæ idonea est cum sacramento poenitentia in re; aut cum sacramento baptismi in re ad impetrandam gratiam, debere esse motum supernaturalem; quia ait esse impulsus Spiritus sancti, non quidem in habitantis; sed tantum mouentis. Ita sessio. decima quarta, cap. quarto. Ideo consulendum suscipientibus baptismum adultis, vt perfectiori modo, quo possint doleant, & conterantur, & se præparent vt magis turus ad baptismum pateat accessus. Igitur ad argumenta Paludani iam in parte responsum est, & respondetur, quod non est inconueniens, quod contritio remittat fictionem, & peccata sequentia post baptismum fictum, & quod baptismus remittat post ablata fictione præcedentia peccata. Nam etsi Deus nunquam aliqua peccata aut originale, aut mortalia dimittat, nisi omnia mortalia remittat: tamen hoc non obstat, quin per vnum sacramentum possit remittere aliqua sine hoc, quod per idem sacramentum omnia remittat: si quidem potest causa principalis diuersis instrumentis ad diuersa peccatorum genera remittenda uti, dum fiat remissio in eodem instanti temporis. Neque enim hoc est Deum dimidiare veniam, quia nihil aliud hic agit Deus, quam fictum baptizatum resipiscentem in suam acceptare amicitiam, dimittendo ei fictionem, & subsequenter peccata, quia de illis tunc poenitet; remittendo originale & præcedentia peccata; quia baptizatus est antea, quod sit in vno instanti. Et

K 4

ad

ad precedentia peccata remittenda iam dictum A est contritionem in hoc casu subsequenter post fictionem baptismi concurrere tantum consecutiue & per accidens.


¶ Postremo in dubium reuocari solet, an for- B tiri effectum ablata fictione sit conditio alijs sacramentis competens. Respondetur autem licet Sotus id videatur restringere ad solū baptismū, ita, vt id priuilegium sit illi tantum à Deo tributū, Caetanus tamen istud munus seu priuilegium magis videtur extendere. Tandem dicendum est cum Cano in relectione de poenitent. part. 5. quod opinio eōmuni est, quod hoc est proprium munus baptismi, quod si forte ad aliquod sacramentum aliud extendendum est, ad confirmationis & ordinis sacramenta, vt pote quæ imprimantia sunt characterem, ac per consequens sunt initerabilia, est ampliandum. Et tandem ipse Cano non sine apparente ratione hoc munus ad poenitentiae sacramentum prorogat. Quia si sacramentum collatum fictio est validum, & non iterandum, iam peccata ibi confessa cum non sint iterum consistenda, si per solam contritionem post superuenientem remitterentur cum virtute clauium, & absolutionis non sint remissa, semper retenta essent, iuxta illud Ioannis. 20. Quorum retinueritis peccata, retenta sunt.

¶ De iade concludimus, quod secundum Scotum, in opinione versatur, an fictione per contritionem ablata, ille gradus gratiæ, qui per baptismum erat conferendus, detur, an solus qui correspondet contritioni? Igitur Scotus duas recitans opiniones, in hanc magis inclinat, quod solum detur gradus gratiæ correspondens contritioni, ne fictus ex sua fictione videatur commodum reportare, si duplici via gratia sibi conferretur. Secundum autem Sotum hoc maxima probabilitate non caret, quod gradus gratiæ, correspondens illi contritioni, solum detur, qui potens est delere originale, & peccata præterita. Tamen dici etiam potest, quod accumulatur gradus gratiæ sacramentalis baptismi, quando fictio tollitur per attritionem sacramento poenitentiae in re adiuncto & simul & gratia absolutionis confertur.

## CAP V T. LXVI.

*De circuncisione, Et an circuncisio sit præfiguratiua; Et an sint conuenienter instituta: Et an contulerit gratiam: Et quando lex circuncisionis fuit reuocata: Et an post passionem Christi circuncisio profuit. De differentia*

*inter sacramenta vetera & nostra; & inter baptismum & circuncisionem, & ubi diuersæ sententiæ examinantur: An circuncisio pertinebat ad legem naturæ: Et de sacramentis antiquis: Et qualis fides, requirebatur in applicante ea paruulis; Et an ante circuncisionem requirebatur protestatio fidei per signum sensibile exterius in remissionem originalis: De Christianis in regno Æthiopiæ se circuncidentibus: De catechismo procedente baptismum in insulis Indiarum: quomodo incolæ sint catechizandi: Et de excisionis in baptismo.*



**Q**VAERITVR iam de circuncisione. Primo, vt illa circuncisio sit præfiguratiua baptismi. Respondetur autem, quod quia baptismus est sacramentum fidei, quia est quædam professio fidei: & quia circuncisio erat quædam protestatio fidei, quæ quidem fides antiquorum erat, & est eadem cum nostra iuxta illud. 2. ad Corint. 4. habentes eundem spiritum fidei credimus, sic consequens, vt circuncisio fuerit præparatoria ad baptismum, & præfiguratiua ipsius iuxta illud. 1. ad Corinth. 10. omnia in figuram futuri contingebant illis.

¶ Deinde secundo quæritur, an circuncisio fuerit conuenienter instituta. Respondetur autem, quod quia circuncisio erat sacramentum fidei, conuenienter data fuit ipsi Abraham: quia ipse est segregatus ab infidelibus, vt pote, in cuius semine, id est, in Christo de eius semine nascituro benedicendæ erant omnes gentes, vt habetur Genes. 22. Et quia circa tempora Abraham iam naturalis ratio & fides videbantur perie extinctæ plurius ad idolorum culturam transuersis. Ritus autem circuncisionis conueniens fuit, vt pote qui à Deo, cuius sapientiæ non est numerus institutus, vt quoddam signum fidei. Fiebat igitur conuenienter in generationis membro, nempe, vt esset signum fidei, quæ Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturum. Tamen etiam, quia ordinabatur contra originale peccatum, quod per hoc membrum diffunditur. Item etiam, quia dabatur contra carnalem concupiscentiam, vt minueretur. Cultellus autem lapideus de necessitate circuncisionis non fuit; licet Sephora Mosi coniux cum petra acutissima filium suum circuncidit ad figurandum, quod spiritualis circuncisio fit per Christum Dominum, qui, vt ait Apostolus, erat per petram figuratus.

Sed

Sed neque octauus dies, qui octauam ætatem, id est, resurrectionem beatorum, vbi omnes eorum poenitentia sunt auferende, significabat de necessitate sacramenti erat, licet esset de necessitate præcepti. Nam qui octaua die circuncisus non erat post modum circuncidi valebat. Neque ratione imminens mortis pueri octaua dies secundum Hugonem contra alios anticipari poterat. Igitur pueris ante octauam diem in tali periculo constitutis remedium legis naturæ ne perirent applicari poterat, vt, scilicet, in fide parentum salutem assequerentur.

¶ Quæritur insuper, an circuncisio contulerit gratiam. Respondetur autem, quod in circuncisione conferebatur gratia quantum ad omnes effectus contra alios, scilicet, tam ad faciendum circuncisum dignum vita æterna, quam etiam ad resistendum cuilibet concupiscentiæ & quæ etiam ad vitandum omne peccatum mortale. Aliter tamen hæc gratia in circuncisione conferebatur, quam in baptismo. Nam in baptismo confertur gratia ex virtute ipsius baptismi, quæ habet, in quantum est instrumentum passionis Christi iam perfectæ. In circuncisione verò conferebatur gratia non ex virtute circuncisionis, sed ex virtute passionis Christi, cuius signum erat circuncisio. Itaque iustitia & gratia, quæ in circuncisione conferebatur, non erat ex circuncisione significata, sed ex fide significata. Vnde circuncisio non imprimebat characterem; baptismus autem, vt instrumentum passionis Christi, & characterem imprimit incorporantem hominem Christo, & copiosior gratiam confert, quam ea, quæ in circuncisione ratione fidei dabitur. Nam maior est effectus rei præsentis, quæ erit spei. Qui autem in deserto nati circuncisi non fuere excusabantur. Tamen, quia tunc segregati erant ab infidelibus, vnde pro tunc signo distinctiuo circuncisionis non indigebant. Tamen quia ignorabant quando castra essent mouenda. Item quia probabile est (vt colligitur ex sacra scriptura, dicente, quod non erat in tribus eorum infirmus) quod nullus in deserto natus obiit intra hoc tempus, antequam circunciderentur à Iosue. Quod si aliqui ibi nati interim obiere, remedium in lege naturæ institutum illis prodesse poterat. Nam eadem ratio est de his, & de his, qui moriebantur ante octauam diem tempore legis. Adulti autem, qui circuncidebantur, non solum originalis peccati, sed etiam actualium peccatorum remissionem consequerentur. Non tamen ab omni reatu poenæ liberabatur: sicut fit in baptismo, vbi confertur copiosior gratia.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, quod circuncisio & tota lex Mosaica durauit vsque ad passionem, contra Scotum, iuxta

illud ad Hebræos. 7. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Post resurrectionem igitur obligauit lex noua: quia in resurrectione completæ sunt figuræ, & abolita mansit lex vetus, quantum ad vim obligandi. Vnde falsum videtur illud assertum fratris Iosephi in suis floribus, vbi affirmat, quod etiam post mortem Christi Iudæis necessaria erat circuncisio ante sufficientem promulgationem. Quia, inquit, tenetur quis ad legem, dum nescit reuocam esse. Quia hæc sua ratio non probat, quod post passionem Christi circuncisio erat illis necessaria; neque etiam ratione præcepti, nisi solū de per accidens, id est, ratione ignorantia, ex qua adhuc vigere & obligare putabatur. Maxime, quia autore Metina. 1. 2. licet lex noua ad inducendam nouam obligationem, vt promulgetur, necesse sit, tamen lex quoad sui reuocationem, vt quoad obligationem, qua antea vigeat, extinguatur, promulgatione non eget generali. Cum igitur lex vetus per mortem Christi reuocata fuerit, vt de se iam obligatiua deinceps non esset, sine alia promulgatione cessauit eius obligatio. Vnde corollarie inferitur, quod si quis Iudæus professione post mortem Christi ante sufficientem promulgationem baptismi suum circuncideret puerum, ex ignorantia, iste puer tunc ne destitutus maneret remedio iustificaretur per circuncisionem illam; non quatenus erat sacramentū veteris legis, quæ Christo in cruce expiratione expirauit: sed quatenus signi legis naturalis vicem pro tunc obiret: sicut in lege veteri, signi legis naturæ remedium erat ad salutem pro saluandis foenunis. Sed iam credendum est, si aliqui essent modo Iudæi, ad quos notitia Euangelij non peruenisset, qui ex ignorantia inuincibili Euangelij & baptismi paruulos suos circunciderent, quod ea circuncisio paruulis sic circuncisus nullum afferret salutis remedium. Quia in lege noua præsertim post sufficientem promulgationem euangelij, nullum pro paruulis subest salutis remedium, nisi per baptismi sacramentum actu susceptum. Secundo perpendendum est, de fide esse sacramenta nouæ legis à sacramentis antiquæ legis differre. Ita in concilio Tridentino, sessio. 7. can. 2. Vbi sic diffinitur: Si quis dixerit ea ipsa nouæ legis sacramenta à sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia caeremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi, anathema sit. Sed in quot, & quibus hæc differentia inter circuncisionem, & sacramenta nostra constituatur, neque inter Thomistas satis conuenit. Igitur in hoc consentiunt omnes, quod sicut in baptismo confertur gratia: ita etiam in circuncisione. Differenter tamen. Quia in baptismo datur gratia ex virtute passionis Christi iam perfe-



Et in quantum baptismus eam virtutem habet, quatenus est instrumentum eius: in circuncisione verò conferebatur gratia non virtute circuncisionis, sed virtute passionis Christi, cuius signum erat. Quod magis exemplificando explicat Sotus dicens, quod sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ instrumentalis, vt calamus est causa scripturæ: circuncisio autem non erat causa, sed applicatio causæ, id est, fidei causantis gratiam. Sicut, verbi gratia, admotio ignis ad flammam non est causa inflammationis, sed est conditio agentis. Ignis autem ipse, qui applicatur, inflammationis est causa: sic fides Mediatoris applicata per circuncisionem erat, quæ causa erat gratiæ: circuncisio autem ipsa conditio erat, sine qua non, & applicatio fidei, ob quam conferebatur gratia. Secundo Thomistæ & in hoc concordant assentientes Diuo Thomæ, quod copiosior gratia detur in baptismo, quã in circuncisione, ac subinde, quod in baptismo tota etiam poena remittatur adultis, quæ non remittebatur tota in circuncisione, insuper quod virtute circuncisionis non aperiatur ianua regni cælestis sicut nunc virtute baptismi aperitur.

¶ Tertio aduertendum est Magistrum Canum assignare in sua relectione de sacramentis in genere. p. 4. sex aut septem differentias, in quibus nostra sacramenta à sacramentis differunt antiquæ legis. Prima igitur differentia est, quã concilium Florentinum assignat per hæc verba: Illa, scilicet, sacramenta antiquæ legis non causebant gratiam, sed eam per passionem Christi dandam figurabant. Hæc verò nostra & continent gratiam & eam digne suscipientibus conferunt. Secunda autem differentia est, quia noua sacramenta conferunt gratiam aliquam adultis sine merito operantium, quod ex concilio Tridentino sessio. 7. can. 8. satis patet. Vbi sic diffinitur: Siquis dixerit per ipsa nouæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiã consequendam sufficere, anathema sit. At verò sacramentis veteribus susceptis citra operatium contritionem nulla adultis gratia conferebatur. In qua quidem differentia non nihil videtur dissentire Sotus à Cano. Nam in. 4. sententiarum. distinctio. 2. quæstio. 1. art. 4. Sotus arbitratur opinionem esse Diui Thomæ, quod non solum ratione meriti, vt Canus, sed etiam in ratione fidei, instar sacramenti adulti, quando circuncidebantur, consequeretur remissionem non solum originalis, sed etiam actualium peccatorum. Adiditque D. Thomam huius esse sententiæ, quod adulti præter gratiam merito correspondentem recipiant gradum illud virtute applicatæ fidei per sacramentum, quem paruuli recipiebant.

**A** Ac per consequens de mente D. Thom. esse arbitratum, quod tunc adultus cum attritione accedens ad sacramentum circuncisionis volens illud recipere in remissionem peccatorum reciperet gratiam virtute ibi applicatæ fidei. Igitur, quia neque ratio Soti, aut Cani conuincit liberum nos relinquunt ad quam maluerimus amplectendam opinionem, scilicet, quod ratione fidei in circuncisione adultis ultra gratiam merito correspondentem ille gradus dabatur gratiæ, qui & paruulis, vel quod non dabatur. Opinio Cani magis fauet excellentiæ nostrorum sacramentorum. At opinio Soti virtutem fidei magis videtur amplificare in antiquis, ita vt instar sacramenti daret gratiam attritis. At concilium Tridentinum, licet hoc aperte tribuat nostris sacramentis, quod gratiam tribuat ex opere operato, scilicet, præter eam, quæ ex merito suscipientis datur, ac per consequens hoc negare videtur sacramentum circuncisionis: non tamen aperte negat id ibi fidei applicatæ. Ideo citra periculum fidei opinio Soti tutè teneri potest, licet opinio Cani tutior appareat. Eo quod eius sententiã magis accedit ad mentem conciliorum, & est in maiorem commendationem & differentiam nostrorum sacramentorum à sacramentis & remedijs antiquæ legis. Verum opinio illa fratris Iosephi in suis floribus, vt parum tuta cauenda est. Vbi sentire videtur, quod circuncisio de se conferebat gratiam. Quia sacramentum, inquit, naturæ erat. Quia hæc eius assertio plusquam falsa est. Et ratio, qua eam fulcire contendit præterquam quod impertinens est, non est vsquequaque certa. Imò Sotus affirmat, quod licet præceptum circuncisionis quadam ratione dici possit legis naturæ, commodius autem dicitur legis scriptæ. Cui videtur accedere Metina. 1. 2. vbi asseuerat testamentum vetus incepisse in Abraham, iuxta illud ad Galatas. 3. Abraham dictæ sunt promissiones. Hoc autem dico testamentum, inquit, Metina, quod in semine Abraham, id est, in Christo benedicerentur omnes gentes.

**D** Præterea tertium discrimen, quod assignat Canus inter sacramenta nouæ legis & inter sacramenta veteris legis est, quod sacramenta nouæ legis conferunt gratiam attritis: sacramenta verò legis antiquæ, si à non contritis accipiebantur, nihil in illis gratiæ conferebatur. Sotus autem in hac tertia statuta à Cano differentia, ei repugnat ex diametro loco supra citato, dicens, se arbitrari Diuum Thomam eius opinionis esse, quod attritus accedens ad circuncisionem recipiebat gratiã. At mihi opinio Cani magis arridet. Tum, quia, vt ipse ait, dabatur tunc gratia iuxta dispositionem fidei, & doloris peccatorum, quæ idonea erat ad remissionem

pecc-

peccatorum; quam dispositionem contritionem appellat Canus. Tum, quia videtur magis consona menti D. Thomæ in. 3. part. q. 7. art. 4. Vbi ait, quod sicut ante institutionem circuncisionis sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros, quam adultos: ita etiam & circuncisione data. Sed antea non requirebatur aliquod signum protestatum huius fidei. Si ergo autore Diuo Thomæ, sicut ante circuncisionem sola fides iustificabat; sic & data circuncisione: ergo sicut fides ante circuncisionem solum attritis non sufficiebat ad iustificationem: ita neque etiam attritis circuncisio recipiens sufficiebat. Tum, quia hanc prærogatiuam solum nostris sacramentis sancti Doctores tribuunt, scilicet, quod faciunt de attrito contritum. Ergo eadem prærogatiua non est attribuenda soli fidei iustificanti in circuncisione; sicut neque ei tribuitur cum sola iustificabat in lege naturæ. Tum etiam ultimo, quia concilium Tridentinum declarat sessione. 14. cap. 4. loquens de contritione, quod motus contritionis necessarius fuit quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum: ergo etiã fuit necessarius non solum in lege naturæ: sed etiam in veteri lege. De attritione vero ibi in fine concilium Tridentinum subiungit, quod sine sacramento penitentia nequit per se ad iustificationem perducere, tamen cum sacramento penitentia ad Dei gratiam impetrandam disponit. Igitur hanc prærogatiuam, quam concilium Tridentinum hic tribuit sacramento penitentia in re suscepto, vt cum attritione accedentem iustificet, tribuere sacramentis veteris legis nulla urgente ratione id probante, non videtur tam consentaneum sacris concilijs, & sanctis doctoribus & excellentiæ nostrorum sacramentorum, & legi gratiæ, vbi magis abundat gratia propter rationem D. Thomæ, q. 7. art. 4. Vbi ait, quod maior est effectus rei presentis, quam rei speratae, id est, quod effectus passionis Christi Domini iam exhibet, cuius virtus iam instrumentaliter & efficienter communicatur nobis per nostra sacramenta, maior est nunc in lege gratiæ, quam in lege veteri, vbi sperabatur. Qui quidem effectus non solum in hoc maior esse demonstratur, quod conferat nostra sacramenta instrumentaliter ex virtute passionis Christi iam exhibet copiosior gratiam, vt ait Sotus: sed quod etiam baptismus & poenitentia eam conferant solum attritis.

¶ Quartum insuper discrimen inter noua, & vetera sacramenta assignatur penes hoc, quod per sacramentum baptismi remittitur tota poena peccatorum, & per alia sacramenta nouæ legis aliqua saltem pars poenæ sine merito proprio ratione ipsius sacramenti. Sed per sacramenta veteris legis poena peccatis debita non remittebatur,

nisi pro quantitate fidei, & meriti accipientis illa sacramenta. Quintum item discrimen inter sacramenta noua, & vetera hoc assignatur à Cano, scilicet, quod sacramentum nouæ legis à quocumque ministro ecclesiæ etiã infideli conficiatur & administratur, iustificat; at verò sacramentum antiquum siue nature, siue scripturæ, non iustificabat paruulos, nisi à fidei administraretur. Ex quo corollarie infert Canus, quod filij Ismahel non iustificabantur, quanuis parentes circunciderent eos ad imitationem Abraham. Nam ideo paruuli dicebantur saluari in fide parentum. Ita Canus in forma. Sed in hoc habet sibi aduersantem Sotum loco citato. Nam in primis Sotus in. 4. sentent. distinctio. 2. quæstio. 1. artic. quarto, conclus. 2. affirmat, quod si infidelis in vera fide infantulum Deo offerret, quanuis nullis esset parentibus fidelibus ortus valeret oblatio, siue suus ille filius esset, siue alienus. Quia tunc secundum Diuum Thomam fides erat medicina totius nature: & ideo non iustificabat, quæ ratione erat actus personæ: sed ratione obiecti, quia, scilicet, erat fides Christi. At Canus ea ratione oppositum tuetur: quia, inquit, vetera sacramenta remittebant paruulis originale ex pacto misericordie diuinæ, non ex iustitia: pactum autem & conuentio erat, vt sacramentis protestantibus fidem saluatoris homines saluarentur, iuxta illud ad Romanos. 4. Signum accepit Abraham circuncisionis signaculum iustitiæ fidei. Igitur inter tantas varias sententias istorum grauium Doctorum, si quis lector sciscitatur & meam, videor plane esse persuasus, quod opinio Cani rationabilior sit, & longe verisimilior. Nam vix intelligere valeo, quomodo actus ille opinionis, & fidei humanæ, quo infidelis alias offerebat paruulum Deo in recognitionem, quod Deus omnium remunerator est, sufficiens esset ad salutem paruuli, vt ait Sotus, si applicaretur in circuncisione. Tum, quia circuncisio de se non poterat conferre gratiam paruulis, nisi ratione fidei ibi applicatæ pro paruulo. At fides infidelis, qui alijs erroribus esset infectus, qua recognoscens Deum inquirentium si remuneratorem esse præuocet etiam supernaturali offerret Deo paruulum in circuncisione, vel in lege naturæ, vera fides infusa & supernaturalis non est in illo, nisi secundum quid ex parte obiecti, sed potius est quædam opinio humana, vt patet ex Diuo Thomæ. 2. 2. quæstio. 5. artic. 3. Vbi concludit, quod quia vera fides supernaturalis & infusa per rationem suam formalem ad omnia, quæ sunt fidei se extendit, ideo qui discedit vni parti, vel articulo fidei credens alia, quæ sunt fidei non fide infusa, sed fide humana, vel opinione assentit illis. Igitur vix possum mihi persuadere, vt credam, quod prædi-

prædicta fides humana illius infidelis applicata pro paruulo in circumfione, vel in lege naturæ satis efflet ad conferendam salutem sic oblato vel circumfio puero. Neque enim axioma illud cõmune, quod in fide parentum in lege naturæ oblato Deo pueri faluabantur intelligendum est de fide humana prædicta vacillanti, & ex parte fubiekti infidelis non tam firma, & certa; fed accipiendum est de vera fide simpliciter fupernaturali. Nam licet fecundum Canum illa opinio magis pia, magisque probabilior fit, quæ tenet in fide parentum faluari paruulos fide illa fides viua efflet, fide mortua; tamẽ requirebatur, quod firmiffima fides efflet fupernaturalis, & non humana. Neque est eadem ratio de baptifmo in neceffitate collato paruulo per hæreticum, vel infidelem miniftrum, quia sacramenta noua conferunt gratiã ex iuftitia & merito Chrifti, & ex virtute paffionis Chrifti Domini, quæ in illis continetur, quæ non continebatur in veteribus sacramentis. Nam propterea Apoftolus sacramenta vetera infirma & egena elementa vocabat; quia ratione fui nihil efficiebant, fed ratione fidei, vel propriæ, vel alienæ, à qua proficifcebatur: dum tamen efflet vera fides fupernaturalis, & non tantum humana. Non enim tunc Deus tanti æftimabat iftam fidem humanam infidelium (vt putat Sotus) quod per applicationẽ infidelis eam pro paruulo applicatis Deus faluaret paruulum. Vnde potior est opinio Cani. Tametsi verum efflet fateamur illud corollariũ, quod illic fuperaddit Sotus, fcilicet, quod in omni republica bene inftituta viguit tunc cognitio aliqua originalis culpæ, alias nulla mediatoris fides poffet illis illucifcere: quæ quidem cognitio fupernaturalis efflet & per reuelationem fufcepta & per ora parentum in filios deriuata.

Præterea & de circumfione est tenendum, vt fupra diximus, quod ante legem fcriptam à tempore, quo data fuit Abraham per traditionem habebatur. Fuit autem foli populo Iudæorum circumfio præcepta, qui inde Chriftus erat nafciturus; licet vniuersis gentibus in remedium fit data, fi vellent eam fufcipere. Inftituta autem fuit in remedium peccati originalis; in eaque etiam peccata actualia condonabantur adultis. Fuit vero in præcepto Iudæis vfque ad Chrifti paffionem, poft autem neque in cõfilio fuit.

Præterea per circumfionem aditus regni cœlorum non patebat: quia tota natura manebat in debito. Foeminis autem circumfio pro originali in remedium applicari non poterat: fed remedium legis naturæ illis in salutem applicabatur. Sicut etiam pueris Iudæorum ante octauum diem periclitantibus non remedio circumfionis, fed remedio legis naturæ fubueniebatur.

Tenebantur tamen poft circumfidi fi fuperftites euafiffent. Sicut etiam qui fanctificati fuere in vtero poft, præcepto circumfionis erant obnoxij. At licet remediũ circumfionis pueris Ethnicorum prodeffe poterat: tamen horum infidelium gentiliũ filios ante vsum rationis inuitis parentibus circumfideri nemo poterat: ficut neque nunc baptizate paruulum infidelium inuitis parentibus. Sicut neque inuitus baptizandus erat, neque ad id tenebatur qui ex femine Iudæorum non descenderet, fide feruus efflet, fide liber.

Deinde vtrum ante circumfionem requirebatur aliquod fignum fenfibile, quo fieret fidei proteftatio in remiffionem originalis in controuerfia est. Veruntamen Diuus Thomas in 3. part. prædict. quæftio. 7. artic. 4. in folutione ad fecundum ait, non fuiiffe requifitum aliquod fignum fenfibile proteftationum huius fidei; quia nondum homines fideles feorfum ab infidelibus cæperant adunari ad cultum vnius Dei. Hanc eandem fententiam loco citato amplectitur Sotus. Tandem Diuus Thomas licet prædictam opinionem ratione prædicta videatur magis aprobare, nihilominus tamen probabile effle exiftimat, quod parentes fideles pro paruulis natis, & maxime in periculo exiftentibus aliquas preces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent quod erat fignaculum quoddã fidei: ficut adulti pro fe ipsis preces & facrificia offerrebant. Accedit hic & alia quæftio, cui efft breuiter faciendum fatis, fcilicet, an in circumfione applicante aliquis habitus fidei requirebatur, vel an fatis efflet actus, quo circumfium offerret Deo. Iam igitur in hac quæftione aftruit Sotus non requiri habitum fidei fed actus fidei, quo offerret puerum Deo falutis fupernaturalis autori. Sed quia fupra conclufimus quod requirebatur in applicante fuam fidẽ pro paruulo fides, quæ efflet actus fupernaturalis, & quod non fufficiebat actus fidei humanæ, etiam de fupernaturali obiecto, & quia huiusmodi actus fupernaturalis fidei fecundum Diuam Thomam 2. 2. quæft. 6. artic. 1. vbi ait, quod affenfus eorum, quæ funt fidei efft fupernaturalis (quia in hoc affenfu eleuatur homo fupra naturam) oportet quod in fit ei ex fupernaturali principio inferius mouente. Idcirco vt D. Tho. etiam 2. 2. quæft. 23. artic. 2. tradit Deus, qui omnia mouet ad debitos fines, fingulis rebus indidit formas, per quas inclinentur ad fines fibi præftitutos. Vnde fequitur, quod ad actum fupernaturalem credendi fidelis indiderit formam, id efft, habitum infufum ad credendũ ea, quæ funt fidei ea firmitate, quæ ad credendũ exigitur. Quæ circa de factõ, fecundũ quod ecclefia magis acceptaffle videtur,

videtur, quod virtutes theologales funt habitus ad eliciendos fuos actus, dicendum efft, quod paruulus, neque in lege naturæ, neque in lege veteri iuftificabatur, nifi per actum fidei applicite, qui procederet ab habitu fidei infufõ, fide informi, fide formato exiftente in applicante. Item vltimo confiderandum efft, quod quia gratia nõ intendit deftruere naturam, fed eam perficere, ideo circumfionem licebat differre per totam vitam, fi puero circumfido periculum mortis immineret.

Dubitari quoque folet, an Chriftiani, qui in regno Aethiopia, vel del Preffe Ioan dictõ in more habent circumfidi poffint excufari à facrilegio, vel à fupertitione, vel infidelitate. Cõmuniter igitur dicitur, quod tolerari poteff inter eos, quia circumfio non efft de fe intrinfece mala, & quia huiusmodi ritum non obferuant vt velint feruare ritum Iudæorum, fed vt compatiantur Chriftõ Domino pro fe circumfido. Sed fi contra obijciatur, quod id fupertitione nõ videtur carere, quia putant illam circumfionem effle neceffariam, refpondetur, quod forte ex cõfuetudine id putant obligare. Adde etiã, quod forte etiam excufantur ignorantia inuincibili, quod vtinam ita fit, ait Metina fup. 1. 2. D. Thomæ. Nihilominus ecclefia eos tolerat, & admittit ad communionem, quia ex fe id facti non efft malum; ficut neq; fcindere illam pelliculam ob fanitatem.

In quæftionis 71. artic. 1. inquiritur à Diuo Thoma, vtrum catechifmus debeat precedere baptifmum. Refpondetur autem, quod quia baptifmus sacramentum fidei efft ideo catechifmus, qui inftitutio rudimentorum fidei efft, ipfum precedere debet: fides enim ex auditu efft ad Roman. 10. Hinc efft, quod Chriftus difcipulis formam baptizandi perfcribens de docendo catechumenos ita præmiffit dicens: Itẽ docete omnes gentes baptizantes eos, & cæt. Notandum efft autem, quod ficut pueri baptizantur in fide ecclefie: ita fidem audiunt, atque docentur in perfona Ecclefie, quæ eis aures ac fenfum atq; affenfum accommodat. Vnde ille, qui refpondet pro puero baptizando non prædicat, puerũ poft annos adeptum rationis crediturum, fed pro eo refpondet, credo. Non efft enim inconueniens, quod aliquis obligetur per alium in his, quæ funt de neceffitate falutis. In adultis autem baptizandis requiritur, vt ipsis per fe præftent affenfum his, quæ fidei funt.

Circa prædictam doctrinam perpendendum efft primõ, quod vt patet ex concil. Bracharenfi. 2. & cap. ante. 20. dies. de confecratione, dift. 4. catechumeni prius funt edocendi fymbolum. Atque vbi adulti baptizantur autore

Soto in 4. fentent. quæft. 2. art. 1. non fat efft, vt omnino fidei rudes ad baptifmum accedentes de his interrogentur: fed operæpretium efft per dies aliquos inftitui, vt fidei articulos faltem groffo modo intelligant, & legis Decalogum dilectant, & orationem dominicam, vt id quod profelfuri funt quantum breui tempore fieri poteff, intelligant; ne allegare poffint inuitos fuiiffe pertractos ad fidem, vel ad baptifmum ignaros, vel in voluntarios accessiffe, vel ne in eo periculo conflituantur, vt fidem quam ignoranter percepere poftcã pernegent. Quapropter D. Auguft. lib. de fid. & operib. cap. 13. catechizandos eos docet, qui ad baptifmum accedunt; hoc efft, Chriftianis moribus imbuendos.

Præterea hunc locum fibi vëdicat illa quæftio fcitu neceffaria pro in illo nouo orbe Indiarum dantibus operam conuerfioni Indorum, fcilicet, an infidelis, qui iam efft in articulo mortis conftitutus, qui fidei omnino rudis efft, & quia nihil de fide illucifque vnquam audiuit articulo mortis fidei efft ignarus, fi tunc petierit baptifmũ debeat baptizari. Hanc nobis controuerfiam excitauit Magifter frater Philippus de Meneses, qui in prologo fui catechifmi, cui Luz del anima titulum prætulit, audacter affirmat, eum, qui antea non fuit edoctus articulos, etiã fi fit in extremo mortis articulo cõftitutus, etfi cum lacrymis petierit baptifmum non fore baptizandum. Hancque ait fuiiffe cõfuetudinem ecclefie. Et ne videatur magifter hic crudelis, qui illi in extremo laboranti catechumeno petenti baptifmi remedium negat, falutis remedium concedit illum per votum baptifmi, & per contritionem poffle gratiam confequi & faluari. Sed nihilominus cõtra ipfum ftatuitur hac magis pia conclusio, fcilicet; Si aliquis infidelis fit in articulo mortis conftitutus, & iam de falute corporis desperatus, qui cum nihil audierit de articulo mortis fidei, petit tamen baptifmum ad faluationem animæ, tunc fatis efft, fi breuiter, & perfunctorie præ anguftia temporis articulo mortis fidei, & mandata Decalogi proponantur, & ecclefie. Et fic ei propofitis interrogetur, an eam fidem reuelatã à Deo, qui mentiri non poteff, credat, & an religionem Chriftianam per baptifmum velit profiteri ad salutem animæ afsequendam, & ad vitam æternam in Dei vifione confiftentem obtinendam; & an credat Chriftõ Deo & homini, & Dei filio Saluatori hominum per fuam mortem, & fanctam refurrectionem, & an abrenuntiet Satanæ, & omnibus operibus eius & dæmonum culturæ, & idololatriæ. Et an fi pœniteat omnium fuorũ veterum delictorũ, maxime peccati idololatriæ. Tunc fi ritè & rectè ad omnia ifta interrogata refponderit cõferri ei baptifmus pote-

poterit. Hæc conclusio videtur certa & esse de inente Diui Thomæ in .3. part. quæstio. 68. art. 3. Vbi docet, quod propter infirmitatem, aut aliquod periculum mortis, non est differendus baptismus, sed statim est conferendus adultis. Alias non sunt baptizandi, nisi sint prius sufficienter instructi in his, quæ sunt fidei, atque ad baptismum idonei auctore D. Leone Papa asserente, quod is, qui necessitate mortis egritudinis, obsidionis, persecutionis, naufragij vrgetur omnitemore debet baptizari. Igitur cum Diuus Thomas duos casus designet, in quibus non est prolataandus baptismus in adultis, Primus, cum iam sunt sufficienter instructi & idonei ad baptismum effecti per exercitationem. Secundus, quando imminet periculum mortis, consequitur plane de eius mente esse, quod etiã si antea non fuerint sufficienter instructi, si tunc prædicto modo in articulo mortis instruuntur possint, & debeant baptizari. Nam Deus, qui diues est in misericordia nõ exposcit ab aliquo, quod non possit præstare: ergo satis vt baptizetur est, quod fidẽ sic propositam, sibi explicite & in summa & reliqua in illo mortis articulo acceptet.

¶ Sed quæstio, quæ magis in præsentiarum vrget est, an si aliquis antea infidelis in fide Christi explicita non instructus in voto habuit baptismum, eumque petijt volens abrenunciare veteri vitæ, & amplecti fidem Christianamq; religionem, & subito morbo repentino abreptus manet priuatus linguæ vsu, atque sensibus possit, & debeat baptizari. Videtur autem, quod baptizari non debet. Tum quia nunc fides explicita Christi requiritur iuxta id, quod in symbolo Athanasij continetur, scilicet, hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Tum etiam, quia non licet transgredi formam baptizandi præstitutam à Christo, vbi præcepit: Ite docete omnes gentes baptizantes eos Matthæi 28. Vbi ea quæ sunt credenda speranda, ac chara super omnia habenda sunt, docere baptizandos Apostolis iubet. Hinc, inquit Caietan. Ecclesia præmittit catechismũ baptismi. Nõ igitur adultus est baptizandus, antequam sit de rebus fidei informatus explicite. Sed in cõtrarium est quia si prædictus habeat fidem implicitam & dolorem præteritorum peccatorum, cum voto baptismi, etiam si careat fide explicita, de qua iam non potest edoceri sufficienter, dispositus esse videtur ad gratiam recipiendam per baptismum: ergo baptizandus esse videtur.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis statuitur hæc pia & verosimilis conclusio: Si aliquis infidelibus habens tantum fidem implicitam

A Christi, qui nouerat, quod baptismus erat professio fidei vnus Dei liberatoris hominum, & præmiatoris fidelium iustorum præmio supernaturali beatifico. Et quod baptismus etiam sit religionis Christianæ obseruandæ professio, & cum ostensione penitentiæ veteris vitæ cum ante sanus petierat, si post in articulo mortis constitutus priuatus iam sensibus compos rationis non sit, baptizari potest, etiam si fide explicita Christi antea carebat: quia in ea instructus non fuerat. Hæc conclusio patet ex autoritate celeberrimorum Thomistarum. Nam Sotus in 4. sententiarum, dist. 5. quæst. vnica, art. 2. tenet valde probabiliter, quod etiam nunc post Euãgelij promulgationem si laboret quis ignorantia inuincibili fidei explicita Christi per solam fidem implicitam cum dispositione, aliis requisita citra fidem explicitam Christi, poterit non solum iustificari, sed & vitam æternam (si in hoc statu moriatur) obtinere.

¶ Insuper & Magister Bañes super. 2. 2. Diui Thomæ, quæst. 11. art. 8. contra Canum, astruit nihil erroris, aut hæresis, aut temeritatis, aut scandali cõtineri in hac assertionem, si asseramus, quod possit aliquis modo assequi vitam æternam sine fide explicita Christi per fidem implicitam excusante eum ignorantia inuincibili à fidei explicita præcepto. Quia valde probabilem cum Soto existimat hanc esse consequentiam: fides explicita non requiritur ad iustificationem laborantium ignorantia fidei explicita: ergo neque in eis requiritur ad ingressum vitæ æternæ. Quia antecedens est valde probabile: & consequentia etiam, quia gratia iustificationis est vltima dispositio, & acceptatio ad gloriam; licet tandem probabilius existimat, quod nunc in his etiam propter dignitatem Christi fidem Christi explicitam præexigi ad ingressum vitæ æternæ sit dicendum. Si ergo valde probabile est, quod talis per fidem implicitam Christi cum reliquis requisitis iustitiam obtinere potest, & gloriam: quid ergo eum baptizari prohibet. Huic conclusioni Metina in sua instructione confessorum assentit. Vbi fatetur, durum esse valde, si negetur absolutio penitenti, qui se accusauerat de ignorantia fidei explicita, & statim obmutuit, frænesi quadam arreptus. Si ergo auctore Metina huic fidem implicitam habenti, & fide explicita carenti impendenda est absolutio, quid vetat, vt iuxta nostram conclusionem in mortis articulo constituto baptismus conferatur, etiam si fide explicita careat. Et per hoc patet ad obiecta in contra: quia Christus Dominus baptizandos catechizari voluit, & eos edoceri de fide explicita, si suppeteret tempus. Si autem immineret periculum, & periculum esset in

mora,

mora, structos fuisse iam in fide implicita, fat esse voluit, vt baptizarentur, quod & persuadent rationes prædictæ.

¶ Porro aliena non est prorsus à loco hoc & quæstio illa, quæ magnum negotium difficultatis præ se fert in regionibus Indiarum, vtrum pueri Indorum infidelium inuitis parentibus possint imòui Christianæ religionis rudimentis, vt cum peruenerint ad plenũ vsu rationis, si voluerint baptizari, iam ad baptismum inueniantur præcatechizati, & idonei. Et videtur plane id licere: quia id facti non exponit eos in periculum relabendi in infidelitatem parètum, vt obijcit D. Thomas, si inuitis parentibus baptizarentur. Imo per præuium hunc catechismum, si voluerint post baptizarentur, magis confirmati & consolidati manerent in fide: nam quod noua testa capit, inueterata sapit.

¶ Respondetur nihilominus, vsui regionum Indiarum nusquam me potuisse assentire plures ob causas magis pensis me inclinantes in contrarium. Tum quia vsus ille Hispanorum rapientium pueros infidelium Indorum inuitis parentibus ad catechismum fidei videtur reprobari à Diuo Thoma. 2. 2. quæst. 10. art. 12. Primo, dum ait ibi, & probat contra iustitiam naturalem esse, si puer antequam habeat vsu rationis à cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Sed postquã adeptus fuerit vsu liberi arbitrij inducendus est ad fidem non coactione, sed persuasione, & secundo in solutione ad secundum id ipsum inueniat dicens, quod puer ante vsu rationis naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum curæ naturaliter subiacet, & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda. Item patet ex eius ratione, quia maximam habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ in omnibus semper est æmulanda. At consuetudo ecclesiæ Catholice Romanæ est neque infideles sibi ciuiler subiectos Iudæos, vel Paganos inuitos ad fidem pertrahere, neque eorum pueros contra voluntatem parentum in fidei rudimentis instruere. Tum, quia fere frustraneus hic esset labor, dum quidquid bonæ doctrinæ imbiberet filius rationis nõ compos post infidelis pater euerteret. Tum, quia præposterus ordo esset ab eo, quem seruauerunt apostoli in conuersione harum gentium prædicatio fidei exordium inchoatè à pueris vsu rationis carentibus, qui eius pro tunc non sunt capaces inuitis parentibus, neque conuersis, sed renuentibus pueros suos tradere ad catechismum. Vbi solum idioma Hispano, quibusdam in locis edocentur articulos, & mandata & orationes Ecclesiæ.

A ¶ Præterea aduertendum est, quod auctore Victoriam in relatione de Indis, vt infideles excusatione careant coram Deo, eo quod non susceperint nostram supernaturalem fidei doctrinam, fides proponenda est eis non sic perfunctorie, sed cum aliquibus persuasibilibus rationibus, & bono exemplo probitatis morum, & honestæ & inculpatae vitæ, quo prædicatores præfulgeant inter illos tanquam stellæ in caliginoso loco.

¶ Tandem memoriæ mandandum est, vltimo, quia ad materiã catechismi pertinet, quod pueri auctore Soto cum peruenerint ad decimũ quartum annum articulos fidei & mandata, fideique rudimenta scire & addicere tenentur. Hoc de pueris. Sed quid de senibus, in quibus sensus iam non vigent, sed & memoria deficit: quia articulos fidei & mandata memoriter retinere non possunt eo ordine, quo continentur in catechismo puerorũ, qualiter eorum imbecillitati sit succurrendum; tum, vt si catechumeni sint, baptizentur; tum, vt si Christiani iam sunt digne ad reliqua sacramenta possint admitti dicendum superest. Dicitur ergo, industria in hac parte esse vtendum, & crassa minerua esse cum eis agenda. Igitur per modum cuiusdam summarie narrationis, summa fidei cõtenta in symbolo eis proponenda est. Deinde per modũ interrogationũ articuli fidei eis proponendi sunt, vt excirentur ad eis respondendum. Vt, verbi gratia, interrogetur semel, atque iterum, & pluries, rerum omnium creator, an vnus sit; an plures? Et cum responderint, quod est vnus, rursus interrogentur; Iste rerum omnium creator, qui est vnus, quomodo vocatur? At cum responderint, quod nominatur Deus, rursus interrogentur, an iste Deus qui est vnus, sit vna persona, vel plures? Et sic quærat de mysterijs diuinitatis, & humanitatis in symbolo contentis, qui eos catechizat: & tandem formam catechizandi facilem inueniet, & prædictis debilibus memoria valde accommodam. Et in hoc mihitiam hoc experto fidem adhibere poterit lector, catechismus tantum impedit contrahendum matrimonium.

D ¶ In quæst. 71. artic. secundo quæritur à Diuo Thoma, vtrum exorcismus debeat præcedere baptismum. Respondetur autem, quod quoniam qui sapienter aliquod opus facere statuit, prius impedimenta remouere satagit, idẽ conuenienter ante baptismum expelluntur demones per exorcismos, ne salutem hominis impediant, quam quidem expulsionẽ significat exufflatio. Benedictio autem cum manus impositione præcludit demoni expulso viam, ne redire possit. Sal autem in os missum, & narium, & aurium spuito linito, significat receptionem doctrinæ.



trinæ fidei, quantum ad aures: & approbationē eius, quantum ad nares: & confessionē quātum ad os. Olei verò inunctio significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones, quibus omnes non baptizati subiiciuntur, ita, ut su per eos dæmones habeant potestatem, saltē propter peccati originalis reatum. Exorcismi ergo excludunt potestatem dæmonis in quantum impediunt hominem à perceptione sacramenti, ordinanturq; contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab interiori. Aqua tamen datur contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab exteriori.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò quòd virtus exorcismorū est motus, quores illæ in exorcismis applicantur ad exorcismorum effectus producēdos. Quòd est dicere, quòd Deus virtute illorum singularem fert opē exorcizato, ut digne fidem suscipiat & pro tempore eam confiteatur. Non tamen sunt sacramenta. Nam et si suos effectus ex opere operato sortiātur, sicut & sacramenta: tamē isti exorcismi gratiam non conferunt: quam tamen significant & efficiunt nouæ legis sacramenta.

¶ Secundo aduertendum est, quòd virtus horum exorcismorum non sit naturalis contra aliquos, quos allegant Palude & Ricard. quia reuera est supernaturalis. Tamen Christus Dominus contulit ecclesiæ suæ facultatem instituendi sacramentalia ad aliquos supra naturales effectus. Nam Marci. vltimo dicitur. In nomine meo dæmonia eijcient. Quia aliàs dæmon per nullam virtutem solam naturalem rerum naturalium cogi, aut expelli potest. Vnde (vt refert Sotus) incantatores serpentum, vel arte diaboli, vel aliquo veneno illos serpentes incantant: vnde venefici in Psalmo appellantur.

¶ Tertio considerandum est, quòd licet isti exorcismi sint instrumēta Dei ad suos effectus, nihilominus exorcismi baptismales ad arcendos dæmones, ne sacramenti effectum præpediant semper sunt salubres, & dese efficaces, nisi nequitia recipientis obstet, quòd ex vniuersalis ecclesiæ vsu comprobatur. Non tamen hinc sequitur quòd ad expellēdos dæmones ab obsessis corporibus semper efficaces sint, etiā si arreptitijs baptizetur: quia solū ordinantur, vt sacramēti effectus, & fructus non impediatur. Nā miracula expellēdi dæmones, quia in primitiua ecclesia ad cōfirmandam fidem concessa sunt: sed nunc vbi radicata est iam fides, non tam crebris indiget ecclesiæ miraculis.

¶ Quarto memoriæ est commendandum eā differentiam per hoc intercedere inter sacramēta, & exorcismos, quæ consideratur inter meritum de condigno, & inter meritum de congruo.

A Nam sicut meritum de condigno ex infallibili lege consequitur suum effectum, id est, augmentum gratiæ: per meritum vero de congruo, neque bona temporalia nobis, neque gratiam, quam pro alijs à Deo postulamus, infallibiliter obtinemus, à Deo (licet sepiissime istud meritum de congruo non vacuum à Deo reuerti finitur: sicut licet sacramenta (nisi malitia recipientis obstet) semper suum sortiantur effectum gratiæ: tamen exorcismi non semper arreptitijs efficaci præsidio sunt, nisi iuxta diuinū consilium, Deique prouidentiam.

¶ Præterea quinto recolendum est, quòd licet exorcismi non sint de essentia sacramenti baptismi, nihilominus peccatum mortale est eos prætermittere, nisi ob necessitatem. Quia si citra necessitatem omittantur irreuerentia notabilis irrogatur tanto baptismi sacramento. Quocirca quādo ob necessitatem fuerint prætermissi, postea cessante periculo sunt supplendi: tū vt vna norma baptizandi vbi que seruetur: tum, ne dæmon obstet, vt fructus iam perceptus baptismi perseueret, & increseat.

¶ Præterea sexto pensandum est, quòd licet ea, quæ aguntur post baptismum, non videantur obistere dæmoni, ne impediatur effectum baptismi iam præteritum, nihilominus chrismatio, quæ fit in vertice non solum significat, sed cooperatur ad conseruationem gratiæ baptismalis iam receptæ. Vestis illa linea candida, et si nihil videatur efficere, significat tamen nouitatem vitæ; sicut cereus accensus significat lumē fidei. Per supradicta ergo explicata manent quæ Diuus Thomas in secundo articulo tradit, vbi quærit, vtrum exorcismus debeat præcedere baptismum. Et quæ tradit in artic. 3. vbi inquit, vtrum ea, quæ aguntur in exorcismo aliquid efficiant. Et tandem concludit, quòd per exufflationem excluditur impedimētum extrinsecum, quòd dæmones apponere conantur ad impediendam salutem baptizandi hominis. Per saluam autem impedimentum intrinsecum excluditur, quòd homo ex infectione peccati originalis præclusos habet sensus ad percipienda salutaria mysteria.

¶ Deinde quarto quæritur, vtrum catechizare, vel exorcizare pertineat ad officium sacerdotis. Respondetur autem, quòd diacones cooperantur, vt ministri sacerdotis, vt principali agenti in ipsa collatione sacramentorum; quæ est potissima sacerdotis administratio. Ad lectorem pertinet in catechismo ministrare librum, & folia vertere, & ad exorcistam ministrare in exorcismo salem, & exorcismos memoriæ retinere secundum Isidorum.

¶ Nota ergo, quòd multiplex est instructio.

Vna

Vna conuersiua ad fidem, quæ autore D. Dionysio. 2. cap. ecclesiast. hierar. episcopo tribuitur, & competit cuilibet ex officio, vel ex commissione prædicatori, vel etiam cuilibet fidei competere potest. Secunda autem instructio est, qua quis eruditur de fidei rudimentis, & qualiter se debeat quis habere in perceptione sacramentorum. Et hæc pertinet secundario ad ministros, principaliter autem ad sacerdotes. Tertia autem instructio est de conuersione christianæ vitæ. Et hæc pertinet ad paternos. Quarta est instructio de mysterijs profundis fidei, & perfectione christianæ vitæ. Et hæc ex officio pertinet ad episcopos.

CAP. LXVII.

De sacramento confirmationis, & de chrismate materia eius; Et an necesse sit esse consecratum per episcopum. Et de confirmationis forma, & an imprimat characterem: Et an præsupponat characterem baptismi. An gratia conferat, & de dispositione ad illā. Et quibus sacramentum hoc sit exhibendum; Et an amentes sint confirmandi. An hoc sacramentum sit in præcepto.




GENDI de sacramento confirmationis ordinem D. Thomæ seruari oportet. Quocirca primò quæritur, an confirmatio sit sacramentum. Respondetur autem, quòd quia sacramenta nouæ legis ad speciales gratiæ effectus ordinantur, ideo ibi oportuit Deum speciale sacramentum statuere, vbi specialis occurrit operatio gratiæ. At in sacramento confirmationis specialis operatio gratiæ occurrit, siquidē quemadmodum, per generationem naturalem recipit homo esse naturale: per formam, deinde per motum augmentationis augmentum virtutis naturalis recipit, quo roboratur. Sic in vita spiritali per baptismū, qui est spiritalis regeneratio accipit homo esse spirituale nouum per gratiam, & in cōfirmatione recipit homo quòd dam augmentum spirituale gratiæ: & quasi quādam perfectam ætatem spiritalis vitæ. Vnde secundum Melchiam Papam in baptismo regeneramur ad vitam. Post baptismum, scilicet, in confirmatione confirmamur ad pugnam. Et ideo planum est confirmationem speciale esse sacramentum, quòd Christus instituit, non statim exhibendo, sed promittendo: dum Ioannis. 16. dixit. Si non abiero paraclētus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eū ad vos. Quia plenitudo gratiæ, quæ in hoc sacramento datur

Instruct. cons. pars. 2

A ante Christi resurrectionē, & ascensionem danda non erat, iuxta illud Ioā. 7. Nondum erat Spiritus sanctus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. At quia lex vetus nihil ad perfectum addidit, vt ait Apostolus ad Hebr. 7. ideo confirmatio, quæ per quæ sacramentum est plenitudo gratiæ, non potuit habere aliquod sacramentum in veteri lege sibi correspondens. Confirmatio autem non sic est necessaria ad salutem, vt sine ea non possit esse salus: sed est necessaria tanquam operans ad perfectionem salutis spiritalis: vnde sine ea potest esse salus diuimodo non omittatur ex contemptu sacramenti. Præterea, quia Christus erat plenus Spiritu sancto, & gratia & veritate, quæ quidem plenitudo declarata est in baptismo, vbi Spiritus sanctus corporali specie super ipsum descendit Ioann. 1. ideo non continebat auctoritati Christi Domini, qui est sacramentorum autor, vt à sacramento confirmationis plenitudinem gratiæ acciperet: Et ideo licet Christus hac ratione non fuerit hoc sacramento in se vsus; tamen qui confirmatur conformatur ei; in quantum ipse ab instanti tuæ conceptionis fuit plenus gratia.

¶ Secundo quæritur, vtrum chrismata sit conueniens materia huius sacramenti. Respondetur autem, quòd materia huius sacramenti est chrismata quòd ex oleo constat. & Balsamo. Oleum enim Spiritus sancti significat gratiam, sicut de Christo Domino dicitur: Vixit re Deo oleo lætitiæ. Balsamum verò bonum odorem; & in corruptionem perfectæ vitæ designat. Solebāt autem Apostoli hac vti materia in sacramento hoc, nisi quando diuinitus sensibilia signa ostendebantur. Vt cum Spiritus sanctus cecidit super Cornelium, & sibi associatos, vel super alios cū signo sensibili. Christus autem Dominus per potestatem excellentiæ, quam habuit in sacramenti contulit Apostolis effectum huius sacramenti, id est, plenitudinem gratiæ Spiritus sancti, sine sacramento, eo quòd ipsi erant primitiui Spiritus. Accedit ad hoc, quòd quia baptismus datur ad spirituales vitam simpliciter consequendam, ideo illi competit simplex aqua pro materia. Sed quia hoc sacramentum confirmationis datur ad plenitudinem consequendam Spiritus sancti cuius est, multiformis operatio; iuxta illud. 1. ad Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: ideo conuenienter materia huius sacramenti est composita. Ex oleo quidem oliuarum, quia proprie dicitur oleum, & in eo propter virorem frondium oliuæ significatur viror, & misericordia Spiritus sancti. Et componitur etiam ex balsamo ad significandum fragrantiam odoris, quæ redundat

L dat



dat ad alios, iuxta illud. 2. ad Corin. 10. Christi bonus odor sumus Deo. At quia sacramentum hoc non est tantæ necessitatis, sufficit quod materia eius, licet non ubique inueniatur, possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

¶ Circa prædictam doctrinam nota primum autem D. Thomam in solut. argum. 3. quod oleum aliud, scilicet, nucum, aut amygdalorum, aut aliud simile non sufficit pro materia confirmationis. Quia succi illi, aut humores non sunt proprie oleum.

¶ Sed in dubium solet verti, an balsamum sit de necessitate sacramenti, eo quod materia hæc non est ubique terrarum obuia, & non est ubique cõmunis, quia est materia rara & pretiosa. Nihilominus pro huius dubij decisione nota secundo, quod quamuis opinio sit communis, quod balsamum non solum sit de necessitate præcepti, sed etiã de necessitate & essentia huius sacramenti, tamen Caietanus in hoc articulo, cui accedit Sotus tenet, nõ esse de necessitate sacramenti. Quæ quidem opinio non est probabilitate destituta. Tum, quia contrarium non est hæcenus diffinitum ab ecclesia, tanquam catholicum. Tum, quia cum oporteat in re tanti pensis ecclesiæ decretis adhærescere, decretum certum astat pro opinione Caiet. & Soti. cap. pastoralis de sacram. non iter. Vbi Innocentius. 3. consultus, de eo, qui per errorem erat confirmatus, non chrisma, sed solum oleo erat delinitus, an esset reconfirmandus, respondet tale sacramentum non esse iterandum, sed supplendum. Neq; glossa, quæ ibi super hoc caput amplexati sunt Innocent. 4. & Palud. dist. 7. quæst. 1. & Adrianus. quæst. de confir. & Hostiens. est audienda quia textum destruit, vt clare probat Sotus in 4. dist. 7. quæst. vnica. artic. 2. Tum etiam id persuadet ratio: Quia materia sacramenti clara debet esse & aperta, quæ non possit in dubium reuocari, vt aqua baptismi. At Plinius Balsamum multis modis adulterari astruit, ita vt viri prudentes in ambiguo ponant, an quod ad nos defertur balsamum, verum sit, an sophilicatum.

Quare si esset de essentia in dubium reuocaret valorem sacramenti. Igitur decretum concilij Florentini iuxta hanc sententiam Caiet. & Soti vbi tradit & decernit materiam huius sacramenti esse chrisma ex oleo & balsamo confectum, glossandum est, scilicet, quod intelligatur balsamum esse de præcepto. Nam D. Thomas non dissentit ab illis, quia solum hic ait quod chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Neque obstat obijcere, quod si desit huic sacramento balsamum falsificaretur forma, scilicet, cõfirmo te chrismate salutis: quia certe non falsificatur. Nam chrisma nihil aliud significat,

quam vnguentum potens vngere. Vnde si diceretur in forma, confirmo te vnguento salutis, verum conficeretur sacramentum. Confirmat autem & hanc opinionem Caiet. & Soti, quod in nostris regionibus rarissimum inuenitur castum balsamum. Nam quod ex nostro occidentali orbe asportatum substituitur loco balsami orientalis, speciem non præferet veri balsami. Nam arbutula ipsa veri balsami viti similior est quam myrtho (vt tradit Plinius) quare non videtur similis illi quæ in occidentalibus partibus nascitur. Non est autem facile concedendum, quod sacramentum tot periculis subijciatur. Nam neque inconueniens est quod suppleatur defectus per appositionem balsami sine prolatione formæ ad incorruptionem vitæ & bonum odorem virtutum significandum. Operabiturq; aliquid non vt sacramentum, sed, vt sacramentale: sicut sacramentalia omissa in baptismo, post dũ suppleantur aliquid, operantur contra Magistrum Vincetium. Sic etiam Innoc. respondet de diacono ordinato sine manus impositione.

Quæritur iam tertio, vtrum de necessitate huius sacramenti sit, quod chrisma sit per episcopum consecratum. Respondetur autem, quod quia quibusdam sacramentis, scilicet, baptismo & eucharistia vsus est Christus, ideo horum materia consecratione non eget, nisi propter solennitatem. Sed quia sensibili vnctione Christus Dominus non est vsus, ne suæ inuisibili vnctioni iniuria fieret: ideo chrisma & oleum sanctum oleum quoque infirmorum prius bene dicuntur, antequam sacramenti vsui applicentur. Igitur oportet chrisma per episcopum consecrari, vt sit apta ac propria materia sacramenti. Ergo non inconuenit materiam huius sacramenti duplici sanctificatione indigere; per quarum vnã sit propria materia sacramenti, & per aliã applicatur ad effectum sacramenti.

¶ Consecratur autem materia huius sacramenti, non vt sit capax gratiæ, quasi gratiæ subiectum sit, sed solum sicut instrumentum, & ad hoc consecratur ab episcopo, qui gerit in ecclesia personam Christi.

¶ Circa prædictam doctrinam. D. Thomam notandum est primo contra obiectiones Durandi dist. 7. quæst. 2. quod & si Christus vsus fuerit aliquibus vnctionibus, Maria enim Magdalena vnxit eum Lucæ. 7. & post mortem Ioannis. 19. dicitur à Nicodemo vnctus: tamen hoc non obstat, quia vnctiones hæc neque fuere sacramentalia, neque sacramenta. Sicut neque in conuenit, quod in missa fiant benedictiones super panem, & vinum, quibus vsus est Christus. Quia cum benedictiones illæ non fiant tanquam necessariæ ad consecrandum corpus Christi &

si & sanguinem, non inde Christo irrogatur iniuria. Secus esset, si adhiberentur, quasi inde virtus accresceret sacramento.

¶ Deinde duplex dubitatio solet hic excitari. Prima, vtrum aliqua consecratio huius chrismatismatis de necessitate præcepti, aut de necessitate sacramenti sit necessaria. Secunda, vtrum simplex sacerdos possit illud consecrare. Respondetur primò ad primam ex decreto Fabiani Papæ constare requiri aliquam huius chrismatismatis consecrationem. Et patet ex vsu solenni ecclesiæ, & can. ex literis, de consecrat. dist. 3. & can. si quis de alio. dist. 4. Igitur concludimus aliquam consecrationem huius materiæ esse de essentia sacramenti. Nam secundum Paludem dist. 7. quæst. 4. articulo. 3. consecratio chrismatismatis & olei, est de iure diuino, licet, quod ista forma, vel illa consecratur à Christo Domino, suæ ecclesiæ facultas est commissa. Sicut in consecratione, quæ de iure diuino est præfixum tempus, & ad matrimonium legitimas reddere personas Christus ecclesiæ autoritatem concessit. Quo circa variare consecrationem materiæ, non est eius substantiam mutare, neque substantiam sacramenti vitare. Neque obstat quod cap. pastoralis, de sacramentis non iterandis, diffinitur sacramentum confirmationis administratum cum solo oleo sine balsamo, non esse reiterandum, sed supplendum. Quia certo credendum est, vt ait Sotus, illud sacramentum confirmationis fuisse administratum oleo catechumenorum, & infirmorum per episcopum benedictio; ob idque aliqua benedictio est de essentia.

¶ Ad secundam autem dubitationem dicendum est, non esse tutam opinionem, pro qua licet nihil diffiniendo arguit Caietanus, scilicet, quod à simplici sacerdote ex officio possit chrisma consecrari. Neque valet quidquam eius ratio, quæ fundatur in illa regula: Qui potest, maius potest & minus. Nam fallit etiam in materia consecrationum. Minus etenim est consecrare altaria, & ordines conferre minores, quam consecrare hostiam: tamen potestas sacerdotis, quæ extenditur ad hoc, quod est maius, non potest illa minora facere, iamque diximus oleum illud, quo prædicto cap. pastoralis, refertur fuisse confirmatus ille, benedictum fuisse ab episcopo, certo creditur.

¶ Præterea ex prædictis emergit aliud dubium dissoluendum, scilicet, an ex commissione, vel Papæ, possit simplex sacerdos chrisma consecrare? At licet Caiet. & Scotus in hoc casu id admittant posse fieri, eo quod, etsi minister confirmationis sit episcopus, ita, vt iuxta can. manus. de consecrat. dist. 5. nulla sit confirmatio, nisi ab ipso collata: tamen ex commissione

Instruct. consc. pars. 2.

A Papæ poterit sacerdos id, quod maius est quam consecrare chrisma efficere: nempe, sacramentum confirmationis valide administrare. At verò quia canon presbyter. 26. q. 6. videtur asserere in contra, vbi decernitur quod presbyter nunquam chrisma conficiat, vbi per illam negationem nunquam videtur sibi, neque ex commissione competere posse hanc potestatem, ideo in his, quæ ex autoritate Papæ dependent dubia non oportet immorari, aut aliquid diffinire; sed ipsi diffiniendum relinquere. Credendum est tamen, quod si Papa committeret sacerdoti simplici consecrare chrisma, haud dubium sit, quin liceret ei id facere: sicut & ex commissione Papæ licet sacramentum confirmationis administrare: aliis non liceret. Neque si episcopus chrismate à simplici sacerdote consecrato confirmaret, verum sacramentum confirmationis conficeret. Deinde vltimo notandum est, quod, vt chrisma per singulos annos renouetur, nullatenus est de necessitate sacramenti, sed potius pertinet ad bene esse, & eius decentiam. Quocirca veteri chrismate vti, non licet iuxta decretum can. si quis, de consecratione. dist. 4. Vbi decernitur, quod nullus baptizet, nisi cum nouo chrismate, nisi præoccupante morte: Nã licet hic de chrismate in baptismo applicando idius canonicum decernat: tamen eadem curritatio de chrismate in ordine ad sacramentum extremæ vnctionis & confirmationis. Strada ergo est etiam in hoc consuetudo, quæ est optima legum interpretes.

¶ Quæritur quarto, vtrum forma huius sacramenti sit conueniens. Respondetur autem, quod quia forma dat speciem rei, sic etiam forma sacramenti confirmationis importat ea, quæ ad eius speciem & rationem spectant, quia explicat tria, quæ sunt in hoc sacramento necessaria. Scilicet, sancta Trinitas, quæ est causa robur animæ conferens, & explicatur per illa verba. In nomine patris & cætera. Et secundo robur spiritus ad pugnam, quod explicatur per illa verba. Confirmo te, &c. Et tertio signum, quod pugatori datur, quod tangitur cum dicitur: Consigno te signo crucis. Igitur forma hæc confirmationis, qua dicitur consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, conueniens forma est. At licet materia & forma huius sacramenti vti non erat necessarium, quando Christus Dominus per ministerium apostolorum quibusdam visibilibus signis miraculose à Deo effectis, effectum huius sacramenti, id est plenitudinem Spiritus sancti sine sacramento conferebat. Tamen quando alias ministri hoc sacramentum administra-

L 2 bant,

bant, sicut materia, ita & forma ex mandato Christi utebantur. Vnde forma hæc à Christo Domino instituta est, quanuis in scripturis sacris digesta non sit. Testatur enim D. Dionysius vltimo, ecclesiast. hierarchiæ cap. consummariuas inuocationes, idest, verba quibus perficiuntur sacramenta, non decuisse in publicum deducere. Quod autem quidam in forma dicunt; *Consigno te chrismate sanctificationis* in idem redit, quod dicitur; *Chrismate salutis*: eo quod sanctitas est salutis causa. Neque etiam est inueniens, quod aliqua verba & plura ponantur in hac forma, quam in forma baptismi: quia baptismus solum ordinatur, vt homo sanctificetur in seipso. Sed confirmatio non solum ordinatur, vt homo sanctificetur in seipso; sed exponitur cuidam pugnae exteriori. Ideo in eius forma fit mentio non solum de sanctificatione interiori, sed & de vexillo crucis ad spiritualem pugnam.

¶ Circa prædictam doctrinam notatu opus est primo, quod quia concilium Florentinum sub Eugenio. 4. vbi vtraque pars ecclesiæ tam orientalis, quam occidentalis fuit congregata, omnes formas sacramentorum explicuit; & inter eas & istam confirmationis ideò inuocationem Trinitatis requiri, non solum de necessitate præcepti, sed & de necessitate sacramenti asserendum est. Non ergo opposita opinio est tua: quia concilium eodem tenore, quo in baptismo illam ponit, in hac quoque confirmationis forma illam expressit, quæ inuolabili vsu ecclesiæ retinetur: ideo perspicuum est esse de essentia sacramenti.

¶ Anima aduertendum est secundo, chrismationem necessario debere fieri in formam crucis: quia aliàs forma falsificaretur. Hoc autem Stephanus papa confirmat de consecrat. dist. 5. can. numquid. vbi ait, omnia chrismata sacerdotalis ministerij crucis figura perficiuntur. Tamen non nihil discriminis intercedit, eo quod in extrema vnctione (quia non exprimitur crux) crucis forma, idest, signum non est de essentia sacramenti: sicut neque in sacramentalibus baptismi, & ordinis est de essentia, licet sit de præcepto, non tamen obligante sub reatu mortalis culpæ (vt existimat Sotus) quia non, inquit, res est tanti momenti.

¶ Insuper & quinto quæritur, vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem. Respondetur autem, quod character quædam spiritualis potestas est, ad aliquas sacras actiones ordinata. Igitur sicut in baptismo datur potestas agendi ea, quæ ad propriam pertinent salutem prout secundum se ipsum vivit: sic in confirmatione confertur

**A** potestas ad agendum ea, quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. Vnde Apostoli, qui ante ex metu Iudæorum latebant, hac potestate ex missione Spiritus Sancti accepta, mox sine timore ad pugnam profilierunt, qui ante clausi sedebant. Atque ideo planum est, quod in sacramento confirmationis character distinctus imprimatur ab eo, qui in baptismo imprimitur: quia ad distinctas actiones ordinantur. Quia baptismus est regeneratio quædam spiritualis; & confirmatio est quædam augmentatio spiritualis animæ. Igitur ad distinctas actiones destinantur. Quæ admodum hoc exemplo patet, quod alia est actio hominis statim nati, & alia est eius actio cum peruenerit ad perfectam ætatem. Cæterum licet pugna spiritualis contra hostes inuisibiles omnibus competit; sed confirmatorum est pugnare contra visibiles hostes, idest, contra persecutores fidei nomen Christi publicè confitendo. Atque ideo character confirmationis est signum distinctivum non infidelium à fidelibus, sed spiritualiter prouectorum ab his, quibus dicitur; Quasi modo geniti infantes. Igitur per receptionem aliorum sacramentorum fidelis protestatur fidem: ita confirmatus accipit potestatem publicè, ad fidem Christi verbis profitendam publicè quasi ex officio. In circuncisione autem character non imprimebatur: quia sacramenta veteris legis dicebantur iustitia carnis, vt patet ad Hebræ. 9. quia, scilicet, interius nihil efficiebant. Secus est de confirmatione, quæ sacramentum est nouæ legis.

¶ Circa hanc doctrinam, notandum est primo, catholicam assertionem esse, hoc confirmationis sacramentum imprimere characterem, & non esse iterandum. Ita canone dictum est. de consecratione distinctione. 5. & canone. de homine. per Gregorium ita definitum est. Idemque habetur in concilio Toletano. 8. cap. 7. & in Concilio Florentino.

¶ Secundo dicitur, quod indubie tenendum est eum Scoto in. 4. distinctione. 7. quæstione. 5. & cum Palude eadem distinctione. quæstione. 2. contra Canonistas argumentantes à simili de baptismo, & contra Nauarrum asserentem, quod licet non ex rigore iuris, sed bene ex consuetudine recepta iteratio confirmationis inducit irregularitatem, quod certe talis iteratio eam irregularitatem non inducit. Nam argumentum à simili in pænalibus sæpe fallacissimum est, maxime cum iuxta regulam iuris pænæ sint restringendæ. Imo non est eadem ratio debaptismo,

quæ regeneratio est non iterabilis, propter plures suo loco allatas rationes. Atque ideo in odium Donatistarum rebaptizantium imposita est pænna irregularitatis iterantibus baptismum, quæ iteratio iniuriam infert passioni Christi, & eius morti, specialiter in baptismo representatæ. Atque ideo irregularitas hæc non extendenda est ad iterationem confirmationis, de qua non concurret tanta ratio imponendi pro ea irregularitatis pænna. Neque quidquam persuadet in contra allegatio Nauarri, quæ allegat consuetudinem pro sua sententia. Quia licet ista consuetudo introducta fuerit à Canonistis prouisoribus episcoporum sic iuxta suam opinionem iudicantibus in suis tribunalibus; non tamen hoc tollit probabilitatem opinionis Scoti, Paludis, Soti & aliorum celeberrimorum theologorum, qui in foro conscientiæ iterantes sacramentum confirmationis saluant ob suas optimas rationes à pænna irregularitatis.

¶ Præterea quæritur. 6. vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismi. Respondetur autem, quod sicut se habet augmentatio ad generationem: ita se habet confirmatio ad baptismum. Sicut igitur atgeri non potest, nisi qui genitus est: sic confirmari non valet, neque confirmationis characterem recipere potest qui baptizatus non est. Character ergo confirmationis characterem baptismalem necessario prærequirit. At licet diuina virtus præstare potest effectum confirmationis sine sacramento ipso: non tamen aliquis hunc effectum consequeretur sine voto ipsius sacramenti confirmationis sicut neque effectum baptismi, idest, remissionem peccatorum non baptizatus non potest consequi sine baptismi voto: Insuper cum Apostoli per aduentum Spiritus Sancti fuere confirmati credibile magis est, quod baptismo Christi fuere baptizati: Neque enim Christus Dominus renuit ministerium eos baptizandi, vt haberet seruos, per quos cæteros baptizaret. Deinde licet vt Actor. 10. legitur, quod loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus super eos, qui audiebant verbum, isti audientes prædicationem Petri acceperunt miraculose effectum confirmationis, idest, robur Spiritus Sancti: sed non acceperunt confirmationis sacramentum: quia sicut effectus confirmationis qui est robur spirituale præsupponit effectum baptismi, qui est iustificatio: ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptismi.

¶ Circa prædictam doctrinam aduertendum est primo, assertionem esse de fide, quod sacramentum confirmationis necessario præxi-

gat sacramentum baptismi. Patet de consecratione distinctione. 5. canone. omnes fideles. & canone. nouissime. Imo & fides catholica est, quod baptismus omnia sacramenta necessario præcedere debet; alias nullum aliud conficeretur sacramentum. Patet hoc cap. præter hoc distinctione. 32. & in concilio Florentino. & cap. 1. de presbyter. non baptizat.

¶ Quod si quis sciscitetur, an cætera sacramenta sine confirmatione suscipi possint respondeatur, quod circa hoc perpendendum est vbi comoditas prius suscipiendi sacramentum confirmationis adest, non carere aliqua culpa, aliquod aliud sacramentum sine præuia confirmatione recipere, licet ista culpa non sit censenda esse mortalis, nisi ex contemptu id fiat.

¶ Quæritur septimo, vtrum per sacramentum confirmationis gratia gratum faciens conferatur. Respondetur autem, quod sicut in die Pentecostes datus est Apostolis Spiritus Sanctus ad robur & baptizatus in primitiua ecclesia per impositionem manuum Apostolorum, vt Act. Apost. cap. 8. narratur: sic in confirmatione confertur Spiritus Sanctus ad robur. Robur autem istud Spiritus sancti non est sine gratia gratum faciente, quia hic datur Spiritus Sanctus, & datio & missio Spiritus Sancti non est sine gratia: igitur manifestum est in hoc sacramento conferri gratiam gratum facientem. Confertur autem gratia hæc in hoc sacramento non solum ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum & firmitatem iustitiæ. Item quia hoc sacramentum datur ad confirmandum quod prius in baptismo iam inuenitur: idcirco non debet dari his, qui gratiam non habent. Et ideo in Aurelianensi Concilio statutum est ieiunium, & monitis prius confiteri, esse daandum. Atque sic per hoc sacramentum perficitur pænitentia effectus, sicut & baptismi, dum per illud pænitentiam plenior remissionem peccati, scilicet, in quantum plus de pænna peccati remittitur, consequitur. Siquis autem adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si effectus non perfectè contritus accedit per gratiam collatam in hoc sacramento, consequetur remissionem omnium peccatorum. Considerandum est autem, quod quantum ad id, quod commune est gratiæ, gratia data in baptismo & quæ post datur in confirmatione non distincta est specie gratiæ; sed quæ prius inerat augetur per confirmationem. Si autem gratia consideretur secundum quod effectiua est spiritualis illius effectus, ad quem specialiter ordinatur sacramentum, sic non est



eiusdem speciei gratia confirmationis ut sic considerata cum ea, quæ confertur in baptismo.

¶ Circa prædictam doctrinam primò notare operæ pretium est, de fide esse per sacramentum hoc conferri gratiam gratum facientem. Siquidem sacramentum hoc ad conferendum plenitudinem Spiritus Sancti fuit institutum. Unde magnam præfert veri similitudinem, quod sacramentum hoc vberiore, atque cumulatior conferat gradum gratiæ, quam baptismus, & quam reliqua sacramenta excepto sacramento Eucharistiæ, quippe quod continet realiter Christum: atque excepto forsitan ordine sacerdotali, ubi ordinatus dux fidei constituitur, cum confirmatus per confirmationem solum constituatur miles. Faciunt pro hoc canon. nouissime, & canon Spiritus Sanctus, de consecratione distinctione. 5. Atque si concedamus gratias & virtutes in baptismo in fufas sufficere ad confirmandum hominem ad obeundam mortem pro confessione fidei, non subinde sequitur sacramentum confirmationis esse supernacaneum; quia Deus quantum est in se specialiter per hoc sacramentum christianis fert opem ad id muneris, ut ex officio sint fidei publici milites.

¶ Secundo adnotandum est, quòd quia hic quæri potest, utrum ad susceptionem huius sacramenti requiratur contritio, respondendum esse videtur, quòd attritio existimata contritio sufficit. Hæc enim ad omnia sufficit sacramenta excepto sacramento eucharistiæ, ad quòd suscipiendum in mortali constitutus iuxta Conciliū Tridentinū etiam si se esse contritum existimet, adhuc per confessionem sacramentalem se beatam probare debet, ut de pane illo edat & calice bibat. Igitur ad reliqua sacramenta si solatis est attritio existimata contritio, ut illa suscepturus, licet de peccatis non doleat propter Deum, bona tamen fide arbitretur, se dolere propter Deum. Attritio tamen cognita, id est, dum sciret se non dolere propter Deum, sed propter pœnas non sufficeret. Nam tunc per hoc Sacramentum non fieret de attrito contritus, propterea quòd natura huius sacramenti est corroborare gratiam in baptismo perceptam.

¶ Quæritur octavo, utrum sacramentum confirmationis sit omnibus exhibendum. Respondetur autem, quòd quia Dei, perfecta sunt opera. Deus quantum in se est, nihil in opere suo imperfectum relinquit, sicut etiam de intentione naturæ est peruenire ad perfectum ætatis terminum. Quoniam ergo confirmatio ordinatur ad constituendum hominem in statum

ætatibus spiritualis perfectæ: sicut anima, quia immortalis est tempore senectutis potest spiritualiter regenerari, & renasci per baptismum: ita & in quolibet tempore etiam iuuentutis siue pueritiæ, potest consequi per confirmationem perfectionem ætatis perfectæ spiritualis. At quia corporales ætates animæ ætati spirituali non præiudicant: ideo omnibus tam senibus, quam adolescentibus hoc sacramentum conferri potest. Neque excellentia quam hoc sacramentum confert obstat, ut omnibus non detur, quia in hoc sacramento non datur excellentia homini confirmato in ordine ad alios; sicut in sacramento ordinis datur excellentia ordinato in ordine ad alios: sed datur confirmato excellentia quædam in ordine ad se ipsum: sicut idem vir perfectus existens habet excellentiam ad se puerum. Item quia ætas corporalis non præiudicat animæ, ideo hoc sacramentum dandum est in puerili etiam ætate constitutis. Nam multi in puerili ætate propter robur Spiritus sancti perceptum usque ad sanguinem fortiter certauerunt pro Christo: sicut etiam multæ foeminae animo virili spirituales militiam gesserunt, & in martyrio fortiores aliquibus viris se exhibuerunt: atque ideo & feminis hoc sacramentum est conferendum. Imò & morituris non confirmatis conferendum est hoc sacramentum, ut in resurrectione perfecti appareant, iuxta illud ad Ephel. 4. Ut occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quando igitur Melchisedes papa insinuat non esse necessarium hoc sacramentum morituris, intelligitur non esse necessarium propter periculum pugne præsentis. Verum si confirmantur, & statim moriantur maiorem gloriam consequentur, sicut hic maiorem gratiam obtinuerunt: sicut euenit in pueris confirmatis, & statim ex hac vita decedentibus.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, quòd ista conclusio, scilicet, quòd sacramentum confirmationis sit omnibus exhibendum est asserta ab Urbano papa, & habetur in canone omnes, de consecratione distinctione. 5. Vbi ait, omnes fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum recipere debent, ut pleni Christiani inueniantur.

¶ Secundo, quoniam in dubium reuocari solet, utrum pueri ante usum rationis sint confirmandi, aduertendum est: inter glossam capituli, de consecratione distinctione. 5. & inter Marfilium in. 4. sent. quæst. 5. arti. 4. & Syluestrum verbo confirmatio. §. 4. non satis conuenire. Nam glossa prædicta, cui tandem accedit Marfil-

Marfilium in. 4. tenet, pueros ante duodecimum annum non esse confirmandos, quando ad minores ordines promoueri possunt. At Syluester & Gabriel in. 4. dist. 7. ar. 3. aiunt ante usum rationis posse confirmari. Nihilominus tamen standum est vsui, ut si in aliquibus nationibus vsu receptum est confirmare infantes illic, ille vsus seruetur: quia prohibitio vniuersalis ecclesiæ nullibi inuenitur. At expedientius esset ante usum rationis pueros non confirmare secundum Paludem distinctione. 7. quæstione. 4. quia ante usum rationis inepti sunt ad pugnam. Item ut recordentur sacramenti semel suscepti, ne exponantur periculo iterum illud recipiendi. Item, quia propter memoriæ conseruationem incutitur pueris alapa. Sed certe etiam alapa in faciem cadentur, ut admonentur pro confessione fidei alapas & flagella, si necesse fuerit, fore ab illis sustinenda. Igitur, quantum (ut ait Sotus) cum Palude & Ricardo articulo. 4. quæstione. 2. non expedit vsque ad usum rationis confirmare; tamen satis est iuxta illorum sententiam, si pueri septennium attigerint. Sed nunc vidi in Hispania indiscriminatim hoc sacramentum tam pueris, quam infantibus, quam adultis conferri. Nescio, an rarus accessus episcoporum ad confirmandum in aliquibus locis Hispaniæ in causa fuerit, ut quotquot inueniuntur non confirmati etiam infantes in eius aduentu ad ipsum adducantur infirmam, ut si ante usum rationis discedant, quia maiorem inde recipiunt gratiam maiorem obtineant gloriam ut innuit. D. Thomas in solutione ad quartum. Quo circa vsus hic ubi inoleuit infantes confirmandi non est culpandus.

¶ Perpendendum est tertio, quòd dubium illud dissoluamus, scilicet, utrum surdi & muti, & amentes sint confirmandi, quòd de mutis & surdis loquendo, palam est dupli de causa fore confirmandos. Tum, ut per hoc sacramentum gratia in illis augeatur, tum etiam (quia habiles sunt ad cognoscendam fidei excellentiam) pro eius tutela possint oppetere mortem. Idemque dicendum est de amentibus lucida interualla habentibus: quia etiam in amentia confirmari possunt, nisi antea contraxerint, quia expectatur etiam ut possint pro fide pugnare, sed quid si nati sunt perpetuò amentes? Respondetur, quòd licet Marfilium neget eos fore confirmandos, eo quòd isti gratia, quæ datur in hoc sacramento ad defendendam fidem ad hunc finem uti non possunt, nihilominus tamen dicimus cum Soto, quòd si confirmantur, legitimum erit sacramentum. Verum in hoc standum esse censeo Instruct. consc. pars. 2.

¶ vsui ecclesiæ, quo cessante, saluo meliori aliorum iudicio, videtur non fore confirmandos propter rationem prædictam Marfilij. Nam deest in his finis sacramenti: quia habitus cognoscendi fidem, & pro ea pugnandi cessat. Neque est eadem ratio de infantibus, & de istis, licet eos videatur æquiparare Sotus. Quia de infantibus subest spes in futurum, quòd habiles erunt ad tutandam fidem: atque ideo non est inconueniens, si in infantia hoc robore Spiritus sancti in confirmatione sibi collato sint pro tempore futuro præmuniti. At de amentibus perpetuo nulla suppetit spes, quòd hoc munimine ad pugnam hanc opus sint habituri.

¶ Item quarto: quia in quæstionem vertisoret, utrum confirmatio sit in præcepto. Huius quæstioni nos breuiter satis facere oportet. Igitur licet Ricardus distinctione. 7. articulo. 5. quæstione. 1. & Palud. quæstione. 4. & Durand. quæstione. 1. & Syluester verbo confirmatio. §. 3. affirmatiuum teneant partem, scilicet, quòd sit præceptum de confirmatione, non tam diuinum, quam ecclesiasticum nihilominus tamen probabiliter cum D. Thomas sic get to. affirmante, tenendum est, ubi hic glossans Hugonem ait, quòd homo moriens sine confirmatione nõ ob id damnabitur, nisi forte propter contemptum. Contentit Adrianus quæstione de confirmatione articulo. 1. Patet ex eo sensu omnium. Tum, quia nõ est necessaria confirmatio de necessitate salutis, neque est per se finis aliorum sacramentorum, sicut finis omnium est eucharistia, ergo non est de præcepto diuino. Nam præcepta sacramentorum Deus nobis non iniunxit, nisi propter aliquam ex his duabus rationibus. Tum, quia cum præcepta baptismi, & penitentia, & eucharistiæ expressa sint in Evangelio de confirmatione nullum continetur expresse præceptum. Tum etiam, quia Melchisedes Papa determinat, sacramentum confirmationis non esse necessarium morituris statim: ergo non est de iure diuino sub præcepto. Quasi sub hoc præcepto esset, certè statim morituris necessarium esset. Sed, quòd neque cadat sub præcepto tantum ecclesiasticum (ut prædicti arbitrantur) patet: quia ecclesia circa sacramenta nihil assuevit immutare, aut innovare, sed solum id, quòd iuris diuini est determinare solet quoad tempus, sicut determinat ius diuinum de eucharistia, & confessione quo ad tempus: si ergo non est tale præceptum diuinum de confirmatione, non est verisimile ab ecclesia fuisse adiectum. Tum denique, quia si ecclesia id præceptum confirmationis fidelibus indixisset, cum sit affirmatiuum, utique

tempus eius impletionis constitisset: sicut cum indixit præceptam ieiuniorum tempus ad id præsignavit. At contrarij præsignare contendunt tempus, quo confirmatio est suscipienda. Sed vanum laborem assumunt, nisi prius firma ratione, aut lege ostenderint cadere ipsam sub præcepto. Quia alias nullus textus, aut canon apparet, qui eam negligentes non illam tamen contemntes in reatum peccati mortalis inducat. Nam canon ille, omnes fideles, de consecratione distinctione. 5. formam præcepti non habet. Non enim præcipit imperando, omnes fideles confirmentur, sicut capite omnis vtriusque sexus imperatiue indicitur, ut omnes confiteantur. Sed solum dicit omnes debent confirmari, tanquam valde proficuum & commodum. Cuius nonnullum etiam argumentum est, quod confirmationem præceptiue non indicit, quia ibi nulla adijcitur pænna, sicut in capite omnis vtriusque sexus, apponitur. & Canone. ieiunii. solum insinuat, quod non confirmatus non erit Christianus perfectus. Ita glossandus est canon. de his. de consecratione, distinctione. 5. Vbi dicitur, quod baptisma sine confirmatione non rite perficitur. Sed ista perfectio, quia non est de essentia eius omisio, non inducit mortale delictum.

¶ Quinto tandem ex prædictis concluditur, quod negligentia circa sumendum sacramentum confirmationis, licet non sit mortalis culpa, tamen si ex contemptu illius confirmatio omittatur peccatum erit mortale. Contemptum huius sacramenti in eius omisione intervenire, dicimus, quando perinde abijcitur, ac si nihil esset. Id enim sonat nihili pendere, licet credat esse alicuius utilitatis, qui confirmationem omittit. Nam si crederet nullius esse utilitatis, plusquam contemptus esset huiusmodi delictum. Nam esset hæresis. Si autem eam confirmationem omitteret, quia eius odio teneretur, iam & id delicti grauitate contemptum excederet. Nam odium hoc charitati Dei directius opponeretur: & istud odium peius esset, quam negligentia. Qui igitur, hoc sacramentum sine diligentia labore & pretio potest suscipere, tamen, quia illud nihili aestimat, & parui facit, illud

omittit, contemptum incurrit mortalem, de quo loquitur Diuus Thomas.

†

CAPVT. LXVIII.

An hoc sacramentum conferendum sit in fronte: & an confirmandus debeat teneri ab alio: An solus episcopus sit confirmationis minister. Et an administrationem huius sacramenti possit Papa committere simplici sacerdoti.



**V**ERITVR nono, Vtrum hoc sacramentum confirmationis conferendum sit in fronte. Respondetur autem, quod quia frons pudoris, seu verecundiae est locus: eo quod propinquus est locus ad imaginationem: & quia spiritus a corde directe ad frontem ascendant, unde verecundati erubescunt, timentes autem pallefcunt, ut dicitur. 4. Ethic. & quia etiam frons locus maxime manifestus & patens omnibus est semper, manens intellectus: ideo confirmandi signantur signo crucis in fronte, veluti vexillo sui Regis, quatenus in manifesto, se demonstrent esse Christianos: & nomen regis sui publice & absque timore confiteantur etiam inter fidei hostes, atque omni verecundia, atque pauore depositis Christum Dominum aperte denuncient, pro eoque pugnent, & a tyrannis victoriae trophaeum reportent. Id circò licet baptismus conferatur homini, dum mergitur in toto corpore sed confirmatio datur in fronte. Item, quia licet principium fortitudinis est in corde, quia tamen signum eius apparet in fronte iuxta illud Ezechiel. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorē frontibus eorum; ideo ad confirmandum cor fidele in seipso datur ei sacramentum eucharistiae, iuxta illud psalmi. Panis cor hominis confirmet. Sed quia ad sacramentum confirmationis requiritur signum fortitudinis ad alios, ideo exhibetur in fronte. Sed quia hoc sacramentum datur ad libere confitendum fidem, & non ad simpliciter eam confitendum, quia hoc etiam sit in baptismo: ideo non debet dari in ore, sed in fronte, vbi apparent signa passionum, quae impedimento solent esse ad liberam confessionem.

¶ Circa dictam doctrinam primò restat indagandum, vtrum sicut dictum est signum crucis esse de essentia sacramenti, quia exprimitur in eius forma: sic etiam de essentia sit, quod chrismatio confirmationis fiat in fronte. Respondetur autem, proculdubio de essentia sacramenti esse, ut in fronte fiat. Nam alias, si in pede, vel in manu fiat, non conficeretur sacramentum, ut patet in canone nouissi-

noissime, de consecratione distinctione. 5. & in canone, presbyteris de consecratione distinctione. 4. Sicut etiam designata sunt membra in quibus tanquam de essentia extrema vniuersio fieri debet.

¶ Quariturio. à D. Thoma, vtrum ille, qui confirmatur, debeat teneri ab alio. Respondetur autem, quod sicut illi, qui destinantur ad pugnam cautela maxima, ac instructiorae opus habent: ita confirmandus, quia exponitur ad pugnam spiritualem per robur, quod ex sacramento confirmationis accipit, indiget instructore, à quo in pugna spiritali erudiatur. Sicut etiam, quidē nouo natorum indiget instructore in his, quae pertinent ad conseruationem vitae, atque ideo confirmandus tenetur ab aliquo, quasi erudiendus in his, quae modum concernunt. In certa militis: itaque quemadmodum in bello corporali ponuntur centuriones, & duces, qui dirigant alios. Ita patrinus assignatur confirmando, à quo postea dirigatur. Item, quia tanquam tener ac debilis accedit ad confirmationem, indiget patrinio quasi eius sustentatore qui tamen debet esse iam confirmatus, vt cum episcopo, tanquam principi christianae militiae possit representare. Nam huic militiae confirmatus ascribitur per hoc sacramentum. At quia, vt dicitur ad Colossen. 3. in Christo non est masculus, neque femina, parum refert, vtrum masculus, vel femina teneat alium in confirmatione; etiam si sic tenendus sit adultus. Nam licet sit adultus corpore, non tamen est adultus spiritualiter. Item indiget presentari episcopo per alium iam confirmatum. Quia licet sit per baptismum effectus membrum Christi: sed tamen non esse ascriptus militiae christianae: ideo per alium exhibetur iam militiae christianae ascriptum, id est, per alium confirmatum.

¶ Aduertendum est autem circa supra dicta, quod sicut susceptor ad baptismum non est de eius essentia: ita etiam susceptor in sacramento confirmationis de essentia confirmationis non est. Contrahitur autem paternitatis cognatio spiritalis inter confirmatum & susceptorem eius, non solum impediens, sed etiam dirimens matrimonium. Item compaternitas etiam matrimonium dirimens contrahitur inter eundem susceptorem, & patres confirmati. Ex quo corollarie inferitur, quod si pater filium teneat in confirmatione, non potest ab vxore debitum exigere. At cessauit iam per concilium Tridentinum confraternitatis cognatio in hoc sacramento, & in baptismo. Ita in concilio Tridentino Instruct. consc. pars. 2.

¶ Deinde vndecimo quaritur, vtrum solus Episcopus hoc sacramentum conferre possit. Respondetur autem, quod in omni negotio vltima consummatio, seu perfectio: suprema ars reservatur, & à suprema virtute inducitur. Sicut patet in architectura, quae vbi præparatio materiae, pertinet ad inferiores artifices & superiores autem dant formam. Et sicut patet in epistola scripta à notario, quae à domino signatur. Cum ergo confirmatio sit quaedam perfectio baptismi: Spiritus sancti plenitudinem præstans, sicut per baptismum fiunt homines domus spiritualis Dei, & conscribuntur quasi quaedam spiritalis epistola: ita per sacramentum confirmationis, quasi si domus edificata, deducantur in templum Dei, & quasi epistola scripta signantur signo crucis. Atque ideo collatio huius sacramenti episcopis reservatur, qui gerunt Apostolorum vices, ad quorum numerum impositionem dabitur plenitudo Spiritus sancti, vt refertur Actuum Apostolorum capite octauo. Vnde Urbanus dicit: Omnes fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur. Ceterum Papa ex plenitudine potestatis, quam habet, sicut quibusdam presbyteris concedit conferre minores ordines: ita est simplici sacerdoti, vt hoc sacramentum conferat potestatem, concedere potest: sicut concessit Gregorius ad tollendum scandalum. Digniore autem ministro exigit hoc sacramentum, quam baptismum. Quia est baptismus (quia est regeneratio quaedam, & mutatio de non esse spiritali ad esse spirituale) quantum ad remotionem mali efficacius sacramentum sit, quam confirmatio: tamen sacramentum confirmationis efficacius est ad perficiendum in bono, quia est quoddam spirituale augmentum de esse imperfecto ad esse perfectum: ideo competit digniori ministro, id est, episcopo. Item quia in vntione, quam facit sacerdos baptizando significatur Spiritus sancti descensio ad habitandum in baptizato; & in vntione confirmationis, quae fit ab episcopo in fronte, significatur

tur Spiritus sancti descensio ad habitandum in baptizato: & inunctione confirmationis, quæ fit ab Episcopo in fronte, significatur Spiritus sancti septiformis gratia: & cum omni plenitudine virtutis venire declaratur, ideo non propter digniorem partem, sed propter potiore effectum hæc confirmationis unctio episcopis referuatur.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, tres opiniones versari. Prima Arriani libri 2. de quæstionibus Armenorum, asserentis sacerdotes, quinimo & diaconos iure diuino esse ordinarios huius sacramenti ministros. Secunda est Bonaventuræ & Scoti quæstione prima, distinctione septima, & Durand. quæstione tertia, & quarta, & Adriani quæstione, de confirmatione, articulo tertio, asserentium ministerium confirmationis, ita esse proprium Episcopi munus, vt neque ex dispensatione Papæ simplices sacerdotes possint tale ministerium valide peragere. At vero tertia opinio, quæ est Diui Thomæ in præsentia terti, & in quarto, distinctione septima, quæstione tertia, & Ricard. eadem distinctione, articulo secundo, quæstione prima, & Palud. quæstione 4. qui omnia argumenta in contra producit, & dissoluit, & Alexandri 4. part. quæst. 28. membr. 1. artic. 2. & Marfilij in 4. quæst. 5. artic. 3. sic habet, scilicet, quod solis episcopis, id est officio incumbit: ita vt si simplex sacerdos absque commissione Papæ confirmare attemptet, nihil efficiat. Ex qua sententia quasi corollarie sequitur, quod quantum ad necessitatem sacramenti non sit minister solus episcopus, sed sub distinctione ipse, vel sacerdos ex commissione Papæ. Itaque, vt Palud. bene ait, Christus Dominus aliquid in hac parte tanquam necessarium determinauit, & aliquid iudicio ecclesie reliquit. Statuit, inquam, tanquam necessarium solos sacerdotes, siue ex officio, siue ex commissione posse confirmare. Quod autem episcopi essent sacerdotes, illud administraturi, arbitrio ecclesie commisit, vt posset sacerdotes episcopos solum ministros necessarios huius sacramenti instituere. Ex quo secundo corollarie sequitur, hoc adnotatione dignum, per quod omnia fere argumenta in contra diluantur, scilicet, quod hic sacerdotes non sic sunt diuinitus instituti ministri, licet aqua in materiam baptismi, & vinum in materiam Eucharistie sunt diuinitus instituta: sed dependenter ab ecclesia, vt scilicet, ecclesia posset conditionem illam adhibere, vt necessario eius ministri essent episcopi, nisi ex dispensatione aliquem simplicem sacerdotem ad id ministerij præficeret: ita tamen vt ecclesia, non nisi sacerdotibus id ministerij vale-

ret committere, quod totum constat ex ecclesie traditione, & ritu. Igitur neque in hac media sententia D. Thomæ probanda, neque in alijs extremis opinionibus refellendus est multum hic immorandum, postquam iam Synodus Florentina hanc controuersiam videtur abstulisse de medio, dum approbavit, auctoritate Apostolicæ sedis posse ministerium huius sacramenti simplici sacerdoti committi. Vnde sententia Diui Thomæ non iam opinio solum, sed certe ecclesie sanctio est, quæ opinionem excludit. Vnde non obstat prima obiectio contrariorum. Quia vt prædictum est in secundo corollario, sacerdotes non sunt sic instituti ministri huius sacramenti diuinitus, sicut aqua in materiam baptismi, sed dependenter ab ecclesia, vt illic explicuimus. Per quam solutionem etiam retunditur & secunda contrariorum obiectio. Quia respondetur etiam, quod neque episcopi sunt necessarii de iure diuino ad ministerium confirmationis, sicut materia & forma sacramentorum sunt necessaria: sed de iure ecclesiastico: super quo ideo Papa dispensare potest. Non ergo ita iure diuino est episcopus necessarius ad hoc sacramentum, sicut sacerdos iure diuino est necessarius minister consecrationis Eucharistie, aut absolutionis sacramentalis. Atque ideo papa hæc munia non sacerdoti committere non potest: potest tamen sacerdoti committere, vt confirmet. Neque enim episcopus, ita est necessarius minister confirmationis, vt necessarium est iure diuino, quod suscipiens alia sacramenta sit baptizatus, aut quod qui suscipit ordines sit vir, & qui ungitur sit infirmus, vt nomen extreme unctiois præ se fert. Quocirca, etsi in his tribus sua dispensatione uti non possit, bene tamen in hoc, quod confirmatio à simplici sacerdote conferatur. Et sic ad alias obiectiones patet responsio. Sic & ad illam etiam respondetur vbi obijcitur, quod tam proprium est episcopi confirmandi munus, sicut conferendi maiores ordines: ac per consequens, quod sicut papa nequit simplici sacerdoti committere administrationem maiorum ordinum, vt subdiaconatus, aut diaconatus ordinem conferat: neque etiam vt confirmet. Quia certe negatur, quod adeo proprium munus episcopi sit, vnum, sicut & aliud. Nam collatio maiorum ordinum iure diuino cõpetit episcopo. Quocirca hoc simplici sacerdoti à Papa committi nõ potest, cõtra glossam cap. peruenit. 95. dist. Cuius ratio est: quia diaconatus, & subdiaconatus necessariam habent potestatem supra corpus Christi verum, immediate illic ministrando sacerdoti, circa materiam etiam consecrandam per solum sacerdotem: potest tamen Papa collationem minorum

ordinum

ordinum sacerdoti simplici committere. Quia isti ministri minores non habent eam potestatem necessariam supra corpus Christi verum, aut consecrandi, aut sacerdoti materiam ministrandi: diaconus autem, quia potestate caret consecrandi corpus Christi, fit, vt neque ex commissione confirmare possit: tantum abest, vt id possit committi mero laico. Neque tamẽ ex prædictis sequitur, quod episcopus id ministerij committere possit sacerdoti simplici, quia committere hoc pertinet ad plenissimam potestatem iurisdictionis vniuersalis ecclesie, quæ in solo Papa residet: sicut generale Concilium auctoritate eius congregatum eandem vniuersalem ecclesiam repræsentat (ex prædictis tandem sequitur corollarie, quod Papa electus, antequam sit in sacerdotem ordinatus, licet nequeat confirmare, potest tamen simplici sacerdoti munus confirmandi committere. Nota.

¶ Quæritur duodecimo, vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens. Respondetur autem, quod quia Dominus Matthæi. 18. promisit. Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum: ideo certissime tenendum est, quod ordinationes ecclesie diriguntur secundum sapientiam Christi. Quocirca certum esse debet, ritus, quos ecclesia obseruat in hoc, & in alijs sacramentis, conuenientes esse.

¶ Circa quam doctrinam operæpretium est notasse, quod ieiunium indictum confirmandis, & confirmanti, vt habetur can. ieiunii. & can. vt episcopi. de consecrat. distinctione. 5. recessit ab vtu, propter multitudinem confirmandorum, qui iam, vt possint omnes confirmari ante prandium, & post prandium soliti sunt confirmari. Susceptor licet non sit de essentia, pertinet tamen ad ritum de præcepto. At etsi offerre ibi cereum ad religionem pertinet: sed tamen eius omisio culpa caret. Sicut neque non dare alapam peccatum est: nam alapa ibi non tam incutitur confirmato, vt eius facti memor fiat, quam vt admoneatur hinc ad contumelias, & plagas pro Christo perferendas coarmari.

¶ De sacramento Eucharistie.

## CAPVT. LXIX.

*Vtrum Eucharistia sit sacramentum: Et an sit vnum, vel plura: Et an sit de necessitate salutis, Et de nominibus illi conuenientibus, & de institutione eius.*



¶ QVONIAM, vt titulus huius libri, qui Instructorium conscientie nuncupatur, præostendit, cordi mihi fuit cum ad eum scribendum manum applicui, eas materias morales practicas in eo explanandi curam suscipere, quæ conscientiam informare possent, quippe quæ ad practicum intellectus partem videtur pertinere. Et nunc, quia ad materiam de sacramento Eucharistie illucidandam accessimus, quæ pro maiori, vel bona parte res dignas fide, & speculatiua consideratione continet, attinentes potius ad eam intellectus partem, quæ speculatiua dicitur, ideo ex consulto, vt instituto nostro conformemur, licet latus campus se offerret, hanc materiam prolata, malui hic stylium disputandi coarctare, quam ab instituto discedendo, veluti sententiarios codices prolixos in lucem edere. Hac igitur de causa summatim, & strictius procedendo doctrinam D. Thomæ in compendium redactam nonnullis notulis notatu dignis proponemus, & fortasse stylus hic breuiloquus alijs quibus magis ardebit.

¶ Quæritur ergo primo, vtrum Eucharistia sit sacramentum. Respondetur autem, quod sacramenta ordinantur ad subueniendum homini in vita spiritali, quæ conformatur vitæ corporali: quia corporalis vita illius similitudinem gerit. Sicut igitur in vita corporali requiritur eius præua generatio, deinde augmentatio, atque etiam alimentum: Sic in vita spiritali requiritur baptismus, qui est regeneratio, & confirmatio, quæ est augmentum, & Eucharistia, quæ est cibus animæ. Sicut ergo baptismus & confirmatio sunt sacramenta: sic etiam & Eucharistia sacramentum est; quoniam continet aliquid, quod est simpliciter sacrum, id est, Christum. Alia sacramenta continent aliqua sacra in ordine ad aliud. Idcirco sacramentum Eucharistie perficitur in ipsa consecratione materie: alia autem in applicatione ad alios. Ex quo fit, vt in Eucharistia, id, quod est sacramentum, & res, quod est Christi corpus sit in ipsa materia, id est, in speciebus sacramentalibus, id autem, quod est res tantum, vt pote gratia, sit in recipiente: sed in baptismo vtrumque est in recipiente, videlicet, tam character, quam gratia.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, contra Gabrielem, neque consecrationem, neque sumptionem in Eucharistia esse sacramentum. Cui accessit Marfilij, & Caietan. quæstione. 63. artic. 1. Quibus videtur suffragari Diuus Thomas in 4. distinct. 8. quæ-

8. quæ-



8: quæstione. 1. articulo. 1. quæstione. 1. in hoc; quod Marsilius & Caietan. sentiunt consecrationem materiam esse sacramentum: quia hæc forma: Hoc est corpus meum, est forma sacramenti; & tamen non est forma specierum, aut corporis Christi; sed consecrationis. Hæc igitur videtur esse sacramentum. Nihilominus tamen dicendum est, consecrationem sacramentum non esse: quia est quædam actio, & via ad perficiendum sacramentum. Neque verò sumptio est sacramentum: quia non est propriè causa gratiæ; sed applicatio corporis Christi, quod est virtus conferendi gratiam.

¶ Secundo considerandum est, quod in Eucharistia id, quod est sacramentum tantum, est species panis & pariter species vini, contra Capreolum in. 4. distinctione. 8. quæstione. 1. articulo. 3. dicentem, sacramentum de omnibus ibi contentis, & continentibus posse promiscuè prædicari. Ita Magister Sententiarum, & Dicitur Thomas, quia sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma: quæ diffinitio competit speciebus visibilibus. Cæterum corpus & sanguis sunt res & sacramentum, & virtus sacramenti. Sic Magister Sententiarum distinctio. 8. cap. ultimo, & Sanctus Thomas, hic in solutione. 2. & 3. & infra articulo. 6. clarius. Quod autem species continentes corpus & sanguinem sint sacramentum patet, quia continent virtutem sanctificandi. Sicut eadem ratione ablutio baptismi sacramentum dicitur: quia virtutem sanctificandi continet. Igitur sicut sacramentum baptismi supponit pro materiali ablutione determinata per formam, prout est in fieri: sic sacramentum Eucharistiæ supponit pro materialibus speciebus consecratis per formam, quatenus permanenter continent corpus. Hæc igitur ratio verè est forma sacramenti, non tamen est pars sacramenti, pro qua supponere possit, sed efficit transubstantiationem determinando consecrationem materiam, ut transubstantietur in corpus: ideo dicitur vera forma sacramenti, licet non informet usum materiam ad conferendam gratiam, ut forma baptismi informat ablutionem ad hoc in baptismo. Atque ideo cum applicatur Eucharistia ad sanctificandum, non requiritur tunc eius forma ibi permaneat actu.

¶ Jam secundo queritur, utrum hoc sacramentum sit unum vel plura. Respondetur autem, quod unum dicitur, ut habetur. 5. Metaphysicæ, vel quia est indivisibile, vel continuum, vel quia est perfectum & integrum: sicut homo & domus, quæ ex multis partibus integralibus integrantur & perficiuntur, quæ ad eorum perfectionem, & integritatem

concurrunt. Cum autem Eucharistia ordinetur ad spiritualem refectionem, ad quam duo exiguntur, videlicet spiritualis cibus, & spiritualis potus, iuxta illud Ioann. 6. Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus: fit sane, ut hoc sacramentum materialiter sit multa: sed tamen formaliter & perfective sit unum. Atque ideo in collecta Missæ dicitur pluraliter: Purificent nos, quæsumus Domine, sacramenta, quæ sumpsimus, ad insinuandam materialem diversitatem specierum. Et cum subditur: Et præsta, ut hoc tui corporis & sanguinis sacramentum, singulariter nominatur sacramentum, ad significandam unitatem formalem illius.

¶ Circa prædictam doctrinam notatu opus est primo, quod sacramentum Eucharistiæ perfective sit unum, est confessio catholica: quia ecclesia catholica, ut patet capit. firmiter. de summa Trinit. & fide cathol. hoc sacramentum inter septem connumerat sacramenta. Est quæ hoc sacramentum simpliciter, & propriè unum contra Gabriel in. 4. distinctione. 8. quæstione. 2. Quia licet non sit tam unum, sicut res indivisibilis, una est: tamen propriè est unum in suo genere, scilicet, in genere pastus, & conviviij: sicut domus in suo genere est una. Unitas ergo sacramenti, quia est signum, sumitur formaliter ab unica significatione: quia ex duabus consecrationibus resultat, scilicet, una refectione quæ constat ex cibo & potu, quæ est unitas propriè & formaliter à sacramento in genere signi significata, quod si obijciatur, in hoc sacramento esse plura signa, scilicet, panis & vini, & esse plures consecrationes, respondetur, quod hoc solum probat ibi esse plura signa materialiter: integritatem unum signum formale: & solum convincit, ibi esse plures consecrationes materialiter integrantes unum tantum sacramentum.

¶ Secundo advertendum est contra argumentum Aureoli apud Capreolum distinctio. 8. quod dicitur sumitur totum corpus, non sumitur totum sacramentum, quoad eius integram representationem: quod & Dicitur Thomas insinuat in. 4. Sententiarum, distinctio. 8. quæstio. 1. quæstiuncul. 2. ad. 5. ubi ait, quod licet Christus Dñs perfectus sit sub utraque specie, non tamen quantum ad integrum usum sub utraque. Neque etiam, si tantum gratiæ conferri concedamus sub una specie, quantum sub ambabus simul, non erit integrum quoad representationem sacramentum sumptum sub una specie. Sed species panis, & vini simul unum efficiunt sacramentum, quoad representationem. Adde quod si negetur tantam gratiam conferri laicis

in

in sumptione corporis, quantum sumptio corporis & sanguinis simul confert sacerdotibus celebrantibus; non ideo iniuria irrogatur laicis; si ecclesia propter periculum effusionis sanguinis vitandum sanguinem sub speciebus vini illis non propinat.

¶ Præterea queritur tertio, utrum Eucharistia sit de necessitate salutis, respondetur autem, quod in Eucharistia duo sunt attendenda, scilicet, sacramentum, & res sacramenti, quæ est unitas corporis mystici, sine qua non potest esse salus. Igitur ante perceptionem huius sacramenti potest homo habere salutem ex voto percipiendi illud: sicut ante baptismum ex voto baptismi, licet sit differentia. Primo, quia baptismus est ianua sacramentorum: sed Eucharistia est consummatio & finis illorum. Unde baptismus est necessarius ad inchoandam vitam spiritualem, & perceptio Eucharistiæ est necessaria ad eam consummandam: ideo sufficit eam habere in voto, sicut finis habetur in desiderio & in intentione. Secunda autem differentia est, quod pueri per baptismum, sicut ex fide Ecclesiæ credunt, sic ex intentione Ecclesiæ habent Eucharistiam in voto, quod ante baptismum habere non poterant. Sed adulti ante baptismum, sicut possunt habere baptismum in voto, sic & ante baptismum in voto baptismi, quod habere possunt: quia in tali voto continetur implicite votum Eucharistiæ rem sacramenti percipere possunt sine sacramento; quam percipere nequeunt pueri ratione iam dicta ante baptismum. Unde hoc sacramentum non est eodem modo de necessitate salutis, quo est baptismus.

¶ Circa prædictam doctrinam prænotandum est, quod cum dupliciter possit accipi sacramentum Eucharistiæ esse necessarium, uno modo necessitate finis: ita ut sine eo salus obtineri non potest: alio modo necessitate præcepti. Dicitur Thomas hic, non esse necessarium in re necessitate finis videtur significare, licet non ita clare, quia inquit, quod non est eodem modo de necessitate salutis, sicut baptismus. Cuius ratio potissima est, quia licet utrumque hoc sacramentum cum copia adest illa recipiendi in re, non sufficit in voto: & cum non suppetit talis copia sufficit haberi in voto: tamen baptismus secundum Caietan. hic, est necessarius necessitate salutis per se in re: de per accidens autem est, quod, quia deest copia eius habendi, tunc sufficit adultis in voto. Eucharistia autem suapte natura & per se non est sic necessaria necessitate salutis in re, sed in voto salutem operatur. Ratio autem huius discriminis aperta est, scilicet, quia baptis-

mus est regeneratio & inchoatio vitæ spiritualis. Ideo suapte natura & per se est necessarius in re ad salutem. At verò Eucharistia, quia finis est & consummatio sacramentorum, ideo per votum sui habet salutem operari. Ex quo consequitur alia differentia inter baptismum, & Eucharistiam, scilicet, quod, quia baptismus de per se est de necessitate salutis, ideo habita opportunitate non est differendus: Eucharistia vero, quia non est sic de necessitate salutis, etiam habita opportunitate differri potest usque ad tempus præfinitum præcepti, quod in eius voto includitur.

¶ Secundo autem perpendendum est, quod quia baptismus ordinatur ad Eucharistiam, eius susceptio includit votum Eucharistiæ peculiari modo. Nam, licet, qui baptizatur proficitur tunc pro tempore se recepturum Eucharistiam, & reliqua sacramenta: tamen, quia sacramentorum finis est unire & incorporare nos Christo, quod peculiariter præstat Eucharistia, quippe quæ nos in Christum transformat, & quæ propriè omnium sacramentorum est finis, qui quidem finis solet esse primum in intentione: ideo Eucharistia peculiari voto includitur in baptismo; etiam si votum eius explicitum, neque alia expressior & formalis intentio requiratur, quam aliorum sacramentorum.

¶ Tertio advertendum est, quod licet cibis corporalibus ad conservandam vitam de per se requiratur, ut sumatur in re, quia conservat vitam dum realiter convertitur in substantiam aliti: tamen aliter dicitur de cibo spirituali, id est, de corpore reali Christi hic, quod quia non ipsum in nos mutatur, ut testatur Dicitur Augustinus, sed nos in se spiritualiter transmutatur, quod fieri potest per mentis votum; ideo absque reali sacramento per eius votum, usquequo accedat tempus impletionis eius præcepti, vita spiritualis conservari potest.

¶ Adde quarto, quod licet tam baptismus, quam Eucharistia sint sacramenta passionis Christi, tamen baptismus est sacramentum passionis Christi tanquam regeneratio in Christo ad inchoandam spiritualem vitam, ideo eius susceptio per se in re requiritur: eucharistia vero est sacramentum passionis, ut unit nos Christo passo. Quæ quidem unio per mentis affectum fieri potest: ideo non ita per se requiritur in re. Quocirca baptismus dicitur sacramentum fidei, quæ basis est vitæ Christianæ, atque eius fundamentum. At verò Eucharistia sacramentum unionis & charitatis illius est, quæ vinculum perfectionis est, ut Apostolus ait ad Coloss. 3.

¶ Quari-

¶ **Quæritur** quarto, utrum convenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur. Respondetur autem, quod convenienter hoc sacramentum iuxta triplicem significationem, triplex sortitur nomen. Nam dicitur sacrificium, in quantum est signum memoratiuum præteriti, id est, Dominicæ passionis, quæ fuit verum sacrificium. Dicitur secundo communicatio, vel Synaxis, in quantum est signum rei præsentis, id est, ecclesiasticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc sacramentum.

¶ **Tertio** convenienter dicitur viaticum, ut signum est præfiguratiuum futuri, id est, fruitionis Dei, quæ erit in patria, quia præbet nobis viam illuc pertendiendi.

¶ **Dicitur** etiam quarto Eucharistia, id est, bona gratia: quia gratia Dei vita æterna iuxta Paulum ad Roman. 6. vel quia continet Christum Dominum, qui est plenus gratia. Dicitur insuper in Græco metalypsis, id est, assumptio, quia autore Damasceno per hoc filij deitatem participamus.

¶ **Dicitur** etiam quinto hostia salutaris, ut continet Christum, qui est nostra salus, & salutaris hostia, ut dicitur ad Ephes. 5.

¶ **Quæritur** quinto, utrum institutio huius sacramenti fuit conveniens. Respondetur autem, quod convenienter Christus Dominus dicitur in coena hoc sacramentum instituisse. Primo, quia tunc corporaliter discipulos suos reliquit, ideo in sacramentali specie permanere disposuit. Sicut in absentia Imperatoris exhibetur veneranda imago: licet hic non imagine solam, sed réaliter & præsentialiter adsit. Secundo, quia tunc oportuit institui aliquod sacramentum rememoratiuum dominicæ passionis, sine qua nunquam potuit esse salus (huius Dominicæ passionis in veteri lege sacramentum figuratiuum erat agnus) ut iuxta D. Leonem umbra cederet corpori, & ut hostia in hostiam transfret. Tertio, quia ea quæ ultimo dicuntur magis memoriæ commendari solent, præsertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos. Ideo secundum Alexandrum Papam, ut maior oblatio omnium, quæ est corpus Christi à discipulis in maiori veneratione haberetur, & secundum Diuum Augustinum in lib. rationum ad Ianuarium, quæ vehementius commendaret illius mysterij altitudinem, & ut vltimum hoc infigeret cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem discessurus erat in discessu suo hoc sacramentum instituit, & illis tunc reliquit tanquam vltimum memoriale, ad eorum recedentis amici. Adde etiam, quod quia hoc sacramentum perfectum est Domini-

æ passionis signum, & memoriale Christi passi, sicut Christum continet, non potuit institui ante incarnationem, sicut neque sacramenta, quatenus instrumenta passionis iam exhibitæ sunt. Nam etsi institutum fuit ante passionem, sed instituebatur tunc in futurum, ut esset memoriale passionis, iuxta illud: Hoc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis. At licet Eucharistia præcesserit baptismum, quantum ad eius præceptum: tamen quoad virtutem collatam sacramento, baptismus quia inchoatio vitæ est, debuit prius institui. Et ideo fuit institutus in baptismo Christi, cuius etiam usus institutionem Eucharistiæ præcessit. Sed quia Eucharistia est finis sacramentorum, qui quidem finis solet esse primum in intentione, ideo debuit eius mandatum præcedere.

¶ **Quæritur** sexto, utrum agnus paschalis fuerit figura huius sacramenti. Respondetur autem, quod quantum ad id, quod in hoc sacramento consideratur, ut sacramentum tantum, id est, quo ad species panis, & vini potissima eius figura fuit oblatio Melchisedech, qui obtulit panem & vinum. Quantum vero ad id, quod consideratur hic, ut sacramentum, & res simul, id est, quantum ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figuræ eius fuere omnia sacrificia veteris testamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat sollemnissimum. Quantum vero ad rem sacramenti, quæ est gratia nutritiua animæ, quam confert præcipue, eius figura fuit Manna; quippe quod habebat omnis saporis suauitatem. Sic enim gratia huius sacramenti quantum ad omnia reficit mentem. Agnus autem paschalis, quantum ad hæc tria præfigurabat hoc sacramentum, ideo est figura præcipua huius sacramenti: quia comedebatur cum azymis panibus, & immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel. 14. luna, quod fuit figura passionis Christi, & quia per sanguinem agni protecti sunt filij Israel à deuantante Angelo, & educti de Ægyptiaca seruitute.

¶ **Nota** contra Lutherum irridentem figuras sacramenti, quas in suo deuotissimo officio, quod edidit D. Thomas pro festo corporis Christi extant distinctione. 2. canones multi sanctorum Patrum, quibus iste figurarum ordo continetur ut canone. Reuera D. Ambrosij. de manna. & can. quid sit D.

Gregorij de agno figuratiuo.

†

C A P.

C A P V T. L X X.

**De materia sacramenti Eucharistiæ: Et an requiratur determinata quantitas materiae ad ipsum, & signabilis: Et an materia eius sit panis triticeus, & vinum vitis: Et an aqua sit vino miscenda, & in qua quantitate.**



**D**e materia Eucharistiæ quantum ad speciem, de qua agit D. Tho. quæst. 74. quæritur primo, utrum materia huius sacramenti sit panis & vinum. Respondetur autem Christum convenienter instituisse sacramentum hoc sub specie panis, & vini, ex quibus conficitur, quia materia sacramentorum effectui eorum correspondere debet, quemadmodum aqua baptismi lotioni spiritali correspondet. Igitur cum sacramentum huc quædam spiritalis manducatio & refectio sit, convenienter ex materia panis, & vini conficitur: quia panis maxime cibatur, & vinum maxime reficit. Seorsum tamen hoc sacramentum conficitur ex pane, & ex vino, quia in passione Christi separatus est sanguis à corpore eius. Tum secundo, quia secundum D. Ambrosium super epistolam ad Corinth. sacramentum hoc valet ad tuitionem animæ, & corporis: ideo corpus Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero eius sub specie vini pro salute animæ offertur. Quia, sicut dicitur Genes. 10. anima animalis in sanguine est.

¶ **Tertio** quia Eucharistia est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis causatiuum, quæ ex multorum collectione in Christo consurgit conuenienter sub speciebus panis, qui ex multis granis, & sub speciebus vini, quod ex multis vuis conitur, offertur in altari vbi sacrificium hoc celebratur.

¶ **Circa** prædictam doctrinam notandum est primo, quod vbi altera defuerit materia autore D. Thoma nequaquam altera consecranda est, videlicet, non est consecrandus panis, vbi non est vinum, neque vinum vbi non est panis: quia non careret inhumani sacrilegio sacramentum imperfectum conficere. Nam quantumvis, si attentaretur consecrari, solus panis sine vino, aut vinum sine pane consecratio esset valida, contra eos, quos citat Innocentius I I I. lib. 4. de offic. missæ cap. 23. & ratio est, quia, ut patet ex formis consecrationis, quæ sunt absolutæ: vna consecratio, non dependet ab alia, sed est absolutæ actio. Vnde concluditur solum esse de præcepto vnum sine alio non consecrari: tamen, utrum possit Papa super hoc præcepto dispensare, Innocentius ibi, nihil respondet: sed tantum ait,

**A** quod grauius offenderet, qui id attentaret. Quocirca non est sic temere affirmandum, quod super hoc possit dispensari: quia, ut ait Sotus, res est nunquam audita, ut hoc sacramentum dimidiari fuerit permissum: quia tunc significatio integræ refectiois nequaquam feruaretur.

¶ **Secundo** quæritur, utrum requiratur determinata quantitas panis, & vini ad hoc sacramentum. Respondetur autem, quod in omnibus habentibus materiam ratio determinationis materiae sumitur ex ordine ad finem: ut materia ferræ ferrea assumitur: ut sit apta sectioni. Finis vero Eucharistiæ est usus fidelium. Determinatio ergo quantitatis materiae sacramenti istius desumenda est per comparationem ad fideles, non ad eos tantum, qui occurrunt in præsentia; alioquin sacerdos paucos habens parochianos non posset multas hostias consecrare: sed in ordine ad fideles absolute; quorum numerus indeterminatus est. Ideo quantitas materiae huius sacramenti non est determinata. Ex quo sequitur, quod quantumscumque panis ac vinum consecrari possunt simul à sacerdote, sicut & materia quatuorlibet modica.

¶ **Circa** prædictam doctrinam, quia exurgunt hæc dubia: primum, quæ præsentia materiae, & quantæ requiratur ad consecrationem Eucharistiæ, & secundo, an oporteat, quod materia hæc sit visibilis, aut sensibilis; Respondendum duximus per sequentia dicta: Dicitur ergo primo, quod secundum D. Thomam in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 1. quæst. 3. affirmandum est, materiae consecrandæ præsentiam eam esse requisitam, quæ more & usu humano præsentia rei censetur esse: ut vere possit fieri demonstratio per pronomen, hoc, quæ sit demonstratio ad sensum, & non solum ad intellectum. Tum quia hæc demonstratio, scilicet, hoc est, ordinatur non ad cognitionem speculatiuam tantum: sed etiam ad consecrationem, & conuersionem practicam. Tum, quia hoc sacramentum est hominibus in eorum usum collatum: quocirca humano more faciendæ est hæc demonstratio: Requiritur ergo præsentia moralis: alioquin propter demonstratiuum pronomen esset falsa forma. Tum etiam patet ex usu ecclesiæ, quæ nunquam admisit materiam absentem consecrari. Neque enim Toletus existens sacerdos Segobianæ existentem materiam posset consecrare: quia eam non posset per pronomen, hoc, nisi demonstratione sola ad intellectum & imaginariè demonstrare. At, ut prædictimus, hic requiritur ut demonstratio sit practica, & sensualis, siquidem designat præsentiam materiae ad operandum. Vnde forma existens à tergo, vel post parietem consecrari non potest: sed bene si sit præsens sub mipsis, & certum sit illic adesse.

¶ **Hinc**

Hinc sequitur corollarie, quod dum aceru-  
lus hostiarum consecratur, tota illa multitu-  
do reputatur presens, & ideo consecratio per-  
tingit ad formulas sub alijs latentes, etiam si ali-  
quo operculo essent contexta: dum modo cer-  
tus esset presbyter illic subesse hostias. Nam sa-  
tis est ad presentiam materiam, ut presens esse di-  
catur, quod aliquo sensu, scilicet visu, aut tactu,  
aut olfactu possit percipi. Quo circa si cæcus  
de materia presentis certioratus consecraret  
eam, consecratio vera esset, licet periculo non  
careret id facti. Ideoque sine dispensatione non  
liceret, sicut ait Sotus, in Concilio Tridentino vi-  
disse sacerdotem cæcum ex dispensatione cele-  
brare: imò, ut de facto teneat consecratio certi-  
tudo prædictæ presentiam moralem, habita per te-  
stimonium ministri sufficeret, licet nullo sensu  
deprehendatur à consecrante, sed sola relatione.  
At sic consecrare culpa non careret. Neque tol-  
lit necessitatem prædictæ presentiam, quod ver-  
ba consecrationis accipiantur materialiter: sed  
certe accipiuntur personaliter: unde presentiam  
materiam requirunt.

Secundo dicitur, quod licet D. Thomas  
affirmit, non determinari quantitatem mate-  
riæ, quoad magnitudinem, quia indeterminatus  
est numerus potentiam sacramentum hoc su-  
mere: nihilominus, licet sic ratione quantitatis  
materia non determinetur, determinatur ratio-  
ne requisitæ presentiam. Ex quo sequitur corol-  
larie, quod à distantia decem passuum, à qua  
posset consecrans hostiam videre, certa esset cõ-  
secratio: ad distantiam centum passuum, certum  
est autem Soto consecrationem non tenere, sed  
ad distantiam 50. passuum, quæ est media, vbi  
difficulus, aut vix posset materia videri, conse-  
crare materiam dubiam, reddit consecratione:  
ac per consequens est iteranda, sicut etiam in  
omni casu, vbi dubium est rationale. Sequitur  
secundo corollarie, quod licet si quis consecraret  
duos, aut paulo plures cophinos panis coram se  
existentes, consecratio teneret. Sed ut in. 4. ait  
D. Thomas, si quis vnica consecratione conse-  
crare intenderet omnes panes, qui sunt in ciuita-  
te, aut in foro, si esset ingens copia consecratio  
non teneret: quia certum est illos panes non esse  
presentes.

Tertio dicitur contra Maiorem, distin. 10.  
quæst. 1. quod quæcunque quantitas, sub qua  
potest conservari panis & vinum, potest esse  
consecrationis materia, siue sit visibilis, siue nõ,  
& oppositum est error. Imò, etiam dicendum  
est certo in parte specierum quæ est minor mi-  
nima, quæ separata desineret esse panis species  
quia sub ea forma panis conservari non posset,  
dum est iuncta alijs partibus formæ consecrata

quia conservatur in specie panis, conservatur  
ibi & corpus. Ex prædictis sequitur corollarie,  
quod si inuisibilis pars vini, aut panis consecra-  
tur, quidquid sit de peccato, consecratio tene-  
bit; dum, verbi gratia, per revelationem Angeli  
consecrans certioraretur, esse talem partem ibi  
sibi presentem. Nam & si de ratione sacramen-  
ti sit, quod sit sensibile: tamen satis est sit sensibi-  
le in sua specie, scilicet, panis & vini. Per acci-  
dens enim est, quod ratione minimæ quantita-  
tis sit inuisibile. Vnde id non obstat contra nos,  
ut putat Maioris. Nam & ipse fatetur, quod  
potest consecrari panis sub corporali occultus,  
& vinum coopertum in calice.

Quarto dicitur, quod peruersio finis non  
tollit, quin vera sit consecratio. Vnde quia finis  
potestatis consecrandi data à Deo est in ædifi-  
cationem fidelium, si quis consecret, intendens  
post abuti sacramento, tenebit sacramentum.  
Vnde si quis consecraret vnum dolium, aut plu-  
ra vini secundum fratrem Iosephum fundendū  
esset in mare si esset propinquum, aut in flumē.  
Sed reuerentius loquitur in hoc casu Sotus, di-  
cens, cautelam diligentissimam esse adhiben-  
dam, ut species illæ omni veneratione custodi-  
rentur, quousque sacramentalis sumptionis vsu  
consumerentur. Et idem dicendum est, si sacer-  
dos ingentem copiam panum venalium conse-  
crasset; quod immanissimum esset sacrilegium.

Quinto dicitur, quod si sacerdos, verbi gra-  
tia, intenderet consecrare omnes partes propor-  
tionales impares hostiæ intercalando pares, li-  
cet aliquas, quæ posset signare posset consecra-  
re; sed quia omnes non posset signare, neque cer-  
ta demonstratione notare, omnes eas non pos-  
set consecrare; quia si posset sic facere, daretur  
ultima pars continui diuisi, & daretur diuisum  
in omnem suam partem, quod naturæ partis ma-  
nifeste repugnat, ut Aristoteles docet. 5. Physi-  
corum. Attende, quod non est opus nosse nume-  
rum hostiarum, ad eas consecrandas, dum inten-  
dat eas omnes consecrare.

Ex prædictis, vbi dictum est, quod nõ suf-  
ficit confusa intentio consecrandi partes impa-  
res hostiæ, sed, quod requiritur certa demonstrati-  
one, eas partes impares esse notatas, sequitur  
corollarie, quod si quis habens coram se nume-  
rum denariū hostiarum, sic congeßum, & inor-  
dinatum intenderet consecrare ex eo numero  
decimam formam tantum, nullam in particula-  
ri præsignando, nullam de facto consecraret;  
quia non est maior ratio, quod vna sit decima  
respectu aliarum, quam alia. Si tamē sic dispositas  
& ordine quodam sitas ante se quindecimam  
formulas haberet, & vellet consecrare tantum  
eā, quæ decima est in ordine incipiendo nume-

rare

rare ab ea, quæ primo loco, vel superiore loco  
est posita, primam præsignando, & decimā post  
eā inclusiuè sequentē intendendo consecrare, tunc  
illa decima in tali ordine consecraretur tantum:  
quia tunc sufficienter sic determinatur & demõ-  
stratur. At si quis mente præsignauit, 10. hostias,  
quæ taliter erant dispositæ, quæ sub vna illarum  
latebat, alia illa latens non consecratur, sed alia  
10. signatæ consecrantur. Secus est si sine præ-  
cisione, ut fieri debuit, voluit omnes ibi existen-  
tes consecrare, omnes consecrantur. Si autē vnā  
excludit, non eam consecrat, si autem in cõfuso  
excludit vnā ex 10. illam non signando nullā  
ex illis consecrat de facto.

Iam hic de quodam cõtingenti casu, in quo  
dam conuentu religiosorum oportet hic memi-  
nisse, ut ei faciamus satis. Accidit autem, ut dum  
die festiuo solenni, ibi quidam religiosus missam  
solennem celebraturus ad communicandos  
religiosos non faceret, ut moris est præpa-  
rasse formas, & in pyxide in cornu altaris eas  
reposuisset seorsum: tẽpore offertorij tolū vnā  
hostiam seorsum positam accepit, & obtulit, &  
super aram altaris, & corporalia consecrandam  
reposuit, aliarum formarum ibi existentium obli-  
tus: prædictamq; solam hostiā manibus tenens  
consecrauit, & eleuauit ad populū. Peractaq;  
sacrificij cõsummatione cum religiosi accessis-  
sent ad altare cõmunionē accepturi defectus cla-  
rè patuit. Ortaq; turbatione quidā qui peritior  
inter conuentuales sacerdotes habebatur, re hac  
audita accessit ad altare, dixitq; fratribus para-  
tis ad communicandum: Dicite confessionem,  
& assumpra pyxide formarum prædictarū, quæ  
remanerat in cornu altaris, ait, Accedite, & ado-  
rate, & sumite corpus Christi, neque scandalum  
pariamini: nam reuera, inquit, hæ formæ sunt  
consecrata: quia à principio missæ, qui celebra-  
uit intentionem habuit eas consecrandi: hæ eni-  
m sufficit: sicque cum eis formis illos cõmuni-  
cauit. Quid igitur dicendum videtur in hoc ca-  
su. Respondetur ergo, quod licet illi perito religio-  
so id quod gessit vitium est, esse summa peritia,  
nihilominus tamen mihi visum est esse plusquā  
magna temeritas. Nam reuera illæ formulæ nõ  
videntur fuisse consecrata: neque præsumendū  
est in dubio, quod ille celebrans missam, de facto  
habuisset intentionem eas consecrandi nõ obla-  
tas, neque repositas super aram, & corporalia.  
Quia ne sacrilegium immane committeret non  
est credendum, illum eas formas in cornu alta-  
ris positas & separatas, nec in ara positas, aut su-  
per corporalia oblatas voluisse, aut intendisse  
consecrare: quia intendit consecrare rite & re-  
ctè, ut consuevit fieri, nempe, formulas oblatas  
in araq; repositas.

Instruct. consc. pars. 2.

Hinc sequitur corollariè, quod si dum præpa-  
ratur calix aliqua gutta vini de fluens extra adhæ-  
sit pedi calicis illa non consecratur sicut neque  
alia gutta, quæ foris extra cuppā calicis, calicis  
superficiæ exteriori adhæsit, & potest defluere  
super pedem calicis, aut super corporalia: quia  
communis intentio celebrantium non est cõse-  
crare illas guttas sic externas, & quæ cum cer-  
to periculo defluendi calici à parte exteriori  
adhærent, ne irreuerentia inrogetur sacramen-  
to, quæ omnia ecclesiæ determinationi submit-  
timus eiusque cõsuetudini supponimus.

Præterea tertio quaeritur, vtrum panis triti-  
ceus sit materia huius sacramenti. Respondetur  
autem, quod ad vsum sacramentorum assumitur  
materia magis communis in vsu vitæ humanæ.  
Pane autem triticeo homines videntur. Nam  
alij panes videntur introducti in vsum panis  
defectum. Ideo creditur Christus Dominus in huius  
panis specie hoc sacramentum instituisse, qui esse  
panis magis cõfortans homines, hinc ita cõueni-  
entius significat esse cõmuni huius sacramenti: & ideo  
propria materia huius sacramenti est panis triticeus.

Circa prædictam doctrinam adnotandum  
est primo, quod assertio euangelica est, omnem so-  
lumq; panem esse materiam corporis Christi sa-  
cramenti. De qua non est fas ambigere: siquidē  
ex euangelio constat Christum Dominum in  
pane, & vino consecrasse. Est igitur panis triti-  
ceus necessaria materia huius sacramenti. Patet  
autem hoc ex auctoritate omnium Doctorum  
Sancti Thomæ Alexandri, Richardi, Scoti, Dur-  
randi, Paludis, & Bonauenturæ. & potissimè id  
constat ex Concilio Florentino. Vbi expressè  
decernitur huius sacramenti materia esse panis  
triticeus. Nam Christus Dominus in pane triti-  
ceo consecrauit. De quo hæsitandum non est:  
panem enim azymum, in quo Christus Domi-  
nus cõsecrauit, ex selectissima farina, qualis est  
triticea, Iudæi conficere consueuerant.

Secundo præstatuenda est hæc regula cer-  
ta in hac materia, scilicet, quod omne & solum  
triticeum est materia huius sacramenti, quoad  
consecrationem corporis, siue triticeum sit vnā  
tantum species specialissima tritici, sicut natu-  
ralis aqua species atoma videtur esse, siue triti-  
cum sit genus subalternum cõtinens sub se plu-  
res species specialissimas tritici: nam de hoc hic  
non disputamus.

Hinc iam apparet, quid sit dicendum ad il-  
lam quæstionem, vtrum ex frumento hoc sacra-  
mentum confici possit. Nam si frumentum pro-  
priè accipiatur secundum Isidorum lib. 17. ety-  
mologiarum capite tertio. & secundum Var-  
ronem, de re rustica, cap. 48. sic frumentum est,  
cuius calamus spicam profert, atque aristas ha-

M bet.



bet. Quocirca in ista acceptione non ex omni frumento conficitur hoc sacramentum. Nam hordeum, autore Plinio, cui subscribitur S. Isidorus, & Varro granum frumenti est, tamen ex eo non fit consecratio, secundum D. Thom. & omnes, quia panis bestiarum potius est, quam hominum. Si autem frumentum accipitur per excellentiam pro vero tritico, vel specie tritici, in quo sensu se exprimunt multi prædictorum doctorum, dum aiunt posse confici ex grano frumenti, sic cessat controuersia. Præterea ex prædicta regula sequitur corollarie ex faba & lente, & cicere, & id genus leguminibus non posse confici hoc sacramentum: sicut neque ex commolitis fructibus, & commassatis, puta, ex amygdalis, castaneis, nucibus, radicibus. Nam huiusmodi pasta, etiam coctæ, non proprie dicuntur panes: neque ista proferunt aristas, ut grana frumenti dici possint: sed potius sunt alterius generis. Et idè dicendum est de tiliquijs, id est, garroñas, & de erulijis, Hispanice appellatis, aruejas.

¶ Tertiò, & hic illa illucidanda est difficultas; an de omni frumento, id est, grano proferente spicas possit fieri consecratio; quod si non de omni, de quali frumento confici possit? Respondetur ergo, magis certa à non tam certis fecerendo, quod panis hordeaceus, licet sit ex grano frumenti, tamen nullatenus potest esse materia sacramenti. Hæc enim omnium doctorum est vnanimis sententia. Vt enim S. Thomas in solut. ad primum respondet, hordeacea materia non conuenit dulcedini, & suauitati, quam causat hoc sacramentum. Præterquam quod non est species tritici, sicuti neque auena, sed potius sunt pabula iumentorum, licet in defectus panis hordeaceus aliquando cesserit in usum hominum. Similiter secundum frat. Ioseph. neque in milio, vel in borea consecrari potest.

¶ Sed de siligine maior oritur dubitatio. Dicendum est ergo, quod quia siligo iam æquiuoce accipitur, prius est hic distinguendum. Nam si siligo, ut accipit Isidorus, accipitur pro grano selecto, id est, pro tritico candido, & etiã pro flore farinae, dubitari non debet, quin sit legitima materia. Si autem siligo accipitur pro thypa Græcæ, & pro blatta sic dicto Latine, quod centeno sonat Hispanicè, in quo sensu, & significatione accipitur à D. Thom. quia videtur species tritici, postquam tam facile transitur de vno ad alterum, propter sterilitatem, vel vbertatem terrarum, vbi feritur, ideo ex eo confici potest sacramentum (licet nonnulli dubitent) quia forte sunt eiusdem speciei specialissimæ, licet accidentia sint dissimilia. Non autem puto carere peccato consecrare in pane blataceo, id est, de centeno, vbi esset copia panis tritici. Tum, quia in ta-

li materia consecrando debita reuerentia sacramentum non seruaretur. Tum, quia Concilium Florentinũ panem triticeum indubitata materia esse huius sacramenti expressit, in quo creditur consecrasset Christus Dominus.

¶ Præterea de farre, & spelta disputatur inter doctores, vtrum legitima sit huius sacramenti materia. Nam D. Thomas negat esse materiam, quia non sunt, inquit, species tritici. Cæterum Albertus Magnus in. 4. dist. 1. ar. 7. contrarium asserit esse probabilius, cui accedit Palud. dist. 1. q. 2. & hic Caiet. & Sotus. Qui ne videatur deserere D. Thom. æquiuoce D. Thom. esse locutũ ait, dũ nomẽ farris usurpauit, ut Plinius pro quadam specie farris durissima, & speltam usurpauit pro alio grano figura, & accidentibus distantibus ab omni specie tritici. Ex ultimo autem in hac controuersia attendendũ esse far scandia dictũ, & spelta, de qua aiunt confici delicatissimũ panem. Primo, vtrum ex tritico solita sint nasci, vel si cõmuniter in usum panis cedant, vel si loco veri panis tritici substituatur defectu illius in usum frumenti tritici. Si igitur hæc ambo cõcurrunt, quod in regionibus, vbi hæc grana germinant ex tritico, nasci solent & in usum cõmunẽ panis ordinariũ habentur accepta, probabilẽ valde faciunt partem affirmatiuam, quod sint legitima materia sacramenti. Alioquin res est dubia, in qua opinio D. Thomæ, ut tutior esset tenenda.

Si autem prædicta ex tritico solita sunt nasci in aliquibus terris: ut Palude asseruerat, eadem ratio erit de pane confecto ex illis, & de pane triticeo. Neque valet obiectio in contra, quod etiam lolium, & auena nascuntur ex tritico, ut aiunt, & tamen ex his non potest confici, sicut neque in aceto cõsecrari, licet ex vino generetur. Quia autore Palude, auena & lolium generantur ex tritico per viam corruptionis tritici: sicut acetũ ex vino per viam corruptionis vini. At spelta & far non per viam corruptionis, sed per viam generationis in illis terris nascuntur ex tritico. Dicitur autem in aliquibus terris esse in usu confici ex farre, & spelta: licet aliqui doctores hoc non esse tam tutum putent propter Cõcilium Florentinum, quod panem triticeum pro indubitata materia huius sacramenti proponit. Et quia non parum scrupuli hic interuenit propter autoritatem Diui Thomæ tenentem partem negatiuam, cuius autoritas æquiuolet, aut certe præualet autoritati aliorum doctorum, præsertim quando suæ opinionis conuincentem non afferunt rationem. Ex quo sequitur, quod in nouo orbe Indiarum inuenito, in grano illo maycio ibi reperto consecrari non potest. Quia licet eius grana producantur veluti in spica, tamen ab specie tritici longè absunt.

absunt: neque inuenta est vlla istarum Indiarum regio vbi triticum seminatum non germinauerit, vel ad quam non potuerit aliunde aduehi, ut possit ibi ex pane triticeo fieri consecratio.

¶ Quarto notandum cum sancto Thoma, quod triticeæ farinae (quæ est materia huius sacramenti) speciem modica hordei aut granorum alterius speciei mixtio non dissoluit: atque adeo tunc materia legitima est. Secus autem est, si mixtio hæc fiat, vel ad æqualem, vel illi proximam quantitatem: quia tunc species panis mutatur: atque ideo idonea non est sacramenti materia. Si autem non per mixtionem perfectam, sed per extra appositionem materia grani non triticeæ apponeretur in pane triticeo ista pars sic extra appositæ non consecraretur: sed tantum substantia triticea ibi manens impermixta consecraretur. Sicut etiam corruptio tritici, siue in grano, siue in pane cocto aliquando tanta est, ut in eo consecrari non possit: quia species dissoluitur, quod ex odore, & sapore, atque ex alijs accidentibus deprehendi potest. Aliquando verò non est tanta, ut dissoluatur species. Quocirca tum panis ille consecrari poterit, sed in dubio graue piaculum, esset periculo exponere sacramentum, ut frustraretur. Ex prædictis inferitur à Diuo Thoma amyllum, vulgo, almidon, dictum non esse materiam huius sacramenti. Cui accedit Sotus distinctione. 2. questione sexta. contra Palud. questione prima. Quia amyllum sit ex tritico corrupto ex mansione, qua per aliquot dies manet in aqua, ut fiat amyllum. At Sotus, licet cum Diuo Thoma teneat; tum quia amyllum non videtur esse nisi lac ex illo madefacto tritico, & forte corrupto expressum: tum, quia postea coctum non censetur esse panis propter diuersitatem farinae, ex qua fit panis, & illius lactei liquoris, quæ speciem variare videtur, ita ut ex lacte non fiat panis: tamen ait, quod si illud coagulatum lac possit in farinam commoli, & inde panis commassari, & coqui, forsitan rediret in naturam panis tritici, & tunc posset consecrari: quod tamen ipse non audeat approbare.

¶ Ad prædictis etiam sequitur corollarie, lagana, & pulsete & frixuras (licet ex massa triticea fiant) sicut & pastam triticeam, non esse materiam huius sacramenti, quia non sunt panes, quia non commassantur, aut coquuntur in forno, aut saltem sub cineribus, sed potius elixantur, aut friguntur. Sequitur etiam secundum corollarium, quod si licet differentes species tritici non mutant rationem panis; absunt.

ita e contra diuersa pasta ex eodem tritico potest panis rationem mutare.

¶ Quintò aduertendum est pastam farinae triticeæ incoctam non esse legitimam materiam sacramenti: quia siue specie differat à pane cocto, siue non, non est panis, neque cibus humanus esse potest: quia ut sic non nutrit, imò saluti nocet. Et licet Scotus asserat pastam, & panem ex ea coctum non differre specie: sed tamen probabilius est oppositum. Quia licet ars per se sola non sufficiat mutare rerum species: tamen si adhibeatur actiui naturale, ut ignis secundum Diuum Thomam in. 2. Sententiarum, distinctione. 7. questione 3. articulo. 1. aliquando secundum dispositionem passivæ actione sua potest mutare speciem: ut est videre in ferro ignito, cuius ignis non mutat naturam, & tamen ignis mutat naturam massæ propter massæ dispositionem, & facilem transmutationem in aliam speciem. Hanc autem specificam transmutationem diuersi accidentium effectus attestantur. Neque obstat, quod mica panis digito compressa videtur redire in speciem pastæ incoctæ, quia certe non redit, ut comesta testatur. Imò & si rediret, adhuc non inde probatur, quod species non differat à pane: quia gelu facillime transit in aquam, & tamen species differere videtur ab aqua.

¶ Sextò perpendendum est eandem illam esse regulam, Caietani vbi ait, non esse respiciendum ad fumentum, unde fit panis, sed solum attendendum est, an sit panis, ut possit consecrari. Nam si ad causas materiales, unde conficitur panis, non est respiciendum, ut ait Caietanus, non relinquatur nobis iudicium certum aliud, quo naturam panis veri cognoscamus. Vnde colligitur, quod panis mixtus ex diuersis granis, scilicet, hordei & tritici in æquali quantitate non est verus panis. Neque sua ratio delumpta ex sanguine, qui causatur ex diuersis speciebus ciborum aliquis momenti est: quia virtus caloris naturalis existentis in corpore ad transmutandum cibos diuersarum specierum in eundem sanguinem alterius rationis est quàm caloris furni, aut ciliani ad decoquendos panes, quia caloris naturalis virtute efficacior est ad conuertendas diuersas species ciborum in vnam substantiam aliam.

¶ Quarto quæritur, vtrum hoc sacramentum confici debeat ex pane azymo. Respondetur autem, quod quantum ad veritatem sacramenti, parum refert, consecratio fiat in pane azymio, vel fermentato, sed ab vnoquoque que sacerdote Græco, & Latino suæ ecclesie ritus seruandus est. Alias ritum suum non violarent sine peccato. Quia conficitur in

M a azymo

azymo apud Latinos ad designandum, quod filius Dei sine commixtione carnem assumpsit. Græci autem in fermentato consecrant ad significandum, quod verbum patris induit carnem: conuenientius tamen consecratur in azymo. Tum, quia Christus Dominus in azymo proprium corpus consecrauit, videlicet, primo die azymorum post esum agni Paschalis, quo die non licuit in domibus Iudeorum esse fermentatum. Tum secundo ad designandum, quod corpus Christi sine vitili commixtione absque corruptione conceptum est. Tum tertio, ad significandam sinceritatem vitæ eorum, à quibus hoc sacramentum sumendum est. Iuxta quod dicitur. 1. ad Corinthios. 5. epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis. Græci autem in fermento conficiunt in detestationem hæresis Nazæarorum, qui legalia Euangelio miscuerunt. At Latini conficentes in azymo caritatem legis veteris seruari non intendunt, sed conformare se institutioni Christi, & incorruptionem eius conceptionis significare. Ideo fermentato non vtuntur ad hoc, quia licet fermentum significet charitatem, propterea quod panem efficit sapidiorem & maiorem, tamen corruptionem significat ex ratione suæ speciei, quæ quidem corruptio fermenti posset esse tanta, quod ex eo non possit confici sacramentum. Propterea licet alia accidentia non attendantur, scilicet, an panis sit calidus, vel frigidus, sicut neque in aqua baptismi attenduntur: tamen istud accidens fermentationis propter prædictam rationem attenditur, vt in eo apud Latinos non liceat sub reatu mortali consecrari, vt probatur ex cap. literas. & vltim. de celebratione missæ. vbi ab officio & beneficio deponitur presbyter, qui sine aqua, & igne, vel in pane fermentato, vel in vase ligneo sacrificat. Quæ quidem poena venit infligenda, neque vnus potest necessitatis occurrere casus, qui ab hac malitia mortali possit presbyterum excusare. Latini consecrant in fermentato. Licet Græci in eo consecrantes excusetur secundum D. Thomam contra Scorum. & Palud.

¶ Aduerte autem hic Diuus Thomas in solutione ad primum, quod sicut legitur Exodus 12. solennitas Paschalis incipiebat in vespere decimæ quartæ Lunæ, & tunc Christus Dominus post immolationem agni Paschalis hoc sacramentum instituit. Vnde hæc dies dicitur à D. Joanne præcedere sequentem diem Paschæ, & à tribus alijs Evangelistis dicitur prima dies azymorum, quando fermentatum in domibus Iudeorum non inueniebatur, vt in

A materia dominicæ Passionis plenius tractatur. Quocirca hic non est amplius immorandum, sed solum est adnotandum inter Evangelistas nullam inueniri discordantiam. Nam feria quinta erat, in qua cocnauit Christus, quæ præsignauit Diuus Ioannes, quando ait: Ante diem festum Paschæ, quæ incipiebat à vespere. Quando ergo post dicitur, quod non introierunt, &c. vt non contaminarentur, sed comederent Pascha, non loquitur de agno Paschali, sed de azymis, & de vitulis, & arietibus, qui immolabantur per septem dies, quæ dicebantur Pascha. Consecrauit ergo Christus Dominus. 1. Luna, id est, feria. 2. quando Iudei agnum Paschalem edebant contra Burgenfem & Græcos.

¶ Quinto queritur, vtrum propria materia huius sacramenti sit vinum vitis. Respondetur autem, quod de solo vno vitis potest confici hoc sacramentum. Tum primo, quia Christus in vno vitis illud instituit iuxta illud Lucæ. 22. Amodo non bibam de genimine vitis. Tum secundo, quia vinum vitis est commune vnum habens proprie speciem vini. Alij autem liquores potabiles si vinum dicuntur est propter quandam similitudinem ad vinum vitis. Tertio, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia, quia scriptum est, quia vinum lætificat cor hominis. Neque propterea, quod vitis in aliquibus terris non crescant, consecrandum est in alijs liquoribus, scilicet, malorum granatorum, aut malorum, quia potest verum vinum ad illa loca deferri, quantum sufficit ad hoc sacramentum.

¶ De aceto autem consecratio fieri nequit: quia per corruptionem vinum esse desinit, & quia, vt dicitur. 8. Metaphysicæ de tali corruptione non fit reditus ad vinum. Potest tamen confici de vino aciescenti, sicut de pane, qui est in via ad corruptionem, licet peccet conficiens. Præterea de agresta, quia in via generationis est, & quia non habet speciem vini sacramentum hoc confici non potest. In musto autem, quippe quod iam speciem vini habet, vt dulcedo eius testatur, quæ digestionem eius à calore naturali esse completam ostendit, vt dicitur in 4. Metaphysicæ confici potest hoc sacramentum. Tamen propter eius impuritatem, ne mustum statim expressum de vna in calice offeratur prohibetur. Potest tamen in necessitate fieri. Nam Iulius Papa, qui extra necessitatem id fieri prohibet concedit, quod si necesse fuerit possit botrus vna in calice exprimi: sed si fiat seclusa necessitate mortale est, secundum Sorum.

¶ Circa

¶ Circa supradicta, adde primo secundum Sorum, quod vinum acinatum, quod fit ex acinis, semel compressis, si paruum continet mixtionem aquæ, ita quod manet vinum, consecrari valide potest. Secus est, si magna admiscetur quantitas aquæ. Quocirca de eo fieri consecrationem res est, quæ periculo non caret. Ex quo sequitur, quod vinum multum lymphatum, vbi magna copia aquæ admiscetur, sicut contingit in eo vino, quod Hispanice dicitur, tercer reuino, consecrationis non potest esse materia. Secus est, si vt in aliquibus regionibus fit, ad temperandum furorem vini, fundantur in magnum dolium, vini amphoræ duæ, vel tres aquæ taliter, vt post mixtionem ex acrimonia in eo remanenti ab omnibus iudicatur vinum, quia tunc in eo consecrari poterit.

¶ Præterea secundo aduerte, quod ex vinis ex melle, & aromatibus confectis, vbi est tanta mixtio huius materiæ extraneæ, cum vino vero, quod non manet substantia vini non fit consecratio, & propter periculum & indecentiam hoc intentare non licet: quia tanta posset mixtio esse vt ex eo non conficeretur sacramentum. Botrus autem vna consecrari in se non potest. Tum, quia admixtionem habet etiam alterius materiæ à musto, ibi incluso. Tū, quia dum non est expressus potabilis non est, sed comestibilis.

¶ Præterea tertio notato, quod si vinum congeletur tam exiliter, quod manet vinum, consecratio tenet, si consecratur. Secus est, si taliter congelatur, quod transit in formam lapidis: ita vt postea liquefactum, non esset vinum. Quocirca à sacrilegio non abest in vino congelato consecrare, nisi calore prius resolutum indicaret verum esse vinum. Idemque iudicium habendum est de speciebus consecratis dum congelantur.

¶ Vltimo perpende, quod est catholica assertio, quod omne & solum vinum vitis est materia necessaria huius sacramenti. Ita de consecratione distinctione cā. in sacram. to. & cā. firmiter de summ. Trinit. & in Concil. Florentino. Et siue vinum sit vna species specialissima, siue subalterna, id non aliquid refert, quia in euangelio nihil aliud habetur. Nam etsi disputari possit, vtrum fiat species vitis plures, tamen verisimile est omnes esse eiusdem speciei, licet habeant accidentia plurimum distantia, & vinum vino longe sit præstantius. Quocirca si quis in aperto calice posuit egregium vinum, & loco illius sibi supponitur aliud, vere consecrat illud. Nam intentio debet esse absoluta consecrandi vinum contentum in calice, siue sit ru-

Instruct. conf. pars. 2.

A beum, siue album, qualecunque sit.

¶ Queritur sexto, vtrum aqua sit vino permiscenda. Respondetur autem, quadruplici ratione aquam vino consecrando esse miscendam. Tum primo, quia probabiliter creditur, Christum Dominum hoc sacramentum in cena instituisse in vino lymphato, secundum tertiam sanctæ morem, in qua vina sunt fortia. Vnde in Prouerb. dicitur: Bibite vinum, quod miscuit vobis. Secundo propter representationem passionis Christi, de cuius latere fluxit sanguis, & aqua. Tertio ad designandum huius sacramenti effectum, videlicet, vniionem populi Christiani cum Christo. Nam per aquam exprimitur populus per vinum Christi sanguis. Quarto ad significandum introitum regni cælestis, sicut ait. D. Ambrosius libr. de sacram. redundat aqua in calice, & salit in vitam æternam. Vnde autore eodem D. Ambrosio, sicut sacrificium Christi significatum est per oblationem Melchisedech: ita etiam significatum est per aquam, quæ defluxit in eremo de petra. Igitur, sicut aqua in baptismo sumitur ad vsum ablutionis: sic hic sumitur ad vsum refectionis, iuxta illud psalmi: Super aquam refectionis educavit me. Et sicut panis consecrandus conficitur ex farina & aqua: sic etiam vino aqua miscetur. Vnde neutrum sine aqua existit.

¶ Circa prædictam doctrinam, notandum est primo, quod vinum consecrandum est aqua permiscendum. Patet ex determinatione Alexandri de consecrat. distin. 2. can. Non tamen ista mixtio est de necessitate sacramenti. Patet ex autoritate Cypriani, Papæ, Can. scriptura, de consecrat. distinct. 2. Est igitur solum de necessitate præcepti obligantis sub mortali. Quocirca semper tutius est, parum de aqua apponere, vt patet ex Honorio I. l. cap. perniciosus. de celebr. missar. Nam si modicum aquæ apponatur iuxta opinionem certissimam tertiam, quam ex tribus opinionibus recitatis eligit Innocentius capit. cum Martha. de celebr. missæ. aqua prius ante consecrationem in vinum conuertitur, & vinum per consecrationem conuertitur in sanguinem. Hanc autem ceremoniam mixtionis aquæ cum vino, sine dubio ab ipso Christo Apostoli acceperunt, moreque seruarunt, & lege successoribus tradiderunt. Quod & confirmat Concilium Florentinum declarans, solum panem & vinum esse necessariam materiam, scilicet, panem triticeum, & vinum vitis. Et subiungit ante consecrationem aquam modicissimam debere misceri, vbi verbum, debet, solum præcepti necessitatem designat. Colligitur ergo ex prædictis corollarie, quod satis est miscere vino in calice vnam solam gut-

M; tam

ram aquæ, dum gutta sit aquæ, & non sit tam exilis, vt potius sit ros, quam aqua. Nam quanto minus miscetur aquæ, dum aqua sit, tanto tutius est. Igitur immane sacrilegium est in ea magnitudine aquam miscere, quæ ante consecrationem in vinum non possit conuerti: quia tunc maneret ibi aqua simul cum vino consecrata: quæ aqua ibi manens occasione: populo præstaret idolatræ, quantum per ignorantiam ab idolatriæ excusaretur. Quapropter dum apparet aquæ plus iusto calici esse infusum ante consecrationem calix effundendus est. Et iterum vino infuso cum pauciori aqua est præparandus, at propter cautelam in ordine nostro, & in alijs ecclesijs in more est ante introitum missæ calicem miscere, quo tempus suppetat conuersioni qua aqua ante consecrationem in vinum conuertitur. Satisque est talis aqua sentiat, dum apponitur, vt seruetur significatio, quia post dū conuertitur in vinum, et si corruptitur, significat tamen incorporationem populi cum Christo. Quocirca ista mixtio non debet fieri in uete, aut lagena vini: sed in ipso calice cū vino consecrando: alioquin non seruetur prædicta significatio.

¶ Secundo aduertendum est, quod ad necessitatem sacramenti nihil refert, quod aqua naturalis siue artificialis miscetur vino: quia solum est de necessitate præcepti, licet apponere aliam, quam veram aquam non careret culpa mortali: quia non seruetur significatio ad veram aquam, quæ fluxit ex latere Christi significandū. Secus sentit D. Tho. de pane confecto, cum aqua artificiali, scilicet, rosacea, & non naturali, cum qua commassaretur panis. Nam sentit talem panem non esse consecrabilem. Quæ quidem opinio tutior est. Nam opposita opinio Caiet. non est tuta. Neque in vilo casu est admittenda, vt pote quæ contra D. Thomam est & contra Paludem dist. 11. quæst. 1. Quia aqua est materia intra in consecrationem panis, & non totaliter resoluitur, vt humiditas ibi manens id coarguit.

¶ Tertio perpendendum est, quod in nullo casu permittendum est, etiam si desit copia aquæ admiscendum vinum, quod sine mixtione aquæ celebraretur. Licet Palude affirmet, quod si processum esset in missa vsque ad offertorium, & tunc aqua deesset ad mitendum, causa vitandi scandali si oriretur notabile, posset ad consecrationem procedere sacerdos. Alias cessante scandalo, neque in hoc casu est ad consecrandū procedendū. Sicut etiam ob nullam necessitatem licet Latinis sacerdotibus consecrare in fermentato: sicut neque celebrare post prandium, aut sine vestibus benedictis, Contra Maior. dist. 9. quæst. 3. ad 5. quia eius opinio nimis licentiosa

A est & noua. Vnde quidam Lusitanus punitus est propter huiusmodi audaciam.

¶ Vltimo ex omnibus prædictis corollarie colligitur, quod aqua non est miscenda vino in maiori, vel æquali quantitate, quam vinum. Imo neque in paulo minori quantitate, quam vinum: sed in ea modica quantitate, quæ statim ante consecrationem possit conuerti in vinum. Nam vt prædictum est, tanto tutius fit mixtio, quanto minus de aqua miscetur. Et per supra dicta notabilia explanata manent quæ Diuus Thomas tradit in articulo. 7. vbi quærit, vtrem permixtio aquæ sit de necessitate sacramenti. Vbi concludit quod non: quia hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, quæ est vinum. Et quæ tradit articulo. 8. vbi quærit, vtrem aqua debet apponi in magna quantitate, vbi concludit, quod apponenda est modica aqua, quæ possit conuerti in vinum, ne si aqua maneat post consecrationem cum vino detur occasio idolatræ.

## CAPVT. LXXI.

*De conuersione panis & vini: Et vtrem in hoc sacramento sit corpus Christi: Et quomodo sit in hoc sacramento, Et an possit esse in diuersis locis: Et an in hoc sacramento manet substantia panis: Et de conuersione panis, & cui hæc conuersio assimilatur: Et an substantia panis & vini annihilatur: Et an Deus corporale in spirituale possit conueryere: Et an in hoc sacramento remaneant accidentia panis & vini: Et an post consecrationem maneat substantia panis: Et an conuersio panis fiat in instanti: Et an hæc sit falsa: Ex pane fit corpus Christi: Et an corpus Christi est id, quod fuit panis.*

**C**IRCA quaestionem 75. de conuersione panis, & vini in corpus & sanguinem Christi, quæritur primo, vtrem in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem. Respondetur autem, quod verum Christi corpus ac sanguinem in hoc sacramento contineri, sola diuina sanctaque fide credimus. Conueniensque hoc valde fuit, vt ita esset triplici ratione, quia, si sacrificia veteris legis verum sacrificium passionis Christi continebant, solum in figura, iuxta illud ad Hebræos 10. vmbra habens lex futurorū bonorū, non ipsam rerum imaginem: ergo lex noua, quippe quæ perfecta est conuenit, vt in sacrificio suo altaris contineat Christum realiter. Secundo

Secundo ad demonstrandam ardentissimam charitatem Christi ad nos, quia proprium amicitia & amoris est conuiuere amicis, autore Aristotele. 9. Ethicor. Vnde sacramentum hoc maxime charitatis est signum, & nostræ spei fulcrum ex familiari coniunctione Christi ad nos, qua per hoc sacramentum se communicat nobis præsentialiter, & manet in nobis iuxta illud Ioannis. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Tertio, quia hoc competit ad perfectionem nostræ fidei: quoniam fides nostra est, non solum de Christi diuinitate, sed de eius etiam humanitate. Sicut igitur Christus suam diuinitatem inuisibiliter exhibet: sic etiam in hoc sacramento suam humanitatem inuisibili modo proponit & tradit. Vnde tanquam assertio hæretica abiicienda illa est, quæ asserit corpus & sanguinem Christi non esse in hoc sacramento, nisi sicut in signo. Cuius hæresis primus autor fuit Berengarius: qui postea coactus est suum errorem reuocare, & veritatem fidei fateri. D. autem Augustinus per verba sua, vnde aliqui errandi occasionem sumpserunt, non excludit veritatem Christi in hoc sacramento, sed id insinuat, quod corpus Christi in propria specie non erat manducandum, sicut cadaver, quod in se diuaniatur, & in maceillo venditur. Sic ergo & illud verbum Diui Augustini exponentis illud Matthæi vltimo: Ecce ego vobis cum sum omnibus diebus: vbi ait, corpus eius, in quo surrexit in vno loco oportet esse: & similia intelligenda sunt de corpore Christi, secundum quod videtur in propria specie. Secundum quod Dominus dicit Matth. 26. Me autem non semper habebitis. Inuisibiliter tamen sub speciebus huius sacramenti est, vbi quocumque hoc sacramentum perficitur. At corpus Christi in hoc sacramento est, non sicut corpus solitum est esse in loco per commensurationem, eoque suis dimensionibus loco non commensuratur: sed est quodam speciali modo, qui est proprius huic sacramento. Vnde fatemur quod corpus Christi est in diuersis altaribus. Non sicut in diuersis locis, sed sicut in sacramento. Non sicut in signo solum, sed realiter: secundum tamen modum proprium huic sacramento. Item licet præsentia corporis Christi, prout est præsens per modum corporis, id est, prout est in sua specie visibilis, non sit in sacramento altaris: est tamen ibi inuisibili modo ad viuificandas animas, iuxta illud D. Augustini super Ioannem. Si intellexisti spiritualiter verba Christi de carne sua spiritus & vita tibi sunt, si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt.

¶ Aduerte autem cum Soto, quod Christus Instituit. consc. pars. 2.

A Dominus sit realiter in hoc sacramento, est articulus fidei, non tanquam res tantum diffinita ab ecclesia, sed tanquam res in Euangelio contenta. Hunc autem articulum fidei omnes Christiani tenentur credere explicitè cum peruenerint ad legitimam ætatem. Tum, quia tenentur ad hoc sacramentum suscipiendum: ergo ad explicitè illud credendum. Tum, quia fideles tenentur explicitè credere articulos fidei, qui solenniter proponuntur: at ecclesia hoc mysterium, vt celeberrimum proponit per totum annum, & singulari festiuissimoque festo corporis Christi quotannis illud solennizat: ergo credendum est explicitè à fidelibus.

B ¶ Circa prædictam doctrinam nota, nos in tam sollemnissimo mysterio fidei probando noluisse immorari: sed tantum memoriæ lectoris commendare mirabilia magna, quæ Deus operatur in hoc sacramento, tanquam in sumario mirabilium suorum, iuxta illud Psalmi: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus. Etsi enim dedit timentibus se. Primum autem mirabile est, quod corpus Christi cum non deferat calum per consecrationem incipit esse in hoc sacramento, & in alio sacramentaliter. Estque in sacramento non per motum suum, sed per conuersionem substantiæ panis in ipsum. Estque in celo circumscriptiue: in sacramento autem non est diffinitiue, aut circumscriptiue, sed realiter est ibi: sacramentali tamen modo. Circumscriptiue autem in sacramento non esse asserimus: quia dimensionibus corporis Christi dimensionibus specierum panis, aut loci ibi non commensurantur, ita vt pars parti respondeat, aut respondere possit. Diffinitiue autem in sacramento non esse fatemur: quia non sic eius existentia in sacramento diffinitur, vt ex modo ibi existendi ei repugnet esse etiam simul in alijs sacramentis: quæ in diuersis altaribus conficiuntur.

¶ Secundum mirabile est, quod eandem colligantiam corpus Christi habet ad species panis post consecrationem factam, quam substantia panis ad eandem habebat species ante consecrationem: excepto, quod istæ species ante consecrationem inhærebant substantiæ panis, & postmodum non inhærent corpori Christi. Quocirca sicut ante consecrationem species panis continebant vere substantiam panis: ita post consecrationem species verè continent corpus Christi, seclusa inhærentia: ita vt ad motum earum moveatur corpus Christi. Atque sic est considerandus mirificus modus existendi corporis Christi in hoc sacramento.

¶ Ex prædictis igitur corollarie inferitur à Soto contra Scotum distin. 10. quæst. 1. & 3. & contra



contra Durand. dist. 11. quæst. 1. falsum esse, quod corpus Christi non sit aliter in sacramento altaris, quam per solum respectum præsentia sicut locatum est præsens loco, aut sicut Angelus loco præsens dicitur esse. Patet, quia hoc asserere est latenter veritatem conuersionis panis in corpus Christi subuere. Nam ad huiusmodi tantum præsentiam nulla opus erat conuersione. Tum etiam: quia si corpus Christi solum est in hoc sacramento, sicut locatum est præsens loco, non moueretur ad motum specierum. Item, quia verissimum est & catholice affirmamus, quod manducantes species sacramentales sumimus corpus Christi, & manducamus corpus Christi: quod tamen si Christus esset ibi per solum dictam præsentiam (sicut si Angelus esset solum præsens illis speciebus) non tam vere id diceretur. Sicut, neque si Angelus esset præsens huic sacramento per hoc, quod sumeremus species sacramentales, non ob id affirmarem nos sumere, aut comedere Angelum. Deinde etiam, quia verissime confitemur nuius sacramenti species corpus & sanguinem Christi continere: sed corpus Christi per solum præsentiam non diceretur contineri ab speciebus; sicut neque Angelus per solum præsentiam in loco continetur à loco, sed potius continet locum: ergo non sufficit talis præsentia, sicut locati ad locum. Nam si ea præsentia sola sufficeret ad modum existendi in hoc sacramento, certe corpus Christi moueretur à cælo, quando inciperet esse in hoc sacramento, sicut Angelus moueretur à cælo, si per præsentiam vellet esse in inferiori parte terre. At nemo concedit, quod corpus Christi hic incipiat esse per propriam mutationem à cælo, ubi existit. Adde etiã vltimo, quod si sat esset Christus assistere sacramento per solum præsentiam, nulla opus esset conuersione, & transsubstantiatione panis in corpus eius: sed cū substantia panis substantia sui corporis posset esse præsens penetratiue saltem; cuius tamen contrarium sentit catholica ecclesia. At frater Iosephus ait, Scotum prædictam sententiam non tenuisse.

Præterea sub dissimulatione hic præterire non possumus, illam quæstionem celebrè, vtrum idem corpus possit esse in diuersis locis. Nā hic D. Thom. videtur tenere negatiuam partem, loquendo de modo existendi in loco circumscriptiue. Quia ait, corpus Christi non posse in duobus locis diuersis circumscriptiue: bene tamen sacramentaliter. Ita D. Thom. hic ad. 3. & in. 4. contra gentes cap. 62. Cui accedunt Durandus Hæricus Gandau. Godofredus Ægidius Romanus. Affirmatiuam autem tenet Scotus dist. 10. quæst. 2 & Gabriel Ocham, Maioris, Marfilius. Quorum potissima ratio est: quia non implicat

contradictionem. Ad quæstionem igitur facturi satis breuiter supponendum duximus, prius modos existendi in loco. Nam primus modus est repletive. Quo quidem modo Deus dicitur esse in omni loco repletive: quia replet omnem locum. Secundus autem modus est diffinitive, id est, quando res aliqua taliter est in loco, quod ex tali modo existendi in tali loco repugnat esse in alio loco: & sic anima est diffinitive in corpore suo toto adæquato. Tertius vero modus est circumscriptiue, id est, quando partes corporis locati circumscribuntur & commensurantur partibus loci. Quartus tandem modus est, sacramentaliter: ita vt ad motum specierum moueatur corpus Christi, ibi contentus, præmissa prædicta distinctione, dicimus primo, quod si in rigore accipiatur, sic ratio circumscriptiue in loco, ita, vt id dicatur esse circumscriptiue in loco, quod taliter circumcluditur loco ipso, quod extra ipsum non sit, aut possit esse. Sic in hoc sensu accepta pars negatiua, quæ est D. Thomæ nihil difficultatis habet. Quia id videtur implicare contradictionem: quia esset in solo illo loco, & non esset in solo illo loco, si esset in alio. Sed si accipiamus esse circumscriptiue in loco, non in isto rigore, sed pro eo quod commensuratur loco: sic vtraque opinio est probabilis, & defendi solet. Quam quæstionem, quia eam latè prosequitur Sotus in physicis, hic tantum summariam, illius volumus meminisse, respondentes ad præcipuum obiectum, quod contra affirmatiuam partem Scoti solet opponi, scilicet, quod tunc si eadem res esset hic, & simul Romæ, & hic calefieret, & Romæ frigeret, iam duo contraria verificarentur de eodem. Nam de eadem re verum esset dicere, quod esset calida, & simul frigida. Quia respondetur, quod tunc posita veritate affirmatiuæ non est concedenda veritas negatiuæ, id est, concesso, quod hic est calida: non est concedendum, quod hic est frigida, id est, nõ calida, licet Romæ tunc esset non calida. Sed iam calidum, & non calidum sumeretur respectu diuersorum, id est, respectu diuersorum locorum; sicut eadem res quæ est passio martyrum considerata, vt illata à tyranno erat sacrilega, & considerata respectu martyrum patientium nõ erat sacrilega, sed sanctissima. Secundo respondetur, prout respondet Scotus, & forè melius; quod si loquamur de accidentibus, & prædicatis absolutis, qualia sunt calidum & frigidum, album & nigrum, quæ ad nihil extrinsecum dicunt respectum, nisi ad suum subiectum: sic eodem subiecto, puta, Petro posito in diuersis locis idè accidens absolutum, quod conueniret ei, in vno loco, competeret etiam ei in alio loco. Vnde si Romæ esset calidus, etiam Salmanticæ esset calidus.

lidus. Si autem loquamur de accidentibus respectu diuersis, qualia sunt sedere, & quiescere, & moueri, quæ sunt accidentia, dicentia respectum diuersum ad locum: sic Petrus idem constitutus in diuersis locis, scilicet, hic, & Romæ simul posset hic moueri, & Romæ quiescere, & e contra; quia id esset respectu diuersorum locorum: & sic non valeret consequentia, quiescit, ergo non mouetur. Mortuū autem & viuū, quia sunt prædicata absoluta, idè si Petrus esset hic mortuus, & simul esset Romæ, non esset dicendum, quod illic esset viuus. At si cera posita in diuersis locis eadem hic esset compressa, & alibi extensa, & re facta: esset tunc maior seipsa, extensiuè, non autem entitatiue.

Ad præcipua autem obiecta contra affirmatiuam pro parte D. Thomæ, quæ solent opponi responderi quoque potest, quod esse ubique est proprium Dei, sed per miraculum Dei, posset competere creaturis esse simul in diuersis locis. Neque corpus in diuersis locis simul positum esset extra terminos proprios: quia ubique haberet sibi commensuratum locum. Neque vero hoc, quod concedimus creaturæ posse competere per potentiam absolutam Dei, vt simul sit in duobus locis diuersis adæquatis per suam naturam potest competere. Nam neque etiam Angelus per suam naturam potest esse in duobus locis sibi adæquatis simul.

Secundo quæritur, vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem. Respondetur autem, quod corpus Christi in sacramento esse incipit non per motum localem, seu descensum à cælo, quia sic definirer esse in cælo. Non enim quod localiter mouetur peruenit de nouo ad aliquem locum, nisi definat priorè. Tum etiam, quia Christi corpus in pluribus locis sub hoc sacramento simul esse incipit, quod impossibile est fieri per motum localem: cum vnus motus eiusdem corporis localiter moti, simul ad diuersa loca instanti terminari non possit. Ideo corpus Christi in hoc sacramento per conuersionem substantia panis in ipsum incipit esse in hoc sacramento, postquam per motum localem ibi esse non incipit. Non enim potest aliquid alicubi esse vbi prius non erat, nisi per loci mutationem, vel alterius conuersionem in ipsum, sicut in domo aliqua incipit esse ignis de nouo, aut quia illuc deferretur, aut ibi generatur. Si ergo substantia panis & vini conuertitur in corpus & in sanguinem Christi relinquunt, quod salua veritate huius sacramenti, substantia panis & vini post consecrationem remanere non possit. Item etiam, quia si ibi remaneret substantia panis, falsa esset hæc forma sacramenti: Hoc est corpus meum, de monstran-

do, contentum sub speciebus: quia numquam substantia panis, si sic remaneret esset corpus Christi. Præterea, si remaneret ibi substantia panis contrariaretur venerationi huius sacramenti, quia iam ibi maneret aliqua substantia, quæ non posset adorari adoratione latræ. Contrariaretur insuper & ritui ecclesiæ, iuxta quem post sumptam vnā formam consecratam licet sumere & aliam consecratam; quod non liceret, si in prima hostia sumpta esset substantia panis. Vitanda est ergo positio asserentium ibi remanere substantiam panis, & vini in quā hæretica. Quod autem Damascenus in. 4. libro ait, scilicet, quod coniugauit Deus suam diuinitatem panis & vino, intelligitur, quod coniugauit suam virtutem panis, & vino in hoc sacramento, non vt sic manerent, sed vt in corpus & sanguinem suum conuerterentur. Quod si in alijs sacramentis manet substantia materiæ & non in isto, est, quia in hoc sacramento manet Christus realiter, non autem in alijs sic realiter manet. Igitur & si hic definit substantia panis per consecrationem species remanentes sufficientem ad significantiam vnionem fidelis populi cum Christo: nam per accidentia cognoscitur ratio substantia.

Circa prædictam doctrinam, quæ est D. Thomæ, ex qua colligitur tum primo, quod corpus Christi incipit in hoc sacramento per conuersionem substantia panis in ipsum. Tum secundo, quod hæc conuersio est causa præsentia corporis Christi in hoc sacramento. Tum tertio, quod impossibile sit corpus Christi esse sacramentaliter in hoc sacramento, sicut modo existit, nisi conuersa substantia panis in corpus Christi, propter rationes allatas à D. Thomæ in littera. Notandum est primo, quod substantia corporis Christi, & eius sanguinis maneat in hoc sacramento solum sub speciebus, absque substantijs panis, & vini, est primo determinatio ecclesiæ, vt patet de consecr. dist. 2. can. panis & can. omnia & in concilio Lateranensi cap. firmiter, desum. Trini. & fid. cathol. & cap. cum Marthæ de celebr. miss. & in concilio Florentino. Inuo veritas hæc ex Evangelio plane colligitur Ioannis. 6. vbi Christus dominus ait: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, vbi non alium panem, quam carnem suam designat. Vnde consequitur corollarie, quod licet hoc sacramentum appellatur panis, non inde sequitur in eo esse substantiam panis. Primo, quia mos est scripturæ, vt res nomen aliarum rerum retineant, ex quibus factæ sunt. Dixit enim Adam Genes. 2. de Eva: Hoc nuncos ex ossibus meis, & caro de carne mea: quia ex eius costa fuerat formata Eva. Secundo: quia in vfu est res ita nominare, quales apparent. Nam Genes. 8. dicitur apparuisse

Abrahæ tres viros, qui tamen erant Angeli : ergo quia Christi Domini corpus sub speciebus panis videtur, & comeditur merito dicitur panis. Tum tertio quia postquam expressit Christus caro mea vere est cibus, carnem hanc possumus appellare cibum, ac subinde eam possumus appellare panem. Nam panis generali nomine pro cibo, & vinum pro potu usurpatur. Vnde absurda fuit illa assertio Parisiensis, & prorsus delira, qui asseruit Christum in hoc sacramento per communicationem idiomatum dici panem, eo quod Christus assumit substantiam panis in unitatem corporis sui. Cui errori applausit Rupertus Abbas, vir alioquin eruditione conspicuus. Quem quidem errorem cum quidam Romanæ voluisset sustentare, merito damnatus est: quia in opinabile est, quod Christus tote quotidie substantias panis, & vini assumat in unitatem suppositis, easque relinquat, & quod eas assumat in alijs suppositis, scilicet panis & vini existerentibus. Præter, quæ quod istæ assumptiones ad modum istius sacramenti nihil conferret. Secundo aduertendū est, quod assertio illa Scoti in 4. dist. 10. quæst. 1. & 3. & 4. & Durandi dist. 12. quæst. 1. art. 3. & Gabrielis in can. lect. 40. & in solut. 4. dubij asserentium, quod conuersio panis non est causa præsentia corporis in hoc sacramento, neque est necessaria ad hoc, non est solum contra D. Thomam, sed etiã contra sanctiones ecclesiæ, scilicet concilij Lateranensis cap. firmiter de sum. Trinit. & concilij Florenti. In quibus locis non assignatur alia ratio præsentia corporis Christi in hoc sacramento, nisi trans substantiatio & conuersio panis in corpus Christi. Igitur quauis D. Thomas de potentia Dei absoluta (vt sentit Caiet contra Capreolum) non neget alium modum præsentia fuisse possibilem: tamen de lege ordinata, nullus modus est possibile, neque convenientior potuit esse ponendi præsentiam sui corporis in sacramento, quam per prædictam conuersionem. Neque obstat ratio illorum, quod posset fieri ista conuersio panis à Deo in suum corpus, pro vt est in celo, & tunc non esset præsens per istam conuersionem in altari. Quia respondetur, quod esto concedamus illis, quod hoc de potentia absoluta Deus possit facere: tamen de potentia ordinaria sic fieri non potest, quia conuersio vnus in alterum hoc ex se habet, vt res, in quam sit conuersio illic succedat, pro vt forma consecrationis indicat, dum demonstratiue dicitur Hoc est corpus meum. Neque obstat quod in nutritione humana panis conuertitur in corpus comedentis, & tamen corporis substantia ipsius comedentis non succedit in locū, vbi ante erat panis, sed è contra: quia hæc Scoti

A obiectio solum ostendit, quod hæc conuersio est alterius rationis naturalis. Nam in conuersione naturali alimentum, quod conuertitur in substantiam nutriti potius dicitur incipere esse, vbi erat nutrimentum, quam e contra. At Christi corpus, in quod conuertitur panis, dicitur potius de nouo incipere esse sub speciebus, sub quibus erat antea substantia panis, eo quod corpus Christi est terminus illius conuersionis: vnde vere dicitur, quod vbi erat antea substantia panis, post est corpus Christi. Igitur aequaliter similis est hæc conuersio conuersioni illi, qua conuertitur lignum in ignem, quia ignis incipit esse de nouo vbi erat lignum conuersum.

B ¶ Tertio perpendendum est ratione D. Thomæ hanc, quam asserit ad probandum in sacramento non remanere substantiam panis, scilicet quia si remaneret falsa esset consecrationis forma, magnam efficaciam præferre, licet Scotus & Durandus eam labefactare conentant. Nam arguit Scotus, quod si esset illic in sacramento substantia panis, nihilominus non esset falsa forma. Quia sicut modo pronomen, hoc, non demonstrat species sacramentales, sed contentum sub illis: ita si illic remaneret substantia panis cum corpore Christi ly hoc, posset demonstrare non substantiam panis, sed ipsum corpus Christi. Sed respondetur ad hoc, quod pronomen, hoc, cum secundum communem vsum loquendi significet substantiam, non demonstrat accidentia sed substantiam. Vnde si substantia panis illic esset in sacramento illam demonstraret, neque posset verificari pro seculo corpore, contra Durandum nam cum sit pronomen singulare, & ideo non possit accipi indiffinitè, necesse est vt quancumque substantiam demonstrat, quæ est hic. Vnde vt exemplificat Scotus, si aliquis ostenderet bursam monetis argenteis, & aureis plenam dicens, hoc est aurum, fallum profecto diceret: quia totum illud, quod demonstrat non est aurum. Adde etiam contra Scotum, quod non in eodem sensu, quo dixit Christus: hoc est corpus meum, dicere potuit, hic est corpus meum, id est, in hoc loco. Quia per hoc quod dixit, Hoc est corpus meum, significare voluit quod hoc quod dabat esset corpus, non solum quod illic esset. Accedit ad prædicta, quod D. Thomas cum ait, quod si illic adesset substantia panis aduertaretur adorationi, non negat quod Scotus allegat, scilicet, quod possent admoneri Christiani, ne aliud adorarent, quàm corpus Christi. Sed tamen ait, quod si substantia panis illic adesset aduertaretur adorationi, quàm modo faciūt fideles, qui non adorant aeriditiam secundum se, quæ sensu deprehenditur esse creaturæ, sed id absolute, quod sub illis continetur adorant.

¶ Præ-

¶ Præterea tertio quæritur, vtrum substantia panis, & vini annihilentur post consecrationem. Respondetur autem, quod non est dicendum, quod substantia panis resoluitur per consecrationem in præiacentem materiam, vel quod annihilentur, vt quidam posuerunt. Nam si resoluatur in præiacentem materiam, id est, in elementa (non enim potest fieri resolutio in materiam primam, ita quod sine forma existat) percipere possemus sensu discessum localem illorum elementorum, inde ab speciebus remanentibus, si quidem ibi sub speciebus cum corpore Christi non inanerent: quem tamen discessum localem sensu non percipimus. Item quia in vltimo instanti consecrationis iam ibi est corpus Christi: ergo non potest assignari instans, in quo sit ibi præiacens materia: quia non post factam consecrationem cum iam ibi sit corpus Christi. At si ante consecrationem fieret hæc resolutio, tunc sub hostia aliqua parte in aliquo tempore neque esset substantia panis, neque corpus Christi, quod est inconueniens. Quod autem substantia panis non annihilentur patet, quia non est assignabilis alius modus, quo corpus Christi incipiat esse in hoc sacramento, nisi per conuersionem substantia panis in ipsum, quam tollit annihilatio panis, vel resolutio in præiacentem materiam. Item quia si talis annihilatio vel resolutio fieret, deberet effici & significari per aliquam causam, nempe, per hanc formam: Hoc est corpus meum quæ tamen forma nihil tale significat. Præterea licet facta consecratione substantia panis & vini sub speciebus non maneat, neque sit alicubi, non inde sequitur, quod annihilentur: conuertitur enim in corpus Christi. Sicut non sequitur, quod si aer, vnde generatus est ignis, non sit ibi vel alibi, scilicet, quod sit annihilatus, deinde cum ex aere sit ignis, forma aeris, quæ est terminus, à quo, non mutatur in formam ignis: sed forma ignis succedit alteri in subiecto. At in consecratione substantia panis conuertitur in corpus Christi. Vnde non est eadem ratio, scilicet, quod substantia panis hic resoluatur in materiam suam. Denique, licet post consecrationem hæc sit falsa: Substantia panis est aliquid: tamen id, in quod substantia panis conuersa est, est aliquid: & ideo substantia panis non est annihilata. Adde ad prædicta, quod si resolutio fieret in mixtum non esset propria resolutio, sed esset mixti generatio, quæ consecrationi non competit.

¶ Deinde, Quarto quæritur, vtrum panis possit conuerti in corpus Christi. Respondetur autem, quod ista conuersio supernaturalis est & soli omnipotenti diuinæ potestati possibilis. Quia omne agens creatū est determinatum in

A suo actu, cum sit determinati generis & speciei. Ideo non fertur eius actio, nisi super aliquem determinatum actum. Quæ quidem determinatio fit per formam. Vnde nullum agens naturale creatum potest agere, nisi ad imutationem formæ. Ideo omnis conuersio naturalis est formalis, qua vna forma alteri in eodem subiecto succedit. Deus autem infinitus est actu: vnde eius actio se extendit ad totam naturam entis. Et ideo non solum potest efficere conuersionem formalem, vt vna forma alteri formæ in eodem subiecto succedat, sed etiam conuersionem totius entis perficere potest, vt tota substantia alicuius entis conuertatur in totam substantiam alterius entis. Hoc autem operatur diuina Virtus in hoc sacramento, dum totam substantiam panis & vini conuertit in totam substantiam corporis & sanguinis Christi. Quæ quidem conuersione non formalis, sed substantialis vocatur. Neque continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine dicitur transsubstantiatio, quæ non fit in vno eodemque subiecto, sicut fit in mutatione formali: sed est sicut in subiecto in vtraque substantia, quæ conuertitur, & in quâ conuertitur, sicut ordo & numerus. Vnde consequitur, quod non necesse est quod hic accipiamus aliquod subiectum commune vnum, sicut accipitur in conuersione formali, in qua forma incipit esse in subiecto, id est, in materia eius, quod formaliter tantum conuertitur. At verò licet agens naturale, quia limitata virtutis creatæ est, non possit mutare formam in formam, & materiam in materiam: sed bene hoc efficere potens est Deus, qui virtutis est infinitæ poterit, inquam cum sit actor entis totius conuerti id quod entitatis est in vna natura in id quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ notandum est primò. Durandum ei aduersari dist. 11. quæst. 3. Vbi affirmat, quauis corrumpatur forma panis nihilominus materia panis non corrumpitur: sed vnitur corpori Christi, & animatur anima Christi. Quæ quidem assertio Durandi erronea est, & contra torrentem omnium Doctorum. Insuper videtur esse contra concilium Lateranense cap. firmiter de sum. Trinit. & fid. cathol. Vbi transsubstantiari panis substantia in corpus Christi, id est, totam substantiam panis conuerti in corpus Christi diffinitur. Itē multa absurda ex ea sequuntur. Primo, quod eas materias panis animatas anima Christi, & ei vnitas Verbum assumeret hypostaticè, per quatum vnionem corpus Christi augetur in infinitam molem. Secundo sequeretur, quod innumeras materias Christus quotidie assumeret & relinqueret.

queret. Quæ omnia falsa sunt, & indigna auditu: sicut inopinabile est, quod illæ materiæ panis remanentes indispõsitæ informarentur anima rationali Christi.

¶ Secundo aduertendum est, quod in hac cõuersione mirifica panis in corpus, quæ transsubstantiatio dicitur, idèd annihilatio non interuenit panis, quia ista cõuersione non terminatur ad nihil: quia terminatur ad corpus Christi. Neque hic interueniunt duæ mutationes, vt arbitrantur Durandus & Scotus, scilicet, desinitio panis, & inceptio corporis Christi. Quia in hac cõuersione desinitio panis cõsideratur, & accipitur, vt via ad existentiam corporis Christi sub speciebus: & sic nõ est annihilatio. Nam & si Deus posset primo annihilare substantiam panis vna distincta mutatione, & post alia actione distincta sub speciebus remanentibus ponere corpus suum, tamen de facto id non facit, nisi vnica eadem cõuersionis actione, & nõ distinctis actionibus. Neque valet ratio Durandi, scilicet, quod facta consecratione substantia panis est nihil: ergo annihilatur: quia id concluderet, si ad non esse panis non succederet alia substantia, scilicet, Corporis Christi, si igitur vbi est corpus Christi sub speciebus, reproduceret, substantiã panis Deus per modum reconuersionis, ita vt corpus Christi reconuerteretur in illam substantiam panis; tunc reproductio illius panis, non esset creatio, quia fieret ex aliquo: vnde tunc nõ responderet ei annihilatio.

¶ Tertio notandum est, quod transsubstantiatio mutatio quædam totius substantiæ in totã aliam substantiam est, non manente materia, neque forma. Vnde hæc mutatio longe dissimilima est ab omnibus mutationibus naturalibus, cuius terminus, à quo, est substantia panis, & terminus, ad quem est corpus Christi, vnde est cõuersione totius substantiæ panis in corpus Christi. Nam non obstat huic cõuersioni contra Scotum, quod Christi corpus per hanc cõuersionem non recipit aliquod esse nouum. Quia secundum Caietanum in naturalibus nutrimentum cõuertitur in substantiam nutriti: & tamen hæc substantia per hanc cõuersionem nõ incipit esse, & si nouo modo sit sic corpus Christi per cõuersionem sacramentalem, nouo modo ibi incipit esse.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie illam opinionem Caietani, quæ aliquibus non displicere videtur, vbi asserit, quod id, quod erat panis post modum est corpus Christi, intellectu esse difficilem, & creditu, si in eo sensu accipiatur, scilicet, quod ipsissima res, quæ modo est panis, postea est corpus Christi, vt eius verba videntur in tonare auribus Soti: quocirca eam pluri-

bus rationibus impugnat. Licet D. Ambrosius videatur Caiet. fauere. Cuius verba referuntur in hunc modum can. panis, de consecr. dist. 2. Quanto magis, operatorius est, scilicet, sermo Dei, vt sint, quæ erant, & in aliud cõmutentur. Igitur arbitrat Sotus, quod ista opinio Caiet. sic intellecta, dum annihilationem cauet, transsubstantiationem tollit. Primo quia transsubstantiatio dicitur transitu de substantia in alia substantia: Qui quidè transitus duos habet terminos; scilicet, primo, à quo, id est, substantiæ simpliciter desinentis; & ad quem, id est, substantiæ incipientis esse simpliciter, vel saltem vbi aliud erat. Ergo per hanc transsubstantiationem ipsissima res, quæ est modo panis nõ est postea corpus Christi. Tum secundo: quia impossibile est, quod res desinat esse panis, quin desinat esse substantia, & quin desinat esse simpliciter; sicut non potest aliquid desinere esse homo, quin desinat esse animal, & quidquid quidditative de eo prædicatur. At Caietanus vagè suam propositionem, vt alij sentiunt; accipit & sic cessat impugnatio Soti contra illum: quia solum accipit illud relatiuum, quod, vage & accommode, dum ait, quod id, quod erat panis post modum sit corpus Christi, ita, vt faciat hunc sensum; quod contentum sub speciebus prius erat panis, cui succedit postea corpus. Qui quidem sensus verissimus est vt sentit D. Thomas in 4. dist. 11. quæst. 1. art. 4. & hic art. 8. & quæst. 7. art. 5. Atque cum in hoc sano sensu possint accipi verba, tam Diui Ambrosij, quam Caietani, non sunt eorum dicta in dissonum sensum pertrahenda.

¶ Porro in quæstione hic verti solet, an Deum rem corporalem possit in rem mere spirituale cõuertere. Respondetur autem, quod licet D. Thomas infra. art. 6. & inferius. quæst. proxima art. 1. id negare videatur, cui subscribit Durandus, tamen Scotus, cui accedit hic Caietanus id Deum facere posse concedit. Igitur pro expeditione quæstionis dicitur breuiter primo, quod communis opinio est, quod Deus immediate, quia est vbique, & nequit in aliqua re incipere esse, in qua ante nõ esset, & quia est purus actus nihil habens admittum potentia, idèd nullam rem corporalem potest in se immediate, vt est Deus cõuertere. Idcirco substantia panis in hoc sacramento non posset immediate cõuerti in substantiam Dei, sicut cõuertuntur substantiæ panis & vini in substantiam corporis, & sanguinis Christi. Quia Deus secundum suam naturam diuinam non potest contineri immediate ab speciebus panis, & sic non potest se habere nouo modo ab eo, quo antea se habebat: sicut competit corpori Christi alio modo se habere in hoc sacramento, quam habet in cælo.

¶ Secun-

¶ Secundo dicitur, quod licet secundum Sotum opinio negatiua sit sustentabilis, scilicet, quod impossibile factu sit rem corporalem in mere spirituale, id est, in Angelum cõuerti, nihilominus tamen, quia non apparet tam euidentis repugnantia, quin de potentia Dei possibile appareat, idèd opinio Caiet. & Scoti, quæ est etiam Gabrielis & Thomæ de Argentina probabilis est. Quia magis difficile videtur facere aliquid ex nihilo, quam cõuertere ens in ens, id est, panem in Angelum, vt Angelus sit sub speciebus panis, licet ista species non sint in Angelo, & panis accidentia communia. Neque obstat ratio Durandi, scilicet, quod Angeli naturæ non competit incipere esse, nisi per creationem: ergo non posset incipere esse sub speciebus panis per cõuersionem, vt panis posset in ipsum cõuerti. Quia respondetur, quod licet id repugnet de lege ordinaria, vt Angelus incipiat esse; nisi per creationem, aut, quod desinat esse; nisi per annihilationem: tamen absoluta Dei potentia aliud facere potest.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur, quod ista cõuersione est mirabilis, & miraculosa dici potest, quia habet hanc conditionem miraculi primam, quod est supra totam naturam; licet desit ei alia conditio pertinens ad miraculum, scilicet, quod sit res rara & inusitata.

¶ Quinto quæritur, vt in hoc sacramento remaneant accidentia panis & vini. Respondetur autem, quod sensu apparet facta consecratione, omnia accidentia panis & vini remanere. Quod quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam fit triplici de causa. Primo, ne fideles abhorreamus Christi carnem sub propria specie manducare. Secundo, ne infideles irrideant chæstianos, si sub specie propria Dominum manducemus. Tertio, vt dum inuisibiliter corpus & sanguinem Christi sumimus, hoc nobis proficiat ad meritum fidei. Igitur ibi manent accidentia panis substantia sublata; quia Deus, qui est causa prima omnium facere potest, vt remaneant posteriora, qualia sunt accidentia panis prioribus sublatis, id est, sublata materia, & forma panis. Neque hinc causatur aliqua deceptio in hoc sacramento: quia in rei veritate ibi sunt accidentia, quæ sensibus diiudicantur. Intellectus autem, cuius obiectum proprium est substantia, vt dicitur 3. de anima per fidem à deceptioe præseruatur. Nam fides, non est contra sensum, sed est de eo; ad quod sensus non attingit. At vero licet cõuersione hæc proprie non habet subiectum: accidentia tamen, quæ remanent aliquam similitudinem subiecti habent.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, hanc conclusionem D. Thomæ, scilicet,

quod facta consecratione manent accidentia panis & vini in decretis ecclesiæ contineri, scilicet, can. nos autem, de consecr. dist. 2. & in concilio Lateranensi cap. firmiter de summa Trin. & fide catholic. & in concilio Florentino, & postremo in concilio Tridentino session. 13. canone. 2. & 3. Ex quo corollarie sequitur, contra aliquos proprias passionem, quales sunt etiã ista accidentia panis per diuinam potentiam esse à subiecto separabiles.

¶ Secundo aduertendum est, cum Soto & Victorio, quod post consecrationem manent eadè sensitiuæ notitiæ intuitiuæ & connotatiuæ, simplices tamen licet complexe exprimentur, quæ erant ante consecrationem. scilicet, hoc est album, hoc est rotundum, & sapidum. Nam hoc patet experientia: quia sensus nihil mutatur dū fit consecratio. Itaque eadem est apprehensiuæ sensitiuæ notitia ante & post. Quæ quidem notitia non solum vt est intuitiuæ accidentium, sed quatenus est notitia sensitiuæ connotatiuæ panis & vini & quatenus intuitiuæ est, manet post consecrationem. Quia licet panis, & vinum post consecrationem non sint præsentia in se, tamen præsentia in sua virtute, scilicet, in accidentibus retinentibus vim cõseruandi eandem notitiam. Imò notitia intellectiuæ simplex, & absoluta panis, quæ manet, in intellectu cõseruatur esse intuitiuæ eadem ratione, quæ propter suapte naturam, nisi impediret per super. naturalem fidem, gigneret in intellectu hoc iudicium, scilicet, illic esse panem & vinum.

¶ Tertio notandum est, quod in Christiano facta consecratione, non manet notitia iudicatiua, quæ iudicatur illic esse panem, & vinum: quia & si apprehensiuæ & intuitiuæ prædictæ notitiæ suapte naturam talem produceret iudicium, nihilominus per fidem impeditur: quia credit fidelis illic abesse panem & vinum. In infidelibus autem naturæ liter gignitur erroneum iudicium. Non tamen illos Deus decipit, sed decipiuntur: quia hoc mysterium fidei credere renuunt; quod si aliqui infideles huius mysterij laborant ignorantia inuisibili, neque hos Deus seducit, quoniam in illis illud iudicium fallunt res ipsæ naturales sua virtute inducunt, nempe, accidentia, sicut qui hastam videt in aqua pro mediocritate & pro mediocritate in aere, si iudicet esse fractam nõ à Deo fallitur, sed ab ipsa specierum visuali refractione. Accedit ad prædicta, quod quia Aristoteles. 2. de anima ait, quod accidentia sunt sensibilia per se, & substantia est sensibilis per accidens, idèd supposita fide in fidelibus, ait D. Thomas articulo. 6. sequenti, quod remanent accidentia panis in hoc sacramento, vt sub eisdem videatur corpus Christi, & non in propria specie.



specie. Vnde videtur sentire D. Thomas, quod hic non habeatur noticia intuitiva apprehensiva panis a fidelibus: quia corpus Christi est eodem modo sub speciebus, quo erat ibi ante consecrationem substantia panis, seclusa inhærentia. Ac per consequens, sicut ante consecrationem videbamus substantiam panis per accidens, & accidentia perse: ita supposita fide post consecrationem videmus corpus Christi per accidens, & accidentia per se & immediate. Quæ sententia videtur magis demente D. Thomæ: licet art. sequenti in solut. ad. 3. Soto & Victoriz videatur assentire.

¶ Quæritur sextò, vtrum facta consecratione remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis. Respondetur autem, quod nonnulli dixerunt formam substantialem panis post consecrationem manere. Sed hoc stare non potest. Sic enim nihil converteretur in corpus Christi, nisi sola materia. Atque sic sequeretur, quod non converteretur in corpus Christi totum, sed in eius materiam: quod tamen repugnat formæ sacramenti, qua dicitur. Hoc est corpus meum. Item quia si forma substantialis manet, vel manet in propria materia, vel in alia, vel stat, perse separata. Primum horum dici non valet: cum materia panis hic converteretur. Neque secundum: quoniam propria forma non est, nisi in propria materia, sed neque tertium dici potest, quia, secundum hoc illa esset forma actu intelligibilis, & intelligens: nam omnes formæ à materia separatae sunt tales, id est, intelligibiles. Item esset inconueniens huic sacramento, vbi sola accidentia manent, vt sub eisdem videatur corpus Christi, & non sub propria specie. Non igitur manet forma panis, quia forma substantialis est, vt potest producta non ab arte sola, sed virtute naturalium principiorum: Sicut & ars illo modo potest producere ranas & serpentes. Converteritur ergo hæc forma panis in formam corporis Christi, secundum quod dicitur esse corporeum: non autem, pro vt dicitur esse animatum animati. Præterea, licet operationi sequatur formam substantialem, & in hoc sacramento inueniantur aliquæ operationes panis, non inde sequitur in eo manere formam panis. Nam ista operatio immutandi sensus consequitur ibi ratione accidentium ibi remanentium: & operationes, quæ consequuntur panem ratione materię, scilicet, vt conuertatur in aliud, & ratione formæ, vt quod panis corporis confirmat, inueniuntur in hoc sacramento, non propter formam, & materiam, quæ remaneat, sed miraculose conferuntur ipsis accidentibus, vt infra dicitur.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod prædicta conclusio supra asserta,

scilicet, quod in sacramento hoc non remanet substantia panis, perinde est de fide catholica, sicut alia asserta contra Durandum, scilicet, quod non maneat materia: quia eodem modo repugnat transubstantiationi totius substantię panis, quam hic fieri ex multis canonibus est præbatur. Et denuo patet ex concilio Tridentino sessio. 13. canone. 2. vbi ait: Siquis negauerit mirabilem illam & singularem conuersionem totius substantię panis in corpus & totius substantię vini in sanguinem manentibus dumtaxat speciebus panis & vini: quam quidem conuersionem catholica ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, anathema sit. Ita etiam habetur cap. panis. de consecratione dist. 2. & cap. cum Marthe. de celebrat. missa & in. 2. concilio Lateranensi. Secundo aduertendum est ex prædictis corollarie colligi, panem specie differre à pasta per formam distinctam substantialem. Nam si panis solum differret, à pasta per accidentia, scilicet, per duritiem & saporem, quæ reciperet in forno, vt bene arguit Caietanus cum ex decretis ecclesię solum constet, quod substantia conuertitur in substantiam, fieret consequens, vt forma panis non converteretur, sed permaneret in sacramento: quod est absurdum. Vnde Scotus, qui solum formam panis à forma pastæ accidentaliter differre opinatur, non posset absolute affirmare, sed cum restrictione, quod forma panis desinit, esse, nisi quantum ad id, quod in ipsa est substantiale.

¶ Tertio perpendendum est, quod melius forte est dicere, quod per consecrationem non fit nisi vna conuersio totius in totum. Nam veritas formæ hoc videtur insinuarum dum ibi dicitur: Hoc est corpus meum: vbi vna designatur conuersio. Neque D. Thomas huic modo dicens aduersatur, dum hic in solut. ad. 2. ait, quod conuertitur forma panis in formam corporis Christi. Vbi insinuat, quod etiam materia conuertitur in materiam. Quia per hoc nihil aliud voluit significare, quam quod sic panis, vna conuersione conuertitur in corpus, vt materia materię & forma formæ respondeant. Vnde non est hic nisi vna conuersio totius in totum.

¶ Quæritur septimo, vtrum ista conuersio fiat in instanti. Respondetur autem, quod triplici de causa aliqua mutatio dicitur instantanea. vno modo: quia forma, quæ per mutationem adquiritur, non suscipit magis aut minus: vt forma substantialis. Secundo, quia est in vltima dispositione ad formam, vt diaphanum ad lucem ideo in instanti illuminatur. Tertio, quia agens est infinitæ virtutis, perquam statim potest materiam ad formam disponere. Hac igitur triplici de causa conuersio hæc est instantanea. Primo quidem

quia

quia substantia corporis Christi, ad quam terminatur ista conuersio non suscipit magis, aut minus. Secundo, quia in hac conuersione non est aliquod subiectum, quod successiue præparatur. Tertio, quia agitur virtute infinita. Vnde vltimum instans prolationis verborum est primum instans in quo sub sacramento est corpus Christi, & in toto tempore præcedenti est ibi substantia panis, cuius temporis non est accipere aliquod instans proxime & immediate præcedens ad prædictum primum instans. Sic enim ex instantibus tempus esset compositum, quod vera philosophia non admittit. Licet ergo ibi detur primum instans, in quo est ibi corpus Christi non est tamen dare vltimum instans in quo est ibi substantia panis: sed est dare vltimum tempus. Et idem est in mutationibus naturalibus, sicut. 8. physicorum probatur. Igitur in his mutationibus instantaneis simul est fieri & factum esse vt illuminari & illuminatum esse: dicitur enim factum esse, pro vt nunc est & fieri, secundum quod antea non fuit. Item quia ista conuersio fit in vltimo instanti prolationis verborum (quia tunc completur significatio, quæ est efficax in sacramentorum formis) ideo non sequitur, quod ista conuersio sit successiua.

¶ Circa prædictam doctrinam notato, quod si dum incipitur consecratio, inciperet panis naturali causa corrumpi, ita vt in illo primo instanti desinat esse, in quo corpus Christi ibi subspectibus deberet esse, in illoque instanti desinat esse per primum non esse non fieret sacramentum, eo quod in illo instanti consecrationis iam species tunc corrupto pane non essent.

¶ Quæritur octauo, vtrum hæc sit falsa: ex pane fit corpus Christi Respondetur autem, quod ista conuersio panis in corpus Christi conuenit induobus cum creatione, & cum naturali transmutatione. Primo in ordine terminorum, vt post vnum terminum sit alius. Secundo in eo, quod hi duo termini non possunt esse simul. Conuenit quoque singulariter conuersio hæc sacramentalis cum creatione in hoc, quod in neutra earum supponitur subiectum, in quo recipiantur extrema transmutationis. Atque in hoc differunt à naturali transmutatione, in qua supponitur subiectum id est, materia. Conuenit insuper conuersio hæc cum transmutatione naturali in duobus, licet parum dissimiliter, in quibus vtraque differt à creatione. Conuenientia autem in hoc consistit. Primo, quod in vtraque vnum extremum transit in aliud, vt in naturali transmutatione calidum transit in frigidum, & aer in ignem; & in transubstantiatione sacramentali vna substantia totalis transit in aliam. Dissimilitudo autem est inter vtramque in hac transmutatione,

scilicet, quod panis secundum se totum transit in corpus, aer verò non transit in ignem, nisi secundum formam. Nam remanet materia, in qua depulsa priori forma aeris, recipitur noua forma ignis. Secunda conuenientia est, quod in vtraque remanet aliquid idem, in quo vtraque differt à creatione. Dissimiliter tamen remanet in vtraque aliquid idem: quia in transmutatione naturali remanet idem commune subiectum: sed in sacramento remanent accidentia, quæ inerant subiecto. Igitur in nulla istarum trium conuersionum affirmari potest, vnum extremum de altero per verbum substantiuum præsentis temporis. Neque enim conceditur in creatione. Non ens est ens, neque in naturali transmutatione: Aer est ignis, aut album est nigrum, neque in hoc sacramento: Panis est corpus: quia nunquam extrema conuersionum & mutationum possunt esse simul. Cæterum in omnibus his conuersionibus possumus vti hac propositione, ex, dicendo in creatione: Ex non ente fit ens: & in generatione: Ex aere fit ignis: & in alteratione: Ex albo fit nigrum: item & in hac conuersione: Ex pane fit corpus Christi, vt patet ex canone. panis. de consec. dist. 2. Nam in his omnibus conuersionibus est ordo extremorum, scilicet, ordo prioris & posterioris, quem importat hæc propositio, ex. Item etiam licet in creatione dici non possit, quod non ens conuertitur in ens: sed tamen in hac conuersione & in transmutatione naturali dicere possumus, quod aer conuertitur in ignem, & quod panis conuertitur in corpus: quia in creatione vnum extremum non transit in aliud: bene autem in conuersione naturali: & in hac sacramentali vnum extremum transit in aliud: quia conuersio dicit transitum. At vero, quia conuersiones naturales conueniunt in ratione vnius subiecti communis vtroque extremo, dicere possumus, quod album potest esse nigrum, & quod aer potest esse ignis per conuersionem: quia verbum, potest, dicit potentiam subiecti, quæ est ad diuersas formas. Non tamen dicere possumus, quod per creationem non ens possit fieri ens, aut quod per conuersionem sacramentalem panis possit esse corpus Christi: quia vtrouique non manet vnum subiectum. Quo circa eadem ratione neque, quod de pane fiat corpus Christi. Sicut neque etiam dici potest, quod de non ente fiat ens. Quia ista propositio de, designat causam consubstantialem vtriusque extremo per conuenientiam in subiecto, sicut accidit in naturalibus, quod hic non habet locum. Similique ratione non conceditur, quod panis erit corpus Christi, aut fit corpus Christi, sicut neque in creatione conceditur, quod non ens erit ens, aut fiet ens, quia hæc omnia di-

nia dicunt communi cationem in subiecto. Ceterum etsi prædicta vera sint nihilominus, quia facta consecratione manent accidentia panis, lequandum similitudinem, huiusmodi locutiones concedi possunt: De pane fit corpus Christi: & Panis erit corpus Christi: imo & de præsentia: Panis est corpus Christi. Quo circa propositiones hæc ubicumque apud doctores sanctos reperitur, intelligendæ sunt, ut nomen panis, significet accidentia panis, & non substantiam panis. Et quod ut habetur ex D. Gregorio can. species de consecrat. dist. 2. accidentia nomen retinent earum rerum, quæ antea fuerant. Quare hæc propositio: Panis est corpus, non est identica, ut idem significant subiectum & prædicatum: sed idem significat, quod sub pane, hoc est, sub speciebus panis est corpus. Dicuntur enim species, panis consecratus. Adde etiam, quod ista propositio, ex licet in naturali conversione simul cum termino, à quo, significet subiectum, tamen in creatione, & in hac sacramentali conversione solum significat ordinem prioris & posterioris inter terminum, à quo, & terminum ad quem. Ut cum dicimus: Ex mane fit dies, & tunc sicut non conceditur, quod mane fit dies: neque etiam proprie conceditur, quod panis fit corpus Christi: licet proprie concedatur, quod aer fit ignis. Item licet illud, ex quo fit aliquid (ut cum ex aere fit ignis) dicatur esse factus ignis: id ita conceditur propter subiectum, quod importatur per talem conversionem. At cum huius sacramentalis conversionis non sit aliquod subiectum: Panis est corpus Christi factus dici non potest, licet recte dicatur: Ex pane fit corpus Christi. Præterea hæc conversio in duobus difficilius est creatione. Primo, quod tota substantia convertitur in aliam. Secundo quod accidentia remanent corrupta substantia: & multa alia difficilia hic reperiuntur. Cum tamen in creatione hoc solum sit difficile, quod per eam aliquid fit ex nihilo. Deinde non semper sequitur, quod illud, ex quo fit aliquid, possit esse illud, nisi extrema conveniant in eodem subiecto ita ut subiectum, quod fuit sub vna forma, postea fiat sub alia. Vnde cum hæc mira conversio non fiat per potentiam passivam creaturæ, id est, subiecti, sed per solam potentiam activam creatoris, licet dicatur, quod ex pane fit corpus; tamen dici non potest, quod panis possit esse corpus Christi.

¶ Circa prædicta omnia occurrit hic & illa dubitatio, quam D. Thom. movet dist. 1. ar. 4. quæst. 1. utrum facta consecratione ista propositio sit vera: Corpus Christi est id, quod fuit panis: & rursus. Id quod fuit panis est corpus Christi. Igitur Caiet. in hac quæst. in art. 3. & 4.

**A** iā antea expositis, tres propositiones asserit: ex quibus concludit prædictas propositiones esse veras. Primo igitur ait, quod in hac conversione substantia panis desinit esse, & quod ad definitionem panis consequitur corpus Christi. Secundo addit, quod facta consecratione, panis non est nihil, sed est res realissima. Tertio adijcit, quod facta consecratione hæc est vera. Id, quod fuit panis, est corpus Christi, & converso, quod corpus Christi est quod fuit panis. Vnde infert, quod corpus nudum non est terminus ad quem. Ego autem in præsentiarum cogor adinvenire aliquem sanum sensum, in quo dicta hæc asserta à Caietano accipi possint, ne sibi vitio detur, quod relicto Divo Thoma in tam falsam ierit opinionem, pro ut glossatur & impugnatur à Soto. Igitur prima propositio Caietan. ubi ait, quod substantia panis desinit esse, & quod ad definitionem eius sequitur corpus Christi, tam acceptata est ab omnibus communiter, ut glossa non indigeat, imò omnem dubitationem videtur excludere. Secunda autem eius propositio, scilicet quod panis post non est nihil, sed est res realissima, glossari potest sic, quod intellexerit, quod panis post consecrationem non est nihil, id est, quod per consecrationem non est annihilatus. Sed inquit quod est res realissima, non intelligendo secundum se totum, aut secundum aliquid suæ substantiæ, postquam in prima propositione substantiam panis per consecrationem desuisse esse concedit. Sed ait, quod est res realissima tunc non in se, sed in re sibi succedente, id est, in substantia corporis Christi sub speciebus illi succedente. Nam potest dici substantiam panis desuisse & non desuisse esse, scilicet desuisse esse in se & esse sub speciebus, non per se, aut per aliquid sui, quod sub speciebus remaneat, sed per corpus Christi, quia Christi corpus illi sub speciebus successit, quod sibi assimilatur in similitudine cibi, ut sicut panis cibabat corpus Christi, cibet animam, iuxta illam loquendi normam, qua Ecclesiasti. 30. dicitur de patre bono, & filio bono: Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Tertia autem Caietani propositio, scilicet, quod facta consecratione hæc est vera: id quod fuit panis est corpus Christi, & converso, accipienda est in eo sensu, ut illud relatum, quod vage accipitur, ita ut reddat hunc sensum: Contentum sub his speciebus (quod commune est in signifiando quidquid illic continetur) quod antea erat panis postea non erit panis, sed erit corpus Christi pani succedens. Sicut sic vage ostendendo fructum arboris existentis in horto verum est dicere hunc fructum, quem antea produxit, & modo producit hæc arbor producet & in posterum.

sterum. Quod autem addit Caietanus, quod corpus Christi nudum non est terminus, ad quem, glossari potest, quod Christi corpus præcise, ut est ibi tantum per præsentiam, non est terminus istius conversionis, sed ut sit præsens novo modo, id est, eodem modo, quo ibi antea erat substantia panis, seclusa inhærentia, qua accidentia remanentia pani ante inhærebant: quia corpori Christi non inhærent. Si cui autem non placuerit ista interpretatio Caietani, qua eius interpretamur opinionem, quasi non sit de mente eius, cum eo super hoc contendere nolimus amplius.

## CAPUT. LXXII.

De modo quo Christus existit in hoc sacramento, & utrum totus Christus contineatur in hoc sacramento: Et utrum sub utraque specie totus contineatur: Et an totus sit sub qualibet parte specierum: Et an tota quantitas Christi sit in hoc sacramento: Et an corpus Christi sit immobiliter in hoc sacramento: & hic habet sensationes, quas habet in celo: Et an hic existens possit ab aliquo videri: Et an quando in hoc sacramento apparet caro, vel puer sit ibi verum corpus Christi.



**N** quæstione. 76. in qua D. Thomas agit de modo, quo Christus existit in hoc sacramento quæritur primo, utrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento. Respondetur autem, quod omnino necesse est confiteri secundum fidem Catholicam, totum Christum esse in hoc sacramento. Nam in hoc sacramento est aliquid ex vi sacramenti id, scilicet, ad quod conversio panis ac vini terminatur (prout significatur per verba formæ quæ sunt effectiva) ut pote corpus & sanguis. Aliquid autem est hic concomitanter, scilicet, anima Christi, atque eius divinitas: quia cum realiter sint coniuncta corpori & sanguini Christi, ibi necessario sunt ubi est caro, sanguisque Christi. Hoc igitur modo totus Christus est in hoc sacramento. Sic ergo ex vi sacramenti sub speciebus panis continetur non solum caro, sed totum corpus Christi, scilicet, ossa & nervi & alia huiusmodi, ut apparet ex forma, scilicet, hoc est corpus meum. Vnde cum dicitur Ioan. 6. Caro mea vere est cibus: caro ibi ponitur pro toto corpore: quia caro est manducationi magis accommodata. Præterea non obstat, ut Christus sit in hoc sacramento, totus ipse, quod dimensiones corporis eius sint maioris quantitatis, quam mensura quantitatis specierum. Instruct. consc. pars. 2.

**A** panis, & vini. Non enim in hac conversione convertuntur dimensiones panis & vini in dimensiones corporis & sanguinis Domini: sed substantia convertitur in substantiam. Tota autem substantia rei est æque in magna, & parva quantitate, quantum ad propriam totalitatem substantiæ attinet. Sicut tota natura aeris est in parvo, vel in magno aere, & tota natura hominis in parvo vel in magno homine. Quia ergo corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ, & non per modum quantitatis, fit sane ut tota substantia corporis Christi & sanguinis sit contenta in hoc sacramento post consecrationem, sicut ante consecrationem continebatur, ibi tota substantia panis & vini.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Tho. notandum est primo, quod ista conclusio, scilicet, Christum totum esse in hoc sacramento est de fide Catholica, ut hic testatur D. Thomas, quod autem aliquid hic sit ex vi sacramenti, & alia ex concomitantia, veritas est autore Soto, quæ ipsi Theologi ex ipsis consecrationum formis deduxerunt.

¶ Esse autem ex vi sacramenti non tantum sonat, quod ratione sacramenti illic existat, sed quod sit expressum in forma, atque subinde sit proximus consecrationis terminus: qui quidem licet esset ab alijs seunctus illi existeret.

¶ Secundo advertendum est, quod contra id, quod ait Divus Thomas hic, scilicet, quod ubi sunt duo realiter coniuncta, ubi est unum, necesse est sit & aliud, non obstat obiectio Durandi, scilicet, quod humanitas Christi est coniuncta divinitati, & divinitas est ubique, & humanitas ubique non est: & quia corpori Christi existenti in celo est sibi coniuncta propinquitas ad celum, quam tamen non habet prout est in sacramento. Quia illa maxima seu propositio Divi Thomæ intelligitur, quando unum illorum, quæ coniuncta sunt non habet modum existendi eminentiorem, & magis illimitatum, sicut habet divinitas Christi. Item intelligitur de absolutis, non de respectivis, extrinsecus advenientibus: cuius modi sunt propinquitas, & præsentia ad celum. Non autem negat D. Tho. quod taliter coniuncta de potentia absoluta non possit Deus separare: sed loquitur de facto.

¶ Tertio, quia in dubium revocari solet, cum dicitur, corpus esse sub speciebus panis ex vi sacramenti, quomodo accipitur corpus, advertendum est corpus non accipi in ea acceptione, qua accipitur corpus, prout est genus subalternum prædicamenti substantiæ. Quia tunc supponeret pro aggregato ex anima & corpore: & per consequens per communicationem idiomatum supponeret pro ipso supposito Christi: Nam ut vere est homo, & animal sic & corpus: Neque corpus ibi

N acci-

accipitur pro dimensionibus quantitatis, licet ficalias accipi solet. Quod patet, quia quantitas non est substantia, cum tamen hæc cōversio sit transubstantiatio. A sufficiente ergo diuisione colligitur hic accipi corpus prout est altera pars cōpositi, non prout est solum materia prima contra Okam, & contra Gabrielē in. 4. dist. 11. quæst. 1. Quia corpus non dicit materiā primam, sed organizatam cum omnibus organis, & dispositionibus ad vitam necessarijs; quæ quidem sibi non competunt, nisi per aliquam substantialem formam. Nam. 2. de anima ait Aristotel. animam esse actum corporis organici in potentia vitam habentis. Sed neque ibi corpus contra Scotum dist. 11. q. 3. accipitur pro aggregato ex materia & ex forma corporeitatis: quia nulla datur forma corporeitatis. Quia secundū Philosophiam in omni generationem præcedēti corruptione fit resolutio vsque ad materiam primam: vt in generatione adueniat forma nudæ materiæ tanquam actus suæ puræ potentiæ. Igitur optime concluditur à D. Thoma art. 6. præcedentis quæstionis, scilicet, formam panis conuerti in animam Christi, quatenus dat esse corporeum: Sub qua ratione præcisa est hic anima Christi ex vi consecrationis. Nam quatenus dat esse viuum & sensitiuum, aut rationale solū est hic per concomitantiam. Supponit ergo hic corpus, & accipitur pro altera parte cōpositi, id est, pro materia connotando illam formam, à qua recipit esse corporeum. Quæ quidē forma non est alia, quam anima rationalis: quæ licet det esse rationale & corporeum, & in hoc sola ratione à seipsa differat, vt dat esse vnum, & dat esse aliud: tamen contra Scotum ipsa vtroque modo est ens reale. Quocirca forma panis in ens reale conuertitur. Item si hostia, quam Christus Dominus consecrauit in cena mansisset in triduo consecrata: tunc haberet illud corpus Christi manens in hostia in illo triduo esse corporis à forma cadaueris: quia mansisset eodem modo, quo inesse naturali manebat in sepulchro. Non enim corpus Christi tunc in triduo haberet esse corporis à forma corporeitatis, quæ in viuēte sit contra Scotū: quia ista forma corporeitatis, distincta ab anima rationali, vt ponit eā Scotus, iā explosa est. Neque est contra illud Psalmi: Nō dabis sanctū tuū videre corruptionem, asserere, quod in Christo defuncto fuit forma cadaueris contra aliquos id audire horrentes. Quia hoc tantum insinuat Psalmista, scilicet, illud corpus Christi virtute diuina fore seruandum à corruptione, quousque integrum resurgeret. Neque sequitur, quod si corpus in triduo fuit sub alia forma, quod nō fuerit idem corpus. Licet Aristotel. dixerit, quod oculus

A mortui æquiuoce est oculus, & idem de cadauere, quod æquiuoce est corpus: quia satis est fit idem corpus, eo modo, quo dicimus idem corpus Petri sepeliri: nam sic idem est corpus mortui, quod fuit viuētis. Nam licet sit sub alia forma, dum est mortuum, sed forma non est intrinseca corpori, sicut anima est pars hominis. Si igitur in triduo fieret consecratio corporis, non esset in illo sacramento anima, neque ex vi consecrationis, neque ex concomitantia, sed in resurrectione, cum reddita fuerit illi corpori Christi sua anima nunc in sacramento est ipsa anima ex concomitantia. Quod intelligendum est quatenus dat esse viuens, & rationale. Nam quatenus dat esse corporeum, iam dictum est, esse ibi ex vi consecrationis. Vnde si hostia in triduo consecrata conseruaretur vsque ad diem Resurrectionis virtute præcedentis consecrationis, esset anima succedens formæ cadaueris, dansque subinde esse corporeum.

¶ Adde etiam, quod quauis Christus viuus consecrauit, non tamen consecrare voluit, nisi corpus, & hanc virtutem dedit formæ: vnde ea vtendum esset, si consecratio fieret in triduo. Præterea considerandum est, quod licet corpus Christi sit vnitum diuinitati: tamen in rigore hoc non significat ista forma: Hoc est corpus meum. Quocirca non inde sequitur, quod diuinitas ibi sit ex vi sacramenti.

¶ Quæritur secundo, an sub vtraque huius sacramenti specie totus Christus contineatur. Respondetur autem, quod sub specie panis est quidem corpus Christi ex vi sacramenti, sanguis autem ex reali concomitantia, sicut diuinitas, & anima ex reali concomitantia est ibi. Sub speciebus verò vini est sanguis Christi quidem ex vi sacramenti: corpus autem Christi ex reali concomitantia: sicut anima & diuinitas, eo quod nunc sanguis Christi non est ab eius corpore separatus, sicut fuit tempore passionis, & mortis. Vnde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratum: sub speciebus panis fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub speciebus vini: sanguis sine corpore, sicut tunc erat in rei veritate. Item non frustra ponitur Christus totus sub vtraque specie. Nam primo hoc fit ad repræsentandam passionē Christi, in qua seorsum sanguis fuit à corpore separatus. Secundo fit ad convenientē vltimū huius sacramenti, vt seorsum exhiberi possit fidelibus corpus Christi in cibū & sanguis in potū. Tertiò, vt corpus exhibeatur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ. Nō autē consecratur seorsum aliqua corporis pars; sed omnes simul: quia nō fuerunt aliæ corporis partæ in passione, sicut sanguis. Itē etiā corp⁹ Christi, licet sit iā sub speciebus panis, consecratione iam

iam facta ex vi sacramenti: tamen per consecrationem vini sub speciebus vini incipit esse, non per se, sed concomitanter.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, quod in dubium reuocari non potest, quod totus Christus sit sub vtraque specie: quia est fides Catholica, vt patet ex Concilio Florentino, & ex Concilio Tridē. sess. 13. can. 1. & can. 3. Vbi dicitur: Si quis negauerit in venerabili sacramento Eucharistia sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta totum Christum contineri, anathema sit.

¶ Secundo aduertendum est, quod cum D. Thoma ait, quod si in triduo fieret cōsecratio panis, sub specie panis fuisset corpus sine sanguine, sicut erat in rei veritate in sepulchro, supponit Christum totum sanguinem effudisse in cruce. Item loquitur, non de potentia Dei absoluta, vt obijcit Scotus. Nam de potentia absoluta potuisset Deus facere, vt licet in triduo esset corpus à sanguine separatum, tamen in sacramento esset tunc cōiunctum sanguini, & vice versa. Sed loquitur de potentia Dei ordinaria sine interuentione alterius miraculi. Non ergo Scotus & alij, rationes, quæ ex natura sacramenti assumuntur per potentiam Dei absolutam debentur contendere eneruare, & impertinenter velle infringere.

¶ Tertio perpendendum est, quod etsi illam opinionem amplectamur, quam sequitur Sotus, scilicet, quod anima non informat sanguinem, cuius oppositam Magister frater Ioannes à Peña defendit, validis rationibus eam firmans, nihilominus tamen sanguis & reliqui humores sunt de integritate; ac perinde de veritate corporis, sine quibus corpus viuere non potest; vt tradit D. Thoma. 1. part. q. vlt. art. 1. Vnde negandū non est Christum Dominum assumpsisse sanguinē, & reliquos humores sine quibus viuere non poterat: quia vt prædiximus, sunt de veritate corporis: quia ratione dicuntur cōiuncti corpori, quod informatur anima. Hac ergo ratione sanguis concomitatur corpus in sacramento, & sanguinem corpus & anima. Neque est eadem ratio de cibo crudo, quem Christus habebat in stomacho dum consecrauit, quia cum crudus esset non erat de veritate naturæ, neque de integritate corporis Christi magis, quam morselus, quē haberet in ore.

¶ Quæritur tertio, vtrū totus Christus sit sub qualibet parte specierū panis, vel vini. Respondetur autem, quod substantia corporis Christi est sub speciebus panis in hoc sacramento ex vi sacramenti: quæritas autem eius dimensua est ibi ex vi realis cōcomitantia. Quia ergo ibi est corpus Christi per modū substantia, cuius est propriū contineri tā sub parua, quam sub magna quanti-

Instruct. consc. pars. 2.

A tate, & contineri totam substantia naturā, tam in tota quantitate quam in parte eius, ideo sicut tota substantia seu natura panis continetur sub qualibet particula dimensionis, & quantitatis: ita & totus Christus cōtinetur sub qualibet specie panis ac hostia, non solum cū frangitur, sed etiam integra manente, contra illos, qui ponunt exemplū in speculo integro, & post fracto, quia in integro vna tantū apparet imago; sed in partibus fractis singulis singula apparent imagines. Quia non est omnino simile. Quia illa multiplicatio imaginum in speculo fracto, accidit propter diuersas reflexiones ad diuersas partes speculi: hic autem non est nisi vnica consecratio, per quam corpus Christi est in hoc sacramento. Verum tamen non est corpus Christi sub partibus infinitis numero actu, quia numerus sequitur diuisionem in actu, & quantitas sub qua continetur, non potest esse diuisa actu, in infinitas partes. Et quando quantitas manet actu in diuisa non est ibi Christus pluries: sicut neque substantia panis ibi pluries erat: & per consequens non est ibi infinities, sed toties, in quot per partes quantitas diuiditur sub qua continetur. Habet insuper corpus Christi distantiam & ordinem partium suarum in sacramento, non pro vt comparatur ad dimensiones sacramenti; sed ad proprias suas, quas semper æqualiter habet. Vnde talis distantia partium, quam habet respectu sui non impedit, vt tota eius substantia, ad quam conuersio panis directe terminatur, sit sub qualibet parte specierum panis. Item licet natura corporis secundum id, quod habet ex quantitate sua dimensua diuersas partes in diuersis partibus loci debeat habere: tamen quia vt dictū est corpus Christi nō cōparatur ad hoc sacramentū, ratione quantitatis dimensionis, sed ratione suæ substantia: ideo tot⁹ Christus sub qualibet parte specierū panis & vini, est de facto.

¶ Circa prædictam doctrinā notandū est primò, quod totū Christū esse sub qualibet specierum parte est confessio ecclesie, vt D. August. ait, & refertur de cōsecr. dist. 2. can. singuli. & can. vbi pars. Et patet ex Concilio Florentino, & ex Concilio Triden. sess. 13. can. 3. vbi sic diffinitur: Si quis negauerit in venerabili sacramento Eucharistia sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta totum Christum contineri, anathema sit. Patet etiam ex vsu ecclesie, quæ vnam hostiam in plures sumentes distribuit tantum singulis tribuens, quātū omnibus. Adde secundo, quod licet ecclesia non videatur determinasse expresse totū Christum esse in singulis partibus, nisi quā hostia frangitur, nihilominus errori quoque tribuendū est autore Soto cōtra aliquos, quos citat Alexander Alex.

N 2 4. part



4. part. q. 4. memb. 3. art. 5. & Bonauen. dist. 10. q. 5. negare totum Christum esse in singulis partibus ante fractionem, quam post fractionem. Nam prædict. canone ubi pars indiscriminatio diffinitur q. ubi pars est corporis, est & totum; & non distinguit ante fractionem, vel post fractionem partis hostiæ. Vbi adhibet exemplum de manna. De quo dicitur, q. qui plus collegerat non habuit amplius; neq. qui minus parauerat habuit minus. Et patet quia facta fractione sub singulis partibus est totum non ratione fractionis naturalis, sed ratione præcedentis consecrationis supernaturalis. Ergo consecratio effecit, vt sub singulis particulis esset corpus. Ratio ergo, quare totus existit in singulis post diuisionem est, quia similiter integra hostia existebat. Item quia si Christus ante fractionem non esset totus in qualibet parte hostiæ, sequeretur, q. caput eius esset in vna parte, & manus in alia; & sic de alijs, quod tam est intelligibile, præsertim in quantitate parvissima, vt in mica hostiæ. Præterea, quia corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ eo modo, quod natura panis erat sub illis dimensionibus seclusa inhærentiæ: sed natura panis ante erat sub illa quantitate hostiæ, ita vt esset sub quavis parte hostiæ & in tota hostia non consecrata: ergo eodem modo est totus Christus post consecrationem totus in tota & totus in qualibet eius parte: alias compararetur ad totam hostiam diuisibiliter, & per modum quantitatis, quod est contra mysterium huius sacramenti. Est igitur communis opinio Theologorum, q. Christus in hoc sacramento est totus in toto, & totus in qualibet parte hostiæ, ante fractionem etiam. Nam si totus Christus non esset sub quavis parte ante fractionem, vix intelligi potest, quomodo pacto dum diuiditur hostia maneat sub quavis parte separata Christus totus. Nam per quid sit præfens caput, aut manus Christi in illa parte separata, si antea non erat illic: quæ est ratio communis Theologorum. Neq. obstat, q. corpus Christi totum non sit homogeneum, sed sit constans ex carne ossibus & nervis, & naribus, oculis & brachijs, &c: quia etiam his omnibus partibus substantialibus heterogeneis, id est, diuersarum rationum competit esse in loco localiter non per se, sed ratione suæ quantitatis: neq. per se existere in ordine ad locum, sed hoc habere ratione quantitatis, quæ etiam est hic per modum substantiæ. Vnde fit q. totum corpus possit esse in tota hostia, & totum in qualibet parte. Sed vtrum iste modus existendi pariat confusionem inter partes, vel non, post explicandum erit.

¶ Quæritur quartò, vtrum tota quantitas dimensionum corporis Christi sit in hoc sacramento. Re-

spōdetur autem, q. quantitas dimensionum corporis Christi non est in hoc sacramento ex vi sacramenti: quia conuersio hæc sacramentalis directe terminatur ad substantiam corporis Christi, non autem ad dimensiones eius. Quod patet ex hoc, q. quantitas dimensionum panis remanet facta consecratione, sola autem substantia panis transeunte. Quia tamen substantia corporis Christi realiter non separatur à sua quantitate dimensionum, & ab alijs accidentibus, inde est, q. ex vi realis concomitantia est in hoc sacramento tota quantitas dimensionum corporis Christi, & omnia accidentia eius. Insuper, quia quantitas dimensionum hæc corporis Christi est in hoc sacramento concomitantly, & quasi per accidens, inde est, q. sicut dulcedo, quæ coniungitur obiecto albo, est in oculo, non per modum dulcedinis, sed per modum albi, cui coniungitur: sic prædicta quantitas corporis Christi est in hoc sacramento, non secundum proprium modum, vt scilicet, sit totum in toto, & singulæ partes in singulis partibus, sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto & tota in qualibet parte. Præterea, etsi duæ quantitates dimensionum naturaliter non possint esse simul secundum proprium modum quantitatis dimensionum: tamen quia quantitas dimensionum panis est hic secundum proprium modum, scilicet, secundum commensurationem quandam; & quia quantitas dimensionum corporis Christi non est ibi isto modo, sed per modum substantiæ: ideo non repugnat q. sint simul & q. tota quantitas corporis Christi, etsi sit in se maior, sit in hoc sacramento, sine hoc, quod extendatur ultra quantitatem hostiæ, imo non extenditur in ordine ad quantitatem hostiæ, licet sit extensa in se, & extensam faciat substantiam corporis Christi in se: non tamen in ordine ad locum, neque in ordine ad quantitatem specierum.

¶ Circa prædictam doctrinam prænotandum est primo, q. hæc assertio, scilicet, q. quantitas corporis Christi existat in hoc sacramento, quia neque in euangelio, neq. in sacris ecclesiæ canonibus tantum expresse est asserta: ideo aliquibus præsertim hæreticis impossibilis esse videtur. Sed tamen est communis doctorum sententia, quæ probatur ex ratione D. Tho. hac, scilicet, q. vbi-cumq. est aliquid, est ibi quidquid ei naturaliter coniungitur: quantitas autem est naturaliter cum corpore coniuncta: ergo est simul cum corpore Christi in sacramento. Alioquin, si ratio hæc D. Thomæ non valeret, non suppeteret nobis ratio reliqua ad probandum illic in sacramento esse animam, & diuinitatem, & reliqua corporis accidentia. Quoniam non aliter probamus illic esse hæc omnia, nisi quia sunt coniuncta in celo. At etiam secundo patet: quia si quantitas corpo-

ris Christi

ris Christi non esset ibi, omnia membra Christi essent confusa in se: quia corpus Christi ibi sine sua quantitate existens partes non haberet distantes, non solum in ordine ad locum, verum neq. inter se distantes partes haberet. Non igitur respectu sui esset ordo partium, sed confusio. Neq. esset corpus organicum valens naturaliter viuere, aut opera vitæ exercere, siquidem autore Arist. 2. de animal. anima certam quantitatem vendicat sibi, sine qua vitam corpori præstare nequit, neq. corpus informare. Esset igitur ibi corpus Christi in sacramento, si esset sine sua quantitate quædam veluti informis massa, & moles, potius quam corpus humanum. Quod tamē videtur esse absurdus error contra fidem, contra illud, quod Christus dixit: Hoc est corpus meum: vbi de suo corpore vero naturali loquebatur. Neq. obstat id, quod primo obiicit Durandus dist. 10. q. 2. scilicet, q. sit de intrinseca ratione quantitatis habere partes distantes situ & positione in ordine ad locum, quia id negatur: imo hic est modus à quantitate separabilis per diuinam potentiam. Neq. obstat secunda eius obiectio, scilicet, q. sicut animæ rationali, quia de se est indiuisibilis, repugnat habere situm in loco, sic ita de se est contra diuisibilis quantitas ergo repugnat ei non habere situm & extensionem in loco. Quia respondetur, negando, q. quantitas tam intrinsece sit diuisibilis in ordine ad locum, quam est anima indiuisibilis. Neq. obstat, quod tertio obiicit, scilicet, q. sicut substantia nullibi potest esse, nisi substantialiter: ita quantitas nullibi potest esse, nisi quantitatiuè. Quia respondetur, q. consequens est verum secundum primum modum, qui est ordo partium inter se. Isto modo quantitas non potest esse alicubi, nisi isto modo quantitatiuè: quia est inseparabilis à quantitate. Secus est autem de secundo modo, quantitatiuè, qui est seruare ordinem respectu loci. Quocirca negatur contra Okam, q. istum secundum modum, seu officium quantitatis non possit Deus separare à primo. Nam potest facere, q. quantitas extendat partes suas in se, & non extendat eas in ordine ad locum. Nam etsi Aristoteles expresse affirmasset de intrinseca ratione quantitatis esse extendere corpus in ordine ad locum, nihilominus eius assertio, vt pote à fide dissona recipienda non esset. Quia etsi de intrinseca ratione quantitatis sit facere quantum, sed extendere partes in ordine ad locum proprietas est ei conueniens posterius. Sine posteriori autem potest Deus conseruare, quod est prius. Potest ergo in sacramento quantitas corporis Christi esse per modum substantiæ. Quod si intelligere satis nequeunt hæretici, deberent captiuare intellectum suum in obsequium fidei. Neq. sequi-

tur quod obiicit Okam, q. si quantitas corporis Christi in sacramento haberet officium extendendi partes inter se, Christus in sacramento se posset mouere corporaliter mouendo suum corpus. Quia respondetur negando, q. illic corpus Christi possit habere proprium motum: quia motus dicit ordinem ad locum: sed mouetur ad motum specierum.

¶ Secundo aduertendum est, q. ex prædictis sequitur, q. corpus Christi non habet confusas partes in ordine ad se: quia corpus Christi in hostia differentias omnes habet in ordine ad se ipsum, quas habet in celo, scilicet, vt caput sit supra pectus, & pectus supra ventrem, &c. Tamē in ordine ad locum, & ad species panis non habet tale ordinem: quocirca quomodocumq. hostia vertatur, nunquam est corpus supinum, aut reclinatum, neq. frontem ad nos vertit, neq. occiput. Vnde contra Maiorē corpus Christi diuidi in hoc sacramento non potest: quia diuisio dicit ordinem ad locum. Quia diuidi non potest corpus in partes quantitatiuas, nisi habeat esse per modum quantitatis extensum. Quocirca in sacramento non est diuisibile. Neq. enim contra hoc quidquam promouet ratio Scoti, scilicet, q. vnum quodq. vbi-cumq. sit, & quomodocumq. sit, debet seruare suum naturalem modum, ac per consequens, q. quantitas corporis Christi, etsi subdit per concomitantiam debet seruare suum naturalem modum. Quia respondetur, q. ex eo, q. non est ibi quantitas ex vi consecrationis, recte infert D. Tho. q. non est ibi per se in sacramento, sed ratione substantiæ. Et inde infert, non esse, nisi ad modum substantiæ. Sicut dulce, quod est coniunctum albo dum videtur tale album per se ab oculo non est in visu per modum dulcis, sed per modum albi. Quia sicut in generatione naturali quantitas trahit substantiam ad modum existendi quantitatiuè: sic in ista mirabili conuersione substantia corporis Christi trahit suam quantitatem ad modum existendi substantiæ: quia ex consecrationis vi ibi est substantia.

¶ Quæritur, vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento, sicut in loco. Respondetur autem, q. corpus Christi in hoc sacramento non est secundum proprium modum quantitatis dimensionum, sed magis secundum modum substantiæ. Cum ergo omne locatum sit in loco per modum quantitatis dimensionum, secundum quam commensuratur loco, fit consequens, vt corpus Christi non sit in hoc sacramento, sicut in loco, sed per modum substantiæ. Vnde sicut substantia panis non erat ante sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ: ita nunc substantia corporis Christi non est sub dimensionibus panis localiter, sed per modum substantiæ. Non tamē substantia corporis Christi est subiectum illa-

rum dimensionum, sicut antea erat substantia panis. Quocirca substantia panis per dimensiones suas ibi sibi inhaerentes, quibus comparabatur ad locum erat localiter ibi. Substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illū mediante dimensionibus alienis; ita quod conuerfo dimensiones corporis Christi comparantur ad locum illum mediante substantia, quod est contra rationem corporis locati. Vnde nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter: consequitur ergo, quod corpus Christi non est in hoc sacramento circumscriptione; quia non est ibi secundum commensurationem propriae quantitatis. Sed neque est ibi diffinitive: quia sic non esset alibi, quā in hoc altari, ubi conficitur hoc sacramentum: cū tamen sit in caelo in propria specie, & in multis altaribus sub specie sacramenti. Quod autē non sit extra superficiem sacramenti, non prouenit ex eo, quod ibi sit diffinitive, aut circumscriptione: sed quia incipit esse ibi per consecrationem, & conuersionem panis, & uini. Præterea locus ille, in quo est corpus Christi, non est uacuum: quia substantia corporis Christi cū non sit ibi localiter, non ea repletur locus; sed speciebus sacramentorum repletur; quæ ratione dimensionum replent locum, vel saltem miraculose: sicut & miraculose subsistunt per modum substantiæ. Item in hoc sacramento, ubi accidētia corporis Christi, sunt per concomitantiam, sic solum sunt illa accidētia, quæ sunt ei intrinseca. Sed esse in loco non est accidens ita intrinsecum, sed est accidens per comparationem ad extrinsecam cōueniens: & ideo non oportet, quod Christus sit in hoc sacramento, sicut in loco, aut quod istud accidens esse in loco corpus eius in sacramento committetur.

¶ Circa prædictā doctrinam notandū est primò, quod esse in loco diffinitive, ut nomen sonat, idem est, quod loco coarctari & perstringi: ita ut virtute talis existētiæ repugnet locato simul naturaliter esse alibi contra Gabriel. in. 4. d. 10. q. 1. Ut anima sic est diffinitive in suo adæquato corpore: quia ex modo hoc existendi ibi repugnat simul esse alibi extra corpus. Nō tamē est in una parte sui corporis diffinitive: licet sit ibi tota; quia ex tali modo ibi existendi non repugnat esse in alijs partibus sui corporis. Vnde esse diffinitive non est esse totum in toto, & totum in qualibet parte, ut est anima: sed ut nomen præfert est ita diffiniri hic, ut alibi simul esse non possit. Quocirca circumscriptione, & diffinitive non sunt duo membra eiusdem diuisionis. Imò quicquid est circumscriptione in loco, est etiam ibi diffinitive: sed non e contra. Quia circumscriptione esse in loco ultra limitationem, &

terminationem in loco importat commensurationem partium locati ad partes loci, quam nō importat diffinitive esse in loco. Quapropter sola corpora circumscribuntur loco. Hinc inferitur defectus huius cōsequentiæ: Intellectus est in anima: sed anima est in pede, ergo intellectus est in pede. Quia hæc consequentia non valet, nisi ubi res sunt in loco diffinitive: sed anima nō est in pede diffinitive: cum extra pedem sit simul etiam in capite & in alijs membris. Bene tamen valet ista consequentia: Pecunia est in bursa; & bursa est in arca: ergo pecunia est in arca. Quia pecunia est in bursa diffinitive: quia ex modo existendi ibi, extra alibi esse simul non posset. Quamuis propius & directius hic esset concludendum: ergo pecunia est in bursa, quæ est in arca: quam concludere, quod pecunia sit in arca sicut in alia consequentia priori directius cōcludendum erat: ergo intellectus est in anima, quæ est in pede; quam concludere, quod intellectus sit in pede: quia alias variari videtur quodammodo appellatio; etiam si ista postrema consequentia teneat in materia.

¶ Ex prædictis corollarie primò inferitur, Christum in hoc sacramento, neque esse circumscriptione, neque verò diffinitive. Vnde colligitur Christum esse in caelo diffinitive, sicut est etiam ibi circumscriptione. Nam etsi huic modo existendi in caelo diffinitive repugnet esse simul alibi diffinitive naturaliter: quia quātitas Christi caelesti illo loco finitur, & terminatur: tamē quia corpus Christi in hoc sacramento non est per aliquam quātitatem suam illic coarctatum, sed ratione panis, qui in ipsum conuertitur: ideo existētia eius in pluribus sacramentis non terminatur per quantitatem, aut per virtutē eiusdem corporis: sed per numerum substantiarum panis, quæ in ipsum conuertuntur: & ideo est diffinitive in caelo, & non in sacramento.

¶ Secundo corollarie sequitur, Christi corpus in sacramento non esse per solam præsentiam, contra Scotum dist. 10. quæst. 1. & contra Durandum dist. 11. quæst. 1. dicentes, non esse aliter, quam per solam præsentiam. Quia si sic tantum esset, ad hoc non opus esset aliqua conuersione panis; neque ad motionem hostiæ ex vi consecrationis sequeretur motus corporis: sed ipsum corpus sua sponte moueretur ad stomachum, cū deglutirentur species: neque esset præsens in sacramento ratione conuersionis: sed quia proprio motu locali veniret de caelo: neque ad destinationem specierū sequeretur ex natura sacramenti desitio corporis in eodem loco. Concluditur ergo ex prædictis, quod corpus & sanguis Christi est in hoc sacramento, neque circumscriptione, neque diffinitive: sed neque dū

taxat

taxat præsentialiter: sed est ibi sacramentaliter. Quod est dictū, quod taliter cōtinetur sub illis speciebus, ut ad earum motum ex vi sacramenti moueatur, & ad earum destinationem desinat illic esse, nisi per nouum miraculū velit manere præsens aëris superficiē illi extantis.

¶ Aduerte vltimò, quod quia iam retro de illa quæstione meminimus, utrum idem possit poni in diuersis locis, ideo hic illam missam facimus. licet hic illam pertractet Sotus. Videto illum. Vbi primò ait, quod ex hoc sacramento mirabili sumitur magnum argumentum, quod sicut corpus Christi est in pluribus locis sacramentaliter: ita Deus possit facere, ut sit in pluribus locis circumscriptione. Secundo addit, quod si idem sit in duobus locis, secluso alio distincto miraculo, quāsum est ex natura rei omnia prædicata absoluta, quæ in vno loco ei conueniunt pariter conueniunt & in altero; licet non omnia respectiua. Vnde si in vno loco esset albus, vel frigidus & alio loco esset similiter; non tamen si in vno loco esset prope Romam in alio loco esset similiter. Tertio adijcit, quod per nouum supernaturale aliud miraculum posset Petrus hic habere unam qualitatem, & Romæ aliam, scilicet, hic albedinem & Romæ nigredinem: Non tamen esset simul albus & niger: quia istæ denominationes sunt repugnantes, vnde admixtæ in eodem subiecto facerent subiectum medio modo coloratum. Sicut posito in hoc casu dummo calore & frigore in eodem subiecto subiectum esset tepidum: at si Deus non suspenderet actionem, frigus corrumpere calorem, aut e contra. Quarto demum super addit, quod duo cōtradictoria de homine illo nequaquam possent verificari, ut esset albus, & non albus, neque priuatiue opposita, ut quod esset videns, & cæcus, aut ambulans, & quiescens: quia quiescens includit non moueri & cæcum esse non videre. Sed cum restrictione bene possent verificari, ut sedens Salmantiæ: esset currēs Romæ: quia tunc cum accipiantur respectu diuersorum, nō sunt simpliciter cōtradictoria. Et tunc, si idem homo existens in diuersis locis inuicem de vno ad alium per lineam rectam reuertetur in loco, quo sibi obuiaret nō se impediret, quia esset idē homo. S. Martini historia, quæ de vita eius tractat narrat D. Ambrosium Mediolani dum celebraret obdormisse, & excitatum dixisse, se fuisse D. Martini affuisse. Ex qua historia nō cogitur quis credere in ambobus locis fuisse. Nam cum dicatur tunc Mediolani obdormisse, signū fuit ipse somnus, imaginariam fuisse visionem. Postremo licet ex prædictis inferatur, posse Deum vnum corpus ponere vbique: quod non est tam facile creditum, tamen non videtur repu-

gnare omnino: quia tunc quod propriū est Dei per naturam, scilicet, vbique esse, nō per naturam tunc competere illi corpori, sed per huius proprietatis aliqualem communicationem.

¶ Quartus sextò, utrum corpus Christi sit immobiliter in hoc sacramento. Respondetur autem, quod quando aliquid est vnum subiecto, & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere. Vt cum corpus est album, & est magnum: potest moueri secundum albedinem, & permanere immobile secundum magnitudinem. Igitur, quia Christo non est idem esse secundum se, & esse sub hoc sacramento: quia esse sub sacramento denotat quandam habitudinē eius ad hoc sacramentum: ideo secundum hoc esse, mouetur Christus, non per se secundum locum, sed per accidens: quia non est in hoc sacramento sicut in loco. Quod autē non est in loco per se non mouetur per se in loco, sed solum ad motum eius, in quo est. Sed neque per propria mutationem definit esse in hoc sacramento: quia habet in se esse indeficiens incorruptibile. Sicut ergo Deus, cuius esse est indeficiens, definit esse in creatura non per suam mutationem: sed per hoc, quod creatura corruptibilis definit esse. Sic Christus non definit esse in hoc sacramento per sui esse destinationem: neque etiam per motum localem sui; sed solum per hoc, quod species huius sacramenti desinunt esse. Vnde fit manifestum, quod Christus est immobiliter in hoc sacramento. Neque obstat dictum Philosophi. 2. Topicorū, scilicet, quod motis nobis mouentur ea, quæ in nobis sunt: quia id est verū de motu de per accidens, quo motu motis per se speciebus mouetur de per accidens ad motum earum Christus. Nō autem hinc probatur, quod Christus in sacramento mouetur per se. Sed sicut omnes alia consecrationis immobiliter manent, manentibus rebus consecratis: sic Christus hic manet manentibus speciebus consecratis. Vnde figura illa huius sacramenti, quæ habetur Ex od. 12. scilicet, agnus Paschalis, de quo dicitur, quod non remanebat quicquā eius vsque mane, licet debet respondere figurato, sed non potest in omnibus veritatem figuratam adæquare. Cessantibus autem speciebus, sub eis definit esse corpus Christi: non quia ab eis dependeat: sed quia tollitur habitudo corporis Christi ad illas species: per quē modū Deus definit esse Dominus creaturæ desinentis esse.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, quod quia Scotus dist. 10. quæst. 6. & Durandus, q. 3. tenent Christum Dominum nō aliter esse in hoc sacramento, quam per simplicem respectum præsentiae; scilicet, sicut Angelus est præsens loco, aut sicut si duo se penetrarent

trarent corpora, idè negant corpus Christi moueri localiter per accidens ad motum specierum. Hæc rament eorum opinio non solum falsa est, sed etiam assertionibus ecclesiæ collectis ex Euangelio non est consona. Nam Christus dixit: Accipite comedite & bibite. Et cano. ego Berengarius, de consecr. dist. 2. diffinitur, qd corpus Christi in sacramento sacerdotis manibus tractatur & frangitur, & dentibus atteritur, & deglutitur. Ex quibus aperte elicitur, qd in propria significatione accipiendi terminos, sicut in materia fidei, sunt accipiendi, nos comedimus corpus Christi. Si autem ad motum specierum non moueretur, sed solus Christus seipso per guttur intraret in stomachum, non esset ille motus actio comedentis. Vnde neque proprie diceremur comedere corpus Christi, sed proprias species. Nec nos acciperemus eius corpus manibus, sicut neque accipiens lapidè diceretur accipere Angelum, si Angelus esset præfens lapidi: neque seruaretur sub speciebus: quia seruari est contineri, & non quod Christus illic vellet esse sicut erat præfens in domo aliqua.

¶ Ex prædictis prætereà corollarie sequitur, illam assertionem Scoti, qua ait, nullam creaturam posse mouere corpus Christi, neq; per se, neque per accidens, non esse consonam verbis citatis Euangelij. Imo ex ea sequitur, qd corpus Christi esset per se mobile in sacramento: siquidem, ut ait Scotus, non mouetur ad motum specierum, sed per suam voluntatem sequitur earum motum. Vnde negamus fundamentum falsum Scoti in hoc sensu acceptum, scilicet, qd non est Christus in sacramento per alium nexum, nisi quia vult ibi corpore esse præfens: quia virtute consecrationis vult ibi esse præfens, non per se iam præfentiam; sed per illud nexum, quo continetur sub speciebus, ratione cuius ad motum specierum sequitur motus eius: quia cõtinetur sub speciebus, quæ mouentur contra Durandū. Vnde non valet similitudo de Angelo existente in lapide adducta à Durando: quia non sic continetur à lapide; sicut Christus continetur sub speciebus. Vnde Angelus potest ibi per se se mouere, non vero Christus in sacramento, licet etiam posset de per accidens moueri. Angelus ad motum lapidis. Neque est inconueniens contra obiectionem Durandi, quod Christus in vno altari de per accidens eleuetur, & in alio altari inferius ponatur: quia in diuersis altaribus est sub diuersis speciebus. Sicut secundum aliquos anima mouetur sursum secundum brachium vnum, & secundum aliud deorsum. Neque per hoc qd concedimus, quod corpus Christi frangitur, de per accidens, sequitur quod ad fractionem hostiæ disidatur corpus Christi in se, ut arguit Du-

randus: Quia corpus Christi ibi non est mortale, neque habet extensionem in ordine ad locum, ut diuidi possit. Vnde sicut abscisa manu anima non diuiditur, sed tota manet in reliquo corpore: sic diuisa hostia totum corpus est in qualibet parte. Adde etiam, qd libenter concedimus Durando, qd ad consecrationem specierum non mouetur tunc corpus Christi in illo instanti: quia non incipit tunc esse ibi per motum, quo moueatur de per se, aut de per accidens: sed incipit ibi esse per cõuersionem panis in ipsum. Neq; inde sequitur, quod post ad earum specierum, quæ ibi manent motum non moueatur: quia sicut corpus Christi ratione harum specierum est in loco per accidens: ita ratione illarum mouetur per accidens. Insuper, neque valet argumentum, quod si corpus Christi continetur sub speciebus panis, sicut substantia panis antea sub illis continebatur: quod si substantia panis mouebatur sub illis per se, quod etiã per se Christus ibi moueatur. Quia respondetur, latum esse discrimen. Quia substantia panis ratione propriæ quantitatis sibi inhaerentis proprie est in loco: ideo per se mouetur, non ad motum suæ quantitatis: imo quia substantia mouetur, mouetur quantitas: sicut motus nobis mouentur quæ sunt in nobis, licet extensio quantitatis sit ad hunc motum requisita. Sed quia species sacramentales non intunt corpori Christi: ideo vsu euenit contrariū, ut non, quia Christus mouetur, moueantur species: sed e contra, quia species mouentur ipsum mouetur. Aduertendum est autem, quod cum dicimus Christum moueri ad motum specierum, intelligitur, dum tota hostia mutat locum: secus autem est, si in eodem loco tantum moueretur circulariter.

¶ Secundo perpendendum est, quod non solum corpus Christi in hoc sacramento non potest deficere, nisi deficientibus accidentibus: sed neque vlla mutatione neq; per accidens potest alterari, vel augeri. Nō enim etsi ad motum specierum moueri possit, ad earum calefactionem potest, neque per accidens calefieri: quia præter motum localem nulla passio neque per accidens ibi ei conuenire potest ratione specierum: At conuenit ei motus per accidens ratione specierum; quia in illis cõtinetur. At vero, quia species illi non inhaerent, neque per quantitatem specierum extenditur non afficitur calore, vel frigore neque per accidens, etiã si species his qualitatibus afficiantur: sicut anima existens in corpore nō alteratur corporaliter ad alterationem corporis (quia cum anima sit indiuisibilis non est subiectum alterationis corporalis) ita corpus Christi pariter non alteratur ad alterationem specierum: quia est ibi indiuisibiliter in sacramento.

mento. Imo, licet ex alteratione corporis alteratio spiritualis sequatur in anima, nempe, lætitia, vel tristitia: tamen ista non sequitur in corpore Christi: quia non est actus specierum.

¶ Tertio aduertendum est, quod in sacramento inhaeret corpori Christi omnis absoluta proprietas, quæ cõiuncta est ei in cælo: quia omnia accidentia absoluta, quæ sunt corpori adiuncta in cælo sunt per concomitantiam in sacramento. Ex quo sequitur, qd si calefieret, aut frigeret in nocte, qua fuit captus secundum esse naturale sic corpus eius afficeretur in sacramento: quia esset idem subiectum, licet calor in sacramento non haberet esse extensum. Item dum flagellaretur extra sacramento sentiret dolorem in sacramento. Nam de spiritualibus non est dubitandum. Mærorem enim & lætitiã, qua afficeretur in cruce, sentiret in sacramento: & si moreretur extra sacramento, vel resurgeret extra sacramento; sic anima in sacramento à corpore separaretur in morte & vniretur in resurrectione, quantum est ex natura rei. Cæterum contra Scotum dist. 10. quæst. 4. non omnis operatio, quæ conuenit Christo in cælo conuenit ei in sacramento Nam motio, qua moueretur in cælo localiter, non conueniret ei in sacramento. Nā mouere dicit ordinem ad locum, quem non habet in sacramento. Atque eadem ratione si loqueretur in cælo, non sequitur, quod loqueretur in sacramento: quia hoc etiam dicit motum linguæ. Neque differentias ad locum, quas habet in cælo, habet in sacramento. Vnde si in cælo stat, sedet, aut recubat, neque in sacramento tales situs habet. Igitur operationes conuenientes ei per ordinem ad locum ei non conueniunt in hoc sacramento.

¶ Quarto sciendum est, quod Christus Dominus sensationes, quas habet in cælo habet per concomitantiam in hoc sacramento, secundum Scotum & Scotum: tamen in sacramento non potest recipere species, ut oculo corporali videat, vel audiat nos. Quia ratione neq; potest videri à nobis: quoniam hæc specierum multiplicatio ordinem dicit ad locum. Neque in sacramento potest vti aliqua potentia actiua corporea respectu passivi extrinseci. Vnde non potest calore suo calefacere hostiam, neque manu sua sacerdotis manum tenere. Verum opera intellectus & voluntatis possunt conuenire Christo in sacramento, ut est in hostia, non solum, quia intelligit, & vult in cælo: sed quia perse potest velle, & intelligere in sacramento: quia istæ actiones neque requirunt, neque important ordinem ad locum.

¶ Quæritur septimo, vtrum corpus Christi possit ab aliquo videri pro vt est in hoc sacra-

mento. Respondetur autem, quod à nullo oculo corporali corpus Christi potest videri in hoc sacramento. Tum quia corpus per sua accidentia immutat medium: corpus autem Christi hic non potest immutare medium, ut sic ab aliquo oculo corporali videri possit. Quoniam accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento mediante substantia: ac per consequens non habent immediatam habitudinem, neque ad hoc sacramentum, neque ad corpora, quæ ipsum circumstant, ut immutare possit medium. Tum etiam, quia corpus Christi est hic per modum substantiæ. Vnde sicut substantia, in quantum huiusmodi non est visibilis oculo corporali, neque subiacet alicui sensui, neque imaginationi; sed solum intellectui, cuius est obiectum, est quod quid est, ut dicitur tertio de anima: ita proprie loquendo corpus Christi, ut est in hoc sacramento, per modum substantiæ, nullo sensu, neque imaginatione perceptibile est: sed solo intellectu, qui per similitudinem dicitur oculus, diciturque oculus spiritualis. Intellectus autem beatorum tam Angelorum, quam hominū spirituali oculo vident corpus Christi, pro vt in sacramento est, id est, supernaturalem modum, quo ibi est, secundum participatam claritatem diuini intellectus per visionem diuinæ essentiæ. Dæmones verò ipsum non vident, ut in sacramento est, nisi per fidem, cui non assentiunt pia affectione, sed euentium signorum necessitate conuicti: quemadmodum Iacobi. 2. dicitur: Dæmones credunt & contremiscunt, prætereà aduertendum est, quod corpus Christi sub sacramento est inuisibile oculis nostris, non solū, quia est velatum velamine specierum per modum tegumenti: sed quia non habet prædictam habitudinem immediatam, neque ad sacramentum, neque ad corpora circumstantia, ut possit immutare medium. Oculus autem Christi corporalis videt seipsum in hoc sacramento, non tamen modum existendi, quem ibi habet supernaturalem: quia videre hunc modum pertinet ad intellectum Beatorum per visionem diuinæ essentiæ. Non tamen est eadem ratio de alio corporali oculo glorioso: quia etiam ipse oculus Christi est sub hoc sacramento: sed oculus alius, si esset gloriosus, non esset sub hoc sacramento. Sed neque Angelus bonus, aut malus alii quid oculo corporeo videre potest, sed solum oculo intellectuali. Vnde solus intellectualis oculus glorificatus, modum existendi Christi corporis, pro vt hic est, videre potest.

¶ Circa prædictam doctrinam adnotandum est primo, quod conclusio hæc, quod à nullo oculo corporali corpus Christi possit videri, pro vt est in sacramento, est Scoti dist. 10. quæst. 5.



& Richardi ead. dist. art. 5. quæst. 6. contra Okā in. 4. quæst. 5. & Maioris dist. 10. quæst. 5. dicentes, naturaliter Christum ibi existentem posse videri, & audiri, nisi sese occultarit ibi propter meritū nostræ fidei. Horum tamen opinio veræ philosophiæ repugnat, secundum quam, si actio sit corporea requiritur approximatō agentis ad passum per quantitatem extensam in ordine ad locum: quia omne agens agit per contactum autore Aristotele.

¶ Secundo aduertendum est, quod quando D. Thomas ait substantiam in quantum huius modi non subiacere imaginatiuæ potentiæ, sed solum intellectui, loquitur de substantia pura, vt abstrahit à modo quantitatis, & à conditionibus individualibus. Nam alias substantia singularis quantitate signata phantasma producit, quibus imaginatiua mouetur.

¶ Tertio perpendendum est, quod quia indubium hic reuocari solet, vtrum saltem supernaturaliter corpus Christi in hoc sacramento oculo corporali possit videri (quia Palude dist. 10. quæst. vltim. & Capreolus quæst. 4. id negant, fieri posse per illam potentiam. Et quia D. Thomas in. 4. ead. dist. quæst. vnic. art. 4. & Scotus loco cit. quæst. 9. non negant per miraculū id fieri posse: ad conciliandum eos dicendum esse videri cum Soto, quod per multiplicationem specierum ab ipso corpore Christi ibi existenti per nullam potentiam, est factibile, vt ab alio oculo corporali videatur ob rationes traditas à D. Thomæ: quia corpus non potest ibi eas multiplicare species neque illas multiplicatas suscipere. Tamen nihil obstat, quod Deus de potentia absoluta possit per species, non à corpore Christi multiplicatas, sed à se productas, vel sine speciebus ponere notitiam intuitiuam corporis Christi in nobis, atque eam conseruare, etiam in absentia obiecti: quia species in genere causæ efficientis concurrūt, quam Deus potest per se supplere. Neque Deus diceretur proprie nos decipere, si talis notitia esset sine corpore Christi ibi ad eam producendam mouente.

¶ Præterea quarto est considerandum cōtra Scotum, dist. 10. quæst. 8. quod dum D. Thomæ hic ait, quod beati vident corpus Christi pro vt est in sacramento non per hoc intellexit D. Thomas, vt ipsum redarguit Scotus, quod de essentia beatitudinis beatorum sit in Dei clara visione videre illud, vt in sacramento est, sed intelligit D. Thomas id pertinere ad perfectionē beatitudinis beatorum, vt mysterium, quod hic in via, fide crediderunt, in patria clare speculerentur in Deo, vt desiderium eorum satietur, qui quod credidit in via, cernere clare cupiunt in patria iuxta illud psalmi: Sicut audivimus, sic

vidimus in ciuitate Dei nostri.

¶ Quinto pensandum est, rem aliquam dupliciter esse supernaturalem. Vno modo accidentarie: vt visus cæco restitutus dicitur isto modo supernaturalis. Quia licet visus ille per naturā produci potest, vt dū gignitur homo; gignitur eius visus: tamē fuit miraculose à solo Deo productus, & cæco restitutus. Alio modo aliquid dicitur supernaturale ex suo genere: qualia sunt, quæ nō possunt per naturā produci, eo quod sunt extra ordinem vniuersi, vt lumen gloriæ & vnio hypostatica humanitatis ad Verbū. Et hæc sicut se habent ad esse sic se habent ad cognosci. Vnde fit, vt nisi per auxilium supernaturalē cognosci nō possint à creatura. Et talis est existētia corporis Christi in hoc sacramento. Vnde omnia argumēta Scoti quæ machinatus est cōtra D. Tho. in hac parte per hanc distinctionē hanc facile diluuntur. Nā non omne ens creatū est obiectum proportionatum intellectui creato; vt ipse arguit, si sit ex genere suo supernaturale, scilicet, secundo modo: Sicut existētia corporis Christi Domini in sacramento. Quo circa & si concedimus Scoto, quod substantia creata sit cognoscibilis naturaliter abstrahēdo ab hoc vel illo modo existendi: tamen cum illo modo existendi supernaturali non est sic cognoscibilis. Quapropter, licet intellectus possit cognoscere illic non esse panem, ac subindē, accidentia illic esse sine subiecto; nō tamen cognoscet quomodo corpus illic existat; præsertim quod corpus non replet illum locum, sed quantitas ipsa præteriti panis. Cæterum de anima Christi certius dicitur contra eundem Scotum, quod non naturaliter cognoscit istum modum existendi, sed lumine gloriæ, qua perfruitur.

¶ Vltimo tandem notatu opus est pro intelligentia. D. Thomæ, quod licet corpus Christi in sacramento non possit multiplicare species per medium, potest tamen illas multiplicare per seipsum: siquidem partes eius habent intrinsecum ordinem inter se. Vnde, quia hac ratione oculus Christi videt se, eodem oculo Christus videt suum corpus: quia contra fratrem Iosephum satis est quod corpus Christi etiam in hoc sacramento sit extensum in ordine ad se, vt prædicto modo possit videre se.

¶ Queritur. 8. vtrum quando in hoc sacramento apparet caro, vel puer, sit ibi verè corpus Christi. Respondetur autem, quod dupliciter contingit talis apparitio. Vno modo quando in hoc sacramento miraculose videtur caro, aut sanguis, aut etiam aliquis puer. Alio modo contingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expresse viderēt carnem aut sanguinem, aut puerum nulla mutatio

ne facta ex parte sacramenti. Quod tunc præcipue fit, quando vnus conspicit hostiam in propria specie, & alius eandem videt in forma prædicta carnis. Non tamen deceptio interueniret ibi ex parte Dei: quia talis species formatur in oculo ad aliquam veritatem figurandam: sic enim Christus absque deceptioe apparuit discipulis eūtib; in Emaus. Secundo modo contingit talis apparitio, non per solam immutationem videntium, sed specie, realiter quidem exterius existente. Quod contingere videtur, quādo sub tali specie ab omnibus videtur, & non ad horam, sed per longum tempus ita permanet. Sed in hoc casu, contra alios non videtur propria species Christi. Tum, quia Christus nō potest videri in propria specie, nisi vbi est diffinitiuē, id est, in cælo. Tū, quia corpus gloriosum, quale est nunc corpus Christi apparet, & disparet cum voluerit, vt Lucæ vltimo. Dominus ab oculis discipulorum euauit. Hoc autem, quod in specie sanguinis aut carnis, aut pueri apparet (vt supponimus) diu permanet. Imo dicitur multorum episcoporum consilio fuisse inclusum, & in pyxide reueruatum: quod nefas est de Christo sentire secundum propriam speciem. Concluditur ergo, quod manentibus dimensionibus, quæ prius fuerant sit miraculosa quædam immutatio circa alia accidentia, puta, figuram & colorem, & alia huiusmodi, vt videatur caro, aut sanguis, aut etiam puer. Neque deceptorie hoc fit: quia fit ad ostendendum, quod in hoc sacramento verè est Christus dominus. Et tandem patet, quod manentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium, remanet verè corpus Christi in hoc sacramento: igitur facta tali apparitione species sacramentales quædoque quidem totaliter manent in se ipsis: quādoque autem secundum id, quod est principale in eis. Non ergo in huiusmodi apparitionibus videtur propria species Christi, sed species miraculose formata in oculis intuentium, vel etiā in ipsis sacramentalibus dimensionibus. Vnde dimensiones panis, & vini consecrati manent immutatione circa eas miraculose facta, quantum ad alia accidentia.

¶ Circa prædictam doctrinam adnotandum primo quidem circa priorem modum (quia dubitari contingit, quomodo immutatio fieri possit in oculo sine mutatione obiecti) quod tripliciter id vsu euenire contingit. Primo modo per læsionem sensus, sicut naturaliter fit in lethargo, & in phrenesi, & sub mortis articulum, quia læso sensu cōmuni commouentur illic phantasmata, sicut in somniatibus: & ideo repræsentantur res in aere, quæ non sunt. Item secundo id accidere potest ex immutatione aeris: sicut faciūt

A quidam præstigiatores, qui immutare solent aerem, quibusdam rebus naturalibus. Qui quidē modi nihil attinent ad has apparitiones, de quibus nunc agimus. Tertio modo fit producente Deo species, vel in oculo corporali, vel in potentia imaginatiua: quemadmodum in visionibus prophetarum vsu euenit. Quod autem dicitur discipulis eūtib; in Emaus in forma peregrini apparuisse, non tollit hanc veritatem, quod verè apparuerit in sua substantia. Tamen in Daro censibus linteolis non est credendum permanere eandem veram carnem, & sanguinem sub eadem forma, & figura, quam habet in cælo, id est, in propria substantiæ suæ specie.

B ¶ Secundo aduertendum est contra Durandū dist. 10. quæst. 4. dicentem, quod in huiusmodi apparitionibus, dum mutantur species non manet corpus sacramentaliter: quod potius est distinguendum cum D. Thomæ. Nam in apparitione primi generis, scilicet, quando fit sola immutatio sensus dubium non est, quin species totaliter maneat, ac per consequens manet sacramentum. In secundo verò modo apparitionis manent species secundum id, quod est principale in eis, scilicet, secundū quantitatem panis, quæ nō potest permanere sine accidentibus sufficientibus ad conseruandam alias substantiam panis, quæ antea ibi erat. Cuiusmodi accidentia sunt proprietates panis, & virtus confortatiua cordis, & forsan sapor: quare necessarijs accidentibus panis corruptis corrumpitur & quantitas, qua corrupta non esset corpus Christi ibi. Si autem color & figura, vel aliud accidens non necessarium ad conseruationem panis si ibi esset, mutetur, non ideo necessario corrumpitur quantitas: atque adeo si maneat quantitas panis præteriti sub illa manebit & corpus Christi. Nunquam ergo Christus in sacramento apparet sub specie propria. Nam si mutatio fit in oculo, tūc manet sub speciebus panis, & vini. Quando verò mutatio fit in speciebus, salua quantitate, manet quidem sub eisdem dimensionibus panis, & vini, licet non sub colore & figura.

D ¶ Præterea corpus Christi sub sanguine illo, vel carne exterius apparente non manet, sed manet sub dimensionibus panis, & vini quæ fuerūt consecratæ, licet color & figura fuerint immutata.

## CAP. LXXIII.

De accidentibus remanentibus: & vtrum accidentia manent in hoc sacramento, sine subiecto. Et an quantitas panis & vini sit aliorum accidentium subiectum: Et an species sacramenta-

mentales possint immutare aliquod extrinsecum: & an corrumpi possint: Et an ex eis possit aliquid generari: vel an nutrire possint: Et an frangi possint: Item, an aliquis liquor possit misceri vino consecrato.



**Q**VAESTIO. 77. de accidentibus remanentibus in hoc sacramento. Quæritur ergo primo, utrum accidentia maneant in hoc sacramento sine subiecto. Respondetur autem, quod accidentia panis & vini, quæ sensu deprehenduntur, in hoc sacramento remanere post consecrationem non sunt sicut in subiecto in substantia panis, & vini, quæ non manet, neque in forma substantialis panis, aut vini, quia non manet, neque si maneret eorum posset esse subiectum, secundum Boetium lib. de Trinit. Neque sunt in corpore Christi: quia cum sit nunc gloriosum, & impassibile alterari non potest, ad suscipiendas huiusmodi qualitates. Neque sunt in aere circumstante contra aliquos: Tum, quia aer non est eorum accidentium susceptivus. Tum, quia motus harum specierum aerem depellit. Tum, quia idem numero accidens non potest migrare de subiecto panis in subiectum aeris: quia non transit de subiecto in subiectum. Tum, quia aer non spoliatur accidentibus proprijs. Vnde sequeretur, quod haberet accidentia propria, & aliena. Neque hoc efficit consecrationis forma, cum hoc non significet. Cum igitur effectus magis dependeat à causa prima, quam à secunda Deus, qui est causa prima, potest conservare in esse accidentia subtracta substantia panis: per quam conservantur, sicut sine virili semine formavit in utero virginis corpus humanum. Vnde licet accidens secundum ordinem naturæ communem non sit sine subiecto; sed tamen secundum ordinem gratiæ aliter potest accidere, sicut de facto in hoc sacramento accidit. Præterea hoc non est contra essentiam, aut diffinitionem accidentis: quia non est de eius diffinitione, aut quidditate esse in subiecto: sed eius quidditati competit habere esse in subiecto: sicut quidditati substantiæ competit esse perse, & non in subiecto. Non ergo ipsum esse est de essentia substantiæ, vel accidentis; cū ens nō sit genus, ut quidditative possit prædicari de substantia, vel accidente. Vnde per hoc, quod accidentia in hoc sacramento sunt sine subiecto non desinunt esse accidentia, neque desinunt habere diffinitionem accidentis, neque competit eis diffinitio substantiæ. Manent insuper individuata, & singularia hæc accidentia: quia virtute diuina manent in illo esse individuato, quod prius ante consecrationem

habebant, at illud esse potius habebat substantia per illa sicut nix est alba per albedinem: sed tamen post consecrationem ipsa accidentia cū remaneant habent esse. Vnde sunt composita ex esse, & quod est: & cum hoc habent compositionem partium quantitativarum.

¶ Circa prædictam doctrinam, Notandum est primo, quod hæc assertio, quod species manent sine subiecto in hoc sacramento est catholica, quam negare hæresis est manifesta. Ita D. Gregorius, ut refertur can. species de consecratione, dist. 2. & can. nos autem D. August. & in concilio Florentino. Vbi diffinitur, quod abeunte pane eius species manent. Et in concilio Constantiensis sess. 8. contra Vicleff decretum est, accidentia hic manere sine subiecto. Et in hoc sensu intelligitur transubstantiatio cap. firmiter de sum. Trinit. & ita insinuatur in concilio Trident. sess. 13. can. 2. scilicet, quod sustentat Deus mirabiliter in hoc sacramento species panis dum taxat remanentes: quia eas sustentare, sine subiecto, & ibi sic conservare ad genus causæ efficientis reducitur, cuius vicem potest Deus supplere, & non reducitur ad genus causæ materialis aut formalis.

¶ Secundo advertendum est quod esse, non est de intrinseca ratione substantiæ, aut accidentis, aliàs esset genus utriusque, sicut animal est genus hominis, & equi, quod est falsum. Tum, quia esse nō est de intrinseca ratione, nisi solius Dei, qui non habet esse receptum: at creatura recipiunt illud per creationem. Est igitur esse perse modus conveniens substantiæ: esse autem in alio modus est & actus conveniens accidentibus, quibus in sacramento non dat Deus, ut per suam naturam subsistant: sed tribuit illis alium modum essendi. Igitur, sicut humanitati Christi datur, ut sustentetur in alieno supposito, nempe, diuino: sic vice versa accidentibus in hoc sacramento datur virtute diuina, ut possint perse subsistere sine proprio subiecto.

¶ Quæritur secundo, utrum quantitas dimensionum panis, & vini in hoc sacramento sit aliorum accidentium subiectum. Respondetur autem, quod accidentia remanentia in hoc sacramento sunt sicut in subiecto in quantitate dimensionum panis, vel vini remanente. Primo, quia hoc ad sensum apparet esse ibi aliquod quantum coloratum, & alijs accidentibus affectum, neque in talibus sensus decipitur. Secundo, quia prima dispositio materiæ est quantitas dimensionum, & mediante quantitate recipit alia accidentia corporalia materia ipsa: ideo primum subiectum coloris dicitur superficies. Vnde fit consequens ut omnia accidentia remaneant fundata super quantitatem dimensionum. Tertio, quia licet materia

tertia

tertia sit individuationis principium, quantum ad hoc, quod est non esse in alio, quia ipsa est primum subiectum, quod non est in alio, tamen quantitas est individuationis principium: quantum ad hoc, secundum quod convenit individuo, scilicet, esse in vno supposito, & nō in pluribus, quod competit ei, per hoc, quod est individuum in se, & diuisum ab omnibus alijs. Hoc autem genus divisionis competit substantiæ per quantitatem, ut dicitur in 1. physicorum. Ergo cum accidentia ibi remanentia sint individua & singularia, sequitur, quod quantitas sit ibi eorum subiectum, per quod individuantur, scilicet, quia recepta sunt in illa quantitate. Vnde, quia alia accidentia etiam secundum quod erant in substantia panis individuabantur, quantitate dimensionum: ideo potius quantitas ista est subiectum accidentium remanentium in hoc sacramento, quam converso. Præterea, sicut subtracta substantia panis, virtute diuina conservantur alia accidentia: ita subtracta materia diuina virtute conservantur qualitates materiam consequentes: sicut rarum & densum. Nam rarum & densum sunt quædam qualitates consequentes corpora, ex eo, quod habent multum, vel parum de materia sub dimensionibus. Deinde ista quantitas dimensionum, quæ remanet in hoc sacramento, sine subiecto non est quantitas mathematica quia quantitas mathematica licet nō abstrahit à materia intelligibili, sed tamen abstrahit à materia sensibilis, ut dicitur 7. Metaphysicæ. At quantitas quæ est in hoc sacramento sensibilis est & subiecta sensibilibus qualitatibus.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, contra Caietanum, & contra Henricum Gandavensem, secundum Scotum, & Sotum, quod quantitas, quæ in hoc sacramento est subiectum accidentium, non acquirit esse substantiæ denovo, sed habet esse accidentale, sicut antea: sed illa manens perse subsistens, sine subiecto tanquam virtus substantiæ sustentat alia accidentia: quemadmodum color separatus ab igne tanquam eius virtus naturaliter calefacit: & sicut intellectus, in quo conservantur habitus intellectuales si per Dei potentiam ablutam separaretur ab anima sic separatus eisdem conservaret habitus. Item secundo: quia etsi alia accidentia miraculose hic sustentantur; suavius sic sustentantur quam tribuendo quantitati esse novum substantiæ, quod est proprium substantiæ. Quando vero D. Thomas articulo primo huius quæstionis in solut. ad. 4. ait, quod quantitas remanens est composita ex esse, & quod est, non per hoc insinuat, quod acquirit novum esse, sed id tantum intelligit, quod sustentatur per miraculum ad modum substan-

tia. Item quia accidentia, quæ realiter distinguuntur à substantia: cuiusmodi sunt quantitas, & qualitates absolute ut albedo, frigiditas habent distinctam existentiam ab existentia substantiæ (ut ait Magister Bañes super 1. part. D. Thomæ.) quam opinionem censet esse probabiliorē esseque D. Thomæ 3. parte. quæst. 17. art. 2. & Scoti & Soncinatis, & Dominici de Flandria contra Sotum in 1. libr. physicorum quæst. 7. Ideo D. Thomas ait quantitatem post consecrationem manere compositam ex esse existentie, & quod est, id est, ex subsistente: quia cum ibi post consecrationem sit ad modum substantiæ similem metaphysicam compositionem habet ibi, quæ est in Angelis.

¶ Secundo advertendum est, autore Magistro Bañes ubi supra, probabile esse accidentia in sacramento altaris existere per modum substantiæ, id est, cum existentia, quæ antea erat in substantia, quæ definit esse. Non, quod acquirit eam denovo, ut ait Caietanus, sed quia totaliter conversa substantia panis per consecrationem in corpus Christi remansit quantitas cum existentia, qua antea existebat sub illa substantia panis. Probat autem hoc Bañes: quia hoc fundatur in illa opinione Soti, quam habet in libr. 1. Physicorum quæst. 6. quæ est probabilis. Vbi tenet, quod accidentia inexistunt in substantia secundo per eam existentiam, per quam existit primario substantia. At certe licet istam opinionem Soti, & assertionem hæret, quam ex ea intulit Bañes, nihil ut improbabile damnare: tamē, quia D. Thomas in 3. parte quæst. 17. art. 2. videtur sentire contrarium, ubi ait, quod in forte ponitur aliud esse secundum quod est albus, & aliud, secundum quod est homo, ubi insinuat distinctum esse substantiæ esse ab esse existentie accidentis, ac per consequens quod non videtur quantitas, seu aliud accidens existere secundo per existentiam substantiæ, in qua subiectatur; sed per propriam existentiam distinctam quæ quia aptata est existere non perse, sed in subiecto, inexistetia vocatur, ideo probabilius esse censeo, & magis, de mente D. Thomæ esse arbitror, quod quantitas in hoc sacramento habet idem esse accidentale, quod antea habebat, tamen habet hic virtutem substantiæ ad sustentanda alia accidentia.

¶ Præterea ex hoc miraculo, quo quantitas in hoc sacramento sine subiecto manere constat, colligitur manifeste contra Okam, & eius sequaces Nominales, quantitatem distinguunt à re quata. Tum, quia primo physicorum dicitur contra Parmenidem, quod si substantia, & quantum sunt, duo sunt. Tum etiam quia substantia intrinsece sicut non est alba ita neque est quanta.

Ergo

Ergo si est alba per albedinem distinctam à se; ita est quanta per quantitatem distinctam à sua essentia. Vnde ruit prædictorum argumentum, scilicet, sine necessitate affirmari, quantitatem esse distinctam à substantia & ab alijs accidentibus: quia si substantia, & quantitas non essent distincta realiter, non esset necessarium ut distinguerentur realiter duo motus, quorum vnus, qui proprie dicitur mutatio, scilicet, generatio terminatur ad substantiam, & motus augmentationis, qui terminatur ad quantitatem, sicut motus alterationis ab his est realiter distinctus, qui terminatur ad qualitatem. Tum, quia si materia & forma & albedo essent suæ quantitates, quæ non distinguerentur ab illis, iam cum sint in eodem loco plures quantitates se penetrarēt ad inuicem, quod naturaliter fieri non potest. Tum, quia accidentia, cum in sacramento non sint se iuncta, quia sicut ibi est sapor, ita & albedo: sequitur, quod sunt coniuncta in vna quantitate distincta ab illis, & distincta à substantia. Quæ quidē quantitas cōtra Marfil. in. 4. quæst. 9. art. 2. & cōtra Maior. dist. 12. quæst. 3. est subiectum aliorum accidentium, alioquin accidentia ibi essent ab inuicem dis iuncta si non inhærent tali subiecto: Nam & si substantia est subiectum, quo mediante substantia recipit alia accidentia, autore Aristotele. 8. physic. Et in prædicamentis, vbi ait, quod quanta fuerit superficies tantum fore albam dicimus; vnde superficies dicitur alba, sed calor nō dicitur albus. Ergo signū est, quod quantitas est subiectum, quo, aliorum accidentium. Item, quia si calor, qui de nouo produceretur in hostia consecrata non subiectaretur in quantitate ibi existente sequeretur, quod ille calor crearetur: ergo quātitas est ibi accidentium subiectum; quæ licet antea erat subiectum quo, sed post consecrationem habet virtutem subiectandi, vt subiectum quod: quia supplet vicem subiecti, quod. Demum, quia inquiri solet, vtrum Deus in sacramento possit alia accidentia sine quantitate sustentare, respondetur cōtra Egidium cum Scoto dist. 12. quæst. 2. & cum Soto, proculdubio de potentia absoluta id Deum posse facere. Quia sicut D. Thomas art. præcedenti in solutione ad. 3. dixit, quod licet quātitas indiuiduetur per receptionem in substantia; tamen sine tali substantia conseruatur in sacramento in tali esse indiuiduato. Sic etiam, licet accidentia indiuiduentur per receptionem in quantitate, possunt tamen sine ipsa in eodem esse per diuinam potentiā cōseruari: at secundū aliquos Thomistas alia accidentia, puta, albedo & calor in esse sensibili dependent à quantitate, quia sine quantitate extensa, in qua sint mouere

A sensum nō possunt. At in esse accidentium non sensibilem, non sic dependent à quantitate, quin supernaturaliter, sine quantitate à Deo cōseruari possint in quodam esse non sensibili, sed intelligibili.

¶ Accedit ad prædicta pro intelligentia D. Thomæ, quod duplex est principium indiuiduationis, scilicet, materiale, quod est prima materia, quantum ad hoc, quod est receptionis subiectum; & quantitas, quæ est quodammodo formale principium: quantum ad id, quod est esse indiuiduum à se, & diuisum à quolibet alio. Vnde, quia ea ratione, qua aliquid est principium indiuiduationis accidentium, est eorum subiectum: ideo quantitas cum sit tale principium, sequitur, quod quodam modo sit accidentium subiectum.

¶ Præterea tertio quaeritur, vtrum species, quæ remanent in hoc sacramento possint immutari aliquod extrinsecum. Respondetur autem quod quia vnum quodque agit in quantum est actu, ideo fit, vt sicut vnum, quodque se habet ad esse: ita se habeat ad agere. Quemadmodum ergo diuina virtute confertur accidentibus in isto sacramento sine substantia esse; sic & agere possunt sine subiecto proprias actiones, sicut & ante consecrationem: possunt ergo & immutare intrinseca corpora. Nam & si autore Aristotele. 7. physicor. formæ, quæ sunt in materia, fiunt à formis, quæ sunt in materia: tamen species sacramentales licet sint formæ, sine materia existentes: tamen quia remanent secundum idē esse, quod habebant prius in materia: ideo secundum suum esse assimilantur formis, quæ sunt in materia, ac per consequens possunt immutare extrinsecum. Quoniam, & si formæ accidentales agunt instrumentaliter in virtute formæ substantialis, tanquam principalis agentis; tamen (quia à Deo, sicut à primo agente dependet omnis actio formæ substantialis & accidentalis) sicut diuina virtus contulit speciebus sacramentalibus, vt possint esse sine substantia ita dat eis, vt possint agere sine forma substantiali, non solum ad accidentia, sed ad formam substantialem producendam. Neque obstat, quod nihil agit extra suam speciem: quia accidentia possunt agere ad formam substantialem instrumentaliter: per quem modum aliquid potest agere ultra suam speciem, non quasi virtute propria, sed quasi virtute principalis agentis. Vnde species sacramentales; licet sint accidentia, possunt agere sic ad formam substantialem instrumentaliter.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod veritas prædicta, scilicet, quod accidens in virtute substantiæ substantiam produ-

cere

cere possit, siue sit in suo subiecto, siue sit separatū, est veritas philosophica, contra Scotū in. 4. dist. 12. quæst. 3. eam negantem. Quæ tamē probatur primo ex similitudine seminis, cuius virtus mortuo animali seminante, quasi virtus eius pertingit ad productionem similis animantis. Item secundo patet: quia posita vltima dispositione naturaliter eam consequitur introductio formæ substantialis: ergo si ignis producat calorem in summo, puta, vsque ad. 10. qui verbi gratia sit vltima dispositio ad introducendam formam ignis in ligno, sic disposito tali dispositione: ibi in ligno naturaliter consequitur forma ignis; quam tamen non aliter ignis introducit, quam introducendo proprium calorem: ergo accidens, quale est calor pertingit instrumentaliter, & in virtute substantiæ ad productionem substantialis formæ. Item, quia si Deus conferret illum calorem vt. 10. separatim ab igni si applicaretur aquæ, expelleret totum frigus & humidum ab aqua, quibus conseruabatur forma aquæ: ergo corrumpere eandem formam, & cum corruptio vnus sit generatio alterius generabit subinde ignem. Igitur ista virtus in calore ad generandum ignem nihil aliud est, contra Scotum, quam ipse calor.

¶ Secundo aduertendum, quod ex prædictis sequitur corollarie contra Durand. dist. 12. q. 2. quod species sacramentales non solum possunt corrumpere formam substantialem in materia sibi applicata, sed etiam possunt nouam formam inducere, licet concessio priori, quod possint formam corrumpere hoc postremum neget Durandus, scilicet, quod possint nouam formam inducere. Id autē patet: quia cum nihil nisi per generationem alterius corrumpatur, eadem virtus, quæ vnum corrumpit alterum generat: alioquin corrumpendo formam annihilaret: quia finis corruptionis formæ esset nihil. Cum tamen natura non perse intendat corruptionem, sed generationem.

¶ Quaeritur quarto, vtrum species sacramentales corrumpi possint. Respondetur autem quod corrumpi possunt, sicut ante. Dupliciter autem contingere potest, vt sic corrumpanitur. Vno modo perse, scilicet, vt si à qualitatibus contrarijs corrumpanitur per alterationem, vel propter diminutionem dimensionum in tam modicas partes, quod corrumpere substantia panis, & vini, si illic esset. Secundo modo possunt corrumpi per accidens, per corruptionem subiecti, etiam post consecrationem: quoniam & si subiectum non remaneat, remanet tamen esse quod habebant huiusmodi accidentia in subiecto, quod quidem est proprium & cōforme subiecto. Et ideo huiusmodi esse potest corrup-

A pi à contrario agente, sicut corrumpetur substantia panis, & vini, quæ etiam non corrumpetur, nisi præcedente alteratione circa accidentia. Si igitur hic fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ non sufficeret ad corruptionem panis & vini, propter talem immutationem non desinit corpus & sanguis Christi esse sub hoc sacramento, vt cum modicum immutatur color aut sapor panis vel vini, vel cum quātitas panis & vini in tam minutas partes nō diuiditur, quin in eis saluari posset natura panis & vini. Secus est, si tanta immutatio in prædictis accidentibus fiat, quod nullo modo posset natura panis, aut vini ibi compati. At vero, licet per corruptionem auferatur forma à materia, & hic nō sit materia panis in sacramento: tamē, quia esse accidentium, quod non est hic in materia, est simile ei, quod est forma existens in materia: ideo per corruptionem auferri potest, etiam materia non existente. Vnde sic accidit in hoc sacramento, quod quia species sacramentales habent esse, quod prius in materia habebant, licet sint formæ non in materia, nihilominus corrumpi possunt prædictis modis. Sed neque corruptio harum specierū est miraculosa, sed naturalis. Præsupponit tamen hoc miraculum quod factum est in consecratione, scilicet, quod illæ species sacramentales retineant esse sine subiecto: sicut etiam cæcus miraculose illuminatus naturaliter videt.

¶ Circa prædicta notandum est primo, quod, vt ista absurda quæ Gabriel dist. 12. quæst. 1. conclus. 3. sponte concedit vitentur, quorum primum est, quod illæ species sacramentales supposito miraculo sustentationis quantitatis naturaliter non agunt, & patiuntur & quod calor de nouo productus in hostia consecrata si calesceret crearetur à Deo, & quod sine causa secunda (quia creare non potest) promanaret à solo Deo, vt hæc inquam absurda non admittamus dicendum est, quod præsupposito prædicto miraculo illæ species naturaliter agunt & patiuntur, & nōnunquam vsque ad corruptionem sui.

¶ Secundo aduertendum est, illam quantitatem non corrumpi per miraculum, vt ait Durandus, sed per naturam, quia vitanda est congeminatio miraculorum sine causa. Quia licet quantitas non habeat contrarium: tamen per illa contraria, quibus corrumpanitur qualitates conseruatrices panis & vini, perinde naturaliter corrumpitur quantitas, ac si corrumpere panis, ad cuius corruptionem corrumpitur quantitas: similiter, licet quantitas perse non terminatur ad minima: tamen si diuidatur in tam paruas partes, quæ non possint conseruare panem, vt si hostia



hostia commoleretur, aut species vini exhalareretur, corrumpeteretur quantitas: quia sub ista diuisione, si panis ibi esset corrumpeteretur. Vnde accidentia alia, etiam tunc, corrumpuntur per accidens; non ad corruptionem subiecti, id est, panis: quia ibi non est, sed ad corruptionem illius esse, quod retinent, quod quidem (vt prædixit D. Thomas in articulo) est proprium & cō forme subiecto.

¶ Queritur quinto, vtrum ex speciebus sacramentalibus possit aliquid generari. Respondetur autem, quod corruptio vnius est generatio alterius. Cum ergo, vt prædictum est, species sacramentales corrumpi possint, oportet aliquid ex eis generari. Non enim rediguntur in nihilū. Nam manifestum est, quod aliquid sensibile eis succedit, præsertim cum ad oculum pateat aliquid generari per corruptionem earum, videlicet, aut vermes; aut cineres. Affirmarunt autem aliqui talia quidem non generari ex prædictis sacramentalibus speciebus, sed ex aere circumstante. Quod multipliciter apparet impossibile. Tum, quia in aere nulla apparet facta corruptio & alteratio, vt ex illo fiat talis generatio: generatur enim aliquid ex eo, quod ante alteratum est & corruptum. Tum secundo, quia natura aeris talis non est, vt possint ex eo talia generari. Tum, quia talis generatio vermium apparentiū in speciebus corruptis, non fit ex alijs corporibus solidis ibi circumstantibus: ergo neque fit ex aere circumstante. Sed neque est vera assertio eorum qui dixerunt substantiam panis, ac vini in corruptione specierum prædictarum reuerti, sicque ex ea generari, que sunt: quod non videtur possibile. Non enim substantia panis, & vini (cum sit conuersa in corpus, & sanguinē Christi) potest redire, nisi corpus Christi & sanguis denuo conuertatur in eam. Sed posset iustineri istorū positio, si sic intelligatur, scilicet, vt in vltimo instanti corruptionis specierum dicatur redire, non quidem ipsa substantia panis & vini, sed materia panis & vini, quæ tunc magis, quali de nouo creata diceretur, quam rediens, proprie loquendo. Verum, quia non rationabiliter dici potest, quod miraculose aliquid accidat in hoc sacramento, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est, quod materia redeat, vel creetur: ideo melius apparet, vt dicimus, quod in ipsa consecratione datur miraculose ipsi quantitati dimensuræ panis, & vini, quod sit primum subiectum subsequentiū formarum, quod est proprium materiæ & ex consequenti datur prædictæ quantitati omne illud, quod ad materiam pertinet: & quidquid possit generari ex materia panis, si esset totum potest generari ex prædicta quantitate panis & vini; non quidem nouo

A miraculo, sed ex vi miraculi prius facti. Colligit ergo ex prædictis Primo, quod quantum non sit ibi materia, ex qua aliquid generetur, quantitas tamen dimensura supplet vicem materiæ. Secundo quod licet species sacramentales sint quidē accidentia, habent tamen a se vim substantiæ. Tertio quod quantitas dimensura panis, & vini naturam retinet propriam, accipit tamen miraculose vim, & proprietatem propriæ substantiæ: & ideo potest transire in vtrumque; id est, in substantiam & dimensionem.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod opinio illa dicentium reuerti substantiam panis & vini, ex quibus prædictæ pullulant postea generationes, fuit opinio Innocentij lib. 4. de officio missæ can. vndecimo, cui ad hæret Alexander. 4. part. quæst. 40. memb. 2. art. 4. quam etiam Bonauentura in. 4. dist. 12. artic. 2. q. 1. probabilem & securam arbitrat, propter autoritatem tanti viri. Veruntamen reliqui omnes eam refutant, vt testatur Ricardus eadem dist. quæst. 2. art. 2. & vt est videre apud Scotum quæst. vltima. Quo circa D. Thomas illam refellit. Primo quia cum illæ substantiæ fuerint conuersæ in corpus Christi non possunt redire, nisi rursus corpus & sanguis Christi in ipsas conuertatur. Secundo quia si secundum alios sunt annihilatæ, minus possunt redire eadem numero, nisi dicatur, quod Deus per miraculum alias substantias loco illarum creat (vt ait Innocentius) quod est multiplicare miracula, sine necessitate repugnante conuersionis natura. Tertio, quia istæ substantiæ non possunt redire manentibus speciebus panis & vini: quia sub illis solum continentur substantiæ corporis & sanguinis Christi, neque redeunt in primo instanti corruptionis specierum: quia tunc aduenirent sine suis proprijs accidentibus: quia in illo instanti quo redirent accidentia panis & vini de sinerent esse per primum non esse. Sed hæc tertia ratio, licet sit Soti, non tantum videtur conuincere, vt ipse putat, quin retundi possit.

¶ Secundo aduertendum est, quod opinio tertia adducta à D. Thoma. assertentium, quod in illo instanti creatur, non quidem substantia panis, ac vini, sed materia, in qua inducitur forma vermis etiam per primum sui esse, quod est primum non esse specierum panis ac vini, est opinio communis, & quæ merito potest defendi (vt ait D. Thomas) si tamen intelligatur sic, non quod illa fuerit materia panis conuersi, sed quod sit loco illius creata. Sed quia D. Thomas non censet esse rationabile aliquod miraculum admittere, quale est illud, quod ista tertia opinio admittit, nisi solum illud, quod ex ipsa consecratione accidit, ex qua non habetur illud, sed quod quanti-

quantitas per se subsistat: ideo neque hæc satis placet D. Thoma. *De consecratione* c. 1. §. 1. ¶ Tertio perpendendum est, quod auctore D. Thoma. generatio prædicta vermium in hostia consecrata accidens, neque fit ex aere circumstante, neque ex pane, qui reuertitur; neque ex materia, quæ creatur, sed ex quantitate; quæ illic habet, vt sit primum subiectum subsequentiū formarum; Agidius autem theorematice. 4. 4. & 4. 7. & prisci Thomiste hanc opinionem D. Thoma. sic sunt interpretati, scilicet, quod ex ipsa quantitate permanentem in esse accidentis, & fungentem vicem materia generatur vermes, & putres, & acetum. Quæ videtur esse opinio D. Thom. qui ait ex ipsa quantitate generari, quod ex ipsa materia panis generatur. Sed hæc interpretatio stare non potest. Primo, quia difficile est credendum, quod accidens, qualis est quantitas forma substantiale in vermis suscipiat. Secundo, quia auctore Aristot. actus & potentia debent esse eiusdem generis, ergo quantitas, quæ est accidens, non potest esse potentia, id est, materia respectu formæ, quæ est actus substantialis, cum multo minoris entitatis sit, quam forma. Tercio, quia eundem Aristot. ex substantia & ex accidente sibi inhaerente non fiat vnū ens per se, illud cōpositū inde resultans non esset ens per se, neque verò substantia, sed res alterius generis esset vermis inde generatus. Et sequeretur quarto ex quantitate absq; alia materia posse generari animal, imo & hominem, quod est absurdū inducere philosophi. Quo circa ista interpretatio explosa, Caietan. quia eā reputat impossibile, alia cōminiscitur interpretatione, qua interpretatur prædicta sententiā D. Thom. Ait enim Caiet. in ipso momento corruptionis specierum, quantitatē ipsam transire in materiam: quia virtute consecrationis, inquit, accepit vt in prædicto momento sit verè materia, licet ante in sacramento esset accidens, fungens vice materiæ ad sustinenda accidentia: Vnde secundū ipsum ipsa eadē quantitas, quæ dum erat vicaria materiæ alterari poterat, deinde est materia vera intranscōpositione generati. Sed quia intellectus satis consequi nequit, quomodo eadē res, quæ nunc est accidens, postea sit materia: sicut neque satis intelligibile est, quod ipse antea affirmavit, quod ipsissima substantia numero, quæ antea erat substantia panis post sit substantia corporis Christi: ideo tandem cōcludimus quod sensus D. Thoma. est, quod quia quantitas specierum non annihilatur, quia eius definitio non in nihilum, sed in generationem, verbi gratia, vermis terminatur, & quia ad definitionem quantitatis huius, quæ definit per primum non esse, sequitur existentia materiæ informata forma vermis: ideo asseritur ab ipso, quod ex quantitate illa sit generata.

Instruct. concilien. 2. Pars.

A neratio: quia ex illa producitur materia in qua inducitur forma, quæ materia nos dicimus non creati, sed subsequi virtute miraculi consecrationis. Nam licet agens naturale non possit materiam producere auctore Aristot. Physic. tamen id intelligitur simpliciter, & absolute naturaliter id non possit facere, sed tamen supposito miraculo, quod quantitas per se subsistat agens naturale, corrupendo eā, producat materiam cuius productio, neque creatio, neque generatio, sed cōgeneratio dicitur: quia cōproducit ad generationem illius, quod ex speciebus generatur: quod fit sine nouo miraculo. Hæc opinio D. Thom. reputat probabilē Inocentij & D. Bonauent. quæ sequitur Ricard. Neque obstat dicere, quod quia in illo instanti corruptionis specierum materia, quæ de nobis producitur, non potest disponi ad formam ab agente naturali, quod illa materia creatur à solo Deo. Quia faciliter respondetur, quod sicut in generatio in ignis ex aere virtute dispositionis præcedenti, quæ posuit ignis in materia aeris (licet istæ dispositiones in instanti generationis desinant esse) forma ignis, quæ de nouo introducitur suas affert dispositiones conseruatiuas, sic pari modo virtute dispositionum, quæ præcesserunt in quantitate inducitur forma in succedente materia eundem similibus qualitatibus. Possunt prætereaddicere eundem Magist. Bañes in. 1. parte. quod ex speciebus sacramentalibus vini fit acetum, forma acetum tunc non creatur ex nihilo, sed educitur de potentia accidentiæ, quæ supplet vicem materiæ, & agens naturale & Deus supposito miraculo accidentiæ existentii ibi sine substantia subiecto producit illam materiam acetum: quæ, an debeat dici creatio est, inquit, ambiguum. Dicitur ergo, quod est productio quædam miraculosa non nouo miraculo distincto à consecratione, sed quia consequitur ad illud: quia forma acetum, quæ inde generatur, nequit esse sine materia.

¶ Queritur sexto, vtrum species sacramentales possint nutrire. Respondetur autem, quod cibis nutritur ex eo, quod conuertitur in substantiam nutriti, vt dicitur. 2. de Anima. Cum ergo (vt dictum est) species sacramentales conuertantur in substantiam eius, quod ex illis generatur, sequitur quod possunt etiam conuerti in corpus humanum: ac per consequens possunt nutrire corpus humanum, non solum confortando ipsum, vt odore aliquis confortatur (vt quidam dixerunt) sed vere cibando: quia cum odore illo solo non posset quis sustentari: & tamen per sumptionem hostiarum in magna quantitate posset sustentari. At vero cum facta consecratione dicitur panis esse in sacramento, dupliciter id intelligitur, vno modo quia species panis manent, quæ secundum D. Gregorium re-

o. tinent

gineat nomen prioris substantiæ. Secundò, quia ipsum corpus Christi ibi sub speciebus manens potest dici panis mysticus de celo descendens. In quo secundo sensu loquitur D. Ambrosius, ubi ait, quòd iste panis non transit in corpus hominis, scilicet, per conuersionem, per quam conuertatur in illud, sed reficit mentem eius. At panis primo modo acceptus, id est, pro speciebus sacramentalibus panis bene nutrit corpus. Quia etsi tales species non sint ea ex quibus hominis substantia constat; tamen in ea conuertuntur, sicut dictum est: unde & si non sunt substantiæ, habent tamen vicem substantiæ.

¶ Queritur septimò, vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento. Respondetur autem contra dicentes in hoc sacramento non esse fractionem secundum veritatem, sed secundum aspectum intuentium, quòd reuera in hoc sacramento rum species ex vno fiunt multa interuenit vera fractio. Nam sensus non decipitur circa ea, quæ quidem sunt ad eius iudiciũ pertinentia, cuiusmodi sunt sensibilia, etiã communia (inter quæ computatur fractio) vt patet in lib. 7. de anima. Neque ista vera fractio contra alios fit sine subiecto existente: quia hoc etiam contradicit sensui. Apparet nanque sensui in hoc sacramento aliquod quantum prius vnum existens, & postea in multa partitum: quòd quidem quantum est subiectum fractionis. Si ergo non potest dici, quòd corpus Christi verum ibi frangitur: tum quia est incorruptibile, & impassibile: tum quia est totum sub qua libet parte, quòd est cõtrariationem eius, quòd frangitur; relinquatur, quòd fractio hæc fit in quantitate dimensiuã panis, sicut in subiecto. Sicut & alia accidentia, & sicut species sacramentales sunt sacramentum corporis Christi veri: sic fractio huiusmodi specierum est sacramentum dominicæ passionis, quæ fuit in corpore Christi vero. At vero licet secundum Philosophum. 4. Meteor. corpora dicantur frangibilia propter porositate: tamen quia in speciebus sacramentalibus remanet rarum & densum: ita etiam manet ibi porositas ac per consequens frangibilitas. Sicut etiam, quia densitate sequitur duritia, & duritiam sequitur sonabilitas, consequens fit, vt quia ibi in speciebus sacramentalibus remanet duritia, ibi etiam sit sonabilitas, quæ sequitur fractionem specierum. Corpus autem Christi, sicut in hoc sacramento nõ manducatur in propria specie: ita non frangitur, neque masticatur in propria specie, sed secundum speciẽ sacramentalẽ. Et isto modo intelligenda est confessio Berengarij, cum cõfiteretur corpus Christi in veritate manibus sacerdotũ tractari, & frangi, & fidelium dentibus cõteri: quia hæc

fractio & conteritio dentium referenda est ad speciẽ sacramentalẽ, sub qua est verè corp⁹ Christi. ¶ Queritur octauò, vtrum aliquis liquor possit misceri vino cõsecrato. Respondetur autẽ, quòd admodũ prædictũ est, species in hoc sacramento permanentes hic adipiscuntur virtute cõsecrationis modũ essendi substantiæ, sic cõsequuntur modũ agendi & patiendi substantiæ, ita vt agere & pati possint. quidquid ageret & pateretur substantia panis & vini si præsens adesset. Vnde sequitur, quòd quemadmodũ ante cõsecrationẽ aliquis liquor vino misceri potest: ita & speciebus vini remanentibus post cõsecrationẽ. Si igitur illis speciebus admisceatur liquor alterius speciei, id est, aqua in tanta quantitate, vt diffunderetur per totũ vinũ si ibi esset: quia tunc ex tali tantaq; mixtione dissolueretur species vini, & resultaret liquor mixtus alterius speciei, neque in illis speciebus sic mixtis, quia desinerent esse species vini nõ esset corpus Christi. Si autẽ admisceatur illis liquor eiusdẽ speciei, vt si speciebus vini albi adiungatur vinũ rubeũ in prædicta tanta quantitate, vt diffunderetur per totas species, sub illis nõ maneret sanguis Christi: quia tunc illæ species corruperentur: quia etiã substantia vini per istã mixtionẽ corruperetur, si præsens esset quia resultaret aliud vinũ numero, vt declarat diuersitas accidentium, licet esset idẽ specie. Si autẽ tam parua fiat mixtio liquoris eiusdẽ speciei, vel alterius cũ speciebus cõsecratis, quòd nõ possit diffundi per totas species, sed solũ pertingat ad aliquã tantũ partẽ earũ, desinit esse sanguis Christi sub illa parte vini cõsecrati: & remanebit sub alijs vbi nõ est facta mixtio eas corrupens. Itẽ nõ obstat mixtioni huic, per quã liquor alius miscetur speciebus vini, quòd liquor appositus in parua quantitate, puta, aqua modica ibi admixta sapore specierũ sacramentaliũ assumeret, quòd videtur inconueniens. Quia dicit, quòd nõ eundẽ numero sapore assumit aqua, vel vinũ appositũ, quòd erat in vino ante cõsecrationẽ: sed accidentia vini remanentia immutãdo afficiunt liquorẽ appositũ per actionẽ producẽdo ibi illũ sapore. Liquor autẽ si quãdo sic apponatur speciebus nõ miscetur substantiæ sanguinis, sed miscetur tantũ speciebus sacramentalibus: ita quòd per mixtionẽ factã corrumpuntur species in toto, vel in parte. Si corrumpatur in toto cessat quæstio: quia iã totũ erit vniiforme. Si corrumpantur in parte, erit quidem vna dimensio secundum continuitatem quantitatis, non tamẽ vna secundum modũ essendi: quia vna pars erit sine subiecto, & alia in subiecto. Præterea non sequitur, quòd sicut aqua quæ aquæ benedictæ sic miscetur, fit benedicta: sic vinũ nõ consecratum si admisceatur speciebus consecratis, fiat

consecratum, quia non est simile. Nam illa benedictio aquæ nullam immutationẽ facit circa substantiam aquæ, sicut facit consecratio vini, conuertendo substantiam vini in sanguinem. Adde, quòd quia magnum & parum solum differunt quo ad determinationem mensuræ maioris, vel minoris: & qua non differunt quantum ad essentiam quantitatis: idẽ minor quantitas potest manere iuncta maior; & sic possunt misceri. Similiter liquor potest esse tam modicus in quantitate, vt sua paruitate impediatur, ne diffundatur per totas species sacramentales, ita vt possit omnes partes corrumpere. Quia licet species sint sine subiecto, existunt tamen admodum substantiæ, vt possint subintranti liquorĩ resistere. ¶ Circa prædictã doctrinã notandũ est primò, quòd licet continuũ non possit diuidi in omnẽ suam partẽ, cũ sint infinita: tamẽ cum sit physicũ continuũ, quippe quòd determinat sub suã quantitate, cũ diuisum fuerit, iam in minimas partes, prius si ulterius procedat diuisio corruptionẽ causabit in partibus illis minimis. Sicq; cum aqua miscetur, vino interfecare potest partes vini in partes minores minimis, sub quibus non conseruabitur species vini: quia fiet vnum tertiu. Alteratio quoque illarũ minimarũ partiu interfecatur per penetrationẽ aquæ appositæ adiuuat ad earũ magis accelerandã corruptionẽ. Sic quoq; philosophadũ est in mixtione facta alterius liquoris cũ speciebus sacramentalibus.

¶ Præterea secundo aduertendum est, quòd dum perfecta est iam mixtio, sic vt omnes species sacramentales sint iam per mixtionem interfectæ diuisæ in minores partes minimis, sub quibus minoribus iam substantia panis non posset conseruari, si illic esset; tunc planum est corpus christi illic nõ manere. At vero in tempore, quo fit mixtio, sed nondum totaliter perfecta est; manet corpus Christi sub particulis specierum, quæ non dum sunt corruptæ, etiam si sint interfectæ. Ex quo sequitur corollariẽ, quòd dum aiunt phisici (vt refert Innocentius cap. cum Marthæ. de celebr. missar.) per artem à vino lymphato posse extrahi aquam, intelligitur hoc forte esse verum ante quam fiat perfecta mixtio.

Postquam verò perfecta fuerit, id non est per suasibile, neque intelligibile: quia generatur tunc quid tertiu alterius speciei extali perfecta mixtione vini, & aquæ: neque hoc est inconueniens dicere. Sicut etiam ex cõmixtione asini cum equa generatur mula, quæ non est similis illis: sicut cadaveris forma producta ab homicida nõ est similis homicidæ formæ.

¶ Deinde tertio perpendendũ est, quòd ista opinio D. Thomæ, scilicet, quòd data perfecta mixtione alterius liquoris sine vini cũ speciebus sa-

Instru. conc. Pars. 2.

cramentibus vini, illic definit esse sanguis, intelligenda est cõditionaliter, scilicet, si daretur talis perfecta mixtio. Sed tamen ob venerationem tantũ sacramenti nõquã iudicabit ecclesia per mixtionẽ specierũ cõsecratarũ sanguinẽ, definere illic esse, quo vsque perciperetur non esse illic species vini. Alias autem vt apparenter ait Durandus, quauis vinum appositum species sacramentales diuidat vsque ad paruas partes porosas, temper manet sanguis sub illis particulis cõsecratis. Nam sub particulis vini non consecratis nullatenus existit. Manet, inquam, sub illis partibus paruis consecratis sanguis: quia cum apponitur vinum illis speciebus nulla est alteratio causata à qualitatibus contrarijs, quæ illas corrumpat. Sed neque diuisio quantitatis earum eas videtur corrumpere: tum, quia diuisa semel reuiniuntur atque sic conseruantur, quia diuisio quæ est corruptiua specierum est illa, quæ procedit ad partes minores minimis, quæ possent conseruare vinum. Hæc autem tanta diuisio vix potest in breui tempore contingere: nisi forte vinũ magno impetu infunderetur alteri. Igitur ex prædictis sequitur corollariẽ, quòd si duo essent calices consecrati, siue vtrumque vinum spissum esset, & penetratu difficile, inter quæ mixtio vsque ad minima vix esse contingit siue vtrumque subtilissimum esset, inter quæ videtur secundum Paludem posse fieri mixtionẽ per totum, ita vt neutram maneat idẽ numero; siue vtrumque sit earundem qualitatum; siue diuersarum; siue vtrumque esset in magna quantitate, siue alterum in magna & alterũ in tenuissima & ambo cõmiserentur, nõ videtur dicendũ quòd desineret illic esse sanguis neque in aliqua earum parte. Nam hæc videtur esse sententia & censura ecclesiæ. Ex quo etiam sequitur corollariẽ, quòd gutta specierũ cõsecratarũ infusa dolio vini, quia cũ reliquo vino cõtinuata cõseruatur, illic cõtineret sub se sanguinẽ Christi. Sed, quia illa gutta non posset percipi in illo dolio, vbi esset, etiã si essent decẽ guttæ citra periculũ, autore Soto, illud vinũ dolij potari posset. Si autẽ tanta esset mixtio specierũ, vt res esset dubia, totũ illud doliu in celebrationibus missarũ esset per partes in calice apponendũ, & consecradum & sumendũ. Fatendũ est autẽ, quòd vbi vina essent diuersarũ qualitatu, quæ misceretur speciebus, facilius eas corruperet per alterationẽ, vel per penetrationẽ diuisiuã. At, licet, si misceretur vinũ album & rubeũ, maneat idẽ vinũ secundũ Durandũ, imò licet mutetur qualitas, id est, color, & appareat color medius inter albedinẽ, & nigredinẽ, nihilominus tamen rubedo corrupta ibi non est de essentia vini, quia per artem fieri potest, vt eodẽ vino manente color mutetur.

quitur corollarie tertio, quod si guttula parua aquæ miscetur speciebus vini consecratis, tam parua potest esse, ut citius corrumpatur, quam quicquam corrumpat. Si autem sit maior poterit aliquid de speciebus corrumpere, & in aquâ vertere: tub qua parte corrupta pariter desinet esse sanguis. Quocirca licet illam partem corruptam species sacramentales postea conuertent in vinum, illic sanguis non rediret. Aduerte item, quod prima lotio calicis sit mero vino, non ut reliquæ facilius diuidantur, sed quia fortius per vinum, quam per aquam fit purificatio.

## CAPVT. LXXIII.

*De forma huius sacramenti. Vtrum forma huius sacramenti sit hæc: Hoc est corpus, & cætera. & Hic est calix sanguinis & cætera. & ista utraque forma sit conueniens: Et vtrum omnia illa verba formæ calicis sint de substantia formæ: Et an. 7. verba prima sint de essentia: Et an his formis insit aliqua virtus: Et an prædictæ locutiones formarum sint veræ: Et an consecratio panis consequatur effectum ante consecrationem vini.*



**V**ESTIO. 78. de forma huius sacramenti. Quæritur primo, vtrum forma huius sacramenti sit. Hoc est corpus meum: & Hic est calix sanguinis mei. Respondetur autem quod hoc sacramentum differt à cæteris in duobus. Primo, quia hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, alia autem sacramenta in vltimâ materiæ consecratæ perficiuntur. Secundo quia in alijs sacramentis consecratio materiæ in sola benedictione materiæ consistit, per quâ benedictionem recipit instrumentalem sanctificandi virtutem, quæ per ministrum potest ad instrumenta inanimata procedere. Sed in hoc sacramento consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa conuersione, quæ à Deo solo perfici potest. Vnde in consecratione materiæ sacramenti istius, sacerdos alium actum non habet, nisi prolationem verborum. Igitur forma huius sacramenti, qua dicitur: Hoc est corpus meum ab aliorum sacramentorum formis in duobus distinguitur. Primo, quoniam illæ formæ important vltimam materiæ: vt cum dicitur: ego te baptizo: Ego te confirmo. Huius autem sacramenti forma sola consecrationem materiæ, quæ in transubstantiatione consistit, importat. Secundo, quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur à mi-

**A**nistro, vel per modum exercentis actum. Vt cum dicitur: ego te baptizo, vel, confirmo. Siue per modum imperantis, vt in sacramento ordinis, dum dicitur: Accipe potestatem & cæte. Siue per modum deprecantis, vt in sacramento vnctionis. Sed forma huius sacramenti proferitur, quasi ex persona ipsius Christi loquentis, ad insinuandum, quod sacerdos in consecratione huius sacramenti nihil agit, nisi quod profert verba Christi, Christus autem contra alios consecrando non est vsus potestate excellentiæ, vt consecrando sine verbis conficeret sacramentum, sed neque consecrauit alijs verbis nobis ignotis, neque Christus bis protulit verba consecrationis vno modo occulte ad consecrandum, & secundo publicè ad instruendum discipulos; sed benedicendo panem simul consecrauit: Ita, vt sit sensus, quod dum benediceret, & frangeret, & daret discipulis suis hæc verba dixit: Accipite, & cætera. Nā hoc participium, dicens concomitantiam quandam importat verborum prolatorum respectu totius præcedentis. Dum autem Eusebius ait, quod inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus conuertit dicens: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum non insinuat hæc verba, accipite & comedite, pertinere ad substantiam formæ, sed ad vltimum materiæ consecratæ, qui non est de necessitate sacramenti, sed tantum pertinet ad perfectionem quandam sacramenti secundariam. Insuper in forma baptismi exprimitur persona ministri: quia ibi aliquem actum exercet circa vltimum materiæ, qui est de essentia sacramenti, quod non contingit in consecratione huius sacramenti eucharistiæ: ideo in eius forma non exprimitur minister. Igitur si sacerdos prædicta verba sola proferret, scilicet; Hoc est corpus meum, cum intentione perficiendi hoc sacramentum, perficeret hoc sacramentum, etiam si alia verba canonis ommitteret, secundum D. Ambrosium. Tum, quia canon missæ non est idem apud omnes, neque secundum omnia tempora. Tum quia intentio ministri (si intenderet consecrare per illa sola prædicta verba) faceret, vt hæc verba intelligerentur, quasi ex persona Christi prolata, etiam si verbis præcedentibus hoc non recitaretur. Grauius tamen tunc peccaret sacerdos sic consecrans, vt poterit ritum ecclesiæ non seruans: neque ab hac culpa in aliquo casu excusaretur; sicut in necessitate extrema posset excusari sine solennitate baptizans: quia baptismus est sacramentum necessitatis: at defectum huius sacramenti potest supplere spiritualis manducatio secundum D. Augustinum.

¶ Circa doctrinam prædictam notandum est contra

contra Scotum dist. 8. quæst. 1. in solut. ad. 3. ¶ D. Thomas rectè appellat hanc formam: Hoc est corpus meum esse formam sacramenti. Nam sic eam appellarunt omnes antiqui, & non sine sufficiens ratione. Quoniam, cum hæc forma sit forma consecrationis, vt statim art. 2. & 3. eam appellat D. Thomas. & forma relative dicitur ad materiam, & sit tanquam determinans eius significationem, in qua consistit ratio sacramenti; & materia huius sacramenti sit panis & vinum, quæ consecrantur per illam formam, optime dicitur forma sacramenti. Quia sicut forma baptismi determinat ablationem materialem ad significandum sacramentalem effectum: sic etiâ per hanc formam species sacramentales determinantur ad significandum corpus Christi illic contentum; ac subinde per ipsam constituuntur in esse sacramenti. Alias daretur sacramentum sine forma: quod est res inconueniens: cum significatio, quæ est de ratione sacramenti, potius oriatur ex forma, quam ex materia. Neque argumentum Scoti quicquam probat. Quia licet forma naturalis habeat duo, scilicet, & perficere, & etiâ componere speciem: sed forma in moralibus potest perficere illud, in cuius compositionem non intrat: vt charitas, quæ est in voluntate perficit virtutes omnium aliarum potentiarum. Sic cū sacramentum sit res artificialis diuina, forma eius ipsum perficit, licet non intret compositionem eius. Vnde sicut nomen statuae supponit pro ligno connotando formam: sic & sacramentum eucharistiæ supponit pro speciebus, connotando, quod virtute transeuntis formæ significent corpus & sanguinem.

Quæritur secundo, vtrum forma consecrationis panis sit conueniens. Respondetur autem, quod quia oportet formam sacramenti signare id, quod in sacramento efficitur: ideo hæc forma significare debuit conuersionem panis in corpus Christi: in quatuor considerantur, scilicet, ipsa conuersio & terminus à quo, & terminus, ad quem. Conuersio autem hæc non est successiua, sed instantanea: in qua sicut & in alijs mutationibus instantaneis fieri non est, nisi factum esse. Ideo in hac forma debet exprimi conuersio, vt in facto esse, ad quod fertur intentio; sicut intentio artificis fertur in vltimum effectum si milem formæ artificiali existenti in eius mente, principaliter, & per consequens in ædificationem. Quocirca per formam extremam conuersionis significari debet, vt se habent in facto esse conuersionis. Et ideo terminus à quo conuersionis exprimitur per pronomen demonstratiuum, hoc relatum ad accidentia sensibilia, quæ manent. Terminus autem, ad quem, exprimitur cum additur, corpus meum. Nam corpus signifi-

Instruct. conf. Pars. 2.

**A**cat totum, in quod fit conuersio, quod est totum corpus Christi, & non sola caro. Vnde hæc forma est conuenientissima; Hoc est corpus meum & non hæc: hoc sit corpus meum: quia fieri non est vltimus effectus huius consecrationis: At vero quia hic Deus operatur in hac consecratione sacramentaliter secundum vim significationis: ideo vltimus effectus debuit significari per verbum substantiuum indicatiui modi & presentis temporis. In creatione autem quia Deus produxit creaturas effectiue per imperium suæ sapientiæ, ideo exprimitur sermo dominicus per verbum imperatiui modi, secundum illud Genes. 1. Fiat lux, & facta est lux. Præterea non debuit in ista forma apponi ista dictio, panis, ex parte termini, à quo, dicendo; hic panis est corpus meum: quia terminus, à quo, in ipso facto esse conuersionis non retinet naturam suæ substantiæ, sicut terminus, ad quem. Et ideo illa dictio, panis, non fuit sic apponenda, sicut apponitur expresse terminus ad quem, id est, corpus. Additur autem, meum, quia etiam per istam dictionem, meum, sufficienter exprimitur persona Christi, ex cuius persona hæc verba proferuntur. Illa verò coniunctio, enim, apponitur in forma secundum consuetudinem Romanæ ecclesiæ à D. Petro deriuatam: & hoc propter continuationem ad verba præcedentia: & ideo non est de forma, sicut neque verba præcedentia formam.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo contra audacissimam & impudentissimam verba Erasmi in annotationibus super epistolam ad Corinthios. cap. 11. dicentis, vtinam Paulus traderet nobis illa verba, quibus consecratus est panis ille à Christo. Nam illa, inquit. Hoc est corpus meum, potius sunt porrigentis, quam consecrantis, quod Innocentius cap. cum Marthæ, de celebratione missarum, & Concilium Florentinum decreuit formam huius sacramenti esse verba Saluatoris, quibus hoc sacramentum confecit, scilicet; Hoc est corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei.

¶ Secundò perpendendum est cum Soro, ¶ licet plerique omnium per verbum bene dixit, quod Euangelista ante fractionem refert, non aliud intelligant, quam formam consecrationis in sine prolata, fortasse per illud, aliud, designatur, nempe, benedictio, qua Christus vsus est ante fractionem: quia illi consuetissima erat vbi Christus panem comedeat, vt patet Matthei capite. 4. & Lucæ capit. 9. Quod videtur etiam persuaderi: quia sicut Mattheus ait, Benedixit, D. Lucas ait, Gratias egit, cui consonat D. Paulus primæ ad Corinthios. 11. Vnde ecclesia illud vsurpauit: Eleuatis oculis in cælum, tibi

O 3 gratias



gratias agens, benedixit, & cetera. Vbi insinuatur, quod gratiarum actio consecrationem praeuenit. Accedit & in confirmationem huius, quod ante consecrationem dicens sacerdos, benedixit, signo crucis usus tunc fuerit Christus dominus, sed ad imitationem benedictionis Christi.

¶ Ex praedictis corollarie sequitur, non esse tutam assertionem Scoti dist. 8. q. 2. qua assertum esse minus discretum, quod sit necessarium in quolibet sacramento scire, quae verba sint praecise de forma. Quia hoc, inquit, manifeste est falsum, non solum in hoc sacramento, sed in baptismo, & poenitentia, & sacramento ordinis.

Nam respondetur contra Scotum, quod cum ecclesia praescriptis verbis sacramentorum utatur et si licitum sit verbum aliud pro alio aequiualens vsurpare, tamen non licet has formas in dubium reuocare. Vnde, sequitur etiam, quod illa praecedentia verba cum partim sint Euangelistae, & partim ecclesiae, & simul sancti omnes & concilium Florentinum iam unanimiter conueniant in hoc, quod verba necessaria consecrationis non sunt, nisi verba Christi, de alijs verbis non est scriptum nisi iniiciendus, quod sint necessaria, ita ut de essentia consecrationis sint. Neque quiequam promouet argumentum Scoti contra hoc: vbi arguit, quod illa verba: Hoc est corpus meum, si ne praecedentibus ex sua vi non significant proferri in persona Christi. Sicut si quis diceret, mea doctrina non est mea, non significaret, nisi doctrinam proferentis, etiam si intenderet illa dicere in persona Christi, ac per consequens quod verba praecedentia sunt necessaria ad id simul cum verbis formae significandum. Quia respondetur, quod intentio sacerdotis per se id satis significat, scilicet, quod in persona Christi proferantur verba formae: quia ecclesia cum tali intentione illa proferri mandauit. Item, quia, ut bene ait Durandus, dist. 8. quaest. 2. nisi talis intentio adesset praecedentia verba perse id certo non significassent. Quia pronomen, hoc, de rigore non significat, id est, non demonstrat id quod sacerdos habet in manibus: sed quod Christus habebat. Intentio ergo facit, ut verba prolata in persona Christi significant hunc nostrum panem conuerti in corpus Christi. Illa autem particula, quod pro vobis tradetur, quae Lucas & D. Paulus referunt dixisse Christum, videtur ad integritatem tantum formae attingere, non ad essentiam.

¶ Praeterea, licet D. Thomas non reprobet illam opinionem, scilicet, quod Christus accipiens panem benedixit, hoc est, consecrauit, deinde consecratum fregit, & dedit, quia ait, quod idem sensus colligitur seruat ordine verborum, si verbum, dicens, referatur ad totum tepus, tamē apparēter. Sotus probat quod

res gesta fuit, ut ordo euangelicus habet, nempe, ut prius fregit panem in buccellas discipulis numero pares, deinde porrigens dixerit; Accipite & comedite: & postremo, hoc est corpus meum, ita, ut verba porrigētis essent pariter consecratis.

¶ Deinde quaritur tertio, vtrum haec sit conueniens forma consecrationis vini, scilicet: Hic est calix sanguinis mei noui, & aeterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Respondeatur autem contra aliquos dicentes, quod de substantia formae huius est hoc solum, quod dicitur: Hic est calix sanguinis mei, quod secundum alios melius sentientes dicendum est, quod omnia sequentia sunt de substantia formae, vsque ad id, quod sequitur, scilicet; Haec quotiescunque feceritis, quod pertinet ad vsum & non ad substantiam huius sacramenti. Nam ea, quae sequuntur post, hic est calix sanguinis mei, sunt quaedam determinationes praedicari, id est, sanguinis Christi; vnde pertinent ad integritatem locutionis. Inde est, quod sacerdos eodem ritu, & modo, scilicet, tenendo calicem in manibus omnia haec verba profert. Igitur dicendum est, quod omnia praedicta verba sunt de substantia formae. Sed per prima verba cum dicitur: Hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conuersio vini in sanguinem, per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, quippe qui valet ad tria, scilicet, ad perceptionem vitae aeternae, ad iustificationem gratiae per fidem, & ad delenda peccata. Propter primum dicitur, noui & aeterni testamenti. Propter secundum apponitur, mysterium fidei. Propter tertium autem adjicitur, qui pro vobis, & pro multis effundetur. Cum vero dicitur: hic est calix sanguinis mei, ponitur continens pro contento: & est sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice quia per calicem intelligitur passio Christi. Sanguis enim seorsum consecratus expresse passionem Christi representat: ideo in hac forma potius fit mentio de effectu passionis, quam in consecratione corporis, quod est passionis subiectum. Testamentum autem nihil aliud est, quam dispositio hereditatis. Et quia per sanguinem Christi adipisci possumus aeternam hereditatem: ideo dicitur calix sanguinis mei noui & aeterni testamenti. Dicitur praeterea testamentum nouum, quia nunc exhibitus est in re sanguis Christi qui antea primo in figura erat exhibitus in veteri lege. Dicitur autem testamentum aeternum ratione aeternae praedestinationis Dei, atque etiam ratione aeternae hereditatis, quae per hoc testamentum disponitur. Ponitur vero hic, mysterium fidei non ad excludendam rei veritatem, sed ad designandum occultum modum, quo sanguis Christi verè in hoc

hoc sacramento consistit, quod sola fide tenetur. Vnde ipsum mysterium est quasi fidei obiectum. Baptismus autem si sacramentum fidei dicitur est, quia est quaedam fidei protestatio. Hoc autem sacramentum eucharistiae sacramentum charitatis dicitur, quasi eius figuratiuum & effectiuum. Deinde dicitur, quod pro vobis, & pro multis effundetur, ad designandum, quod non solum in Iudaeis electis, sed etiam in gentilibus habet efficaciam sanguis passionis Christi. Ideo signanter dicitur pro vobis, scilicet, Iudaeis, & pro multis, scilicet, gentilibus, vel pro vobis, scilicet, manducantibus, & pro multis, pro quibus offertur. Quauis vero non omnia verba consecrationis calicis, in scriptura legantur, eo quod Apostoli & Euangelistae volebant publice tradere propter infidelium derisionem vitandam, ut ait D. Dionysius in sine ecclesiastic. hierarch. atque solum modo Euangelistae intenderunt historiam de Christo texere, tamen omnia verba consecrationis calicis ferè ex diuersis scripturae locis accipi possunt. Nam quod dicitur: Hic est calix, habetur. Lucae. 22. & 1. ad Corinth. 11. Matthaei autem. 26. dicitur: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod autem additur, aeterni, & iterum, mysterium fidei, ex traditione Domini habetur, quae ad ecclesiam per apostolos peruenit, & secundum illud. 1. ad Corinth. 11. Ego accepi à domino, quod & tradi-

di vobis. ¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primum, circa expositionem Diui Thomae dicitur, omnia illa verba calicis esse de substantia formae, & de eius integritate, etiam Thomistas dissidere: Nam Paludanus dist. 8. quaest. 3. & Capreolus sentiunt D. Thomam eius esse sententiam, ut per hoc, quod ait, omnia illa verba esse de substantia: esse de essentia etiam velit significare. Caietanus vero contrarium hic sustinet. Verum tamen D. Thomas non clare ait, omnia illa verba esse de essentia, sed solum ait, omnia illa esse de substantia & integritate formae, si quidem sub tenore vnius formae proferuntur super calicem. Non igitur sequitur, quod si omnia sint de substantia subinde omnia sint de essentia, ita ut sine omnibus sacramentum confici non possit. Nam & digitus est de substantia & integritate hominis, & tamen non est de hominis essentia, ita ut sine illo homo animal rationale esse non possit, quod pertinet solum ad eius essentiam. Sic etiam in casu quaestionis: Sicut etiam cum baptismus fit per trinam immersionem omnes sunt istae tres immersiones de integritate concurrentes ad effectum baptismatis; tamen non omnes sunt de essentia. Nam si per vnicam mer-

tionem quis baptizare intenderet, sacramentum vtrique perficeret. ¶ Praeterea Secundo iam postquam D. Thomas in principio nos dereliquit, verum omnia illa verba sint de essentia (sicut secundum communem sententiam, & suam, quae est contra Alexandrum. 4. part. quaest. 33. & D. Bonaventuram. in. 4. dist. 8. art. 1. quaest. 2. & contra alios sunt de substantia & integritate nunc indagandum est. Nam videtur quod solum praedicta prima quinque verba, scilicet: hic est calix sanguinis mei in hoc sacramento sint de essentia formae. Quod videtur persuaderi pluribus rationibus. Primo, quia ista quinque verba tantum sufficienter exprimunt totum effectum consecrationis contentum in hoc sacramento: ergo illa tantum sunt de essentia, ut pote quae efficiunt totum, quod exprimunt, & significant, scilicet, sanguinem Christi ibi contineri. Tum secundo, quia secundum D. Thomam haec solum quinque verba significant conuersionem, & reliqua significant virtutem, & effectum sanguinis: ergo prima quinque verba sunt de essentia. Nam non est de essentia quod effectus sacramenti exprimitur in forma, sicut neque exprimitur in forma consecrationis corporis. Tum tertio, quia ad consecrandum corpus sufficienter haec verba, hoc est corpus meum: ergo etiam ad consecrandum sanguinem sufficienter illa praedicta quinque verba, ac per consequens illa quinque tantum sunt de essentia, cum non sint minoris efficaciae, quam verba consecratiua corporis, quoniam non sunt minoris significationis: per quam significationem formae sacramentorum solent inuim producere effectum. Tum quarto, in forma consecrationis calicis à Graecis non apponuntur ista verba, scilicet, calix aeterni, mysterium fidei: ergo ista non sunt de essentia. Nam id quod est de essentia, non potest omitti, quin quaesatur sacramentum: at non est credendum quod Graeci vere non consecrent. Item quinto, quia verba sequentia significant effectum huius sacramenti, scilicet, iustificationem & remissionem peccatorum secundum D. Thomam. ergo, si secundum eundem D. Thomam illa verba praecedentia, scilicet, Accipite & comedite, quia significant vsum huius sacramenti, non sunt de essentia: ergo neque praedicta verba sequentia sunt de sacramenti huius essentia. Patet consequentia: quia vsum sacramenti mediat inter sacramentum, & effectum eius; & per consequens vsum est magis propinquus, quam effectus: ergo si verba significantia vsum non sunt de essentia: ergo neque etiam ea posteriora, quae significant effectum, quia eadem est ratio. Deinde sexto patet: quia verba essentialia sacramenti efficiunt, quod

hoc sacramento consistit, quod sola fide tenetur. Vnde ipsum mysterium est quasi fidei obiectum. Baptismus autem si sacramentum fidei dicitur est, quia est quaedam fidei protestatio. Hoc autem sacramentum eucharistiae sacramentum charitatis dicitur, quasi eius figuratiuum & effectiuum. Deinde dicitur, quod pro vobis, & pro multis effundetur, ad designandum, quod non solum in Iudaeis electis, sed etiam in gentilibus habet efficaciam sanguis passionis Christi. Ideo signanter dicitur pro vobis, scilicet, Iudaeis, & pro multis, scilicet, gentilibus, vel pro vobis, scilicet, manducantibus, & pro multis, pro quibus offertur. Quauis vero non omnia verba consecrationis calicis, in scriptura legantur, eo quod Apostoli & Euangelistae volebant publice tradere propter infidelium derisionem vitandam, ut ait D. Dionysius in sine ecclesiastic. hierarch. atque solum modo Euangelistae intenderunt historiam de Christo texere, tamen omnia verba consecrationis calicis ferè ex diuersis scripturae locis accipi possunt. Nam quod dicitur: Hic est calix, habetur. Lucae. 22. & 1. ad Corinth. 11. Matthaei autem. 26. dicitur: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod autem additur, aeterni, & iterum, mysterium fidei, ex traditione Domini habetur, quae ad ecclesiam per apostolos peruenit, & secundum illud. 1. ad Corinth. 11. Ego accepi à domino, quod & tradi-

di vobis. ¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primum, circa expositionem Diui Thomae dicitur, omnia illa verba calicis esse de substantia formae, & de eius integritate, etiam Thomistas dissidere: Nam Paludanus dist. 8. quaest. 3. & Capreolus sentiunt D. Thomam eius esse sententiam, ut per hoc, quod ait, omnia illa verba esse de substantia: esse de essentia etiam velit significare. Caietanus vero contrarium hic sustinet. Verum tamen D. Thomas non clare ait, omnia illa verba esse de essentia, sed solum ait, omnia illa esse de substantia & integritate formae, si quidem sub tenore vnius formae proferuntur super calicem. Non igitur sequitur, quod si omnia sint de substantia subinde omnia sint de essentia, ita ut sine omnibus sacramentum confici non possit. Nam & digitus est de substantia & integritate hominis, & tamen non est de hominis essentia, ita ut sine illo homo animal rationale esse non possit, quod pertinet solum ad eius essentiam. Sic etiam in casu quaestionis: Sicut etiam cum baptismus fit per trinam immersionem omnes sunt istae tres immersiones de integritate concurrentes ad effectum baptismatis; tamen non omnes sunt de essentia. Nam si per vnicam mer-

tionem quis baptizare intenderet, sacramentum vtrique perficeret.

¶ Praeterea Secundo iam postquam D. Thomas in principio nos dereliquit, verum omnia illa verba sint de essentia (sicut secundum communem sententiam, & suam, quae est contra Alexandrum. 4. part. quaest. 33. & D. Bonaventuram. in. 4. dist. 8. art. 1. quaest. 2. & contra alios sunt de substantia & integritate nunc indagandum est. Nam videtur quod solum praedicta prima quinque verba, scilicet: hic est calix sanguinis mei in hoc sacramento sint de essentia formae. Quod videtur persuaderi pluribus rationibus. Primo, quia ista quinque verba tantum sufficienter exprimunt totum effectum consecrationis contentum in hoc sacramento: ergo illa tantum sunt de essentia, ut pote quae efficiunt totum, quod exprimunt, & significant, scilicet, sanguinem Christi ibi contineri. Tum secundo, quia secundum D. Thomam haec solum quinque verba significant conuersionem, & reliqua significant virtutem, & effectum sanguinis: ergo prima quinque verba sunt de essentia. Nam non est de essentia quod effectus sacramenti exprimitur in forma, sicut neque exprimitur in forma consecrationis corporis. Tum tertio, quia ad consecrandum corpus sufficienter haec verba, hoc est corpus meum: ergo etiam ad consecrandum sanguinem sufficienter illa praedicta quinque verba, ac per consequens illa quinque tantum sunt de essentia, cum non sint minoris efficaciae, quam verba consecratiua corporis, quoniam non sunt minoris significationis: per quam significationem formae sacramentorum solent inuim producere effectum. Tum quarto, in forma consecrationis calicis à Graecis non apponuntur ista verba, scilicet, calix aeterni, mysterium fidei: ergo ista non sunt de essentia. Nam id quod est de essentia, non potest omitti, quin quaesatur sacramentum: at non est credendum quod Graeci vere non consecrent. Item quinto, quia verba sequentia significant effectum huius sacramenti, scilicet, iustificationem & remissionem peccatorum secundum D. Thomam. ergo, si secundum eundem D. Thomam illa verba praecedentia, scilicet, Accipite & comedite, quia significant vsum huius sacramenti, non sunt de essentia: ergo neque praedicta verba sequentia sunt de sacramenti huius essentia. Patet consequentia: quia vsum sacramenti mediat inter sacramentum, & effectum eius; & per consequens vsum est magis propinquus, quam effectus: ergo si verba significantia vsum non sunt de essentia: ergo neque etiam ea posteriora, quae significant effectum, quia eadem est ratio. Deinde sexto patet: quia verba essentialia sacramenti efficiunt, quod

hoc sacramento consistit, quod sola fide tenetur. Vnde ipsum mysterium est quasi fidei obiectum. Baptismus autem si sacramentum fidei dicitur est, quia est quaedam fidei protestatio. Hoc autem sacramentum eucharistiae sacramentum charitatis dicitur, quasi eius figuratiuum & effectiuum. Deinde dicitur, quod pro vobis, & pro multis effundetur, ad designandum, quod non solum in Iudaeis electis, sed etiam in gentilibus habet efficaciam sanguis passionis Christi. Ideo signanter dicitur pro vobis, scilicet, Iudaeis, & pro multis, scilicet, gentilibus, vel pro vobis, scilicet, manducantibus, & pro multis, pro quibus offertur. Quauis vero non omnia verba consecrationis calicis, in scriptura legantur, eo quod Apostoli & Euangelistae volebant publice tradere propter infidelium derisionem vitandam, ut ait D. Dionysius in sine ecclesiastic. hierarch. atque solum modo Euangelistae intenderunt historiam de Christo texere, tamen omnia verba consecrationis calicis ferè ex diuersis scripturae locis accipi possunt. Nam quod dicitur: Hic est calix, habetur. Lucae. 22. & 1. ad Corinth. 11. Matthaei autem. 26. dicitur: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod autem additur, aeterni, & iterum, mysterium fidei, ex traditione Domini habetur, quae ad ecclesiam per apostolos peruenit, & secundum illud. 1. ad Corinth. 11. Ego accepi à domino, quod & tradi-

di vobis. ¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primum, circa expositionem Diui Thomae dicitur, omnia illa verba calicis esse de substantia formae, & de eius integritate, etiam Thomistas dissidere: Nam Paludanus dist. 8. quaest. 3. & Capreolus sentiunt D. Thomam eius esse sententiam, ut per hoc, quod ait, omnia illa verba esse de substantia: esse de essentia etiam velit significare. Caietanus vero contrarium hic sustinet. Verum tamen D. Thomas non clare ait, omnia illa verba esse de essentia, sed solum ait, omnia illa esse de substantia & integritate formae, si quidem sub tenore vnius formae proferuntur super calicem. Non igitur sequitur, quod si omnia sint de substantia subinde omnia sint de essentia, ita ut sine omnibus sacramentum confici non possit. Nam & digitus est de substantia & integritate hominis, & tamen non est de hominis essentia, ita ut sine illo homo animal rationale esse non possit, quod pertinet solum ad eius essentiam. Sic etiam in casu quaestionis: Sicut etiam cum baptismus fit per trinam immersionem omnes sunt istae tres immersiones de integritate concurrentes ad effectum baptismatis; tamen non omnes sunt de essentia. Nam si per vnicam mer-

tionem quis baptizare intenderet, sacramentum vtrique perficeret. ¶ Praeterea Secundo iam postquam D. Thomas in principio nos dereliquit, verum omnia illa verba sint de essentia (sicut secundum communem sententiam, & suam, quae est contra Alexandrum. 4. part. quaest. 33. & D. Bonaventuram. in. 4. dist. 8. art. 1. quaest. 2. & contra alios sunt de substantia & integritate nunc indagandum est. Nam videtur quod solum praedicta prima quinque verba, scilicet: hic est calix sanguinis mei in hoc sacramento sint de essentia formae. Quod videtur persuaderi pluribus rationibus. Primo, quia ista quinque verba tantum sufficienter exprimunt totum effectum consecrationis contentum in hoc sacramento: ergo illa tantum sunt de essentia, ut pote quae efficiunt totum, quod exprimunt, & significant, scilicet, sanguinem Christi ibi contineri. Tum secundo, quia secundum D. Thomam haec solum quinque verba significant conuersionem, & reliqua significant virtutem, & effectum sanguinis: ergo prima quinque verba sunt de essentia. Nam non est de essentia quod effectus sacramenti exprimitur in forma, sicut neque exprimitur in forma consecrationis corporis. Tum tertio, quia ad consecrandum corpus sufficienter haec verba, hoc est corpus meum: ergo etiam ad consecrandum sanguinem sufficienter illa praedicta quinque verba, ac per consequens illa quinque tantum sunt de essentia, cum non sint minoris efficaciae, quam verba consecratiua corporis, quoniam non sunt minoris significationis: per quam significationem formae sacramentorum solent inuim producere effectum. Tum quarto, in forma consecrationis calicis à Graecis non apponuntur ista verba, scilicet, calix aeterni, mysterium fidei: ergo ista non sunt de essentia. Nam id quod est de essentia, non potest omitti, quin quaesatur sacramentum: at non est credendum quod Graeci vere non consecrent. Item quinto, quia verba sequentia significant effectum huius sacramenti, scilicet, iustificationem & remissionem peccatorum secundum D. Thomam. ergo, si secundum eundem D. Thomam illa verba praecedentia, scilicet, Accipite & comedite, quia significant vsum huius sacramenti, non sunt de essentia: ergo neque praedicta verba sequentia sunt de sacramenti huius essentia. Patet consequentia: quia vsum sacramenti mediat inter sacramentum, & effectum eius; & per consequens vsum est magis propinquus, quam effectus: ergo si verba significantia vsum non sunt de essentia: ergo neque etiam ea posteriora, quae significant effectum, quia eadem est ratio. Deinde sexto patet: quia verba essentialia sacramenti efficiunt, quod

significans, sed verba sequentia post, *ly, sanguinis mei*, non efficiunt quod significant: non enim faciunt, quod sanguis ille effundatur in remissionem peccatorum; quia Christus sponte effudit illum: ergo non pertinet ad essentiam consecrationis. Denique septimo probatur, quia si verba prædicta sequentia pertinerent ad essentiam formæ, id esset; quia sunt determinationes illius prædicati, *sanguinis mei*, ut ait D. Thomas: illud determinare: sed verba etiam, quæ D. Paulus & D. Lucas addunt ad, *hoc est corpus meum*, scilicet, quod pro vobis tradetur; sunt determinationes illius prædicati, *corpus meum*, & tamen non sunt de essentia in ista forma: ergo neque etiam sunt de essentia in ista forma consecrationis calicis. Hæc igitur præmissa argumenta septem probabilem reddunt opinionem illam, scilicet, quod illa quinque verba, videlicet, *hic est calix sanguinis mei*, sunt de essentia formæ sacramenti tantum, & quod verba sequentia solum de substantia sunt & integritate, & non de essentia. Non est tamen usque adeo certa ut Sotus & alij autumant: præsertim cum ecclesia ad consecrandum sanguinem omnibus illis verbis utatur.

¶ Igitur statuitur responsiva conclusio ad quæstionem, scilicet, quod problematicè & probabiliter potest quæstio hæc disputari, & sustineri pro utraque parte, scilicet, affirmatiua, & negatiua. Partem autem negatiua, scilicet, quod non sint de essentia formæ sanguinis omnia verba, quibus ecclesia Romana utitur, sustinent viri doctissimi Caietanus in hoc loco Alexander Alesius 4. parte quæst. 33. art. 3. & Ricardus dist. 8. quæst. 2. art. 3. & Marsilius in 4. quæst. 6. art. 1. Adem tenet & Sotus. Quam quidem affirmatiua partem persuadent 7. argumenta iam posita, probantia; quod illa quinque verba priora, scilicet, *hic est calix sanguinis mei* sunt tantum de essentia formæ. Affirmatiua vero partem, scilicet, ista quinque verba cum his sequentibus scilicet, *noni testamenti, qui pro vobis & promultis effundetur in remissionem peccatorum, esse de essentia, & non solum de substantia pertinet vsus consecrandi ecclesiæ, quæ sub eodem tenore profert omnia ista verba; & per omnia illa intendit consecrare. Secundo etiam hinc persuadetur: quia cum sacramentorum formæ sint à Deo institutæ: non sunt variandæ pro libito cuiusque; neque solis rationibus humanis est asserendum, hæc verba pertinere ad essentiam, illa vero non. Nam alias non potest assignari conuincens ratio; quare in baptismo inuocatio expressa Trinitatis sit de essentia formæ (licet detur ratio congrua, scilicet, quia est professio fidei); & in forma abolutionis eadem inuocatio*

non sit de essentia: ergo conuincitur, quod sola institutio diuina per ecclesiam habita, est: potissima causa, quod aliqua verba pertineant ad essentiam formæ sacramentalis, scilicet, ex eo, quod instituit & voluit Deus ut ad essentiam formæ pertinerent: ergo cum ecclesia omnibus illis verbis utatur ad consecrandum, signum est ut necessaria: essentialiter ad consecrationem fuisse à Deo instituta. Item probatur hac ratione, perquam soluuntur nonnulla argumenta prius obiecta. Quia hæc forma, *Ego te abluo in nomine Dei* sufficienter explicaret abluionem factam virtute diuina, qualis fit in baptismo: & tamen, quia illam non instituit Deus pro essentiali forma baptismi, non potest operari effectum baptismi: ergo licet illa quinque verba: *hic est calix sanguinis mei*, significant de se conversionem, non erunt sufficientia ad consecrationem sanguinis, si per completam formam etiam aliorum illam fieri instituit Christus, ut confirmari videtur ex vsu ecclesiæ, & traditione apostolorum deriuata à Christo; qui non citra mysterium voluit in forma calicis adijcere illas determinationes verborum ad illud prædicatum, scilicet, *sanguinis mei*. Nempe, quia in calicis consecratione exactius repræsentatur passio Christi: ideo placuit illi, ut ibi prædictæ determinationes verborum suam passionem exprimerent, ut essentialiter necessariae ad consecrationem inter consecrandum proferrentur.

¶ Nunc respondendum restat ad illas rationes. 7. in contra adductas pro parte negatiua, scilicet, quod non sint de essentia omnia illa verba vsque ad in remissionem peccatorum, sed solum priora quinque, igitur dicitur ad. 1. quod licet illa verba quinque sufficienter expriment effectum consecrationis, id est, continuationem sanguinis Christi in sacramento: tamen non satis est, ut perse sola sufficientia sint ad consecrationem hanc, si Deus instituit, ut cum illis, & cum sequentibus etiam fieret consecratio, & non aliter, ut vsus ecclesiæ id ostendit: Sicut dictum est Nam, *Ego te baptizo in nomine Dei* sufficienter exprimere videtur: lotionem spirituale in baptismo: & tamen hoc non sufficit, ut baptismi effectum possit operari ista prolatio verborum quia non est instituta à Christo, ut forma essentialis baptismi: quia non, nisi per istam, ego te baptizo in nomine patris & filij & Spiritus sancti, ubi inuocatur expresse Trinitas personarum, baptismum perficit instituit. At simili quoque solutione diluuntur argumenta, tam secundum, quam tertium. Neque enim sufficit illa quinque verba, *hic est calix sanguinis mei* significare conversionem vini in sanguinem, sicut verba hæc, *hoc est corpus meum*, significant conversionem panis

panis in corpus. Quia hæc verba: *Hoc est corpus meum* tantum Deus instituit, ut formam ad consecrandum panem sine additione aliorum, ut patet ex vsu ecclesiæ: & ideo ad id sufficientia. At verò ut ex eodem ecclesiæ vsu apparet, illa quinque verba solum, scilicet, *Hic est calix sanguinis mei*, non instituit ad consecrandum vinum, nisi cum verbis sequentibus, quæ sunt determinationes illius prædicati, *sanguinis mei*: & ideo non est par ratio de utraque forma.

¶ Ad quartum verò argumentum, ubi obijcitur, quod Græci ista 4. verba, quibus utitur Romana ecclesia, scilicet, *Calix æterni, mysterium fidei*, omittunt in sua forma, ut est videre in missali Basilij: & in missali Moçarabo iuxta regulam Isidori omittuntur tria verba, scilicet, *æterni, & mysterium fidei*; quia iuxta contextum D. Lucae & D. Pauli solum dicitur: *hic est calix noui testamenti, in meo sanguine, qui pro vobis tradetur & cætera*: atque per consequens, quod non sint de essentia respondetur primo, quod Paludanus ait, quod si Græci illa duntaxat forma utuntur non verè consecrant. Sed quia hæc solutio non placet Soto, quia, inquit, non est credendum, quod per illam suam formam non consecrent, quando quidem de hac re ab ecclesia Romana non culpantur, ideo melius secundo respondetur, quod verè consecrant Græci, licet illa 4. omittant verba, scilicet, *Calix, æterni, mysterium, fidei*, quia calix subintelligitur in dictione *sanguis*, quam ipsi apponunt: quia pro eodem reputantur, cum in nostra forma, calix accipitur, ut continens pro sanguine contento, & *ly, æterni*, subintelligitur sub illa dictione, *noui testamenti*, quæ ab utrisque Græcis & Latinis apponitur, & *ly, mysterium fidei*, ex significatione non pertinet ad essentiam: quia fides credentium non perficit sacramentum & ideo non pertinet ad essentiam huius sacramenti.

¶ Ad quintum argumentum, ubi obijcitur, quod verba illa præcedentia, *Accipite & comedite*, non pertinent ad essentiam sacramenti (quia pertinent ad eius vsus) ergo quod neque verba sequentia post illa quinque pertinent ad essentiam, quippe quæ significant effectum sacramenti, scilicet, remissionem peccatorum, respondetur, quod vsus huius sacramenti, id est, potatio sanguinis est veluti applicatio causæ, id est, sanguinis Christi peccata remittentis. At verò sanguis Christi contentus in hoc sacramento, sicut scriptum sacramentum dicit perse ordinem ad effectum sacramenti, scilicet, ad gratiæ augmentum quod ibi confertur. Atque ideo verba, quibus significatur vsus, non pertinent ad essentiam huius consecrationis calicis. Verba verò, quibus effectus significatur pertinent ad essentiam ex

institutione Christi. Secundo respondetur, quod effectus huius sacramenti consideratus in se, id est, in actu secundo, id est, ut sequitur sacramentum sic non pertinet ad essentiam huius sacramenti: quia saluari potest veritas sacramentifera sine gratia, quæ est eius effectus, ut patet in indignè suscipiente, qui verum recipit sacramentum, non tamen eius effectum, id est, gratiam. At verò effectus sacramenti consideratus quatenus est in potentia & in virtute sacramenti sic pertinet ad essentiam sacramenti nouæ legis, quia ut patet in concilio Florentino de eius essentia est, ut habeat virtutem conferendi gratiam. Hæc autem virtus ex institutione Christi explicatur in hac forma sanguinis. Et ideo illa verba, quibus hæc virtus significatur, pertinere videntur ad essentiam formæ. Vtus verò est extrinsecus: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad sextum verò argumentum, ubi obijcitur, quod verba essentialia formæ sacramenti efficiunt quod significant, & quod verba sequentia post *ly, sanguinis mei*, non efficiunt quod significant, & per consequens, quod non sunt de essentia, respondetur, quod quia sanguis Christi est in hoc sacramento, non vicinque sed cum proprietatibus, & virtutibus, quæ illi competunt in hoc sacramento, quarum prima est, ut iustificet hominem, secunda ut remittat peccata ex opere operato, quod non faceret in passione, si quis sub specie sanguinis tunc bibisset illum, licet idem sit sanguis hic contentus in sacramento, & qui effusus est in passione: igitur virtute verborum totius formæ conuertitur substantia vini in sanguinem, quatenus proprietates, & virtutes prædictas hic sumptus habet. Ac per consequens dicendum videtur, quod forma hæc sicut facit, quod sanguis Christi sit hic in hoc sacramento: ita etiam facit, ut sit hic cum istis proprietatibus: & sic verba omnia faciunt quod significat. Quod si obijciatur, corpus Christi pro ut continetur in hoc sacramento etiam prædictas virtutes & proprietates habere, & tamen non significari per formam, Respondemus id ita esse. Nihilominus tamen, quia Christus Dominus in consecratione calicis, ut pote qui expressius repræsentat eius passionem, unde istæ virtutes, & proprietates dimanarunt instituit specialiter eas exprimi, ideo verba sequentia eas exprimentia sunt de essentia sacramenti: sicut etiam istæ virtutes in baptismo explicantur per illa verba sequentia. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, quæ sunt de eius essentia: & tamen in confessionis sacramento sufficit dixisse: *Ego te absoluo à peccatis tuis*. Huius autem differentia diuina institutio est causa: quia sic instituit voluit. Et per prædicta patet solutio

ad septimum. Præterea ex supradictis sequitur corollarie, quod qui tentaret consecrare, sub his solum verbis. Hic est calix sanguinis mei, sacrilegium mortale committeret. Tum, quia se periculo exponeret non consecrandi. Tum, quia ritus ecclesiastici violator esset. Insuper secundo corollarie sequitur, quod si quis de ecclesia Latina prætermitteret verba hæc, scilicet, æternum, & mysterium fidei, etiam reus fieret culpæ mortalis: quia in re grauitum transgredere ecclesiæ Romanæ. Quia licet verba hæc in Euangelij non reperiatur: tamen illa dixisse Christum ea que discipulos in consecratione calicis dicere docuisse, tradit Innocentius cap. cū Marthæ, de celebratione missarum. Deinde est notandum, quod testamentum dupliciter sumitur. Primo pro scriptura ipsa, quo mandatur, & legatur hæreditas: in quo sensu sacram scripturam vetus, & nouum testamentum vocamus. Et secundo modo pro promissione ipsa hæreditatis, vel eius exhibitione in re: & sic sumitur hic cum dicitur, noui & æterni testamenti.

¶ Accedit ad prædicta, quod secundum illam opinionem, quam amplectitur Sotus, ut certam scilicet, quod illa prima quinque verba solum sint de essentia, si per illa solum verba intentio sacerdotis esset consecrare per illa perficeretur sacramentum, licet citra sacrilegium non fieret; addit tamen Sotus, quod quia sic est institutum ecclesiæ per omnia verba, quibus utitur ecclesia, tenetur sacerdos intendere consecrare, & ideo vsque in finem in remissionem peccatorum non perficitur conuersio. Hoc autem postremum assertum Soti non sine apparentia impugnat frater Iosephus in suis floribus Theologiæ dicens quod quia virtus sacramenti ab institutione diuina pendet, & non ex institutione sacerdotis, si institutio diuina fuit: quod per illa quinque prima verba, ut pote essentialia formæ perficeretur conuersio, intentio sacerdotis non potest conuersionem vini in sanguinem prolatare, ut non perficiatur, nisi vsque in finem, scilicet in remissionem peccatorum. Nihilominus respondetur in defensionem Soti primo, quod forte mens Soti in verbis his fuit insinuare, quod licet per illa quinque verba (si per ea tantum intendat sacerdos consecrare) ponatur ibi sanguis Christi secundum existentiam realem: tamen non perficitur conuersio vini in sanguinem Christi, quatenus sanguis Christi est res signata per species sacramentales, ut ibi est sanctificatus, & remissiuus peccatorum. Sed quia non audeo hanc glossam, ut veram citra censuram ecclesiæ diffinire, neque eam Soti assertioni tribuere, dico secundo, quod obiectio ista fratris Iosephi potius concludit pro parte affirmatiua, scilicet, quod om-

nia illa verba, quibus utitur ecclesia Romana, quæ sunt de substantia, sunt etiam de essentia; & per consequens vsque ad finem, remissionem peccatorum, non perficitur conuersio.

¶ Deinde quaeritur quartò, utrum in prædictis verbis formarum insit aliqua vis creata effectiua consecrationis. Respondetur autem in primis, assertionem dicentium, neque in prædictis verbis ad transubstantiationem faciendam, neque etiam in alijs sacramentorum formis, vel etiam in ipsis sacramentis aliquam virtutem esse ad inducendos sacramentorum effectus sanctorum dictis, tum derogare, tum etiam dignitati sacramentorum aduersari in noua lege. Atque ideo cum sacramentum hoc sit præ cæteris dignius, consequens est, quod in verbis formæ eius sit quædam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam, instrumentalis tamen, sicut in alijs sacramentis. Siquidem, quia hæc verba ex persona Christi proferuntur, consequuntur virtutem instrumentalem à Christo: sicut & cætera eius facta, vel dicta habent instrumentaliter salutiferam virtutem. Vnde quando Damascenus in libro quarto ait, quod sola virtute Spiritus sancti fit conuersio panis in corpus Christi non excludit virtutem instrumentalem, quæ est in forma huius sacramenti, sicut cum dicitur, solus faber facit cultellum non excluditur virtus martelli. Sicut eadem ratione licet nullus opera miraculosa possit facere, ut causa principalis, nisi solus Deus, potest tamen ea facere instrumentaliter, sicut ipse tactus manus Christi sanauit leprosum. Et per hunc modum verba Christi conuertunt panem in corpus Christi. At vero non est simile de formatione corporis Christi in utero virginali, quia nulla virtute creata fieri potuit. Quia illa formatio corporis Christi facta est, ut aliquid à corpore Christi procedens haberet instrumentalem virtutem. Præterea non obstat, quod prolatio verborum formæ sacramentalis sit successiua quia verba prædicta sacramentaliter operantur. Vnde vis conuersiua quæ est in formis sacramentorum, sequitur significationem, quæ in prolatione vltimæ dictionis terminatur. Et ideo in vltimo instanti prolationis verborum prædicta verba consequuntur hanc virtutem, in ordine tamen ad præcedentia. Vnde hæc virtus est simplex ratione significati, licet in ipsis verbis exterius prolatis sit quædam compositio.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est cum Soto, quod possumus affirmare, quod in toto tempore prolationis verborum fit conuersio ad hunc sensum, quod toto illo tempore applicatur forma, quæ est conuersionis causa. Sed tamen in vltimo instanti eadem conuersio fit in hoc

hoc sensu, quod illud met instantans est primū non esse panis, & primum esse corporis, sub speciebus panis. At qui contra Capreolum dist. 1. q. 1. art. 2. forma consecrationis non solum concurrat ad destinationem panis, sed etiam immediate concurrat ad existentiam Christi sub illis speciebus. Neque hinc obijci potest, quod admittamus creaturam posse creare: quia transubstantiatio non est creatio.

¶ Secundo aduertendum est, conclusionem D. Thomæ, scilicet, quod in formis sacramentalibus est virtus instrumentalis creata ad producendos suos effectus, licet sit contra Scotum, qui dist. 1. quæst. 5. hanc virtutem negat his verbis inhæreret, nihilominus tamen est determinatio Concilij Florentini, vbi habetur, quod sacerdos in persona Christi loquens conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi conuertuntur. Vnde hæc forma verborum, quia significat hoc esse corpus, facit non solum designare esse panem: sed etiam verti in corpus Christi, contra Capreolum negatē hoc vltimum.

¶ Deinde quinto quaeritur, utrum prædictæ locutiones formarum sint veræ. Respondetur autem, quod hæc locutio: Hoc est corpus meum, vera est, intelligendo eam secundum vltimum instantans prolationis verborum. Sed tamen istud pronomen demonstratiuum, hoc, non demonstrat panem, neque etiam corpus Christi. Nam si demonstraret panem faceret istum sensum, quod hoc, id est, panis sit corpus Christi: & sic esset falsa, quia non præsupponitur ex parte subiecti illud, quod fuit ante conuersionem, scilicet, panis. Si autem à parte subiecti demonstraret corpus, faceret hunc sensum, quod hoc, scilicet, corpus Christi sit corpus Christi. Qui tamen sensus, cum in eo præsupponatur ex parte subiecti id, quod est terminus conuersionis, scilicet, corpus, tollit naturam conuersionis. Nam verba consecrationis, scilicet, hoc est corpus meum, non faciunt, quod corpus Christi sit corpus Christi, neque quod panis sit corpus Christi, sed quod contentum sub his speciebus, quod prius erat panis, sit corpus Christi. Atque ideo signanter non dicit Dominus: Hic panis est corpus meum, ut intelligebant quidam, neque dixit; Hoc corpus est corpus meum, in quo sensu formam consecrationis accipiebant alij: sed in generali dixit. Hoc est corpus meum, nullo nomine apposito à parte subiecti, sed solo pronomine, scilicet, hoc quod significat substantiam in communi, sine qualitate, id est, sine forma determinata. Consequitur igitur ex prædictis prædictam locutionem formæ non tantum materialiter & recitatiue sumi, quia ita accepta tantum non applicaretur ad ma-

teriam corporalem præsentem, & ita non perficeretur sacramentum. Dicuntur ergo verba consecratoria à sacerdote non solum materialiter, sed significatiue, licet recitatiue proferantur, quasi à Christo dicta. Quoniam sicut ex contactu carnis suæ mundissimæ vis regeneratiua peruenit ad omnes aquas: ita ex prolatione ipsius Christi hæc verba virtutem consecratiuam sunt consecuta à quocūque sacerdote dicantur. Neque prædicta verba contra alios habent solum vim significatiuam: sed etiam vim factiuam ad instar intellectus practici, qui non præsupponit rem cōceptam, sed facit eam. Itaque prædicta verba instrumentaliter conuersionem panis in corpus efficiunt. Hæc autem conuersio non fit successiue, sed in instanti. Ideo oportet intelligere prædictam locutionem secundum vltimū instantans prolationis verborum. Igitur hæc dictio hoc in prædicta locutione demonstrat substantiam, absque demonstratione propriæ naturæ. Non autem demonstrat ipsa accidentia, sed substantiam sub accidentibus contentam, quæ primo fuit panis, & postea corpus Christi, contentum sub illis accidentibus: licet non informetur eis. Præterea significatio huius locutionis præintelligitur rei lignatæ ordine naturæ: sicut causa naturaliter prior est effectui: non tamen ordine temporis: Quia hæc causa simul habet effectum suum: Et hoc sufficit ad veritatem locutionis.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, formas consecrationis duplici ratione esse veras: tum quia proferuntur ex persona Christi, tum quia operantur virtute significationis, scilicet, faciendo id, quod significant. Vnde, nisi veræ essent, nihil efficerent. Quo circa prædictæ formæ non possunt accipi significatiue, & assertiue, quasi assertæ à sacerdote ex sua propria persona: nam sic blasphemum redderent sensum. Significarent enim in sacramento esse suum ipsius sacerdotis illas proferentis corpus.

¶ Secundo aduertendum est, triplicem circa acceptionem verborum formæ versari opinionem. Prima opinio est eorum, qui opinantur verba formarum harum sacramentalium accipi solum recitatiue, & materialiter. Secunda autem opinio est eorum, qui autumant verba prædicta sumi assertiue, & quasi prolata à sacerdote ex persona Christi, sed non recitatiue. Tertia autem opinio est assertentium verba prædicta accipi, & assertiue & etiam simul recitatiue. Primæ igitur opinionis autor fuit Innocentius lib. 4. de mysterio missæ cap. 17. vbi ait, quod sacerdos prædictis verbis nihil demonstrat, cum illis verbis non utatur enunciatiue, sed recitatiue. Glossa etiam decreti super cap. timorem. de consecrat.



erat distincta. 2. & Durand. in. 4. dist. 8. quæst. 2. & Maioris eadem dist. in eandem tenent opinionem. Quibus videtur accedere Scotus, licet non tam clare. Hæc autem opinio multipliciter apparet falsa. Tum ex concilio Florentino diffinitive, quod formæ sacramentorum efficiunt quod significant: Si ergo hanc conversionem operantur effectiue: ergo eam significant: & per consequens accipiuntur significantiue, & non materialiter. Tum secundo, quia in eodem concilio dicitur, quod virtute verborum transubstantiatur panis in corpus Christi. Hæc autem virtus verborum nihil aliud est, quam significatio practica formæ: ergo eius verba sumuntur significantiue. Tum tertio, quia in eodem concilio fit mentio, quod sacerdos ea verba proferre debet in persona Christi. Sed si materialiter sumerentur non in persona Christi sed proferentis illa nempe, in sua persona propria loqueretur sacerdos illa proferens. Tum. 4. quia si prædicta verba acciperentur materialiter, non applicarentur ad hanc materiam, sed recitarentur tanquam prolata super materiam, quam Christus consecrauit. Neque satis est contra Durandum, si verba accipiuntur materialiter, quod ex intentione sacerdotis applicentur ad opus: sed necesse est significant id, quod efficiunt; quando quidem virtute significationis operantur conversionem sacramentalem. Tum quinto, quia si sumerentur prædicta verba formarum sacramentalium materialiter, proculdubio non magis significarent illum panem sacerdoti præsentem conuerti in corpus Christi, quam quemcunque alium. Adde sexto, quod cum persona sacerdotis in persona Christi concurrat ad consecrationem, fit consequens, vt habeat affirmare, & enunciare quod facit: atque adeo significantiue illa verba profert. Accedit septimo, quod in reliquis sacramentis minister formam profert assertiue, & significantiue, dicendo: Ego te baptizo: ego te absoluo: ergo consentaneum est rationi, vt in hoc sacramento omnium quippe præstantissimo, simili modo sacerdos verba consecratoria pronunciet. Nam cum sacerdos eisdem verbis consecrat, quibus Christus consecrauit, vt intentionem habeat loquendi, quo modo Christus locutus est necesse est, nempe, vt sacerdos in persona Christi Domini proferat verba dicens: Hoc est corpus meum, vt pote in quod panem conuertit. Itaque discrimen interest inter ministrum alia administrantem sacramenta, & inter ministrum hoc sacramentum eucharistiæ conficientem. Nam in reliquis sacramentis sacerdos loquitur tanquam minister Christi: quod nihil aliud est, quam loqui per potestatem, quam à Christo Domino accepit: sicut prætor tanquam regis minister

ius dicit: Et ideo vtitur pronomine, ego. Loqui autem in persona Christi est, quod quis induens illius personam loquatur. Quemadmodum Angelus Exodi legitur de rubo locutus Moyse, representans Dei personam: Ego sum Dominus Deus tuus, & cætera. Hoc ergo modo loquitur sacerdos, dum consecrat, tanquam Christus. Et idcirco non dicit, ego. Igitur secundum Marsilium, sacerdos omnia præcedentia verba vsque ad, accipite, significantiue pronunciat, referendo quod Christus gessit, scilicet, quod accepit panem, & eleuatis oculis in cælum fregit, atque dixit, atque ideo, accipite & comedite, materialiter accipit. Sed deinde personam induens Christi significantiue proferendo pronuntiat, hoc est corpus meum, demonstrando quod coram se habet. Et hoc etiam est de mente D. Thomæ.

¶ Secunda autem opinio est Marsilij assertentis, quod verba formæ accipiuntur significantiue & assertiue, non tamen recitatiue. Quod est contra D. Thomam assertentem, prædicta verba dici à sacerdote recitatiue, quasi à Christo dicta; sed nihilominus significantiue. Assertum autem Marsilij, quantum ad postremum, quod adijcit, scilicet, quod dicta verba non accipiuntur recitatiue duplici ratione falsum apparet. Tum, quia reliqua sacerdos recitat tanquam à Christo dicta: cum ergo ille simul dixerit, hoc est corpus meum, consequitur, vt hoc quoque sacerdos recitet, tanquam à Christo Domino dictum. Tum secundo, quia ecclesia adiecit illam particulam, enim, quæ non est apud euangelistas ad coniungendum verba consecratoria cum præcedentibus, quasi Christus dixisset. Comedite, quia hoc est corpus meum: ergo omnia dicuntur recitatiue. Confirmatur etiam: quia si verba illa formæ non dicerentur à sacerdote recitatiue, tunc falsificaretur verbum præcedens, scilicet, dixit. Nam illud fertur in totum sequens, accipite, hoc est corpus meum. Atque adeo ad eius veritatem requiritur, quod eadem verba, quæ Christus dixit, recitentur. Sinceritatem ergo formæ non seruat expositio illa Marsilij, scilicet, quod illud verbum, dixit, accipitur in hoc sensu; dixit Christus similia verba his, quæ ego dico. Neque est eadem ratio de eo, qui in communi sermone aliorum dicta recitat, qui materialiter illa accipit, & de sacerdote recitante verba Christi, quia hoc est priuilegium huius sacramenti ex institutione Christi, qui cuiuscunque sacerdoti contulit, vt verba eius cum legitima intentione prolata super debitam materiam virtutem haberent consecrandi. Quocirca sacerdos ex institutione Christi cum peruenit ad formam consecrationis, vt personam Christi representans illa verba enunciando, applicat ad mate-

riam

riam præsentem, enunciando, hoc est corpus meum, significantiue. Vnde fit, vt si sacerdos sine intentione consecrandi ea verba proferret materialiter ea acciperet, sicut si laicus recitatiue ea proferret: Neque obstat, quod sacerdos sit imperitus, qui ignorat quid debeat demonstrare, aut sensum, in quo debeat ea proferre verba. Nam eo ipso, quod intendit facere, quod Christus instituit, & ecclesia tradit, vere accipit formam, vt instituta est: atque adeo in virtute accipit personam liter non obstante sua ignorantia, qua putat accipi materialiter: atque ideo vere consecrat. Præterea non obstat, quod obijcit Durandus, quod si forma calicis accipiatur significantiue, etiam si proferatur in persona Christi esset falsa pro illa particula: Qui pro vobis effundetur: quia sanguis non est nunc effundendus, sed iam effusus est. Quia respondetur, quod adiectio hæc (quia recitatur tanquam dicta à Christo) refertur ad tempus, quo ipse consecrauit. Vnde hæc obiectio nihil concludit contra S. Thomam, qui ea verba etiam recitatiue accipi asserit, sed contra Alexandrum, & Marsilium qui id negant.

¶ Porro perpendendum est contra Scotum dist. 8. quæst. 2. assertentem, verbum, est, in forma consecrationis significare momentū ipsum, in quo profertur, scilicet, quod in tali momento facta sit consecratio, ac per consequens, quod sit falsum, nisi ex intentione proferentis referatur ad instans terminatiuum formæ, hanc eius assertionem esse contra Aristotel. primo lib. Periherme. vbi contrarium docet, scilicet, quod verbum significat compositionē, quam sine extremis intelligere non est. Colligitur ergo contra eundem Scotum, quod non solum ex virtute intentionis proferentis, sed ex vi significationis verbum, est, non significat perfectam rerum compositionem, vsque ad completam prolationem. Tum, quia qui audit, hoc est, adhuc pendet in intelligendo, & ideo expectat prædicati prolationē. Nam si illic sistatur, solum significatur existentia alicuius rei: sed cum additur, corpus meum, iam audiens aliud conceptum format. Quocirca forma consecrationis, scilicet, hoc est corpus meum, virtute sermonis est vera, licet non verificetur, nisi pro instanti eius terminatiuo, sicut cum quis dicit: ego taceo, nihil dico, istæ propositiones sunt veræ ex rigore sermonis: quia non significant, nisi pro instanti terminatiuo. Nam dum proferuntur falsum est, quod ego taceo, & nihil tunc dico: igitur pro instanti terminatiuo forma consecrationis est vera. Nam est differentia inter rem successiuam cōtinuam, quale est tempus (quia de ipsa verificatur, quod in quocunque instanti continuatiuo temporis est, vt nunc verbi gratia, est hora quinta, & dies Iouis: quia

partes continuantur ad hoc instanti) & inter rem successiuam non continuam, qualis est oratio, cuius vna dictio non continuatur cum alia. Quia hæc non est nisi in toto tempore prolationis. Et ideo talis oratio non est vera in quolibet instanti, quo eius pars profertur, quia in illo instanti solo non verificatur, quod talis oratio sit. Igitur licet toto tempore partes formæ significantiue sua significata partialia, nihilominus tota forma non significat, nisi pro instanti terminatiuo: & tunc est vera.

¶ Ad hæc circa pronominum, hoc, & hic, demonstrationem in formis sacramentalibus aduertendum est in varias secedere doctores sententias. Nam Okam quolib. 2. quæst. finali ait, pronomine hoc demonstrare corpus. At Maioris cum Innocentio tenet pronomine hoc, quia tenetur materialiter nihil demonstrare, quod iam satis refutatum est. S. Bonaventura autem, quod pronomine hoc, panem demonstrat (vt ipse putat demonstrare) verbum est mutatum & abstrahit à sua significatione, scilicet vt est accipiatur pro fit: vt sit sensus, hoc fit corpus meum. Quod ex eo non apparet conuenienter dictum quia est formam, qua vsus est Christus, permutare.

¶ Marsilius autem, vt ly, hoc, panem demonstrare defendat, in hunc sensum accipit formam scilicet, quod hoc, scilicet, in quod conuertitur panis, est corpus Christi, cuius sententia apparet falsa: Tum quia tali forma nunquam vsus est Christus. Tum, quia ista forma in hoc sensu accepta non est forma practica, & effectiua conversionis panis in corpus, quia solum significat conversionem in actu signato per verbum, conuertitur, cum tamen (cum practica forma sit) debeat significare in actu exercito talem conversionem exercendo, & faciendo. Caietanus autem conueniens cum Okam, & cum Scoto ait, per ly, hoc, demonstrari singulariter corpus, quod Caietanus opinatur demonstrari sub conceptu substantiæ, vt sit sensus, hæc substantia est Corpus meum. Scotus autem autumat per pronomine hoc, demonstrari corpus sub conceptu transcendentali entis, vt sit sensus hoc ens est corpus meum. Sed quia Caietanus per hunc modum demonstrandi nititur sustentare opinionem suam supra à nobis explosam, scilicet, quod eadem omnino substantia, quæ est panis, est postea corpus Christi: ideo in eius impugnatione non est amplius immorandum. At Scoti opinio, scilicet, quod ibi demonstretur corpus sub conceptu entis, ita, vt sit sensus, hoc ens fieri corpus, vbi inquit concipimus duo extrema distincta, scilicet, hoc ens, & corpus hoc, vt hoc ens fiat hoc corpus, falsa esse conuincitur primo, quia ista propositio, hoc ens, est hoc corpus

corpus vtrouque demonstrato corpore, scilicet, à parte subiecti, & à parte prædicati citra vllā consecrationem est vera, etiam si proferretur à laico, qui nullam facit consecrationem: ergo virtute illius significationis nulla significatur conuersio vnius in alterum: atque ideo non est practica sed mere speculatiua. Secundo: quia secundum Scotum hoc ens & hoc corpus (licet ordinem habeant in intellectu) singulariter tamen ambo supponunt pro hoc indiuiduo corpore: ergo demonstratio non est apta, vt forma sit practica denotans conuersionem vnius in alterum; sed idem et ita si dicatur, hoc corpus est corpus meum.

¶ Igitur opinio vltima, quæ est, D. Thomæ, & quæ est vera, & tenenda est, quod pronomen hoc, demonstrat id, quod continetur sub illis speciebus, sub conceptu communi, & indifferente, ad supponendum pro pane & pro corpore, quæ sunt duæ res. Hæc est Ricardi, dist. 8. art. 3. quæst. 1. est etiam Durandi, qui licet asserat materialiter verba accipi à sacerdote, nihilominus ait, quod Christus Dominus dum consecrauit demonstrauit in genere id: quod continetur sub speciebus. Vnde videre est discrimen inter S. Thom. & Scotum: quia si laicus merus diceret, hoc ens est hoc corpus, verum diceret: quia speculatiue id diceret enunciando idem de eodem. Si tamen demonstraret contentum sub speciebus in genere, vt ait D. Thomas laicus, falsum diceret, & sacerdos verum diceret, quia faceret, quod diceret. Hoc autem contentum in communi sub speciebus, quod ait hic D. Thomas demonstrari, non est hæc substantia panis, quæ postea fit corpus, contra Caiet. Sed D. Thomas hoc contentum in communi vocat substantiã sine qualitate, qua limitetur ad aliquam speciem, vel indiuiduum. At licet hæc sit sententia Soti in qua videtur discordare, à Caietano: tamen opinio Caietani non videtur dissona, neque à mente, neque à verbis D. Thomæ in hoc quod Caietanus, ait, hic per pronomen, hoc, demonstrari hanc substantiam, dum modo per hanc substantiam non demonstratur panis substantia, quæ postea eademmet sit corpus Christi, vt sentit Caietanus: sed demonstratur substantia sub conceptu communi substantiæ; quemadmodum (vt aiunt dialectici) hoc singulare, hæc substantia vage acceptum, solet substantiam significare: quia ex modo suæ significationis vagatur ad multa, ad differentiam priorum nominum, scilicet, Petri & Pauli. Sicut in suppositione accommoda dicitur. Hæc herba crescit in horto meo, quæ non significat herbam singularem, sed speciem huius herbarum; sic pronomen, hoc, significat non panem, aut corpus Christi in specie, sed significat & de-

A monstrat substantiam hanc in communi, quod est demonstrare contentum in communi sub speciebus: sicut exemplificat Sotus; si Deus tribueret virtutem meis verbis facendi ex argento aurum, atque ostenderem buriam argento plenam dicens: Hoc est aurum, pronomen demonstraret contentum in hac bursa, quod ex argento fit aurum. Neque obstat, quod illa propositio, hoc est corpus meum, sit singularis (vt obicit Scotus) quia licet pronomen hoc sit indifferens ad res duas, & ex vi, significationis faciat propositionem indiffinitam: tamen quia virtute verbi restringitur ad supponendum pro corpore, ideo est singularis. Vnde negatur, quod æquiualeat huic distinctiua, scilicet, hoc, vel hoc est corpus meum, demonstrato pane, & corpore, vt in contra arguit Scotus, Quia tunc vtrūque pronomen, scilicet, hic panis, vel hoc corpus, est corpus meum est singulare determinatum. Et sic in hoc sensu prima pars esset falsa, scilicet, hic panis est corpus. Neque enim per consecrationem hæc pars posset verificari. Et secunda pars, scilicet, hoc corpus est corpus meum sine consecratione est vera, cum sit identica. Hæc autem, hoc est corpus meum, simul dum legitime à sacerdote profertur, suam veritatem operatur: est que causa conuersionis in quantum est vera, contra Scotum dicentem, quod est causa conuersionis in quantum eam præsignificat, & non in quantum est vera, vel non vera. Quia contra ipsum est, quod propositio practica ex sua natura habet, quod sit causa suæ veritatis: ideo illa oratio formæ, scilicet, hoc est corpus, prius natura est vera, quam conuersio fiat in genere causæ efficientis. Quod est dicere, quia hæc propositio est vera conuersio fit: At vero in genere causæ obiectiue prius natura est corpus illic existere, quam propositionem esse veram. Quod est dicere, quod quia res ita se habet, vt per illam propositionem significatur: ideo illa propositio est vera. Igitur in diuerso genere causæ efficientis, vel effectiue hic prioritas inuenitur in causando veritatē. Sicut in genere causæ materialis prior est apertio fenestree quam ingressus aeris: sed in genere causæ efficientis prior est ingressus aeris. Sicut etiam in genere causæ efficientis, & in ordine executionis prior est causa efficiens, sed in ordine intentionis prior est causa finalis. Alij vero aiunt, quod prædicta propositio, hoc est corpus meum, quatenus est practica, prius natura est eius veritas practica, quam corpus Christi sit sub his speciebus: quatenus verò speculatiua est prius natura est, quod corpus Christi sit sub his speciebus, quam quod ipsa sit vera. Sed quia talis propositio consideratur, vt practica, & non est speculatiua solum, melior est præ-

est prædicta explicatio, quæ est Soti.

¶ Quæritur, vtrum forma consecrationis panis consequatur effectum antequam perficiatur forma consecrationis vini. Respondetur autem, quod consecratio corporis statim perficitur verbis prolatis, quæ ad hanc pertinent consecrationem. Non enim consecrationis panis ac vini formæ se inuicem expectant. Tum, quia operantur per significationem: significatio autem huius locutionis formæ consecrationis panis completur statim completa prolatione verborum eius: ergo statim res signata, id est, corpus Christi ibi realiter adest. Tum, quia si statim finitis verbis illic Christi corpus non adesset non diceretur, hoc est corpus meum per verbū de præfenti: sed dicendum erat, hoc erit corpus meum, si in futurum res significata expectaretur. Tum, quia opposita positio aliquorum doctorum est contra ritum Ecclesiæ, quæ statim post prolationem verborum corpus Christi adoratur. Neque hic incipit esse corpus Christi sine sanguinis concomitantia, licet per formam consecrationis panis non ponatur ibi sanguis ex vi sacramenti. Præterea licet totum hoc sacramentum corporis, & sanguinis sit vnum & sit vnum perfectione, in quantum constituitur ex duobus, scilicet, ex cibo & potu: tamen, quia vtrūque per se habet suam perfectionem, ideo forma consecrationis corporis potest consequi suum effectum in vltimo suæ prolationis. Sed immersiones baptismi, quia ordinantur ad vnum simplicem effectum, non consequuntur prima immersio suum effectum, quousque tertia, quæ fuit etiã intentata fuerit terminata. Ideo non est simile de vtroque. Sicut etiam, quia diuersa verba, quæ sunt in forma consecrationis panis constituunt veritatem vnius locutionis, prima verba non consequuntur effectum, nisi prolato vltimo: ita è contra, quia verba diuersarum locutionum constituunt veritates diuersarum locutionum, ideo vna, id est, prima statim prolata perficit suum effectum absque expectatione alterius. Vnde non est par ratio de vtroque.

¶ Deinde circa prædicta nota, quod licet sacerdos de facto, si consecraret panem sine vino, aut si peruerteret ordinem, vt prius consecraret sanguinem, quam corpus factum teneret, tamè insigniter esset sacrilegus, & in sacramentum iniurius, nisi ambas species ordine seruato ab ecclesia consecraret, & sumeret, iuxta decretum Gelasij, can. comperimus. De consecrat. dist. 2. Atque idcirco in Concilio Toletano cap. 1. stabilitum est, vt si inter celebrandum morbus inuadat celebrantem sacerdotem, alius rem sacrâ peragat. Hac igitur de causa Innocentius lib. 4. de mysterio missæ cap. 2. & cap. 23. ait, quod

A nullatenus est consecrandum corpus, vbi copia vini non suppetit.

## CAP. LXXV.

De effectibus huius sacramenti. Et vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia: Et an effectus eius sit adeptio gloriæ, & remissio peccati mortalis vel venialis, & præseruatio à peccatis futuris: Item an hoc sacramentum prosit alijs, quam sumentibus: Et an eius effectus impediatur per veniale.



VÆSTIO 79. De effectibus huius sacramenti. Quæritur ergo primo, vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia. Respondetur autem, quod hoc sacramentum excellentissimum gratiam confert. Tum primo, quia continet Christum, qui sicut per suum visibilem aduentum contulit mundo gratiam: ita & in homine sacramentaliter veniens gratiam vitæ operatur, iuxta illud Ioannis 6. Qui manducat me, vivit propter me. Tum secundo, quia hoc sacramentum passionem Christi representat: atque ideo effectum, quem passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum facit in homine, scilicet, remissionem peccatorum, iuxta illud Matthæi 26. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Remissio autem peccatorum non fit sine gratia dimanans ex eius passione, per quam operatur in nobis Christus gratiam, iuxta illud Ioannis 3. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Tum tertio, quoniam hoc sacramentum cibus est animæ, & eius potus, iuxta illud Ioannis 6. Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus. Vnde quidquid agit cibus corporalis in corpore, qui sustentat, auget, reparat, & deletat, hoc totum operatur hoc sacramentum spiritualiter in anima. Tum quarto, quia hoc sacramentum secundum D. August. super Ioan. est signum unitatis, & vinculum charitatis, iuxta illud. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Quæ quidem unitas, & charitas non fit sine interueniente gratia. Quam quidem gratiam sacramentum ex se ipso habet virtutem conferendi. Vnde ex efficacia virtutis eius est, quod etiam aliquis ex voto ipsius gratiam consequatur per quam spiritualiter viuificetur. Vnde realiter sumptum gratiæ auget, & vitam spirituales perficit, vt homo in se ipso perfectus existat per coniunctionem ad Deum, sicut etiam confirmatio auget gratiam baptismalem, & perficit in vita christiana: aliter tamen, scilicet, ad persistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi. Confer-

fert præterea hoc sacramentum gratiam spiritualiter cum virtute charitatis, quæ excitat in actû, iuxta illud. 2. ad Corint. 4. Charitas Christi urget nos. Ideo hoc sacramentum spiritualiter reficit animam, eamque delectat. & quodam modo inebriat dulcedine bonitatis diuinæ, iuxta illud Canticor. 5. Comedite amici, & bibite & inebriamini charissimi. Deinde licet per quandam assimilationem dicatur, quod in hoc sacramento offertur corpus Christi pro salute corporis nostri, & sanguis pro salute animæ, tamen vtrumque ad salutem vtriusque operatur. Vnde ex eo gratia redundat in corpus, nõ sicut in immediatû subiectum gratiæ, sicuti est anima, sed ad hoc, vt effectus gratiæ sint in nobis. Qui quidem effectus in præfenti est, exhibere membra nostra arma iustitiæ Deo, vt habetur ad Rom. sexto, & in futuro est fortiri corpus nostrum in corruptionem, & gloriam animæ.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod propria species gratiæ huius sacramenti, vt antea dictû est, est nutritio spiritualis, atque perinde conseruatio vitæ spiritualis, cuius generationem per baptismum obtinemus, & augmentum confirmatio nobis tribuit. Est igitur catholica fides contra Messalianos, vt in lib. 7. histor. tripar. cap. 11. legitur, quod sacramentum hoc sit spiritualis refectio per gratiam, iuxta illud, Caro mea vere est cibus. Conferunt autem hanc gratiam hoc sacramentum, nondum consecretur, aut sacrificium offertur, sed dum vsu sumitur, iuxta illud. Qui manducat me, viue propter me.

¶ At verò quia hæsitare quis potest, quântum sit tempus, in quo hoc sacramentum conferre potest gratiam aduertendum est secundo, quod opinio est Caietani in præfentiarum, & Maioris cum eo conuenientis dist. 9. arg. 5. asserentiû sacramentum nõ solum in tempore, quo ore inter dentes teritur, aut deglutitur per guttur, sed etiam pro toto tempore, quo durant species, in specie posse virtute sacramenti conferre gratiam. Ita, vt si tempore, quo deglutitur sacramentum ratione obicis, certus ille gradus gratiæ qui huic sacramento respondet (sicut cæteris sacramentis solet respondere) sumenti illud, tunc non confertur, si postea antequam species in stomacho digerantur, consecretur, gratiam sacramentalem, quam prius ob fictionem non perceperat, tunc allequetur. Qui & cæsent gratiam augeri per durationem sacramenti in stomacho accedente deuotione. At verò licet prædictorum opinio hæc pia & probabilis aliquibus videatur: Sotus tamen nonnihil absurditatis putat præferre, affirmare hoc sacramentum, ablata post fictione eius sumptionis dum in stomacho perleuerat

**A** gratiam conferre sacramentalem. Tum primo quia, si id esset verum expediret maiorem hostiam suscipere, & debilioris esse stomachi ad species digerendas, vt prolixius esset tempus collationis gratiæ sacramentalis, vt magis augetur, vel vt interim tolleretur obex & tota reciperetur. Tum secundo quia vnicuique sacramentum assignatur instans, in quo suum fortitur effectum, at opinio istorum nullum assignat nisi tempus latum; cum tamen cætera sacramenta in puncto, quo perficitur eorum applicatio dispositis conferant gratiam. Tum tertio quia hoc sacramentum confert gratiam per comestionem, & potum: ergo illo adæquato momento, quo perficitur comestio confertur gratia: sicut & in baptismo in illo momento, quo perficitur verborum prolatio, gratia confertur. Tum quarto, quia digestio specierum, neq; est vsus, aut sumptio sacramenti spontanea, sed mere est naturalis: ergo non est censendum virtute illius cõferri gratiam. Concludit ergo Sotus contra Caiet. & Maiorem, quod dum est in ore sacramentum & masticatur, etiam si sumptum fuerit cum intentione deglutendi, tunc non confert gratiam: tû, quia masticare non est proprie comedere, sed comedere est potius cibum deglutire, tum, quia si expueretur ab ore fallum esset asserere, quod contulisset gratiam. Relinquitur ergo ex sententia Soti, quod tunc in illo instanti confertur gratiam hoc sacramentum, in quo verum est dicere, quod comestum est, scilicet, cum guttur aut gulam iam transiit; siquidem eius applicatio comestio est quia illic applicatio periclitur, propter has autem rationes opinio hæc Soti verum similius appareret. Nam etsi rationes, quibus Caietanus suam falsit opinioem, aliquam apparentiam præferant tamen apparentes habent solutiones. Nam prima ratio, quæ pro Caietano videtur facere, scilicet, quod cibus & potus corporalis, quãdiu est in stomacho prodest; & per consequens illud sacramentum, quod per modum cibi, & potus sumitur, dum durat in stomacho; facile diluitur per differentiam signabilem inter cibum corporalem, & istum sacramentalem. Nam cibus corporalis non prodest dum sumitur, sed dum digeritur, & conuertitur in substantiam alitiam: sacramentum hoc suum effectum sacramentalem gratiæ, quia cibus spiritualis est, producit in instanti: Atq; adeo nõ quãdo digeritur quoad species sed dum sumitur gratiam sacramentalem confert. Alioqui sequeretur, quod ad instar cibi corporalis, qui dum durat in stomacho, corporaliter reficit: tota illa mora semper auget gratiam sacramentalem, si dum est in stomacho (vt Caiet. & Maioris aiunt) semper est in actuali applicatione. Vnde sequeretur ridiculum istud corollarium.

rium, quod expediret, vt digestio specierum morosius in stomacho expediretur. Neque obstat, quod secundo obijcit Caietanus, quod tempore sumptionis. Sacramenti occupatio attentionis mentis ad exteriorem sumptionem, vt fiat reuerenter & vt vitetur periculum effusionis sanguinis, impedimentum præstat ad habendam tunc cõtritionem requisitam, ad habendam gratiam. Quia respondetur, quod hæc obiectio fundatur in illa opinione non vera, quam tenet Caiet. contra comunem, scilicet, quod requiratur actualis deuotio ad suscipiendam sacramentalem gratiam. Imo dum accedat attritus putans se contritum, & carere mortali culpa abique actuali deuotione virtute sacramenti fiet ex attrito contritus; & cum obicem non opponat sacramenti effectum adipiscetur per eius sumptionem. Item, quia illa attentio requisita ad actum exterioris sumptionis non necessario impedimentum deuotionis secum affert.

¶ Queritur secundo, vtram effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ. Respondetur autem, quod hoc sacramentum est causa adeptionis gloriæ. Tum primo, quia Christus hic contentus realiter per suam passionem hic representatã aperuit nobis aditum vitæ eternæ, iuxta illud ad Hebræos. 9. Vt morte sua intercedente, qui vocati sunt accipiant repromissionem eternæ hereditatis. In cuius gratiam in forma huius sacramenti dicitur hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti. Tum secundo, quia refectio spiritualis & vnitas, quam signant species sacramentales habetur in præfenti imperfecte: perfecte autem in statu gloriæ, iuxta illud D. Augustini loquentis de cibo isto, super illud Ioãnis. 6. vbi ait, quod cibus & potus iste eos, à quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit in societate sanctorum. Ideoque viaticum dicitur, quia licet non statim nos in gloriam introducat: tamen confert nobis virtutem perueniendi ad gloriam. In cuius figurã. Helias in fortitudine cibi illius à se sumpti dicitur ambulasse. 40. diebus. & 40. noctibus, vsque ad montem Dei Oreb. Neque obstat, quod multi accipiuntur hoc sacramentum, qui nunquam perueniunt ad gloriam. Quia sicut passio Christi non habet suum effectum in his, qui se ad eam non habent, vt debent: ita per hoc sacramentum non adipiscuntur gloriam, qui indecenter illud suscipiunt. Præterea nihil inconuenit, quod causa instrumentalitè producat potiore effectum. Vnde nihil prohibet, quod sacramentum hoc; quod instrumentalitè operatur producat potiore effectum, qualis est videre Christum in gloria in propria specie, quam videre eum hic in sacramento sub aliena specie, vt est in hoc sacramento.

Instruct. consc. pars. 2.

**A** ¶ Circa prædictam doctrinam aduertendum est maxime D. Thomam eius esse sententiã, quod iste effectus, scilicet, collatio gloriæ per se conuenit istis duobus sacramentis, scilicet, baptismo, & eucharistia. Nam baptismus, quia est regeneratio, confert nobis vitam spiritualem, faciendos nos filios Dei, & si filios, ergo, & hæredes vitæ, eternæ nos facit. At vero eucharistia, quia eadem vitam sustentat, nutrit, & auget virtute sua operatur, vt vita perpetua nobis in patria cõferatur. Nam & istud sacramentum per votum eius in baptismo inclusum, habet cõferre primam gratiam, licet in re nõ habeat per se conferre primam gratiam sed augere gratiam. De Sacramentis verò alijs scilicet, confirmationis, extremæ vnctionis, ordinis, & Matrimonij alia est ratio. Quia sua gratia nõ est perse dare vitam, nisi per accidens, quando accedens est attritus, putans se esse contritum: sed alios habent effectus: vnde eis per se non conuenit, conferre gloriam. Sicut conuenit eucharistia, eo quod est pignus gloriæ. Christus, ibi contentus, qui vt canit ecclesia, ibi in pignus futuræ gloriæ nobis datur, secundum gratiam, quam ibi confert, quæ est arra gloriæ.

¶ Queritur iam tertio, vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. Respondetur autem, quod si virtus huius sacramenti cõsideretur secundum se, quia ex passione Christi dimanat, quæ est fons & causa remissionis omnium peccatorum, sic hoc sacramentum habet virtutem ad omnia remittenda peccata. Si autem cõsideretur per comparisonem ad fumentem sic in peccatore ponente obicem peccati mortalis duplici de causa remissionem peccatorum non operatur. Tum, quia non est conueniens huius sacramenti susceptio, quippe qui spiritu aliter non viuit, ac proinde spirituale nutrimentum suscipere non debet, quod suscipere nõ est nisi viuentis. Tum secundo, quia nõ potest vniri Christo quod fit per hoc sacramentum; dum habet conscientiam peccati mortalis, vel est in affectu peccandi mortaliter. Potest autem hoc sacramentum operari remissionem peccati dupliciter, Vno modo cum non percipitur actu, sed voto, sicut cum quis pius iustificatur à peccato. Alio modo etiam perceptum ab eo, qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet. Forte enim primo nõ fuit sufficienter contritus: sed deuote & reuerenter accedens consequitur per hoc sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remissionem peccati. Cum autem in collecta missæ deprecamur, vt hoc sacramentum sit nobis ablutio scelerum, id in hoc sensu accipimus, scilicet, vt ab occultis peccatis ignoratis nos munda det, vel quod cõtritionem in nobis perficiat ad

P scelerum



scelerum remissionem: vel quod etiam robur nobis conferat ad scelera vitanda. Præterea et si baptismus perse remittat mortalia, quia est regeneratio, & quædam mutatio de non esse ad esse spirituale, & quia datur per modum ablutionis: sed perse eucharistiæ non competit remittere mortalia: quia sumitur per modum spiritualis nutrimenti, quod non competit mortuo in peccatis. Ac proinde non est similis ratio de utroque sacramento. Nam si gratia est causa sufficiens remissionis peccati mortalis, non tamen actu remittit peccatum mortale, nisi cum primo datur peccatori. Sic autem perse non dat primam gratiam hoc sacramentum: & ideo perse non habet remittere peccatum mortale. Notandum vero est circa prædicta, quod illud quod ex D. Augustino habetur in lib. de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 53, quod & refertur de consecratione dist. 2. can. quotidie, scilicet, quod affectus peccati aggrauat sumentis culpam, intelligendum est secundum Deotum, & secundum communem sensum intelligentiam, de affectu mortali, ut intelligitur ad D. Thomam. Nam affectus venialium non obstat effectui huius sacramenti.

¶ Quarto quaeritur, utrum per hoc sacramentum remittantur peccata venialia. Respondetur autem, quod peccata venialia per hoc sacramentum dimittuntur. Tum ratione sacramenti, quod est spirituale alimentum, per quod restauratur deperditum in vita spirituali, ex calore concupiscentiæ per peccata venialia, quemadmodum eibus corporeis illud restaurat, quod in animali per actionem naturalis caloris deperditur. Idcirco vt Innocentius tertius ait, quod hoc sacramentum veniale delet, & cauet mortale. Item patet secundo: quia res huius sacramenti est charitas, non solum quantum ad habitum, sed etiam quantum ad actum; qui excitatur in hoc sacramento, per quod venialia solvantur. Nam et si venialia non contrariantur charitati, quantum ad habitum, contrariantur autem ei, quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc sacramentum, ratione cuius peccata venialia tolluntur. Neque obstat, quod neque etiam sancti ista vitam ducunt sine peccatis venialibus, iuxta, r. Joannis. 1. Si dicimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Quia ista autoritas D. Joannis, non sic est strictè intelligenda, quin aliqua hora possit homo esse absque omni reatu peccati venialis. Præterea non obstat dicere, quod peccata venialia, quia non sunt contraria charitati, neque eam expellentia, ideo non deletur per perceptionem huius sacramenti. Quia respondetur, quod charitas, & hoc sacramentum quod dicitur sacramentum charitatis, licet tota res non possunt impediri quantum ad actum

A charitatis, quem producant, per peccata venialia; nihilominus, quia maior est virtus charitatis cuius est hoc sacramentum, quam venialium peccatorum, ideo, sicut charitas, ita & hoc sacramentum potest venialia peccata delere.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod quia hoc sacramentum non habet perse conferre primam gratiam si quidem eam præsupponit, sic neque habet perse remittere mortalia, nisi ex sui voto quod includitur in baptismo. Quo circa accedenti cum conscientia peccati mortalis, aut cum eius affectu mortale peccatum non remittit. Cæterum, quia venialia gratiam non excludunt, ideo fit consequens, ut cum venialibus accedens ad hoc sacramentum, quia obicem non ponit per illud assequatur remissionem illorum venialium, quorum affectu & actua lem complacentiam non habet. Non autem remittentur ei alia venialia, cum quorum complacentia & proposito accedit; quia venialium peccatorum aliqua possunt sine alijs venialibus remitti, si in aliquibus adsit accedenti complacentia; & aliorum complacentia cum non teneat.

¶ Secundo aduertendum, quod sicut susceptio aquæ benedictæ, & benedictio episcopalis, & alia huiusmodi sacramentalia remittunt venialia, absque aliquo dolore eorum, si tamen eorum complacentiam non inueniant. Sic etiam videtur verisimile, ut per omne sacramentum ratione generali gratiæ, quam confert similiter ea venialia remittantur. Tamen si hæc duo sacramenta baptismus & eucharistia id habeant ex sua natura proprie: quippe quia baptismus regenerat hominem in nouam vitam: & quia eucharistia eibus est animæ restauras deperdita; & quia excitat feruorem charitatis venialibus contrarium. At Sotus verisimilius esse putat & menti D. Thomæ conformius, quod remittere venialia non omni sacramento competat. Ego tamen vix mihi persuadere possum quod D. Thomas sacramentis Christi competere negaret, quod & sacramentalibus competere conceditur, scilicet, remittere venialia, quorum complacentia non adest.

¶ Quinto quaeritur, utrum tota pæna remittatur per hoc sacramentum. Respondetur autem, quod hoc sacramentum simul est sacrificium, & sacramentum. Si consideretur, ut sacramentum, id est, quatenus consideratur respectu illud sumentis directè non habet remittere pænam: quia non directè est institutum ad satisfaciendum pro pæna, sed ad spiritualiter nutriendum per vnionem ad Christum, & ad membra eius. Sed bene ex concomitantia: quia prædicta vnio fit per charitatem, ex cuius feruore aliquis consequitur remissionem non solum culpæ, sed etiam pænae, remittit

remittit pænam, non quidem totam, sed secundum modum deuotionis & feruoris. Si autem consideratur, ut est sacrificium, id est, in quantum offertur ab offerente pro se, vel pro quibus illud offert, sic vim habet satisfactiuam ad satisfaciendum pro pæna. Sed quia in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis, ut patet in vidua. Luca. 21. quamuis hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pæna, tamen de facto satisfacit pro illis, pro quibus offertur, vel etiam pro offerentibus, secundum quãtatem suæ deuotionis, & non pro tota pæna. Vnde non est similis ratio de hoc sacramento & baptismo. Nam baptismus (quia datur homini, quasi commorienti cum Christo) directè ordinatur ad remissionem pænae, & culpæ, atque ideo perse habet totam pænam remittere. Eucharistia autem datur homini quasi nutriendo & perficiendo per Christum: ac subinde non habet remittere totam pænam. Præterea sacrificia vetera non ratione quantitatis oblatæ operabantur remissionem totius pænae, sed ratione deuotionis, & pro mensura, seu modo deuotionis ea offerentiam remittebatur eis aliqua pars pænae, & non semper tota. Et sic hic fit in hoc sacrificio, ubi non remittitur tota pæna, nisi pro modo deuotionis: licet, ut prædictum est, ex sui quãtitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pæna. Si ergo de facto per hoc sacrificium nõ tollitur tota pæna, sed pars aliqua pænae, non contingit ex defectu virtutis Christi, quæ est infinita, sed id provenit ex defectu deuotionis humanæ.

¶ Circa prædictam doctrinam pensandum est primò, quod hoc sacramentum, quoniam quatenus sacrificium est, gratiam non confert, ideo hac ratione culpæ remissionem vllam non operatur, nisi per modum meriti, si offerens sit in gratia.

¶ Secundo aduertendum est (quia non nihil dubij præ se ferre videtur assertio D. Thom. scilicet, quod oblatio huius sacrificij ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendum pro omni pæna: & tamen quod de facto non satisfacit, nisi pro quantitate deuotionis offerentis, & illius pro quo offertur) quod vera intelligentia huius mysterij hæc est, quod id, quod in hoc sacrificio offertur infiniti valoris est: quia est corpus & sanguis, quæ cum sint cõiuncta Diuinitati, sunt suppositi infinite gratiæ: & ideo quoad sufficientiam sufficeret ad infinitum producendum effectum de se: sed tamen quia est sacrificium, dicitur non solum rem oblatam, sed & oblationem, quippe quæ offerentis est actus, ideo viu euenit ut quantum ad efficaciam non nisi finitum operetur effectum. Adde, quod sacrificium Christi in

A cruce ex vtraque parte fuit infiniti valoris, tum ex parte Christi offerentis, quippe qui erat Deo infinite gratus, tum ex parte rei oblatæ, ut prædictum est: sed dum nunc à puro homine offertur, quia sic quoad efficaciam illa oblatio Christi in cruce per oblationem hominis applicatur, non est de facto infiniti valoris, sed crescit valor secundum deuotionem offerentis.

¶ Tertio aduertendum est ad satisfaciendum dubio, quo dubitari posset, utrum satisfactio in diuersis pèsetur ad æqualitatem deuotionis, ita ut si vnus offerat deuotione vt vnus, & alius vt duo, an satisfactio huius secundi dupla sit ad satisfactionem primi. Quod dicendum videtur in hoc casu, quod neque virtute meriti, neque virtute operis exhibiti duplicatur satisfactio per solam duplam deuotionem vnus offerentis ad alium offerentem, nisi omnia duplentur, quia non solum consideranda est deuotio, sed etiam res oblatæ, neque ab hoc D. Thomas dissentit, quia non negat non esse attendendam quãtatem rei oblatæ, sed solum dicit, quod magis attenditur animus offerentis quam quantitas oblationis: nihilominus attendenda est etiam quantitas oblationis. Quod & exemplo patet. Quoniam si duo diuites æqualem pecuniã offerunt Deo, puta, Petrus & Paulus, non ideo quod Petrus offert illam duplo maiori deuotione duplicatur ei meritum, aut satisfactio: quia rem oblatam non duplicat Petrus: & ideo non totum, quod facit Petrus, duplicatur respectu eius, quod facit Paulus: quod tamẽ necesse erat conduplicari, ut conduplicaretur eius meritum aut satisfactio. Sicut etiam gratia sacramentalis, licet crescat ratione deuotionis suscipientis, non tamen ad æqualem quantitatem, ita ut si deuotio sit, vt decem, sacramentalis gratia crescat vt decem supra illã quæ datur ratione meriti. Adde præterea id interesse discriminis inter effectus sacramenti & sacrificij, quia gratia sacramentalis confertur virtute operis ipsius sacramenti, vt instrumentum est Dei, homine solum concurrente, vt digne suscipiat illud, ideo crescit secundum dispositionem subiecti illud suscipientis: sed quia satisfactio, quæ fit per hoc sacrificium non fit per sacrificium solum, vt cõcurrit instrumentaliter vt instrumentum Dei in subiecto disposito, sed est opus ipsius offerentis; ideo crescit per eius deuotionem, tanquam per causam agentem.

¶ Ex prædictis sequitur corollariè, quod tanta potest esse deuotio offerentis, ut virtute huius sacrificij plenissima fiat satisfactio pro vniuersis panis & mortalium & venialium, quo ad culpam remissorum quantumuis graua fuerint. Sequitur corollariè secundo, scilicet,

cet, quod oblationes reliquæ, tam nouæ legis, quam veteris neque per se operantur ad remissionem totius pænæ, sed neque ad æquant virtutem huius nostri sacrificij, neque quoad quantitatem rei oblatae, neque quantum ad deuotionem offerentis, quippe quæ innititur intentioni ecclesiæ.

¶ Quæritur sexto, vtrum per hoc sacramentum homo præseruetur à peccatis futuris, Respondetur, quod sicut corpus præseruetur à morte futura, vno modo per cibum & medicinam, se fortificando contra interiora corruptiua, & secundo per arma, quibus munitur contra exteriores impugnationes, sic & hoc sacramentum præseruat à peccato mortali, quod quædam mors spiritualis est animæ. Primo, quia cibus spiritualis est animæ illam muniens per coniunctionem, qua vnit nos Christo per gratiam, & in quantum est spiritualis medicina. Secundo, in quantum, vt signum passionis Christi, per quam victi sunt demones, repellit omnem demonum impugnationem, autore D. Chrysofomo super Ioannam, qui ait: Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus, terribiles effecti diabolo. Verum etsi sacramentum virtutem habet præseruandi à peccato, tamen, quia operatur in homine secundum hominis conditionem sicut causa actiua, iuxta conditionem subiecti operatur, quia homo per liberum arbitrium in bonum, & in malum est vertibilis: ideo homini possibilitatem peccandi nõ aufert: vnde nihil mirum, si digne sumentes postea in peccatum cadunt. Sicut etiam charitas quantum in se est præseruat hominem à peccato secundum illud, 1. ad Corinth. 13. Dilectio proximi malum non operatur: & tamen ex mutabilitate liberi arbitrij contingit aliquem prius in charitate constitutum peccare: sic etiam post sumptionem huius sacramenti. Præterea licet hoc sacramentum non ordinetur perse ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam concomitantia, in quantum auget charitatem, quia autore D. Augustino libro. 83. quæstionum. augmentum charitatis est diminutio cupiditatis, directe tamen confirmat cor hominis in bono, per quod etiam præseruetur homo à peccato.

¶ Circa prædictam doctrinam adnotandum est sacramentum hoc perse & proprie, si digne suscipiatur hoc munus habere proprium, quod est vitam nostram spirituales perpetuare, nisi nostra obliteret nequitia. Nam id insinuat Dominus Ioannis. 6. vbi ait: Qui manducat hunc panem viuere in æternum: quia contra illecebras carnis, & oppugnationes demonum vigorem præstat. Vnde cum autore Aristotele eisdem

nutriamur & simus, sicut hoc sacramento continente Christum nutriamur: ita per continuam huiusmodi nutritionem in Christum spiritualiter deberemus transfigurari, vt nihil nisi Christus in nobis viueret, iuxta illud D. Paul. V. uo ego iam non ego; viuit vero in me Christus: sic vt eius spiritu duceremur, cui nullus carnis insultus præualere potest, nisi obset nostra malitia.

¶ Quæritur septimo, vtrum sacramentum hoc proliat alijs, quam sumentibus. Respondetur autem, quod hoc sacramentum est quidem sacramentum, in quantum per illud sumentibus conferitur inuisibilis gratia, & est simul sacrificium, in quantum repræsentat passionem Christi, qua Christus Dominus se obtulit hostiam Deo, vt dicitur Ephes. 15. Igitur Sacramentum prodest quidem sumentibus, & per modum sacramenti & per modum sacrificij in quantum pro salute eorum offertur, sed alijs qui illud non sument prodest per modum sacrificij, in quantum pro salute eorum offertur, vt in canonis memento habetur: Memento Domine famulorum famularumque tuarum, pro quibus offerimus tibi hoc sacrificium laudis. Vtrumque autem modum proficiendi expressit Dominus Matthæi. 16. dicens: Qui pro vobis, scilicet, sumentibus, & pro multis alijs effundetur in remissionem peccatorum. Habet autem hoc sacramentum vim proficiendi non solum sumentibus, vt alia sacramenta tantum sumentibus profunt, sed proficiendi alijs per hoc, quod præ alijs habet quod sit sacrificium. Cæterum sicut passio Christi, quo ad sufficientiam omnibus prodest ad remissionem culpæ, & ad adeptionem gratiæ & gloriæ, tamen effectum non habet, nisi in illis, qui coniunguntur passioni per fidem, & charitatem: ita & hoc sacrificium, quod est passionis memoriale effectum non habet, nisi in illis, qui coniunguntur huic sacramento per fidem, & charitatem iuxta illud D. Augustini ad Renatum. Quis offerat corpus Christi, nisi pro his, qui sunt membra Christi? Vnde in canone missæ non oratur pro his, qui sunt extra ecclesiam, neque verò in illis, quibus prodest æqualem habet effectum, sed secundum quantitatem deuotionis. Insuper quia sumptio pertinet ad rationem sacramenti, & oblatio ad rationem spectat sacrificij, ideo ex hoc quod aliquis accipiat sacramentum, alijs non accrescit aliquod iuuamentum. At verò multiplicato sacrificio multiplicatur effectus sacrificij, & sacramenti, non tamen multiplicatur sacrificium ex eo, quod sacerdos plures hostias consecrat in vna missa, neque multiplicatur effectus huius sacrificij, quia non est nisi vnum sacrificium.

Item

Itæ, quia nõ est plus virtutis in multis hostijs consecratis, quam in vna cum sub omnibus & sub vna non sit, nisi totus Christus: ideo sacerdos si plures hostias simul in vna missa consecratis sumat non participabit maiorem effectum sacramenti.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod quia nulla requiritur dum offertur sacrificium hoc attentio & deuotio actualis in illo, pro quo offertur, satis est, vt in satisfactionem illi proliat, quod pro tunc sit in gratia, licet id tunc ignoret, vel somno vacet. At per viam meriti de congruo adiumento alicui esse non contingit hoc sacrificium, nisi faciendo, quod tunc, vel postea habeat bonum motum in Deum.

¶ Secundo animaduersione dignum est, quod licet tam infideles, quam hæretici & excommunicati priuatis orationibus, atque alijs diuersis oblationibus particularibus possint à fidelibus iuari, quo ad eorum conuersionem pro eorum conuersione Deo fundendo preces: tamen auctoritate publica ecclesiæ, qua vtitur in sacris sacerdos, offerri sacrificium pro eis non potest; quia ecclesia id prohibet, nisi in die pasche, quando speciali gratia hæreticos omnes & excommunicatos ad horam absoluit, vt possint, preces ibi pro eorum conuersione ad Deum effundi.

¶ Quæritur octavo, vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti. Respondetur autem, quod peccata venialia pro vt sunt iam præterita nullo modo impediunt effectum huius sacramenti. Potest namque contingere, vt aliquis post multa peccata venialia à se commissa, deuote si accedat ad hoc sacramentum plenarie huius sacramenti consequatur effectum. Peccata autem venialia præsentia, & vt in actu exercita non ex toto impediunt effectum huius sacramenti, sed in parte. Nam per peccata venialia mente distractus, si accedat aliquis ad hoc sacramentum, quod est quædam spiritualis refectionis, impeditur ab actuali, & spirituali huius refectionis dulcedine percipienda, licet per ea venialia non tollatur augmentum gratiæ habitualis, vel charitatis. Præterea ille, qui cum actu peccati venialis accedit ad hoc sacramentum habitualem effectum sacramenti percipit, non autem actuali: & ideo habitualiter tunc manducat spiritualiter, non autem actualiter. Item, quia baptismus non ita ordinatur ad actualem effectum, id est, feruorem charitatis, sicut hoc sacramentum, quia baptismus est regeneratio, primam perfectionem conferens, quæ est habitus vel forma: & quia sacramentum hoc, spiritualis

Instruct. consc. pars. 2.

quædam est manducatio, quæ actualem deuotionem habet: hinc fit, vt effectus baptismi non ita impediatur per peccata venialia actu exercita, sicut impeditur effectus actualis huius sacramenti, qui est dulcedo eius spiritualis. Igitur peccata venialia præterita, quæ non manent in affectu, quia hæc per hoc sacramentum tolluntur, ideo eius effectum prædictum non impediunt.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo circa illam tertiam conclusionem, D. Thomæ, vbi asserit, quod per venialia actu exercita, si quis accedat ad hoc sacramentum mente distractus, non tollitur augmentum gratiæ habitualis, vel charitatis, quod magna excitatur controversia inter Caietanum & Scotum, an ad omnem effectum huius sacramenti percipiendum opus sit, vt sumatur cum præsentanea ac actuali deuotione, vel non. Igitur Sanctus Thomas, licet in præsentiarum videatur clare tenere partem negatiuam, tamen Caietanus eum glossans, tenet partem affirmatiuam, scilicet, quod opus est vt sumatur cum actuali deuotione, vt sic affirmatiue tenuerat D. Thomas in. 4. distin. 12. quæstion. 2. articulo. 1. quæstion. 3. vbi ait, augmentum gratiæ impeditur per distractionem, & defectum actualis deuotionis, & singulariter per peccata venialia, cui subscribit Durandus in. 4. distin. 12. quæst. 4. in solutio. ad. 3. & S. Bonaventura eadem distinctione, art. ultimo, quæstione. 1. Scotus autem negatiuam mordicus defendit.

¶ Igitur pro expeditione quæstionis argumenta Caietani, quæ non inapparentia omnino sunt, oportet nos adducere in medium. Primo enim sic arguit: Hoc sacramentum neque infundit, neque auget gratiam, nisi nutriendo, nutritio autem dicit actum, ergo sine actuali nutritione, quæ non inuenitur sine actuali deuotione, nullum habet effectum.

¶ Præterea secundo arguit: Si distractio contingens per peccatum veniale aut per defectum actualis attentionis, & deuotionis, non impediret augmentum charitatis, & gratiæ, quomodo sacerdotes quotidie celebrantes non inde reportant vberiores fructus gratiæ, quos se quotidie testentur exterius esse meliores, & in charitate feruentiores. Nam autore D. Gregorio, amor charitatis Dei non est ociosus: operatur enim magna, si est: si autem renuit operari, amor non est. Ad hæc tertio arguit ex D. Augustino de ecclesiasticis dogmatibus, & habetur de consecratione distin. 2. canone quotidie, vbi ait, quod qui accedit ad hoc sacramentum cum affectu peccandi,

P 3 ma-

magis grauatür sacramenti perceptione : ergo qui accedit cum affectu peccati venialis, ac perinde distractus non percipit augmentum gratiæ. Nam D. Augustinus ibi non distinguit de peccato veniali, aut mortali, sed indistincte loquitur.

¶ At opposita sententia videtur probabilior multis sapientibus nostri temporis, nempe, quod tunc per distractionem, qua distrahunt peccata venialia, non impeditur augmentum gratiæ, quod confertur in hoc sacramento, sicut neque per defectum actualis attentionis, aut deuotionis. Hanc autem tenet Scotus in. 4. dist. 9. quæst. 1. & Adrianus in. 4. quæst. de eucharist. art. 1. Quam etiam amplexatus Sotus fulcit his rationibus. Primo, quia hæc est generalis conditio omnium aliorum sacramentorum, vt accedenti in gratia per solam eorum susceptionem augmentum gratiæ conferant ex opere operato, secluso alio merito operantis, quam quod actu libero sacramentum suscipiat: ergo conditio hæc quæ alijs sacramentis conceditur, non est huic sacramento deneganda. Secundo patet, quia accedens ad hoc sacramento in peccato mortali, attritus tamen, & putans se esse bene dispositum, & contritum, recipit primam gratiam: ergo accedens in gratia etiam cum veniali actuali distractus, nihilominus augmentum gratiæ percipiet; cum magis dispositus sit ad augmentum gratiæ, iste amicus Dei, qui accedit in gratia, licet distractus per veniale peccatum, quam sit dispositus ad gratiam, qui solum attritus & inimicus Dei accedit putans se esse contritum. Item tertio probatur, quia hoc sacramentum confert gratiam ex opere operato ad instar causæ naturalis: ergo illam confert vbi non inuenit dispositionem repugnantem ipsi gratiæ: ergo cum peccatum veniale actuale habitui gratiæ repugnans non sit, impedimento non erit huic sacramento, quominus conferat augmentum gratiæ habitualis. Item quarto, quia sacramentum hoc in phrænesi susceptum confert phrænetico augmentum gratiæ vt D. Thomas quæst. proxima determinat, & tamen phræneticus phrænesi arreptus præsentem priuatus est deuotione: ergo potiori iure mente distractus recipiet gratiam, vel eius augmentum.

¶ Item quinto, quia sequeretur quod mente distractus per peccatum veniale, aut aliter sic accedens ad hoc sacramento peccati mortalis fieret reus, eo quod obicem opponeret percipiendæ gratiæ: item. 6. id patet de consecrat. distinctione. 2. cap. si non sunt tanta peccata, vbi diffinitur, quod si non sunt tanta peccata, vt mereatur excommunicari non prohibetur acce-

dere ad hoc sacramento. Cum ergo ob peccata solum venialia nullus fiat pæna excommunicationis dignus, sit consequens, vt peccata venialia huic sacramento non ponat sic obicem, vt suum effectum gratia non operetur.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis distinguenda sunt tria dubia, quæ inuoluuntur implicite in prædicta quæstione. Primum igitur dubium est, an per distractionem peccati venialis, quo actualiter quis accedit distractus impediatur omnino à perceptione gratiæ habitualis augmento. Secundum est, esto tale augmentum gratiæ non totaliter per hoc impeditur, aut tollitur, an per hoc diminuat. Tertium verò est, si tempore susceptionis prædicta accidit distractio, qua distractus (vt sentit Caietanus) suscipiens sacramentum gratia sacramentali manifeste defraudatus, an post accedente deuotione ad sacramentum, qua antea sua culpa caruit eam reciperet.

¶ Igitur, vt à clarioribus incipiamus, sit prima conclusio. Illa assertio Caietani, qua assertit, quod dum deuotio actualis in susceptione sacramenti defuit, si post sumptionem sacramenti deuotio ad sacramentum superueniat, tunc effectus sacramentales suscipiet, quos recepit antea si non distractus sed cum simili deuotione sacramentum suscepisset, non videtur admittenda. Tum, quia secundum hanc opinionem sequeretur quod contingere tunc posset (vt arguit Sotus) quod decies homo hoc sacramentum sine augmento gratiæ sumperit (quia defuit illi actualis deuotio, quam præquiri ait Caietanus) qui tamen post mensem adueniente vnica tenui deuotione omnia simul incrementa gratiæ susciperet, quibus fuerat fraudatus: quod tamen absonum à ratione videtur esse. Item secundò id reprobat, quia si (vt Caietanus assertit) attritus bona fide, putans se esse contritum, quia sine actuali deuotione accessit ad hoc sacramentum non tunc sed postea veniente deuotione suscipit primam gratiam, sequitur, quod per solam deuotionem superuenientem, quæ tamen neque est susceptio neque actus sacramenti remitteretur illi peccatum mortale: cum tamen verum sit, quod peccatum mortale non remittitur nisi per legitimam contritionem, vel per illam adiuncto sacramento: præterquam, quod cum omnia sacramenta faciat sola sui susceptione ex attrito contritum, id non videtur negandum esse huic sacramento.

¶ Secunda conclusio. Si quis accedit ad hoc sacramento per peccata venialia mente distractus non tollitur ei augmentum gratiæ habitualis, vel charitatis. Hæc conclusio in forma est D. Thomæ in præsentiarum, quam sufficienter

cienter probant sex illa argumenta allata pro parte negatiua, scilicet, quod non totaliter impeditur, aut tollitur augmentum gratiæ per distractionem peccati venialis, qua tunc tenetur qui suscipit sacramentum aut propter defectum actualis deuotionis, qui tunc inueniatur in eo, quo circa illic probata sufficienter manet.

¶ Tertia conclusio. Licet ex distractione causata ex peccato veniali aut defectu actualis deuotionis tempore receptionis huius sacramenti non tollatur augmentum habitualis gratiæ, qui est eius perfecte effectus: tamen iste perfecte effectus tali intercedente distractione, aut defectu deuotionis interueniente minuitur in hoc sensu accipiendo hanc minutionem, scilicet, quod hac de causa sumens sacramentum minus de augmento gratiæ recipiet, quod suscepturus alias erat, si per peccatum veniale distractus, aut sine actuali deuotione illud non sumpsisset sed deuote & reuerenter illud recepit. Hæc autem conclusio tantum abest, vt sit sententiæ D. Thomæ aduersa, vt etiam sit menti eius & eius principijs consona. Nam ipse D. Thomas in art. 8. quæst. 79. non negat, quod ex prædicta causa non detur minus augmentum, sed tantum ait, quod istud augmentum non tollitur: Probatur autem in primo, quod hæc conclusio sit de mente D. Thomæ, quia ipse art. 6. prædictæ quæst. in solutione ad primum ait, quod effectus huius sacramenti recipitur in homine secundum hominis conditionem, sicut contingit de qualibet causa actiua, quod eius effectus recipitur in materia secundum modum & dispositionem materiæ: ergo vbi subiectum receptorum effectum huius sacramenti fuerit magis dispositum per actualem deuotionem & carentiam distractionis alicuius venialis culpæ magis augmentum gratiæ recipiet: & cum minus dispositum alias inuenitur & magis distractum, minus de augmento gratiæ recipiet. Præterea confirmatur ex doctrina D. Thomæ in art. 5. eiusdem quæst. vbi docet, quod hoc sacramentum licet non directe ex vi sacramenti, sed bene ex quadam concomitantia operatur remissionem pœnæ, non quidem totius, sed secundum modum deuotionis & feruoris, qui inuenitur in illud suscipiente: ergo pari ratione augmentum gratiæ operatur magis, aut minus secundum modum deuotionis suscipientis. Vnde fit, vt maius augmentum gratiæ ex hoc sacramento referat, qui præterquam, quod per præcedentem contritionem & confessionem præparatus accedit ad illud etiam actuali deuotione feruet dum illud recipit, quam qui prius sic præparatus dum illud suscipit quadam tepiditate & mentis distractio ne tenetur. Secundo deinde hoc magis compro-

Instr. consc. Pars. 2.

Abatur, quia peccati venialis actualis distractio minuit dispositionem ad gratiam quia feruorem charitatis, qui dispositio solet esse ad augmentum gratiæ aliquo modo impedit, ne tam vigorose se exerat: ergo & prædicto modo augmentum gratiæ, alijs conferendum per hoc sacramentum venialis culpæ distractio sic impediendo & remittendo feruorem charitatis & deuotionis minuit, id est, in causa est quod cum minori auctione percipiatur. Item confirmatur, quia ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij tendentis in Deum per fidem, spem & charitatem, sed hæc motui, aequaliter repugnat peccatum veniale: ergo aequaliter obstabit ipsi infusioni iustitiæ & gratiæ, ita vt obstante veniali peccato, quod dispositionem ad gratiam minuit effectus gratiæ non tam cumulate per sacramentum conferatur. Igitur, quia nos vt per has nostras tres conclusiones ostendimus, media via incedimus, quia argumenta facta pro vtraque parte Soti & Caietani nos omnino non tangunt, ad ea respondere non cogimur: nisi forte in quantum eorum aliqua augmentum gratiæ omnino tolli per culpam venialem interuenientem in sumptione sacramenti contendunt probare. Cuiusmodi sunt aliqua argumenta Caietani. At aliqua argumenta Soti, si hæc diminutionem augmenti gratiæ peccata venialia non posse causare videntur persuadere, solutione quoque opus habent, quia nostræ tertiæ conclusioni aduersantur.

¶ Ad primum igitur argumentum Caietani, vbi obijcit, quod hoc sacramentum non auget gratiam, nisi per nutritionem, quæ non est sine calore actualis deuotionis, Respondetur cum D. Thoma in solutione ad. 1. & ad. 2. & cum Soto eius interprete, scilicet, quod cum duplex sit nutritio spiritalis (sicut duplex est talis mæducatio) scilicet, habitualis & actualis, quando homo cum distractione venialis culpæ accedit ad hoc sacramentum, aut sine actuali deuotione: tunc nutritur quidem habitualiter per augmentum gratiæ, quæ postea excitabit deuotionem, vt possit nutriri actualiter per dulcedinem, & deuotionis actum & feruorem, qui cum effectus sit sacramenti huius in genere causæ efficientis prius eo effectus est sacramentum, & augmentum gratiæ per illud collatum. Sicut prius natura est sumptio nutrimenti, quam excitatio spirituum vitalium, tamen in genere dispositionis non quidem necessaria absolute ad augmentum gratiæ habitualis, quod est perfecte effectus huius sacramenti, sed ad hoc, quod istud augmentum cumulatius proueniat deuotio actualis præcedit, vt sentit Caietanus, licet in hoc Sotus ab eo dissentiat: Sicut nos ab vtroque

P 4 dissen-



dissentimus. A Caietano quidem in hoc, quod opinatur absentiam actualis deuotionis augmentum gratiæ per hoc sacramentum conferendum totaliter impedire. Et à Soto in hoc, quod ait contra Caietanum, quod in genere causa materialis, & maioris dispositionis feruor charitatis & deuotionis ad cumulatius augmentum conferendum per sacramentum prius natura non præcedat, quando in instanti, quo per sacramentum confertur augmentum gratiæ ab ipso augmento gratiæ prorumpit. Neque obstat, quod ille feruor charitatis, & deuotio sit effectus sacramenti, sicut (vt exemplo Soti vtamur ad hominem) non obstat, quod appetitio fenestrate sit effectus introitus aeris, vt in genere causæ materialis non prius sit, quam introitus aeris prioritate natura. Igitur ad suscipiendum augmentum gratiæ habitualis satis est actus vitalis præcedens, quo contritus & confessus vel bene dispositus sine obice voluit accedere ad hoc sacramentum, si de factò illud post suscipiat, etiam si ne actuali deuotione, sicut contingit in alijs sacramentis.

¶ Ad secundum argumentum Caietani, quod multum vrgeri fatetur Sotus, Respondetur primo, quod in tepide celebrantibus augmentum gratiæ, quod eis datur est tenuissimum. Item feruor charitatis remittitur per peccata venialia quæ sunt quotidiana: & ita fit, vt in eis parum viget Charitas, in alijs vero per peccata mortalia amittitur gratia recepta per hoc sacramentum, quæ tamen postea ad eundem gradum non facile recuperatur. Vnde vsu euenit, vt sacerdotes quotidie celebrantes non adeò vberes reportent fructus, aut locupletissimum referant charitatis habitum, sicut etiam plures tepida quadam actuali deuotione celebrantes, quæ secundum Caiet. etiã sufficit ad augmentum gratiæ, nõ magna indicia cumulationis charitatis, ostendere videmus, Quomodo etiam si concedamus nullum actum bonum dari in constituto in gratia indifferentem ad meritum, vel demeritum, sed omnem talem actum esse meritorium, cum per hos actus deberet crescere gratia, ex prædictis forte causis non id patenter experimur. Item secundo respondetur, triplicem posse assignari causam, propter quam non manifestatur gratia habitualis tanta, quanta datur per frequentiam sacramentorum: neque se prodit per argumenta & indicia exteriora. Prima nanque causa est in curia & vâcordia nostra; quia non excitamus ipsam gratiam habitualementem, sed quodammodo eam suffocamus, ne prosiliat in actus suos: vnde, etsi sit magna, videtur languere. Vnde ita dicendum videtur de habitibus gratiæ & charitatis, sicut de egregijs ha-

bitibus scientiarum, vel artibus mechanicis, quibus licet aliquis sit abunde præditus, si eis nolit vti veluti thesaurus inuisus, & occultus erunt, dum non prodeunt in exteriora opera. Præterea secunda causa huius est, quod isti habitus supernaturales in operationes elicatas, & proprias non prodeunt, nisi mediante speciali auxilio Spiritus Sancti excitantis nos, iuxta illud D. Pauli ad Roman. 7. Quicumque sunt filij Dei Spiritu Dei aguntur. Igitur quia peccata venialia quotidiana & multa, quibus implicamur demerentur istam sollicitudinem, & frequentiam Spiritus sancti nos excitantis, ideo manent hi habitus veluti consopiti & dormientes.

¶ Tertia verò causa est distractio quædam mentis in rebus exterioribus, quæ quando est continua ita transuersos agit homines etiam spirituales, vt ægri & difficulter redeant ad cor, intra quod regnum Dei dicitur esse. Distractio igitur hæc exterior, dum est nimia, & quotidiana, licet illicita non sit, sufficientem causam præstat vt gratia Dei per signa exteriora, quæ sint magnæ charitatis indicia exterius non se prodat. Oportet enim imitari David dicentem: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quia loquetur pacem super plebem suam, & in eos qui conuertuntur ad cor. Quando vero D. Gregorius testatur amorem Dei, non esse ociosum, id verum est, nisi per peccata venialia impediatur, quantum ad suam feruorem & actum, vel si se offerat materia se propalandi: nam tunc operatur magna, alioquin ordinario modo illa gratia, & amor ordinaria officia operatur.

¶ Ad tertium argumentum Caietani desumptum ex D. Augustino in loco supra citato, Respondetur primo D. Augustinum fuisse locutum de peccatis mortalibus: hæc enim ait grauari suscipientem hoc sacramentum, vt D. Thomas illum interpretatur quæstione hac. 79. art. 3. Secundo respondetur, quod si quis velit interpretari D. Augustinum, vt suum assertum intellexerit de peccatis venialibus in hoc sensu intellexisse interpretandus est, scilicet, quod susceptor huius sacramenti per peccata venialia, in quibus actu accedit grauatur, quia committit sacrilegium veniale graue, quia irreuerentiam infert sacramento, vnde ea poena plectitur à Deo ultra debitam peccato veniali huic, vt actuali refectione dulcedinis sacramenti priuetur.

¶ Ad argumenta autem Soti ideo respondere necesse non habemus, quia contra nullam nostram conclusionem militant, imò cum nostra tertia conclusione sentire videtur dum

dum in solutione secundi argumenti Caietani fatetur, quod in tepide celebrantibus augmentum est tenuissimum: Vbi concedit plane, quod nos tertia conclusione statuimus, nempe quod per distractionem actualem peccatorum venialium diminuta confertur gratiæ habitualis augmentum.

## CAPVT LXXVI.

De vsu huius sacramenti. Vtrum sint duo modi manducandi corpus Christi, & an solius hominis sit illud spiritualiter sumere: Et an peccator possit illud sacramentaliter sumere, & an peccet illud sumendo: Vtrum ad illud sumendum requiratur in peccatore ultra contritionem præuia confessio: & an in aliquibus casibus sine præuia confessione sumi possit: & an aliquando conferat primam gratiam: Et an accessus ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis sit grauissimum omnium peccatorum: Et an corpus Christi denegandum sit peccatori potenti, si sit occultus: Et an nocturna pollutio impediatur eius sumptionem: Et an potus & cibus præassumptus eius assumptionem impediatur: Et an non habentibus vsu rationis sit dandum: Et vtrum liceat quotidie illud suscipere: Et an licet sumere corpus sine sanguine.



V. ESTIO. 8. D. Thomæ de vsu huius sacramenti, siue sumptione in communi. Quæritur ergo primo, vtrum debeant distinguere duo modi manducandi corpus Christi, scilicet, sacramentaliter, siue spiritualiter. Respondetur autem, quod sicut perfectum contra imperfectum diuiditur, ita sacramentalis manducatio, per quam solum sumitur sacramentum, sine effectu ipsius ob obicem oppositum diuiditur contra spiritualem manducationem, per quam quis percipit effectum huius sacramenti quo spiritualiter Christo coniungitur per fidem, & charitatem. Similis autem distinctio adhiberi potest circa baptismum & alia huiusmodi sacramenta: nam quidam suscipiunt tantum sacramentum, quidam verò sacramentum, & rem sacramenti. In hoc tamen hoc sacramentum differt ab alijs, quod alia sacramenta perficiuntur in vsu materia, vnde perceptio horum sacramentorum est eorum perceptio. Hoc autem sacramentum perficitur in consecratione materia: ideo vterque vsus est consequens hoc sacramentum, scilicet, sum-

ptio eius & eius fructus perceptio. Carterum, quia in baptismo, & in reliquis sacramentis imprimuntur characterem, recipitur character, qui est effectus spiritualis, quod non accidit in hoc sacramentò: ideo magis in hoc sacramentò distinguitur vsus sacramentalis ab spirituali quàm in baptismo. Igitur sicut imperfectum distinguitur contra perfectum, ita sacramentalis manducatio diuiditur contra spiritualem, quando ista sacramentalis effectum non consequitur: sed sacramentalis manducatio, quæ pertingit ad spiritualem non diuiditur contra spiritualem, sed includitur ab ea. Interdum autem manducat aliquis spiritualiter hoc sacramentum non sumendo ipsum sacramentum in re. Sicut etiam baptizati baptismi fluminis baptizantur spiritualiter per votum, quod habent baptismi, ante quàm baptizentur in re: ita dupliciter contingit manducare hoc sacramentum, spiritualiter vno modo per votum ipsius, postquam iam est institutum: alio modo, vt olim propter figuram. 1. ad Corint. 10. Apostolus ait, antiquos patres baptizatos esse in nube, & in mari, & eandem spiritualem escam manducasse, & spiritualem potum bibisse. Non tamen hinc sequitur frustra adhiberi sacramentalem manducationem, quia plenus sacramenti effectus inducitur per ipsam sacramenti susceptionem, quam per solum eius desiderium.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod licet Scotus dist. 8. quæst. 3. cum alijs eius sequacibus quatuor modos hoc sacramentum manducandi statuatur, scilicet, realiter tantum, vt manducat brutum & sacramentaliter tantum, vt manducat homo in peccato, & spiritualiter tantum, vt manducat qui baptizatur, & qui per contritionem ante manducationem eucharistiæ efficitur membrum viuum Christi, & sacramentaliter spiritualiterque coniungens: tamè D. Thomas in hoc sequens antiquos merito duos tantum modos manducandi hoc sacramentum condistinguit. Quia bruti manducatio cum expers sit intentionis manducandi sacramentum, manducatio sacramenti dicitur per accidens, sicut & illa, qua quis sumeret hostiam consecratam, quam nullatenus crederet, aut putaret esse consecratam; quæ autem sunt per accidens autore Arist. ab arte sunt relinquenda: Tum etiã, quia illa mere spiritualis manducatio, non est manducatio sed votum & desiderium manducandi. Secundo aduertendum est, distinctionem hanc (præter quam quod scholasticorum assertio est) Sanctorum quoque patrum autoritate munitam esse, & D. Paul. autoritate esse iussuram: Qui dicens, qui manducat & bibit indigne

insinuat manducationem esse sacramentalem sine gratia. Huius quoque distinctionis de duplici modo manducandi fit mentio de consecrat. distinctione. 2. canone qui discordat. & can. & sancta. Ita D. August. tract. 26. An per Ioanni.

¶ Secundo queritur, vtrum solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere. Respondetur autem, quod angeli spiritualiter manducant Christum sub propria specie per vnionem fructu Charitatis, perfecta & per visionem manifestam. Sed non competit eis manducare spiritualiter Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti velatum, sed hoc hominibus proprium est; qui per fidem & desiderium hoc sacramentum sumendi in hoc sacramentum se extendunt: & ideo angelis non congruit spiritualiter manducare hoc sacramentum. Dicitur autem manducare panem angelorum homo, quia Christus primo & principaliter est panis angelorum, quatenus fruuntur eo in propria specie: secundo autem est hominum; qui Christum sub hoc sacramento accipiunt. Nam et si angeli ad societatem corporis mystici pertineant, sicut & homines, differenter tamen, quia homines per fidem, & angeli per manifestam visionem. Sacramenta autem proportionantur fidei perquam videmus sicut in speculo obscuro, & in enigmatate. Et ideo manducare hoc sacramentum non proprie conuenit angelis, sed hominibus: quia Christus manet in hominibus secundum presentem statum per fidem: sed in angelis beatis est per manifestam visionem; & ideo non est similis modus manducandi Christum in angelis, & hominibus: vnde angeli non manducant realiter sacramentum.

¶ Queritur tertio, vtrum qui non est iustus possit Christum sacramentaliter manducare. Respondetur autem, quod quidam antiqui dixerunt, quod statim cum peccator Christi corpus ab ipsius sui oris contingit definit statim corpus Christi esse sub speciebus sacramenti. Sed hæc positio errore non caret: quoniam derogat veritati huius sacramenti, ad quam pertinet, quod manentibus speciebus corpus Christi sub eis esse non desinat. Cum igitur manifestum sit species sacramentales a peccatore assumptas non statim desinere esse, sed manere quandiu per calorem naturalem non sunt digestæ, id est, corruptæ, vnde tandiu corpus Christi sub speciebus sacramentalibus manet a peccatoribus sumptum; ideo sciendum est, quod non solum iustus, sed etiam peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest. Nam quod ait D. Augustinus in libro de remedio penitentia. Crede

A & manducasti, & similia verba, intelligenda sunt de spirituali manducatione, quæ peccatoribus non conuenit. At peccatoribus manducare sacramentaliter cõtigit, sicut etiam infideles, si sumant species sacramentales, corpus tamen Christi sub sacramento sumunt, licet ex parte manducantis, propriè loquendo, non manducant illud sacramentaliter: quia tunc non vterentur eo, quod sic acciperent, vt sacramento, sed vt simplici cibo. Nisi forte aliquis infidelis intenderet recipere illud, quod ecclesia conferret, licet vera fide careret circa alios articulos: vel etiam circa hoc sacramentum. Animal autem brutum non est dicendum quod sacramentaliter corpus manducet, si illud comedat, quia non est aptum natum vti eo quod accipit, vt sacramento. Vnde per accidens mus si comedat hoc sacramentum dicitur corpus Christi manducare: vnde sacramentaliter illud non manducat, quod si canis, vel mus hostiam consecratam manducet substantia corporis Christi non desinit esse sub speciebus, quandiu illæ species incorruptæ manent, contra, quosdam, qui dixerunt, quod statim quod sacramentum tangitur a mure vel cane desinit ibi esse corpus Christi, quod etiam derogat veritati sacramenti. Verum quia iste tertius modus comedendi sacramentum est per accidens, ideo nõ cadit in diuisione huiusmodi.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod per illam reprobat error glossæ super can. tribus, de consecratione distinctione. 2. quæ negat species descendere in stomachum. Quæ addit, certum esse, quod quam cito species dentibus teruntur, tam cito in celo rapitur corpus Christi. Est tamen error hic contra Canonem, si quis per ebrietatem, de consecratione, distinctione. 2. vbi decernitur sacramentum esse in stomacho, & vbi cumque sunt species quandiu ipsæ durant: qua propter vomitus earum asseruandus est tanquam verum sacramentum. Est etiam contra Concilium Tridentinum Sessio. 13. canone. 4. vbi sic diffinitur: Siquis dixerit, peracta consecratione in admirabili Eucharistia sacramento non esse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantum in vtu dum sumitur, non autem ante vel post, anathema sit. Igitur indubie tenendum est corpus Christi sumptum, descendere in stomachum, etiam si ab iniusto sumatur: quia alias non diceretur propriè manducari: vnde sequeretur neminem ipsum manducare indigne. Cum autem digestio fiat in stomacho, non descendit in ventrem, quia in stomacho per digestionem corruptiuam, desinunt species ad quarum desitionem, desinit esse ibi corpus. Si autem ali-

re aliquis morbus esset in causa quæ species indigestæ descenderet in ventrem, ipsum corpus quoque descenderet, & emitterentur. Non enim propter indecentiam, quam ista prædicta glossa, vel alij possent obijcere, veritas est negada sacramenti. Præsertim cum (vt ait D. Thomas) neque mus, neque canis, neque lutum, neque aliquis locus immundus tangens species sacramentales tangat corpus Christi secundum propriam speciem, sed solum secundum species sacramentales.

¶ Quarto queritur, vtrum peccator peccet sumendo hoc sacramentum. Respondetur autem, quod in hoc sacramento est aliquid quod solum est signum, scilicet, sacramentum ipsum, quod est signum eius, quod est res sacramenti, sicut in alijs sacramentis. Et est res huius sacramenti vna quidem quæ est signata, vel contenta, scilicet, ipse Christus: alia autem est signata & non contenta, scilicet, corpus Christi mysticum, quod est societas sanctorum. Igitur quicumque hoc sacramentum accipit, ipsa sua acceptione designat se esse Christo vnitum, & membris eius incorporatum: quod tamen fit per eius fidem formatam, qua omnis peccati mortalis reus caret. Vnde consequitur, quod quicumque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem in hoc sacramento committit, quocirca fit reus sacrilegij mortalis, tanquam sacramenti violator, propter quod in peccatum incidit mortale. Neque obstat quod tactus corporis Christi in propria specie dum a peccatoribus tangebatur conuersans in mundo, non erat illis causa damnationis accepta, sed potius erat illis in salutem: quia id erat sic, quia Christus in propria specie apparens non se exhibebat tangendum hominibus in signum spiritualis vnionis ad ipsum, sicut exhibetur sumendus in hoc sacramento: vnde peccatores in propria specie illum tangentes non incurrerant crimen falsitatis circa diuina. Sicut peccatores sumentes hoc sacramentum. Vnde sicut Ioannis. 20. dixit mulieri. Noli me tangere, quia defectum fidei ipsa circa ipsum patiebatur, ita secundum D. Augustinum peccatores, qui defectum fidei formatæ patiuntur circa Christum repelluntur a contactu huius sacramenti. Neque obstat etiam, quod peccatores sint infirmi, & quod sacramentum hoc sit spiritualis quædam medicina; quia non hinc concluditur, quod sacramentum hoc peccatoribus sit exhibendum: quoniam non qualibet medicina competit secundum quemlibet statum infirmitatis. Nam medicina, quæ datur iam liberatis a febre ad confortationem, si daretur adhuc febricitantibus, nocuum eis af-

A ferret. Igitur baptismus & poenitentia, quia sunt quasi medicina purgatiua dantur ad tollendam febrem peccati: & ideo applicantur peccatoribus non liberatis a peccatis, vt ab eis liberentur: Hoc autem sacramentum, quia medicina confortatiua est, non debet dari, nisi liberatis a peccato. Præterea licet secundum D. Augustinum in libro de liber. arbitrio virtutibus animæ (quia maxima bona sunt) nullus potest male vti, tanquam principijs mali vsus, tamen non negat, quod aliquis eis male possit vti, quasi obiectis mali vsus, sicut patet in his, qui de virtutibus superbunt. Sic licet istud sacramentum in quantum est de se nõ sit principium mali vsus: tamen obiectum mali vsus esse potest, & sic eo male vtuuntur peccatores in peccato mortali illud suscipientes: vnde fit malum sumendi dum male accipitur bonum. Sicut econtra Apostolo factum est bonum, cum bene accipitur malum, scilicet, cum stimulus Sathanæ patienter portatur.

¶ Neque obstat, quod nullus peccator videndo hoc sacramentum peccat: nam hinc non licet inferre, quod neque peccator eum sumendo peccet. Est nanque differentia: quia per visum non accipitur corpus Christi ipsum, sed solum sacramentum eius: quia, scilicet, non pertingit visus ad substantiam corporis Christi, sed solū ad species sacramentales. Sed ille qui manducat non solum sumit species sacramentales, sed etiam Christum, qui sub eis est: ideo a visione corporis Christi nullus baptizatus prohibetur: licet secundum D. Dionysium in lib. de ecclesiastica hierarch. non baptizati ad eius inspectionem nõ sint admittendi: tamen ad eius manducationem non sunt admittendi, nisi soli illi, qui non solum sacramentaliter, sed etiam realiter Christo sunt coniuncti. Postremo peccator ille, qui ex culpa sua, vel propter ignorantiam iuris, quæ non excusat non reputat esse peccatum, quod reuera peccatum est, vel negligit examinare conscientiam contra illud. 1. ad Corint. 11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, licet non habeat conscientiam peccati, nihilominus peccat sumens corpus Christi, quia ipsa ignorantia est ei peccatum. Secus autem est si sine culpa sua contingit accedere cum peccato: quia putauit se probabiliter per aliqua signa contritionis esse contritum, cum tamen non esset sufficienter contritus: quia in hoc casu non peccat sumendo corpus Christi: quia homo per certitudinem scire non potest: vtrum sit vere contritus. Accedit ad hoc, quod si quis sit laboras ignoratia facti, quæ solet excusare a peccato, vt excusatus est Iacob cõcubens cum Lia: tunc non dicendus est peccator, neque

que indignus sumptione sacramenti : sicut etiam totaliter peccatum oblitus post contritionem generalem, quæ sufficit ad eius deletionem, non est dicendus peccator.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo (quod quia inter catholicos non dubitatur, neque fas est dubitare, quod opus sit accedenti ad hoc sacramentum præparatione, præter solam fidem, & confidentiam, quam putat sufficere Lutherus inter catholicos quæstio agitatur, contendendo, qualis debeat esse hæc præparatio. Et quidem si de præparatione, quæ est in consilio loquamur, à venialibus pro humana fragilitate se purgando, deberet qui ad ipsum accederet per eorum confessionem præuiam, etiam si abessent mortalia se præparare, ne gustum & dulcedinem huius sacramenti venialia impedirent, si essent in affectu. Caterum, quia venialia non sunt obex gratiæ, prædicta præparatio tanta non est de præcepto necessaria. Secundo, quia in disputationem solet vocari, utrum ad legitimam dispositionem hanc requiratur contritio, quæ est dolor propter Deum, seu de offensa Dei, an vero ad istud sacramentum satis sit præparatio per attritionem, quæ dolor est propter poenas inferni, aut alias temporales. Respondetur ad id dubium, scilicet, quod attritio nota, quæ homo se videt dolere, non propter Deum, sed propter poenas, non sufficit: quia manet in conscientia peccati mortalis, quæ quidem conscientia peccati mortalis est iudicium seu assensus, quo talis sit in peccato mortali, etiam si sit opinio: nam dubium non dicitur conscientia, sed potius scrupulus, autore Soto. Hac igitur conscientia peccati mortalis manente, attritio licet tollat eius complacentiam actualem; tamen, quia eius maculam non tollit talis attritio sufficiens dispositio non est ad hoc sacramentum, quod viuorum sacramentum est, atque adeo requiritur ut ad illud homo accedat, ut ait D. Paulus probatus: atque adeo ut sibi probabiliter videatur in charitate. Cuius sententiæ est proculdubio hic D. Thomas, dum affirmat hic articulo. 4. in solutione. ad secundum, quod ad differentiam baptismi & poenitentiae, eucharistia, quia est medicina confortatiua, non debet dari, nisi liberatis à peccato. Neque obstat, si quis arguat, quod hoc sacramentum sit sacramentum unitatis corporis mystici, quæ sit per gratiam, quam confert, ac per consequens quod non sit opus accedere ad ipsum in gratia: siquidem illud illam confert: quia respondetur, non esse sacramentum faciens primo istam unitatem, seu unionem: sed est illam nutriens, & sustentans. Idco D. Thomas non citra circumspetio-

nem hic ait, quod sumens sacramentum eo ipso significat non quidem vniri tunc Christo, sed esse vnitum & incorporatum eius membris.

¶ Tertio aduertendum est, quod licet ex prædictis patet, quod attritio cognita sola non sufficit, sed requiritur contritio probabiliter, saltem existimata: talis tamen restat indagandum, an ad hoc sacramentum alia magis certa præparatio requiratur.

¶ Queritur ergo, utrum ad dignam huius sacramenti sumptionem ultra contritionem probabiliter existimatam talem requiratur in eo, qui deliquit moraliter præuia confessio. Nam Caietanus in præsentiarum, & in summa, verbo, communio, opinatur, & affirmat, ad eucharistiam non esse necessariam confessionem, quanuis consilium sit salutare, quam sententiam prius tenuerat Panormitanus capite de homine de celebratione missæ, cui assensit Ricardus ead. dist. in articulo. 3. quæst. 6. quem secutus est Adrianus, in materia de confess. quæst. 3. Nihilominus contraria opinio, quæ sententia olim erat vniuersalis omnium doctorum, scilicet, Sancti Thomæ. in. 4. distinctione. 26. in expositione textus & distinctione. 17. quæst. 3. articulo. 1. quæstio. 4. & Scoti, Durandi & Paludani atque tandem omnium distinctione. 9. & 17. iam in nostris temporibus exiit rationem opinionis, & in decretum Concilii Tridentini transfuit, dum sessione. 3. capit. 7. sic decernitur: Communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum: Probet autem se ipsum homo. Ecclesiastica, inquit, consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram eucharistiam accedere debet, quod à christianis omnibus etiam ab his sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo seruandum esse decreuit, modo non desit illis copia confessoris, quod si necessitate urgente, sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur. Hæc Synodus in forma. Sotus autem hic aduertendum esse censet, consuetudinem ecclesiasticam non allegari à Concilio Tridentino, quasi per eam id esse de iure positivo solum ecclesiastico, velit probare, sed quasi declaratoriam diuini præcepti, quod Paulus insinuat hic ergo mos præmittendi confessionem ad sumptionem eucharistiæ creditur à Christo per apostolos diriuatus: ita D. Cyprianus lib. 3. epist. epil. 3. & epist.

& epistola. 15. & 16. & Ricardus de sanct. Victor. lib. de potestate lig. & absoluend. c. 27. atque Eusebius libro. 6. capite. 24. histor. eccles. narrat de Philippo Imperatore Christiano, quod cum voluit ad communionem in paschate accedere non est permittitur ab episcopo loci, nisi fuisset prius confessus peccata sua. Denique iam opinio Caietani defendari non potest. Nam etiam in concilio Tridentino. Sessio ne. 13. canone. 11. sic stabilitur: Declarat sancta Synodus illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcumque se etiam contritos existiment, habita copia confessoris necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Siquis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat. Hanc concilii Tridentini declarationem, & consonam esse dictis sanctorum Canus in relectione de poenitentia ostendit, quos ibi in huius gratiam citat, ac probat. Tum, quia, si ante quam quis munus suum offerat ad altare tenetur reconciliari fratri: ergo multo magis ecclesiæ offensæ per confessionem reconciliari debet, qui eam per mortale offendit, antequam ad altare hoc sacrosanctum sacramentum sumpturus accedat. Nam confessio nem reconciliationis sacramentum ob id antiqui appellauerunt. Præterea patet, quia ad ministros ecclesiæ pertinet repellere indignos ab hoc sacramento, & ad illud admittere dignos; quod nisi per præuiam confessionem facere nequeunt. Item, quia si ecclesiæ constaret aliquem mortaliter peccasse ad hanc amicorum mensam Dei inimicum non admitteret, nisi eum prius per sacramentum confessionis sibi conciliaret. Deinde, quia hic est Christus in hoc sacramento realiter contentus: ideo ad eius receptionem maior dispositio requiritur, quam ad reliqua sacramenta, nempe, præuia confessio propter dignitatem & excellentiam tanti sacramenti. Præterea, si sacramentum hoc sine præuia confessione restitueret hominem in gratiam, sicut restituitur per sacramentum poenitentiae, iam sacramentum poenitentiae non magis esset secunda tabula post naufragium, quam eucharistia. Denique sacramentum hoc habet perficere gratiam sacramentorum illorum, quæ necessaria sunt ad salutem, scilicet, baptismi & poenitentiae: ergo ex natura ipsius sacramenti prærequiritur quod præcedat sacramentum poenitentiae. Confirmatur postremo; quia sacramentum poenitentiae ordinatur ad viuificandum hominem mortuum per peccatum: ergo suapte natura præcedere debet ipsum eucharistiæ sacramentum, quod aptum na-

tum est perficere hominem iam viuificatum. Adde, quod ideo ecclesia ea. omnis vtriusque sexus. indicit confessionem annuam, per hoc ostendens confessionem esse necessariam ad eucharistiam, quæ præcipit, recipi in paschate. Cum ergo hoc teneat vniuersa ecclesia autore D. Augustino contra Donatistas libro. 4. cap. 24. non nisi autoritate apostolica ex traditione Christi creditur traditum.

¶ Superest ergo respondere ad argumenta Caietani. Ad primum ubi arguit nullum esse præceptum ad id constringens, id certe negatur: nam tale præceptum diuinum colligitur ex verbis D. Pauli: Probet autem se ipsum homo. Et cum probatio hæc, si fiat per contritionem solam sit difficilis, & non tam certa, sicut si fiat per præuiam confessionem, ideo eodem præcepto includitur, quod debet fieri probatio per confessionem, quæ certior est, & facilior probatio. Vnde quando Apostolus ait. Probet se, non intelligitur secum solus, sed adhibito Dei ministro, id est, confessore, qui eius sit examinis iudex, ut glossat Sotus, Vel, ut interpretatur Canus: probet se ipsum, ut si venialiter tantum se deliquisse repererit, non sit sollicitus de confessione præmittenda, tanquam de re necessaria profus & ut si mortale se commisisse repererit per ianuam reconciliationis, id est, confessionis introeat ad sancta sanctorum. Quod si D. Paulus dicens: Probet autem se ipsum homo, non se explicuit, expresse de probatione facienda per præuiam confessionem, nihil mirandum est cum familiare sit D. Paulo & euangelistis multa pertinentia ad ritum sacramentorum, & usum, summis, ut aiunt, labijs attingere, & prælibare, neque id extense aut explicite dicere: quia ecclesia optime illos tunc sic loquentes intelligebat. Quod si Paulus dixit se hominem debere probare, id dixit, quia etiam in sacramento confessionis præmittendo poenitens se debet ipsum probare, an vere doleat, an recte examinauerit conscientiam, & an firmum propositum gerat in futurum emendandi vitam, & cauendi occasiones peccatorum: Igitur propter Christi peculiare præceptum confiteri ante eucharistiam debemus.

¶ Ad reliqua argumenta Caietani per supra dicta patet solutio. Item generalis solutio, qua omnia illa diluuntur est, quod ubi est præceptum diuinum non est opus rationibus inniti ingenio confictis humano, sicut vitur in contra Caietanum. Vnde eius tertia ratio non ei suffragatur: Quia non est eadem ex æquo exigenda præparatio in omnibus sacramentis, sed maior in isto, cum singulariter contineat Christum: & quia est in alimoniam viuientium institu-



institutum: unde reuiviscantiam per sacramentum poenitentiae praesupponit in poenitente, ut idonee & reuerenter accedat ad hoc sacramentum.

¶ Quoniam secunda ratio Caietani (ubi arguit, quod si confessio praevia in peccatore esset de iure divino necessaria ad assumptionem eucharistiae in nullo casu posset praetermitti, sicut neque sine dolore contritionis licet accedere quia de iure divino est necessarius) quia solum in qua probat confessionem sacramentalem non esse eodem gradu necessariam ad eucharistiam, quo internam peccatorum detestationem: ideo indagandum est, in quibus casibus liceat eucharistiam absque praevia confessione suscipere. Igitur praemissa regula generali, aliqui casus solent excipi, quos hic connumerabimus. Igitur regula generalis sit, quod ubi potest haberi sacerdos habens absoluendi auctoritatem, nullatenus ante confessionem praeviam est ad eucharistiam accedendum. Patet ex praedicta definitione concilii Tridentini.

¶ Igitur in his casibus sine praevia confessione licet ad eucharistiam accedere. Primus casus est, quando alicui sacerdoti, cui copia confessoris legitimi non suppetit, infamia, eo quod non celebrat paratur, aut quando in hoc casu ex omissione celebrationis ingeneratur graue scandalum in populo: nam tum praemissa contritione posset celebrare. Nam secundum nobiles autores praecipuum hoc diuinum de praemittenda confessione (quia iugum Domini suave est) non obligat cum graui iactura famae; quia ius naturale ad conseruationem famae inclinatur. Ita Victoria, & Corduba. Quod tamen Sotus benelimitat; dummodo in hoc casu talis corde contritus propositum emendae & vitandi occasiones gerat, & eas euitet: ita ut si concubinam habet eam de domo pellat, aut accessum ad eius domum si foris sit vitet. Alioquin dum has occasiones non vitat potius tenetur consulere conscientiae, quam famae abstinendo a celebratione: quia in isto casu neque confessio praevia sibi prodesset, etiam si eam facere posset. Adiecit, vel quando alias graue scandalum disseminaretur in populo ex abstinence a celebratione: quia vitare scandalum est etiam de iure naturali. Unde cum ortu grauis scandalum praecipuum diuinum de praemittenda confessione non intendit obligare. Quod ex auctoritate D. Thomae videtur confirmari: qui ait, quod excommunicatus aut non ieiunus, qui post inceptam missam talem se esse deprehendit, non tenetur desistere a celebratione; sed praemissa contritione ob vitandum graue scandalum, potest celebrationem perficere. Unde sequitur corollariè,

**A** lariè, quod etiam ob reuerentiam sacramenti, potest procedi ad consecrationem, & sacramentisumptionem in casu, quo alicui sacerdoti occurrat incepta iam missa, aut post consecrationem, aliquod peccatum lethale: quia tunc fat erit illi contritio cum ibi sibi copia confessoris commoda non suppetat. Verum est tamen, ut aliquibus placet, quod si talis sacerdos dum celebrat solemniter in ministrum haberet, ibi subdiaconum legitimum confessorem inter canendum epistolam, aut alleluia deberet ei confiteri, dum sedent extra altare. Et hoc mihi placet, quando commode & sine nota grauis scandalum assistentis populi posset fieri. Sequitur etiam secundò corollariè ex praedictis quod quoniam praecipuum diuinum de praemittenda hac confessione cum indecentia, aut incommoditate aut nota non censentur obligare, sed cum debitis circumstantiis, quia est affirmatiuum, ideo in casu, quo sacerdos est in altari non est decens autore Soto, ut qui communicaturi sunt in conspectu plebis, illa, quorum fuerunt obliti in confessione, illic confiteantur, sed communionem si sine nota possunt differant, usque ad aliam missam, vel proponentes illico post communionem confiteri, sacramentum bucellam sumant. Ita Sotus & Thomista contra fratrem Iosephum Scotistam allegantem contrariam consuetudinem, scilicet, quod illic in altari positus de eo, quod occurrit peccato solet reconciliari, soletque ibi absolui in conspectu plebis. Cui respondetur, quod talis consuetudo non solita est a peritis exerceri, aut obseruari a peritis sacerdotibus, dum communicandi sunt iam in altari coram sacerdote in conspectu plebis circumstantis, & spectantis; licet sacerdos tunc quando commode & sine nota & indecentia sentit id posse fieri ita ut alij qui communicaturi sunt non spectent, id solitus sit facere, cum multis & spectantes & assistentes ibi non interesse contingit. Praeterea ex praedicto primo casu sequitur tertio corollariè, quod etiam si non occurrat praecipuum ecclesiae ad vitandum scandalum, potest religiosus, qui habet peccatum reservatum, & in festo solenni ubi totus conuentus communionem accipit, cum quo si non communicaret simul, scandalum in conuentu ingeneraret, sine praevia confessione si praelatus qui reservauit non adest domi cum conuentu communicare cum proposito statim cum primum poterit accedendi ad ipsum pro obtinenda absolutione. Secus est autem, si praelatus qui reservauit casum praesens in conuentu adest. Ita Sotus. Sed forte ad mentem Caietani, & Nauarri, & Cui consonum magis rationi & magis

& magis tutum esse videtur, ac proinde sic est faciendum, ut in absentia praelati talis religiosus sine praevia confessione, ad sacramentum non accedat, quia omnia peccata tam reservata, quam non reservata vni confessori consistenda sunt, quando ratione vitandi scandalum communicandum est, quantum ille non possit ab omnibus absolueri, neque suppetat tunc copia praelati, qui quaedam reservauit peccata, qui postea poterit ad superiorem recurrere pro solum reservatorum absolutione obtinenda. Ita Canus in sua relect. de poenitent. ait communiter esse receptum, quia nihil vetat, quod absolutio, quae iure diuino perse quidem est integra, de per accidens mutetur, vel propter oblivionem peccatorum, vel propter periculum, vel scandalum vitandum. Ut contingit in ista reservatione casuum, quae legitime fit in ecclesia in absentia praelati, causa scandalum vitandi, cuius euitatio de iure est naturalis. Igitur cum tunc religiosus gratia vitandi scandalum licite possit communicare, debet se probare ista confessione sibi possibili, tum ut impleat praecipuum diuinum de confessione praemittenda, tum ut digne accedat ad eucharistiam cum ceteris.

¶ Sequitur insuper corollariè. 4. quod licet ista necessitas vitandi scandalum grauis, quando nulla suppetat copia confessoris, licitam faciat communionem absque confessione: tamen sola deuotio volentis sacramentum sumere, aut celebrare, non sufficit, quia vrgens necessitas ad id requiritur, ut ex pressis verbis concilii Tridentini admonemur. Item ex supra dictis sequitur corollariè quinto, quod verecundia sola, qua detinetur subditus confiteri praelato reservatum peccatum, quod tamen praelatus non vult altari committere, sed poenitentem audire, nullatenus in causa esse potest, ut subditus licite sine praevia confessione communique. Secus autem esset si neque probus, neque doctus esset sed tyranus, a quo merito sibi formidaret suam reuelandam confessionem, vel aliud malum impendere, & non pateret accessus ad alium superiorem: quia tunc subditus in ea se absolutus maneret ab eius obedientia. Deinde sexto nota contra Ricardum, causam expectandi confessorem magis idoneum non esse sufficientem causam ad communicandum sine praevia confessione, si modo suppetat communicatio legitimus confessor, cui tuto sine timore probabili alicuius notabilis nocementi possit sua peccata in confessione pandere. Si autem casus annexam haberet excommunicationem reservatam, tunc sine absolutione non liceret communicare nisi ob grauissimum scandalum vitandum, ait Sotus.

**A** ¶ Secundus praeterea casus est, articulus mortis: ut si esset solus sacerdos caecus & surdus, qui neque auribus, aut signis, aut nutibus posset percipere confessionem infirmi mortis articulo periclitantis: aut si sacerdos esset mutus, qui absolutionem pronuntiare nequiret, posset ei eucharistiam sine praevia confessione ministrare. Aut si talis sacerdos, qui solus adestet infirmus decumberet lecto, posset illam per diaconum ad infirmam mittere (ut ait Sotus.) Sed licet hoc olim, ut iura canonica insinuant, concederetur per diaconum suppleri, tamen quia nunc huiusmodi usus iam videtur praeter copiam, quae nunc est sacerdotum exoleuisse, ideo non satis mihi constat, an id ab episcopis permitteretur nostris temporibus ubi quia res noua & mansueti populo videretur aliqualem notam scandalum ingeneraret. Hinc consequitur, quod sacerdos iam moriturus, si copia confessoris sibi non suppetaret, posset ipse celebrare & lumere sacramentum, si id posset facere.

¶ Tertius casus est, necessitas, quae alicui sacerdoti rustico Curato ex officio incumbit maxime in festo celebrandi. Nam is, quia non tenetur quotidie ire ad quarandum confessarium, potest cum contritione vno vel duobus forte diebus celebrare, absque confessione. Pluribus tamen id facere posse nullatenus audeat concedere Sotus. Imo cauendum esse, ait, huic Curato consuetudine & fraude, quia si esset in concubinato, quam diu (ut praediximus) occasiones peccandi non amoueret, non excutaretur, si a sacris non abstineret, quia hoc casu potius tenetur salutis animae prospicere, quam honori famae aut vitae temporali.

¶ Quartus casus ab aliquibus assignatur necessitas praecipui ecclesiae, scilicet, communicandi in paschate ubi inueniret iter agens: tunc in loco ubi sibi legitimi confessoris copia non suppetat, posset cum contritione sine praevia confessione, cum proposito post statim habita opportunitate confitendi eucharistiam recipere. Sed casus hic qui ponitur a Soto, de facto non habet locum post viam vocis praedictum. Pater Eugenij, cuius meminit Caietanus, ubi concedit itinerantes, vel peregrinos consentientes esse adeptos incolarum quoad confessiones in loco ubi se inuenerint, ita ut cum his, cum quibus incolae illius loci confitentur & ipsi confiteri possint. Quod Caietanus limitat quoad confessionem paschalem causa sumendi eucharistiam. Quam tamen grauiam quia praedictis itinerantibus data est in fauorem, & sine limitatione, Sotus restringendam esse non censet ad solam annualem confessionem de praecipuo, aut ad solam paschalem. Sub praedicto etiam casu necessitatis

præcepti implendi includitur ab aliquibus casus ille, ubi sacerdos iter faciēs in die festo, nisi celebraret non posset audire missam, quia nullus alius sacerdos adesset à quo eam posset audire: posset tunc, si copia confessoris non suppeteret sine prævia confessione celebrare. Sed iste casus sic absolute acceptus merito rejicitur à modernis Thomistis, & à Soto. Quia (præter quam, quæ hinc sumeretur ansa negligendi confessionis præparationem, & non curandi absolutionem obtinere à prelato absente casus reservate) satius est ab audienda missa, vel à communione tempore præcepti abstinere, cessante scandalo, quam sine prævia confessione hæc præcepta adimplere: quia hæc præcepta cum sint affirmatiua, obligant quando commode impleri possunt. Et tunc quia sine prævia confessione commode celebrari non potest, neque præceptum audiendi missam in prædicto casu obligat, ut celebret die festo sine confessione, ut huiusmodi præceptum adimplere possit. Igitur, si cesset scandalum, ita quod ex omissione celebrationis, scandalum nullum timeatur, minus peccatum erit transgressio præcepti de audienda missa in festo, vel communicandi, quam ad sacramentum accedere cum tali peccato inconfesso in casu, quo facile potest haberi copia prelati, aut confessoris potentis absolvere. Nam si faciliter non potest haberi, nullum erit peccatum non communicare, aut celebrare, secluso scandalo. Quocirca casus hic nisi ratio necessitatis, vitæ, scandali occurrat, non est absolute admittendus. Notandum est in super pro scrupulosis, qui cum alias sint timorata conscientia, scrupulis agitantur, cum sint accessuri ad communionem, an de aliquo bene confessi fuerint, an non; quod hi consulendi sunt, ut per acta confessione nullam modo iterum reconciliantur, nisi quando illis euidenter constiterit, quod peccatum illud, cuius scrupulo tenentur sit mortale, & quod illud confessi non fuerint. De hac re consulendus est Syluest. verbo, eucharist. 2. quæst. 7. & doctores in 4. dist. 9.

¶ Porro ab hoc loco non est aliena & illa quæstio, utrum aliquando hoc sacramentum eucharistia conferat primam gratiam, & quando id vbi eueniat. Maioris ergo dist. 9. ipse solus eius sententia esse videtur, quod nusquam hoc sacramentum conferat primam gratiam, hæc inductus ratione, scilicet, quia aut accedens in peccato ponit obicem per omnissimam probationem & per consequens gratiam primam non recipit, aut facit, quod tenebatur facere examen conscientia, & sic iam accedit in gratia. Ergo non est dare medium, in quo primam gratiam possit recipere: si tunc neque datur inter faciendum quod tenebatur facere, & inter non faciendum illud.

¶ Nihilominus statuitur conclusio contra illud, licet effectus per se huius sacramenti non sit conferre primam gratiam, sicut neque eius effectus per se est remittere peccatum mortale: tamen non est negandum, quandoque hoc sacramentum posse conferre primam gratiam, puta; quando quis cum ignorantia inuincibili & inculpata alicuius culpæ attritus accedit ad hoc sacramentum, probabiliter se existimans bene dispositum accedere recipiet tunc primam gratiam. Hæc videtur esse opinio D. Tho. in solut. ad 5. Est etiam sententia D. Augustini in illo sermone, ubi asseruit illud vulgare dictum, scilicet, quod hoc sacramentum mortuos viuificat.

¶ Patet autem hoc: nam cætera sacramenta actu suscepta faciunt ex attrito contritum eum, qui reuera est attritus, & probabiliter se putat esse contritum, & bene dispositum. Ergo neque in sciendum est hoc sacramentum id efficere ac per consequens tunc primam gratiam conferre. Igitur ad rationem Maioris, & eius paralogismum respondentes dicimus, quod licet non detur medium inter faciendum, quod in se est, vel non faciendum, circa examinandam conscientiam, quia hæc duo sunt contradictoria: tamen admissa vna parte, scilicet, quod fecit quod in se est, non iuxta arbitrium solum suum, sed etiam prudentium, ac perinde admissa ignorantia inuincibili eum excusante, non admittimus, quod accedat in gratia. Quia licet hæc ignorantia inculpabilis faciat hominem securum, ut digne ad sacramentum accedat: sed non sufficit ad delendum eius peccatum, & ad constituendum illum in gratia, ita ut iam accedat in gratia. Ergo si in hoc casu accedat attritus probabiliter se existimans esse contritum, recipiet primam gratiam contra Maiorem: sicut in hac dispositione accedens ad alia sacramenta, per ea primam gratiam reciperet. Igitur in aduertentia Maiorem in hanc falsam opinionem præcipitem dedit, quia qui respicit tantum ad vnum facile paralogizatur: quia non aduertit nisi ad diligentiam commemorandi peccata, quæ requiritur, cum etiam eum illa simul requiratur dolor de peccato, qui sit contritio, de qua certo an talis sit constare non potest: sicut neque etiam de examinatione conscientia idonea & sufficienti, non potest haberi tanta certitudo. Hallucinatus est ergo Maior in hoc, quod non discernit id, quod requiritur, ut homo exeat à peccato ab eo, quod requiritur, ut digne accedat ad sacramentum.

¶ Porro ex prædicta conclusione emergit & quæstio alia, scilicet, an quicumque accedit in peccato, taliter tamen legitime, ut accedendo non peccet, recipiat primam gratiam. Circa quæstionem hanc non satis conueniunt doctores.

res. Nam Bonaventura loco citato cum quo Alexander videtur concordare tenet negatiuam: at Gabrel in 4. dist. 9. quæst. 1. tenet affirmatiuam, scilicet, in prædicto casu accedenti conferri gratiam primam, non virtute operis sacramenti, sed ex benignitate illius Dei, qui illuminat omnem hominem venientem in mundum. Sed iste effectus benignitatis Dei illuminantis, & contritionem suggerentis, & ad illam habendam auxiliantis, non est ita regularis, ut talis nouus motus contritionis in prædicto sic dispositio semper eueniat. Caietanus verò inter hos medians quæst. præcedenti art. 1. licet concedat sacramentum hoc primam gratiam aliquando conferre posse, tamen admittit medium, scilicet, quod possit euenire casus vbi accedens, neque peccet, neque gratiam recipiat, cui Adrianus quæst. de eucharist. videtur assentire. At Paludanus dist. 9. quæst. 2. ait, quod forte ex vi sacramenti recipit gratiam. Sotus verò opinionem Caietani mediā refutans affirmatiuam amplectitur affirmans, non dari medium: sed quod quicumque sic accedit, ut de nouo non peccet sic accedendo recipit primam gratiam.

¶ His tamē nihil obstantibus, pro expeditione quæstionis, statuitur conclusio contra Sotum: Non semper, quod quis accedendo ad hoc sacramentum de nouo non peccat, virtute eius recipit primam gratiam: imò aliquando recipiet primam gratiam, & aliquando non, licet sumendo illud non de nouo peccet. Hæc est Caietani, quam puto verissimam esse, etsi nesciam an Caietanus eam in eo principio eam fundauerit, in quo nunc à me fundatur, quod solidissimum est, quia continetur in Concilio Tridentino sessio. 6. canone. 3. Vbi diffinitur gratiam iustificationis non conferri alicui sine poenitentia, quæ ab præueniente Spiritu Sancti inspiratione, & ab eius adiutorio procedat. Et in sessione. 14. capite. 4. vbi diffinitur, quod attritionis motus, quo mediante poenitens adiutus viam sibi adiustitiam parat, & ad in sacramento poenitentia impetrandam Dei gratiam disponitur, donum Dei est, atque Spiritu sancti impulsus. Ex quibus locis aperte colligitur istud fundamentum, scilicet, quod sacramentum poenitentia non facit ex attrito contritum, ut conferat primam gratiam iustificantem, nisi eum, qui non qualicumque attritione ex viribus naturalibus elicit dolet de peccato, sed eum solum, qui attritione supernaturali, quippe quæ sit donum Dei, & Spiritu sancti impulsus est attritus. Igitur quando ista attritione supernaturali dispositus accesserit ad eucharistiam, qui probabiliter se existimat bene dispositum, & contritum recipiet primam gratiam, quia fiet

de attrito contritus. Si attritus sola quadam attritione naturali ex viribus tantum naturæ elicit accesserit, licet ignorantia inuincibili eum excusante accedendo non peccet, tamen non iustificabitur neque primam gratiam recipiet: quia non fiet de attrito contritus. Et per hoc principium certissimum diluuntur multa argumenta, quæ conuertat Sotus ad suam opinionem contraria probationem. Vnde illud argumentum, quo instat sic; Vel peccatum cum sola attritione, quæ creditur esse contritio, est obiectum gratia, vel non: si sic indigne tunc acceditur, si non, semper recipitur prima gratia, dilatum manet: quia attritio sola supernaturalis tollit obicem proprium: quia dispositio tunc est excusante ignorantia ad impetrandam gratiam cum sacramento hoc in re suscepto. Vnde quando quarit Sotus. Utæ attritiones, quarum vna in tali casu sufficit, & alia non sufficit, unde differant: dico, quod differunt ex principiis earum: quia ea quæ sufficit est ex speciali impulsu Spiritu sancti, ut diffinit Concilium Tridentinum & ea quæ non sufficit procedit ex viribus naturæ. Quinto quæritur, utrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis sit grauissimum omnium peccatorum. Respondetur autem, quod de peccato, id est, ratione speciei, quæ sumitur ex obiecto secundum quam rationem tanto grauius est peccatum, quanto id contra quod peccatur, est maius: Sic peccata contra deitatem Christi grauiora sunt, quam peccata commissa contra eius humanitatem, pro quanto deitas Christi est maior humanitate ipsius. Et quia eius humanitas potior est, quam sacramenta humanitatis; hinc patet, quod grauissima peccata sunt, quæ committuntur contra Christi Deitatem sicut peccatum infidelitatis & blasphemia. Secundario autem post hæc sunt grauiora, quæ committuntur in humanitate Christi, quod & Dominus insinuauit. Mat. 12. dum dixit: Qui dixerit verbū contra filiū hominis, remittetur ei, qui autē dixerit verbū contra Spiritū sanctū non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Tertio autem loco sunt peccata, quæ committuntur contra sacramenta, quæ pertinent ad humanitatem Christi, & post hoc sunt alia peccata contra puras creaturas. Per accedens autem ex parte peccantis vnum peccatum potest esse grauius altero, ut si sit ex contemptu, vel ex certa scientia vel ex malitia; si autem sit ex ignorantia, timore, vel fragilitate erit leuius. Sic ergo contingit peccare in indigna sumptione contra hoc sacramentum. Nam si ex timore (ne quis deprehendatur in peccato) indigne illud sumit non ita grauius delinquit, sicut si ex malitia, vel contemptu id

faceret, sic ergo patet, quod peccatum hoc est multo alijs grauius, secundum suam speciem: non tamen est omnium grauilissimum. Peccatum autem crucifigentium Christum duplici nomine fuit grauius, quam hoc; tum, quia fuit contra corpus Christi in propria specie, tum quia procehit cum intentione nocendi Christo. At vero licet fornicator peccet, quia specialiter ineptus accedit ad hoc sacramentum, quia carni subiectus contra spiritum, & feruorem spiritualem, eius, tamen infidelis grauius, accedendo peccat, quam fidelis peccator: quia magis contemnit Christum, sub hoc sacramento, praesertim si non credit ipsum esse sub sacramento, fornicator autem accedens Iudae assimilatur secundum D. Hieronymum in quadam epistola non secundum quantitatem criminis, sed quantum ad similitudinem criminis, quia uterque ex signo charitatis Christum offendit.

Magis insuper peccaret, qui sacramentum hoc proijceret in lutam, aut illud proijceret canibus manducandum, quam si ipse indigne illud sumeret. Tum, quia primum non fieret sine intentione iniuriandi huic sacramento, quod non contingit in peccatore indigne illud accipiente: tum, quia homo peccator capax est gratiae, cuius non est capax canis.

Circa praedictam doctrinam notandum est primo, cum Caietano, quod ista regula generalis vera est, quam hic insinuat, D. Thomas, scilicet, quod peccatum quantum atinet ad suam speciem, tanto est grauius quanto eius obiectum est maius, si sane intelligatur, sicut blasphemia ex suo genere & obiecto grauius est peccatum, quam homicidium: nihil tamen vetat, peccatum, quod ex obiecto est minus, maius fieri ex circumstantijs. Sic etenim occidere principem, aut prodere rem publicam, licet minus peccatum sit ex obiecto, quam indigne sumere sacramentum, tamen grauius est indigna sumptione sacramenti propter dampnum hinc illatum contra bonum commune regni, vel communitatis, sicut etiam grauius esset vna leui blasphemia, vel actu vno infidelitatis etiam pertingenti ad mortale. An vero simplex homicidium grauius peccatum sit, quam indigna sumptio, non est hic simpliciter diffiniendum, sed distinguendum est, an talis indigna sumptio procedat ex sacramenti vilipendio, vel contemptu, an vero ex timore ne accedens sic indigne, prodatur peccatum. Quoniam si ex contemptu procedat, indignus accessus grauius erit peccatum, quam homicidium simplex: si autem ex praedicto timore procedat, non erit tam graue, quam simplex homicidium. Neque grauitas criminis satis praefatur ex civilibus poenis, quia imponuntur maiores poenae interdum

pro peccatis minus grauibus coram Deo; tum, quia res publica cum ad pacem civium & indemitatem respiciat, iniurias illis illatas atrocius vlciscitur, quam offensas contra Deum: tum quia offensae propriae contra Deum ipsum etiam Deum habent vltorem. Ex praedictis patet solutio ad obiectiones Durandi in 4. dist. 9. quaest. 4. art. 2. Neque enim praedicta regula intelligitur solum, quando actus peccatorum sunt eiusdem generis, ut ipse eam exponit, sed etiam, si actus sint diuersi generis, ut patet in blasphemia, quae ex suo genere & obiecto grauius est, quam homicidium.

Quaeritur sexto, utrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. Respondeatur autem, quod manifestis peccatoribus, qui, scilicet, manifesti sunt per euidenciam facti, sicut publici vlturarij, aut raptores, aut etiam per aliquod iudicium ecclesiasticum vel saeculare, non debet etiam ipsis petentibus sacra communio dari, ut patet ex D. Cypriano. Occultis autem peccatoribus petentibus non potest sacra communio denegari, quoniam, cum quilibet Christianus eo ipso, quod est baptizatus sit admissus ad dominicam mensam non potest suo iure priuari, nisi pro aliqua causa manifesta, quod confirmat glossa D. Augustini super illud, 1. ad Corint. 5. Si quis inter vos frater nominatur, vbi sic ait: Nos a communione quemquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, vel saeculari nominatum, atque conuictum. Sacerdos autem criminis occulti conscius monere potest peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes, ne ad mensam Domini accedant antequam de peccatis poenitent, & ecclesiae reconcilientur. Nam post poenitentiam, & reconciliationem etiam publicis peccatoribus non est communio deneganda, praecipue in articulo mortis, ut patet ex concilio Carthaginensi vbi decernitur, quod etiam apostatis conuersis ad Deum reconciliatio non negetur. Adde etiam, quod licet sancta prohibeantur dari canibus, id est, peccatoribus: tamen etiam occulta peccata non possunt publice puniri, sed sunt iudicio diuino referenda. Praeterea licet indigne accedenti ad mensam Domini peius sit indigne accedere, quam infamari, tamen sacerdoti peius est peccare mortaliter infamando iniuste peccatorem occultum, quam quod ille mortaliter peccet indigne communicando. Quia ut ait D. Aug. lib. quaest. super Genes nullus debet peccatum mortale committere, ut liberet a peccato alium quia periculosissime admittitur haec compellatio. Neque licet sacerdoti peccatori accedenti etiam admonito porrigere buccellam non consecratam, ut videret

ut videret eius peccatum, quia occasionem idolatri praebet circumstantibus, a quibus solet adorari. Neque corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationem: quia esset tentatio Dei, & occasio daretur ad sacrilegam saepe sumptionem. Quocirca decreta, quae erant in contrarium, quae continebantur in decretis 2. quaest. 4. sunt abrogata per contraria documenta Romanorum pontificum, ut patet extra de purgat. ca. ex tuarum.

Circa praedictam doctrinam notandum est primo contra Archidiaconum cap. cum dilectus de purgatione canonica, & contra Panor. super cap. vestra de cohabit. cleric. & mulier. & contra Adrianum quaest. de eucharistia asserentes, quod ut crimen sit notorium, debet esse notum in parochia, vel vicinia, vbi decem saltem crimen notum, scilicet, quia decem constituunt parochiam, ut patet. 10. quaest. 3. can. vnio: quod licet ista istorum regula ad diffiniendas civiles causas atque ecclesiasticas forte obseruanda sit: tamen ut Sotus ait, quod ad administrationem sacramentorum atinet in conscientiae foro, nullus potest praescribere certus numerus personarum scientium crimen, quapropter neque hic illum praescribit D. Thomas. Qui ponens duos modos tantum notorii criminis, vult canonice & iudicialiter, scilicet, per confessionem criminosi factam in iudicio, aut per sententiam latam in conuictum, de quo modo constare certo potest, aliam secundum modum esse declarat, quando crimen ita est notum, quod nulla potest tergiversatione celari, neque alia regula certior ista constitui potest, quippe quae expressum conuenit in iure. cap. tua nos. & cap. quashitum de cohabitatione clericor. & mulierum. At licet ista sententia Soti, quam hic tenet contra communem non sit vniuersaliter asserenda, sed triplici ratione mihi omnino non placet. Tum, quia nihil certum diffinit, sed id relinquit prudentium arbitrio, quorum vnus sic, alius aliter forte arbitrabitur; tum quia cum iste peccator coram Deo iure ad eius mensam accedendi careat iniure, quod habet exterius coram ecclesia, non videtur tuendus in causa, quo notorietas criminis alios criminosos in causis civilibus bonorum temporalium & fame & honoris iure spoliat, scilicet, quando est notorium saltem per maiorem partem viciniae, vel congregationis, vel collegij ita quod nulla potest tergiversatione ibi celari, dum ibi sint saltem decem tum etiam, quia si constaret hac notorietate aliquem esse nominatum praesertim ex communicatum, iure percipiendi sacramenta priuaretur: ergo si eadem notorietate constaret esse criminolum, qui hoc sacramentum petit, eo priuandus erit.

Instruct. consc. Pars. 2.

Igitur illa opinio Nauarri, quam habet in summa Latina cap. 25. nu. 73. magis acceptanda videtur, scilicet, quod notorium, quod nulla potest tergiversatione celari, quod dicitur iure priuare perceptione huius sacramenti, sicut & iure etiam fame, est, quod nullo colore excusationis potest occultari, ut habere tam publicam concubinam, atque maritus uxorem, & publice filios alere cap. vestra de cohabit. cleric. & mulier. & capi. fin. de tempore ordin. & etiam illud quod fecit euidenter maior pars populi vicinorum, aut collegij, modo saltem in eo sint decem, ita quod scientia pauciorum, quam sex, non facit rem notoriam, neque sex, quando illi non sunt maior pars illius congregationis, cuius respectu illud dicitur notorium contra Syluestrum, verbo, notorium quaest. 4. §. 4. asserentem, quod ad notorium sufficiunt sex scientes: quia illa est maior pars numeri decem personarum, qui constituunt populum, atque id dicitur scire populus, quod eius maior pars nouit.

Sed si quaeras an quando ciuitas, vel populus numerosus est, satis sit crimen esse notum per maiorem partem viciniae, respondetur cum Nauarro, quod sufficit. Ita Nauarrus loco citato, & Syluest. & Panor. ca. per vestras de cohabit. cleric. & mulier. & supplementum, & Rosella, quibus loco citato accedit Syluester. Verum est tamen, quod Sotus corollarie adijcit, quod in dubio, an sit notorium crimen, vel non, tuendus est peccator petens sacramentum in iure suo, quia in re dubia melior est conditio possidentis. Infamia ergo, aut indicia publica, licet sufficiant ad inquirendum, sed non ad priuandum aliquem iure suo, neque iure accedendi ad mensam Domini, ut patet ca. tua nos. de cohabit. cleric. & mulier.

Secundo aduertendum est, quod si peccator notorius in vno loco, petat sacramentum in alio loco, vbi suum crimen latet, si per sententiam, vbi est publicus, priuatus fuit per iudicem sua fama, contra iustitiam non erit in alio loco, vbi latet rei factum, sacramentum ei negare, esset tamen contra charitatem; id ei denegare, si esset iam emendatus: quod praesumendum est, si vbi ignoratur, & petit sacramentum iam bonum adeptus est nomen, quia ibi non est manifestus peccator, & a fortiori in hoc casu petenti non est deneganda communio, si alibi non fuerit condemnatus, vbi suum crimen aliis erat notorium, vbi ignoratur hic & videtur emendatus. Secus, si constaret non se emendasse, maxime si peccatum esset contagiosum, quia in hoc casu non solum potest, sed debet sacerdos denegare autore Soto, licet subtimide hoc Sotus asserat, quia

Q. 2. vnus



vnus quisque timere debet cuiusquā famam laedere. Non tamen peccatori occulto non petenti porrigenda est cōmunio, licet illam Christus cōtulerit Iudæ, quia id est, quia Iudas virtualiter videbatur id petere, sicut nūc etiā peccator occultus inter communicantes assistens in virtute petit, eo q̄ si excluderetur ab eo, quod alijs traditur, vt indignus denunciaretur.

¶ Porro iā illa quæstio fit obuia, scilicet, quid agendū sit, quando occultus peccator petit hoc sacramentū. Respondetur autē opinionem communem in hoc casu distinguere, quia si petat in occulto vt cōmuniter dicitur, debet ei sacramentū negari, siue sacerdos illud nouerit per cōfessionē siue aliter. Ita Alexander Durand. Bonaventura, & D. Thomas in 4. eadem. dist. 9. art. 5. quæst. 1. At Paludanus ead. dist. quæst. 4. cōcl. 3. excipit curatū petentis, qui scit crimen tantū modo in cōfessione; quia, inquit, hic subdito petenti in occulto denegare nō poterit, ne eius videatur de egerere cōfessionē, quia se debet habere, ac si nihil nouisset. Si autē occultus peccator petat sacramentū in publico, cōmunis opinio dicitur, quod ei sacramentū negandum nō est. Quā tamen opinionē communem Durandus non absolute recipit, sed distinguit; q̄ si petat in publico à suo Curato cōmunionem in festo paschalis, aut in articulo mortis nō potest ei denegare, si petat alio tēpore potest ei denegare si sine scādalo id fieri potest, persuadendo illi ne petat. Secus si sine scādalo eū à sua petitione auertere nō potest. Sed sacerdos volūtarius, quia ex officio non tenetur, potest denegare, quia potest se excusare. Nihilominus inter tantā opinionū varietatē, sententia D. Thomæ, quā nobis hic dilucide, & sine tot distinctionibus tradit à nobis amplectēda est, vbi absolute docet: q̄ occultis peccatoribus petentibus hoc sacramentū denegandū non est siue in occulto, siue nō in occulto petant: nā de hoc nihil distinguit D. Thomas Quæ sententia D. Thomæ in parcho verificatur etiā in casu, quo subditus in occulto petit quādo bonis verbis nequit illū citra notā à tali petitione reuocare, quia secundū D. Thomā non debet illū priuare iure suo sine manifesta causa etiam si negando caueri posset reuelatio cōfessionis, aut infamia: quia nemo citra ordinē iuris potest suo iure spoliari maxime in articulo mortis, aut tēpore paschali, præsertim vbi peccatum Curato notū esset per cōfessionē, quia sine nota reuelationis sigilli cōfessionis talis denegatio fieri nō posset. Neq; obstat. c. ad aures de tēporibus ord. quod fautores opinionis cōmunis pro illa citāt, quia religiosus sine licētia prælati ius nō habet suscipiendi ordines, vnde ob peccatū secretū eius notū à prælato potest prælatus hanc licentiam

denegare. Ad sacramentū autē eucharistie omnis christianus ius habet & ideo nō est eadem ratio: neque est argumentū à simili.

¶ Sed quid, si talis peccator occultus à Curato proprio peteret sacramentū tēporibus nō necessarijs. Respondetur autē cum Soto, q̄ quia res ista moraliter tractanda est, licet etiā alijs tēporibus subdito ex deuotione volenti cōmunicare obligetur ei administrare sacramentū, quia cum hoc sit pascere, officium videtur esse pastoris, nihilominus tāta posset esse frequētia impudica petendi hoc sacramentū, vt talis abusus sacrilegus, quia in vilipediū sacramenti cederet, posset, & deberet à prælato cōpesci, q̄ si ille à quo petit Curatus nō esset, qui ex officio ad id teneretur proculdubio etiā tēpore, quo comunicare tenetur peteret, suū illi posset negare ministeriū.

¶ At quid, si hic à nō Curato peteret sacramentū inter alios. Tunc dicendū videtur cū Caietano contra Durandū, q̄ quamuis non esset Curatus, si esset in altari publice expositus ad administrandū sacramentum, tenetur illi dare, postquam ille ius habet petēdi & publice inter alios accedendi: eo vel maxime, quia sine scādalo excludi nō posset. Quod & suo exemplo confirmauit Christus Dominus: qui Iudæ, cui nō tenebatur dare sacramentū dedit, ne eū assidētē inter alios pudefaceret, & vt scādalum caueret: extra hunc autē casum quando nota infamiae non est alienus sacerdos debet denegare eucharistiā occulto peccatori ab ipso illā petenti: quia hic iure caret eā petēdi à nō proprio parcho. Syluester autē verba. euch. 2. quæst. 5. putat limitandā esse conclusionē D. Thomæ ad Curatū proprium, & ad tempus, quo tenetur dare: quia tenetur tūc subditus communicare, si petat in publico non esse ei cōmunionem denegandam censet. Nam si petat in occulto etiam tempore præcepti, potest ei denegari, inquit, cui aliqui Thomistæ assentiunt, dicentes in hoc si petat occulte bene sentire Syluestram, neque in hoc ei D. Thomam refragari. Verum tamen hoc dictum Syluestri (vt existimo) illa rursus limitatione indiget supra posita, quæ, de mente est Soti: nempe, quando bonis verbis illum sine nota posset à malo proposito communicandi auocare; secus si sine nota & renitentia petētis nequiret illum à suo proposito auertere, ita D. Thomas insinuare videtur, dum ait, posse sacerdotem proprium peccatorem occultū monere in occulto, vt desistat, non tamē cogere, quia nō peccat nisi voluntarie: vnde denegatio non tolleretur peccatum quod in corde manet.

¶ Porro licet conclusio ista D. Thomæ, scilicet, quod peccatoribus occultis publice cōmunionem petētibus cōmunio deneganda non est, sit com-

si cōmunis sententia & stabilita sit in iure cap. si sacerdos. extra de officio ordinarij, & etiā exēplo Christi Domini porrigentis buccellam sacramentū Iudæ sit confirmata, nihilominus argumenta, quibus in scholis solet impeti ad maiore ipsius illucidationem, libet hic in medium producere & dissoluere.

¶ Igitur primo arguitur contra ipsam: Quia depositum apud me gladium domino illud petenti ad se, vel alium iugulandū teneor denegare: Sicut etiam medicus teneretur denegare venenum ægro illud à se petenti, etiam si inde ex denegatione notaretur infamia ægrotus: ergo etiam peccatori occulto petenti eucharistiā quā occasionaliter ei tūc est veluti gladius vel venenum, quo se parat interficere, non est ei porrigenda buccella sacra in mortē ei cedēs. Patet cōsequētia, quia nō minor ratio habēda est de vitāda morte spiritali, solū corporali. Ad argumentū in promptu est solutio, si consideremus verā differentia inter nocuenta corporalia, & spiritalia. Nā nocuenta spiritalia, non possunt esse talia, nisi sint voluntaria, quia eatenus aliquid est peccatū, in quantum est voluntarium: ideo mediū proportionatum ad hæc spiritalia mala, id est, peccata propellenda est charitativa monitio & persuasio potius, quā violentia illata per negationē petiti, quā adhuc ea re negata manet peccatū in corde, & in desiderio, & in quādā animi præparatione. Nocuenta autē corporalia sicut violenta & inuoluntaria ex parte patientis possunt esse & sunt frequenter: ita & mediū efficax, & proportionatū ad hæc propulsa mala violentū: & inuolūtariū ex parte patientis potest esse: & ita licet denegare gladiū, & venenum, quia ista denegatio est mediū aptum ad vitandam corporalem mortē: non autē licet petenti negare eucharistiā, quia non est mediū efficax & appositum ad fugandam peccatum voluntatis illam indigne suscipiendi quod manet, illi in corde.

¶ Præterea secūdo arguitur. Si sacerdoti proprio constaret, q̄ subditus illius sacramentum peteret ad abusus aliquos veneficos & supersticiosos teneretur tunc illi sacramentum denegare: etiā si inde subditus aliquam notam infamiae esset subiturus: quia tunc illi concedere sacramentum esset cooperari ad iniuriam sacramenti: ergo eadē ratione si vult indigne illud suscipere, quia iniuriā irrogat sacramento, denegandū erit illi sacramentū. Respondetur ad hoc, quod etiā ratio discriminis hic diluit vim argumenti: quia abuti velle sacramento petito ad misceendum illud cum ligaturis & superstitionis & veneficis inuentionibus dæmonum est contra bonum publicum sacramentorum, & in dehonestationem

Instruct. conf. pars. 2.

Regis nostri Iesu Christi: ergo hoc malū quippe cōmune cauendum est, etiā cū iactura sanguinis illud machinantis, quando aliter fieri nō potest quia bonum commune anteponendū est bono priuato famæ alterius. Cum autem secreto quis sacrilège suscipit sacramentū, quantum hoc vergat in iniuriam Christi, tamē non id videtur ita cedere in iniuriam publicam sacramentorum, & regis nostri Iesu Christi; & ideo non videtur par ratio. Præterquam, quod peccator occultus in foro ecclesiæ habet ius ad hoc sacramentum sumendū, sed non habet ius ad abutendum illo immiscendo illud cum ligaturis, & dæmoniacis superstitionibus.

Præterea tertio arguitur: Quia peccator occultus verē nō habet ius petēdi hoc sacramentū, post quā corā Deo tali iure caret, neq; etiam, ex eius denegatione patitur infamia iniustē, quia nullus propter id quod ex culpa sua euenit cēletur ab alio infamari, sed à se ipso: ergo eucharistia tanquā res non sua, neque sibi debita non obstāte infamia inde sibi ex denegatione accrescente, sibi deneganda est. Respondetur autē ad hoc argumentū, quod est Soti, q̄ duplici de causa eucharistia illi non est deneganda. Tū, quia etsi nō habet ius apud Deum in foro cōscientiæ, quia illud ius, est ius absq; peccato illā petēdi: habet tamen in foro exteriori ius apud homines illā cōmunionis hostiā petēdi; quia sacramenti huius ius vltimo iure baptisimi est suus, quo nequit priuari sine manifesta causa: sicut neque prodigus creditur, eo q̄ rem sibi debitā prodigie est dilaturus, nō priuatur in foro exteriori iure eā petēdi à debitore. Ex quo sequit q̄ sacerdos negādo sacramentū præbet scādaliū, & petētem infamat, quia postulat quod suum est in foro exteriori.

¶ Quarto arguitur: Quia ius naturale dicitur, ne id faciamus alijs quod nobis fieri nolumus; sed si sacerdos indigne peteret, deberet nolle sibi concedi: ergo neq; debet id dare alij indigne petēti. Respondetur autem, q̄ sacerdos, si sic indigne petat sacramentum, licet nō deberet in foro Dei velle vt sibi concederetur, vult tamen secūdū ius in foro exteriori sibi dari, & ideo ipse debet dare similiter petenti.

¶ Quinto arguitur: Proprius sacerdos, si secreto est cōscius alicuius impedimenti affinitatis, vel consanguinitatis; quo implicatur aliqui, qui inter se volunt contrahere matrimonium, non potest sua præsentia tale matrimonium autorizare, & validare, neque eis solennes benedictiones nuptiales impartire: ergo neq; etiā potest peccatori occulto petēti eucharistie sacramentū ministrare. Patet cōsequētia. Vtrobique violatur sacramentū. Respondetur autē, nō esse simile, quia ante contrahendum

P 3 matri-

matrimonium, potest ipse sacerdos fungi officio vnius testis, quod satis est ad illud impediendum, ne fiat si de illo impedimento iuret, & testificetur tenerique, tunc testificari. Nam baana quæ, sicut in ecclesia publice ad vitandum perpetuum & occultum concubinatum, quod ex occultatione impedimenti sequeretur iubet hæc impedimenta denunciari; unde de non tenetur eos matrimonio coniungere, sed impedimentum denunciare, si in sua petitione persistant. Immo si ex ignorantia inuincibili Curatus eos matrimonio coniunxisset, & postea id impedimenti inter eos eius impedimenti concios interuenire nosset, si per correptionem fraternam, & secretam non posset a malo illo statu auertere eos, posset & deberet, si esset profuturus id impedimenti denunciare, quod illi a malo statu arcerentur & peccatum vitaret: non tamen ad vitandum peccatum indigne petitis eucharistia, est ei neganda. Tum, quia non omnino vitatur cum maneat in preparatione animi: tum quia diuersa est ratio. Nam hic eo quod baptizatus est, habet ius in foro exteriori ad petendum hoc sacramentum: sed non omnes christiani eo ipso, quod baptizati sunt habent ius ad sacramentum matrimonij, nisi sint personæ legitimæ ad contrahendum, quales non sunt prædicti affines, & consanguinei occulti, atque ideo non sunt matrimonio coniungendi,

¶ Sexto arguitur: Quia episcopus non tenetur promouere ad sacramentum ordinis suum subditum, quæ secreto nouit indignum: ergo neque curatus tenebitur sacramentum eucharistia ministrare. Respondetur primo, quod episcopus non tenetur quos curat; subditos petentes ordines sacris initiare, nisi eos solos dignos, quibus ad ministeria spiritualia in sua diocesi exercenda indiget, vel eos, qui ratione alicuius beneficii ibi legitime obtinendi opus habet & quia indignos moribus aut vita promouere in incommodum commune spirituale suarum omnium reducat: ideo inuigilare habet in examinando dignos. Atque idcirco si quæ secreto nouit vitiosum repellere potest, nisi ratione beneficii prius legitime obtinendi ius habeat ad ordines: quia tunc si per publicum examinem ei peccatum occultum fuerit patefactum, remouere illum poterit, & arceri ab ordinibus suscipiendis. Si autem id criminis sibi probari non possit, iure quod habet ad ordines eum priuare non poterit, sicut neque occultum peccatorem (eo quod Christianus est) quia ius habet in foro ecclesie eo iure, quod habet ad sacramentum eucharistia priuari non posse concedimus.

¶ Septimo arguitur, quia peccator occultus sæpe metu adactus aliquam notam infamiae incurrit, si tempore, quo ceteri communicant, non communicet, petit sacramentum, ergo tunc ipso admonito, & volenti, ut vitet peccatum indignæ summptionis, poterit dari hostia non consecrata. Re-

spōdetur autē ad hoc argumētū, quod licet Altifiodorensis & D. Bonauent. & Adria. quol. 3. hoc remediū illicitū esse non putent; tamen D. Thomas illud refellit, cum D. August. & Innocentio extra de celebr. miss. c. de homine. Vbi Innocentius ait, falsa remedia abijcienda esse. Atque ideo tali remedio uti non licet; licet Ricardus Pal. & Adrianus hinc occasionem idolatri circumstanti non dari putant: quia inquit, quod adorantes semper intelligunt illam conditionem, si illic est corpus: quod tamen falsum est. Nam credentes credulitate humana hostia esse consecrata absolute adorant nam licet non esset consecrata per ignorantiam inuincibilem excusarentur ab idolatria. Et ideo sacerdos quantum est de se illos falleret. Quæ quidem fallacia datur prædicto cap. de homine, quia seducitur populus, & Deo fit irreuerentia.

¶ Præterea contra illam conclusionem D. Tho. ubi concludit, quod publicis & notorijs peccatoribus communio est deneganda, est primum argumentum quia ut ex decreto concilij Constantiensis patet, excommunicati etiam notorij, nisi sint publice & nominatim denunciati, aut notorij percussores clericorum, non sunt tam in diuinis, quam extra vitandi: ergo prædictis notorijs excommunicatis licet eucharistia ministrare: ergo etiam notorijs peccatoribus licitum erit eam dispensare: quia hic non magis urget prohibitionis ratio in vno casu, quam in alio. Respondetur autem, quia concilium Constantiense per illam gratiam noluit in aliquo excommunicatos releuare: ideo quacumque via etiam præter superius si gnatas sint notorij excommunicati, censentur subinde manifesti esse peccatores; ac proinde a communione sunt arcendi. Immo si in foro conscientia constaret penituisse, dum ab excommunicatione per ecclesiam non absoluuntur, non sunt ad communionem recipiendi. Si autem sunt excommunicati occulti, tunc censendi sunt sicut ceteri occulti peccatores. Ideo ad exemplum Christi ne infametur, abigendi non sunt a sacra mensa, etiam si nominatim sint excommunicati, occulte tantum.

¶ Secundo arguitur argumēto Soti: Quia meretrices prostituta in aliquibus nationibus ut in Gallia, coguntur hebdomada sancta per excommunicationis censuram confiteri, & communicare: ergo si istis non negatur communio, ergo neque publicis peccatoribus est neganda. Respondetur autem, quod apud Hispanos & apud alias nationes talis mos non est receptus propter cauendum periculum, ne prædictæ meretrices fidei & absque proposito emendationis sic coactæ accedant ad sacramentum. Consultius tamen esset ad solam confessionem eas compellere, nam inter confitendum admonita & excitata ad penitentiam si resipiscerent, vitantes occasionem, possent absolui sed ad eucharistiam

eas

eas compellere non est tutum: quantum Sotus dicitur morem Gallia posse tolerari, si ibi melior, spes de eorum emenda sic conciperetur.

¶ Tertio arguitur: Quia publicus peccator impeditur iure petendi communionem propter suum peccatum: hoc enim ei obstat, sed aliquando iam egit poenitentiam de illo secreto & resipuit: ergo videtur, quod tunc saltem a sacerdote, cui hæc poenitentia constat secreto non sit abigendus a communione. Ad hoc argumentum dicitur primo, quod cautela & prudentia opus est in hoc casu ad cauendum scandalum populi, qui publice nouit eius peccatoris crimen & quem latet eius poenitentia, quia scandalizabitur, si videat illum admitti ad sacramentum, nisi forte tam doctus esset in opinione plebis sacerdos illum ad communionem admittens, quod cessaret scandalum populi, qui tunc putaret illud geri christiano & maturo consilio. Secundo dicitur, quod si tale fuit illud delictum publicum, cui decreta esset poenitentia publica, non est admittendus ille secreto poenitens ante poenitentiam peractam publice ad eucharistiam, ut patet ex vltimo ecclesie. Si autem talis poenitentia publica pro illo delicto publico non est decreta, tunc si per tale peccatum plebs scandalum est passa, ac deinde scandalo agitabitur, si videat illum admitti ad sacramentum, ad Curatum spectat prius admonere populum de emenda eius, & de peracta poenitentia, si velit eum in publico admittere, ut cesset scandalum quod aliquibus videtur cessare, si tantum admittat in secreto. Vbi autem plebs boni consulit, & emendationem ei tribuit, quod iam videat eum tandem recipi ad communionem in similibus casibus, bene potest post poenitentiam secretam ad communionem admitti. Videto circa hoc Adrianum quodl. 3. quæst. 3. & Palud. in. 4. dist. 9. quæst. 4. & Syluest. verbo eucharistia. 2. quæst. 5.

¶ Quoniam ab hoc loco non est alienum & hoc dubium, scilicet, an publicus peccator, qui repellitur a communione paschali, sit transgressor præcepti, de communicando in paschate, & an incurrat synodales censuras contra tunc non communicantes statutas, respondetur ergo breuiter ad id, quod si volens resipiscere ex consilio confessoris, vel ex eius mandato differt absolutionem & communionem, quoniam confessor experiri vult, an abstineat a tali vitio, scilicet, carnis, vel detentionis alieni: tunc quia bene facit obtinere per ad confessionis mandato in hoc non peccat mortaliter, neque transgreditur præceptum ecclesie, neque censuras incurrit, nisi ultra terminum sibi præfixum a confessore sit in mora absolutionis, & communionis percipiendæ. Secus est, si sua culpa repellitur ab absolutione,

Instr. conf. Pars. 2.

vel communionem, quia non vult resipiscere, neque accedit cum proposito emendationis & cauendi & occasiones peccandi tollendi: quia iste neque implet præceptum ecclesie, neque excommunicationem euadit. Et huiusmodi sunt meretrices accedentes ad confessionem annuam, vel communionem petentes paschalem, quando ab utroque repelluntur, quia nolunt abstinere, neque propositum emendationis gerunt. Facit pro prædictis caput omnis vtriusque sexus de poenitentia. Vbi stabilitur & præcepto mandatur, quod omnis fidelis suscipiat reuerenter ad minus in pascha eucharistia sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstendum: alioquin viuens ab ingressu ecclesie arceatur, & moriens christiana careat sepultura.

¶ Quartum. Vtrum nocturna pollutio aliquem impediatur a perceptione huius sacramenti. Respondetur autem, quod ex necessitate impeditur hominem ab huiusmodi sacramenti perceptione solum peccatum mortale. Et quantum pollutio nocturna secundum se considerata peccatum mortale esse non possit, nihilominus tamen ratione suæ causæ, quandoque habet peccatum mortale annexum. Potest ergo provenire pollutio ex his causis: Primo quidem ex illusionem phantasmata commouentis. Secundo ex præcedentibus cogitationibus, aliquando ex superfluitate, vel debilitate naturæ. Similiter tertio ex superfluitate cibi & potus. Si igitur pollutio est sine causa mortali proueniens de necessitate, tunc non impedit a sumptione huius sacramenti. Si vero eius causa contingat esse mortale peccatum impedit de necessitate. Quilibet enim prædictarum causarum esse potest cum mortali peccato, & ita cum veniali, & etiam sine omni peccato. Illusio namque diaboli potest fieri ex sola ciuitate malitia: & sic nullum erit peccatum. Quandoque vero contingit ex præcedenti negligentia: quæ quidem negligentia potest esse mortalis, vel venialis. Similiter cogitationes præcedentes lasciuia possunt esse sine peccato, ut cum causa lectionis, vel disputationis contingit de talibus cogitare. Quæ quidem cogitationes, si sint sine concupiscentia, & delectatione non erunt immunda, sed honestæ. Secus est secundum D. August. si cum concupiscentia, & delectatione accidunt: quia tunc si ad sit consensum, sunt mortales, si autem desit, erunt veniales. Similiter superfluitas cibi, & potus potest esse mortalis, & venialis. Infirmitas autem naturæ quandoque sine peccato est: unde aliqui vigilando sustinent fluxum seminis sine peccato superfluitas naturæ aliquando potest esse mortalis & aliquando venialis. Quandoque ergo nocturna

Q 4 polluti.

pollutio habet causam mortalem præcedentem de necessitate à sumptione sacri cibi impedit: dum verò caret peccato, vel cum veniali culpa coniuncta est, abstinendum est à communione propter congruentiam, tam ratione immunditiæ corporalis, ob quam propter sacramentireuerentiam à salsceptione eius cessandum est, quam propter mentis euagationem, quæ pollutionem nocturnam consequi solet: præsertim quando ex imaginatione turpi causatur. Et hoc modo decet à communione cessare propter maritali concubitu, quansis peccato carentem, dempto necessitatis articulo. Deinde istæ corporales immunditiæ, quæ in veteri lege erant figurales, impediabant accessum ad sacra figurata. Sed in noua lege, si cito transeant (vt pollutio nocturna) impediunt sumptionem sacramenti per illum diem, quo hoc accidit; sed si sint perpetuæ non impediunt nunc licet impediabant in veteri lege. Insuper licet per contritionem & confessionem auferatur reatus culpa, non tamē auferitur corporalis immunditia, & distractio mentis: atque ideo post pœnitentiam de congruentia ista impediunt. Sed & tonium homicidij à causa mortali procedens à communione impedit, ratione suæ causæ. Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod pollutio in somnis procedens ex causa libera, quæ fuit peccatum, est peccatū, contra Palud. d. 9. quæst. 3. & contra Maiorem, asserentes esse effectum peccati non tamen esse peccatum, cum non sit libera, sed sit potentia negatiua actus, sicut nutritio & augmentatio. Nihilominus ista nostra assertio est D. Thomæ hic asserentis pollutionem in somno non esse peccatum, sed habere quando que annexum peccatum, ratione causæ. Et patet etiam, quia actus exterior est peccatum propter libertatem, quæ est in actu interiori: ergo etiam pollutio prædicta erit peccatum propter libertatem, quæ fuit in sua causa, quæ fuit peccatum. Item pollutio procurata proueniens post horam, licet eius euentus iam non sit in libertate hominis, qui antea illam procurauit, est peccatum: ergo & nocturna pollutio in somnis, licet iam non sit libera, si processit à causa libera, quæ fuit peccatum erit peccatum. Deinde, quia si illa pollutio non esset mala, cum accidit in somnis ex causa libera procurata, eius procuratio non esset mala.

¶ Secundo aduertendum est, quod pollutio in somnis non est peccatum per maculam & culpam distinctam ab ea, quæ est in sua causa, neque habet nouam rationem imputabilitatis, id est, demeriti, sed solum materialiter distinguitur à sua causa. Itaque est vna ratio formalis peccati dimanans à causa ad effectum, sicut vlu eue-

nit in peccatis ebriosorum, & sicut accidit in actu interiori, & exteriori: licet pollutio illa non sit causa intensiois malitiæ suæ causæ præcedentis in vigilia, sicut actus exterior est causa intensiois actus interioris præsentis, qui ex præsentia actus exterioris solet intendi. Vnde ad objectionem Paludani, & Maioris respondetur, quod prædicta pollutio non est peccatum propter libertatem, quæ tunc est formaliter, sed propter præcedentem, quæ manet in virtute. Neque est eadem ratio, de nutritione & augmentatione, & de partu procedenti ex adulterio: quia ista non sunt immediate in nostra potestate, sicut est pollutio, quæ per liberos actus sine agentium naturalium applicatione potest procurari.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie, quod pollutio, quæ naturaliter fit omni caret culpa, vt ait Sotus. Ex quo inferit, quod si postquam ex lumbis decisa est, vbi actio potuit esse libera, si dum est in motu naturali dormiens expergeret, non censeretur peccare mortaliter: ac si volutarie pollutus esset in vigilia, si causa vitandi morbi expergeret illam non retineret, sed finiret suum naturalem cursum peragere.

¶ Sequitur etiam secundò corollarie, quod qui de proposito causam dedit pollutioni futuræ in somno, dum esset in vigilia, si ante eius euentum de causa pœniteret, post pollutio subsequens in somno peccatum iam non esset, eo quod eius causa per pœnitentiam fuerit intereisa. Adde etiam de mente Soti, quod si ante dormitionem confessori confessus esset, eā de proposito procurasse, videtur, quod si post in somno eueniat: post euenisse non teneatur iterum in confessione alia explicare, postquam iam ille euentus non est peccatum. Sed tandem tutius esse censemus cum Soto, quod iterum ille euentus in confessione sit explicandus, vt innotescat, quanta fuerit culpa procuratiois illius præcedens. Sicut qui lethaliter se percussisse hominem semel est confessus, si post confessionem ille sic lethaliter percussus intereat, homicidium illud subsequutum confiteri tenetur ratione prædicta.

¶ Sequitur etiam corollarie, quod quia non sufficit vt pollutio in somnis sit peccatū, quod sit præuisa, sed requiritur quod libidinis causa fuerit procurata, vel formaliter, vel virtualiter per applicationem, vitiosæ causæ vt cogitatio, crapula, vel ingluuies, inde est, quod iustam cenam, aut refectionem sumens, non tenetur ab ea abstinere, licet nouerit inde imminere pollutionis periculum. Sicut etiam si ex modo iacendi in lecto vel equitandi licito, & accommodo quis persentiret pollutionis periculum, sicut ex potu

aque

aque frigida, aut ex esu lactucarum, solent aliqui persentire, non tenetur ab his aliis licitis abstinere, dum abstinere omnia sinistra intentio.

¶ Præterea in quæstionem hic adduci solet, an liceat fluxum seminis sic solo animo desiderare, vt naturaliter accidat ad exonerandam grauatam naturam, vel ad euitationem alicuius morbi, aut in illa si euenit hac ratione complacere. In hac autem quæstione bipartiti sunt doctores. Nam Sotus & frater Antonius Cordubensis lib. 2. quæst. 3. & Adrianus in. 4. quæst. 4. de eucharistia, & quolibeto. 10. art. 2. & Metina in sua instructione confessorum negant. Nauarrus autem probabilem esse existimat affirmatiuam in hoc sequens Caietanum. 2. 2. quæst. 154. art. 5. & Syluestrum verbo, pollutio & D. Antoni. 3. part. tit. 6. cap. 5.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis dicimus primo, quod probabilior videtur pars negatiua scilicet, quod non licitum est habere tale desiderium pollutionis futuræ in somno ad alleuationem corporis, vel ad euitationem morbi, neque in ea post euentum prædicto sine licere complacere, est probabilius, licet licitum sit de istis effectibus ex illa subsequetur gaudere. Probat autem hoc, cui etiam Paludanus in. 4. dist. 9. quæst. 3. assipulatur. Nam pollutio hæc alias est mala, essetque mala, nisi excusata esset per somnium, scilicet, quia inter dormiendum accidit sine consensu libero, ergo cum iam hæc causa excusans cesset, dum desideratur in vigilia, vt eueniat in somnis, quia est consensus liber in illam, desiderium eius, & complacencia in ipsam non sunt licita. Et confirmatur: quia non licet desiderare, vt fornicatio simplex accidat in somnis, neque in ea fornicatione, quæ accidit in somno complacere: ergo neque in pollutione, quæ accidit in somnis. Confirmatur insuper ratione Metinæ scilicet, quia non licet complacere de trucidatione, qua fera bestia trucidauit infantulum, licet illa de se non sit peccatum: ergo non licet complacere in pollutione nocturna, licet illa de se si contingat in somno non sit peccatum. Item, si illa pollutio in somno contingens esset bonus de se actus, liceret illam procurare: ergo signum est, quod de se non est bonus actus, neque bonum obiectum, ac per consequens non licet in illa complacere, neque illam desiderare.

¶ Secundo dicitur ad quæstionem, quod pars affirmatiua, quæ est Caietani & Syluestri, & Nauarri vbi supra, est probabilis in via D. Thomæ. Patet in isto art. 6. vbi ait, quod nocturna pollutio secundum se considerata peccatū mortale non est, nisi ratione causæ: sed causa alleuandi corpus, aut vitandi infirmitatem non est de se causa mortalis: ergo neque desiderium eius hinc

causatum erit mortale. Tum etiam patet, quia si cut euacuatio ventris, vel emissio vrina, est actus expulsiua virtutis secundum medicos, & tam naturalis, vt non subiacet imperio rationis interdum, ita pollutio in somno, quæ nihil aliud est, quam emissio seminis, quando naturaliter accidit, & ex nulla causa mala habet ortum est actus naturalis expulsiua virtutis: ergo sicut licet desiderare purgationem ventris & emissionem vrina, ita licebit desiderare emissionem seminis in somno naturaliter contingentem, præsertim ob prædictos licitos fines. Dixi ob prædictos licitos fines: quia, si illis seclusis eam desideraret quis, videretur in eius delectationem; & concupiscentiam consentire per quandam lasciuam. Præsertim autem hæc pars affirmatiua videtur habere verum quando illa emissio seminis desideratur in somnis, ad quam natura interdum sentit se grauata sponte & naturaliter solet conari, vt sperma superfluum & sibi nocuum expellat: secus esset vnde cumque causatum etiam ex causa illicita in somnis desiderare.

¶ Ad argumenta pro parte negatiua respondetur, quod talis fluxus seminis superfluum naturaliter accidens in somnis, quem pollutionem vocamus non est de se malus, neque dissonus rationi: & ideo nulla indiget excusari causa, sicut neque dissona est rationi naturalis emissio vrina, quæ euitari non potest. Neque simile de fornicatione desiderata in vigilia, vt accidat in somnis quidquam concludit: quia fornicatio de se est obiectum malum, & res dissona rationi: sicut etiam dissonum rationi est gaudere de trucidato puero, quem trucidauit fera; de cuius malo charitas instigat nos, vt doleamus, tanquam de malo proximi. Neque valet vltima ratio contrariæ opinionis, quod si illa pollutio non esset malum obiectum, liceret illam procurare; quia respondetur, quod illa pollutio procurata per applicationem aliquarum causarum, iam non esset naturalis, neque spontanea à natura ad se exonerandum de spermate superfluo sibi nocuo vi expulsiua naturali esset causata; sed esset veluti violenta pollutio, & à sola voluntate causata & esset dissona rationi, quia esset tunc deordinata à suo fine, cum de se ordinetur ad debitam generationem. Et sic resolutius hic hanc expediuimus quæstionem, quam in prima parte instructorij conscientia.

¶ Porro quoniam pollutio mortalis, postquam in sic polluto pœnitentia & confessio eius processit, de necessitate iam non repellit à sumptione eucharistia, quia iuxta mandatum Domini expressum à D. Paulo iam se probauit, vt de illo pane sacro edat, & quia solum de congruentia per. 24. horas secundum arbitramentum do-

Q 5 atorum



eorum abstinendum est, quoniam hoc tempore vnius diei qui conficitur vno circulo solari censentur potentia animae possunt per pollutionem distracta in suum ordinem reduci, ideo mos ille, qui apud Carthusienses inoleuit, vt nocte etiam citra culpam polluti mane non solum non celebrent, sed neque ad gradus altaris accedant, prout in suo instituto canetur, plus pudore videtur religiosos afficere, quam necessaria reuerentia sacramentum venerari. Accedit ad praedicta, quod etiam inter coniuges pridie quam communicandum sit, vel saltem illa nocte irreuerentia est debitum petere, licet nunquam sit mortalis. Imo, vt dubitanter asserit Sotus, neque erit venialis, si fiat procreandi causa. Nam facere, inquit, contra consilium suo genere non dicitur culpam. Cui videtur patrocinari Gregor. in epistola ad episcopos Angliae. Air enim, talem suo iudicio relinquendum esse. Si vero non causa procreandae sobolis faciat, sed voluptas dominatur in opere, prohiberi debet, inquit, qui sic petiuit debitum, accedere ad hoc sacramentum, scilicet, de sola congruentia. vbi insinuat Gregorius talem accessum esse venialem, nisi a tali culpa veniali excusetur necessitate rationabili arbitrio boni viri pensanda. Redditio autem debiti pridie ante communionem omni culpa caret, quocirca tunc reddens debitum, vt elicitur ex Gregorio melius faceret abstinendo, sed non peccat communicando. Sequitur praeterea corollarie ex praedictis, quod pollutio proueniens ex audientia confessionis, vel ex studio necessario, quia caret culpa praesertim mortali, dum ei non praestatur consensus, non inducit obligationem abstinendi a celebratione. Secus autem est, si ex lectione librorum inhonestorum, vel ex inhonestis colloquutionibus ortum habuit.

¶ Queritur octauo, vtrum potus, & cibus praesumptus impediatur summptionem huius sacramenti. Respondetur autem, quod impeditur aliquis a summptione huius sacramenti post cibum & potum assumptum propter prohibitionem ecclesiae triplici ratione. Primo propter sacramenti huius reuerentiam, vt autore D. Augustino in os hominis prius intret, quam aliquo cibo, & potu sit infectus. Secundo propter significationem mysterij, vt scilicet, Christus Dominus, qui est res huius sacramenti & eius charitas primo in cordibus sumentiū fundetur. Tertio ad vitandum periculum ebrietatis ac vomitus. Ab hac autem generali regula excipiuntur infirmi, quia necessitas legem non habet. Vnde de consecrat. d. 2. habetur, quod presbyter infirmum statim communicet, ne sine comunione moriatur. Igitur & si autore D. Augustino Christus Dominus, quo vehementius commendaret istius altitudinem

A mysterij vltimum hoc voluit infingere cordibus & memoriae discipulorum, & ideo post alios cibos corporales in coena vltima sumptos illud discipulis contulerit: tamen non praecipit, quod deinceps tali ordine sumeretur. Quia Apostolus Paulus primae ad Corinth. 2. consuetudinem contrariam miscendi hunc sacrum cibum cum profanis, & corporalibus inuictam inter Corinthios redarguit, & emendat: neque id quod ibi adicit D. Paulus, quod si quis esurit domi manducet, secundum glossam ibi intelligitur, quasi D. Paulus post cibos terrenos domi prius sumptos, post in ecclesia eucharistiam sumere concedat: sed id solum insinuat, quod si quis nollet alios expectare, manducaret cibos suos domi, non tamen post hoc eucharistiam sumeret. Nam etsi, vt habetur in Concilio Carthaginensi, & refertur de consecrat. d. 1. solum die anniuersario, quo coena Domini celebratur, permittebatur post alios cibos corpus Christi assumere: sed tamen hoc abrogatum est, & autore D. Augustino per vniuersum orbem mos iste seruatur, vt corpus Christi a ieiunis sumatur: a ieiunis, inquam, etiam ieiunio naturae priuatione cuiuscumque praesumpti per modum cibi vel potus importante, vnde omne, quod prius sumptum est, etiam in parua quantitate per modum cibi siue potus etiam aquae, siue natriat, siue non, a summptione huius sacramenti impedit. Reliquiae autem remanentes in ore, si casualiter transglutiantur, non impediunt summptionem huius sacramenti: quia non trahuntur per modum cibi, sed per modum saluiae. Atque eadem est ratio de reliquijs aquae, vel vini, quibus os abluitur, dum modo non traiciantur in magna quantitate, sed permixtae saluiae, quod vitari non potest. Item quia ecclesia Romana diem a media nocte incipit: ideo si post mediam noctem aliquis sumperit aliquid per modum cibi, vel potus non potest eadem die hoc sumere sacramentum. Potest autem, si ante mediam noctem sic cibatus fuerit, licet post cibum non dormierit, aut sit indigestus, quantum attinet ad rationem praecipit. Si autem ex defectu somni, aut digestionis multum esset perturbatus aliquis, ineptus redderetur ex hoc ad summptionem huius sacramenti.

¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primo, quod secundum D. August. in epistola ad Ianuariū, 1. 18. & refertur de cose. dist. 2. can. liquido mos iste, vt hoc sacramentum a ieiunis sumatur, ex traditione Apostolorum a Christo ipso est deriuatus. Hoc enim insinuat ibi D. Augustinus, dum ait, sic hoc Spiritui Sancto placuisse in honorem tanti sacramenti. Ita in can. sacramenta. de consecrat. dist. 1. & in Concilio Carthaginensi, 3. ca. 29. & in Toletano, vt refertur, 7. q. 1. can.

can. 1. Et licet ista concilia fuerint provincialia, tamen etiam in concilio Constantiensi generali session. 13. idem statuitur. Et Innocentius. 3. de celebrat. miss. cap. ex parte prohibet ne sacerdos dum secundo celebraturus est, lotionem calicis in prima missa sumat, nempe, vt ieiunium naturae requiri insinuet.

¶ Secundo notandum est cum Caietano quolibet. 1. quaest. 17. quam de hoc composuit, & cum Syluestro verbo, eucharistia. 3. §. 8. & cum Soto, quod sacerdos post lotionem sumptam, si aliquas reliquias in altari reperit, debet eas consumere, quia totum reputatur vnum sacramentum, quod non censetur esse perfectum, quousque omnes reliquiae infumantur. Item patet, quia si particula hostiae adhæsit palato, quo eam inde sacerdos remoueat & deglutiat, potest sumere hauritum vini, quod tamen potest prius ante illam particulam in guttur traici. Sicut etiam in parasceue accidere potest, quando particula hostiae consecrata cum vino non consecrato sumitur, quod prius in stomachum influere potest: sicut etiam species vini remanentes in calice sumuntur simul cum vino infuso, quae tamen vt contingit interdum sumuntur post hauritum vini infusi. Item, si post summptionem sanguinis remanet aliqua particula hostiae hærens in fundo calicis, reuerentius videtur inde posse assumi cum hauritu vini infuso, quam si inde eum digito extrahatur: quae tamen assumptio vini anticipare potest illam particulam hostiae in ingressu per guttur. Praeterea patet, quia illas reliquias paruulas post lotionem in assumptas ibi relinquere, in irreuerentiam cederet ipsius sacramenti. Igitur (vt Caietanus ait) satis est, vt eas sacerdos possit sumere, quod sit ieiunus in ordine ad totum illud spirituale conuiuium: non autem requiritur quod sit ieiunus in ordine ad quamlibet partem eius. Vnde reliquiae adhærentes palato, siue adhærentes fundo calicis reuerentius sumuntur cum vini noua infusione, vel cum vino haurito, quam digitam orae calicis admouendo, vel digitum ori, vbi intus adhæret in ferendo. Ita Rosela verbo eucharist. 3. §. 2. 2. & Syluester eod. quaest. 8. & Nauar. in summa ca. 25. nu. 9. contra Scotum in. 4. dist. 8. quaest. 3. dicentem, quod dum reliquiae hærent in fundo calicis, digito ori calicis, est admouenda, & ante infusionem vini sumenda. Sed forte ista opinio Scoti locum habet, vbi illa particula post summptionem sanguinis in fundo calicis percipitur manere antequam lotio prima vini sit sumpta: quia tunc sic potest sumi ab omnino ieiuno sine mixtione lotionis. Secus est, si post lotionem primam sumptam reperitur ibi remanere: quia non potest a ieiuno omnino tunc sumi.

A ¶ Praeterea, & si communiter opinio Caietani in usu recepta sit, scilicet, quod reliquias exiguas remanentes in calice, vel in patena inuentas in continenti debet sumere sacerdos, tamē de inuentis post interuallum, quid agendum sit & de inuentis in corporalibus dubitatur. Nam Nauarius, custodiendas esse ait, in alterum diem sumendas. Videtur autem dicendum, quod dum sacerdos ab altari non discessit, si inter plicandum corporalia ibi reliquias exiguas reperit in reuerentiam sacramenti cedit, quod eas sumat, ne pereant quia aliquando tam modicae sunt, quod neque commode possunt colligi inde, vt referuntur: atque sic eas sumere est in usu, nisi inueniatur forma consecrata: quia tunc reseruanda esset post communionem populi in pyxide iuxta canonem tribus. de consecrat. dist. 2. qui sic intelligitur. Si autem non forma integra, sed magna hostiae portio in linteolis post lotionem a sacerdote inueniretur, ex consilio in pyxide in crastinum reseruanda esse ceteri Sotus. Sed quid si post regressum ab altari in sacrificia sacerdos, qui celebravit huiusmodi reliquias paruulas inueniret, an posset eas ibi sumere: Respondetur ergo, quod licet aliquibus videatur, quod ibi in sacrificia possint sumi, tamen ne ibi maneant cum irreuerentia & cum periculo ne decidant, aut dispareant, dum veluti imperceptibiles essent, & in huius gratiam citent Caietanum: tamen quia hoc iam ex interuallo fieret, & quia fieri non est in usu, & quia finitum est iam conuiuium non audeam consuleri, vt sic in sacrificia sumerentur, sed colligendae essent caute & reuerenter, & reseruandae pro die crastino in pyxide, vel si commode colligi non possent in corporalibus, caute custoditis, reseruandae essent, vt in celebratione crastina ibi excutiendo corporalia in patena, quae ibi apparerent sumerentur. Si autem eas accideret, vbi sic in crastinum custodiri non possent, neque reuerenter seruari, neque tute custodiri, id tunc agendum videtur, quod magis in reuerentiam tanti sacramenti cedat, in cuius honorem, vt ait D. Augustinus, Spiritui sancto placuit, vt a ieiunis sumerentur.

D ¶ Praeterea non satis liquet, an laicus possit sumere reliquias remanentes simul cum vino, dum communicat. Nam Caietanus id negat, quia vnum primum sumpsit bacellam consecratam: finitum est suum conuiuium. At aliqui Thomista censent id esse licitum, quia, inquit, in usu est, vt postremus laicorum communicantium sumat reliquias remanentes cum vino. Et quidem inter religiosos non sacerdotes in festis solennibus, dum accedunt ad communionem simul, video istum morem seruari, scilicet, vt postremo communicanti dentur reliquiae cum vino mixtae, vt eas in pyxide

pyxide loco lauatorij sumat. Quem tamē morē inter religiosos improbare nō aulim, quia cauti & instructi accedunt ad sumendas reliquias cū lauatorio; & reuerenter, & circumspēctē sine ordinario periculo eas effundendi, postremus religiosus ex communicantibus admonitus eas sumit. At verò morem eas sic porrighendi postremo laico communicanti, aut soli laico cōmunicanti satis approbare non audeo, neque credo D. Thomas illum approbaret. Qui in art. 2. huius quæst. 80. propterea sanguinem Christi laicis non propinari ait, quia, nisi caute sumeretur, de facili posset effundi cum ad sacramentum eucharistiae accedant senes, & iuuenes, & puellæ, atque mulierculæ: quorum quidam non sunt tæ discretionis, vt cautelam debitam circa vsum huius sacramenti adhiberent. Quæ quidem ratio aliquo modo currit in propinandis laicis reliquias cum lauatorio aquæ, aut vini mixtas, quia de facili posset effundi, cum caute eas interdum, neque cum debita discretione, sumant. Igitur satius est, vt sacerdos eas reuerēter sumat.

¶ Argumenta autem in contra, quibus aliqui sibi persuaserunt sacerdotem reliquias post lotionem inuentas non posse sumere iam ex prædictis manent soluta, quia non requiritur, quod sacerdos sit ieiunus in ordine ad quamlibet partem conuiuij. Et quia nondum finitum est conuiuium, & quia secus esset, si post lotionem sumeret sacerdos aliam hostiam; vel formam consecratam, ibi in altari repertam; quia iam eam sumere, esset sumere duas refectiōnes, quod non licet. At verò per hoc, quod sumit particulas nō reficitur de nouo, quasi sit nouum conuiuium sed est complementum ipsius sacrificij; præterquam quod cū sunt reliquiae alienius notabilis quantitatis (vt prædiximus) iuxta canonem. tribus de consecrat. dist. 2. in pyxide sunt referenda.

¶ Tandem notanda est hic temeraria opinio Maioris dist. 9. quæst. 3. asserentis, licere presbytero post prandium clanculo consecrare sine vestibus sacris; & sine missa ex causa vrgenti cōmunicandi infirmum, vbi multa inuoluit indigna audita in cōuenientia. Primo quod sacerdos consecraret contra morem ecclesie sine debita solennitate. Secundo, quod consecraretur panis sine sanguine, quod esset sacramentum dimidiare. Item tertio, quod liceret sacerdoti sacramentum conficere illud non sumendo, quod est sacrilegium damnatum de consecr. dist. 2. can. si cur. & can. comperimus. Ad argumentum Maioris respondet Sotus, quod sumere sacramentum hoc in articulo mortis forte non est præceptū diuinum, sed sumere semel in vita. Sed, quia hæc assertio Soti licet subtimide id asseruerit, quod

A non sit præceptam diuinum, cōmunicare in articulo mortis, mihi non placet; Secundo responderetur, quod tunc sacramentum est necessarium, si secundum ritum ecclesie sumi valet. Tertio dicimus, quod satis erit ægroto suscipere illud sacramentū in voto spiritualiter. Nec cōtra hoc obstat scandalum populi, videntis illum infirmum mori sine viatico: quia sibi imputet sacerdos scandalum, qui non fuit sollicitus habere in ecclesia formas consecratas custoditas pro cōmunicandis infirmis. Tum vltimo, quia aliquantulum sedabitur scandalum populi, si sacerdos dixerit, id defectus accidisse per ignorantiam.

¶ Aduertendum est insuper vltimo, quod in istis duobus casibus potest sacerdos celebrans sumere sacramentum, etiam si se inueniat non ieiunus. Primo dum est in sacrificio, & consecrauit, consumere debet non ieiunus, quia præceptum de consummando, & perficiendo sacrificium fortius est. Similiter ob eandem rationem cum sumpturus calicem in eo non reperit: nisi aquam, quam iam epotauit, nihilominus est ieiunus non sit, tunc debet iterum consecrare calicem, & sumere: sicut etiam reliquias in altari post lotionem sumptam repertas posse & debere sumere prædiximus. Accedit ad prædicta, quod ieiunium hoc maiori ratione indicitur ante sumptionem huius sacramenti, quā post, quia maior dispositio requiritur in ipsa sumptione, quæ maximam exigit deuotionem, quam post. Et ideo quantum ad præcepti necessitatem attinet post sumptionem à sacristia potest ad prandium ire, quia canones Clementis de consecrat. dist. 2. can. tribus iam sunt abrogati. Circa autē tempus ieiunij huius, sicut à media nocte sumitur in ecclesia Romana, sic in alijs nationibus standum esse videtur consuetudini patriæ, quæ ecclesie de cetero sit recepta. At nota contra frat. Iosephum quod sacerdos nō ieiunus non potest in die natalis Domini, vbi non esset alius sacerdos causa vitandi scandalum celebrare, sicut neque sine vestibus celebrare, quia id vergeret in irreuerentiam sacramenti, & esset contra significationem eius.

¶ Porro infirmus semel pro viatico cōmunicatus, si superviuat an possit iterum cōmunicari pro viatico non ieiunus in dubium reuocatur. Nam Tabiena id concedit, vt Armilla verbo cōmunicatio meminit. §. 18. cui ipsa accedit. Metina autem expresse in instructione confessorū in hoc ab eis dissentit. Dicimus autem ad id dubij, primò contra Armillam, quod ex sola deuotione non potest quis pluries cōmunicare in eadem infirmitate: quia hoc est cōtra S. Thomam & eius rationem, scilicet, quia necessitas legem non habet: hic autem casus necessitate caret, ob quam

quam permittitur infirmus non ieiunus cōmunicare. Secundo ad punctum dicitur, quod si arbitrio boni viri prædictus infirmus extimatur non peccasse mortaliter, & paulo ante in infirmitate ipsa communionem sumpsit, & turam se putat habere conscientiam, quia remorsu conscientie caret, tunc non est cōmunicandus nō ieiunus, quia necessitate videtur carere. Alias si quia creditur intermedio tempore mortaliter peccasse, neque satis pacatam habere conscientiam, & ideo hac incorporatione cum Christo indigeret tunc non ieiunus, iterū Comunicari potest, & sic concordia ponitur inter hos doctores.

¶ Quæritur nono, vtrum non habentes vsum rationis debeant suscipere hoc sacramentum. Respondetur autem, quod aliqui dicuntur non habere vsum rationis dupliciter; Vno modo, quia habent debilem vsum rationis, sicut dicitur non vidēs, qui male videt: & quia tales possunt aliquam deuotionem accipere huius sacramenti, non est eis hoc sacramentum denegandum. Alio vero modo dicuntur totaliter non habere vsum rationis. Si igitur nūquā talem vsum rationis habuerunt, quia sic à natiuitate permansere, his sacramentum non est exhibendum: quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio. Si autem non semper caruerunt vsum rationis, tunc si prius quando erant compotes suæ mētis apparuerit in eis deuotio huius sacramenti, in articulo mortis eis exhibendum est: nisi forte timeatur periculum vomitus, aut expuitionis, vt in concilio Carthaginensi habetur, referturque in decretis. 26. quæst. 6. Vbi stabilitū est, quod qui in infirmitate penitentiam petit, & in phrænesim conuersus fuerit, tunc testimonio accepto ab eum audientibus, si continuo credatur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia. At hoc ita conceditur his carentibus vsum rationis, quia possunt deuotionem ad sacramentum habere, quantum ad aliquos quidem præsentem, quantum ad alios autem præteritam. Quod si D. Dionysius in libr. ecclesiastic. hierarch. arreptios, qui energumeni dicuntur, ab inspectione huius sacramenti arcendos esse ait, loquitur de huiusmodi energumenis nō baptizatis. Nam alias Calsianus dicit, ijs qui ab spiritibus vexantur communionem sacrosanctam à senioribus nostris numquam meminimus interdictam. At vero quia eadem est ratio de pueris recenter natis, & de amentibus, qui numquam habuerunt vsum rationis: ideo talibus non sunt sacra mysteria danda, quanuis quidam Græci contrarium faciant, non attendentes, quod cum D. Dionysius. 3. ecclesi. hierarch. ait, baptizatis esse sacramē

A munionem dandam, loquitur de adultis baptizatis, nō de paruulis baptizatis. Neque propterea huiusmodi paruuli per hoc aliquod detrimentum vitæ spiritualis patiuntur: quia, sicut D. Augustinus scribit ad Bonifacium, tunc vnus quisque fidelium corporis & sanguinis Domini particeps fit, scilicet, spiritualiter, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur. Sed quando iam pueri incipiunt aliqualem vsum rationis habere, vt possint deuotionem cōcipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, Alexandrū quæst. 49. membr. 4. & glossam super canonem. qui recedunt. 26. quæst. 6. tenere contra D. Thomam, scilicet, quod amentibus à natiuitate dandū sit sacramentū. Quod tamen est falsum, quia cum hoc sacramentum non eo modo sit necessarium, vt est baptismus, ecclesia non habet in vsum illud conferre, nisi habentibus, vel his qui habere ad id deuotionem: alioquin dandum esset infantibus ante vsum rationis. Falsum insuper est, quod idem Alexander per aliud extremum asseruerat, scilicet, quod neque his qui habere lucida intervalla & deuotionem sacramenti postea dum mente defecerunt sit exhibendum hoc sacramentum: quoniam ex decreto Cōcilij Atrouicani & Carthaginensis. 4. vt refertur. 26. quæst. 6. can. qui recedunt & Caisis qui. quos allegat D. Thomas decernitur contra Alexandrum, & Gabrielem in. 4. dist. 9. quæst. 9. qui ei subscribit, asserens esse ecclesie consuetudinem. Diffinitur, inquam, quod illi qui in phrænesim inciderunt, si antea signa penitentiae in eis præcesserunt, communicatio detur, tū, quia si quando exhibetur alicui sacramentum mente alienaretur, nihilominus sacramentum esset ei exhibendum; quia iam in eo præcessit deuotio ad illud: ergo etiam est dandum his, quia aliquando deuotionem habere ad illud, si iam sint in phrænesim lapsi: quia illa deuotio virtualiter manet in illis quando non intelligitur per contrarium actum intercisa. Quia licet illa deuotio per. 10. annos præcesserit in illis semper manet in virtute. Quare hoc non est canonica iura extra suos limites extendere, quæ loquuntur de his, qui paulo post penitentiae signa lapsi sunt in amentiam; sed est hæc iura per rationis paritatem amplificare. Neque tamen sequitur quod singulis annis hi sint ad communionem admittendi, quoniam & habenda est ratio venerationis huius sacramenti: sed satis est si eis ab hac vita migraturis tanquam viaticum prouideatur: quia satis est contra prædictos, quod in tempore præterito iste iuxta Pauli dictum diiudicauerit hoc esse corpus Domini, habens illud

illud in voto, & quod discreuerit illud ab alijs corporalibus cibis.

¶ Ex prædictis inferitur tanquam corollariū primo, quod si quis per plures annos antequam incidere in amentiam non communicasset, non esset ei impendenda eucharistia, quia ex facto illo præsumitur, quod illam non habuerit in voto, & in desiderio.

¶ Secundo sequitur corollariè, quod quia conciliū Cathaginense exposcit, ut antequam eucharistia conuerſo in phrænesim detur, circumstantes de signis penitentia eius testimonium dent, ideo si nulla testimonia sunt penitentia de eis, qui per plures annos ante in amentiam lapsus est, etiam si solitus fuisset quotannis in paschate communicare, non ita temere & sine maturo consilio in articulo mortis est ei communio impendenda: quia habenda est ratio reuerentia sacramenti, ut possit sine periculo vomitus, aut expulſionis sumi, ut ait D. Tho. Et secundo pensandum est, an fuerit deuotus & timorata conscientia, qui verisimiliter credatur in peccato mortali non fuisse præoccupatus amentia. At quia hæc omnia secundum iura requisita signa penitentia & credulitas de carentia periculi, & irreuerentia sacramenti, quæ secundum D. Thomam requiruntur sacerdotibus non satis apparent, ideo id in causa est, quod, ut ait Gabriel consuetudo his non ministrandi sacramentum in aliquibus regionibus introducta sit.

¶ Secundo aduertendum est, quod licet forte consuetudo infantibus præbendi eucharistiam, in aliquibus ecclesijs inoleuerit, tempore D. Dionysij, & post, nihilominus iure optimo illa ecclesia catholica abstulit. Tum quia hoc sacramentum cum non sit de necessitate salutis parulis in re, consulere debuit, maxime eius reuerentia ne indecenter, & incommode sumeretur, sicut reuera commode ab infantibus sumi non potest. Tum, quia Christus cum dixit: Accipite & manducate, suum corpus per modum manducationis sumendum esse insinuauit. At pueri præsertim lactentes per modum manducationis alimur sumere vix possunt. Tum etiam, quia secundum Caietanum, cum Christus Dominus dixit: accipite & manducate, non nisi iudicio rationis videntibus pro presenti vel antea ita affectum illius habeant, vel habuerint, dandum esse insinuauit. Nam ideo hoc sacramentum rationis iudicium exigit ad sui receptionem potius quam baptismus, quia baptismus est regeneratio spiritualis contra peccatum originale, quod non propria voluntate, sed origine contrahitur. Hoc autem sacramentum est sacramentum viuientium: atque ideo voluntatem propriam requirit suscipientis presentem, vel præteritam,

A ideo Christus narratur dixisse ad D. Augustinū Cibus sum grandium, cresce & manducabis me. Tum, quia hoc sacramentum est cibus spiritualis ad reparanda detrimenta spiritualis vite, que in dies per actū peccata contingunt, ideo non conuenit, nisi adultis, qui delinquere possunt. Itē, quia paruuli per baptismum constituuntur in gratia, quam amittere nequeunt, nisi per propriam culpam: ergo si discedant baptizati, sine eucharistia in re saluabuntur. Ergo cum non sit eis sic in re necessaria necessitate salutis non est eis ministranda eum periculo, & irreuerentia tanti sacramenti eorum ab illis. Tum quia cum hoc sacramentum exigit deuotionem, discretionem, probationem, ista ab illis præstari non possunt, ut diximus. Ad argumenta, quæ solita sunt causa disputationis afferri in contrarium, respondetur, quod licet præceptum Domini vniuersale sit, tamen paruulos obligat pro tempore, quo habuerint vsum rationis, cuius examen remittere debent eorum parentes confessoribus suorum filiorum. Neque D. Augustinus videtur aduersari, dum ait, illud præceptum Domini: Nisi manducauerit is carnem filij hominis & cætera, comprehendere etiam paruulos, ut ipse testatur in lib. 1. contra duas epistolas Pelagij, cap. 22. & lib. 1. de baptismo paruulorum, cap. 17. quia ipse se explicat dicens, quod in ipso baptismo paruuli quodammodo adimplent hoc præceptum: si quidem spiritualiter sumunt tunc corpus Domini postquam illi tunc per baptismum incorporantur, fiuntque eius membra, & consequuntur gratiam sacramentalem, quæ sicut apte natura est apta nata perfici per sacramentum eucharistia, & habent quoddam desiderium & inclinationem, non quidem elicita, sed quodam modo naturalem ipsi gratia baptismali a se suscepta in ordine ad hoc sacramentum. Adde tamen, quod legitima ætas, in qua possunt paruuli hoc sacramentum suscipere iudicio prudentium, & arbitrio confessorij relinquatur: nam tunc iudicanda est appropinquasse, quando iam discernere inter bonum & malum, & inter hunc cibum, & alios seculares nouerunt, & aliqualem deuotionem possunt ad illud habere: quod accidit à decimo usque ad 12. annum, secundum Paladanum, Caeteranum, Alexandrum, & Syluestrum: imo ante decimum annum, ut cenſet Sotus posset aliquis puer ex quadam viuacitate naturali, vel ex diligente Christiana educatione, & bona indole, idoneus esse ad sacramentum huius perceptionem. Septenarius autem, vel infra ad hoc non esset admittendus, quia rationis lux sufficiens ad hoc tunc non oritur, regulariter loquendo.

¶ An vero sacramentum collatum paruulis eis con-

eis conferret gratiam, ideo in da bio versatur, quia non constat, quod ecclesia catholica hoc habuerit in consuetudine, scilicet, communicare infantulos: nam si id certum esset, etiam nunc liquidum esset, quod conferret gratiam, si conferretur paruulis. Nam ecclesia id quod est de essentia sacramentorum prohibere non potest: licet possit prohibere, vsum in aliquo casu ex rationabili causa: sicut prohibuit laicis propinari sanguinem: qui tamē eis collatus etiam sine corpore conferret eis gratiam. Igitur quia prædictus vus, an per ecclesiam catholicam fuerit acceptus, non constat, ideo suscipi potest, quod collatum paruulis eis non tribueret gratiam, quia requirit actum liberum, vel presentem, vel præcedentem: Igitur contraria opinio non est totaliter improbanda.

¶ Quartum decimo, vtrū liceat quotidie hoc sacramentum suscipere. Respondetur autem, quod istud sacramentum spiritualis alimonia est, & maxime salutaris. Sed tamen duo in communione pensanda sunt, vnum ex parte sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris, & sic vtile est, quotidie ipsum sumere, ut homo quotidie eius fructum percipiat. Vnde D. Ambrosius de eo loquens ait: Quia semper pecco, deo semper accipere, & deo habere, medicinam. Pensandum est etiam illud, quod requiritur quod cum magna reuerentia & deuotione ad hoc sacramentum accedat. Atque ideo si quis se quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile est, quod quotidie sumat, autore Augustino. Qui de eo loquens ait: Sic viue, ut quotidie merearis accipere. Sed propter multa impedimenta animæ & corporis hominibus occurrentia, quæ deuotione, & dispositionem prædictam debitam, solent impedire, quæ pluries occurrunt, non est vtile hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quoties ad illud se inuenerint præparatos. Vnde in libr. de ecclesiasticis dogmatibus dicitur: Quotidie eucharistia communione accipere neque laudo, neque vitupero. Igitur, licet sacramentum baptismi non iteretur, quia per illud configuratur homo morti Christi, in se suscipiens characterē Christi, qui semel mortuus est: tamen, quia per hoc eucharistia sacramentum non recipit homo Christi characterem, sed ipsum Christum, cuius virtus manet in æternum: ideo quia quotidie indiget homo saluifera Christi virtute, quotidie potest laudabiliter hoc sacramentum suscipere. Item est etiam differentia, quia baptismus est spiritualis regeneratio, quæ semel fit ad instar hominis, qui semel nascitur: hoc autem sacramentum spiritualis est cibus: vnde sicut cibus corporalis quotidie

A sumitur ita & hoc sacramentum, quotidie sumere laudabile est. Vnde Dominus Luca. 9. 12. dicit nos petere. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Neque obstat, quod agnus paschalis, qui erat eius figura, semel in anno sumebatur: quia agnus representabat passionem Christi, quæ representatur etiam per hoc sacramentum, cuius passionis memoriam etiam nunc ecclesia celebrat semel in anno. Sed in hoc sacramento traditur nobis memoriale passionis Christi, per modum cibi, qui quotidie sumitur: & ideo quantum ad hoc signatur per manna quod quotidie dabatur populo in deserto. Item cum reuerentia maxima debeat huius sacramenti, hæc exigit, ut aliquando abstinere ab hoc sacramento ad instar centurionis dicentis: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Et ad exemplum Petri dicentis: exi à me Domine, quia peccator ego sum. Et quia etiam tam preciosissimo dono magnus debetur amor, qui quidem amor prouocat ad desiderium sumendi, sic etiam laudabile est ex hoc amore quotidie communicare; tamen iste amor & spes, ad quæ semper scriptura nos prouocat, præferuntur timori: & ideo laudabilius est ex isto amore & spe accedere, quam ex timore reuerentia abstinere. Quia hoc insinuauit Dominus cum Petro dicens: exi à me Domine, quia peccator ego sum, respondens: Noli timere. Aduertendum est autem, quod licet ex se laudabile sit, quotidie communicare, ut fiebat in primitiua ecclesia, & licet tempore Fabiani Papæ in paschate natiuitatis, & Resurrectionis & Petrecostes communicarent fideles id est, ter in anno, & iterum in eodem Domini secundum Soterium Papam, ut habetur in decretis. De consecrat. dist. 2. sed tamen post, crescente iniquitate & frigescente charitate Innocentius 3. statuit ut saltem semel in anno, scilicet, in paschate fideles communicent. Consultatur, tamen in libr. de ecclesiasticis dogmatibus, omnibus dominicis esse communicandum. Præterea per hoc, quod Dominus ait, da nobis sic accipendum: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non ideo hinc colligitur pluries in die esse communicandum, ut saltem per hoc, quod aliquis semel in die communicat representetur vnitas passionis Christi.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod hic modum non queritur, vtrum celebratio huius sacramenti debeat esse quotidiana in ecclesia, sed de susceptione, quæ ad laicos etiam pertinet, quæ vt rum oporteat esse quotidiana, declaratione hic indiget. Quæ quidem questio, vt ait Sotus, omnino extra controuersiam non est. Vt omitamus Lutherum, qui nobis obijcit, quod cum sacramentum hoc sit panis quoti-



quotidianus nostri sacerdotes iniurij sunt in populum, quippe qui quotidie hoc sacramentum sumunt, & populum excludunt: quia iste Lutherus passim suo se gladio iugulat. Sic hic ei accidit, qui negat quotidie esse celebrandum; quod tamen ad quotidianam sumptionem populi necessarium erat. Facebat igitur impius hic, qui populum deditum rebus vxorij, & prophanis quotidie inuitandum ad hoc sacramentum censebat, cum inepti sint ad quotidie communicandum neque in hoc cum sacerdotibus qui ab his negotijs liberi sunt veniunt comparandi. Sed neque ritum primitiue ecclesie quotidie communicandi populum Christianum contra Lutherum, multiplicatio populi Christiani nunc reuocare permittit. Tum, quia illi pauciores numero erant & feruentissimi charitate, & veluti seculo isto altiores, substantias seculares relinquentes, & bona sua & possessiones deponentes apud pedes Apostolorum. Nunc autem refrixit charitas, & inundauit malitia multorum, ita vt verificatum sit in nostris temporibus illud Isaie: Multiplicasti gentem, sed non magnificasti latitiam. Preterquam, quod ad suam obiectionem patens est hæc solutio, scilicet, quod satis est, vt sacerdos nomine publico pro omnibus quotidie offerat, vt populares fructus sacrificij participent.

Igitur isto impio Luthero omisso in omnibus deliranti, argumenta, quæ pro vtraque parte inter catholicos proponuntur, in medium vt producamus oportet, vt ex his magis veritas quaestionis discussa maneat, quaestio igitur non disputatur de necessitate præcepti, id est, vtrum carentes culpa mortali iure diuino, aut præcepto diuino prohibeantur quotidie communicare sub mortali obligatione, vel non. Quia quantum ad præceptum fixum manet fundamentum solum peccatum mortale, aut ecclesie prohibitionem esse impedimentum necessitatis, ne hoc recipiatur sacramentum: quia Paulus nihil aliud admonet, nisi quod probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. Quo circa, licet quis crebro peccaret mortaliter, si toties legitimo proposito poeniteret & confiteretur, redargui mortalis culpa non posset: si ad hoc sacramentum accederet. Quamuis tanta posset esse frequentia in mortale relabendi, vt poenitentiam esse non legitimam, quam fecit coniecturaliter contestaretur: atque adeo hac ratione posset esse mortale accedere. Neque de solo consilio hic disputatur, an carentibus mortalibus peccatis abstinendum sit à quotidie communicando, vt dicit, se hanc quaestionem tractare Sotus. Sed hic inquiritur, an hi quotidie communicando aliquam incurrant venialem culpam, aut grauiorem pro-

pter scandalum, aut prohibitionem expressam, vel virtualem ecclesie: vt si homines seculares probitate vitæ conspicui quotidie contingerent communicare.

*Argumenta pro parte affirmatiua.*

Primum ergo arguitur pro parte affirmatiua, scilicet, quod sit licitum quotidie communicare: Quia in primitiua ecclesia fideles seculares quotidie communicabant; ergo licet talis mos vt præ diximus contra Lutherum non possit nunc vniuersaliter restitui ob rationem dictam, videtur saltem, quod secularibus probitate insignibus sit à prælatis suis, & confessoribus indulgendum, vt quotidie communicent.

Secundo arguitur: Quia Christus monuit quotidie nostrum quotidianum hunc panem substantialem postulare: ergo quotidie accipiendum est: alioquin frustra peteremus nobis quotidie dari. Quod & confirmatur ex verbis D. Augustini libr. de verbis Domini. Vbi ait; Quotidie accipe vt quotidie tibi profit. Confirmatur etiam ex Diuo Ambrosio, & refertur de consecrat. dist. 2. can. si quotiescunque. Vbi dicitur: Quotidie debeo accipere, quia quotidie pecco; quotidie debeo accipere medicinam.

Tertio arguitur: Quoniam sacramentum hoc præcipua virtute præstat ad corroborandum, muniendumque interiore hominem, contra nostræ naturæ fragilitatem propter peccatum quodammodo incursum; aduersus quam nos coarmari per hoc sacramentum in collecta postulat ecclesia dum ait, quod hoc sacramentum sit fortitudo fragilius; & precatur, quod sit etiã contra pericula mundi firmamentum. Sed quotidiana sunt hæc pericula, quæ nos circumstant, & veluti inuicta naturæ est hæc fragilitas, quæ nos debilitat & eneruat: ergo quotidie sumendum est hoc sacramentum quo contra prædicta pericula & fragilitatem nos firmet & fulciat.

Quarto arguitur: Quia sicut indigemus cibo corporali quotidie ad restaurationem substantiæ, quæ deperditur interius, per caloris naturalis actionem: ita ad vitæ spiritualis conseruationem, & ad feruoris charitatis restaurationem, qui per noxium concupiscentiæ calorem deperditur, quotidie istum cibum spiritualem sumere opus habemus.

Quinto arguitur: Quia per hoc sacramentum quantumcunque accedat quis distractus, dum modo accedat in gratia, & liber à culpa mortali, augmentum gratiæ ex eius sumptione reportat: ergo ratione tanti fructus quotidie colligendi, quotidie etiam distractis licitum erit illud percipere.

Sexto arguitur: Quia hoc sacrificium immolatur

molatur non solum pro offerente, & petente, sed etiam pro tota ecclesia, atque pro animabus in purgatorio patientibus & expiatis per ignem suas peccatorum poenas: ergo vt tātus fructus non amittatur, & vt animabus illis id suffragij impendatur, licitum erit communicare quotidie.

*Argumenta pro parte negatiua.*

Arguitur igitur pro parte negatiua, quod non liceat omnibus etiã constitutis in gratia quotidie hoc sacramentum frequentare. Primo: Quia vt ait D. August. in libr. de ecclesiastic. dogmatibus, & habetur de consecrat. dist. 2. can. quotidie. Quotidie communicare, neque laudo, neque vituperor: Quotidie communicare non est laudi tribuendum: ergo quod tantus pater non audeat laudare, nemo debet audenter attentare.

Secundo arguitur ex autoritate & exemplo sanctorum patrum, qui religionum approbatarum per ecclesiam fuere fundatores, qui quauis eas religiones in magno sanctitatis & deuotionis & perfectiōnis feruore instituerunt, nihilominus religiosis suis nodum sacris initiatis hoc sacramentum quotidie dispensari posse non concesserunt, sed solum de quindena in quindenam extra Quadragesimam, & in Adventu, & in Quadragesima octauo quoque die dispensandum eis fore statuerunt: ergo non videtur indulgendum secularibus etiã timorata conscientia & virtutibus præditis vt quotidie ad mensam dominicam accedat. Confirmatur quoque exemplo antiquorum monachorum, & anachoritarum comorantium in desertis Aegypti, vbi inter tam innumeram multitudinem eorum paucissimi erant sacerdotes, quibus mos erat Dominicis duntaxat diebus sacra buccellam sumere, vt ex Casiano in multis locis colligitur: ergo cum seculares hodie quauis insignes sint probitate, horum monachorum non attingant sanctitatem non videtur his indulgendum, quod illis non indulgebatur nempe vt quotidie communicarent.

Item arguitur tertio. Quia in hoc sacramento præfentialiter continetur Dominus noster Iesus Christus verus Deus & filius Dei viui: ergo debetur illi maxima reuerentia: Hæc autem videtur minorari, si quotidie quisque ad ipsum accedat: nam iuxta vulgare dictum nimia familiaritas parit contemptum. Quod & per experientiam videre est in pluribus secularibus semel in anno comunicantibus, quibus cum maximo tremore reuerentiæ & timore vsu euenit ad sacram mensam accedere, cum tamen multos videas sacerdotes quotidie celebrantes huiusmodi reuerentiali timore atque tremore carentes; quod non aliunde id eis vsu euenire videtur, quam ex huius sacramenti quotidiana frequentia.

Item quarto arguitur: Quia hoc sacramentum specialiter est institutum ad refectiōnem actualem spiritum

ritualem inde sumendam: cum ergo mente vagantes, & tepore quodam marcescentes, & frigidi, qui nauseam solent causare maiestati diuinæ, vt pote à Deo euomedi in suo accessu ad sacrum altare sibi ipsis impedimento, sint, quominus refectiōnem actualem dulcedinis huius sacramenti percipiant, quæ præparauit Deus timentibus se, sit sane vt non satis idonei sint ad quotidie conuiuandum in sacra mensa, etiã si sint sacerdotes: non enim caret magna irreuerentia illum præpedire fructum, ad quem per se ordinatur hoc sacramentum, illudque suscipere cum obice huius effectus.

Pro explicatione ergo huius quaestionis oportet primo dispositionem debitam huic sacramento, vt quotidie possit assumi ex eo quod continet & ex eius effectibus indagare. Primo ergo quia in hoc sacramento diuina continetur maiestas personæ secundæ Trinitatis, id est, Christi filij Dei viui, qui est verus Deus, sanctus, tremendus & omnipotens, ideo ratione eius maiestatis potestatis & autoritatis, atque sanctitatis hæc illi dispositio & præparatio debetur, vt cum magna reuerentia atque timore filiali, & reuerentiali, maximaque cum munditia sanctitate & cordis humilitate sit suscipiendum. Secundo, quia in hoc eodem sacramento filius Dei Verbum patris suæ humanitatis, bonitatis, atque benignitatis maximam speciem præbet, sequens adeo familiariter nobis exhibet vt se in edulium cordis nostri dederit suauissimum: hæc Christi Dei nostri benignitas, & ad nos approximatio eam dispositionem ad illum suscipiendam exposcit, vt magno amore atque deuotione (quæ præoptimum quædam est animæ ad eius obsequia peragenda) ad epulandum cum eo in altari sacro accedamus.

Præterea tertio, si peculiarem huius sacramenti effectum speculemur qui est speciali modo nos vnire cum Christo, vt quæadmodum ipse ait, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo, in illo illum sumentes maneamus, & ipse in nobis, hæc consideratio huius effectus à nobis iure expostulat, vt cum magno quodam ardore desiderij illi adheredi, & nostrum spiritum illi vnire, vt ipse solus viuat in nobis illius sacram mensam adeamus, in cordibus nostris dicentes cum propheta: Mihi adherere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo meo spem meam. Quarto si alterum singularem effectum huius sacramenti præsemus, qui est vnire Christi fideles, quodam vinculo charitatis, vt sicut membra mystica Christi coeant in vnum corpus iuxta illud D. Pauli. Vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus, conditio huius effectus à nobis efflagitat: vt appropinquantes ad hoc sacramentum, sine odio, sine ira, sine emulatione, aut inuidiæ liuore accedamus cum quadam aueritate, & desiderio assequen-

sequeandi maiorem dilectionem proximi. Dein de quieto si consideremus altatum huius sacramenti specialissimum effectum, qui est peculiaris quidam feruor charitatis, quem infundit, excitat, nutrit. Nam ipsam habitualem charitatem excitat, ut prorumpat in magnam feruoris actum, per quem prauam concupiscentiam extinguit animi vanitatem, & leuitatem reprimat, euagationem mentis cohibet, tribuitque animae robur ad obstitendum carnis illecebris, & saeculi huius voluptatibus, vanisque solatijs, ita ut iam hoc gustu diuinae dulcedinis allecto desipiat mundus, vilescant haec inferiora omnia ei, qui sic seculo isto est altior factus, qui iam in hac peregrinatione solo corpore constitutus cogitatione & auuiditate in illa aeterna patria conuersatur, in hians in illa fluente caelestia fontis vita, dicens cum propheta. Renuit consolari anima mea in rebus, scilicet seculi, memor fui Dei & delectatus sum, cuius panis sunt lacrymae dum per singulos dies illi dicitur, Vbi est Deus tuus: quia abnegat hic animam suam ut expulso amore proprio perficiatur in eo charitas Dei, per quam animam suam custodit in vitam aeternam. Hic plane effectus, scilicet, feruor Charitatis excitatus ab hoc sacramento, haec omnia praedicta virtutum ornamenta animae cum gignat idonea videtur esse dispositio ad quotidie frequentandum hoc sacramentum.

¶ Praeterea propter varia argumenta supra allata, quae singula suam partem videntur fauenter persequere, visu euenit, doctores in varias opiniones abierint in hac quaestione. Nam Caietanus negatiuae parti adhaerescit, arbitrans non sic laudi esse tribuendum, quod quis quotidianus sit conuiuia huius sacramenti, nisi perleat se illud sumendo proficere. Eiusdem sententiae fuit Ricard. in 4. dist. 12. art. 6. q. 11. & D. Bonau. ead. dist. art. ult. q. 2. Qui ait, quod qui se sentit eo feruere spiritu, quo sancti in primitiua ecclesia, quotidie sumat: Qui vero experitur se frigidum, raro accedat: qui vero medio se habet modo aliquando accedat, aliquando abstineat. At vero Alexand. Alenf. 4. p. q. 51. membr. 3. & Gabriel. in canon. lection. lect. 87. & Gerson. tract. 9. super magnificat, indulgentiores se praebent magis in hoc casu, in parte affirmatiua magis praedictes, scilicet, quod sit quotidie accedendum, si fieri potest.

¶ Igitur, quia sermones in vniuersali minus profunt, praemisissa distinctione personarum, & dispositionum, ad particulares casus descendemus. At, quia illam distinctionem Soti insufficientem putamus, qua distinguit inter sacerdotes, & religiosos ex vna parte, qui separati a saeculari strepitu negotiorum, orationi & lectioni & exercitijs pijs suat addicti, & inter saeculares rei vxoriae deditos, profanis que negotijs manci-

patos, & inter istos alios connumerat aliquando stantes, aliquando cadentes, & rursus resurgentes, & cum insultibus, & affectibus carnis conflantes. Nam de sordentibus in mortalibus meminisse hic, inquit, non est opus, quia ab hac disputatione exploduntur. Ideo limatior erit resolutio, si sic distinxerimus. Primo an si aliqui sint, quibus aliquando laudabilius sit accedere, quam abstinere, licet quotidie accedere, eis non sit concedendum. Secundo, vtrum religiosi & clerici a peccatis mortalibus immunes, distrahitamen, & tepidi & cum affectu venialium accedentes regulariter, quia ab eis abstinendi proposito carent, peccent quotidie ad sacrum altare accedentes. Tertio, vtrum si sint aliqui saeculares non vt cumque probitate insignes, sed praeminentia vitae sanctis primitiuae ecclesiae assimilant priuata autoritate se possint nostris temporibus ingerere ad quotidie communicandum.

¶ Igitur, per expeditionem quaestionis, statuitur prima propositio: Circa primum distinctionis punctum illis qui nulla implicantur culpa mortali, vtrumque laudi tribui potest, & accedere, ad hoc sacramento, & etiam abstinere. Non autem loquimur de quotidiano accessu. Patet autem haec conclusio: Quia secundum D. Tho. reuerentia debita huic sacramento habet timorem amoris coniunctum: & ideo ex amore accedere, & etiam ex timore reuerentia filiali abstinere ab hoc sacramento, vtrumque habet rationem virtutis, ac per consequens vtrumque est laudabile: quia in honorem Christi Domini cedit. Sicut patet ex D. Aug. in huius gratia adducente in exemplum factum Zachaei, qui vt legitur Lucae. 19. gaudens suscepit Dominum ex amore: & humilitate Ceterioris: qui ex reuerentia Domini illa protulit verba, quae habentur. Matth. 8. Non sum, inquit, dignus, vt intres sub testum meum. Ambo enim honorem Christo exhibuerunt, licet non vno modo. Secunda conclusio, seu propositio, In carentibus culpa mortali laudabilius est, etiam extra tempus praeccepti ecclesiae, atque fructuosius est aliquando accedere ad hoc sacramentum, quam abstinere. Patet, quia iste accessus nascitur ex praestantioribus virtutibus, quam timor, qui est causa cessandi: quia ortum habet ex amore, & spe & fiducia. Vnde postquam Petrus dixit: Exi a me Domine, quia peccator sum respondit Christus: Noli timere. Et Math. 9. paralytico dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et Prouerb. 9. dicitur: Siquis est paruulus, veniat ad me: comedite panem, & bibite vinum, quod miscui vobis. Et quia accedens percipit gradum gratiae sacramentalis, quo abstinere caret. Praeterea patet, quia ex genere rei deuotio plus ex sumptione crescit, quam ex abstinencia, siquidem cibus iste, nisi obstitet ma-

lita

lita recipientis, & eius indispositio ad differentiam ciborum corporalium sui appetitum, & auuiditatem pluries sumptus magis excitat, iuxta illud Ecclesiastic. 24. Qui edunt me adhuc esurient. Cum igitur deliciae Christi sint esse cum filijs hominum laudabilius erit per hoc sacramentum ei incorporari intimius.

¶ Tertia propositio: Illi, qui cum deprauatis affectibus colluctantur, decedentes in mortale, licet quotidie resurgere studeant, siue sacerdotes sint, siue religiosi, non est sanum consilium, quotidie ad sacramentum accedere, etiam si sint sacerdotes. Haec est Soti. Quam probat. Tum, quia formidandum est illis, quod forte eorum poenitentia non sit legitima. Tum, quia ea pure, & deuotione candida, qua hoc sacramentum capiendum est, carent. Neque enim pro tanta eius dignitate illud videntur existimare.

¶ Quarta propositio: Sacerdotes, qui essent dispositi illis dispositionibus, quas ex natura huius sacramenti, & ex eius effectibus peculiariibus supra collegimus, citra dubium quotidie laudabiliter, & cum magno emolumento spirituali gratiae inde reportando, accederent ad hoc sacramentum. Patet: nam isti sufficientissime accederent dispositi ad omnem huius sacramenti effectum. Item & exemplo primitiuae ecclesiae Actu. 4. confirmatur, vbi fideles illi deuotissimi contemptis curis terrenis soli Deo dediti, quotidie perseuerabant in oratione, & fractione panis quotidie communicantes, quorum omnium cor erat vnum in Domino, & gratia Spiritus sancti replebantur. Haec autem conclusionem probant argumenta pro parte affirmatiua, quam expresse tenet Bonauentura, cui Caietanus & Ricardus videntur adhaerere.

¶ Hinc sequitur corollarie, quod si aliqui saeculares inuenirentur nunc in populo Christiano similes in sanctitate fidelibus illis, primitiuae ecclesiae, & simili vita amulantes licet (etiam si sacerdotes non sint) sufficienter dispositi esse videantur ad quotidie communicandum, id tamen sine maturo consilio, & licentia sui episcopi non deberent id quotidie attentare, tum vt humile se ostenderet populo qui talis esset & non presumptuosum neque proprium iudicium se exhiberet in propria & ardua causa, tum, vt nota praesumptionis vitaret in populo, & murmurationes contra quotidie communicantes in populo orientes caueret, tum vt filium obedientiae se ostenderet in hoc, quod re extraordinaria sine permissione & licentia ecclesiae nollet adorari. Sicutque intelligendum est illud quod D. Augustinus ait, scilicet, Quotidie faciat vnusquisque, quod secundum fidem suam pie credat, esse faciendum, quia id tenetur facere

Instruct. conse. Pars. 2.

A cum debitis circumstantijs, scilicet, cum permissione praelati ecclesiae, vt fiat sine nota. Sicutque intelligendus est D. Thomas hic dum ait, quod si quis quotidie se paratum inuenit laudabile est quotidie sumere.

¶ Quinta propositio, sacerdotes, qui etiam fatigant, ea puritate conscientiae & examine ad hoc sacramentum accedere, vt caueant cum venialibus culpis actualiter affectui, & cordi adhaerentibus accedere, quae distractionem & diuagationem mentis, & teporem solitae sunt causare, videntur apti, vt quotidie possint celebrare. Patet, tum, quia hi ultra perfectionem, quae inuenitur in seruantibus mandata Decalogica videntur praestare perfectionem, quam tribuit D. Thomas. 2. 2. quaest. 184. art. 2. in uentibus peccata venialia feruorem charitatis impediunt. Tum secundo, quia autore D. Thoma supra quaest. 79. art. 8. Venialia praeterita non impediunt effectum huius sacramenti, sed peccata venialia actu exercita sunt, quae licet non ex toto impediunt effectum huius sacramenti, quia augmentum gratiae non impediunt, tamen vt supra diximus sunt in causa, vt diminute recipiantur, sunt quoque in causa, vt actualem refectionem (spiritualis dulcedinis & feruorem charitatis, quae causantur per hoc sacramentum impediunt. Atque ideo cum praedicti sacerdotes (vt supponimus) praedicta venialia caueant, fit sane, vt ad quotidie celebrandum idonei videantur, quippe qui obicem effectibus huius sacramenti non ponunt, cuius est, vbi non inuenit obicem, magnam deuotionem & feruorem charitatis excitare.

¶ Sexta conclusio: Sacerdotes etiam si se sentiant liberos a culpis mortalibus si tamen minuere veniales culpas non curant, sed cum venialibus actu exercitis & affectui inhaerentibus communiter solent accedere, non sunt ita apti & idonei ad quotidie celebrandum. Haec conclusio videtur esse de mente D. Tho. vbi supra. q. 79. art. 8. vbi ait, huiusmodi venialia actuali refectioni spirituali, quae intenditur in hoc sacramento ob stare: at ob stare huic effectui non abest a culpa, saltim veniali. Item patet ex D. Tho. in hoc art. 10. dicente, quod ex parte sumentis hoc sacramentum requiritur, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad sacramentum accedat. Cum ergo praedicti sacerdotes hac magna deuotione, & reuerentia careant, quippe quae per eorum peccata venialia actu exercita, & affectui inhaerentia impeditur, fit sane, vt requisitam ad omnino debite, & congrue quotidie celebrandum dispositionem non habeant, cum sint tepidi & frigidi, eo tempore & frigiditate, quam sua quotidiana venialia actualia, & ordinaria solita sunt eis

R 2 causare,

causare, ac propterea in ea dispositione sint ut incipiant à Deo euomi ut caulantes ei nauseam. Quocirca de istis potest verificari dictū D. August. quod perceptione eucharistiae magis grauantur.

¶ Ex praedicta conclusione corollarie sequitur, sanius esse praedictis tepidis sacerdotibus praedicta venialia negligentibus non accedere quotidie ad hoc sacramentum, sed rarius, vel frequentius secundum maiorem, vel minorem distractionem eorum causatā per venialia, aut per occupationes seculares exteriores.

¶ Ex praedictis sequitur secundū corollarie, quod illa regula Caiet. scilicet, quod qui nō sentit se proficere, imo tepidus & frigidus sibi apparet, tunc absteat, Quae est etiam D. Thomae super epistolam Pauli in illo loco: Probet autem seipsum homo. Quā Sotus, et si fateatur non esse aspernandam, ait tamē non esse omnino certam. Est nihilominus certa, si sane intelligatur, scilicet, quando tepiditas & frigiditas ex malitia eam patientis procedit, quia cauere non vult distractiones & venialia, quae illius teporis & frigiditatis solent esse causae: quia tunc esset tentare Deum per sacramenti susceptionē. cum ea dispositione contraria velle deuotionem procurare. Secus autē esset si tales tepores nō ex culpa illos patientis, sed ex parte daemōnis machinantis eum ab accessu huius sacramenti arcere prouenerent. Quia tunc, ut recte Gerson ait, perinde tunc esset abstinere à sacramēto, ac si quis dum frigeret recusaret ad ignem accedere.

¶ Praeterea descendendo ad reliquos particulares casus, cordate ait Sotus, quod coniugatis secularibus, qui rei familiari incubant, etiam si sint mortalibus carētes, satis sit de quindena in quindena ad sacramētū accedere. Frequentius autē hos accedere laudabile non videtur: quia cū mētes eorum diagentur circa curā filiorū, prouidentiam domus, & circa cōplacentiam inter se mutuum, hic eorū modus viuendi, frequentiori sumptioni huius sacramenti non congruit. Maxime, quod in religionibus, illis, qui non sunt sacerdotes non indulgetur frequentius cōmunio. Addit autem Sotus, quod inter seculares si esset aliqua persona probitate & modestia spectabilis extra irreuerentiam, decenter posset semel in hebdomada communicare: crebrius autem non esset approbandum. Nisi forte ea specie sanctimoniam fulgeret in populo, ut ex permissione episcopi, eiusque benedictione & licentia posset quotidie communicare, ut praediximus.

¶ Adde autem quod adijcit Sotus, scilicet quod sacerdotes, & religiosos integræ vitæ, exemplum religionis est, quotidie celebrare. Sed quo-

nam integræ vitæ, id est, perfecta dupliciter accipitur, vno modo, ut est obseruatrix mandatorū tantum, alio modo, ut maiori perfectioni intendit venialia minuendo: ideo, quia Sotus non satis se explicat, ad conclusionem sextam, & ad eius corollarium, vbi distinctius & explicatius loquimur, remittimus lectorem. Igitur argumenta pro parte negativa probant sextam conclusionem, & duo eius corollaria, & reliquos casus particulares sequentes ibi resolutos.

¶ Ceterum, quia illa duo argumenta pro parte affirmatiua solutione indigent, quorum primū est, quod in accedente quantumuis distracto augetur gratia, ergo ratione huius obtinendæ gratiæ etiam distractis est consilium quotidie communicare, respondetur, quod quantumuis istis augetur gratia, quia tamen irreuerentiā per suam diuagationem & distractionem culpabilem & iniuriam irrogant sacramento, ideo potius pati debent huius gratiæ iacturam quoad hoc augmentum, quā hanc irreuerentiam inferre sacramento, quod non fit citra peccatum veniale, neque videtur consona rationi recompensatio, ut irreuerentiam exhibeat sacramento, venialiter delinquendo pro recompensatione augmenti gratiæ, quod inde sibi parat, hoc est respicere magis ad proprium emolumentum quā ad diuinum honorem. Praeterea, quod si ex reuerentia abstineret & cautius se prepararet, deuotius accedendo, maiorem assequeretur fructum per cōmunionem pauciores, & feruentiores, quā per multas frigiditas & tepidas.

¶ Ad secundum argumentum vbi obijcitur, quod ne animæ existentes in purgatorio fraudarentur assuetis suffragijs celebrandum esset quotidie, respondetur, quod argumentum hoc recte conuincit sacerdotes debere ea puritate vitæ niteri, & sic in via Dei profecisse, ut quotidie possent celebrare, quo ista emolumenta spiritualia, tam ecclesia, quā animæ purgatorij possent percipere. Atque ita illud dictum D. Ambrosij. Quotidie debeo accipere, exponit glossa, id est, quotidie debeo me disponere ad quotidie percipiendū. Secūdo dicimus, quod cū detrimento honoris & reuerentiæ diuinæ nō debēt etiā spiritualia cōmoda quaeri. Nō enim sunt faciendā mala, ut Apostolus ait, ut eueniāt bona. Vide D. Bonavent. in. 4. dist. 1. 2. part. 2. art. 2. q. 2. & in solutione ad. 1. Vbi respondet auctoritates sanctorū insinuant, quotidie esse cōmunicandū, intelligendas esse praesupposita sufficienti examinatione, & preparatione, qualis erat in primitiua ecclesia: cui Ricard. & Alexand. subscrībūt. Quaritur vnde decimo, vtrum cessari omnino debeat à cōmunionem. Respondetur autem, quod cum duplex sit modus percipiendi hoc sacramētū, spiri-

spiritaliter: scilicet, & sacramentaliter: planum est, omnes teneri, ad eius manducationem spirituales, quia hoc est Christo incorporari. Verum, quia spiritualis hæc manducatio votum includit seu desiderium sacramētū hoc percipiendi, quod quidem votū frustra esset, nisi habita oportunitate impletur, hinc palam fit, hominē teneri hoc sacramētū suscipere, non solum ex statuto ecclesiae, sed ex mandato Domini dicentis Matth. 26. Hoc facite in meā cōmorationem. Ex statuto autem ecclesiae determinata sunt tempora impletionis huius præcepti. Neque præceptum fuit ceteris recipiendi Christum Dominum sub testamento. Vnde illa humilitas Centurionis timentis recipere Dominum sub testamento suo, non debet nos dissuadere ab impletionem huius præcepti. Sed neque licet causari, quod eius susceptio in re nō sit de necessitate salutis: quoniam, licet quoad paruulos nō sit de necessitate salutis realis susceptio huius sacramētū, tamen quantum ad adultos verūque est necessitatis, & spiritualiter & sacramentaliter illud suscipere. Ceterum, licet secundū Innocentiū Papā penitentes, qui secundū consiliū confessoris, abstinēt ab hoc sacramento in paschate excusentur, nō tamen hac ratione melioris conditionis esse sunt censendi, quia magnū detrimentū patiuntur peccatores ex hoc, quod repelluntur à perceptione huius sacramenti, praeterquam, quod sic in peccatis permanentes non propter hoc excusantur à transgressione huius præcepti.

¶ Circa praedictā doctrinā notandum est primo cōtra Caietanū in praesentiarū, & cōtra Alexandr. in. 4. part. 9. q. 1. mēb. 2. & D. Bonaventur. in. 4. dist. 1. 2. art. 1. q. 1. & contra Grabrielē in cōnōne lecti. 87. & S. Thom. in. 4. dist. 9. art. 1. quaest. 1. 2. quod præceptū sumendi hoc sacramētū est diuinū, & nō solum ex statuto ecclesiae. Ita D. Tho. hic (quidquid in. 4. dixerit) docet: ita Durandus dist. 9. 2. & Palud. q. 2. concl. 3. Patet sed nō ex illa ratione Duradi, scilicet, quia Christus illud instituit; quia etiā instituit confirmationē, & extremā vnctionē: de quibus tamen nō indixit præceptū, neque ex illa ratione Paludani sola, scilicet, quia mos est populi christiani cōmunicare infirmos sub mortis articulū, quia & hoc potuit præcipere ecclesia, sicut quadagesimalia ieiunia præcepit, licet virginittatis cōsiliū, quia difficile est obseruatu sub præcepto indicere nō possit: Sed patet ex eo quod refert euangelista Christū Dominū dixisse: hoc facite in meā cōmorationē, quoniam vrgentissimum argumentū est, præceptū indixisse, ut sacramētū quod in suam cōmorationem instituebat, legē confirmaret ut facerent. Secundo elicitur & hoc præceptū ex illo loco apud Ioannē, Nisi

manducaueritis, & cetera contra Caiet. & alios, qui istū locū intelligendū putant per metaphoram de manducatione, nō corporis, sed ipsius Christi personæ per fidē, quā in ipsum creditur. Nam in prologo concilij Ephesini aduersus Nestorū eadē verba, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & cetera. in sensu de manducatione sacramentali allegantur. Quocirca Caietanus post, se in hoc torret in instructione circa errores libelli de cōnā domini. Vbi fatetur dictū locū D. Ioannis intelligi de manducatione sacramentali. Ex quo sumitur argumentū, quod si ex hoc loco cōstat sumptionē huius sacramētū esse de necessitate salutis, quod inde constat esse de præcepto diuino, nā necessaria quæque nobis ad salutem sub præcepto indicere Christus curauit, ut patet de baptismo, & penitentia, & fide & dilectione & spe. Tertio patet, quia sacramētū hoc institutum est à domino tāquā cibus animæ, & vitæ spiritualis nutrimentū. Ergo sicut indidit nobis præceptū de baptismo, per quē acquiritur vita spiritualis: ita verisimile est, ut postquā eadē de vitæ spiritualis absq; hoc sacramēto, vix sustinere possumus, quod illud etiā sumere indixerit sub præcepto. Item quarto, quia sub eodem tenore, quod ecclesia limitat tēpus sacramenti penitentiae, ita limitat tēpus sumendi sacramētū eucharistiae. Ergo sicut limitando tēpus sacramenti penitentiae praesupponit eiusdē sacramenti susceptionem esse de iure diuino: ita & limitando sumptionem eucharistiae supponit eius sumptionem esse de iure diuino, & præcepto diuino.

¶ Itē vltimo: Quia cū eucharistia sit sacramētū charitatis, quæ est vinculū perfectionis, & cū sit finis omnium sacramentorū non est credendū, quod cum de baptismo, & penitentia Christus Dominus præceptum tulerit, quod hoc sacramētum reliquerit sine præcepto.

¶ Porro de tēpore obligationis præcepti huius cōtrouertitur inter doctores. Nā Paludanus & alij arbitrantur, obligare semel in vita, & saltem in articulo mortis quia cum per hoc satis fiat huic præcepto, non existimat ad alia tempora nos coarctare. Præcepta enim sunt restringenda. Nihilominus ad hoc dicendum puto primo, quod nisi ecclesia tempus praesignasset, nihil certi circa hoc ex solo iure diuino exploratum haberemus. Sed prudentia & coniectura humana esset statuendum. Secundo adijcimus, quod in solo iure diuino innitendo, videtur non sat fuisse ad huius præcepti impletionem, semel in vita communiti casse. Tū, quia cū sacramētū hoc ea ratione sit institutum, ut in nutrimentū nobis cederet spirituale ad ea detrimenta restauranda, quæ pati-



mur quotidie, tam ex peccatis, quam ex dæmōnū insultu, ex carnis fomite planum sit ex eius institutionis natura frequentius, quam semel in vita esse sumendū. Tum secundo, quia absurdū esset existimare, tale ac tantū Christi Dominū instituisse sacramentū ex sua natura iterabile, & quod nos nō astrinxerit, nisi ad semel in vita sumendū. Præterea tertio fidelibus nō est liberū baptismum per totam vitā differre, ergo neq; sumptionē huius sacramenti per totā vitā prolatare. Itē quarto: quia dissonū ab omni ratione videtur, q̄ præcepto fidei, aut spei, atq; charitatis fideles faciant satis, si semel tantū in vita prodierint in vnum actū credendi, sperandi, atque diligendi; ergo neque cōsentaneū rationi esse videtur affirmare, q̄ per vnicā eius sumptionē semel in vita huius sacramenti præcepto satis fiat. De inde, quia sollicitudo ecclesiæ, quæ prius ad cōmunicadū fideles astrinxit ter in anno & postea ad semel quotannis in paschate id faciendū obligauit. Verisimile testimoniu est, q̄ ius diuinum de hoc suscipiendo sacramento, non derelinquebat nos liberos ad illud semel in vita sumendū. Porro utrū sub articulo mortis id sacramentū a fidelibus sit sumendū ex præcepto, in dubiū etiā solet reuocari. Nā Syluester, verbo, eucharistia. 3. §. 1. negatiuæ parti adhæret, nepe, quod tale præceptū non sit. Adrianus vero in materia de confessi. q. 3. ad. 1. in contrariā discedit sententiam. Palud. verò. dist. 9. q. 1. media via incedit. Arbitratur em̄ eū, qui paulo ante in sanitate hoc sacramentū sumpsit, liberū esse ab omni præcepti obligatione, illud in articulo mortis sumēdi. Parti autē negatiuæ suffragatur, q̄ nullū extat de hac re diuinū, aut humanum præceptum expressum. Quoniā caput, omnis vtriusque sexus, solum iubet in paschate cōmunicandū. Nihilominus statuenda videtur conclusio pro parte affirmatiua, scilicet, quod diuino iure sub mortis articulo tenentur fideles, hoc sacramentū suscipere, quæ est Soti, & Gabrielis, & Adriani, & Paludani, qui huic magis accedit contra Caietanū verbo, cōmunicatio. asserentē, omissionē cōmunionis circa mortis articulu, culpa carere mortali, sed esse quandā negligentiam veniale. Probarur autē nostra conclusio, tū ex more vniuersali ecclesiæ in toto orbe Christiano inuolubiliter obseruato, præbendi infirmis viaticum, qui quidē mos tam vniuersaliter receptus magnū præfert argumentū id ex traditione apostolorū tanquā diuino iure præceptū, habuisse ortum. Tū etiā secundo verba Concilij Niceni, quæ Can. de ijs. 26. q. 6. referuntur, huic nostræ conclusioni patrocinantur. Nam dicitur ibi, vt de his, qui decedunt de corpore antiquæ legis regula abseruetur, nempe, vt necessario viaticum

viatico non fraudentur. Vbi notāda sunt nomē legis & illa dictio necessario, quæ arguere præceptū videntur. Ad hæc, & pro hoc faciunt canones multi. 26. q. 1. & cap. quod in te. de penitent. & remiss. vbi fit admonitio, vt neque in publica penitentia, cōstitutis in articulo mortis sacra cōmunicatio denegetur. Deniq; & ratio id persuadet, vt hoc sacramento coarmemur, & protegatur in illo mortis tēpore, vbi dæmō tanquā leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: vbi mille machinamentis illusionū & tentationum animam metu cōsternatā adorsitur, vt rapiat & perdat. Vbi etiā, quia istud sacramentū, sacramentū est charitatis, & omniū sacramentorum finis, & cōsummatio vitæ christianæ, qua Christo incorporamur in mortis articulo, potissimū sibi locū: & tēpus vendicat, quo tenemur protefari per eius sumptionē decedere nos ex hac vita, tā quā membra in Christo viuētia. Ex prædictis sequitur corollarie primo, q̄ qui in mortis articulo huius sacramenti sumptionē respueret, aut refutaret, reatū culpæ mortalis nullatenus euaderet. Tū, quia talis recusatio in publicū vergeret scandalū. Tū, quia nō videtur Christi amore teneri, qui tunc eius corpus suscipere renuit.

¶ Secundo sequitur corollarie, quod licet illa sententia Paludani, cui subscribere videtur Sotus, non sit dānanda, qui ait, quod si infirmus huiusmodi esset conditionis, qui in sanitate sacramentū hoc frequentasset, & paulo ante illud tumpisset, si tantā diligentia ad eucharistiā tunc in articulo mortis sumēdā non adhiberet, quia nullū præsentiret criminis remorsum, sed purā se putaret habere conscientia, non esset id illi culpæ mortali tribuendū. Nihilominus tamen quia sumptio prædicta paulo ante facta in sanitate, non fuit facta in mortis articulo, vbi ob rationes prædictas præceptū diuinū, accedente more vniuersalis ecclesiæ videtur obligare, in hoc casu tenēdū est magis certū, & derelinquendū est minus certū, atque deniq; tutior pars est eligēda. Præterquā quod vix talis posset sedare scandalū populi, si tunc eius negligentiam circa hoc populus deprehendisset.

¶ Præterea consuetudo Hispaniæ nō præbēdi viaticū damnatis ad mortē, quia improbatur ab alijs nationibus, & quoniā videtur cōtra can. ecclesiasticos, vt habetur. 13. quæstione. 2. canone. quæsitum. vbi decernitur, quod illis cōmunicatio sit danda, ideo forte satis esset, vt apud nos non seruetur, licet iudices Hispanicī in huius moris Hispanici gratiam allegare possint tum, quod huiusmodi canones non adeo obligant, quin possint per contrariam consuetudinem abrogari; tum, quia tanquam hostibus præscindendis per mortem à cōmunionē reipublicæ

blicæ videtur eis denegari sacramentū cōmunionis debitum membrīs reipublicæ. Accedit etiā, quia id se dicunt facere ob cauendam irreuerentiam, quæ sacramento irrogaretur si malefactori daretur, qui illico ad patibulum raperetur, vbi quandoq; ob mortis atrocitatem periculum vomitus euenire posset. Item excusant se prædicti iudices dicentes exponi tunc dānatos ad mortem periculo peccandi, eo q̄ isti fere semper renunt fateri veritatem, vsq; ad patibulum. Quæ tamen excusationes ipsi viderint, an sint sufficientes ad violandum diuinum præceptum, quod defuetudine contraria abrogari nō potest, cuius prædicti canones videntur declaratori esse. Cumque illi dānati ad mortem nō sint præcisi ab ecclesiā, & ei per sacramentū absolutionis & confessionis sint reconciliati etiam si sint præscindendi per mortem à cōmunionē politicæ reipublicæ, non ideo neganda est eis cōmunicatio, quæ membrīs Christi debetur. Neq; sacramento irrogatur irreuerentia, si cōmunionem accipiant ante quam ducantur ad suppliciu per id interitum temporis ante, in quo species sacramentales digestæ esse credantur. Sed neq; periculo peccandi exponuntur: quoniam cum accersitum confessor ad eorum audiendam confessionem eorum confessionem audit, iam plane intelligunt actum esse de eorum vita. Quocirca, præsertim si eis negat absolutionem, quia subterfugiunt iuridice interrogati veritatem iudici fateri, nihil tunc audent celare, vt potest statim ab hac vita migraturi, & regisæ colorum immortali rationem statim reddicuri, sed iam istumorem Hispaniæ reuocatum audiōi.

¶ Denique pueros tunc hoc præceptum obligare ceter Sotus, quando ad. 14. annū, quando alijs tenentur ecclesiæ legibus peruenerint, & non ante. Consentit Nauar. in sum. ca. 21. num. 67. & frater Antonius Cordubensis tractatu de casibus consc. q. 60. & Caiet. nam. & consuetudo, vbi que vniuersaliter recepta, q̄ pueri. 14. anno vel. 15. & puellæ. 12. vel. 13. anno, vbi iam ad nuptias contrahendas inueniuntur apti ad cōmunionē sacram in paschate accedant eos excusari ab obligatione antea accedēdi, declaratq; mandatu ecclesiæ ca. omnis vtriusque sexus, sic fore intelligendum. Quoniā tunc demū, & nō antea ad eam deuotionē, & reuerentiā, quæ huic sacramento est debita, assequendā peruenerint, vt in plurimū. Sic etiā ius diuinū de cōmunicandō in articulo mortis interpretandum est, eos, scilicet, non obligare vsq; ad prædictā ætatem. Nisi forte in aliquo eorū ante istud tēpus ea vigeret: vis rationis, tātaq; deuotio & reuerentia, ad sacramentū hoc appareret, q̄ eorū curam gerentibus, quibus in hac parte ipsi pueri & puellæ

Instruct. consc. pars. 2.

astare tenentur, & parati debent, videretur ante prædictā ætatem ad obediētiā ad hoc sacramentū accedendū. Regulariter autē excusantur prædicti pueri, dū etiā si ad prædictā ætatem peruenerint, tamen ad sacramentum non accedēdi, autent, nisi prius iussu & si eorū curam gerentes in eos instructi do: & inducendū ad cōmunicandū negligentia res inueniatur, neque excusentur à culpa. Vide Syluest. Eucharist. 3. quæst. 3. Hæc est enim communis doctrina doctorum.

¶ Quæritur duodecimo, vtrum liceat sumere corpus sine sanguine. Respondetur, autē q̄ si loquamur ex parte sacramenti, sic cōuenit, quod vtrunq; sumatur, scilicet, corpus & sanguis, quia in vtroque consistit perfectio sacramenti: Quia vero ad sacerdotē pertinet sacramentū consecrare & perficere, ideo nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Si autē pensamus vsum huius sacramenti ex parte sumētiū, quia summa reuerentiā & cautela in illud sumēdo requiritur, ne aliquid accidat, q̄ vergat in iniuriā tāi mysterij, & quia in sumptione sanguinis, si ad eū sumendū accederet omnes populares promiscui generis, scilicet, senes, iuuenes, puellæ, eius effusione intereteria notabilis posset accidere, quia nō ea discretionē omnes videntur, vti cōca vsum huius sacramenti cautela debita adhibereat, ideo oportet si in ecclesiā, vt populo sanguis sumēdus non detur, sed à solo sacerdote sumatur. Nā ad sacerdotes Gelasius, vt habetur de consec. d. 2. loquitur dū ait, q̄ si ceterū cōsecratur sacramentū, ita & totū cōmunicare debent, vt legitur in Concilio Toletano, quale erit sacrificiū, vbi neq; ipse sacrificas esse dignoscitur. Nā dū modo sacerdos cōsecrans sumat, vt quæq; nō derogat perfectioni huius sacramenti, si populus corpus sine sanguine sumat. Nam perfectio huius sacramenti nō in vso fidelū est, sed in cōsecratione materiæ. In qua quidem consecratio ne representatio dominicæ passionis agitur, atque ideo in ea non debet corpus sine sanguine cōsecrari. At licet corpus sine sanguine sumatur à populo, non ex hoc populus aliquod detrimentum patitur. Nam sacerdos in persona omnium sanguinē offerit, & sumit, & sub vtraque specie totus Christus continetur.

¶ Circa prædictā doctrinam notandum est, primo, q̄ cōmunicatio sub vtrāq; specie non est reprobata, quasi sit contra ius diuinum. Patet nā verba euangelica, si superficialiter tenentur, videntur suffragari huic cōmunioni, sicut antiqua ecclesiæ consuetudo, cuius meminit Dionys. de ecclesiastica hier. cap. 3. Vbi de sacerdote sacrificante loquens ait, Panem reuelas & in multa diuides, & vnicū calicis omnibus dispersis, & cetera. Et Cyprianus epistol. 2. ait,

R 4 quod

quod mare viribus dabatur sanguis, quo aciores essent ad pugnam. Et in sermone de lapsis huius quoque mentionem facit historia D. Laurentij, in qua legitur dixisse Sixto: Experire, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem. Vbi notatur diaconum ministrasse sanguinem populo. Et lib. 9. historiae tripartitae ca. 3. traditur D. Ambrosium in haec verba oburgationis dixisse Imperatori Theodosio: Quae temeritate ore tuo poculum sanguinis pretiosi percipies? Ac demum rursus iste inter catholicos communicandi sub vtraque specie multo tempore inualuit, adeo ut temporibus sancti Thomae in aliquibus ecclesijs vigeret.

Secundo aduertendum est, ecclesiam prouidentem valde, ac circum spectissime, utpote ab Spiritu sancto edocta, interdixisse populo huius sanguinis communionem, si cut patet ex Concilio Constantiensi session. 13. Vbi habetur consuetudinem hanc nostram ad euitanda aliqua pericula & scandalum rationabiliter introductam (licet in primitiua ecclesia hoc sacramentum recipere tur a fidelibus sub vtraque specie) quia sub vtraque specie totus Christus continetur legitur, si quis dixerit eandem sanctam ecclesiam id non potuisse, aut debuisse facere, manifestus haereticus est: cum ecclesia catholica columna & firmamentum sit veritatis, cui Spiritus sanctus in suis condendis decretis assistit. Quod autem haec ecclesiae sanctio consultissima fuerit, patet ex pluribus rationibus. Primo potissima ratio est hic adducta a D. Thom. de periculo effusionis sanguinis. Secundo ob corruptionis periculum, quia species sacramentales vini si essent reseratae pro infirmis facile acefcerent, & corrumpentur. Tertio, quia multi vinum horrent, & ad odorem & haurium eius prouocantur ad vomitum, & nauseam. Praeterquam, quod infirmis est noxiu. Quarto quia aliqua regio laborans vni inopia, licet posset sibi prouidere alium de vino necessario ad celebrandum, non tamen sibi suppetere posset copia vini pro populo omnem communicando. Quinto quia id fore decens ad illorum explodendum errorem, qui opinabantur Christum totum sub vtraque specie non contineri. Sexto ut inter populum, & sacerdotes hac ratione discrimen assignetur, ut Concilium Toletanum innuit. Nam etsi populus assistens etiam hoc sacrificium offert, tamen solus sacerdos consecrat, & perficit illud.

Tertio ex praedictis sequitur, quod licet (ut patet ex Concilio Toletano. 12. ca. 5. & habetur de consecrat. distinct. 2. cap. relatum) praecipuum sit inditum sacerdotibus, ut quotiescunque consecrant, vtramque speciem sumant, etiam

si vna die plures contingat celebrare missas, & ut indicitur de consecrat. dist. 2. can. comperimus. tamen laici non tenentur iure diuino vtraque speciem suscipere, sed satis implent euangelicum praecipuum, si alteram speciem sacramentalem, scilicet, panis tantum assumant: nam oppositum asserere assertio haeretica est. Id autem patet ex consuetudine ecclesiae, quae (ut praediximus) columna & firmamentum est veritatis, quae vnam duntaxat speciem praebet laicis. Neque enim hoc est immutare naturam huius sacramenti, quae in eius consecratione consistit: sed circa eius decentem usum disponere, quomodo sine irreuerentia sacramenti praecipuum Domini obseruetur. Credunt autem Ioannes EKius in enchiridione. art. 10. & Cardinalis Turrecremata super caput. comperimus de consecr. dist. 2. & Gabriel in can. lect. 84. & Caietan. hic, hanc consuetudinem ab ipsis apostolis dimanasse. Nam Actu. 2. dicitur, quod fideles erant perseverantes in oratione, & fractione panis. Vbi mentio non fit sanguinis. Vnde argumentum videtur sumi, populum tunc communicasse in sola specie panis. Insuper & discipulos cutes in Emaus Dominum cognouisse in fractione panis Lucae. vltim. legitur. Quem locum secundum doctores Sanctos, scilicet, D. August. de consensu euangel. cap. 25. & D. Chrysostr. super Matth. homil. 17. & Rophentem contra Lutherum art. 16. intelligendum esse, de communionem corporis Christi non est ambigendum. Item antiquissima quoque iura, quae habentur de consecrat. dist. 2. ut can. presbyter. & can. qui non bene, hanc consuetudinem ecclesiae antiquissimam esse confirmant: cum in his iuribus praecipatur, pro infirmis eucharistiam seruari, vbi sanguinis nulla fit mentio. Postremo pro hoc facit Concil. Constantiense sessio. 16. vbi damnatur oppositus error. Et huius consuetudinis communicandi populum sub vna specie, indicitur sacerdotibus praecipuum & anathematizatur, qui oppositum fecerit, aut docuerit. Fautent deinde huic ecclesiae vsui figurae huius sacramenti, quae ex scriptura habentur. Nam licet Melchisedec, qui figura erat Christi, panem & vinum legitur Gen. 14. obtulisse, tamen in esu agni paschalis, aut in manna, quibus in figuram huius sacramenti populus cibatus est, & reseratus, nulla fit mentio vini, sed tantum cibi. Christus vero Dominus miraculo illo quinq; panum, quibus satiauit turbas, quasi praueniens institutionem huius sacri conuiuij altaris a se post instituendum nullam fecit vini, aut potus mentionem. Praeterea cum animalia in veteri lege oblata sacerdotibus, quo ad partem cederent in usum populi: tamen liquida libamina oblata, ut vinum, oleu, ut legitur Levitic. 23. neque

neque quoad aliquam partem in usum populi vertebantur, sed in solum usum sacerdotum cedebant. Quibus accedit, quod cum panes Propositionis, qui erant super altare in templo, populus semel in hebdomada manducaret, tamen sacrificiorum sanguinem ut Levitic. 3. & infra saepe refertur solus sacerdos applicabat ad linie da altaris cornua.

Ex praedictis insuper Sotus ait, quod quia communio sub vtraque specie non est, quali sit contra ius diuinu, condemnata (ut supra patuit) fit, ut per eundem ecclesiae prouilegium possit etiam nunc indulgeri, quibusdam magnatibus vti regibus, & Caesari, & cardinalibus non sacerdotibus, ut possint cum omni decentia & caute la sanguinem sumere. Quem morem nunc nonnulli Cisterciensium & Romae cardinales celebrante Pontifice seruant, ut ex calice consecrato sanguinem fistula argentea, vel aurea exorbeant.

Sed iam ad argumenta haeticorum, quae multiplicat contra hunc ritum decentissimam quem seruat ecclesia in communicando populum sub vna duntaxat specie, superest respondere. Quorum primum tumitur ex illo Ioann. 6. nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi cum sub eodem contextu sanguis proponatur & caro: sit consequens, ut vtrumque utpote necessarium sub praecipuo comprehendatur. Respondetur autem, ut supradiximus, contra Caiet. qui iam circa hoc se correxit quod locus hic euangelicæ de sacramentali manducatione est intelligendus, & non solum de incorporatione in Christum per fidem. Ita D. Thomas intelligit eam D. Augustino. Igitur hunc locum exponunt aliqui, nisi manducaueritis, ut ecclesia dispeluerit, carnem, & sanguinem, & cetera. Sed quia interpretatio haec, autore Soto, non est adeo textui conuena illa solutio, quam Concilium Constantiense insinuat. est quae exhaeret hanc difficultatem. Videlicet, quod sub speciebus panis caro simul & sanguis tumitur, licet sanguis illic non sit, nisi ex naturali concomitantia: tamen tam vere est ibidem, quam corpus.

Ad 2. argumentum haeticorum desumptum ex D. Paulo. 1. ad Corinth. 10. vbi loquens, cum fidelibus ait: vnum corpus omnes sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus, & 1. ad Corinth. 2. loquens populo Corinth. inquit: Quotiescumque manducaueritis panem hunc, & calicem biberitis mortem annuntiabitis: & inferius. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & calice bibat. Respondetur primo, quod cum Paulus ut ex principijs

suarum epistolarum liquet, epistolas mitteret ad totam ecclesiam, in qua tam sacerdotes quam seculares continebantur, sic sane, ut eius dicta proportionabiliter sint interpretanda, ut quaedam sacerdotibus, alia vero omni populo reliquo sint accomodanda, id, scilicet, de potu calicis sacerdotibus applicando: id autem de esu panis sacri popularibus attribuendo. Secundo dicitur quod quoniam teste D. Cypriano in aliquibus ecclesijs, vigeat consuetudo, ut sanguis dispenseretur populo, forte haec consuetudo inoleuerat inter Corinth. quibus D. Paulus scribebat, qui tamen vsus forte in Hierusalem vbi D. Petrus tunc erat, non erat in obseruatione, sed conuenientior est prima solutio.

Ad tertium argumentum obiectum ex Matth. 26. & ex Luca. 22. Hoc facite in meam commemorationem, vbi in forma praecipui dicitur. Hoc facite in meam commemorationem, & in ostensionem, & in exemplum adimpletionis huius praecipui discipulis corpus est datum, & sortum sanguine eis dedit Christus Dominus dicens: Bibite ex hoc omnes. Respondetur primo, quod non est negandum hic indicium fuisse praecipuum, ut concedit D. Thomas, licet illud male videatur negare Caietanum. Sed dicendum est per haec verba etiam instituisse Christum Dominum discipulos in sacerdotes, praecipuisse que eis iuxta dispositionem ecclesiae, celebrare ac populo sacramentum dispensare: ac subinde populo indixit praecipuum, ut secundum ecclesiae dispositionem sacramentum sumeret. Sicut iubens discipulis, ut baptizarent, & ut accipientes Spiritum sanctum remitterent peccata Matth. vltimo, & Ioann. 20. in virtute praecipui hominibus, ut baptizarentur, & fidelibus ut peccata sua confiterentur, ut ab eis absoluerentur: Secundo respondetur, per hoc quod curiose adnotauit Sotus, scilicet, quod apud Lucam dum Dominus dixit, Hoc facite in meam commemorationem, illud licet dixerit dum tradidit illis suum corpus, sed post calicis porrectionem illud non adiecit. Atque similiter D. Paulus. 1. ad Corinth. 2. in traditione corporis commemorat dixisse. Hoc facite, sed in porrectione calicis non ait, nisi, hoc facite quotiescumque biberis in mea commemorationem, ut ecclesia refert. Vbi non subditur vniuersale praecipuum bibendi, quod omnes liget. Ac per consequens ritus hic ecclesiae hinc apparet non esse contra praecipuum diuinum. Sed quia haec adnotatio (ut ait Sotus) ali quibus magis videbitur curiosa, quam ad argumentum sufficienter responsua, tertio ad rem respondendo dicitur quod quauis Christus vniuersalem ecclesiam isto praecipuo asseruerit, tamen Apostolis tunc ecclesiam representati-

bus inditum est. Quocirca in communi accipiendum est, scilicet, secundum ecclesie dispositionem, qua disposuit, ut sacerdotes sub vtraque specie illud sumerent, populus vero sub vna, vtrumque, scilicet, corpus, & sanguinem.

¶ Ad quartum argumentum, quod obijcit nobis detrimentum gratiae, quod patiuntur fideles non sumentes etiam sanguinem sub specie vini, quae perinde est collatiua gratiae, sicut species sacramentalis panis; Respondetur primo, nihil absurditatis praeferre, si concedamus auctiore gratiam conferri sacerdotibus sub vtraque specie, quam populo sub vna. Nam cum per summptionem corporis abunde effectus sacramenti participetur a populo, nulla iniuria infertur saecularibus, quia ecclesia rationem habens vitam ad periculum effusionis sanguinis consulens reuerentiae sacramenti, a potu sanguinis eos arceat. Secundo respondetur, magis ad gratiam populi ad quod verisimilius, scilicet, quod tanta & eadem praecise gratia conferatur sacerdotibus sub vtraque specie, quam populo sub altera, eo quod secundum Caietanum, gratia non minus conferatur virtute illius rei, quae sub speciebus continetur per concomitantiam, quam virtute illius, quae continetur illic ex vi consecrationis: nisi quod sacerdos si non erat dispositus digne, dum sumpsit corpus, ut gratiam reciperet, si post summptionem sanguinis se disponat, tunc eam virtute corporis & sanguinis recipiet. Si autem eam iam per summptionem corporis recepisset non amplius per summptionem sanguinis statim deorsum factam eam reciperet, sicut vnam hostiam post alteram sumeret. Nam etsi species sacramentales contra Caiet. instrumenta fiat conferendi gratiam, sed illam non conferunt, nisi virtute corporis, & sanguinis, ibi contenti.

¶ Ad alias autem argutias, & obiectiones, quibus obijcitur, quod fideles tenentur suscipere in voto sanguinem dominicum, Respondetur, quod a se res habet, sed iam suscipiunt in re illud, quod habent in voto, dum sumunt illud sub specie panis. At vero cum etiam obijcitur, quod perfectio huius sacramenti consistit in vtroque, ergo, ut populo perfecte detur sub vtraque specie est ei dispensandum, in promptu est solutio: quia satis est, ut sacerdotes illud perfecte, id est, sub vtraque specie sumant. Quo circa, neque exemplum Christi in contrarium mouet: sed magis hoc persuadet, qui non plebi, sed duntaxat Apostolis, quibus sacerdotes instruebat vtraque subministravit speciem. Vnde verbum illud Matthaei: Bibite omnes, non ad omnes fideles, sed praecise ad Apostolos, ac proinde ad sacerdotes aperte respicit.

¶ Ad postremum argumentum, quo arguitur

quod sacramenta ratione significationis operantur effectum sacramentalē gratiae: nam efficiunt quod significant: ergo cum species sacramentales panis non sint perfectum sacramentum, quia neque perfectum signum integræ spiritualis refectiois sunt, ideo non erunt tantæ efficaciae, quanta reperitur in vtrisque speciebus. Respondetur, quod licet exactius significetur integra refectio per vtramque speciem, quam per alteram, tamen ad conferendam tantam gratiam sufficit perfectio essentialis vtriusque rei contentæ, id est, corporis & sanguinis, quæ ibi sub specie sacramentalis panis continentur: sicut ad generandum hominem integrum sufficit perfectio essentialis, licet careat generas aliqua parte integrali, scilicet, pede aut manu: ita hic sufficit sanguis & corpus Christi sumptus sub vna specie panis. Neque obstat, quod obijcitur de significatione huius sacramenti: quia idem significatur per vnam speciem quatenus vtramque rem sacramenti continet, licet exactius significetur integra refectio per speciem vtraque, quæ per vnam & tamen idem significatur, sicut effectus baptismi, qui est ablutio spiritualis, & mors & passio Christi, exactius significatur per baptismum celebratum per abluitionem, quam per asperisionem: & tamen idem est effectus. Secundo possumus respondere magis ad rem cum D. Thoma in solutione ad 3. quod hoc sacramentum celebratur in signum & representationem dominicæ passionis, quæ quidem representatio in ipsa consecratione & summptione sacerdotis perargitur, ideo ibi completur eius significatio perfecte.

¶ Denique ad id, quod obijcitur de D. Laurentio Martyre, qui cum esset leuita strenuum dispensatorem sanguinis Christi se fuisse ostendebat coram Sixto, Respondetur primo, quod D. Laurentius solum insinuauit morem illum, qui dicitur tunc temporis inoleuisse in aliquibus ecclesijs, ut ministri altaris ministrantes pontifici eo tempore, quo solenniter celebrabat cum ipso pariter communicarent corpus & sanguinem, qui illis per diaconum dispensabatur. Secundo responderi solet, quod ideo D. Laurentius se compellabat sanguinis Christi dispensatorem, quia consecrationi corporis & sanguinis proximum ministerium exhibebat, assistendo pontifici consecrati.

## CAP. LXXVII.

*De modo, quo Christus Dominus usus est hoc sacramento. Vtrum Christus suscepit corpus & sanguinem suum: Vtrum corpus suum dederit*

*dederit Iudæ. & discipulis: & an si hoc sacramentum tempore passionis esset seruatum sibi Christus moreretur.*



**V**ASTIO. 81. De modo, quo Christus usus est hoc sacramento. Queritur primo, vtrum Christus suscepit corpus & sanguinem suum. Respondetur autem non esse

conuenienter dictum quod quidam dixerunt, scilicet, quod Christus suum corpus & sanguinem non sumpsit: quoniam ea quæ prius obseruanda ab alijs instituit ipse primitus obseruauit, iuxta illud Actu. 1. Cœpit Iesus facere & docere. Vnde quia alijs baptismum imponebat, voluit prius ipse baptizari: vnde prius ipse suum corpus & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit. Et hoc est, quod glossa super illud Ruth. 3. vbi dicitur, Cum comedisset & bibisset & cæ. ait, quod Christus comedit, & bibit in cœna corpus & sanguinem suum. Vnde quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem. Potuit autem Christus esse in suis manibus & in tuo ore, quia prout est in hoc sacramento, non comparatur ad locum secundum proprias dimensiones, sed secundum dimensiones specierum sacramentalium, ita ut in vnoquoque loco vbi sint illæ species, est ipse Christus. At vero licet Christi gratia habitualis non fuerit augmentata ex summptione huius sacramenti, habuit tamen quandam spirituales delectationem in noua institutione huius sacramenti. Vnde ipse dicebat: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Quo circa non solum intelligitur, quod accepit corpus suum in manibus ut discipulis traderet solum, sed etiam ut ipse sumeret. Vnde a quibusdam est metricè dictum. Rex sedet in cœna turba cinctus duodena: Se tenet in manibus, se cibatur ipse cibis.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod licet ista assertio, scilicet, quod Christus sumpsit hoc sacramentum quod suis discipulis in cœna tradidit non sit in euangelio expressa, tamen præter euangelicas coniecturas, grauisissimi authores eam affirmant, ut D. Hieronymus in epistola ad Hedibiam quæst. 2. quæ refertur can. nec Moyses. de consec. dist. 2. Vbi affirmat Christum dominum fuisse in cœna conuiuium, & conuiuiam. Vnde cum tredecim buccellas prius fregerit panis, quas simul cum habebat in disco, quem manibus tenebat, dixit: Accipite & comedite: hoc est corpus meum, suam prætulendo buccellam. Ratio enim conuiuij exposcebat, ut inuitans conuiuias discipulos suos, cum illis illum sacrum cibum ederet, iuxta

illud: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Et rursum: Non bibam a modo de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouum vobiscum in regno patris mei. Vbi insinuat vbi bibe. Atque etiam D. Chrysostr. homili. 83. super illud Matth. 26. Bibite ex hoc omnes reddit rationem dicens: Bibit ex eo, ut audientes hoc non dicerent, quid sanguinem bibo & carnem manduco.

¶ Secundo aduertendum est quod licet D. Thomas in solutione ad 3. neget Christum augmentum gratiae suscepisse, quia ab initio habuit eam in summo, tamen fatetur recepisse quandam delectationem spiritualis dulcedinis ex summptione huius sacramenti. Addit autem Alexad. Alenf. 4. part. quæst. 44. memb. 2. Neque seruo- ris charitatis augmentum hinc Christum Dominum suscepisse, quia perinde intensè ac feruide, quantum est ex parte actus interioris homines dilexit ab initio, sicut in fine vitæ. Verum tamē in opere ipso exteriori iste effectus charitatis magis in passione, quam in alijs operibus vitæ est manifestatus.

¶ Queritur, vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum? Respondetur autem, quod licet secundum D. Hylarium super Matth. Iudæ non dedit Christus corpus suum & sanguinem: tamen etsi hoc conueniens fuisset, considerata qualitas Iudæ, sed non fuit conueniens magisterio Christi, qui nobis debuit esse exemplar iustitiæ ut Iudam occultum peccatorem sine accusatore & euidenti probatione ab aliorum communione separaret, ne hinc exemplum daretur prælatis ecclesie similia faciendi; & ne Iudas exasperatus sic sumeret occasionem peccandi. Ideo dicendum est Iudam corpus & sanguinem Domini cum alijs discipulis suscepisse, secundum D. Dionysium, libr. de ecclesiast. hierarch. & D. Augustinum super Ioann. Nam Christus in quantum est in se etiam cum Iuda vinum in regno Dei bibisset: sed hoc conuiuium regni Dei Iudas repudiavit. At vero, licet sanctum non debeat dari canibus, tamen quia iniquitas Iudæ nota Christo erat, ut Deo, & non erat ei nota per modum, quo hominibus innotescit, ideo Iudam a communione non repulit, ut suo exemplo doceret huiusmodi peccatores occultos non esse a prælatis expellendos. Igitur Iudas non sub pane intincto (qui secundum D. Augustinum significabat fictionem eius vel forte significabat dulcedinem bonitatis diuinæ) corpus Christi sumpsit, sed antea secundum D. Augustinum distribuerat Christus omnibus discipulis suis sui corporis & sanguinis sacramentum, vbi ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. Et deinde ad hoc ventum est, vbi secundum quod narrat Ioannes, Dominus per buccellam



cellam tintam atque porrectam suum exprimit proditorem.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, quòd sententia hæc, scilicet, quòd Christus suum corpus & sanguinem communicauerit Iudæ, tanquam sanctorum communis, & tãquã euangelio cõsona suscipienda est. Est enim D. Augustini tracta. 5. 2. super Ioann. & epist. 163. & super psalm. 110. quod refertur. 1. quã est. 1. cap. Christus. cui assentit D. Hieron. super illud Marci: Biberunt ex eo omnes. Et D. Bernardus in quodam sermone, vbi ait. In eadem mensa sunt Petrus & Iudas. Et Remigius super Matth. ca. 26. Et D. Leo in quodam sermone de passione Domini. Igitur cum illa cœna duashabuerit partes, cœna facta, sed non cõsummata (nam postea recubuit & buccellam suo traditori tradidit) surgens à cœna pedes discipulorum, & Iudæ lauit & sine dubio post lotionem pedum in secundo recubitu instituit, hoc sacramentũ. Nã hic ordo erat necessarius secundum Bedam, vt cõpleta figura veteris paschæ, hoc est cõsumptio agni institueret nouum sacramentum. Cuius ratione vt summam munditiam insinuaret, quæ ad eius sumptionem est necessaria, prius pedes discipulorum lauit. Et licet cœna fuerit per lotionem pedum interpollata, tota vocatur vna cœna. Et quòd asideret illic Iudas docet palam Lucas ca. 22. Vnde sit consequens, quòd bibentibus omnibus Iudas quoque sumplit sacramentum. Cũ ergo, vt Marcus ait, omnes ex eo biberint, sit cõsequens, vt Iudas etiam biberit. Quocirca sententia hæc præterquam quòd est doctorum, etiam tanquam euangelij sententia amplectenda est. Secundo considerandum est buccellam porrectam Iudæ fuisse vino intinctam, licet id euangelium non exprimat: quia sacramentum ad elum agni necessarium non erat, neque Christus delicias curabat: & quia aqua intinctam dare nihil atinebat ad significationem fidei cordis Iudæ, & quia per sapidam buccellam significantem charitatem, illum Christus volebat allicere.

¶ Tertio aduertendum, quòd cum Ioanni in aurem Christus illud dedit secreto signũ proditiõis Iudæ, scilicet, buccellam intinctam nõ per hoc tunc proditus est Iudas. Nam alij discipuli id non intellexerunt, sicut neque illud dictũ Domini: Quod facis fac citius. Quorum diceret, perceperunt, putantes, admoneri illum de emendis cibis ad festum. Fuit igitur illa secreta reuelatio necessaria, vt postea pateret, omnia, vt Deum præcognovisset, iuxta illud, quod ipse dixit: Amen dico vobis, antequam fiat vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum.

¶ Quarto, si quis sciscitetur, quomodo post buccellam introiuit in Iudam Satanas, vt ait. D.

A Ioannes cum ante lotionem dixisset, quòd diabolus misisset in cor eius, vt traderet eum Iudas: dicitur cum Soto, quòd mittere in cor minus est quam intrare: igitur prius diabolus misit in cor eius consensum, vt Christum Dominum traderet; sed post modum post buccellam in eum intrauit. Et quẽadmodum in arreptitios, quorum membra agitat, & mouet solet intrare. Sic in Iudam intrauit, vt flagitiũ, quod in choarat ad finem executionis deduceret.

¶ Quartur tertio, vtrum Christus sumpsit & dedit discipulis suis corpus suum impassibile. Respondetur autem, quòd licet Hugo de sancto Victore asserit Christum in hac vita diuersis temporibus omnes dotes corporis glorificati assumpsisse, scilicet, subtilitatem in natiuitate ex utero clauso, agilitatem, ambulando super aquas maris, claritatem in transfiguratione: impassibilitatem in cœna tradẽdo corpus suum discipulis impassibile: sed hoc stare non potest: quoniam idem corpus dedit in sacramẽto, sicut in propria specie tunc erat. Ergo tale dedit, quale tunc habuit, scilicet; passibile. Quod tamen fuit sub speciebus sacramenti impassibili modo quia secundum quod ibi erat non erat tangibile neque sensu perceptibile: quia illic non comparatur ad aliquid extra per proprias dimensiones, aut accidentia. Dicitur autem secundũ quãdam glossam super illud Matth. 17. quòd transfiguratus est ante eos, dedisse Christum in cœna corpus discipulis, non mortale, & passibile: quia nõ dedit corporali & passibili modo. Christi autem crux dicitur fecisse carnem Christi aptam manducationi in quantum hoc sacramentum repræsentat passionem secundum gloss. Levitic. 2. super illud. Si oblatio tua fuerit de farragine. Si autem corpus Christi sicut passibile fuit tẽpore cœnæ passibili modo, esset sub sacramento per contactum, & comestionem discipulorum passum fuisse. Sed quia non fuit ibi passibili modo nihil potuit pati: licet ibi esset passibile: quia virtus verborum sacramentaliũ ad hoc se extendit, vt sit sub sacramento corpus Christi, scilicet, quibuscunque accidentibus realiter in eo existentibus, ex concomitantia non autem ex vi sacramenti, ex qua est ibi substantia corporis Christi.

C ¶ Quartur quarto, vtrum si hoc sacramentũ tempore passionis fuisse seruatum ibi Christus moreretur. Respondetur autem, quòd quia corpus Christi idem in substantia est in hoc sacramento & in propria specie, sed non eodem modo: nam in propria specie comparatur ad locũ extrinsecum, scilicet, per proprias dimensiones non autem prout est in hoc sacramento: ideo quid quid pertinet Christo, secundum quòd in se est,

¶ Quartur quarto, vtrum si hoc sacramentũ tempore passionis fuisse seruatum ibi Christus moreretur. Respondetur autem, quòd quia corpus Christi idem in substantia est in hoc sacramento & in propria specie, sed non eodem modo: nam in propria specie comparatur ad locũ extrinsecum, scilicet, per proprias dimensiones non autem prout est in hoc sacramento: ideo quid quid pertinet Christo, secundum quòd in se est,

se est, potest attribui ei in propria specie, & in hoc sacramento existenti, sicut viuere, & mori, dolere, animatum vel inanimatum esse, & cetera huiusmodi. Quæcunque autem conueniunt ei per comparisonem ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie ex cõsequenti: non autem prout est in sacramento: sicut irrideri, conspui & crucifixi, flagellari & cetera huiusmodi. Vnde à quibusdam metricè dictum est: Pyxide seruato poterat sentire dolorem, innatum, sed non illatus conuenit illi: Vnde mori tunc tempore passionis in sacramento poterat, non tamen pati quia passio est per comparisonem ad agens extrinsecum, ad quod in sacramento non comparatur. Quoniam verò ex cõcomitantia sub specie panis est sanguis, & sub specie vini sic est corpus, quia nunc in cælo sanguis nõ est separatus à corpore, consecrato corpore ibi ex concomitantia est sanguis, sed in triduo passionis, quando sanguis à corpore Christi realiter fuit separatus, si hoc sacramentum fuisset consecratum sub specie panis, fuisset solum illic corpus & sub specie vini esset solum sanguis: sic etiam, quoniam anima Christi est in hoc sacramento ex reali concomitantia, quia non est sine corpore & non est ibi ex vi sacramenti consecrationis, ideo si in tempore, quo fuit anima Christi à suo corpore separata realiter fieret consecratio non fuisset anima Christi sub hoc sacramento, tunc non propter virtutem defectus verborum, sed propter aliam dispositionem rei.

## CAP. LXXVIII.

*De ministro huius sacramenti. Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdoti. Et vtrum plures sacerdotes possint vnam & eandem hostiam consecrare: Et an ad sacerdotes pertineat huius sacramenti dispensatio: Et an sacerdos consecrans teneatur illud sumere: Et an malus sacerdos possit consecrare: Et an missa mali sacerdotis minus valeat, quã boni: Et an valor missæ sit variabilis: Et an tantum valeat pro pluribus sicut pro vno. Et an liceat pro vna missa accipere plures pstantias: Vtrum hæretici & excommunicati possint consecrare: Vel an liceat ab eis cõmunionem accipere.*



VASTIO. 82. de ministro huius sacramenti. Quartur primò, vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdoti. Respondetur autem, quòd sacramentum hoc

est tantæ dignitatis, quòd non conficitur, nisi in

A persona Christi. Vnde quia agens aliquid quòd suam transcendit virtutem, illud operari nõ potest, nisi per potentiam ab eo concessam in cuius persona illud agit ideo sicut baptizato conceditur à Christo potestas sumendi hoc sacramentum: ita sacerdoti cum ordinatur confertur potestas hoc sacramentum consecrandi in persona Christi. Per hoc enim ponitur gradus eorum, quibus dictum est à Domino: Hoc facite in meam commemorationem. Ideo relinquitur, vt certum, quòd conficere hoc sacramentum, proprium sit sacerdotum. Nam virtus consecratiua huius sacramenti nõ solum consistit in ipsius verbis, sed etiam in potestate sacerdoti tradita in sua ordinatione. Virtus enim instrumentalis in pluribus instrumentis consistit, per quæ principale agens agit. Neque verò ad conficiendum hoc sacramentum sufficit, quòd laicus sit vnitus Christo per charitatem, si non sit vnitus ei per sacramentalem consecrandi potestatem. Dicitur ergo fidelis huiusmodi habere spirituale sacerdotium ad offerendas spirituales hostias; de quibus dicitur sacrificium Deo spiritus contribulatus: non tamen ad conficiendum hoc sacramentum, nisi sit sacerdotio initiatus. Neque etiam sequitur, quòd si laicus possit in articulo necessitatis baptizare, ideo possit hoc sacramentum conficere: quia perceptio huius sacramenti non est tantæ necessitatis sicut perceptio baptismi. At verò licet ad episcopum, quippe qui accipit potestatem supra corpus Christi mysticũ, id est, super ecclesiã, pertineat benedictio christi, & olei sancti, & olei infirmorum, & aliorum, quæ consecrantur, & ad eum etiam spectet tradere non solum populo, sed etiam sacerdotibus ea, quibus possunt proprius officijs vt; tamen consecratio huius sacramenti, quia non pertinet ad dispositionem corporis mystici non reseruatur episcopo, quanuis prædictæ aliæ consecrationes ei reseruantur tanquam principii totius ecclesiastici ordinis.

D ¶ Notandum est primò circa prædictam doctrinam ex hæresi contraria totam perniciem Germanorum esse obortam. Nam postquã sacerdotibus peculiarem potestatem sacramentorum à Christo collatam esse inficiantur, subinde pertrahuntur ad negandum eadem sacramenta vllum habere supra naturalem effectum. Ex quo inferunt quòd respublica suos possit creare presbyteros. Imo Lutherus eis persuasit, vt crederent omnes christianos esse æquales, neque sacerdotes laicis præcellere; neque agricolis episcopos, neque Papam bubulco. Verumtamen vniuersi rerum ordines, & hierarchiæ aduersum hanc peruersam æqualitatem, quam confinxit Lutherus test. dicantur: & rerum natura ex partibus in-

bus inferioribus & superioribus constas in quarum ordine inæqualitatis resplendet rerum varietas, pulchritudoque vniuersi effulget aduersum Lutherum vociferatur. Et D. Dionysius Apostolorum discipulus ecclesiasticam hierarchiam diuino munere instituta docet. Sed quia res hæc inter catholicos est peruia, scilicet, de hierarchia ecclesiastica, & quia in sacra scriptura passim, expressa de ea habetur mentio, & quia sancti Doctores frequentius de ea meminerunt, & quia ex modernis Doctoribus multi multa testimonia scripturæ & sanctorum Doctorum aduersum hanc vesaniam Lutheri coaceruarunt, vt Ekius in suo enchiridione: ideo in hac re nõ amplius immorandum duxi.

¶ Quæritur secundo, vtrum plures sacerdotes possint vnam & eandem hostiam consecrare. Respondetur autem, quod sacerdos cum ordinatur constituitur in gradu eorum, qui à Domino acceperunt potestatem consecrandi in cæna. Et ideo secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum, sicut Christo coenanti concœnauerunt discipuli ita noui ordinati episcopo ordinari concœlebant. Neque per hoc iteratur consecratio super eandem hostiam: quia sicut Innocentius III. dicit omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis. At verò licet plures eundem baptizare iure non concedatur, quia Christus non simul baptizauit cum alijs discipulis: tamen simul sacerdotes nouos cum episcopo consecrare permittitur, quia discipuli Christo coenanti concœnauerunt, quæ congruentia quædam est approbans id facti. Nihilominus si plures eundem baptizare attentarent simul, licet peccaret contra ius, factum teneret, si non partialiter & dependenter baptizare intenderent, sed absolute vnus quisque lauando & formam proferendo non complexiue in plurali, sed in singulari vt supradictum est. Adde etiam, quod si quilibet sacerdotum tunc operaretur in virtute propria, superfluerent alij celebrantes vno sufficienter celebrante. Sed quia sacerdos non consecrat, nisi in persona Christi, in quo multi sacerdotes sunt vnum in Christo, ideo non refert, quod per vnum, aut plures hoc sacramentum consecratur nisi, quod oportet ritum ecclesiæ seruari. Neque propterea, quod hoc sacramentum secundum D. Augustinum super Ioannem est sacramentum vnitatis, derogat ei, vt eadem materia à pluribus sacerdotibus simul consecratur: quia eucharistia est sacramentum vnitatis ecclesiasticæ secundum hoc, quod multi sunt vnum in Christo.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod ista sententia D. Thomæ, scilicet, quod qui initiatur sacerdotio, simul conse-

crant cum episcopo, non est res in euangelio expressa, neque quæ inde expresse eliciatur. Nam rationes D. Thomæ solæ sunt quædam congruentiæ. Quia licet apostoli concœnauerunt cum Christo, sed non consecrauerunt cum Christo, sed ipse solus Christus consecrauit. Neque est vniuersalis ecclesiæ mos, sed quarundam ecclesiarum, quocirca in disputationem citra scrupulum potest adduci.

¶ Secundo aduertendum est trifariam posse sacerdotes ad consecrationem vnus hostiæ concurrere. Primo modo, ita vt quilibet partem illius hostiæ intenderet consecrare, & tunc si eam nõ signaret, sed in confuso eam intenderet consecrare, tunc nulla esset consecratio: quia pronomen hoc singularem debet monstrare materiam. Secus est si illam partem pennicillo delinearet; quia tunc à se signatam quilibet consecraret. Secundo possunt concurrere complexim conditionaliter, & cum dependentia vnus ab altero. Et sic, sicut diximus in materia de baptismo, præterquam quod sacrilega esset ista intentio condicionalis cum alio consecrandi (quia intentio debet esse absoluta & non condicionalis) non esset sufficiens ad conficiendum sacramentum. Tertio concurrere possunt quasi habentes suam quisque intentionem totalem perse consecrandi. Et tunc

negari non potest quin omnes consecrent, si omnes eodem adæquato tempore formas finiant. Sed quid, si verba non in eodem instanti compleant, respondetur, quod Caietanus ait quod conclusio D. Thomæ intellecta de possibili, nihil dubitationis implicat, quia cum possint in eodem instanti prolationem formæ cõsummare à pluribus, tunc fieret eiusdem hostiæ consecratio: sed de facto difficilis est intellectu: quia cum de facto, moraliter loquendo, omnes ordinati non proferant verba in eodem instanti illa finientes difficiliter intelligitur, quomodo tunc omnes eandem hostiam consecrent, vnde arbitratur Caietanus cū Durando distinct. præsentem quæst.

tertia de facto ab omnibus sacerdotibus non cõfici cõsecrationem, sed solū ab episcopo. Quod sibi his persuadet rationibus. Tum, quia populus hostiam non adorat quousque episcopus formæ consecrationis verba finierit. Tum secundo ob rationem Durandi: quia nõ videtur, quod ex intentione concelebrantium effectus formæ possit retardari, cum iam sit prolata ad tempus in quo omnes consecrantes prolationem formæ finierint. Tum, quia in pontificali Romano mōnentur, vt noui sacerdotes dicant omnia verba canonis simul cum episcopo, sicut si ipsi celebrarent, quasi innuendo, quod ipsi non celebrant, sed induunt quandam imaginem representatiuam concelebrantium. Ex prædictis quasi corollarie conclu-

concludit Caietanus, quod noui sacerdotes debent proferre formam, nullam habendo intentionem determinatam consecrandi, aut non consecrandi, sed intendendo apud se facere quod debent. At verò licet ista opinio Caietani tuta quidem videatur, tamen non est consona cum ritu, qui obseruatur & ab ipso episcopo ordinante iubetur, vt scilicet, cum eo omnes simul proferant consecratoria verba. Nam si non possent consecrare exponerentur periculo sacrilegij. Igitur, vt hic ritus à periculo sacrilegij saluetur duo sunt magis sustentabiles modi dicendi. Primus, scilicet, quod non requiritur tam iustus & adæquatus concursus formarum pro eodem instanti, sed sufficit simulitas (vt aiunt) moralis, id est, quod dum non sit longa mora vna prolatio post aliam proferatur, vt virtute omnium possit fieri consecratio. Itaque, licet quando aliquis sacerdos solus celebrans conficit sacramentum, in sua facultate situm non sit præuenire, aut retardare sacramenti effectum: quoniam tunc finita forma consequitur effectus: tamen quando omnes simul consecrant, quoniam omnes illi & illorum formæ assumuntur à Christo, tanquam vnicum instrumentum, non videtur sequi effectus, id est consecratio, nisi in ultimo instanti prolationis formæ ab omnibus factæ. Quemadmodum exëplificari potest in casu, quo aliquis sacerdos baptizat, & finit primo formam, antequam finiatur ablutio non statim finita forma effectus sequitur: sed quousque finiatur ablutio: quoniam vtrumque assumitur tanquam vnicum instrumentum ad conferendam gratiam baptizato: sic & in proposito. Per quem quidem modum dicendi, atque eius probationem, qui eius sunt assertores existimant sufficenter argumētū Durandi soluisse. Ceterum Sotus, licet fateatur istum primū modū illi aliquando placuisse, tamen nūc ideo sibi displicet; quoniam licet in baptismo vbi concurrunt materia & forma, non exigatur tam adæquatus concursus vnus cum altera (vt supradictū est) hic tamen vbi ad consecrationem non requiritur vsus, materiæ, sed solum prolatio formæ super materiam, videtur necessario inferri, vt sicut vno solo celebrante in illo instanti terminatio prolationis formæ corpus Christi per primum sui esse incipit esse in sacramento, sic omnino fiat dum plures simul consecrant. Igitur secundus modus dicendi est, quem nūc sequitur Sotus, quod si non omnes adæquate absoluant prolationem formæ ille solus qui primo absoluit, siue sit episcopus siue alius consecrat: aliorum vero qui sequuntur nullus. Neque iste modus, inquit Sotus, est absurditatis tribuendus. Quia cum certū sit aliquæ ora consecrare citra periculum idolatriæ id sit, atque ab sacrilegij crimine id ab-

est quia in cõsecratione hac nulla fit characteris impressio sicut fit in baptismo: atque ideo supra hostiam consecratam formam interare sacrilegio caret. Tum, quia vnusquisque eorum putat se cõsecrare. Tum, quia ecclesia id permittit. Nā licet autore Durando qui fuit magister sacri palatii suo tempore talis ritus Romæ non esset, sed solū in vetusto pontificali Romano sic legatur, Nouiter ordinati presbyteri dicant omnia, quæ sunt in missali, sicut si celebrarent (vnde & mos modo durat vt in ecclesia hostia non adoretur tūc, quousque episcopus consecrauerit) Tamen in pontificali nouo à tempore Innocentij, 8. Paulo ante annum Domini millesimum quingentesimum legitur, quod curet pontifex vt morose & alte canonem dicat, & adiicitur ibi, quod eodem momento debent ab ordinatis verba cõsecrationis dici, quo dicuntur ab episcopo. Et fortasse, vt Caietanus ait, illud adiectum fuit ad fauendum opinioni Innocentij. 3. quam tenuit, vt doctor, sed non tanquam papa eam decreuit. Ex prædictis infertur corollarie, quod cõsultius est, vt dum non possunt omnes se accommodare ad punctim & syllabatim proferendam formam cū episcopo, vt curet paulo morosius, eam proferre, quam celerius. Nam si aliquis prius consecratus est, vt is sit episcopus maximè decet. Quocirca antequam ille consecret non solet sacramentum adorari, sed postquam ille finierit formam statim adoratur. Et per prædicta patet ad argumenta Caietani, & Durandi in contra posita.

¶ Quæritur tertio, vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem. Respondetur, quod ad sacerdotem eius dispensatio pertinet. Tū primo, quia sacerdos in persona Christi consecrat, ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cœna, ita etiam alijs sumendum dedit. Vnde sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Tum secundo, quia sacerdos cõstituitur medius inter Deum & populum. Vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus populo tradere. Tum tertio, quia in reuerentiam huius sacramenti tangi non debet ab vlla re, nisi sit consecrata. Vnde corporale & calix consecrantur, & similiter manus sacerdotis ad tangendum hoc sacramentum. Vnde nulli alij tangere licet nisi in necessitate, puta, si caderet in terra, vel in aliquo alio necessitatis casu. Olim autem dispensatio sanguinis diaconibus erat concessa in locis, vbi dispensabatur: quia propinquiore sunt sacerdotibus. Dispensatio autem corporis Christi illis non concedebatur, nisi in necessitate iubente episcopo, vel presbytero. Ratio

Ratio autem huius est, quia sanguis Christi continetur in vase: unde non oportet quod tãgatur à dispẽsante, sicut tangitur corpus Christi, quia per hoc sacramentum perficitur homo secundũ se per coniunctionem ad Christum. Ideo conferre hoc sacramentum pertinet ad sacerdotem: aliã autem perfectiones, quibus homo perficitur per comparationem ad alios episcopo referuntur, vt confirmationis sacramentum, quod perficit hominem in ordine ad defendendam fidem aduersus hostes.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod non solum dispensatio huius sacramenti ex iure ecclesiastico competit sacerdotibus, vt iure ecclesiastico patet eis cõpetere cap. omnis vtriusque sexus de poenit. & remiss. & ex can. peruenit de consecr. dist. 2. sed etiam ex iure diuino eis competere probatur: quia can. prædict. peruenit: nõ tam acriter prohiberetur laicus dispensare hoc sacramentum alijs, tanquã hoc eum facere horribile, execrabile esse decernendo, nisi à iure diuino id dissonare Synodus sentiret. Tum, quia reliquorum sacramentorum administrationes, quã necessarium requirunt ministrum (quod dicitur ad excipiendum matrimonium) cunctæ competunt iure diuino sacerdotibus ex officio, excepta permissione, qua laicis permittitur in articulo necessitatis conferre baptismum. Verum tamen etsi hoc sit de iure diuino, non tandem tam stricte est de iure diuino, vt soli sacerdotes hoc sacramentum dispensent, quam vt soli consecrent, nam cõsecrare alij ex dispensatione nõ possent, sicut ex ea possent illud administrare.

¶ Secundo aduertendum est, nos supra tantũ id conclusisse ex officio solis sacerdotibus incumbere, sicut & consecrare, ita & dispensare. Sed quia administratio sacramentorum ad iurisdictionem etiam pertinet, ideo sacerdos administraturus hoc sacramentum, sicut & administraturus sacramentum absolutionis iurisdictionem in eos, quibus ministrat habere opus habet, ex iure communi, vel ex priuilegio & commissione. Quocirca in paschate resurrectionis soli paracletici possunt suis subditis eucharistiam administrare. At in reliquo tẽpore religiosi id possunt, sicut & confessiones audire, vt habet cap. religiosi. de priuilegijs. Accedit, quod Nauarrus allegans in sum. cap. 2. r. na. 52. supplementum priuilegior. Apostolic. concess. 100. tradit Leonem. 10. concessisse minoribus, & consequenter Dominicanis, & his, qui eorum priuilegia communicant, vt sacerdotes eorum ordinum Dominicum corpus secularibus administrare possint: excepto solo die paschatis: quod vt Leo ipse in sua concessione satis declarat intelligitur (vt ait

Nauarrus) illo die excepisse Papam solam communionem diei paschæ, siue fiat ad faciendum satis præcepto ecclesiæ siue non, licet aliquibus videri possit hanc exceptionem diei paschatis resurrectionis, debere intelligi de omni communionem, qua huic præcepto satis fit.

¶ Perpendendum est tertio, quod sacramentum non debere tangi à re non sacrata (vt ait D. Thomas) intelligitur dum sacramentum perficitur: ideo consecratur calix & linteola, & vestes. Sed ad conferuandum sacramentum non est necesse vt pyxis sit consecrata, & eadem ratione potest illud laicus manu tangere in necessitate. Neque exemplum punitionis in Ozam editũ, qui legitur morte subita interemptus. 2. reg. 6. eo quod manibus contingere ausus fuit arcam Testamenti, non arguit culpam imputandam esse laico, si illud leuauerit è terra in necessitate; quia illa præcepta erant caeremonialia pertinetia ad legem timoris. Lex autem euangelica nõ est lex seruorum, sed filiorum: ideo non licet arguere ex vna ad aliam circa caeremonias. Quarto memoria recolendum est, quod in absentia presbyteri ex interpretatione voluntatis eius quod id ratum haberet, posset diaconus per se deferre hostiam consecratam ad ærotum iacetem, & eam illi ministrare. Si tamen presbyter esset præsens non liceret diacono cum presbytero super hoc contrapugnare, sed admonendus esset de sua negligentia. Quod si sacerdos iniquus esse pergeret contra infirmum, nolens ei subuenire posset diaconus tunc suum munus præstare. At licet hæc sententia placeat Soto innitenti iuri canonico: sed (vt prædiximus) vbi id fieri nõ esset in vsu, tum, quia res noua appareret populo rudi, eo quod forte id reuerentiã tantũ sacramenti non decere existimaret, & notam scandali conciperet, tum, quia non est sacramentum tantæ necessitatis sicut baptismus, non præcipitanter, sed maturo consilio episcopi esset hoc agendum, qui in sua synodo decerneret, an isto casu raro, qui posset accidere, posset diaconus stante desuetudine, quã videtur derogare legi publicæ præsertim, & per vias publicas deferre viaticum ad domum infirmi, & illud ei porrigere. Sed iam nullibi est mos, vt diaconus sanguinem dispenset. Neque annuente papa reprobandus est vsus, quem satis approbare non audet Durandus, scilicet, quod celebrãte papa Romæ diaconus cardinalis communionem exhibeat capellanis sacerdotibus. Caterum subdiaconis (cum non sint immediati sacerdotis ministri, sed diacono tradunt materiam consecrandã, vt diaconus eam tradat sacerdoti) non est concedenda administratio huius sacramenti. Nã hæc ratio admonet vt neque sanguinem possit administrare.

ministrare. Caterum intolerabilis est opinio aliquorum, quam allegat Syluester eucharistia. 3. §. 4. tenentium, posse lacrum in extrema necessitate sacramentum ad infirmum deferre: quia sacramentum hoc non est tantę necessitatis, vt debeat laico permitti, id quod canone peruenit horribile & execrabile esse censuit synodus.

¶ Quartum quarto, vtrem sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum. Respondetur autem, quod eucharistia non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium. Sacrificij autem particeps esse debet is, qui illud offert, quia exterius sacrificium interioris sacrificij per quod offerens se offert Deo signum est (vt ait D. Augustinus. 10. de ciuitate Dei. similiter, quia dispensans populo sacrificium in hoc se ostendit esse dispensatorem diuinorum, quorum ipse primum debet esse particeps secundum D. Dionysium in libro de ecclesiastica hierarchia. Vnde fit, vt ante sumere hoc sacramentum debeat antequam populo dispenset. Vnde in Concilio Toletano, & refertur de consecratione distinctione. 2. canone. Perlatum. sic decernitur, Modis omnibus tenendum est, vt quotiescunque sacrificans corpus Christi, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altari immolat, toties perceptione corporis & sanguinis Christi participem se præbeat, & addatur ibi. Quale est sacrificium, cuius neque ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Atque ideo necesse est, vt sacrificans ipsum sumat integre sacramentum. Nam & hoc insinuat D. Paulus dum. 1. ad Corinthios. 10. ait: Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? At licet episcopus in alijs consecrationibus, quia consecrat aliquam aliam materiam non vitur ipse statim ea, id est, quia tales consecrationes non sunt sacrificia, secus est de ista consecratione eucharistiæ, quia sacrificium est etiam. Itẽ, quia vtus huius sacramenti cõsequenter se habet ad hoc sacramentum, & quia baptismus non sic se habet, sed in ipso vsu perficitur, ideo nemo potest baptizare se ipsum, quia agens & patiens respectu ipsius esse non potest: & tamẽ sacerdos potest se cibare ex illo sacramentali cibo; quia non in eius vsu, sed in consecratione materiæ perficitur hoc sacramentum. Si tamen corpus Christi, sub specie carnis, vel sanguis in specie sanguinis appareret, non esset sumendum à sacerdote (vt ait D. Hieronymus super Leuiticũ) neque tamen propter hoc transgressor efficeretur: quia ea, quã miraculose fiunt legibus non subduntur, consulendum tamen esset sacerdoti, quod iterato corpus & sanguinem Domini consecraret, & sumeret. Circa prædicta aduertendum est contra Instruct. cont. Pars. 2.

A Lutherum, quod licet in veteri lege sacrificium, quod perpetuum erat holocaustum totum Deo relinquebatur, atque ideo igne cremabatur: tamen in euangelica veritate id potissimum Deo datur, quod sacerdotes in eius nomine consumunt. Neque enim vt blasphemus ille innuit, sacrificium nostrum est cremandum. ¶ Secundo perpendendum est contra frat. Iosephum in suis floribus dicentẽ, quod in prædicto casu, vbi illo miraculo contingenti consulendum esset sacerdoti, vt iterum consecret & consumat D. Thomas ait: de præcepto iterum à sacerdote fore consecrandum, vt illud sumat (quia inquit præceptum de perficiendo sacrificio per miraculum non tollitur cum possibilitas illud implendi non tollatur) quod nihilominus fallitur quia D. Thomas; cui subscribit Sotus, & Caietanus, censet miraculum aboluere hominem à tali præcepto, licet melius sit, vt iteretur. In calu autem, quo venenum in calice esset repertum, fortasse inquit Sotus, est necessariũ vt iteretur. Sed de hoc infra redibit sermo.

¶ Quinto quaeritur, vtum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit. Respondetur autem, quod sacerdos non virtute propria, sed sicut minister Christi in eius persona consecrat hoc sacramentum, non autem ex hoc aliquis definit esse minister Christi, ex eo quod malus est. Habet enim Dominus bonos & malos tertios & ministros. Potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit, nam de ista iustitia, qua quis iustus est apud Deum, constare euidenter non potest, cum D. Paulus. 1. ad Corinth. 4. dicat: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi: & tamẽ subdit, Nihil mihi cõciliatum, sed neque in hoc iustificatus sum. Ad excellentiam ergo Christi pertinet, cui sicut vero Deo seruiunt, nõ solũ bona, sed mala, quã per ipsius prouidentiam in ipsius gloriam ordinantur, & sacerdotes, etiam si non sint iusti, sed peccatores possint eucharistiam consecrare, D. autẽ Hieronymus super Soph. dicẽs quod sacerdotes impie agunt in lege Christi putantes eucharistiam precantis facere verba, nõ vitã, solũ improbat errorẽ sacerdotũ, qui credebãt, se digne posse eucharistiam cõsecrare, ex hoc solũ, quod sunt sacerdotes, etiã si sint peccatores. Quod improbat D. Hieronymus per hoc, quod maculosi ad altare accedere prohibentur, nõ tamẽ remouentur, quin si accesserint sit verũ sacrificiũ, quod offerunt: Quod autẽ Gel. Papa ait, & habet in Dec. 1. q. 1. c. sacrosancta. Quomodo ad diuini mysterij consecrationem spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos, qui ibi adesse eum deprecatur. criminosis actionibus plenus, cõprobetur? (vt ex præcedentibus apparet eius intentio.) S intentio.



intentio) intelligendum est, quod peccator non debet ad hoc sacramentum accedere. Vnde hoc, quod subdit, quomodo caelestis spiritus aduocatus adueniet, intelligi oportet, quod non aduenit ex merito sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius verba profert sacerdos. Vnde non obstat, quod scriptum est Malachia. 2. Maledicam benedictionibus vestris. Quoniam, sicut elemosyna in quantum sit ex praua intentione ministri, potest esse mala, & bona, etiam in quantum sit ex bona intentione domini: Ita benedictio sacerdotis peccatoris, in quantum ab ipso indigne fit, est maledictione digna, & quasi infamia, seu blasphemia, & non oratio reputatur: at verò in quantum profertur ex persona Christi, est sancta & efficax ad sanctificandum. Vnde signanter dicitur: Maledicam maledictionibus vestris. Accedit ad prædictam doctrinam, quod præter quam, quod contraria doctrina est hæretica, cuius autor fuit Vitellius, vix alias possemus esse certi, an publici ministri ecclesie potestatem habeant, vt tam acta eorum, quam sacramenta ab ipsis confecta & impensa valorem fortirentur, omniaque essent in ecclesia turbatione & confusione plena. Sed iam ex pluribus testimonijs D. August. contra Donatistas, & testimonijs aliorum sanctorum catholicam hanc sententiam corroborabimus, scilicet, quod sacerdos malus valide consecrat, atque valida sacramenta administrat. Nam character ei datus ad consecrandum, qui non est virtus ad bene operandum, sed est mera potentia, & indelebilis facultas ad operandum, siue bene siue male hanc catholicam veritatem confirmat. Nam alias secundum istos hæreticos nunquam certi essemus, an verum sacramentum adoremus, an vero idololatremus.

¶ Quæritur sexto, vtrum missa sacerdotis mali minus valeat, quam missa sacerdotis boni. Respondetur autem, quòd cum in missa duo sint consideranda, scilicet, ipsum sacramentum, quod est principale & orationes, quæ in missa fiunt pro viuis, & mortuis: quantum ad sacramentum non minus valet missa sacerdotis mali, quam boni, quia vtrouque idem conficitur sacramentum: quantum vero ad orationem, quæ fit in missa, si consideretur talis oratio, in quantum habet efficaciam ex deuotione sacerdotis orantis, sic citra dubium missa melioris sacerdotis magis est fructuosa. Si autem eadem oratio consideretur in missa, quatenus profertur à sacerdote in persona totius ecclesie, cuius sacerdos est minister, quod quidem ministerium etiam in peccatoribus manet, fructuosa est, non solum oratio

A sacerdotis peccatoris dicta in missa, sed & omnes eius orationes, quas facit in ecclesiasticis officijs, in quibus gerit personam ecclesie, licet orationes illius priuatæ non sint fructuosæ secundum illud Prouerb. 2. Qui declinat a rem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. D. Autem Gregorius in registro dicens, Heu in quâ magnum laqueum incidunt, qui diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credunt, loquitur hic quantum ad sanctitatem diuini sacramenti. At licet baptismus collatus à meliori ministro non sit melior, quia ibi non fiunt solennes orationes pro omnibus fidelibus: tamen missa, in qua fiunt prædictæ orationes, quantum ad orationes, prædicto modo potest magis valere, si dicatur à meliore ministro. Virtus autem Spiritus Sancti per vnitatem charitatis efficit, quòd bonum priuatum, quod est in missa sacerdotis boni sit fructuosum alijs: malum autem priuatum hominis vnus non potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum, autore D. Augustino in lib. Contra Parmenianum.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est, Caietanum tenere missam mali sacerdotis simpliciter tanti valoris esse, quam boni sacerdotis, quia vterque est minister ecclesie, & sacramentum, quod vtrumque conficit idem est, & preces publicæ, quæ ibi ex institutione ecclesie ab vtroque dicuntur in persona ecclesie dictæ eiusdem valoris sunt in malo & in bono. Orationes priuatæ, quas vt persona priuata vterque superaddit de per accidens se habent ad sacrificium, atque ideo inde sacrificio nihil perse adijcitur, vel adimitur. Nihilominus dicendum videtur magis ad mentem D. Thomæ cum Scoto distinctione. 13. questione. 2. & cum Soto, quòd licet preces, quas sacerdos præter ecclesie institutum adhibet in missa accidentariæ sint ad sacrificium, quas consultius forte esset non passim multiplicare, de quibus sanctus Thomas non meminit: sed tamen, quia preces, quæ ex institutione ecclesie dicuntur in missa, & quantum habentur ratio in sacrificio missæ, quatenus ex peculiari deuotione sacerdotis procedunt maioris valoris sunt in bono sacerdote, quam in malo, hinc prouenit, vt missa boni sacerdotis simpliciter & absolute, omnibus pensatis melior sit, quam mali, & patet primo; quia licet meritum sit in personis christianæ rei publicæ, nihilominus applicatio fit per istum ministrum. Quocirca applicatio & oblatio sacrificij non est tanti valoris, dum fit per prauum sacerdotem, quantum ad impetrandam gratiam, quanto enim melius est instru-

instrumentum, tanto opus melius efficitur. Ita D. Thomas in. 4. dist. 13. quæst. 1. quæst. 5. Et hoc probat ratio Scoti. Tum, quia canon, qui habetur. quæst. 1. vbi dicitur, quòd quantum sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius, in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur, patenter loquitur de sacerdotibus, quatenus sunt ministri ecclesie, alias non magis meminisset de sacerdotibus, quam de laicis. Tum quia elemosyna per malum seruum dispensata licet nihil de demerito domini detrahat, nihilominus considerata in particulari non est Deo æque grata. Sic contingit & in missa: quòd & videtur sensisse D. Thomas, dum notatè dixit, oblationem & orationem mali sacerdotis, vt minister ecclesie est, esse fructuosam absolute, & non dixit comparative tam fructuosam esse sicut oratio boni sacerdotis.

¶ Secundo aduertendum est, ex sacrificio missæ triplicem fructum prouenire. Vno modo per modum meriti talem hostiam offerentis. Quocirca sacerdos in peccato mortali celebrans hunc fructum reportare non potest ex suo sacrificio, quia extra gratiam nullum est meritum, sed quatenus illa oblatio est ecclesie applicabitur illi Christi & ecclesie meritum. Secundus effectus inde dimanans est, satisfactio virtute operis, id est, hostiæ. Quæ licet autore D. Thomæ crescat ex deuotione offerentis, sed ratione deuotionis mali sacerdotis, quia nullius est valoris, non crescit. At verò tertius effectus ex sacrificio dimanans, qui est impetratio, qui per modum suffragij applicatur defunctis, nihil virtute sacerdotis mali quatenus est priuata persona, valebit: nihilominus eius oblatio quatenus fit ex nomine ecclesie, & ex eius autoritate suam valorem fortietur. Idemque est censendum de circumstantibus specialiter offerentibus, vel elemosynam pro sacrificio porrigentibus, si sint in peccato mortali constituti.

¶ Porro hic illa excitatur quæstio, an valor missæ ex ea parte, qua ecclesie merito ininitur sit variabilis. Videtur autem varietatem admittere. Nam vsu euenire solet, vt in ecclesia Dei in vno tempore maior iustorum numerus effulgeat, quam in alio, & maiori sanctitate effloreat: ergo tunc ex hac parte cumulatior fructus missæ erit, id est, maior tunc proueniet fructus via impetrationis, atque via satisfactionis. Gabriel autem super canone lect. 26. secutus Aliacum, affirmatiuam tenet. Sotus verò in negatiuam magis inclinat, hac motus ratione, quòd sacramentorum ministeria non fundantur in gratia personarum ecclesie, sed in passione Christi. Vnde Instruct. conc. Pars. 2.

A si per impossibile nulla in ecclesia esset persona grata Deo: nihilominus sacrificium suum non de fraudaretur valore. Item, quia ex merito personarum dormientium, vel alijs rebus vacantium, non attendentium ad sacrificium, nihil videtur ecclesie accedere fructus. Nihilominus responderetur ad quæstionem per sequentia dicta. Dicitur ergo primo, quòd si ad impetrationem, quæ huius sacrificij fructus est, attendamus, citra dubium perse loquendo: hoc sacrificium, quatenus offertur nomine ecclesie, & ecclesie illius suas fundit preces, erit magis impetratorium in vno tempore, quam alio: nam ecclesia, quæ illud offert aliquando potioribus præstat meritis, maiori que præeminet sanctitate personarum illud offerentium. Secundo dicitur, idem esse censendum de fructu satisfactionis hinc ex sacrificio missæ toti ecclesie correspondenti. Offeritur enim pro tota ecclesia: vnde fructus hic cumulatior erit vno tempore, quam alio. Quia cum autore D. Thomæ, iste satisfactionis fructus secundum quantitatem, & qualitatem deuotionis offerentium, & ecclesie offerentis applicetur, fit sane, vt quia ecclesia in vno tempore maiori deuotione deuota persistit, & in maiori charitate aucta manet, quam in alio cumulatior tunc temporis frugem satisfactionis ex hoc sacrificio demeritat. Vnde corollarie sequitur, quòd etiam satisfactio correspondens alicui populo offerenti sua sacrificia per suos ministros auctior tunc erit, quando populus magis deuotum ad sacrificium se exhibuerit, inde enim maiorem satisfactionis fructum referet.

¶ Tertio dicitur, quòd si solum habeatur ratio satisfactionis correspondentis personæ particulari, quatenus pro se particulariter celebrari facit, videtur tunc ad hoc non referre, sed impertinenter se habere, quòd ecclesia tunc sit magis, vel minus sancta, aut deuota, quia ille particularis iuxta suam deuotionem maiorem, vel minorem, maiorem satisfactionis fructum, vel minorem inde capiet. Igitur ad rationes in contra Soti respondetur. Et primo ad primam, quòd præter personas tunc temporis dormientes, & nihil de sacrificio curantes, sed alijs profanis rebus vacantes, sunt aliæ personæ deuotæ missas frequentes, & sacrificio assætæ, & suas elemosynas per inductionem ad illud celebrandum ministrantes, quæ auctiores numero, & deuotione, & charitate sunt in vno tempore, quam in alio: Atq; ideo fit vt cumulatior fructus inde proueniat ecclesie quæ si, vt fingit Sotus, nulla per impossibile esset in ecclesia grata persona, quæ illud sacrificium

eum offerret, sacrificium de se quidem suum haberet, valorem ex opere operato, qui sibi ex passione Christi correspondet: tamen ex ea parte, quæ ex meritis personarum solet ecclesiæ fieri accessio, quando sunt plures personæ devotæ illud offerentes, tunc cessaret, quæ tamen (quia moraliter loquendo impossibilis est casus) non cessat: **P**reterea, ut magis in forma & distinctius respondemus ad illam questionem hic prætaxatam, D. Thomas, scilicet, an missa boni sacerdotis maioris, valoris sit, quam missa mali, breviter notandum est, primo, in missa intervenire orationes, atque ipsum quoque sacramentum, Quod & bifariam consideratur, & quatenus sacramentum est, & quatenus est etiam sacrificium. Si enim conficeretur per consecrationem sacramentum, sed non offerretur, & consumeretur à sacerdote celebrante, non videretur sacrificium. Quatenus autem est sacramentum, solum fumentum prodest, sicut reliqua sacramenta ea suscipientibus profunt, & hoc ex opere, etiam operato. At vero pro ut sacrificium est non solum offerenti, sed etiam his omnibus, pro quibus offertur prodesse non est dubium: alioquin homines non sollicitarentur de sacrificijs pro se offerendis, si illis in utilitatem spirituales non cedent. Secundo perpendendum est, quod tam ipsum sacrificium, quam orationes illum concomitantes duplicem sortiuntur effectum. Primus, qui solum de congruo provenit, videlicet, impetratio bonorum temporalium, scilicet, incolumitatis personarum, & salutis corporum, & subsidiarum temporalium, quæ quidem caduca bona, ideo hic impetrantur de congruo, quia sub merito de condigno simpliciter non cadunt: unde neque certa lege & infallibili semper petentibus & meritis conceduntur: sed pro ut Deus expedire poterit, tanquam remedia salutis animæ. Nam pro huiusmodi à Deo bonis obtinendis fideles fatagunt sacrificia Deo offerre. Dicitur autem effectus de congruo ex hoc sacrificio provenire quia congruum est, & ipsam bonitatem divinam decet, ut ecclesiæ suæ siue petentibus mediata tantissimo sacrificio ea bona largiatur. Secundus autem effectus est de condigno, scilicet, satisfactio debita pro peccatis peccatorum remissorum, dum offertur pro viuis. At dum offertur pro mortuis, licet per modum suffragij & solutionis illis profuit, certa tamen & infallibili lege animabus existentibus in purgatorio conducit pro satisfactione & releuatione poenarum, ut ait Sotus contra alios. Hoc autem effectu satisfactionis, fideles etiam specialiter offerentes, quales sunt altæ res sacrificio & elemosynam pro eo celebrando porrigentes non potuerunt, nisi sint in gratia

constituti. Quocirca hinc colligere licet, quanto magis fidelibus ipsis expediat prius sibi gratiâ Dei conciliare, deinde in gratia Dei vitam ducentes pœnas debitas pro suis peccatis per hæc sacrificia in vita pro ipsis in vita celebranda hic expiare, quam post mortem missas amicis & heredibus, ut eas eurent posse celebrari committere, qui sæpe ab eis oblivioni traduntur, tantquam mortuis à corde, cuius non est memoria, plus, licet salutare sit in testamento missas dicendas relinquere.

**H**is præmissis pro illucidatione prædictæ questionis, dicimus primo, quod si de primo effectu, id est, de impetratione, quæ fit per hoc sacrificium agamus, missa mali sacerdotis, etiam his, pro quibus illam offert, quoad id prodest. Nam cum ecclesiæ, & illius, pro quo missa offertur, ille malus sacerdos se ministrum exhibeat, opus illud bonum non vitiatur ex parte mali ministri offerentis, ut illis non profuit, quibus alias proficuum erat futurum: non enim per elemosynam impensam per malum servum dominus illam mandans amittit illius satisfactionem & meritum, sic ergo in proposito. Nam alias fluctuaret ecclesiæ, & in ancipiti versaretur, an sua sacrificia essent salutaria, si per malos ministros celebrata amitterent valorem, aut valore suo fraudarentur. Unde fieret consequens ex opposito, quod fideles sæpissime in his offerendis sacrificijs frustrarétur propter malitiam, quæ occulta est sæpe ministrorum ea offerentium, unde visu eueniret rursus, ut parochus occulte iniquus, teneretur restituere populo decimas, quas pro offerendis sacrificijs pro populo recepisset. Neque obstat obiectio, qua quis obijcere potest, quod prædicti mali sacerdotis missa est sacrilegium, & peccatum mortale: ergo nullo modo sit impetratoria, quoniam de ratione operis impetratorij est, quod sit meritorium laudabile, & bonum: quia iam D. Thomas in solutione ad. 3. diluit hanc obiectioem. Respondetur enim, quod si missa illa consideretur, quatenus est à pravo ministro, est peccatum mortale, quia iniquitas sua ei nocet, & vertitur in perniciem animæ, id quod ei debebat esse salutare. Si autem consideretur quatenus nomine ecclesiæ, & rogatu petentis offertur, opus est bonum ac perinde impetratorium. Sicut contingit in elemosyna iussa dari à Domino ex pia intentione, si detur à famulo ex sinistra intentione respectu diuersorum, elemosyna hæc bona est, & mala, meritoria & demeritoria: sic in præsentia. **S**ecundo dicitur, quod si attendamus ad ipsam impetrationem per se loquendo magis prodest missa boni sacerdotis, quam mali. Signanter dicimus per se: nam per

per accidens oppositum magis contingere potest, scilicet, quod malus impetret sanitatem alii cui infirmo sacrificando pro illo; & quod bonus eam non obtineat offerendo pro alio infirmo, eo quod huic, pro quo orat in sacrificio bonus, salus corporis animæ eius est noxia, & illi, pro quo fundit preces in missa malus, salus corporis confert salutem suam animæ. Item, quia bonus per suam intentionem applicat sacrificium ei, qui missam ei dicere commendavit, insuper & ibi suam deuotionem, & charitatem, quibus mediâ tibus offert, sacrificium adhibet: ergo erit magis impetratoria, quam missa sacerdotis pravi. **T**ercio dicitur, quod si loquamur de missa mali sacerdotis quoad effectum satisfactionis infallibili quadam certitudine, quo ad hoc illis, pro quibus offertur, prodest. Nam cum ista satisfactio tamquam effectus de se & de condigno correspondeat ipsi sacrificio, sit consequens, ut à prauitate ministri præpediri non possit: sicut neque iniquitas ministri impedimento esse potest, quominus effectus sacramentorum, qui ex opere operato ex ipsis sequuntur, in beneficiis ea suscipientibus defraudentur. Quarto, si ad ipsam satisfactionem respiciamus, apparet missam boni sacerdotis plus satisfactionis in eo, pro quo offertur, operari, quam missam mali: nam videtur quod bonus sacerdos suam deuotionem atque charitatem ibi adhibet, per quam ad satisfactionem prædictam videtur quodammodo concurrere, sicut & ad impetrationem pro illo, pro quo offert. Veruntamen quia hæc quarta nostra assertio aliquibus viris sapientibus nostri temporis placet, & aliquibus non satis probatur: ideo non ea certitudine pollet, nisi limitetur & restringatur ad casum, in quo sacerdos bonus satisfactionem sibi peculiariter correspondentem ratione boni, quod exercet sacrificando alteri, applicat, quam autore Caietano reservare sibi potest, quia eam commendanti sibi missam præstare non tenetur. Nam si de satisfactione ipsi sacrificio correspondente loquamur, quoniam non secundum deuotionem offerentis, sed secundum deuotionem petentis, datur, ex hac parte non videtur missa boni sacerdotis magis præstare quam mali. Quod & ratio hæc videtur persuadere: quia illa satisfactio comparatur ad sacrificium, sicut remissio poenæ ad sacramentum confessionis, in quo remissio fit poenæ secundum quantitatem intentionis, & deuotionis poenitentis, & non secundum bonitatem, & contritionem, aut deuotionem absoluentis: ergo eodem modo in sacrificio missæ. At licet ista sententia sit magis de mente Caietani, asseretis simpliciter tantum valoris esse missam mali, quam boni sacerdotis, quoniam vterque est minister ecclesiæ: tamē magis de mente

te D. Thomæ & Scoti, & Soti esse videtur, & de mente Syluestri, quod sicut ad impetrandam gratiam magis valet missa boni sacerdotis, ita & quoad satisfactionem. Nam D. Thomas non distinguit de satisfactione, aut impetratione: sed ait, quod licet baptismus collatus à meliori ministro non sit melior, quia nihil aliud additur, nisi sacramentum: tamen in missa quia sunt etiam solennes orationes pro omnibus fidelibus, ideo non sequitur à simili, quod si baptismus collatus à meliori ministro non producat meliorem effectum, quod missa celebrata à bono ministro, non producat effectum meliorem, scilicet, regularem in dispositis, qualis est maior satisfactio. Nam impetratio eo, quod non inquitur infallibili regulæ non est effectus infallibilis & regularis. Accedit & ratio optima quæ hoc persuadet: quia tunc ecclesiæ dum in sacrificio missæ fundit suas publicas preces per ministrum bonum, tanquam per instrumentum bonum, videtur in particulari ista de peccato considerata, sit magis Deo grata, ac per consequens magis satisfactoria his, pro quibus ad Deum dirigitur. Et per hoc soluitur ratio pro alia parte obiecta: quia non est omnimoda ratio de poenitente, qui solum iuxta suam deuotionem assequitur absoluentis effectum, & non secundum deuotionem absoluentis: quia hic præter sacramentum, quod est principale sacrificium, quod offertur in missa, sunt solennes orationes pro omnibus fidelibus. Ex qua parte censet D. Thomas, quod magis fructuosa sit missa, id est, magis satisfactoria dicta per meliorem ministrum.

**N**unc iam hic sæpe vendicare solet locum illud celeberrimum dubium, scilicet, an hoc sacrificium oblatum pro pluribus tantum profuit singulis, ac si pro vno solo offerretur. Ex qua quidem questione alia quoque emergit, an sacerdos pro pluribus petentibus singulas missas, possit applicare vnam eandemque missam, & accipere elemosynam erogatam ab omnibus. At ut suppetat nobis occasio hanc difficultatem ad amussim disputandi, pro parte negatiua, hæc primo præmittimus argumenta. Nam primo sic arguitur: Quoniam effectus huius sacramenti ex eo apparet limitatus esse, & finitus, quod nullus ex eo infinitam satisfactionem sibi comparat, sicut neque integram poenæ remissionem quam certum est conferri in baptismo, alioquin, si infinita satisfactio, aut integra & totali offerentes, aut ij, pro quibus offertur potirentur, frustra multiplicarentur sacrificia pro eodem vno: ergo si prædictus effectus est sic limitatus, minor erit in singulis, si inter plures partiatur, quæ quidem consequentia, ut evidens negari non potest.

**P**reterea secundo. Si sacrificium celebratum

tantundem fructus affert pro pluribus, vel pro omnibus oblatum sicut pro vno, aut pro singulis numero paucioribus, sequitur: quod superflue sollicitaretur ecclesia in offerendo, etiam sacrificia particularia, aut missas priuatas: ergo videtur id faciat ecclesia, quia censet sacrificium oblatum pro pluribus non tanti momenti eis esse, ac si offerretur pro vno solo, aut pro paucioribus. Ad hæc tertio arguitur: Quia si sacerdos, qui pollicetur, est decem hominibus singulas missas; eis facit satis per vnā missam, eo quod illa tantum fructus affert dicta pro pluribus eisdem ac si dicta fuisset singulariter pro vno solum: ergo pari ratione si spondisset alicui vni decem missas suam sponsonem sufficienter adimpleret vnam illi duntaxat applicando missam.

¶ Deinde quarto arguitur, quod non ita fiat satis petenti duas missas per oblationem vnus sacrificij, quia minus vtilitatis ex vno tantum sacrificio missæ provenit, tum ecclesiæ vniuersali tum animabus purgatorij, quæ ex duobus, quibus tamen magis subueniret iste qui duas commendat missas, virtualiter intenditur quia est ecclesiæ membrum, eius spirituale intendens fructum: tum quia cum sit Christianus intendit sic offerre, sicut instituit Christus, scilicet, pro viuus & defunctis, sicut fuit pro salute omnium istud sacrificium institutum: ergo non satis sic commendati duas missas per celebrationem vnus.

¶ Igitur pro expedienda hac questione; quæ intricatior est inter Doctores, in qua dissoluenta Caietanus eum laborē assumpsit, vt opusculum de hac re ediderit, operæ precium esse duximus, ea, quæ ille illis præcicit fundametalia principia, hic in primis præstitueret. Igitur distinguit primo Caietanus, sicut & D. Thomas quatenus ad rem præsentem inter sacramentum missæ, & orationes ibi factas; deinde ipsum sacramentum considerat, & quatenus sacramentum est, & quatenus sacrificium est etiam. Rursusque ipsum sacrificium considerat primo secundum efficaciam, & valorem quem habet in missa: secundo secundum effectum, quem operatur in eo, cui applicatur, & pro quo offertur. His præmissis Caietanus suam sententiam explicat per sequentia dicta, seu per propositiones huiusmodi. Primo nã que ait. Sacrificium hoc secundum se consideratum infiniti esse valoris, id est, infinite satisfactorium, atque impetratorium: quæ quidem prima propositio receptissima est apud omnes. Nam sacrificium hoc de se Dominus Christus Dei filius est, idemque sacrificium est de se, quod pro redemptione generis humani in ara crucis oblatum fuit.

¶ Secunda assertio eius est, quod licet hoc sacrificium secundum se infiniti valoris sit, tamen secundum effectum, quem operatur in eo, vel

A in eis, pro quibus offertur, finite ac limitate applicatur, autore D. Thoma supra q. 76. art. 5. & art. 7. & infra quæst. 83. art. 4. ad. 8. Cuius in proptu est ratio: quia alias sufficeret celebrasse vnā missam pro integra satisfactione cuiusque, quod tamen à consuetudine ecclesiæ dissentaneum est. Præterea tertio asserit, quod quantum ad numerum personarum pro quibus particulariter offertur, vel quantum ad determinationem persone, pro qua offertur, videlicet, pro Petro vel pro Paulo determinatur huius sacramenti virtus per ipsius sacerdotis offerentis intentionem, dum intendit potius pro istis, quam pro alijs offerre. Quod planum esse apparet, ex sacerdote cum communi vtu, qui soliti sunt applicare peculiariter sacrificium hodie pro vno, cras vero pro alio.

B Item ex canone missæ liquet, vbi illa intentio explicatur, qua illic commemorantur illi, pro quibus offertur. Tum etiam patet: quoniam sicut cætera sacramenta per intentionem ea dispensantis ministri peculiariter applicantur personis particularibus ea suscipientibus: ita quoque eadem ratione cum de se sit indifferens, vt possit applicari pro pluribus, vel paucioribus hoc sacrificium, ad pauciores, vel plures determinatur per intentionem celebrantis. Deinde dicitur quarto quod quauis hoc sacrificium ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni poena, tamen sit satisfactorium illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus secundum quantitatem suæ deuotionis, & nõ pro tota poena. Ita D. Thomas supra. q. 89. art. 5. Cuius rationem tradit: quia in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quã quãtitas oblationis. Vnde & Dominus dicit Lucæ. 2. 1. de vidua, quæ obtulit duo æra, quod plus omnibus misit. Ex quo sequitur quinta assertio, quæ est Caiet. vbi supra, scilicet, quod satisfactionis effectus, qui causatur in illo vel in illis, pro quibus suã intentionem illis applicat, offert sacrificium sacerdos, limitatur per deuotionem petentis, & comendatis missam. Nã & sic effectus aliorum sacramentorum limitantur secundum deuotionem ea suscipientium, & meritum aliorum operum, limitatur secundum deuotionem, & charitatem ea operantium. Ergo pari ratione effectus huius sacrificij, quo ad satisfactionem limitatur per deuotionem comendantis missam, inducentisque ad celebrandum pro se; ite, quia effectus huius sacrificij de facto est limitatus & per aliquid limitatur, nõ autem apparet per quid limitetur, nisi per ipsam offerentis dispositionem, atque deuotionem: ergo per illam certo limitatur. At vero D. Thomas, quod notatu dignum est, nõ solum ait, quod prædictus effectus limitatur secundum deuotionem illorum, pro quibus offertur, sed etiam offerentium. Vnde in alijs sacramentis recipiendis, quia recipientes se habent

D passiuè, iuxta dispositionem passiuè, id est iuxta deuotionem recipientis producit effectus. At in sacrificio missæ, quia commendates missam, offerentes quoque sunt sacrificium & actiuè quodammodo se habent satisfaciendo pro se ipsis, vel pro his, pro quibus applicat suã satisfactionem: inde est, quod quia secundum D. Tho. in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quam quantitas oblationis secundum quantitatem deuotionis offerentis, etiam præcipue hic limitatur sacrificium, siue consideretur principalis offerens, qualis est sacerdos celebrans, siue alij offerentes, quales sunt commendantes missam, vel eam deuote audientes.

¶ Sexto dicitur, quod quando hoc sacrificium offertur pro multis petentibus, singulis prodest secundum vniuersiusque propriam deuotionem, ac si pro illo offerretur solum. Hæc est Caietani sententia, & intellecta de sacramento, quatenus est id, quod est principale in hoc sacrificio, & quatenus sacrificium est, quod ex opere operato satisfactionis operatur effectum, nulli in dubium reuocanda est: quia hoc sacramentum cum ex se infiniti valoris sit sacrificium, & solum per deuotionem facientis celebrare, limitatur quantum ad effectum, sequitur, quod non sic exhauritur per deuotionem vnus eius fructus, quin etiam æqualiter possit participari per æqualem deuotionem alterius, vel secundum suam deuotionis mensuram: non enim deuotio vnus impedit deuotionem alterius, ac per consequens, neque sacrificij effectum in omnes ad illum se disponentes. Item, quia cum hoc sacrificium offeratur pro omnibus circumstantibus, vt patet in canone missæ, nullus circumstantium arbitratu se aliquod detrimentum pati ex eo, quod plures alij circumstantes audientes missam: ergo non minus fructus affert omnibus, ac si offerretur pro singulis. Deinde id claret ex Quadruplici satisfactione, quæ ex hoc sacrificio provenit fidelibus: nam si communissimam satisfactionem inde provenientem toti ecclesiæ attendamus, hanc vnus quisque fidelium existentium in gratia, magis, aut minus participat secundum maiorem, vel minorem deuotionem, & charitatem, quæ afficitur erga hoc sacramentum. Si autem secundam satisfactionem pensemus, quæ omnibus fidelibus defunctis per modum suffragij hinc ex hoc sacrificio correspondet, ab eis existentibus in purgatorio participatur magis, aut minus secundum maiorem, vel minorem charitatem, & gratiam, in qua decesserunt ex hac vita. Si autem tertiam satisfactionis effectum circumstantibus ipsum sacrificium, & missam audientibus obuenientem consideremus, hunc etiam participant hi secundum maiorem, vel minorem

B deuotionem, qua audientes, vel circumstantes afficiuntur ad sacrificium. Nam his circumstantibus & audientibus missam ratione huius particularis oblationis, atque assistentiæ particularis satisfactionis fructus correspondet vltra generalissimum prouenientem sibi, eo quod sunt ecclesiæ membra. Si autem postremus satisfactionis fructus magis particularis attendatur, qui prouenit, tum ipsi sacerdoti immolanti, eo quod ipse principaliter & ministerialiter offert, & fidelibus, eo quod id sacrificij petunt, aut precibus aut elemosyna ad immolandum ipsum sacerdotem inducunt, etiam ab his secundum maiorem deuotionem, & dispositionem, qua se habent proximius ad hoc sacrificium, hoc fructu satisfactionis particulari magis fruuntur. De omnibus ergo his satisfactionis fructibus intelligitur sextum dictum, quod sacrificium pro illis oblatum tantum confert fructus quo ad satisfactionem, ac si pro vno solo offerretur, quia correspondet illis iuxta vnus cuiusque propriam deuotionem, & charitatem. Hæc hæctenus dicta extra controuersiam sunt. Cæterum in quo difficultatis neruus in hac questione consistat oportet patefacere.

¶ Igitur queritur in particulari, an cum præter generalem illam applicationem ecclesiæ sacerdoti sit relicta facultas, vt dum alio obligationis vinculo non astringitur (quia Curatus non est) possit libere pro hoc aut pro illo sacrificium specialiter offerre, si pro quocumque numero personarum offerat, ac applicet sacrificium, tantundem profit illis ac si pro vnoquoque eorum illud offerret. Hic igitur est difficultatis neruus. Vbi Caietanus id concedit, scilicet, quod æque profit multis ac si pro vno quoque tantum offerretur. Scotus id negat. Nauarrus in summa cap. 25. nu. 92. Scotus subscribit, dicens doctrinam Scoti hanc, quam habet quolibeto. 20. doctrinam esse singularem, & vtu ecclesiæ merito receptam. Syluester autem distinguit. Nam, si generatim eandem missam offerat pro pluribus, non applicando intentionem suam ad hunc vel illum, sed ad omnes in genere nõ tantum prodest singulis: si vero sigillatim pro singulis offeratur, tantum quidem prodest vnicuique, quantum si pro vno solo offerretur. Igitur pro discussione questionis, quo ad eius eruendam veritatem paremus viam arguitur pro parte negatiua Scoti & Scoti atque Nauarrus. Sic fidelis petens missam à sacerdote eum que ad celebrandum inducens sine per elemosynam largitionem, siue per preces id faciat, illam satisfactionem, quæ ipsi sacerdoti ratione suæ deuotionis respondet, exposcit: hæc autem satisfactio, cum limitata sit atque finita per ipsius sacerdotis deuotionem



iuxta quantitatem illius, sequitur, quod si per applicationem missæ ad multos diuidatur inter inultos, tanto minus de hoc fructu satisfactionis commendans missam pro se solo participabit. Consequentia hæc, quia nota videtur, probatione non indiget: sed antecedens probatur: Quoniam quando postulo ab aliquo, ut pro me ieiunet, palam est ab eo satisfactionem correspondentem illi ratione sui ieiunij me efflagitare: ergo pariratione, qui commendat missam sacerdoti, rogās, ut offerat pro se satisfactionem correspondentem sacerdoti ratione sacrificij sibi videtur postulare. At vero quoniam hinc pendet maximè intelligentiā huius quæstionis ex hoc principio, scilicet, an prædictus satisfactionis effectus correspondens deuotioni sacerdotis celebrantis offerenti eleemosynam pro missa sit debitus iusteque illum sibi applicari petat, adhuc secundo arguitur, scilicet, quod talis effectus petenti missam, sit debitus, iusteque illud petat: nam alias, sequitur istud inconueniens, quod inducens precibus, vel eleemosyna ad celebrandum non plus satisfactionis inde sibi compararet ex sacrificio, quam ille, qui audiret celebrantis missam: nam & huic iuxta mensuram suæ deuotionis fructus satisfactionis respondet, atque commendanti missam correspondet, eodem modo dumtaxat ratione suæ solius deuotionis, si ex fructu satisfactionis correspondente intentioni aut deuotioni sacerdotis pro se celebrantis nihil reportat. Præterea tertio arguitur in idem: Quoniam si non petitur à sacerdote dum commendatur illi missa effectus satisfactionis suæ intentioni, aut deuotioni respondens, & si commendanti missam non est debitus, sequitur, quod non minus satisfactionis ex suo sacrificio reportat sacerdos, quando eleemosynæ largitione ad sacrificandum inductus est ab alio, quam si celebraret pro se ipso motus à se ipso, siquidem tunc correspondet sibi sua satisfactio, correspondens suæ deuotionis mensuræ: neque enim ea defraudatur si commendanti missam non est debita. Præterea quartò arguitur contra Caietanum: Quoniam si non minus fructus referunt plures pro quibus vna missa applicatur, quam si pro singulis seorsum sua fuisset applicata distincta missa, sequitur quod nihil contra iustitiam molitur sacerdos, neque vllam videtur irrogare iniuriam pluribus seorsum commendantibus missam, si à singulis acciperet mercedem distinctam & eis omnibus simul vnam eandemque applicaret missam.

¶ Responsuri ad quæstionem, non erit abre, si istud notatum dignum fundamentum præiaciamus, quod auctoritate Syluestri, cui subscribit Corduba in suo quæstionario quæst. 3. in prin-

cipio fulcitur, quod & alijs doctoribus placet, scilicet, quod licet ille effectus satisfactionis, qui correspondet huic sacramento altaris, quatenus est sacrificium ex opere operato inde proveniat, quia ex merito solo Iesu Christi, sicut & effectus gratiæ, qui ex opere operato dimanat ex alijs sacramentis videtur esse procedens; nihilominus tamen, quia ipsa ratio dicit orationes publicas ecclesiæ ex eius institutione in hoc sacrificio missæ fufas non esse adæquandas quò ad suum effectum cum effectu sacramenti altissimi huius, quatenus est supremum sacrificium, & quod principaliter in missa rationem obtinet sacrificij, dicendum videtur, quod satisfactionis effectus correspondens his publicis orationibus ecclesiæ fulis in sacrificijs, inde non proveniat, quasi ex opere operato, sed quasi ex opere operantis, id est, ratione deuotionis ecclesiæ, nā fructus harum orationum nō ex solo merito Christi, sed ex merito ecclesiæ dimanant. His præmissis per has sequentes conclusiones aperimus viam ad eliciendam veritatem, alias valde implexæ quæstionis.

¶ Sit igitur prima conclusio: Numerus offerentium, quales sunt circumstantes audientes missam, vel pro ea dicenda eleemosynam porrigentes nō minuit valorem sacrificij, in singulis. Hæc autem conclusio est Soti in. 4. sent. dist. 13. art. 1. Cuius peruia hæc probatio est, scilicet, quoniam vnusquisque offerentium perinde hostiam offert, ac si nullus alius offerret, & ideo nemo alijs obstat ut alij propter alios suo fructu & munere frustrentur: auctior enim tunc est in omnibus sacrificij valor. Accedit etiam, quod quo plures concurrunt, sacrificium gratius Deo sit, & acceptius. Nam & ipsa consecratio celebrator est, atque multorum assistentium precum cumulus facilius postulata impetratur à Deo. Ex quo sequitur, quod licet concedamus ita esse ut Sotus ait, quod sacrificio suus taxatus responderet effectus ex institutione diuina, nullo habito respectu ad deuotiones offerentiū, sicut putat ipse, ita vsu euenire in sacramentis, nihilominus ille taxatus effectus integer cuilibet offerenti responderet, siue solus offerat, siue cū alijs, veluti effectus sacramenti cuilibet suscipienti respondet. Vnde ex hac parte formidare non debet commendans missam iacturam sibi hac ratione debiti fructus, ex eo quod associetur alijs in offerendo sacrificium.

¶ Cæterum antequam secunda conclusio proponatur, notatu est opus, quod ij, pro quibus hoc sacrificium offertur sunt in duplici differentia. Nam alij sunt, pro quibus ex institutione ecclesiæ generaliter offertur hoc sacrificium, cuiusmodi sunt Papa, Rex, Episcopus, & circūstātes pa-

tes parociani, quidecimas tribuunt. De his autem secunda statuitur conclusio: Propter maiorem numerum horum, pro quibus generaliter offertur sacrificium, nullus suo fructu satisfactionis & meriti iacturā in aliquo patitur: quia ex instituto ecclesiæ sacrificium vniciuque eorum in suo ordine, & gradu applicatur: vnde subinde euenit, quod ex missa oblata in magna parocia aut ab episcopo in magna dioecesi, non minus emolumentum spirituales prouenit quā si dioecesis, aut parocia parua esset.

¶ Tertia conclusio: Sacrificium hoc dū offertur pro non petentibus id sacrificij, non tantum fructus spiritualis confert pluribus, pro quibus offertur quam si pro vno solo offerretur. Sicut verbi gratia si vltro neus & spontaneus sacerdos ad nullius petitionem siue instantiam offerat sacrificium pro Petro, & Ioanne non illud petentibus, vel si aliquis ad nullius instantiam sed tantum pro patre suo, vel matre, siue pro amicis, & consanguineis siue defunctis siue viujs missam celebrari commendet, non tantum singulis prodest, ac si pro vno solo offerretur, aut commendaretur. Cuius plana est ratio, quia in his casibus, dum pro his non petentibus, aut non commendantibus sacrificium missa celebratur, solū applicatur his ea satisfactio, quæ vel offerenti, vel commendanti missam pro ipsis erat: ratione suæ deuotionis correspondens: quæ cum limitata sit & finita per offerentis aut missam commendantis deuotionem, sit sanè, ut si inter multos diuidatur minus vnusquisque talem inde reportet. Est autem conclusio hæc omnium theologorum calculis receptissima.

¶ Hinc sequitur corollarie secundum Cordubam in quæstionar. lib. 1. quæst. 4. nemo potest sacerdotum offerre anticipate missas, pro eis, qui eas post sibi comendauerint, aut petierint, quia non tantum valent, aut fructus tantum offerunt, sic anticipate dictæ ipsis postea eas petentibus, aut commendantibus, quam si earum deuotio aut dispositio tempore celebrationis actualiter concurreret. Tum, quia talis fructus videtur non possit manere suspensus pro commendantibus missam in futurum, quasi repositus in particulari thesauro clerici, licet ibi superaddat vnū aliud assertū: quod an certum sit ego non sum certus. Ait enim, quod possum ego dicere missam pro eo, pro quo Petrus eam postea applicauerit, & ex tunc dicta à Deo, qui nouit eum, pro quo eam Petrus est applicaturus, manet applicata, quod sibi ait videri probabilius. Sed id nō tantum esse putauerim, si loquamur de missis sic anticipate dictis pro his, pro quibus Petrus, qui eas postea est petentibus eas postea applicauerit. Quia cum tempore celebrationis ea-

rum non cōcurrat deuotio Petri, qui est eas pro alijs commendaturus, & applicaturus, non tam fructifera esse contingit his; pro quibus Petrus suam porrigens elemosynam post eas sic anticipate dictas applicauerit.

¶ Quarta conclusio ad quæstionem, punctum responsiua sit omnibus pensatis, dicendum videtur, quod quantis ij, pro quibus specialissime offertur sacrificium à sacerdote ex libera sibi relicta facultate ab ecclesia offerendi specialiter pro hoc, aut pro illo, ea ratione qua sunt offerentes, quia suas elemosynas erogantes commendant, missam propter aliorum in hoc consortiū fructu suæ satisfactionis & meriti suæ deuotioni debito non defraudentur: tamen si considerentur quatenus ex intentione sacerdotis pro illis offertur, minus obuenit singulis ex vna missa pro illis, etiam ut singulis oblata, quam si pro vno offerretur. Hæc est Soti & Nauarri, & Antonij Cordubensis, contra Caiet. loca citato, & contra Syluestr. verbo missa. quæst. 9. & contra Hostiensem, & autorem directiorij inter canonistas ibi à Syluestro allegatos, & contra magistrum Canum. Scotus autem huic nostræ conclusioni assipulatur. At D. Thomas ei nullatenus refragatur: quia id solum ex suis principijs colligitur, quod in prima parte conclusionis Caietani & Cano & Syluestro concedimus. Nunc autem eam suis fulcire rationibus nos oportet. Et primo ratione Soti, quia inquit: Generali intentione ecclesiæ nō applicatur pro prædictis sacrificiū, sed solū libera intentione sacerdotis. Huic enim intentioni, quia de essentia sacrificij est, etiā ex opere operato correspondet certus & taxatus gradus satisfactionis: ac subinde quanto in plures per sacerdotis celebrantis applicationem distribuitur tātò minus singulis obuenit. Sed quia hæc ratio Soti retunditur ab alijs Thomistis, tū quia contra principia D. Thomæ esse videtur, quod gradus prouenientes ex sacrificio tam ratione satisfactionis, quam meriti ex parte sacerdotis taxentur, & limitentur & non potius ex deuotione offerentis, aut illorum, pro quibus offertur ut ait. D. Tho. quia de intentione sacerdotis nihil meminit, & quia facile inficiaretur Caietanus, quod talis gradus correspondens intentioni sacerdotis per talem intentionem, quippe quæ applicatiua est sacrificij, & non limitatiua limitetur, quia ad deuotionem commendantiū missas, habetur respectus ut secundum suam deuotionem maiorem, vel minorem, magis illis, vel minus de huiusmodi fructu detur: & quia nō satis probari potest, quod et si (ut autumat Sotus) talis gradus esset taxatus, non possit omnibus integre applicari: ideo cogimur rationes alias vrgentiores, & quæ non ita merito refelli possint

possint in gratiam huius quartæ conclusionis producere in medium, præsupponentes primò, quòd improbabile sit & falsum, quòd specialis valor vel fructus missæ, qui specialiter correspondet priuatæ deuotioni sacerdotis commendati missam, sit debitus (tunc quia absonum à ratione videtur & à veritate, quòd immolans sacrificium, etiam pro alio ipse etiam alicuius partis fructus satisfactionis experis maneat, & vaneus, quia qui ministrat altari de eo participat, tunc, quia commendans missam id, quòd non est tunc certum, aut quo sacerdos potest carere, quia forte est in peccato mortali, certo, vel dubio fructum, scilicet, deuotioni priuatæ sacerdotis correspondentem expetere non potest, neque iure sibi debetur, quia ratione sacerdotis mali deuotionis, nullus est; alioquin sacerdos malus iniustitiam aliquam restitutione dignam, celebrando in mortali aduersum offerentem mercedem elemosynæ pro missa videretur commisisse. At nihilominus nemo sobrius Theologus negare potest, quia valor ille missæ, quem Scotus & Nauarrus vocant valorem medium, qui debetur ei, pro quo missa dicitur ex facultate relicta ab ecclesia sacerdoti, vt libere possit huic, vel alteri applicare, offerendo pro illo, quippe qui respondet deuotioni ecclesiæ commendanti missam & porrigenti elemosynam debeat, & à commendante missam iure petatur. Nam illa argumenta posita in principio quæstionis, quæ quatuor numero sunt facientia pro parte negatiua, licet de fructu priuatim correspondente deuotioni priuatæ sacerdotis nullo modo concludant, neque probent, quòd commendanti missam sit talis fructus debitus: tamen valde vrgent probando, quòd iste medius valor prædictus commendanti missam sit debitus. Hinc iam ex his ostensis principijs probatur nostra. 4. conclusio sic secundo: Iste secundus valor missæ est debitus commendanti missam, sed quia correspondet deuotioni ecclesiæ, per deuotionem ecclesiæ, quæ finita est, est limitatus & taxatus, ergo quanto in plures per applicationem illum distribuerit sacerdos, minus ab vnoquoque participabitur: hoc autem vergit in detrimentum commendantis missam & erogantis elemosynam pro ea ordinariam, scilicet, quòd sibi non integre tribuatur. At quia ista ratio palmaria est, si antecedens firmum esse & verum ostendatur, & consequentia firmetur: ideo antecedens patet adhuc, præterquam quòd per illa. 4. argumenta solidum manet: quia commendans missam iuste petit illam applicationem illius medij fructus, quem applicandi commendanti missam ecclesia sacerdoti liberam tribuit facultatem: qui cum sit limitatus merito expetit totum sibi tribui. Tunc etiam

patet: quia qui commendat missam pro anima existentem in purgatorio, non solum id intendit, vt huic animæ suffragetur sua sola deuotio, & satisfactio illi correspondens, sed etiam satisfactio sacrificij correspondens deuotioni ecclesiæ, cuius sacerdos est minister: ergo pari ratione commendans pro se, missam non petit id solum fructus quòd suæ deuotioni responderet, sed id quòd ecclesiæ deuotioni responderet, quòd committit ministro celebranti applicandum cui voluerit. Et quidem istæ rationes in materia moralis, vbi non sunt quærendæ mathematicæ demonstrationes moraliter concludunt. At si non omnes singulæ, saltem omnes coniunctim. At illam minorem, scilicet, quòd ille effectus satisfactionis medius correspondens deuotioni ecclesiæ ex hac parte sit taxatus, nemo negare poterit, nisi sit proteruisimus: quia cum finita deuotioni ecclesiæ respondeat per eam limitatur, & fit finita. At in consequentia supra dicta, id quòd intulimus ex illa maiori & minori, scilicet, quòd ille effectus medius siue fructus diuisus in plures respectu singulorum, minoretur, præterquam quòd per principium quòd est mathematicum confirmatur, intellectu repugnare videtur oppositum, si condistinguamus hunc medium valorem correspondentem deuotioni ecclesiæ contra fructum correspondentem deuotioni commendantis missam. Nam et si deuotio commendantis missam limitet effectum sacrificij, quatenus procedit ab ipso sacrificio immediate, tam effectum ecclesiæ deuotioni respondentem iam per deuotionem ecclesiæ limitatum, non videtur rursus limitare aut variare.

¶ Confirmatur autem: quia si vnusquisque eorum, qui præsentis sunt sacrificio, & ordine suo offerunt pro alijs singularibus, offerat, minus sibi de satisfactione reuerenti: quòd negare nemo potest. Ergo pari ratione dicendum est, quòd si sacerdos illam partem fructus sacrificij correspondentem deuotioni ecclesiæ, quam ecclesia posse applicare cui voluerit concedit, sibi reseruet, nihil commendanti missam reseruat: et si illam in plures distribuat tanto minus vniciuique obueniet inde.

¶ Tertio probatur: quia et si de fructu procedente ex ipso sacramento, quatenus est sacrificium, qui inde ex opere operato procedit, concedi possit, quòd vnusquisque commendatum missam iuxta suam deuotionem fructum reportet taliter, quòd nemo eorum ex consortio aliorum vllam iacturam patitur, quoniam sic sacrificium comparatur fonti perenni, qui iuxta capacitatem vasorum, quibus inde exhauritur aqua, aquam vniciuique vasorum infundit: tamen, si de fructu, qui correspondet publicis precibus ecclesiæ

ecclesiæ fuis in sacrificio, & inde ex eis provenit, loquamur, quia fructus hic non ex opere operato, sed ex opere operantis inde provenit; vt supra ostendimus, quia non est ex solo merito Christi, sed ecclesiæ etiam procedit; ideo absque vlla tergiversatione fatendum est quòd sit finitus, & quòd distributus in plures, minus inde vnusquisque eorum capiat. Nam tunc cum rationem operis operantis induat, habet se ad instar ieiunij, quo quis ieiunat, quòd si pro vt satisfactorium est alteri applicet, cum ex se limitatæ satisfactionis sit limitatam satisfactionem, puta, vt quatuor alteri communicabit duntaxat, siue maiori vel minori deuotione afficiatur. Quòd si illud ieiunium in duos distribuat, vnusquisque eorum solum dimidiam satisfactionem, illius ieiunij, id est, satisfactionem, vt duo reportabit.

¶ Quarto probatur argumento supra allato: Quia commendans missam tanquam membrum ecclesiæ intendit, vt sacrificium offeratur iuxta institutionem Christi, & pro animabus Purgatorij & pro tota vniuersali ecclesia, quia eius est filius: Cum ergo neque anima Purgatorij, neque ipsa ecclesia tantum commodum spirituale colligat ex vna missa oblata pro pluribus, quantum ex pluribus, sequitur, quòd intentio commendantis missam defraudatur. Cæterum alius effectus huius sacrificij, qui est impetratio, quoniam merito de congruo innitur, & non in fallibili regulæ, non videtur cedere in detrimentum notabile commendantis missam, si ad impetrandum aliquid à Deo sacerdos in eadem missa preces pro pluribus alijs fundat. At argumenta quatuor posita in hac speciali quæstione pro parte negatiua, & alia quatuor obiecta in principio alterius quæstionis in generali propositæ quoniam hanc nostram quartam conclusionem probant, responsione non indigent.

¶ Sequitur ex prædictis corollaria conclusio, quòd etiam stando in omni opinione, non licet pro vna missa accipere, nisi ordinariam pitantiam pro missa assuetam dari. Hæc etiam dicitur fuisse Caietani, qui de hoc rogatus Romæ respondit, quòd esto sua opinio esset vera & extra omnem aleam dubietatis, quæ, inquit non est, quia contraria improbabilis non est, quia elemosyna non accipitur in pretium missæ, sed in sustentationem pro rata dimidiæ horæ, qua in eadem dicenda sacerdos occupatur: ideo non sibi debetur sustentatio pro die integro. Nam ideo ecclesia sine sufficienti patrimonio, aut sine titulo beneficij ordinari prohibuit, ne per illicitas vias corradendo plures pitantias pro vna eadem que missa commendantes missas deciperent sacerdotes & defraudarent. Et quia supra, vbi de hoc casu nobis occurrit dubitatio in huius pro-

Abationem multas congeimus alias rationes, quibus hanc conclusionem, quæ est Cordubæ & Nauarri communiuimus, illas missas hic facimus, aduertentes lectorem in nostro Capitulo generali Salmaticæ celebrato, vbi ipse Scotus & Canus & alij præclari Thomistæ interfuerunt, statuto generali cautum fuisse, vt pro vna missa non recipiatur à pluribus elemosynæ, ac si pro vno esset offerenda. Quia, præterquam quòd decipiuntur in sua opinione, & si scirent eam applicationem pro multis fieri, arcerentur populares fideles à missis commendandis, & elemosynis largiendis, in rei veritate iuxta nostram quartam conclusionem, manent defraudati de fructu sibi debito: vnde vltra ordinariam pitantiã dari solitam recipere non debent. Si enim assuetum & ordinarium pretium in alijs laboribus, in quibus operarij suas soliti sunt locare operas non licet violare: ergo neque mercedem sustentationis ordinariam in hoc casu licet excedere. Nam cum sit in fraudem commendantium missas, nulla necessitas, nisi extrema, videtur à culpa & iniustitia excusare. Neque quòd sint reclusi, aut quòd verecundantur petere elemosynam necessariam ad integram quotidianam sustentationem suam eos excusat in hac parte: quia qui hac spe mendicitatis ecclesiam ingressi sunt (inquit Scotus) suam perferant paupertatem. Neque enim, vt ait Nauarrus, vbi supra, ecclesia instituit missas ad alendos pauperes. Neque obstat illud. 1. ad Corint. 9. Qui altari seruit de altari viuat: quia intelligitur, quando deseruit plusquam in dicenda quotidiana missa, quia alijs ecclesiæ ministerijs est mancipatus. Sed non intelligitur ita, vt integre mercenarius sacerdos velit & debeat sustentari pro dimidia hora, qua occupatur in dicenda missa, vnde pitantiã dari solita communiter sufficiens est pro rata temporis modici, quo occupatur, quia sufficit pro pane & vino emendis. Neque excusat dixisse, quòd pretia sustentationis creuerunt, & taxa pitantiæ missæ non crescit: quia respondetur, quòd olim vbi pretia sustentationis viliora erant, vidimus pro missa dicenda dimidium argenteum in pitantiã vnus missæ erogari, postea crescentibus pretijs rerum vidimus ad argenteum vnum augeri in regno Castellæ, & postquam episcopi, & ordinarij istud stipendium tolerant, & non illud ad augent, signum est, consideratis circumstantijs, non esse tam inæquale (maxime cum ex parte illud soluentium consuetudo illud iustificet) vt vnusquisque habeat ius illud ad augendi populum decipiendo.

¶ Ex prædictis colligit Nauarrus responsum ad casum, de quo ait se fuisse rogatum, quòd neque parocchus, neque alius, qui tenetur dicere missam

sam pro vno satisfacit dicendo pro illo & pro alio, nisi de consensu expresso vel tacito eius, pro quo tenetur; qualis consensus, inquit, colligitur ex consuetudine in parochia seruata, vt parochus dicat missam publicam de defunctis pro parochiano defuncto sepeliendo, iuxta sententiam Scoti in quolibet. 20. art. 2.

Præterea notandum est, quòd secundum Sotum de iustitia & iure parocciij quotidie tenentur celebrare pro sua parocchia, si competentes habeant redditus in eadem ecclesia: At vero Nauarrus in summa, & frater Antonius Cordubensis in suo quaestionario libro. 1. q. 4. circa hoc standum esse consuetudini, aut legi diocesis esse, censet. Atque ita videtur esse tenendum. Nam alias non potest regula stabiliri certa: quia etsi habeant redditus sufficientes, sed alia sunt munera officij sui propter quæ illos meretur redditus. Satis ergo esse arbitrantur alij vt si consuetudo prædicta, vel lex eos paroccos ad amplius non obliget, quòd diebus dominicis & festis, quibus conueuerunt fieri oblationes pro populo, sibi tunc oblationes facienti tunc celebrent. Quamuis opinio Soti locum videtur habere, vbi nimis essent exuberantes redditus, & plusquam sufficientes: quia tunc viderentur dari parochi in tanta exuberantia, vt pro sua parochiali ecclesia celebret. Tenentur tamen parochi vbi sufficientes sunt redditus, & populus est magnus curare, vt quotidie in ecclesia celebretur, ne populares, qui intra hebdomadam missam audiunt ex sua deuotione, etiam in diebus ferialibus non defraudentur à sua laudabili frequentia missam audiendi. Alias si populus paruus sit, parochus celebrare tenebitur non quotidie, sed iuxta consuetudinem receptam, vel conventionem factam cum populo, vel secundum quòd episcopus ei præscripserit faciendum.

Præterea, licet Capellani, quibus quotidie, vel certis diebus hebdomadæ vt missas celebrant ex institutione Capellanæ committitur, non possint fundatores, neque vllò die designatis in capellanæ institutione defraudare, sed si intermiserint aliquas missas eas supplere teneantur, tamen alij beneficiarij & parocciij, qui ratione beneficij tenentur quotidie pro parochianis celebrare (quia hæc obligatio beneficio annexa iuxta ius canonicum secundum Canum ciuiliterveni ab omnibus intelligenda), ideo, si ex rationabili causa excusante aliquo die prætermittent celebrare, quia propter impedimentum occurrens corporis & animæ non fraudulenter procuratum qui omisit non potuit tunc celebrare, non est obligandus ad id supplendum, vel ad aliquid restituendum: quia officium susceptum intelligitur obligare ad illud exequendum quo

tidie, quando commode & disposite & reuenter ad altare celebraturus parochus accedere potest.

Insuper & hic quaestio illa habet suum locum, scilicet, an parocciij ex pitantijs sibi collatis aliquam portiunculam sibi vsurpare possint, imminutasque mercenario missas dicturo porrigere. Quaestio est, cuius Nauarrus meminit in summa cap. 2 §. nu. 3. r. vbi allegat Maiorem in 4. dist. 47. quaest. 3. tenentem partem negatiuam, & Sotum ex alia parte lib. 5. art. de iustitia & iure tenentem affirmatiuam. Nauarrus autem ibi nititur eos concordare per hanc, scilicet, distinctionem, scilicet, quòd opinio Maioris vera sit in casu, quo eas missas commendaret mercenarijs accepit, vt commendaret is, cui ex officio non incumbit eas commendare. Nam iste licet omnes missas sibi commissas dicere faciat, si tamen ex eis aliquam portiunculam sumat, non tantum quantum debet eas dicentibus persoluit, & sic iniustitiam committit. Soti autem contraria opinio verum habere videtur in casu, in quo alicui ex officio incumbit has missas commendatas, vt dicantur eas mercenarijs distribuere dicendas: cuiusmodi videntur esse aliquot parochi & sacristæ, quibus consueuere commendari missæ dicendæ. Nam his, si quando qui dat percuniam pro missis dicendis, dat plusquam ad pitantias ordinarias sufficit, cum voluntate saltem tacita, vt quod superest retineant sibi pro cura & industria, quam ei rei impendunt, eas mercenarijs sacerdotibus dicendas commendando id licite retinent arg. ca. scienti, & consentienti non fit iniuria. Cæterum, quia hic Nauarrus solum parochis, & sacristis (quando ea cura est demandata ex officio commendandi mercenarijs missas, quæ adducuntur ad ecclesiam dicendæ) concedit posse ex his pitantijs aliquid accipere, quòd super excedunt ordinarias pitantias, quæ solitæ sunt pro missis impendi, adhuc superest nosse, an in aliquo casu Curatus, & sacrista etiam de ordinarijs pitantijs, quæ adæquant argenteum, possint duo, aut tria dipondia pro dicta cura eas commendandi subtrahere. Nā Corduba loco citato, neque curatis id concedere vult. Quia, iam, inquit, ad id officij, id est, ad dicendas missas populi, vel ad eas commendandas mercenarijs, si eas ipsi dicere non possunt, sunt stipendiati alijs: ergo pro hoc aliquod aliud stipendium minuendo pitantias ordinarias accipere non possunt. At Sotus è contra videtur sentire. Ergo in re dubia, quia non est temere aliquid intentandum, contra iustitiam, dico, quòd neque Curatus, neque sacrista possunt curtare pitantias ordinarias, nisi officium habeant, eas missas commendandi, & simul cum hoc lex aut consuetudo an

tiqua

tiqua illis consignasset pro ea cura commendandi aliquid modicum, puta duo dipondia, ex qua liber pitantia accipere, ita vt mercenario fere sua integra sustentationis merces relinquatur.

Itē in presentiarum scitu dignum dubium occurrit, an parochi possint particulares pitantias à paroccijs accipere. Sunt igitur aliqui, qui arbitrantur eas posse recipere, nisi tantæ sint, quæ alium, vel alios requirant ministros. Nihilominus tamen dicendum videtur cum Nauarro in summa cap. 2 §. nu. 62. (nā hic est casus, de quo est quaestio (vt prædiximus), quòd quæ neque parochus, neque alius, qui tenetur dicere missam pro vno satisfacit, dicendo pro illo, & pro alio, nisi de consensu eius, pro quo tenetur expresso vel tacito, ideo non potest accipere particulares pitantias à parochianis, applicando illis missam, quæ pro toto populo, aut pro alio tenetur celebrare, nisi in casu, in quo ex consuetudine seruata in parochia vsu receptum est, vt parochus dicat missam publicam de defunctis etiam pro parochiano defuncto sepeliendo, vt sentit Scot. in illo quolibet. 20. art. 2. Ideo hinc consequitur, quòd parochus non possit particulares pitantias accipere à parochianis, & missam alijs debitam applicare. Adde quòd secundum Cordubam, si alicui sacerdoti dentur, verbi gratia, duæ pitantiæ pro duabus missis in duplo minores, quam sit pitantia ordinaria consueta dari pro vna missa, potest eas accipere, & pro eis applicare vnam dum taxat missam: nisi promiserit pro illis dimidiatis pitantijs duas missas dicere: nam tunc ratione fidei datæ duas tenebitur dicere. Denique cauendum est, vt quando sacerdos tenetur de obligatione iustitiæ offerre pro vno, non offerat illam pro alio, cui ex liberalitate vult etiam illam applicare, nisi cum intentione hac & conditione, vt primo satisfacere intendat illi, pro quo sic tenetur celebrare, deinde si quid possit libentissime impartiat omnibus benefactoribus, propinquis, & amicis.

Quæritur septimo, vtrum hæretici & schismatici, & excommunicati possint consecrare. Respondetur autem, quòd licet quidam dixerint, prædictos, quia sunt extra ecclesiam, non posse conficere hoc sacramentum, sed nihilominus secundum D. Augustinum secundo contra Parmenianum, decipiuntur isti: quia aliud est aliquid omnino non habere, aliud autem non recte habere. Atque similiter aliud est, non dare, & aliud est non recte dare. Prædicti ergo, quia intra ecclesiam constituti repperunt potestatem consecrandi in ordinatione sua, recte quidem habent potestatem: sed non recte ea vtuntur, si postmodum per hæresim, ac schisma, aut excommunicationem ab ecclesia separantur. Qui autem sic separati ordi-

nantur, non recte habent potestatem, neque recte vtuntur illa, cum tamen vtrique potestatem habeant. Quoniam autore D. Augustino, cum redeunt ad vnitatem ecclesiæ, non reordinantur sed recipiuntur in suis ordinibus. Ideo cum consecratio eucharistiæ fit actus prædictæ potestatis: & cum eam non amittant, verum corpus Christi & sanguinem consecrant, non tamen hoc recte faciunt: sed peccant facientes, atque ideo fructum sacrificij non percipiunt, quòd est sacrificium spirituale. Vnde illud dictum D. Augustini, scilicet, quòd extra ecclesiam non est locus veri sacrificij, & illud D. Leonis, quòd habetur in Decretis. 1. quaest. 1. aliter, scilicet, quòd in ecclesia, quæ corpus Christi est, neque rata sunt sacerdotia, neque vera sacrificia, & similes auctoritates sanctorum, intelligendæ sunt, quantum ad hoc, quòd extra ecclesiam non recte sacrificium offertur: vnde extra ecclesiam non potest esse spirituale sacrificium, quòd est verum veritate fructus, licet sit verum veritate sacramenti: quia tunc isti sic celebrantes sumunt corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter. In hoc enim autem Papa solum prædictis præcisus in articulo extremæ necessitatis licite posse baptizare, cõcedit, sed in nullo casu ecclesiæ sacramenta alia conferre, aut eucharistiam consecrare, nisi licere permittitur. At verò licet sacerdos ab vnitatem ecclesiæ præcisus in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatem: sed in orationibus missæ sacerdos non præcisus, loquitur quidem in persona ecclesiæ, in cuius vnitatem consistit: ideo orationis istius efficaciam habent, non autem orationes sacerdotis præcisus, quippe qui ab ecclesia & ab vnitatem eius est separatus. Quæritur octauo, vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere. Respondetur autem, quòd potestas consecrandi pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis: character autem quilibet, quia cum quadam consecratione datur indelebilis est: sicut etiam consecrationes, quarum cumque rerum perpetuæ sunt, neque amitti neque reiterari possunt. Vnde manifestum est potestatem consecrandi non amitti per degradationem: nam autore Diuo Augustino in 2. contra Parmenianum tam baptismi, quam ordinis sacramentum, quia in quadam consecratione homini datur, dum suscipitur, vtrumque iterari non potest. Vnde concluditur, quòd sacerdos degradatus hoc potest conficere sacramentum. Neque can. quidam. 1. quaest. 1. loquitur contra prædicta assertiue, sed inquisitiue: sicut liquet ex circumstantia literæ. Item etiam, quia episcopus non propria virtute confert potestatem ordinis sacerdotalis, sed instrumentaliter, sicut minister Dei,



Dei, cuius effectus per hominem tolli non potest iuxta illud Matthæi. 9. Quos Deus coniungit homo non separet. Ideo non potest hanc potestatem auferre, sacerdotem degradando, aut aliter; sicut neque ille, qui baptizat potest auferre characterem baptismalem. Adde etiam, quod executio ordinum aliter tollitur per excommunicationem, & aliter per degradationem: quoniam per excommunicationem, quia medicinalis est excommunicatis non auferitur executio potestatis sacerdotalis, quasi in perpetuum, sed ad correctionem usque ad tempus: degradatis autem auferitur executio, quasi perpetuo condemnatis.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est, in dubium reuocari, utrum sacrificium istorum, qui sunt ab ecclesia præcisi, licet nihil illis proficit, proficit tamen alijs, pro quibus offertur. Videtur autem, quod neque alijs proficit, quia auctore D. Thoma preces ecclesiæ factæ in missa in istis, nullius sunt efficaciam: tum. 2. quia ecclesia sacrificium per eos offerre, non intendit: tum tertio, quia scientes illos esse præcisos si eos ad celebrandum inducant, in hoc mortaliter delinquant: ergo incapaces se efficiunt ad participandum huius sacrificij fructum. Nihilominus respondetur primo, quod quatenus ad ipsum principale sacrificium attinet, quia vere conficitur à præcisio, sit, ut sacrificium hoc natura sua proficit alijs, pro quibus offertur, si sint in gratia, unde infert Sotus, quod si aliquis hæreticus non requisitus, sed sua sponte sacrificet intendendo, quod facit ecclesia, offeratque pro papa, pro rege, pro alijs que Dei amici, proderit illis sacrificium. Secundo dicitur, quod si hæreticus ille pro rogante eum sacrificare celebraret, & offerret illi sacrificium, nihil illi proderet sacrificium quoad meritum & satisfactionem propter tertiam supra allatam rationem. Tertio dicitur quod loquendo de precibus ecclesiæ in sacrificio factis per ministrum præcisum, maius dubium est. Nam et si D. Thomas dixerit, orationem sacerdotis in missa, etiam si sit in mortali fructuosas esse, non videtur per hoc præcisos comprehendere. Dicendum ergo videtur, quod si vera esset sententia dicentium quod ecclesia præciscendo hæreticos, degradatos & alios, non potest facere, quin si sacrificent eius utantur potestate, etiam in fundendis precibus, quauis peccet, posset glossari D. Thomas, quod illorum preces nullius sunt efficaciam, quatenus ex eorum deuotione promanant, non tamen quatenus eas in potestate ecclesiæ offerunt. Tamē magis verbis Sancti Thomæ consonat, quod orationes præcisi nulli proficiunt: quia ait: orationes præcisi nullam habere efficaciam, quas fundit in missa.

¶ Queritur nono, utrum liceat communio-

nem recipere ab excommunicatis, vel hæreticis, vel etiam peccatoribus, vel eorum missas audire. Respondetur autem, quod sacerdotes, si sint hæretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiam peccatores, quauis habeant potestatem consecrandi eucharistiam, non tamen ea recte utantur, sed peccant utentes, etiam si consecrent. Unde non licet missas eorum audire, aut ab eis communionem accipere: quoniam, qui alicui peccanti & male utenti communicat, participat illius culpæ efficitur, tamen quoniam non omnes peccatores presbiteri sunt suspensi ab executione consecrandi per sententiam ecclesiæ, quauis sint suspensi quantum est ex sententia diuina, ideo licet ab his non suspensis ab ecclesia quo ad alios communionem recipere, & eorum missas audire. Secus est, si tales per sententiam ecclesiæ ab executione consecrandi sint priuati, quales sunt hæretici, schismatici, vel excommunicati præcisi: quia his non licet communicare. Nam ut in. 2. can. Ioannes ait. Qui dixerit ei, aut id est, hæretico, communicat operibus eius malignis. Quia cum huiusmodi (ut ait Paul. 1. ad Cor. 5.) neque sumere cibum licet, neque qui eis communicare refugit Dei sacramenta à malis cōfecta refugit. Quæ D. Augustinus contra Petilianum neque in homine bono, neque in homine malo defugienda esse ait: sed refugit culpam indigne ministrantium, & eis communicare. Item quia corpus Christi verum figuratiuum est corporis mystici, & quia unitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti, ideo à ministris, qui priuantur unitate corporis mystici, quales sunt præcisi, non licet sumere sacramentum: quia non sunt in unitate ecclesiæ. Præterea, licet fornicatio non sit grauior cæteris peccatis, quia tamen propter carnis concupiscentiam proniores sunt homines ad eam, ideo specialiter hoc peccatum à sacerdotibus arcet ecclesia, statuendo, ne aliquis audiat missam sacerdotis concubinarij, sed hoc intelligendum est de notorio vel per sententiam, quæ fertur in conuictum, vel per confessionem in iure factam, quando non potest peccatum hoc aliqua tergiversatione celari.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est, primo, quod peccatores iure naturali quadruplici via sunt à nobis vitandi. Primo, ne eorum simus factores circa eorum peccata. Secundo, causa correctionis, quando, scilicet, videmus, quod si vitemus eorum consortium eis cedet in remedium, ut corripiantur. Tertio, causa vitandi scādalum. Nam tenetur homo studiosus maximē si sit persona publica, quo consulat suo honori, & nomini consortia prauorum declinare, consuetudinem & familiaritatem cum eis interrum-

pendo.

pendo. Tamen criminosi hi sæpe sunt occultij, ut sæpe fecerunt non possint, ideo ecclesia iure positio indixit specialiter, ut à communionem præcisorum ab communicatione ecclesiæ abstineamus. Non tamen ius naturale in prædictis. 4. casibus (dum occurrunt) obligare per hoc cessat, quoad vitandem peccatorum. Secundo est aduertendum, quod excommunicati hodie vitandi sunt iuxta Sanctionem concilij Constantiensis, solum illi, qui nominatim sunt excommunicati, & publice denuntiati pro aliquo crimine, vel etiam notorii percussores clericorum. Sed si roges, quinam sint nominatim excommunicati, respondetur, quod tales esse censentur, tū qui de hæresi schismate, aut apostasia condemnati sunt, ut Lutherani, Vuichestæ: insuper & illi, qui vel nomine proprio, vel nomine dignitatis propter contumaciam inobedientiæ ad ecclesiam, excommunicantur, ut si prætor, aut episcopus Toletanus excommunicetur. Ex quo sequitur corollarie primo, quod publice excommunicati ob alia crimina, ut incendiarij, nisi nominentur non sunt vitandi. Sequitur item secundo, quod licet excommunicentur participantes cum excommunicato, nisi nominentur, non sunt excommunicati excommunicatione maiori: quomodo sit intelligendum supra diximus, & iterum in suo loco sumus dicturi. Nam intelligitur secundum Nauarrum in solo eo casu, quo iudex primo sententiam, quæ dicitur ab homine ipse tulit, & statim ad maiorem reprobationem à se excommunicat, & non à iure sententiā de participantibus post profert. At quia præcipitanter eam solent ferre isti iudices statuit eis ius canonicum istum modum cap. statuimus de sen. tex. comunic. in. 6. & alias irritat talem sententiam. Accedit ad hoc, quod Sotus ait in. 4. sent. dist. 13. artic. 9. scilicet, quod ab hæreticis, neque communionem recipere liceat, neque eorum missam audire, ut habetur. 20. quæst. 1. cano. si quis dederit. vbi Sotus loco citato, aut aliquis alius ei superaddit hanc etiā exceptionem, nisi in mortis articulo, in cuius confirmationem citat D. August. relatum can. si quem forte. 20. quæst. 1. Et tamen D. August. ibi (ut clare patet, tum ex textu, tum ex glossa) de baptismo accepto in articulo mortis ab hæretico, loquitur, & non de communionem. Imo de communionem loquens glossa ead. caus. & quæst. can. subdiaconus, tenet, quod & si baptismus in articulo mortis, quando non suppetit alius minister, possit licite recipi ab hæretico non tamē tunc ab hæretico licet recipere communionem. Vbi quinque aut quatuor reddit rationes, quare ab hæretico tunc sacramentum baptismi recipere liceat, non autem sacramentum eucharistiæ.

¶ Quia olim, ut habetur dist. 32. can. nullus, quem hic citat D. Thomas cauebatur, nequis missam sacerdotis, qui in publico erat concubinato audiret, eo quod tunc, auctore Soto, vbi supra publici concubinarij, excommunicati erant, illi, scilicet, qui (ut ait D. Thomas in solutione tertij) per sententiam publicam erant cōdemnati, aut conuicti, aut qui nulla poterant tergiversatione celari: nunc merito dubitatur, an canon hic iam exoleuerit ab usuque recesserit. Nauarrus nanque arbitratur, neque nunc suum vigorem amisisse, licet plerisque popularium, ignorantia huius canonis teneri credit, ac per consequens eos à culpa audiendi eorum missas excusari censet. Sotus verò rigorem prædicti canonis bona causa cessasse autumat, scilicet, quia indicatum est, tum ipsis concubinarijs occasionem amittendi pudoris dari, tum & populo laqueum delinquendi hinc iniici. Arbitror tandem ego hanc sententiam Soti absolute iam esse veram, siue propter eius rationes, siue quia iam cessauit excommunicatio, si qua erat (ut ait Sotus) qua erant ij publici concubinarij olim excommunicati, qua ratione earum missas audire populares prohibebantur, siue quia suspensi erant à diuinis, etiam quoad alios per iuris sententiā suspensionem suam, quæ nunc post concil. Constant. moderata est per hoc, quod statuit, quacumque censura ecclesiæ irritos (qualis est etiam suspensionis censura) non teneri populum vitare in diuinis, vel extra, nisi publice & nominatim sint denunciati de his censuris.

¶ Queritur decimo, utrum liceat sacerdoti omnino à consecratione eucharistiæ abstinere. Respondetur autem contra alios dicentes, posse sacerdotem omnino à consecratione licite abstinere, nisi ex officio, aut commissione teneatur celebrare, & sacramentum eucharistiæ ministrare, quod nihilominus quia vnusquisque gratia sibi data vti tenetur, cum opportunum fuerit iuxta illud. 2. ad Corint. 6. hortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis) non licet sacerdoti à celebrando cessare, etiam si cura animarum careat quia oportunitas celebrandi attenditur non solum per ordinem ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrare, sed principaliter per comparisonem ad Deum, cui in consecratione huius sacramenti sacrificium offertur. Videtur autem, quod celebrare teneatur in præcipuis festis, & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt. Hinc est quod. 2. Machab. 4. dicitur, contra quosdam sacerdotes, scilicet, quod iam non erant circa officia altaris dediti contempto templo, & sacrificijs neglectis. Neque valet contra hoc ratio, scilicet, quod sacerdos, cui non incumbit cura animarum, sicut potest

potest ab administratione aliorum sacramento  
rum omnino cessare, possit etiam & a consecra-  
tione eucharistiae omnino abstinere: quia est di-  
uersa ratio. Nam cetera sacramenta perficiuntur  
in usu fidelium, quibus sui curati tantum tenentur  
ea administrare, at hoc sacramentum perficitur  
in consecratione eucharistiae in qua sacrificium  
Deo offertur, ad quod sacerdos obligatur  
ex ordine iam suscepto. Hæc autem obligatio  
tollitur à sacerdote, dum per sententiam ec-  
clesiæ executione ordinum est priuatus, vel sim-  
pliciter, vel ad tempus, quia redditus est im-  
potens ad sacrificium offerendum: sed hoc sibi ce-  
dit in detrimentum spiritualis fructus magis  
quam in emolumentum. Si vero non est sacerdos  
peccator priuatus potestate celebrandi, non li-  
ber manet ab obligatione hac, neque tamen per-  
plexus est, siquidem in sua potestate situm est,  
pœnitere de peccato, & sic digne celebrare. Præ-  
terea debilitas aut ægrotudo superueniens ordi-  
ni sacerdotali, etsi ordinem non tollit, tamen  
executionem ordinis tollit, quantum ad conse-  
crationem eucharistiae: quandoque quidem pro-  
pter impossibilitatem executionis, sicut, si pri-  
uetur oculis, aut digitis, aut usu linguæ: quando-  
que autem propter periculum, sicut patet in la-  
borante morbo caduco, aut in patiente quæcum-  
que alienationem mētis, vel in leproso, qui pro-  
pter vitandam, abominationem non debet pub-  
lice celebrare, potest tamen occultè missam di-  
cere, nisi lepra adeo inualuerit (vt quia corrodit  
iam membra) eum fecerit ad hoc impotentem.  
¶ Circa quam doctrinam notandum est, quod  
dum D. Thomas ait, sacerdotes à cura animarū  
liberos, teneri saltem in præcipuis festis, & ma-  
ximè in illis diebus, in quibus fideles communi-  
care conueniunt celebrare, hæc eius verba non  
sunt referenda ad solum nouum communican-  
di præceptum, ex quo omnes fideles consueve-  
runt communicare in resurrectionis paschate.  
Nam hoc videtur quod esset nimium præceptū  
celebrandi; quo tenentur sacerdotes extenuare,  
cum hoc sit pares sacerdotes laicis in hac obliga-  
tione celebrandi, & communicandi facere. Igi-  
tur ad illum priscum morem respexit D. Tho-  
mas, quando populus in die natiuitatis & paschatis  
resurrectionis & pentecostes communicabat  
quocirca probabilius dicitur, quod sacerdotes  
secluso impedimento tenentur, saltem his die-  
bus consecrare, vel saltem alijs ter, vel quater in  
anno, quod cōiaturaliter probat Sotus ex cap.  
dolentes de celebr. missar. Vbi pontifex eos re-  
prehendit sacerdotes, qui vix quater in anno  
missarum solennia celebrant. Sacerdos autem  
simplex, qui aliquando in diebus anni alias cele-  
brasset non obligatur sub reatu mortali illis si-

gnanter paschalibus festis celebrare, nam huic  
fatis est, quod post hoc præceptum ecclesiæ de  
cōmunicādo in paschate resurrectionis seruet.  
Hæc est communis Syluestri, verbo, missa. 1. q.  
7. & Paludis in. 4. dist. 1. 3. qua st. 2. & Durandi,  
ibidem, & Gabriels dist. 12 & est cōmunis sen-  
tentia Theologorum contra Caietanum hic,  
post summam Rosellam, tenentē, abstinere sa-  
cerdotem per longum tempus à celebrando, nō  
esse mortale, ex suo genere, sed tantum esse  
veniale. Sed opinio communis theologorum cō-  
tra ipsum probatur ex autoritate adducta à D.  
Thoma. ex Paulo, Hortamur vos ne in vacuum  
gratiam Dei recipiatis. Patet etiam ex illo di-  
cto, & præcepto Domini: Hoc facite in meam  
commemorationem. Item patet per illud Mat-  
thæi. 17. & Lucæ. 19. vbi acriter reprehenditur  
ille seruus, qui abscondit talentum, & ex cap.  
dolentes de celebr. missarum. Item in gratia hu-  
ius facit, quod alias non videtur fieri, sine scan-  
dalo populi Christi ani cum vident sacerdotem  
per longum tempus, sine causa rationabili excu-  
sante à celebrando cessare, vnde corollarie infe-  
runt aliqui, quod qui semel recepit sacerdotium  
& per longum tempus differt cantare primam  
missam sine causa excusante, peccat mortaliter  
ob rationes allegatas.

## CAP. LXXIX.

De ritu huius sacramenti. Vtrum in hoc sacramē-  
to Christus immoletur, de præcepto audiendi  
missam & qui excusentur, & quando paro-  
chus teneatur celebrare. & an pluries in die  
celebrare possit: Et qua hora, & quo loco. &  
tempore, & an ieiunus debeat celebrare: Et  
de privilegijs celebrandi in loco priuato, &  
de requisitis ad celebrationem: De ceremonijs  
missæ, & de earum significationibus: Et an  
possit occurrere defectibus missæ, & quomodo.



VASTIO. 83. De ritu huius sa-  
cramenti, vbi queritur primo, vtrū  
in hoc sacramento Christus immo-  
letur. Respondetur autem, quod  
duplicatione celebratio huius sa-  
cramenti dicitur immolatio Christi. 1. quoniam  
ipsa est imago representatiua immolationis  
Christi in cruce. Imago vero nomen eius cuius  
est imago fortitur: quemadmodum de imagine  
aliqua dicimus, ille est Petrus, ille est Dionysius.  
Secundo dicitur immolatio Christi, quantum  
ad effectum passionis Christi: quia, scilicet, per  
hoc sacramentum participes efficiuntur fructus  
dominicæ passionis, quantum ergo ad primum  
modum

modum poterat dici Christus immolari in figu-  
ris veteris testamēti, ideo in Apocalyp. Christus  
dicitur agnus occisus in origine mundi, sed quan-  
tum ad modum secundum, proprium est huic  
sacramento. At verò quoniam secundum D.  
Ambrosium vna est hostia, quam Christus ob-  
tulit, & nos offerimus, & non multæ, & quoniam  
semel oblatus est Christus, cum hoc sacrificium  
sit exemplum illius, sequitur, quod sicut quod  
vbique offertur vnum est corpus, nō multa cor-  
pora; ita vnum est sacrificium. Item sicut celebra-  
tio huius sacramenti, est imago representatiua  
passionis Christi, ita altare est representatiuum  
crucis ipsius, in qua Christus in propria specie  
immolatus est. Deinde sicut autore D. Augusti-  
no in libro. 3. de Trinit. in immolatione Christi,  
idem est sacerdos, & hostia: sic etiā, quia in ista  
immolatione altaris sacerdos gerit imaginem  
Christi, in cuius persona & virtute verba pro-  
nunciat ad consecrandum: ideo & hic quodam-  
modo idem est sacerdos & hostia.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est  
primo, quod licet Christus in ara crucis quan-  
tum ad sufficientiam pro vniuersis nostris deli-  
ctis satisfecit: tamen, quia quo ad efficaciam nul-  
lus illius sacrificij in cruce oblatis fructum parti-  
cipat, nisi taxate secundum suam dispositionē,  
vel sacramentalē mensuram, & gradum: ideo si-  
cut constituti iam in gratia indigemus opera bo-  
na in dies exhibere: quatenus in dies cumulatus  
passionis eiusdem fructus participemus: ita etiā  
potissime per oblationem huius sacrificij effe-  
ctum satisfactionis passionis Christi, quo ad  
efficaciam participabimus. Hoc namque est,  
quod D. Thomas hic ait, scilicet, quod per hoc  
sacramentum participes efficiuntur passionis  
Christi.

¶ Notandum secundo, quod sacramentum  
& sacrificium non distinguuntur tanquam con-  
traria, imo consecratio & usus sacramenti adhi-  
bita oblatione rationem integrat sacrificij, sum-  
ptio autem corporis & sanguinis potissime ad  
sacrificium attinent, quapropter populus qui  
sacris assistens sanctam suscipit communionem  
per ipsam etiā summptionem suo ordine & gradu  
sacrificat. Præterea notandum est, quod hoc sa-  
cificium dicitur missa secundum aliquos ex eo,  
quod dicta missa diaconus ait, Ite missa est, qua  
si dicat, ite, quia missio est, id est, tempus dimit-  
tendi vos, quia finitum est sacrificium. Vel dici-  
tur missa, quia autore Dionysio de ecclesiast. hier-  
archi. ca. 3. catechumeni admissi ad lectionem  
epistolæ vel euangelij, ante offertorium, tunc  
iubeantur exire canente Diacono, ite missa  
est, hoc est sacra oblatio incipitur, cui vobis in-  
teresse nō licet. Ita Iudorius in lib. de officijs &

Remigius in lib. de officijs missæ. Inde in contra-  
rio sensu videtur introductum fuisse in usu, vt in  
fine missæ dicatur, ite missa est, id est, ite, quia  
missa perfecta est. Vel secundum Hugonem  
lib. 2. de sacramentis part. 8. ca. 14. missa dicitur,  
hostia, & oblatio, quia per sacerdotem, qui me-  
diat inter Deum & populum, ad Deum translati-  
tatur, cui expositioni accedit D. Thomas art.  
sequenti.

¶ Porro sciscitari in hoc loco solent Doctores,  
ac dissoluere illam quæstionem, scilicet,  
vtrum sit præceptum diuinum audiendi missam  
in diebus festis sub reatu mortali obli-  
gans. Nam videtur tale præceptum non sit, quia  
in euangelio non continetur, tum, quia reliqua  
sacramenta necessaria percipiendi, quantum præ-  
ceptum sit, tamen nullum præceptum est obli-  
gans ad ea audiendum. Nihilominus est conclu-  
sio citra dubium admittenda, scilicet, præceptū  
esse positum ecclesiæ iure diuino fundatum,  
obligans sub peccato mortali ad audiendam  
missam in diebus festis. Qui autem huic conclu-  
sioni refragaretur tanquam suspectus de contē-  
ptu mandatorum sanctorum pœnas dignas esse  
daturus. In probationem huius veritatis fa-  
cit præceptum de hoc indictum in cōcilio Aga-  
theni, & admonitio de hoc in Concilio Catha-  
ginensi, quæ referuntur de consecrat. dist. 1. can.  
missæ & can. qui die solenni. Et ne aliquis hæc  
concilia fuisse provincialia causeatur, en Canon  
apostolorum qui can. omnes fideles ibidem re-  
fertur, qui hoc confirmat. Accedit ad hoc, quod  
prædicti canones non videntur habere formam  
noui præcepti, sed tanquam de re tum ab omni-  
bus receptis, imo, & antiquissima, tum à tēpori-  
bus apostolorum vsque ad nos ex eorum tra-  
ditione traducta loquuntur. At quantum præ-  
ceptum hoc non sit in euangelio expressum, fun-  
datur tamen in illo mandato diuino, scilicet, sab-  
batha sanctifices. Sanctificatio aeterni sabba-  
thi ad cultum exhibendum Deo in diuinis of-  
ficijs destinabatur. Igitur hoc consultiissime  
ecclesiæ de missa audienda in festo interpretata  
est nunc.

¶ Præterea, nosse opus est an audire die Do-  
minico, vel festiuo totam integraliter missam  
sic obligemur, vt citra reatum mortalem non pos-  
simus aliquid prætermittere. Dicitur ergo pri-  
mo, quia præcepta diuina siue ecclesiastica mo-  
re humano sunt accipenda. Ideo si aliqua parti-  
cula modica omittatur (quia quod parū est pro  
nihil reputatur) mortalis omisio nō erit: Quo-  
circa si ab epistola re sacram quis audierit, præ-  
cepto huic fecisse satis censendus est. Nā canone  
illo apostolorum admonentur omnes fideles in  
diebus solennibus, vt scripturas apostolorū, &

euangelia audiant. Dicitur præterea secundo, quod licet hæc sententia sit Soti, & archiepiscopi Florentini dicentis, quod qui dimittit euangelium, vel tertiam partem missæ, notabilem partem missæ, videtur omittere, atque ideo peccare mortaliter eum apparet: non autem si minorem partem omittat. Nihilominus Nauarrus in summ. cap. 21. numero. 2. arbitratur, quod qui prætermittit ex culpa sua audire ab introitu missæ usque ad epistolam inclusiue, peccat mortaliter, quia notabilem partem audire omittit. Quod probat ex canone, quando de consecrat. dist. 1. Sed Sotus existimat canonem hunc, atque canonem Apostolorum, ut omnes Christi fideles non tam extricte esse intelligendos (ut licet admoneât, ut omnes fideles in diebus solennibus festiuis scripturas Apostolorum, id est, epistolas & euangelia audiant) obligent ad mortale audire epistolam. Igitur tenere possumus cum Soto, quod omisio epistolæ tantum & introitus missæ in missam audiente culpa mortali careat. Super addit autem Sotus, quod euangelium non audire non esset tutum, quasi insinuans, quod omissio audire ab introitu missæ usque ad euangelium inclusiue, sit peccatum mortale, non autem exclusiue. At verò si post sumptionem sacramenti iam factâ à sacerdote quis à missa exiret, non ideo fieret peccati mortalis reus. Nam etsi conciliū Agathense huiusmodi ante benedictionem sacerdotis egredientē publice ab episcopo confundēdū esse dicat, sed hoc ab usu recessit, neque hoc hodie crimini mortali datur. Adde tertio, quod quia ex vna particula omisio principij & ex alia particula omisio finis, potest fieri vna omisio notabilis: ideo secundum Nauarrum vbi supra, tunc talis omisio vtriusque partis reus fieret peccati mortalis. Crediderim tamen ego, quod qui introitum missæ omisit audire, quauis post sumptionem hostiæ, & calicis egrediatur non deliquit mortaliter: quia vtraque omisio non videtur constituere vnam omisionem notabilem. Sicut neque condemnandus est ad mortale, qui partem vnius missæ audiuit, si reliquum alterius missæ audierit, si quidem audiuit omnia necessaria. Ita Maior in. 4. dist. 45. quæst. 2. cui subsc: bunt Sotus, & Nauarrus locis citatus. Quod at tē ibi addit Nauarrus allegans auctoritatem Margaritæ confessorum, cui ipse videtur accedere, scilicet, quod dicendū est quod satisfacit quis legendo per se post missam partem omisissam, vel audiendo lectam ab alio, mihi non probatur omnino, quando omissio notabilis pars quia pars ista omisio, dum post legitur per se ab omittente vel audit illam ab alio extra missam non est pars, concomitans sacrificium missæ,

A quam integre ecclesia præcipit audiri. Porro, quoniam sub præcepto cadit audire missam, quomodo sit audienda, & qualis attentio ad eam audiendam requiratur discutere operæ pretium est. Dicitur ergo primo, quod cum dicimus audire missam, intelligimus præsentem esse. Nam, ut ait Sotus, qui in magna ecclesia sacerdotem à longe spectat, licet non audiat, præceptum implet. Veluti si quis græcā audiret missam cuius nullū verbū intelligeret. Secundo dicitur, quod qui in die festo missam audit, & in notabili parte missæ intendit animū his, quæ attentioni necessario debite repugnāt, ut colloquēdo dormiēdo, scribēdo, pingēdo peccat mortaliter, ita Caiet. in summa festor. violatio, & Sylu. verbo miss. 2. q. 6. & angelus verbo feriz. §. 41. & Nauarrus, vbi supra cont. Sot. in. 4. sent. d. 13. q. 2. art. 2. vbi indulgentior est, quā par sit immittentes colloquia etiā indecētia inter audiendū missam de præcepto. Vbi sine vlla limitatione, aut distinctione loquitur, quod attentio, quæ sub præcepto est necessaria ad audiendam missam, non est tanta quanta in officio canonico per soluēdo requiritur: sed sat est, quod sit actus humanus. Vnde corollarie infert, quod quauis indecētia sint colloquia inter audienda sacra, non tamen propterea transgressio præcepti fit. Possent tamen inquit voces, & cachinni in tantum prorumpere, ut per se essent peccatum irreuerentiæ, & scandali, licet sic audiendo impleatur præceptū, quoad substantiam præcepti. Sed certe ista sentētia Soti, ideo mihi non satis placet, quia fideles in die festo tenentur audire missam ad colendum Deum, huiusmodi autem cultus oportet sit in spiritu & veritate: nam pater tales quærit adoratores. Isti autem, qui per totā missam, aut per eius notabilem partē cōfabulantes colloquia profana, & indecētia miscent, tantū abest, ut attentionē debitam cultui diuino præstent, ut repugnantē huic attentioni debitæ attentionē habeant, dū attendunt cōfabulationibus, quibus ibi exterius vacant, ergo transgrediuntur præceptum (ut Caiet. Sylu. est. Nauarrus & communiter omnes sentiunt. Nam omnes isti audientes missam de præcepto tenentur habere attentionem, aut audiendo ipsam missam, aut vacādo alicui meditationi diuinæ, aut recitādo aliquā orationē attēte. Athi qui cōfabulatur sic in missæ notabili parte, aut in tota profane & indecēter, dum præbent auditum & attētionē his, quæ cōfabulantur, & sibi inuicem cōtinuata colloquutione respōdēt, illā attētionē, moraliter loquēdo, auocāt à diuino officio missæ: ergo mortaliter loquendo præceptū non implent, neque quoad substantiam. Imo non desunt qui arbitrantur, quod si audientes missam de præ-

de præcepto distrahantur per solum actum in teriorem, id est, per euagationem mentis ad alia negotia profana, & læcularia, id sciēter facientes per totam missam, aut per notabilem eius partem peccant mortaliter. Quod verissimi liter arbitrantur, præsertim quando de proposito id faciunt tempore oblationis hostiæ, & eius consecrationis & eleuationis, & sumptionis. Nam isti sciēter sic distracti mente præoccupati cōfabulationibus exterioribus non videtur quomodo cultum exhibeant Deo. sed quia res videtur scrupulosa solo actu interiori distractos damnare, dum id ex contemptu & de industria non facerent, & si aduertenter faciant, dico quod sicut non audeo eos damnare ad mortale, præsertim si alio tempore missæ etiam notabili diuagantur, & non tempore consecrationis, eleuationis hostiæ, & sumptionis, sed neque audeo sic approbare, ut ad culpam venialem grauem saltem id non imputem. Hinc sequitur corollarie, quod qui vadit ad ecclesiam ad audiendam missam (etsi quia sinistro proposito vadit peccet) tamen audiendo missam præceptum implet. Sic Sotus. Sicut etiam exemplificat. Nauarrus: si quis iret principaliter ad ecclesiam ad videndam faminam pulchram ob illicitum finem, impletet quidem præceptum de audiendo missam (quidquid sit de peccato sinistra intentionis) contra S. Antoninum, vbi supra. Et licet ista sententia sit vera, quia fundatur in illa opinione communi, quæ est magistri Cani & Victoriz & Capreoli, scilicet, quod per actum demeritorium & malum potest adimpleri præceptum: tamen ne omnino sententiam D. Antonini explodamus potest dupliciter glossari, ne omnino falsa videatur. Primo quando qui vadit ecclesiam causa ibi inuisendi mulierem, adeo in eius lasciuo aspectu delectatur, quod ibi in ea mente absorptus ad sacrificium missæ nullatenus attendit, aut curat attendere. Secundo potest glossari, quando vadit ad audiendam missam de præcepto magis principaliter propter inuisendam ibi amicam, ea animi intentione sola, ut eam videret & alloqueretur, alias non iturus ad ecclesiam, neque missam auditorus: tunc dici potest esse transgressor præcepti, non propter hoc, quod missam de facto non audiat, sed propter malam appositam circumstantiam, eo, scilicet, quod animum habuit non audiendi missam, neque adimplendi præceptum, nisi in illa ecclesia visurus esset amicam. Sic etiam intelligendum venit caput, qui ex timore, extra de regulis iuris. libro. 5. Vbi dicitur, Qui ex timore facit præceptum aliter, quam debeat facit, & ideo iam non facit.

Instr. cons. Pars. 2.

A Præterea aliud quoque insurgit dubium, scilicet, vtrum, qui missam de præcepto tenetur audire ibi persoluendo horas canonicas vtrique præcepto possit satisfacere. Nam Syluester verbo. missa. 2. §. vltimo negatiuam tenet, Caietanus autem in opuscul. de valore orationis, affirmatiuam tueretur. Nihilominus tamen opinio Caietani, ut verior recipitur, cui assipulatur Sotus loco citato, & Nauarrus in summa, vbi supra, & Metina etiam qui in huius gratiam adducit, quod eodem actu potest quis implere duo præcepta. Quod exemplificat in eo qui ex præcepto confessoris tenetur in satisfactionem penitentia dare elemosynam, si eam impendat in extrema necessitate constituto vtrique præcepto tam elemosynæ, quam penitentia, eadem elemosyna satisfacit. Probatur etiam ratione communi. Nam si qui græce audit missam, aut omnino est surdus, vel quia non potest, nisi ex longinquo audire, ideo nihil percipit de verbis missæ, vel quia eam sacerdos submissa voce dicit, non tenetur esse attentus, ut verborum sensus percipiat: ergo cur non poterit diuinum officium tunc persolvere, cum finis vtriusque actus idem sit, scilicet, vacare Deo: & hic actus circa hunc finem non se præpediant. Præterea ratione Soti probatur: quia qui sic missam de præcepto audiens horas debitas recitat, non est censendus neutri præcepto satisfecisse: ergo alteri tantum satisfecit: ergo cum non sit maior ratio, quod vni satisfaciat, quam alteri, videtur vtrique satisfecisse. Quod si responderis neutri fecisse satis, huic tuæ responsioni obstat, quod si postea tantum horas persoluat, censetur impleuisse vtrumque; ergo dum audiebat missam præceptum audiendi implebat. Et pari ratione si postmodum missam audiat, censetur impleuisse vtrumque: ergo dū missam audiebat satisfaciebat præcepto horarum, atque adeo ambobus. Adhibet tamen Nauarrus vnam limitationem acceptione dignam, scilicet, hanc Caietani sententiam veram esse, dum modo non adeo vni soli rei intendat, ut alteri necessariam attentionem non adhibeat: quod præstare quis potest cum non teneatur audire verba sacerdotis: quia satis ad ceremonias missæ surgere genua flectere, & actualiter, vel virtualiter exoptare, ut sacerdos celebrans adeo exaudiatur: quæ quidem ad hæc attentio compatitur secum attentionem debitam ad persoluendas horas. Igitur opinio contraria fortasse haberet verum, vbi attendens vni totaliter ab altero attentionem debitam subtraheret: quia illud præceptum, cui tota-

T 2 liter



licet subtraheret attentionem, non impletet: & ideo si neutri attentionem adhiberet, neutri satisfaceret, iuxta illud glossa. l. nemo C. de assessor. Et per hoc soluitur ratio Soti: nam nihil probat, nisi sua sententia iuxta hanc limitationem intelligatur.

¶ Secundo advertendum est, non necessum esse, missam proprii festi audire, quia non præcipitur, nisi missam audire, quod sufficit ad cultum Deo exhibendum. Non tamen aliquali culpa carent sacerdotes illi, qui nullam rationem festi habentes, citra delectum in die festo quamcunque aliam missam dicunt.

¶ Ex quo corollarie inferitur, quod non est cononum rationi, neque benefactum relinquere missas ordinarias: quando debent dici promissis mortuorum. Nam missa de Sancto aliquo ita prodest defunctis, ac si de mortuis diceretur, quoad sacrificium. Quantum autem ad orationes etsi magis prodest, quæ pro defunctis est, tamen hunc defectum recompensat maior de votio, vel affectio eius, qui missam de sancto celebrat, si eam pro defunctis applicet, secundum D. Thomam in. 4. sententiarum. distinctione. 4. 5. quæst. 2. articulo. 3. quæst. 1. ad. 5. Vnde satisficit missas de sanctis applicando pro defunctis. Cæterum respondendo ad casum, de quo sum rogatus, non arbitror satisfaceret suæ obligationi clericus ille, qui in regionibus Indiarum coaceruavit magnam copiam missarum, quæ ibi commendantur, ut ibi dicantur pro eas commendantibus, ubi pitantiæ in quadruplo, & in quintuplo, imo in septuplo grossiores dantur pro eis illic dicendis, quam in Hispania, si eas dicendas mittat in Hispaniam, ut tot numero in Hispania dicantur ad taxam pitantiarum Hispaniæ, & retineat sibi reliquum de pitantijs illis grossioribus. Quia præterquam, quod prolatando celebrationem ipsarum iniuriam irrogat commendantibus, periculo eas exponit transfuehendo eas in Hispaniam, ut dicantur, ut in mari stipendium quod pro eis dicendis mittit, pereat, & sic non dicantur. Tum etiam, quia quavis ista pericula cessarent iniuriam infert conducentibus illum illo pretio grossiori ad dicendas eas in regionibus Indicis, si ibi eas non dixerit, licet curam adhibeat, ut dicantur in Hispania. Sicut si quis conduceret operas artificis in regione, ubi maius stipendium sibi debetur, quia ibi vidualia carius valent, si per soluto sibi pretio ordinario ibi currenti maiore, eas operas huiusmodi vellet artifex præstare, non ibi, sed ubi vilioris constant, licet tales operæ ibi exhiberent tantumdem emolumentum eum conducenti afferrent citra iniu-

riam id non esset. Sic in casu proposito vsu euenire videtur.

¶ Præterea agitari hic solet illa quæstio, scilicet, utrum qui privilegio gaudet pontificio cruciatæ, aut alio ad licite missam audiendam tempore interdicti teneatur diebus festis illam audire. Respondetur autem quod licet aliqui hoc argumento persuasi, scilicet, quod privilegia conceduntur in fauorem, & non ad compulsionem, ergo præceptum ecclesiæ in tempore interdicti generalis eos non cogit audire missam, tenent huiusmodi privilegiatos ab audienda missa excusari: nihilominus tamen dicendum esse videtur cum Soto & Nauarro locis citatis, & B Metina in sua instructione confessorum, quod interdictum generale non excusat eum, qui iure communi aut privilegio speciali illam in illo interdicti tempore audire potest, de quibus sunt clerici primæ tonsuræ. Hanc etiam esse opinionem Ioann. Andrea in capitulo finali de sententia excommunicationis. libro. 6. ait idem Nauarrus, & esse receptam per totam Hispaniam, sed non per Galliam, ubi contraria Archidiaconi seruabatur olim. Probat autem ratione. Tum, quia præceptum missæ obligat omnes potentes audire, & commode adimplere præceptum, cuiusmodi sunt prædicti privilegiati: non enim privilegium de se obligat, sed solum possibilitat privilegiatos ad audiendum, atque adeo facit eos materiam præcepti, quod obligat omnes potentes. Et sic soluitur ratio in oppositum. Præterea probatur exemplo Soti de in carcerato, cui si à pratore copia fieret diebus festis adeundi ad ecclesiam ad audiendam missam, teneretur vsque illam audire. Probat autem ratione Metinæ in sua instructione confessoris. §. 13. Quia qui impotens erat antea ad soluendum debitum creditori, excusabatur tunc à solutione: si tamen aliquis gratiose ei contulit in elemosynam, unde iam sit soluendo, ius naturale, eum utpote iam potentem ad soluendum creditori obligat: Sic etiam in præsentis casu. Neque obstat illud, quod habetur capite, quod ob gratiam de regulis iuris. in sexto. ubi decernitur, quod id quod in fauorem & ob gratiam alicuius concessum est non est, in eius dysfunctionis reuera gratia privilegij prædicti privilegiatis non conuertitur in dispendium, sed in maximum spirituale emolumentum, dum potentes fiunt ad adimplendum de audienda missa præceptum. ex prædictis corollarie inferitur, verum esse, quod ad obiectionem

ibi

ibi respondet Metina, scilicet, quod si tota Salamanca esset interdicta, si extra muros in suburbij esset aliqua ecclesia non interdicta, si esset valde vrbi propinqua tenerentur ciues illuc adire ad audiendam missam: secus est si longe talis ecclesia ab vrbe distaret: Quia assertio nostra, qua privilegiatos potentes obligamus ad audiendam missam intelligitur, quod obligantur ad eam audiendam in ecclesijs assuetis & in ecclesijs ordinarijs ubi communiter solent missæ audiri.

¶ Deinde corollarie secundo additur quod excommunicati, & interdicti, quavis peccent non procurando absolutionem, non tamen peccant omittendo audire missam, quam de iure non possunt audire secundum Nauarr. ubi supra arg. cap. quia diuersitatem. de concessione. præbendæ. Neque obstat cap. finale. de electione. ubi imputatur non potentibus eligere sine licentia, quod eam non procurauerint, neque elegerint, quia hic currit diuersa ratio.

Porro iam hic illa quæstio scitu digna fit obuia, qui tunc qui ab hoc præcepto audiendi missam excusantur. Respondetur autem primo, quod qui sine causa excusante etiam citra contemptum per solam negligentiam omittunt missam de præcepto, delinquant mortaliter, nisi sint expertes discretionis, ut infantes & stulti. Facit pro hoc cap. omnis. de poenit. & remiss. & clementina. 1. de homicid. An vero pueri iam adepti septennium teneantur audire missam de præcepto, in dubio vertitur. Nam (ut refert Corduba in tractatu de casibus conscientiarum. quæst. 6. secundum Florent. 2. part. sum. tit. 9. c. 18. §. 2. & Hostiens. & Anchar. & Sotum in. 4. dist. 18. quæst. 1. art. 4. & dist. 12. quæst. 1. art. 1. & de iustit. & iur. lib. 8. quæst. 3. art. 2. ecclesia communiter pueros non attingentes annum vndecimum, vel duodecimum sub obligatione mortali, aut sub poena excommunicationis non astringit ad leges & mandata ecclesiastica, confitendi semel in anno, communicandi in paschate resurrectionis audiendi missam in die festo, & abstinendi à carne & ouis & lacticijs in feria. 6. & in quadragesima: quia sic isti doctores interpretantur caput omnis. de poen. & remissi. Nihilominus tamen consuetudo circa hoc est potius obseruanda, quæ habet ut pueri septem annorum, aut octo annorum, cum possint peccare mortaliter, tenentur confiteri: licet vsque ad duodecimum annum excusentur à censuris ecclesiæ, si omiserint confiteri. Hoc enim videtur dictare ius cap. omnis: & sic consuetudo interpretatur ius. Atque idem dicendum est de obligatione audiendi missam de præcepto, & de abstinendo à carnibus, & à lacticijs in diebus prohi-

Instruct. confc. Pars. 2.

bitis. Tenentur enim hac obligatione cum peruenerint ad septennium iam completum, ita quod illud excesserint, si eo vsu rationis & discretionis iam vtantur, ut sciant mandatum esse christianis in festis audire missam, & in prædictis temporibus abstinere à carne, ouis, & lacticijs. Ita Corduba ubi supra, & Ricardus, & Sylu. confessio. 2. quæst. 5. & Nauarrus in summa. cap. 21. nu. 33. Igitur in his standum est consuetudini, quia consuetudo in hoc casu, autore Victoria, super omnia præualet, quia inducit legem, vel interpretatur ius. Igitur omnes pueri vsu rationis habentes, si sciunt, vel commode scire potuerunt hoc præceptum, secundum Petrum de Palude, tenentur ad illud implendum. Igitur in huiusmodi, discretus confessor, audito poenitente iudicabit.

¶ Præterea secundo statuendam hic hanc regulam generalem esse duximus, quod & si hoc præceptum audiendi missam prædicto modo obliget omnes vtentes ratione, nihilominus, si propter aliquod rationabile, quod consonum esse rationi iudicatur secundum rectum iudicium aliquis dimittit audire missam, remoto contemptu excusatur à mortali. Cui accedit & alia regula generalis desumpta ex mente Caietani in summa. verbo, præceptum, quæ tibi deseruire potest ad multa, scilicet, quod transgrediens quodcunque præceptum iuris positum, sine contemptu, & refutatione finis, sed ex probabili ignorantia, vel ex apparenti excusatione, arbitrio suo rationabili, & non adest animus faciendi contra præceptum obligatum ad mortale, nunquam mortaliter peccat. Quia non est intentio ecclesiæ bonas animas, & bona fide vtentes in his illaqueare, & consequenter neque incurrit excommunicationem, licet ad cautelam sit absoluendus secundum mentem Caietani, ibi.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur, quod ab audienda missa de præcepto excusantur omnes hi, primo, qui legitimo impedimento detinentur, scilicet infirmi, qui sine periculo, aut commode ad audiendam missam exire non possunt. Secundo infirmorum custodes, quando sine periculo, aut incommodo notabili relinqui non possunt. Tertio excusatur cæcitas puerorum, qui sine periculo relinqui non possunt. Quarto arduum negocium, quod relinqui non oportet, propter auditum missæ. Quinto nutrices puerorum, quæ sine periculo eos quos lactant pueros relinqui non possunt. Sexto illi, qui ratione sui officij exire prohibent, quales sunt aliqui fortaliorum, & arcium custodes. Septimo Domini & eorum consultores qui tempore missæ negotijs, in quorum mora est pe-

T 3 riculum

riculum impediuntur. Octavo itinerantes, quando comode non possunt audire, ut quia societas noluit expectare, vel navis voluit recedere, vel huiusmodi. & si solus aliquis eudo se exponeret periculo, vel si alias socios necessarios amitteret, vel propter latrones, vel propter expensas, quas locus habebat, item propter inimicitias, quas gerit si timet inimicum sibi dari obuium. Mulieres quoque paupercula exculantur, quæ non habentes, unde decenter vestiantur, & quæ exeuntes sic ad missam deriderentur. Item exculantur coniugatae, quæ sine virorum scandalo exire non possunt, vel sine turbatione familiarum, si non præparent prandiū, & huiusmodi. Debent autem domini, & patres familiarum dare tempus seruis, & ancillis suis eūdi ad missam, quantum possunt.

¶ Excusantur etiam virgines nobiles, ubi mos est non prodire in publicum. Sed iste mos non est laude dignus, quando gratia autoritatis fit: imo quando huiusmodi parentes suas virgines permittunt exire passim ad communia spectacula, & non ad missam in die festo; tales pariter immunes non sunt à culpa. Vbi autem causa honestatis, & custodiæ talis mos inualuisset, secundum Sotum de iustitia & iure, harum virginum matres possent causa custodiæ manere cum eis domi, si sinistrum aliquid eis timerent ex sua absentia. Coniugatae autem, seu alia mulieres, quæ quia carent comitibus viris, vel pedisequis, & ancillis, quibus procedant ad ecclesiam, ideo audite missam omittunt, non excusantur, quando talis comitatus ad decentiam suam non pertinet, quia similes sui status & conditionis faminae sine comitatu, solitæ sunt foras progredi ex domo. Si tamen famina aliqua timet, si exeat, eius amasium ex eius aspectu libidinose fore allicendum, si ipsa id non intendat, non ideo tenetur sua libertate prodeundi foras se priuare, aut domi reclusam manere, quauis semel aut bis posset, imo secundum Canam deberet, abstinere à sacra missa de præcepto audienda, ne hominē illum fragilem in laqueum tentationis, & offensæ mortalis hac occasione, licet non data, sed accepta præcipitaret: nam tunc præceptum charitatis temperaret præcepti obligationem de audienda missa.

¶ Sed de viduis peculiare occurrit dubiū, an per aliquod tēpus à missa audienda excusentur. Igitur dicitur ad hoc primo, quod vidua, quæ iuxta regionis consuetudinem domi se continet post mortē mariti, & ideo missam non audit, per dimidiatū, vel integrū mēsem excusatur à transgressione præcepti. Secus est si per plures menses, vel annū missam non audit. Ita Syluester, vbi supra & D. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 2. Sed

A maius premit dubiū, vtrū mos ille excuset à culpa, qui seruatur in quadā insigni Hispaniæ provincia, vbi nobiliores viduæ toto integro anno iuxta consuetudinem illius provincie se domi recludunt, neque audiunt missam. De qua quaestione rogatus est Nauarrus dicere. Dicitur ergo primo, quod consuetudo hæc videtur excusare in terris, in quibus alias de viduis male præsumitur, nisi hanc consuetudinē seruēt. Nā si potuit introduci consuetudo excusans per mēsem, cur ex iusta causa, ne incidant in sinistram suspicionē, si introducta est per annū, non excusabit per totū annū. Quia sicut audire missam in diebus festis est lex positua, quæ ex iusta causa derogari potest per contrariā consuetudinem: ita & audire per annū. Et quia quidquid potest induci ex gratia, & concessione papæ potest induci per consuetudinem. l. de quibus. ff. delegibus. & Cap. finali. de consuet. & l. venditor. §. si constat. ff. commun. præd. Sed tandem Nauarrus concludit laude fore dignam viduam, quæ talem consuetudinē non seruaret. Additque quod licet non audeat asserere contra alios, quod episcopus ex abrupto suo præcepto possit hanc consuetudinē iuste laicis inuitis tollere: tamen deceret episcopum in concionibus hanc consuetudinem dissuadere populo, ut aboleretur penitus aut ut de eius consensu in synodo statuatur, ut tollatur, vel saltem ad .8. vel .15. dies restringatur. Exhortatur autē Narrus huiusmodi viduas, ut caueant ne causa captandi vanā mundi gloriam, hanc reclusionis pænitentiam subeant, sed illam offerant Deo in remissionem pœnæ peccatorum suorum virorum, ita ut domi se continentes crebriores fundant ad Deum preces pro eis, quā in ecclesia essent futuræ.

¶ Excusantur denique illi, qui seruiunt, si ob aliqua negocia gerenda à suis heris missam audire prohibeantur: non enim hac de causa heros deserere tenentur. Ad ipsos verò heros attinet examinare, an causa, ob quam eos impediunt, legitima sit, an non. Si autem famulus deprehenderet in ludibrium fidei, vel in contemptum mandatorum ecclesiæ, heros illum ab audienda missa præpedire, necessario ille heros esset relinquendus, & posset assumere alium.

¶ Quaritur secundo, vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis. Respondetur autem, quod quoniam per celebrationem consequimur fructum passionis dominicæ, ecclesia statuit ut quotidie celebratio fiat, & non solum semel in anno die illo, quo passus est Christus. Et quia Autore D. Augustino passio Christi celebrata est à tertia hora vsque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei solen-

niter

niter in ecclesia celebratur hoc sacramentum. Sed in die parasceues non consecratur hoc sacramentum, eo quod cum figura sit passionis Christi illa die non fit, quando res figurata exhibita est: nam veniente veritate cessat figura. In natali autem Christi ter celebratur, propter triplicem Christi natiuitatem, videlicet, æternam, temporalem, & spiritualementem, qua in mentibus nascitur electorum. Potest quoque missa celebrari in prima parte diei, videlicet, quando aurora incipit apparere si necessitas, exigat, ut dicitur de consecratio. distinctione, 1. neque debet sacerdos bis celebrare in die, nisi propter necessitatem.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod parocchij, qui curam animarum habent, sacrum facere tenentur quoties, populus audire obligatur. Quocirca saltem diebus festiuis hac obligatione celebrandi tenentur nisi legitime fuerint impediti. In profestis vero diebus tenentur vnusquisque pro ratione decimarum & stipendij, vel quotidie, vel aliquando celebrare secundum Sotum, aut secundum Nauarrum iuxta receptam consuetudinem. Quauis in populo numero parocchianorum abundantia, quia regulariter sunt stipendia sufficientia, quotidie crediderim fore celebrandum, ne confluentibus ad audiendam missam ex tua deuotione missa desit (ut supra diximus) Quocirca in ciuitate, vel in oppido populoso vbi multæ essent parocchie non satis esset in cathedrali, seu collegiata quotidie celebrare, sed necesse est in ecclesijs etiam parocchialibus, ad quas populus confluere possit sacrum facere. In ecclesijs autem cathedralibus, & collegiatis, & religiosorum ad prælatos atque episcopos attinet sub obligatione peccati mortalis curare, ut quotidie conuentualiter celebretur. Ita canone, iteratur. de consecratione. distinctione. 2. Ita quoque adnotatur à canonistis super caput. cum creatura, de celeb. missar. Et licet hic canonistæ inde colligant quemlibet conuentum teneri quotidie celebrare duas missas, alteram de festo aut feria, atque alteram pro defunctis: hoc tamē autore Soto ex dicto capite non colligitur, quia ibi solum inculatur negligentia celebrandi pro anniuersarijs defunctorum. Vnde infert Sotus satis esse, si semel in hebdomada celebretur pro defunctis. Imò hæc obligatio de quotidie celebrando regulariter intelligenda est, quoniam tam exiguus potest esse conuentus, ut licet in aliquibus profestis sacrum non fiat hæc omisio non sit culpæ mortali tribuenda.

¶ Secundo & hic satis fieri huius quaestioni oportet, scilicet, vtrum si religiosus missam applicet pro alijs, quam prælatus iubet irrita sit applicatio, & potius applicatio prælati sit valida. Videtur autem, quod talis applicatio sit irrita: quia contra voluntatem prælati fuit facta neque enim alia debet esse voluntas religiosi subditi, quam prælati. At Sotus hic solum ait, quod religiosus præter applicationem illam generalem, quam facit ecclesia sacrificium ipsum non potest, nisi cui voluerit prælatus applicare, licet illam particulam fructus, quæ sibi specialiter, sicut cæteris specialiter offerentibus reseruetur, possit cui voluerit impartiri, sicut & Curatus etiam cum offerre pro parocchianis tenetur sacrificium. de quo supra dictum est. Nihilominus inter varias sententias, quæ circa hoc versantur, dicendum esse videtur cum Corduba in suo quaestionario, scilicet, quod esto prælatus suo subdito religioso mandato indixerit, ut applicet, verbi gratia, sacrificium, quod celebrat pro Petro, si illum per suam interiorem intentionem applicauerit pro Paulo & non pro Petro non est irrita applicatio ab ipso religioso facta pro Paulo, nisi expresse in mandato illam aliter factam, aut pro, alio quam ipse iuberet irritaret. Hæc est Corduba (ut dictum est). Quæ ideo mihi magis placet, quia verisimilior esse videtur, quippe quæ media incedit via. Probatur autem. Et primo, quod prælatus possit illam applicationem factam à subdito aliter, quam ipse iusserit irritare, quia licet ecclesia non possit irritare sacrificium sacerdotis intendentis consecrare materiam, quia in persona Christi & in eius virtute consecrat: tamen sicut ecclesia potuit illam applicationem generalem, quam facit in missa, scilicet, pro Papa, pro rege, pro episcopo, pro assistentibus missæ facere, taliter quod si sacerdos celebrans eam intendat per suam intentionem reuocare, & aliter applicare esset irrita ista reuocatio: ita prælatus religiosorum videtur posse sic applicare sacrificium subditi pro aliquo, ut quauis subditus per suam intentionem renitatur applicatio prælati sit valida, & subditi applicatio contraria sit irrita. Item patet: quia licet prælati ecclesiæ circa actus mere interiores potestate careant, quia iudicare ecclesiæ non competit, nisi de exterioribus: tamen iam communis sententia est, veluti vsu recepta, quod possit ecclesia ordinare & præcipere de actibus interioribus, non mere in se consideratis, sed quatenus principia sunt, aut circumstantiæ actuum exteriorum, aut actus exteriores modificant, ut patet ex cap. dolentes. de celebratione missar. vbi actus interior, id est, attentio & deuotio indicitur recitantibus horas canonicas. Præcipitur enim ibi, quod studiose & deuote dicatur diuinum officium. Ergo potest ecclesia & prælatus ecclesiæ ordinare

Instrukt. consc. Pars. 2.

T 4 de in-

de intentione subditi circa applicationem sacrificij, quod actus exterior est: quia modum applicandi hoc sacrificium Christus suæ ecclesiæ non subtraxit. Potest ergo prælatus irritare applicationem sacrificij aliter factam, quam ipse præscripserit. Sed secunda pars nostræ assertionis, scilicet, quod nisi id expresserit prælatus, non videatur irritare applicationem religiosi subditi, aliter, quam ipse iusserit factam: patet, quia primo multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent. Secundo, quia ordinario modo consueverit prælati consilii de bonitate, & obedientia subditorum per intentionem subditorum celebrantium applicationem sacrificiorum facere pro benefactoribus, & pro his, pro quibus conventus tenetur sacrificium offerre. Vnde non censentur applicationem suæ voluntati contrariam velle irritare, nisi expresserint.

¶ Tertio perpendendum est, quod ratio custodiendi hostiam in die coenæ in monumentis hæc potissima est, ut quia altera die consecrari non potest, altera die sumatur. Sed hinc abiit in opinionem, quod custodia illa esset quædam imago sepulchri, cum tamen Christus non expiraverit nisi in sequenti die ferotina hora.

¶ Hinc corollarie infertur cum communi sententia, quod non caret culpa mortali in die pasceus consecrari, aut privatim celebrare. Tum quia neque ipsa ecclesia isto die offert sacrificium, sed solum quod erat reservatum in custodia monumenti consumit, unde non consecrat, neque sanguinem, sed particulam hostiæ consecrata miscet vino non consecrato. Vnde cum hæc ceremonia sit gravissima in ecclesia, quæ plurimum refert ei contraire, non sit citra culpam mortalem. Tum quia refert multum, ut tunc sacrificium hoc, quod est figura passionis Christi in illa die non fiat, quando res figurata exhibita est. In alijs vero duobus diebus, scilicet, coenæ & sabbato sancto præter missam solennem, si quis privatim saltem ex facultate prælati celebret, non est censendum peccare. Nam licet usus inter ecclesiasticos inoleverit, ut una sola celebretur missa: tamen quia non est prohibitum in iure, neque est contra observantiam tantopere referentem, ideo à peccato abest tunc celebrare illis diebus privatim, & ex facultate prælati, quod aliqui putant occulte esse faciendum, & non tam palam ob vitandum scandalum. In die autem natiuitatis licet trina permittatur celebratio propter triplicem Christi natiuitatem significandam, tamen una tantum earum ante auroram dici potest: post autem auroram omnes tres possunt simul celebrari.

¶ Præterea & hic mentio incidit de casibus, in quibus bis indie celebrare licet. De his ergo dicturo præmittere hic libet, quod

**A** Alexander Papa de consecratione distinctione. .i. canone. sufficit, tradit. ait enim: Sufficit sacerdoti unam missam in die una celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit, & valde foelix est qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, alteram de die, si necesse sit. Qui vero pro pecunia, aut adulationibus secularium una die præsumunt plures celebrare missas, non æstimo evadere damnationem. Hæc Papa. Idem ait Innocentius cap. consulisti. de celebrat. missar. ubi inquit, quod excepto natiuitatis die (nisi causa necessitatis iuadeat) sufficit sacerdoti semel in die unam missam solum modo celebrare. At vero hinc arrepta occasione summisse plures accumulans casus, in quibus putant bis licere in die celebrare, quos quidem casus connumerat Syluester verbo. missa. 1. §. 7. Primus ergo est in Natali Domini. Secundus ad sepeliendam de functum. Tertius ad communicandum infirmum, si non est hostia in pyxide. Quartus propter peregrinos, propter nuptias & propter ieiunium, & si superuenit aliqua magna persona, & denique propter paupertatem parochiarum, quæ non possunt nisi duas unum alere sacerdotem. At Paludanus dist. 12. quæst. 1. art. 4. hos recensens casus adijcit ob nullam causam licitum esse sacerdoti plures, quam duas celebrare excepto natiuitatis die, quibus adde, quod nunquam licuit sacerdoti, nisi ieiuno celebrare. Nam si primam lotionem sumpserit nullius rei casus, vel necessitas causa esse potest legitima, ut iterum celebret. Ita Sotus. Vnde fallam existimo esse opinionem, quam vidi quendam defendere, scilicet, quod sacerdos in die paschatis, vel solenni, ubi incaute deglutiit aquam non per modum saluæ, sed per modum potus, causa sedandi scandalum populi, ubi non esset tunc alia missa, posset tunc non ieiunus celebrare: quia hoc scandalum sedari potest, vel dicendo, se non esse bene dispositum, vel petendo veniam à populo de sua inadvertentia. Et quia licet vitare scandalum de iure naturali sit, tamen id intelligitur, quando per commodam medium vitari potest, quale non est istud, scilicet, non ieiunum celebrare, quod est contra preceptum ecclesiæ, quod creditur ex traditione Apostolorum à Christo derivatum propter rationes egregias & maximè pensis, quas supra adduxit D. Thomas. Secus autem esset (si quod videtur vix possibile) si ablucendo os, aquam deglutiit sacerdos, quæ tamen non descendit ad stomachum, quia statim expuit eam, vel si per modum saluæ aliquas reliquias tam parvas relictas inter dentes deglutiit, quæ non egerent masticatione dentium, ut deglutirentur. Neque obstat, quod sacerdos, qui

**B** ro hinc arrepta occasione summisse plures accumulans casus, in quibus putant bis licere in die celebrare, quos quidem casus connumerat Syluester verbo. missa. 1. §. 7. Primus ergo est in Natali Domini. Secundus ad sepeliendam de functum. Tertius ad communicandum infirmum, si non est hostia in pyxide. Quartus propter peregrinos, propter nuptias & propter ieiunium, & si superuenit aliqua magna persona, & denique propter paupertatem parochiarum, quæ non possunt nisi duas unum alere sacerdotem. At Paludanus dist. 12. quæst. 1. art. 4. hos recensens casus adijcit ob nullam causam licitum esse sacerdoti plures, quam duas celebrare excepto natiuitatis die, quibus adde, quod nunquam licuit sacerdoti, nisi ieiuno celebrare. Nam si primam lotionem sumpserit nullius rei casus, vel necessitas causa esse potest legitima, ut iterum celebret. Ita Sotus. Vnde fallam existimo esse opinionem, quam vidi quendam defendere, scilicet, quod sacerdos in die paschatis, vel solenni, ubi incaute deglutiit aquam non per modum saluæ, sed per modum potus, causa sedandi scandalum populi, ubi non esset tunc alia missa, posset tunc non ieiunus celebrare: quia hoc scandalum sedari potest, vel dicendo, se non esse bene dispositum, vel petendo veniam à populo de sua inadvertentia. Et quia licet vitare scandalum de iure naturali sit, tamen id intelligitur, quando per commodam medium vitari potest, quale non est istud, scilicet, non ieiunum celebrare, quod est contra preceptum ecclesiæ, quod creditur ex traditione Apostolorum à Christo derivatum propter rationes egregias & maximè pensis, quas supra adduxit D. Thomas. Secus autem esset (si quod videtur vix possibile) si ablucendo os, aquam deglutiit sacerdos, quæ tamen non descendit ad stomachum, quia statim expuit eam, vel si per modum saluæ aliquas reliquias tam parvas relictas inter dentes deglutiit, quæ non egerent masticatione dentium, ut deglutirentur. Neque obstat, quod sacerdos, qui

**C** pro natiuitatis die, quibus adde, quod nunquam licuit sacerdoti, nisi ieiuno celebrare. Nam si primam lotionem sumpserit nullius rei casus, vel necessitas causa esse potest legitima, ut iterum celebret. Ita Sotus. Vnde fallam existimo esse opinionem, quam vidi quendam defendere, scilicet, quod sacerdos in die paschatis, vel solenni, ubi incaute deglutiit aquam non per modum saluæ, sed per modum potus, causa sedandi scandalum populi, ubi non esset tunc alia missa, posset tunc non ieiunus celebrare: quia hoc scandalum sedari potest, vel dicendo, se non esse bene dispositum, vel petendo veniam à populo de sua inadvertentia. Et quia licet vitare scandalum de iure naturali sit, tamen id intelligitur, quando per commodam medium vitari potest, quale non est istud, scilicet, non ieiunum celebrare, quod est contra preceptum ecclesiæ, quod creditur ex traditione Apostolorum à Christo derivatum propter rationes egregias & maximè pensis, quas supra adduxit D. Thomas. Secus autem esset (si quod videtur vix possibile) si ablucendo os, aquam deglutiit sacerdos, quæ tamen non descendit ad stomachum, quia statim expuit eam, vel si per modum saluæ aliquas reliquias tam parvas relictas inter dentes deglutiit, quæ non egerent masticatione dentium, ut deglutirentur. Neque obstat, quod sacerdos, qui

etiam

etiam ante consecrationem recordatur se manducasse, vel bibisse secundum D. Thomam tutius sit cessare, nisi graue scandalum timeretur, quia in hoc casu non aliter scandalum cauere posset eo quod longe post inceptam missam coram omni populo illam deferere grauius esset, quam illam illa de causa non inchoasse. Tum, quia non solum vitatio grauioris scandali hic occurrit, sed etiam vitatio irreuerentia, quæ irrogaretur sacrificio, si postquam inceptum est in conspectu omnis populi, non perficeretur. Vnde et si vitatio grauioris scandali non esset causa sufficiens in hoc casu procedendi in missa, tamen adiuncta hæc causa, scilicet, ne sacrificio incepto irreuerentia inferatur, utrumque sufficiens causa videtur, ut in missa incepta procedatur: nam singula, quæ non sunt tanti pensis, ut excusent non ieiunium à celebrandi culpa simul collecta excusant.

¶ Igitur reuertentes ad casus, quibus licitum olim erat bis in die eundem clericum celebrare, dicimus, quod ex his omnibus antiquis casibus, in quibus quia olim ecclesia copia sacerdotum carebat, in usu receptum erat sacerdotem bis in die celebrare, non remansit in usu, excepto die Natiuitatis, nisi ille dum quis propter paupertatem parochiarum curam duarum habet. Si autem in aliqua provincia ea esset sacerdotum inopia, liceret maxime usu id approbante, idem fieri dummodo à ieiuno sacerdote, & lotionem non sumente in prima missa fiat: & dum modo non plures quam duas celebraret. Si autem quis, præter casus iuris, pro pecunia vel adulationibus secularium allectus pluries consecraret, peccati mortalis fieret reus, ut insinuat Papa Alexander. Vnde in foro exteriori poena aliqua esset plectendus. Imo qui in casibus iuris bis celebraret ubi id non esset in usu, sine dubio generaret scandalum, utendo de nouo hac licentia iuris.

¶ Circa vero tempus, in quo conceditur posse celebrari, norandum est, quod iam nunc temporis missis celebrandis tempus præfixum signatur in quocunque anni tempore ab initio auroræ, usque ad meridiem. Verum tamen ex privilegio hora parum anticipari, & postponi potest. Sunt etiam primates, quibus etiam per privilegium indultum est, ut per horam à meridie eis celebretur, licet laudi hoc non sit tribuendum illis magnatibus, qui abutuntur temporibus noctes vertendo in dies, & dies in noctes, qui usque ad horam unam post meridiem indulgent somno. Opinio autem Paludani, scilicet, quod episcopus nocte ante lucem celebrare possit, nulli rationi innititur. Et tamè Nauarrus ait in summa c. 7. nu. 58. licite hoc defendi posse, quia iure

**A** cepta est. Sed crediderim in Hispania non esse usu receptam, ac propterea in Hispania si usu recepta non est, non eis id licet.

¶ Secundo aduertendum est, quod de episcopi, aut alterius superioris licentia propter necessitatem communicandi infirmum morti proximum & ob defectum eucharistiæ, missam ante lucem celebrari posse concedit D. Antoninus. 3. part. tit. 13. cap. 6. §. 4. cui subscribunt Syluester & Angelus, & doctores alij: idque conceditur etiam posse fieri ob eandem necessitatem una hora post meridiem. Imo Nauarrus ubi supra eius sententiæ est, ut in tali casu etiam sine licentia episcopi possit id fieri arg. cap. quod non est, de regulis iur. Sed quid dicendum est, ubi privilegium noctu anticipandi, vel post meridiem celebrandi missam non est? Ad hoc dicendum est tertio cum Soto, quod propter causam legitimam, ut causa celebrandi in festo, quando

**B** privilegium noctu anticipandi, vel post meridiem celebrandi missam non est? Ad hoc dicendum est tertio cum Soto, quod propter causam legitimam, ut causa celebrandi in festo, quando quis iter facit, licet paulo ante auroram, vel post meridiem celebret, quantum sine dispensatione, id faciat, non est sibi imputandum, saltem ad culpam mortalem: secus si anticipatio vel postpositio longior esset. Quæ quidem sententia est etiam Ioannis Andreae communiter recepti, ut fatetur Nauarrus ipse, tamen ab hac sententia Ioannis Andreae & Soti & communi recedit, his adductis rationibus. Primo, quia non est textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, ubi sine scandalo potest celebrare ante horam nonam, quæ est hora tertia post meridiem: tum, quia Christus Dominus illa hora sacrificium cruentum illud obtulit, cuius nostrum sacrificium in cruentum est representatio, & idem cum illo aitque se usum hac tua opinione dum in festis iter ageret. Neque ob stare putat privilegia de dicenda missa circa, vel post meridiem obtenta à papa: quia tantum ius commune existimat continere, & solum deferuire ad quietandos scrupulos animos, ut aliquando usu evenit. Sed tamè hanc sententiam Nauarii in Hispania saltem, ubi tam ampla ista interpretatio Nauarii non est recepta in usu, non ausim approbare. Nam contraria consuetudo, scilicet, non celebrandi post notabiliter præteritam sextam, id est, post meridiem, vel facit legem, vel interpretatur legem, à qua petendi dispensationem usus hoc confirmat. Quod etiam confirmare videtur concilium Trident. sess. 22. ubi decernitur, ut sacerdotes non alijs horis, quam debitis celebrent: quantum Nauarrus ne sibi refragetur perperam illud interpretetur.

**C** tus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, ubi sine scandalo potest celebrare ante horam nonam, quæ est hora tertia post meridiem: tum, quia Christus Dominus illa hora sacrificium cruentum illud obtulit, cuius nostrum sacrificium in cruentum est representatio, & idem cum illo aitque se usum hac tua opinione dum in festis iter ageret. Neque ob stare putat privilegia de dicenda missa circa, vel post meridiem obtenta à papa: quia tantum ius commune existimat continere, & solum deferuire ad quietandos scrupulos animos, ut aliquando usu evenit. Sed tamè hanc sententiam Nauarii in Hispania saltem, ubi tam ampla ista interpretatio Nauarii non est recepta in usu, non ausim approbare. Nam contraria consuetudo, scilicet, non celebrandi post notabiliter præteritam sextam, id est, post meridiem, vel facit legem, vel interpretatur legem, à qua petendi dispensationem usus hoc confirmat. Quod etiam confirmare videtur concilium Trident. sess. 22. ubi decernitur, ut sacerdotes non alijs horis, quam debitis celebrent: quantum Nauarrus ne sibi refragetur perperam illud interpretetur.

¶ Denique neque hic illa dubitatio prætereunda videtur, scilicet, an liceat matutinis non solutis sacrum facere: nam neque in hoc conueniunt doctores. Paludanus enim, id non licere

T 5 opina-



opinatur, quod tantum ex consuetudine probat, cui subscribunt omnes canonistæ, credentes id esse peccatum mortale. Nihilominus Syluester id abesse à culpa mortali censet, cuius opinio Soto placet: & merito, quia nō sunt multiplicanda temere, & sine causa peccata mortalia. Tum quia ius nihil expresse præcipit: tum quia non omnis consuetudo et si laudabilis sit, obligat sub reatu mortali, nisi iam recepta sit, ut obligans communiter ad peccatum mortale, quia est de re graui, qualis non videtur ista. Sed neque communiter est acceptata ista consuetudo inter theologos peritos tanquam obligans ad mortale, nisi forte inter vnum, aut alium scrupulosum. Sicut etiam dicere ordinatim horas in consuetudine receptum est: non tamen contra istum ordinem ire & eum pervertere, peccatum mortale inducit, ut si quis tertiam ante primam, vel tertiam in choro, & post eam matutinas priuatim soluat: tum quia missa non computatur inter horas canonicas. Quo circa secundum Sorum, si quis ratione infirmitatis excusatus sit à diuino officio soluendo, non ideo impeditur, quin possit celebrare: ordinem igitur horarum pervertere, licet peccatum est, quando fit sine causa, sed non videtur esse plusquam veniale.

¶ Queritur tertio, vtrum hoc sacramentum oporteat celebrare in domo, & in vasis sacris. Respondetur autem, quod duo sunt in his, quæ hoc sacramentum circumstant, quorum vnum pertinet ad repræsentationem eorum, quæ circa Christi passionem sunt facta: aliud vero ad reuerentiam pertinet sacramenti, ut consecrationes vasorum. Quauis autem Christus Dominus extra domum passus sit: tamen missa in domo fit, quæ designat ecclesiam, extra quam non est verum sacrificium. Tamen, ut habetur de consecratione dist. 1. in itinere positus, si ecclesia defuerit, sub dio, vel sub tentorio, si tabula lapidea consecrata, ac cætera sacra mysteria ad id officium pertinentia ibi affuerint, missarum solennia celebrare concedimus. Regulariter autem celebrare non licet, nisi in locis ab episcopis consecratis. Vnde probabile est, quod aliqui dicunt hominem consequi venialium peccatorum remissionem per ecclesiam consecratam ingressum, sicut per aquam benedictam asperisionem. Atque sicut infans baptizatus à quocunque, non est denuo baptizandus, sic locus ecclesiam, vel alter semel Deo consecratus, non est iterum consecrandus, nisi sit, vel ligno exustus, vel sanguinis effusione seu seminis pollutione foedatus.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod (ut sanctus Thomas ait) regulariter non licet, nisi in domibus consecratis celebrare,

**A** vt canone. nullus. in. 1. dist. 1. & c. sicut non alij: At vero huiusmodi canones de necessitate ecclesiarum consecratarum, non tanta obseruatione vigent: quoniam nunc satis est ecclesias esse benedictas. Vnde iam ecclesia consecrata violata per episcopum reconciliatur, de consecrat. can. si eccles. tit. de consecrat. ecclesiam. vel altaris. Itaque episcopus loci debet eam reconciliare, aut alius episcopus de eius licentia. Neque enim sacerdoti simplici id potest committi, nisi à papa, ut ex Innocentio refert Syluester, verbo consecratio. 1. §. 8. & debet reconciliari per aquam cum vino, & cinere benedictam, ut habetur can. propoluisti de consecrat. ecclesiam vel altaris. Ecclesia autem, quæ consecrata non est, sed tantum est benedicta, potest à sacerdote simplici per asperisionem aquæ lustralis reconciliari (ut dicitur eod. can. si ecclesia habetur. Quo circa ecclesiam solent ex consulto non consecrari, sed benedici, ne si aliquando violentur opus sit ad earum reconciliationem expectare episcopum. At licet D. Thomas dicat, quod propter necessitatem de consensu episcopi in ecclesia consecrata violata possit celebrari, sed Sotus hoc sic limitat, scilicet, quod si episcopus commode haberi non possit & parociani nequirent alibi commode sacra audire, tunc consulto vicario episcopi, posset quousque episcopus vocari posset ibidem celebrari. Aduertendum autem est violationem publicam ecclesiam inducere necessitatem suspendendi ibi missas & sacrificia, diuinaque officia, non autem si talis violatio sit occulta. Est enim hæc opinio communis, ut refert Syluester, verbo, missa. 1. §. 2. Est enim Hostiens. Ioann. Andree & Archidiaconi, & aliorum super cap. vnico. de consecrat. eccles. lib. 6. & ex glossa ibi. Facit quoque pro hac sententia caput. significasti. de adulter.

¶ Animaduersione quoque opus est secundum Navarrum in sum. ca. 25. nu. 83. quod licet, qui in ecclesia interdicta celebrat. est irregularis, nō tamen si in ecclesia polluta sanguine, vel semine celebret irregularitatem contrahit, ut patet cap. is, qui in principio, & §. 1. de sent. excommunic. lib. 6. cui accedit Sotus Dist. 13. quæst. 2. art. 3. in cuius gratiam allegans Scotum & Paludanum, ait, quod non incurritur irregularitas propter celebrationem in ecclesia violata, sed solū quando est à iudice interdicta.

¶ Præterea series procedendi exposcit, ut de casibus, quibus ecclesia violatur hic mentio habeatur. Violatur autem ecclesia primo per homicidium, etiam si citra sanguinis effusionem eueniat, vel per effusionem sanguinis citra homicidium, non autem per homicidium casuale, aut quod fit cū moderamine inculpatae tutelæ.

Item

Item per quamcunque illicitam effusionem seminis in vigilia, ut habetur cap. significasti de adulterijs, & de consecrat. dist. 2. can. eccles. & de consecrat. ecclesiam, vel altar. cap. fin. Sed de concubitu coniugali, an per eum violetur ecclesia, controuertitur inter Doctores. Sotus autem loco citato tenet per illum non violari, quia poenæ, inquit, sunt restringendæ. Sed certe videtur violari. Nam licet talis concubitus ex suo obiecto sit licitus, sed tamen ratione circumstantiæ, scilicet, quia irreuerentiam, & iniuriam infert loco sacro, & contra eius sanctitatem, est illicita effusio seminis ecclesiam violans, Præsertim si publica sit & cum scandalo publico. Sed forte sententia Soti negatiua vera esset in casu, quo vir, & vxor diu detinerentur in ecclesia, vbi paterentur periculum fornicationis, aut extra ordinariæ pollutionis: quia tunc non videretur per concubitum illum coniugalem pollui ecclesia, cum tunc cauta vitandi offensam mortalem ille actus videretur omnino excusatus à culpa mortali. Præterea effusio sanguinis, quam locū sacrum violare diximus, debet esse iniuriosa, & voluntaria, licet non cadat in terra ecclesiam, dū cadat intra ecclesiam. Nam secus esset si fundetur supra tectum ecclesiam, aut sub subterranea ecclesiam loca, & requiritur ad violationem, talis effusio sanguinis sit notabilis. Si enim percussio ad alapa puerū, è naribus eius sanguis flueret, non ex hoc violaretur ecclesia, sicut neque si pueri corrixantes intra ecclesiam è naribus sanguinem sibi elicerent, ut habetur cap. propoluisti eodem titulo. Violatur denique ecclesia per sepelitionem, qua in ea sepelitur excommunicatus, sicut traditur ca. consulisti de consecratione ecclesiam, vel altaris, de his plura supra alibi diximus, dum de sacrilegio ageremus.

¶ Adde etiam, quod licet ex dispensatione in loco non consecrato, vel violato possit celebrari sed nullatenus hoc fieri licet sine altari portatili consecrato, ut sancitur can. concedimus de consecrat. dist. 1. Ex quo sequitur ob nullam necessitatem licere celebrare, nisi super aram consecratam: esset enim lethalis culpa huiusmodi celebratio. Solus ergo Papa, quia est de iure positio necessaria ara consecrata posset ex urgente causa dispensare in hoc. Quia in ara consecrata & in rebus consecratis per consecrationem aliqua acquiritur virtus, non quidem per modum qualitatis rebus consecratis inhærens, sed adquiretur in eis quædam instrumentalis virtus, non quasi qualitas distincta, sed quod per consecrationem dedicantur, ut sint instrumenta Dei, quibus Deus aliter nostram deuotionem excitat, quam si non essent res consecratæ,

¶ Nam illud se offert consequens dubium,

**A** vtrum celebrare in locis non consecratis, vel benedictis, scilicet, extra ecclesiam, sine Papæ vel episcopi facultate, absit à culpa mortali. Ad expeditionem igitur huius dubij dicimus primo, quod licet Sotus in. 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. affirmet de licentia episcopi, etiam extra necessitatem, licitum esse extra ecclesiam celebrare, quod probat ex canone concedimus de consecrat. dist. 1. & can. clericos eadem distinct. Tamen Nauarrus in summa Latina cap. 25. nu. 8. licet istam Soti assertionem ante concilium Tridentinum veram fuisse concedat: tamen post concilium Tridentinum hanc licentiam posse episcopos concedere negat. Nam Concilium Tridentinum sessio. 22. in decreto, de obseruandis, & euitandis in celebratione missæ: sic in forma cauet ut ordinarij locorum episcopi non patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, & ad diuinum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs designanda & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, vel regularibus quibuscunque peragi, non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque. Quod quidem decretum concilij teste Nauarro ad eorum feruatur Romæ, ut Papa eam neque ipsi episcopis Romæ commorantibus licentiam concedat, sed solum Cardinalibus.

¶ Cæterum accessorium hic hoc obuiat dubium, vtrum per huiusmodi decretum concilij sublatum esse videatur priuilegium Prædicatorum, & Minorum allegatum per Angelum, verbo. missa. §. 9. in quo eis indulgebatur, in quouis loco honesto celebrare, ut patet. c. in his. de priuilegijs: Sotus igitur loco citato hoc priuilegium allegat tãquã validū. Nauarrus vero loco allegato sublatū existimat istud priuilegium Prædicatoribus, & Minoribus, per prædictum decretum, sicut etiam eisdem per idem concilium priuilegium celebrandi solenniter in festis suorum sanctorum apertis ianuis tempore interdicti generalis, ablatum quoque esse arbitrat: quod est contra Metinam in sua instruct. confessorum Hispanica. Nihilominus tamen dicendum videtur, quod licet hoc decretum concilij Tridentini prædicto priuilegio videatur derogare, tamen hoc est certum, quod antequam hoc episcopus prædictis religiosis prohibeat, mandans aut statuens ne celebrent extra ecclesiam, non amittunt hoc priuilegium, quia concilium illud non annullat, antequam mandet episcopos. Quia solum Concil. Tridentinum mandat episcopos, ut super hoc provideant, & id non patiantur ergo ante decretum, & prohibitionem episcopi, qua ostendat id se nolle pati, potiri possunt suo priuilegio. Quia Concilium Tridentinum expresse

prelle

preste illud non tollit; & per consequens videtur concessum per Pium, 5. in bulla. Vnde aliquibus peritis visum est, quod si post bullam Pij. 5. de noua concessione privilegiorum, id statuatur episcopi non ligant mendicantes, quia ablatum est eis potestas ligandi suis ordinationibus mendicantes, non obstantem concilio Tridentino. Sed quia Gregorius. 13. per suam bullam, quae incipit, in tanta, datam Romae sui pontificatus anno primo, cuius tenorem in calce summæ Latine suae subiicit Nauarrus regulares omnes etiam mendicantes pro subiecta materia dispositioni iuris siue sacri concilij decretis, siue alias legitimæ, ante editionem literarum, & constitutionum Pij. 5. super prædictis gravaminibus super sacris concionibus, lectionibus habendis, confessionibus audiendis, & super his quæ per Concilium Tridentinum erant declarata & alijs omnibus multis privilegijs à Pio. 5. concessis, eisdem reducit, atque ad eam decisionem, & dispositionem restituit, quæ futura erat si prædictæ literæ Pij quinti non emanassent: propterea, quod episcopi modo, ut delegati papæ non possint statuere, quod regulares non celebrent extra ecclesiam, non est certum, nisi de nouo id privilegium, non obstante hac sanctione Concilij Tridentini fuerit concessum, de quo mihi nihil constat. Secundò adijcit Nauarrus id, quod unicuique placere debet, scilicet, quod sicut de licentia dicti canonis concedimus, poterat ante concilium Tridentinum celebrari propter necessitatem sine licentia episcopi, ita posset etiam hodie, quia id non videtur concilium derogasse, & consequenter canonem concedimus, in hoc adhærere possumus arg. leg. præcipimus Codice de appellat. quod notandum esse ait pro casibus, ubi ad eremitoria, vel ad ecclesias sit extraordinarius concursus populorum, ubi necessitas exigit, ut extra celebretur, ut ab omnibus missa possit audiri. At bene ait Sotus quod non exigitur magna necessitas, ut possit in hoc casu excusare à mortali celebrantem extra ecclesiam. Imo recte arbitrat Sotus, quod si desit contemptus, vel scandalum, vix potest contingere peccatum mortale per celebrationem extra ecclesiam. Quod ego duplici limitatione limitandum esse duco. Primo dum fiat in loco honesto. Secundo si non fiat contra expressum præceptum episcopi, cui super hoc providere concilium mandat, ut provideat, ut legatus à latere. Nam alias illa priuatio sacerdotij propter hoc quæ erat poena antiqua, aut ore Soto, iam recessit ab usu. Ex prædictis infert Nauarrus, quod multo minus posset dari licentia celebrandi in mari, vel flumine, vel ubi effusio sanguinis consecrati posset timeri, etiam ex quavis urgente necessitate, secundum

**A** D. Antonium 3. part. titulo 3. cap. 6. §. 4. ¶ Superest iam nunc differere de illa gratia concessa in diplomate cruciata, ubi conceditur, ut intra ædes proprias possint facere missas celebrari, quomodo licite & sine irreuerentia sacramenti possit & debeat executioni mandari. Dicimus ergo primo cum Soto, quod ubi aliqua necessitas immineret, nihil irreuerentiæ usus talis concessione præferret. Nam in concilio Agathensi concedebatur, & habetur can. si quis etiam ut quando quis longe à parochiali moratur oratorium habere possit (sed non ait domum) (ut notat Sotus) ut in festis minus solemnibus missam audire possit, ad excusandam fatigationem familiarum. Secundo dicitur, quod si indifferenter hæc gratia omnibus concedatur irreuerentiam præferre videtur sacramenti. Nam & ciuili iure cauetur, ne in priuatis domibus sacra mysteria fiant. Authentic. sub pœna publicationis domus. Colla. 5. Concluditur ergo, quod neque ex privilegio celebrare missam licet, nisi in loco decenti. Quocirca in locis, ubi cubant coniugati, vel dormire solent sæculares, aut mensa ad comedendum sternitur, valde indecens est huiusmodi privilegio uti, nisi gratis iacentis ibi infirmitas, ut communionem suscipiat excuset. Infert deinde corollarie Sotus, consultius esse, ut nisi persona illustris sit, quod reliqui quando ad ecclesias exire non possunt, die etiam festo, missam non audiant, quam quod domi audiant. Nam dum honestus locus non suppetit, id non fit sine irreuerentia sacramenti. Imo Sotus videtur loqui in casu, quo honesto loco posset domi priuatim celebrari. Quæ sententia Soti verum habet, ubi non aliqua extraordinaria necessitas urgeret. Si autem aliqua urgens necessitas immineret, quanuis locus non esset ad hoc solum dedicatus, dummodo profanus locus non esset. ubi negotia sæcularia, puta, tractarentur, aut ludus, aut comestiones ordinariæ exercerentur, sed esset locus ab his separatus, & aliquis, verbi gratia, ibi detentus esset longa infirmitate, si occurreret aliquod festum præcipuum propter suam deuotionem, & maximum solatium, liceret illi facere celebrari in illo loco, si aliunde haberet facultatem ex diplomate id concedente. Et tunc locus ille mundandus esset & ornandus, atque præparandus maxime. Igitur ultra dispensationem hanc concessam à Papa, requiritur rationalis causa, ut celebretur etiam in oratorio priuato. Rationalis autem causa videtur esse, si propter multitudinem familiarum, aut propter distantiam ecclesiæ grauatur ipsa familia, dum ad ecclesiam vadit. Et potiori iure id licebit facere in oratorio priuato, dum propter infirmitatem, aut senectutem impeditus est quis ecclesiam

adire,

adire, si habet oratorium priuatum solum dicatur ad hoc potest celebrari in illo.

¶ Porro & huic loco cõpetit illa quæstio, an sit mortale sacrilegium, ut laici, & præsertim famina sacra vasa, aut vestimenta tangant. Vi datur autem hoc non licitum esse. Nam Stephanus can. vestimenta, de consecrat. dist. 1. prohibet ne vestimenta alijs visibus: quam ecclesiasticis applicentur, neque ab alijs, inquit, debent contingi. Papa quoque Sixtus ead. distinct. can. sancta, prohibet, ne sacra vasa ab alijs, quam à cõsecratis hominibus tractentur. Nihilominus tamen respondetur quod secundum Sotum simpliciter tangere nullatenus est peccatum mortale: imo si desit contemptus non est veniale, aut est leuissimum. Igitur tunc peccatum mortale hic interuenire videtur, quando calice consecrato in mensa profana aliquis non vereretur uti, aut si corporali quasi nati tergio, aut vestibus sacris in torneamentis vteretur, quia hæc contemptum præferunt mortalem. Sic etiam uti inter celebrandum, tam immundis corporalibus aut fordibus purificatorijs lineis in calice, ut quis sibi probro duceret, si mappæ aut panniculi tam sordidi sibi apponerentur in mensa, sicut, pro dolor, contingit in multis ecclesijs ruralibus, mortale peccatum est.

¶ Præterea licet altare consecratum, quod secundum quosdam Doctores, significat sepulchrum Christi, & secundum alios significat Christi crucem, debeat esse lapideum, ut habetur de consecration. dist. 1. can. altaria & debeant altaria esse consecrata per episcopum, pro ut ibi refertur. Sed quædo portatile altare habetur quod est lapis seorsum consecratus, ut habetur, cap. quoniam de priuileg. in. 6. non oportet, quod mensa ipsa sit lapidea. Hoc autem altare, siue portatile, siue stabile tunc dicitur amittere consecrationem, quando ita notabiliter frangitur & in tanta quantitate, ut non possit celebrari in residuo. Quocirca non abesse à culpa mortali, si quis scienter aut per ignorantiam crassam celebraret super ara enormiter fracta, aut non consecrata, aut in consecrata non capiente hostiam, & calicem, quo celebratur cap. 1. de consecrat. ecclesiæ & cap. quod in dubijs. eodem titulo. Ita Nauarrus, ubi supra. Sed quia scrupulose videtur loqui in eo, quod ait, siue per ignorantiam crassam, acceptanda videtur magis glossa Soti in. 4. sent. dist. 13. quæst. 2. art. 3. infine: ubi glossa positiuum, ex quo in missa omnia ista sunt requisita, statuens regulam non ita scrupulosam. Et sic ait, quod licet ex genere suo peccatum mortale sit aliquid eorum, quæ necessaria sunt ad celebrationem, prætermittere nihilominus, quia omnia sunt de iure positiua, excepto

eo quod hic instituit Christus Dominus: sola negligentia, si absit scientia, & contemptus, non erit peccatum mortale. Non enim (inquit) tenetur explorare sacerdos, utrum vasa sint consecrata, vel utrum linteola sint ex lino, aut ex alia simili materia, & an subtus ara lapidea lateat. Sed hoc de ara limitandum esse existimo ad ea altaria, in quibus ordinarie solitum est celebrari: secus si sacerdos celebraturus accederet ad eremitorium, vel oratorium, ubi ordinarie non celebratur, aut si aliquando celebratur est, cum altari portatili, & amouibili, quod solet asportari cum ornamento.

¶ Quod autem dictum est de altari, & de calice dicendum videtur, scilicet, quod si dissoluitur, id est, si separetur pes calicis à cupa non potest celebrari in illo, ut fit in calice tornatili, vel aliter secundum Petrum de Palude: secundum ipsum indiget consecrari iterum: quia neque pes sine scypho neque scyphus sine pede consecrari potest. Quidam verò dicunt, quod quando per artem sic fit, ut possit separari, & cõiungi: & ita consecratur, quod etiam si separetur, non amittit consecrationem. Et ita videtur esse in vtu apud quosdam dominos habentes huiusmodi calices, quos separant, ut minorem locum occupent, & facilius portentur. Neque hæc opinio videtur reprobanda. Debet autem calix fabre fieri ex argento, vel ex auro, vel stanno, de consecrat. dist. 1. cap. vasa. Non autem fieri debet ex ære, aurichalco, ligno, vitro vel lapide. Ita Panormitanus in cap. fin. de celebr. miss. cui accedit Petrus de Palude in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 5. debetque perungi chrismate. Notandum verò est, quod calix argenteus consecratus, si deauratur, est iterum consecrandus: quia secundum Petrum de Palude consecratio fit in superficie: Secus autem videtur, si sic deauratus est cõsecratus, si post deauratio propter usum cadat, quia consecratio non ita videtur esse in auro, quin etiam sit in argento. Neque est simile de decrustatione parietum ecclesiæ, quæ indiget consecrari propter decrustationem, iuxta glossam in cap. in ecclesijs de consecrat. dist. 1. Ita feruat consuetudo legis interpretis. Verum tamen secundum Panormit. cap. proposuisti de consecra. dist. 4. ecclesia consecrata debet recõsecrari, quando nescitur an fuerit consecrata: quia non apparent aliqua signa eius consecrationis. Secundo quando parietes sunt combusti, & decrustati in toto, vel p maiori parte, quia linitio fit in ipsis parietibus: secus si tantum tantum comburatur, vel ruat. Tertio quando ita corrumpitur ecclesia, quod parietes in totum, vel in maiori parte oportet reficere, etiam ex eisdem lapidibus de consecrat. dist. 1. can. si fabricam. Secus autem est

secun-

secundum glossam ibi, si successiue fuerint repa-  
rati. Licet Panormit. in illo ca. proposuisti non  
sequatur illam glossam: tamen opinio glossæ,  
quia fundatur super dicto D. Thomæ in. 3. p. q.  
82. ad. 3. verisimilior videtur. Accedit ad prædi-  
cta, quod quia huiusmodi res consecratæ virtu-  
tutem aliquam adipiscuntur, ideo de consecrat.  
dist. 1. can. ligna cauetur, ne ligna ecclesiæ dica-  
ta ad aliud opus applicentur, nisi ad aliam eccle-  
siam, vel ligni comburantur, vel ad profectum in  
monasterio fratribus admittantur: nullatenus  
tamen ad laicorum opera. Et Clemens. can. al-  
taris. superaddit, quod altaris palla, cathedra,  
candelabrum, & velum, si fuerint vetustate con-  
sumpta, incendio dentur: cineres quoque eorū  
in baptisterio inferantur, aut in pariete aut in  
fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium  
pedibus inquinentur.

¶ Præterea, qui sine omnibus vestibus sacris,  
aut sine corporalibus, aut sine libro saltem con-  
tinente canonem, Te igitur, vsque ad commu-  
nionem celebrat, peccat mortaliter, etiam si festum  
vrgeret secundum D. Antoni. 3. part. tit.  
13. cap. 6. §. 6. & Nauarrum loco vbi supra. An  
vero casu vitandæ mortis possit quis sine prædi-  
ctis celebrare in controuersia est. Caiet. 1. 2. q.  
96. art. 4. tenet, quod causa vitandæ mortis non  
excusat. Hoc autem durum esse videtur Navar-  
ro: ego autem dico, quod si in contemptum sa-  
crificij quis cogatur celebrare sine vestibus sa-  
cris, potius subeunda est mors. Alioquin pia ma-  
ter ecclesia sub iactura vitæ non creditur ad id  
velle obligare. Potest etiam sacerdos, vbi cingu-  
lum deest, loco cinguli stola longa se cingere,  
& loco stolæ manipulo longo, vti secundum Pa-  
lud. in. 4. dist. 13. quæst. 2. con. 5.

¶ Imo secundum Scotum in. 4. dist. 13. quæst.  
2. & Richard. in. 4. dist. 13. quæst. 4. art. 3. cingu-  
lum non benedictum potest adhibere. Nam cin-  
gulum & calcei benedicti non solent secundum  
iplos: contra quos allegat quod pro eis in ponti-  
ficali nostro benedictio reperitur. Benedictio  
autem horum omnium ad episcopum spectat  
de iure communi. Nihilominus ministri & pro-  
uinciales fratrum Minorum & custodes, & Guar-  
diani possunt benedecere corporalia, & alia or-  
namenta pro suo ordine & pro monialibus san-  
ctæ Claræ, & Tertij ordinis, & non pro alijs, vt  
patet compendio priuileg. verbo benedecere.  
Et per communicationem eodem priuilegio  
vtuntur Prouinciales, & priores ordinis prædi-  
catorum. Imo Sixtus. 4. secundum Roselam in  
verbo. consecratio. §. 1. indulsit sacerdotibus sim-  
plicibus ordinum Minorum, vt possint benedi-  
cere quæcunque ornamenta ecclesiæ, vel altaris  
& vestes sacerdotales, & alia, excepta benedi-

ctione corporaliū: quo circa percommunicatio-  
nem & hoc priuilegio gaudent sacerdotes sim-  
plices ordinis prædicatorum. Nō licet insuper  
sine aqua celebrare, neq; sine lumine. Nam cap.  
litteras de celebrat. missarum ab officio & benefi-  
cio deponitur presbyter, qui sine aqua & igne,  
vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrifi-  
cat. An vero istud lumen necessario ex cera nu-  
tritum debeat esse in altari, an possit esse ex alia  
materia, non satis expressum in iure inuenio,  
vltus autem interpretatur, qui vim legis habet,  
quod lumen ex cera debeat in altari pro missa  
apponi. An verò defectu ceræ, lumen in lampa  
de oleo nutritum, vel aliud in altari possit appo-  
ni inter celebrandum aliorum iudicio, seu po-  
tius ecclesiæ relinquo. Non enim puto ex cuius-  
cunque arbitrio nec ob quancunque necessita-  
tem mutandum esse ritum ecclesiæ, quæ inter  
missarum sacra faciendæ lumine accensi cerei  
vtitur in altari, sine consultatione prælatorum  
ecclesiæ, id est, episcoporum, in quorum dioce-  
si penuria ceræ laboraretur.

¶ Huc attinet quoque notare, quod sacerdos  
quando ad altare accessurus est, ad celebrandum  
requiritur sit indutus vestibus sacris, scilicet,  
amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, siue ora-  
ria & calula, quæ omnia debent esse benedicta  
per episcopum, vel abbatem consecratum, vt ha-  
betur, cap. abbates de priuileg. lib. 6. vel per po-  
tentem ex priuilegio ea benedecere: Requiritur  
calix cum patena, & tobalia, seu mappa, quæ  
debent esse duæ secundum Florentin. & Petru-  
de Palud. Sed Rosela asserit, quod sufficit habe-  
re vnam longam quæ possit plicari. In hoc autē  
stabitur vsui, & corporalia debent esse de lino  
simplici, vel canabe cum missali, hostia azyma,  
aqua, & vino, cui minus de aqua est apponen-  
dum. Sine prædictis celebrans secundum Do-  
ctores communiter, quando scienter facit pec-  
cat mortaliter, & potius debet nō celebrare, etiā  
si festus dies sit. Si tamen sine prædictis celebrat  
autore Richardo dist. 13. in. 4. non efficitur irre-  
gularis, quia non est sic cautum in iure. Sine cal-  
ceamentis autem celebrare, si fiat sine contem-  
ptu & ex eo, quod non habentur, non est tribuē-  
dum culpæ mortali cum non sic reperiat dam-  
natum in iure. Botæ vero, vbi consuetum est,  
possunt esse loco calceamentorum. Item cele-  
brans capite cooperto sine rationabili causa  
grauiter peccat, propter caput. nullus episco-  
pus. de consecr. dist. 1. vbi præsumptuose facien-  
tes priuantur communionem, quod non fiet, ni-  
si hic interueniret graue peccatum, id est, morta-  
le, secundum Angel. verbo. missa. §. 8.

¶ Tandem si quis hic sciscitetur, an præter-  
mittere aliquid dicendum in missa, sit pecca-  
tum

tum mortale. Responderetur, quod in missa solita  
sunt dici ista, scilicet, introitus, epistola, euange-  
lium, præfatio, canon, verba consecrationis, pa-  
ter noster, & cætera similia, quæ notabilia sunt  
in missa, & solita in omni missa dici: & præter-  
mittere aliquid horum ex suo genere est pecca-  
tum mortale, & etiam in particulari, nisi excuse-  
tur ex inaduerentia naturali, vel ex obliuione.  
Alia autem sunt, quæ non in omnibus missis di-  
ci solent, cuiusmodi sunt, gloria, credo, sed in ali-  
quibus festis: prætermittere autem ista non erit  
mortale peccatum, nisi adsit contemptus, aut  
vertatur in consuetudinem. Sed aliquibus vide-  
tur, quod omittere offertorium non sit res tanti  
momenti, vt constituat peccatum mortale. Cre-  
diderim tamen quod non careret culpa mortali  
omittere offerre hostiam, & calicem post dictū  
offertorium, & omittere orationem, qua offer-  
tur dicendo, Suscipe, sancte Pater & cætera. Hæc  
oblationem, & reliqua. Circa autem cæremoni-  
as missæ omnes tenentur iam seruare ordinari-  
um Romanum, & si aliquæ religiones sunt in  
aliquibus priuilegiatæ debent seruare ordinariū  
sui ordinis, cauendo ne prætermittant, aut super-  
addant aliquod signum: quia cum omnia signa  
facienda in missa sint suis significationibus ple-  
na, ad superstitionem pertinet ex eis aliquid sub-  
traxisse aut ex eis aliquid addidisse.

¶ Idem dicendum est de orationibus missæ  
quæ sanctissimæ sunt, & graues non licet loco  
illarum in missa orationes commentitias & ab  
alijs priuatis aditas miscere. Omnia denique ibi  
mature, circumspicte, & modeste, & sine præci-  
pitatione, sed attentione debita sunt gerenda, di-  
cenda, & adimplenda, vt inde ad deuotionem  
excitentur circumstantes. Attendat postremo sa-  
cerdos ne aliquæ particule hostiæ remaneant  
in calice in assumptæ. Aduertant etiam, vt dum  
sumunt sanguinem perfectæ, illum sumant sa-  
cerdotes, dum celebrant.

¶ Quæritur quarto, vtrum convenienter ordi-  
nentur ea quæ circa hoc sacramentum dicuntur.  
Responderetur, quod quemadmodum de consec-  
rat. dist. 1. habetur. Iacobus frater Domini secū-  
dum carnem, & Basilius Cæsariensis episcopus  
ediderunt missæ celebrationem. Quia enim in  
hoc sacramento totum nostrum salutis myste-  
rium comprehenditur, ideo solennius celebra-  
tur. Primo itaque ante celebrationem huius my-  
sterij: præmittitur quædam præparatio, vt di-  
gne agatur. Cuius prima pars est laus diuina,  
quæ fit introitu missæ, qui regulariter sumitur  
ex psalmis, vel simul cum psalmo cantatur, quo-  
niam psalmi continent per modum laudis, quid  
quid in sacra scriptura comprehenditur, vt testi-  
ficatur D. Dionysius de ecclesiastica hierarchia

cap. 3. Secūda pars cōtinet commemorationem  
præsentis miseræ, dum dicitur Kyrie elee, son-  
Tertia pars agit memoriam celestis lætitiæ dū  
dicitur. Gloria in excelsis Deo. Quarta parte cō-  
tinetur oratio, quam facit sacerdos pro populo:  
Secundo vero præmittitur instructio populi,  
quæ dispositiue fit per doctrinam prophetarū  
& apostolorum, quam sequitur graduale, spiri-  
tualem exultationem designans, vel tractus spi-  
ritualem gemitum designans, & hoc in officijs  
luctuosis. Hæc enim consequi debent fideles ex  
doctrina prophetarum, & apostolorum. Deinde  
de Euāgelium legitur, in quo populus perfectē  
instruitur. Post quod dicitur Credo, ad insinuan-  
dum, quod euāgelio perfectē credatur à popu-  
lo. Deinde populo sic præparato acceditur ad  
celebrationem mysterij, quod offertur inquan-  
tum est sacrificium, & consecratur ac sumitur  
in quantum est sacramentum. Primo ergo per-  
agitur oblatio. Secundo consecratur. Tertio su-  
mitur. Circa oblationem autem duo aguntur, vi-  
delicet, laus populi, ad designandam eius læti-  
tiam, & oratio sacerdotis. Circa consecrationem  
quoque excitatur populus primo ad deuotio-  
nem in præfatione. Qua finita populus cum de-  
uotione laudat Christi diuinitatem cum Ange-  
lis dicens: Sanctus, Sanctus, Sanctus, & cætera:  
eius quoque humanitatem cū pueris addens: Be-  
nedictus, qui venit. Deinde sacerdos secretē cō-  
memorat eos pro quibus offertur. Inuocat quo-  
que sanctorū patrocinia: quos memorat. Tertio  
petitionem concludit, cū dicit, hanc oblationem ser-  
uitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ. De-  
inde accedit ad consecrationem, primò petens  
à Deo eius effectum. Secundo facit eandem per  
verba Christi. Tertio præsumptionem excusat,  
per obedientiam ad Christi mandatum, dum di-  
cit, vnde & memores. Deinde petit hoc sacrifi-  
cium esse Deo acceptum: postea eius effectum.  
Primo quantum ad viuos, secūdo pro mortuis,  
tertio quo ad ipsos sacerdotes dicens, nobis quo-  
que peccatoribus. Deinde agit de perceptione  
sacramenti. Primo præparando populum ad  
perceptionem per orationem communem, atque  
dominicam. Secundo per orationem primatam,  
qua dicitur, libera nos Domine, quæ specialiter  
pro populo dicitur. Deinde præparatur popu-  
lus per pacem, cum dicitur, agnus Dei. Deinde  
sequitur perceptio sacramenti, & vltimo totum  
officium cōsummat in gratiarum actione po-  
pulo exultante pro sumptione mysterij, quod  
significatur per communicandam, & sacerdotē  
gratias referente in oratione, quemadmodum  
Christus post cœnam hymno dicto cum disci-  
pulis exijt. Cum autē orat sacerdos, iube hæc  
perferri per manus sancti angeli, & cætera, hoc  
orat



orat pro corpore mystico, quod in hoc sacramēto significatur, ut videlicet, orationes sacerdotis & populi: Angelus diuinis mysterijs assistens Deo praesentet. Sublime verò Dei altare vocatur triumphans ecclesia, vel ipse Deus, cuius participationem exposcimus. Per angelū quoque potest intelligi Christus, qui magni consilij Angelus nominatur.

¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primo, quod secundum Sotum S. Thomas mysteria missae, incipit declarare ab introitu missae, quoniam confessio, quae fit ante gradus altaris, non est pars missae, ideo illius non meminit D. Thomas. Secundo aduertendum est, quod licet Innocentius dicat collectas in missa, non nisi numero impari, quo Deus gaudet, dicendas esse, neque ultra septem, sed neutrum est necessarium obseruatum. Illud autem obseruare operae pretium est, nempe, quod in Concilio Mileuitano stabilitur, scilicet, ne preces, & orationes dicantur, nisi si in concilio fuerint approbatae. At Damasus Papa & Gelasius & Gregorius preces has composuerunt, non tamen licet orationem dirigere siue beatae Virginis sit, siue sanctorum, nisi ad solum Deum, à quo solo misericordia & venia peccatorum petenda est, quannis in oratione tanquam intercessoris fiat sancti memoria.

¶ Alleluia intuper, qui spiritualis est iubilus, dicitur in missa, nisi in septuagesima vsque ad Pascha. Alleluia verò secundum D. Hieronymum ad Marcellam idē est, quod, laudate Deū. Duæ enim sunt dictiones Alleluia, quæ laudem Dei propriam, qualis Deo in caelo sit, denotat. Ideo in missa Latina hæc laudis forma recepta est. Sicut etiā Kyrie eleyson, quæ est ad Deum supplicatio, significans idē, quod Dñe miserere, in idiomate Græco in missa Latina suscepta est. Fractus verò in septuagesima vsque ad pascha loco alleluia, canitur, sicut etiam in missis defunctorum, significat enim alta proluxaque suspiria; & lamenta peregrinantium in hac vita iuxta illud psalmi. 119. heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.

¶ Circa tria silentia obseruanda in celebratione missae, quæ secundum V. valdensē ca. 35. significant orationes, quas Christus Dominus secreto orauit in horto, notandum est, quod primum silentium incipit secundum Innocentiū, sacerdos, ab offerentio dum incipit secreto collectas secum proferebat, interruptitur istud primum silentium, dum sacerdos secretam concludens dicit. Dominus vobiscum, incipiens præfationem. Secundum autem silentium (nam ter refert D. Lucas Christum Dominum in horto secreto orasse) incipit post benedictus, qui venit in nomine Dñi, & cætera, scilicet, cū incipit missa

sa Canon. Vnde peior abusus esset altē canonē legere, quam collectas primi silentij. Nam circa finem libri de ecclesiastica Hierarchia inquit. Pater Dionysius consecrationis preces fas non esse scripto interpretari, neque ipsarum arcanum è secreto in publicum efferre. Interrumpitur tunc silentium per inceptionem orationis dominicæ, quia mos Apostolorum fuit ( ut ait Sotus) quod ipsam orationem dominicam ad consecrationem adiungerent. Finita ergo oratione dominica, quæ cum omni reuerentia dicenda est, reuertitur sacerdos ad tertium silentium, ut silentiorum Christi in horto complete repræsentet. Præterea per illa verba, quam oblationem, tu Deus in omnibus quaesumus benedictā sacerdos petit consecrationem nobis fieri fructuosam. Igitur secundum D. August. quod refertur de consecr. dist. 2. can. vtrum, per benedictam intelligitur, ut per eam oblationem benedicamur, scilicet, per gratiam, ascriptam, id est, per quam in caelo ascribamur, ratam, id est, per quam in Sanctis Christi censeamur, rationabilem, id est, per quā à bestiali sensu exuamur. Acceptabilem, id est, per quam, ut qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles vnico Dei filio simus. Secundum Sotum ratam esse precamur ad differentiam sacrificiorum idolatrarum, quæ semper fuerunt irrita & cassa, & etiam ad differentiam oblationū veteris legis, quæ iā nunc aboleuerunt, & per consequens iam nunc ingratæ sunt Deo.

¶ Quæritur iam quinto, vtrum ea, quæ in celebratione huius sacramenti aguntur sint conuenientia. Respondetur autem, quod in officio missæ tam verbis, quam factis aliqua designantur quorum quædam significant ea, quæ pertinent ad passionem Christi, vel dispositionem corporis eius mystici, ut pote populi Christiani, qui cum deuotione communicare tenetur. Quædam vero ad reuerentiam sacramenti respiciunt, ut quod manus labantur, quorum etiam Iorio secundum D. Dionys. designat minorum peccatorum emundationem: manus enim extremitates sunt corporis. Similiter purificatio significat effectum gratiæ Dei, qua Christus Dominus quasi bono odore plenus fuit, atque ab ipso deriuatur ad nos. Signationes verò eum Cruce repræsentant ea, quæ in passione Christi fuerunt. Vnde breuius summando D. Thomas has signationes in solutione ad. 3. ait, quod consecratio huius sacramenti & acceptatio huius sacrificij, & fructus ipsius procedit ex virtute crucis Christi: & ideo vbi fit mentio de aliquo horum sacerdos crucis signatione utitur. Fractio autem hostiæ significat diuisionem corporis Christi ab eius anima in passione, vel a-

uersum mystici corporis statum, vel distributionem gratiarum Dei. Sacerdos demum quando aliam missam eodem die facturus est, os suum post communionem vino non debet abluere.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est, quod gestulationes non sunt ridiculæ, quando fiunt ad aliquid significandum. Inde est, quod manuum iunctura, & inclinatio corporis habitus est, & compositio humilioris se corā Deo. Sicut illi. 24. seniores Apocalyp. 4. Sicut etiam expansio & eleuatio manuum affectum significat aperiens pectus, eleuansque mentem, in Deum. Et quia in collectis & orationibus missæ eleuatio mentis in Deum est significanda, ideo dum dicuntur aperiendæ sunt manus sacerdotis. Igitur dum introitus canitur, vel à sacerdote recitatur, manus debet habere clausas, quia illa non est oratio, vsque ad finem Kyrie eleyson, sed est actio communis sacerdoti & populo. Hoc innuit ordinariū, dum ad orationem iubet manus expandere, quasi antea tenendæ essent clausæ. Quocirca dum ad initium gloriæ iubetur manus deponere super altare, insinuat illas antea habuisse apertas, sicut etiam cum iubetur cū dicit Deo manus iungere, insinuat, quod illas iungat, quemadmodum habebat ante quam gloriam inciperet: & sic iunctis manibus prosequi debet gloriam: quia nō est oratio. Sed ad Dominus vobiscum iterum iubetur manus aperire, ad pandenda viscera sua populo, ac deinde iungere quasi populū amplexans. Et rursum ad collectam aperire, quia non est oratio chori, sed propria sacerdotis, qua mentem in Deum eleuat. Item dum Euangelium dicitur iunctis manibus dici debet, quia non est collecta, & eadem ratione offeritorium, & ad collectas secretas extendendæ sunt & ad præfationem, quia etsi non est oratio, præcipitur nihilominus manuum eleuatio, eo quod est gratiarū actio, & præambulum ad canonem, vbi summa eleuatio mentis requiritur, ut verbum sursum corda præmonet. Sed ad sanctas iubetur sacerdos manus claudere ad designandū filiale timorem, quem illi. 24. seniores cum dicebant, Sanctus, procidentes ante thronum Dei significabant. Canon igitur totus, quia stylum orationis & precationis habet, sicut collecta, eleuatis & apertis manibus recitandus est: Vnde iunctis manibus illum perlegere abusus est. Vnde licet, ad te igitur elementissime pater, supplices te rogamus propter humiliationem corporis, quæ in initio fit, iungantur manus: tamen erigens se sacerdos aperire eas debet, ut canon apertis manibus legatur sicut, & oratio Dominica: sic etiam sacerdos ad libitum potest

A respicere. Versio item illa, qua quinquies in missa se vertit ad populū, significat Christum toties post resurrectionem apparuisse. Præterea hostia diuiditur in tres partes, & iuxta versum. Tincta beatos, Plene sicca notat viuos, seruata sepultos, id est, quæ seruatur sine fractione.

¶ Præterea missis priuatis sufficit habere ministrum vnum, qui gerit vicem totius populi catholici, quod confirmat vsus. At in concilio Magunt. cap. inhibendum. de cohabitatio. clerico. & mulier. Prohibetur, non admittatur ad hoc foemina, neque ob vllam necessitatem citra dispensationem est permittenda altari ministrare propter indecentiam. Et citius, inquit Sotus, audeam mihi respondere & ministrare, quam foeminam ad id muneris admittere.

¶ Sed iam hic interim quaeri solet, vtrum sacerdos possit solus celebrare, ut si esset solus inclusus eremita. Glossa prædicti Can. & Paludanus dist. 13. quæst. 2. affirmant id licere, sicut soli sacerdoti infirmum vngere licet: Sed quia hæc nō est firma collectio, ideo dicendum est, quod nisi vrgens esset necessitas in festo, quando sacerdos missam audire nequit, nisi solus celebret, nullatenus licet. Arbitratur autem Sotus, quod nisi magnū esset festum contulius esset non celebrare.

¶ Infertur autem corollarie hinc, quod quia ista sunt de iure positio, pro certo habetur, quod eremita solus posset celebrare cum dispensatione. Adde quod quidam purant calicem eleuatum esse discoopertum, si Christus in cruce discoopertus foemora, fuit eleuatus. Sed neque in hoc consistit, neque dubitandum est auctore Abulensi Paradoxo. 5. Christum contactum foemora fuisse in cruce suspensum, tum quia ius naturæ non permittit homines etiam ultimo supplicio dignos, sic dehonestari, ut discoopertis verendis plectantur, neque Dominus, in cuius manu erant omnia permitteret id, sed per suam prouidentiam sibi de hac re prospiceret. Imo viri piij, & mulieres, quæ illic aderant honori eius consultum curarent. Præsertim cum Redemptor noster propter suam insignem modestiam & honestatem tanta dignus esset reuerentia. Eleuatio autem calicis antiqua non est: & forte tempore Diui Thomæ non erat introducta. Vnde illius ipse non meminit. Neque apud Cartusieneses eleuatur. Neque in ordinario prædicatorum de eleuatione calicis fit mentio, licet in hoc conforment se cum ecclesijs secularium. Filiola autem, id est, quadra linea, qua calix cooperitur, non est antiqua, neque de essentia ornamentorum altaris, quia à prædicatoribus corporali contegitur calix, iuxta id, quod Hugo lib. secundo. de officijs cap. 38. ait,

dicens: Corporali palla tegitur. Calix igitur, quia illa quadra, id est, filiola antiqua non est, qua posset coopertus eleuari: eleuari coepit discoopertus. Qui quidem usus in tota ecclesia receptus est. Quod confirmat etiam factum, scilicet, quod in capella summi Pontificis non eleuatur, nisi discoopertus, & in multis ecclesijs Germaniae, & Italiae, haec adnotasse se dicit Sotus, ne quis existimet rem specialem esse apud Praedicatorum calicem discoopertum eleuari.

¶ Queritur iam sexto, vtrum possit sufficienter occurrere defectibus, qui in celebratione occurrunt. Respondetur autem, quod defectibus qui in missa contingere possunt, occurrere potest, & praeventiendi, id est, praecavendo, ne accidant: item etiam adhibendo remedium, vel poenitentiam, postquam sunt subsecuti. Igitur si sacerdos graui infirmitate, vel alienatione, vel simili impedimento praepeditus ante consecrationem sic fuerit prohibitus missam perficere, non oportet, ut alius suppleat. Si vero post consecrationem corporis, vel corporis simul ac sanguinis id impedimenti euenit per alium sacerdotem missae celebratio debet consummari. Nam omnes sacerdotes vnum in Christo sunt praesertim in contingentia huius casus. Praeterea si sacerdos post consecrationem in memoriam venit, se manducasse, vel bibisse, vel in excommunicationem incidisse, aut in peccato mortali esse cum dolore, & proposito se emendandi, debet missam perficere: quia praecipuum de consummando sacrificium est maius. Si autem ante consecrationem sibi id accidat, tutius videtur cessare, maxime si non ieiunium, vel excommunicatum se inuenisset, nisi graue scandalum ex cessatione hac timeretur. Accedit ad praedicta, quod si musca, vel aranea ante consecrationem in calicem cadat, vel venenum vino fuisse immixtum deprehendatur, effundendum est tale vinum a sacerdote aliudque vinum loto prius calice, emundato resumendum. Si vero aliquid horum post factam consecrationem acciderit, animal debet cautè capi diligenterque lauari, atque comburi, & ablutio simul cum omnibus in sacrarium mitti. Si autem viderit venenum fuisse immixtum, neque sumere debet, neque alij dare, ne calix vitae vertatur in mortem: sed debet in vasculo apto cum reliquijs conseruari: & ne sacramentum maneat imperfectum, debet vinum aliud in calice ponere, atque a consecratione sanguinis rurtum resumere. Rursus, si sacerdos ante consecrationem sanguinis etiam post consecrationem corporis viderit aquam, vel vinum non esse in calice debet statim apponere & consecrare. Si autem post factam consecrationem calicis percipiat aquam deesse, debet

A procedere, quoniam aquae appositio non est de necessitate sacramenti. Ille tamen, cuius negligentia hoc contingit, puniendus est. Aqua vero nullo modo apponenda est vino consecrato: sequeretur enim corruptio sacramenti pro aliqua parte. Si autem post consecrationis verba percipiat vinum non esse in calice, si ante summptionem corporis aduertat hoc, debet vinum apponere, & aquam, si ibi est, effundere. Aliquid autem aquae more solito vino miscere debet, atque a verbis consecrationis calicis repetere. Quod si post summptionem corporis istud deprehendat, aliam hostiam simul cum vino consecrandam apponere debet: quia in verbis sequentibus quaedam occurrunt dicenda, ac facienda, quae non solum sanguinem, sed & corpus quoque concernunt. In fine tamen hostiam consecratam, & sanguinem sumere debet, quamuis aquam prius positam in calice biberit: quoniam praecipuum de perfectione sacramenti praeponderat praecipuo, ut a ieiunio sumatur. Item, si sacerdos non recolat se dixisse quaedam, quae dicere debuit turbari inde non debet. Quoniam qui multa dicit, non recolat se ea dixisse, nisi apprehendat ea in dicendo sub ratione praeteritae rei iam dictae. Igitur, etsi homo attente cogitet illud, quod dicit: si tamen non cogitet dicere se illud non multum postea recolat, se illud dixisse. Sic enim (ut dicitur libro de memoria) aliquid efficitur obiectum memoriae prout accipitur sub ratione praeteriti. Verum si probabiliter constet sacerdoti, se aliqua verba omisisse, quae non sunt de necessitate sacramenti, non videtur quod ea debeat resumere immutando ordinem sacrificij, sed debet ulterius procedere. Si autem aliquid, quod est de forma & de essentia sacramenti se omisisse contempserit, debet facere sicut nunc dictum est de defectu materiae repetendo a verbis consecrationis, ne mutetur sacrificij ordo. Deinde si aliquid de sanguine per negligentiam stillet in tabula, quae terrae adhæret lingua lambetur, & tabula radetur. Si autem non fuerit tabula, terra radetur & comburetur, cinisque intra altare recondetur & sacerdos 40. dies poeniteat. Si autem super altare stillauerit calix forbear stillam minister & tribus diebus poeniteat. Si autem super linteam altaris ceciderit, & si vsque ad secundum peruenierit stilla, quatuor diebus poeniteat, si vsque ad tertium, novem diebus, si vsque ad quartum viginti. Linteamina quoque ter lauet minister supposito calice, & aqua ablutionis sumat iuxta altare recondetur, vel si sine abominatione fieri potest a ministro poterit. Quidam etiam partem linteaminae quae stilla tetigit incidunt atque comburunt, atque cinerem in altario, aut sacrario ponunt.

Si au-

Si autem aliqua pars hostiae decidat, & inueniri non possit triginta dies poeniteat. Praedictis autem diebus poenitentem ieiunare & a comunione cessare oportet, quamuis poenitentia augetur possit & minui pensatis pensandis.

¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primo, quod secundum Concilium Toletanum, & ut habetur. 7. quaest. 1. can. nihil in casu, quo sacerdos post consecrationem ob aliquem euentum nequiverit complere sacrificium, alius est substituendus qui illud perficiat, etiam si talis sacerdos non sit ieiunus, dum alius sacerdos ieiunus non inuenitur: quia praecipuum de complendo sacrificio maius est, quam de naturali ieiunio. Quod si sacerdotis copia haberi non possit, laicus quia consecratas materias corporis, & sanguinis sumere non potest non fas esset laico, etiam ieiuno sacrificium perficere, sed esset hostia seruanda in pyxide. Calix autem consecratus sic alia die, si sit sacerdos, qui celebret assumendus erit ab ipso, antequam species corrumpantur. Quod si id fieri non possit & species corrumpantur vini, tunc in piscinam sunt projiciendae. At vero licet Sacerdos concubiniarius in hoc casu, & ubi nullus alius sacerdos adesset non teneatur ad perficiendum sacramentum, quia praedictum concilium illum ad id non obligat, quia conteri tunc & amouere occasiones peccandi res ei esset difficultis tamen tantum posset esse scandali, ut teneretur maxime in periculo corruptionis specierum sanguinis. Sed si alius sacerdos adesset, qui commode posset consummare, proculdubio propter tantae rei grauitatem, qualis est sacrificium, perficere, ad id perficiendum teneretur. Nam perficere sacrificium semel captum tantae obligationis est quod praedictum Concilium Toletanum & 7. quaest. 1. Canone nihil cauet, ut nullus minister absque praeventu patetis molestiae cum caperit imperfecta officia praesumat relinquere. Siquis hoc temerarie praesumpserit excommunicationis sententiam obtinebit. Vnde sacerdos si post inceptam missam desinat, sine rationabili causa mortaliter peccat per. c. nullus. de consecr. distinctione. 1. & supra dict. canone nihil. concordat Syluester verbo miss. primo. §. 4. Quod circa Petrus de Palude dicit, quod missam inceptam etiam ante consecrationem sacerdos deserere non debet propter peccatum non confessum, quia sufficit in hoc casu contritio. Cum autem iuxta sententiam D. Thomae etiam ante consecrationem propter vitandum graue scandalum (si esset) non ieiunium, aut excommunicatum se esse post inceptionem deprehendens celebraret, in hac excommunicatione prosequendo sacrificium irregularitatem non contraheret: quia haec irre-

Instructio. cons. Pars. 2.

gularitas contrahitur propter culpam, quae in hoc casu abest arg. cap. clerici. & calatores, de cleric. excommunic. minist. multa enim fieri permittuntur ad vitanda scandala.

¶ Secundò aduertendum est, quod quando ait D. Thomas, quod si post consecrationem musca, vel aranea, vel quoduis animal simile in calicem incidat, tunc extrahendum est animal, diligenterque lauandum, & post est comburendum, & cineres debent in piscinam mitti, & species sumi, ablutio, qua fuit ablutum, si non sit nocua, aut provocatiua vomitus, videtur sit sumenda a sacerdote: alias simul cum cineribus in piscinam mittetur. Quocirca bene ait Sotus, quod sic est faciendum, dum animal est sumptu horribile. Nam si sit exigua muscula deglutiri debet ad excusandas illas caeremonias. Dum autem animal est venenosum, non sunt sumendae species, sed in sacrario cum alijs reliquijs seruandae sunt, si autem sanguis per negligentiam, vel aliam causam effundatur, vel euonatur, vel hostiae consecratae marcescant, vel aliter pereant ex causa sacerdotis quid sit tunc agendum vide de consecratione distinctione. 1. canone ex decreto, & canone. si per negligentiam distinctione. 2. Hi autem, ex quorum negligentia haec accidunt, mortaliter peccant: quoniam in re hac excellentissima diligentissimam curam adhibere tenentur. Vnde, si animal, quod comedit hostiam consecratam capi potest immediate est exenterandum, & accepta hostia reponenda est in honesto loco, donec naturaliter consumatur, & nullo modo comburatur, quia esset immane sacrilegium. Neque projiciatur in piscinam. Animal autem comburatur, cuius cineres reponantur in piscinam: quia quando ibi sunt species panis, ibi est corpus Christi, cui summa reuerentia est exhibenda. Vnde si aliquis esset ieiunus & vellet illud sumere laudandus esset, ut Petrus de Palude ait. Itè admonitio opus est, quod quia casus hi sunt non raro contingentes, si assumpto sanguine remaneat particula hostiae in fundo calicis apponendus est digitus, & extrahenda est ad labium calicis & sic sumatur, vel apponatur vinum, & simul cum eo sumatur. Sed primò aliquibus videtur esse meliùs. Si autem adhæreat palato resumatur vinum, & cum eo deglutatur, vel cum digito remoueat. Primò tamè est honestius, quando sic sufficit, & commode a palato, cui hæret per haustum vini, inde auelli potest, & cum vino deglutiri.

¶ Tertio aduertendum est, quod illam sententiam D. Thomae dicentis, quod ubi post summptionem hostiae reperitur aqua in calice, sumenda est alia hostia, & vinum, & denuo est consecrandum, etiam a sacerdote non ieiuno, quia ea deglutitur aqua, Sotus sic moderatur contra Scotum dist. 8. q. 3. abso-

V 2 Iurè

lutē tenentem contra. D. Thomam, quod satis sit tunc sine signis, & verbis alijs, quia ista non sunt de essentia sacramenti, consecrare vinū tantum, & sumere quod sententia D. Thomæ vera sit, & consultius sit illam seruire, vbi sacerdos priuatim coram vno, vel duobus celebrat. Si tamen in publico & præsertim coram aliquo magne celebraretur, ad vitandum scandalum, & turbationem populi, forte, inquit, non esset absurdum, vt sacerdos secreto fingens lotionem sumere, vinum tunc infunderet, & consecraret, & sumeret: nam scandalum excusaret, præsertim cum iam facta fuerint signa super hostiam, licet non legitime super calicem. Huic praxi accedit Nauarrus in summa cap. 25. nu. 91. qui addit, praxim Scoti præstare praxi D. Thomæ. Sed certe ista moderatio Soti cordata est, & rationabilis.

¶ Adde vltimo, vt quæ supersunt receptui canentes colligamus, quod iuxta can. si quis. de cōsecr. dist. 2. si quis per ebrietatem, vel voracitatē eucharistiam euomuerit, quadraginta dies pœniteat, si laicus est, clerici verò, seu monachi, seu diaconi, & presbyteri septuaginta diebus pœniteant, episcopus nonaginta. Si autem infirmitatis causa euomuerit septem diebus pœniteat. Et can. qui non bene, eadem dist. cauetur, quod qui non bene custodierit sacramentum, & mus, vel aliquod animal comederit quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdidit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit triginta diebus pœniteat, & eadem pœnitentia videtur dignus sacerdos, per cuius negligentiam hostiæ consecratae putrefiunt. Notandum demum est circa id, quod D. Thomas ait, quod in casu, quod sanguis stillauerit super linteamina vltra lotionem trinam, qua sunt lauanda, & vltra id quod lotionem hanc sumere debet sacerdos, nisi abominationem sibi causaret, & nauis, quidam, inquit, partem illam linteaminū incidit, & comburunt & cineres in altari, vel in sacrario reponunt: quod tamen ipse D. Thomas causa maioris reuerentiæ potius, quam causa necessitatis sic fieri videtur insinuare. Quocirca Nauarrus ait in summa corporalia quædam preciosa, super quæ stillauerat sanguis quæ sic incisa fuerunt & combusta, non necessario fuisse incisa, & combusta quia sufficiebat ea ter lauasse.

¶ Finis materiæ eucharistiæ: Deo gratias.

## CAP. LXXX.

¶ De sacramento pœnitentiæ breuiter.

A ¶ *Virum pœnitentiâ sit sacramentū, & an eius materia sint peccata: Et an forma eius sit: Ego te absoluo: Vtrum debeat fieri absolutio cū impositione manus: Et an sit de necessitate salutis: Et an pœnitentiâ sit secunda tabula post naufragium: Et an hoc sacramentum sit institutum in noua lege: Et an pœnitentiâ debeat durare vsque ad finem vitæ: Et an possit esse continua: Item an hoc sacramentum pœnitentiæ debeat iterari.*



B **A**BSOLUTA iam materia eucharistiæ inchoantibus nobis materiâ de sacramento pœnitentiæ operæ pretium fuit hic præmonuisse lectorem nos dedita opera stylum dicendi, & scribendi hic coarctasse duplici de causa. Tum, ne quæ prius dicta sunt à nobis in principio primi tomi nostri instructorij conscientiæ, & illic copiose sunt notata rursus hic inculcaremus. Tum, quia nos series & ordo disputandi de sacramētis à nobis hic assumptus telam disputationis interrumpere omnino non permittit. Igitur, vt non nihil hic dicamus visum est hic textum D. Thomæ de pœnitentiâ plus solito summatum hic interserere, vt is, qui cartapaciorum adnotationibus abundat, hæc breuia principia & fundamenta ad materiam de pœnitentiâ subministremus, elicitæ ex Diuo Thoma, quæ quoniam compendiosa sunt tanto magis memoriæ aliquorum inhærescent, quanto alijs negotijs occupati longiorem processum doctrinæ legere non sustinent, vel quanto per varias doctrinas doctorum diuagantes, huius sanctissimi Doctoris qui ecclesiæ est iubar clarum principia & fundamenta non solum prælibasse, sed memoriter retinuisse in magnam eorum cedit utilitatem.

D ¶ *Quæritur ergo primo, vtrum pœnitentiâ sit sacramentum. Respondetur autem, quod constat esse sacramentum: quia est sacræ rei signum. Nam hic in pœnitentiâ peccator designat se recessisse à peccato, sacerdos autem per ea quæ circa pœnitentem exercet significat opus Dei, peccatum remittentis. Est ergo sacramentum pœnitentiæ. Materia ergo huius sacramenti, vt accipitur sub forma, id est, actus pœnitentis id est, contritio & confessio, & cætera, sunt sacramentum, vt accipiuntur sub forma absolutionis ad differentiam baptismi & confirmationis & extremæ vnctionis, vbi excellēs gratia datur: inquit, actus humani nō sunt de essentia materiæ sacramentorū, sed dispositiue se habent ad eā. Verū in pœnitentiâ & in matrimonio, quia effectus sacramenti correspondet actibus humanis, ipsi actus humani sunt*

ni sunt, loco materiæ. In Sacramento autem pœnitentiæ ipse actus exercitus per pœnitentem & absoluentem est sacramentum tātum sed res tantum sacramenti est gratia seu remissio peccati, res verò & sacramentum est interior dolor, id est, pœnitentiâ interior pœnitentis, at sacramentum tantum & res & sacramentum simul, sunt quodammodo causa remissionis peccati.

¶ *Secundo quæritur, Vtrum peccata sint materia propria huius sacramenti. Respondetur autem, quod materia proxima huius sacramenti sunt actus pœnitentis, scilicet, contritio & confessio. Sed quia hæc sunt de peccatis materia pœnitentiæ sacramenti sunt peccata, non quidem materia proxima, sed remota: at peccatum mortale sic est principalis & propria materia pœnitentiæ: quia est nostra propria voluntate contractum. Veniale vero propria materia est huius sacramenti, sed non principalis. Peccatum verò originale, quippe quod nostra propria voluntate non est contractum, non est proprie, neque principaliter materia pœnitentiæ sed baptismus contra ipsum ordinatur. Neque enim proprie de ipso pœnitentiâ est, nisi omnino communitè accipiatur pro detestatione cuiuslibet rei præteritæ.*

¶ *Quæritur tertio, Vtrum hæc sit forma huius sacramenti: Ego te absoluo. Respondetur autem, quod hæc forma; Ego te absoluo, est conueniens forma, eo quod ipsa perficit materiā, id est, pœnitentiæ actus, siquidem efficit, quod significat, id est, remissionē peccatorum: & quia sumitur ex verbis illis Christi domini dictis Petro, Quodcunque solueris super terram & cætera. Aliæ absolutiones deprecatiuæ, vt, misereatur tibi omnipotens Deus non sunt sacramētales, sed neque expressio Trinitatis hic est necessaria: quia eam hic Christus exprimit non iussit, sicut iussit in baptismo. Ita autē forma. Ego te absoluo, non recte exponitur, neque omnino perfecte per hanc formā. Ego te absolutū ostēdo tū, quia sacramenta nostra efficiūt, quod significant, tū quia sacerdos vere cooperatur absolutioni. Propter quod melius exponitur hoc modo. Ego te absoluo, id est, absolutionis sacramentum tibi impendo.*

¶ *Quarto quæritur, Vtrum impositio manus sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum. Respondetur autem, quod quia manus impositio significat effectum copiosum gratiæ, non conuenit pœnitentiæ necessario, quia ipsa ad indulgentiam peccati ordinatur, & non ad excellentiam gratiæ: maxime cum sacramentum pœnitentiæ nō sit necessarium ad salutem, & omnibus, sed ex suppositione, eis, videlicet, Solum, qui peccatis se ipsos subiecerunt: quorum pœnitentiâ spiritualis est medicina.*

A ¶ *Quæritur quinto, vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis. Respondetur autē, quod sacramentū non est necessarium absolute, id est, taliter, quod sine illo nullus salutem consequi possit: nam isto modo necessitatis absolutæ gratia Christi, & sacramentum baptismi, per quod quis in Christo renascitur sunt necessaria. Est autem necessarium sacramentum pœnitentiæ, ex suppositione, non absolute, sed ex suppositione peccati, cui quis se subiecit, ad quod delendū concurrat virtus passionis Christi, quæ operatur remissionē peccati per absolutionem sacerdotis, simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati, iuxta illud D. Augustini, qui creauit te sine te non iustificabit te sine te.*

¶ *Quæritur sexto, Vtrum pœnitentiâ sit secunda tabula post naufragium. Respondetur autem, quod quia baptismus est spiritualis regeneratio, & confirmatio, quia est spirituale augmentum & eucharistia, quia est spirituale alimentum, per se ordinantur ad hominis salutem, sicut homo ad vitam naturalem generatione, & augmentum, & nutritione indiget per se: sed medicina per se non indiget, nisi per accidens, id est, si infirmus, retur sic sacramentū pœnitentiæ: quæ est medicina peccati, per accidens ordinatur ad salutem hominis, id est, supposito, quod post baptismū commiserit peccatum. Vnde (quia id quod est per se est prius eo, quod est per accidens, sicut substantia prior est naturaliter quam accidens) sacramenta baptismi & confirmationis, & eucharistiæ, quia ordinantur ad salutē animæ per se priora sunt natura, quam sacramentum pœnitentiæ, quod tenet secundum locum respectū status integritatis: ideo recte appellatur secunda tabula post naufragiū. Sicut nauigantibus, post quam navis integra, in qua saluari poterant perijt, secundū remediū tātū subest, vt per adminiculū tabulæ euadant: sic illis, qui integritatē vitæ iustæ amiserunt, hoc superest pœnitentiæ remedium, vt ad eam gratiam, quam amiserunt, per peccatum, denuò restarentur.*

¶ *Quæritur septimo vtrum hoc sacramentum sit conuenienter institutū in noua lege. Respondetur autem, quod quia vt prædiximus, actus pœnitentis in hoc sacramento se habent, sicut materia, absolutio verò sacerdotis habetur pro forma. Ita in hoc sacramento id quod se habet vt materia, id est, ipsa pœnitentiâ peccatoris præexistit à natura (quia est de iure naturali pœnitere de culpa) sicut in alijs sacramentis materia præexistit à natura, vel arte, vt panis in eucharistia, & aqua in baptismo, sed sicut forma in alijs sacramentis est ex institutione diuina, sic forma & modus, atque actus determinati agens*



et agendi pœnitentiam sunt ex institutione Christi domini: & quia ex virtute Christi patientis, & resurgentis hoc sacramentum efficaciam habet ad remissionem peccatorum, ideo patet conuenienter in noua lege fuisse institutum, quo admodum qui seruatur in ecclesia catholica.

¶ Quæritur octauo vtrum pœnitentia debet durare, vsque ad finem vitæ. Respondetur autem, quod pœnitentia est duplex, vna interior, qua quis in se de peccato dolet, & hæc vsque ad finem vitæ durare debet: semper enim debet homini displicere, quod peccauit, id est, non placendo, quod peccauerit: si enim placeret ei peccasse, iam hoc ipsum peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Alia est autem pœnitentia, quæ exterior dicitur, consistens in verbis & signis: hæc autem non semper durare debet, sed ad certum tempus secundum mensuram delicti pro vt a sacerdote imponitur.

¶ Quæritur nono, Vtrum pœnitentia possit esse continua. Respondetur autem, quod pœnitentia secundum actum continua esse non potest: nam oportet pœnitentem vacare somno, & alijs exterioribus ad necessitatem corporis, pertinentibus, tamen loquendo de pœnitentia habituali, secundum quam pœnitere secundum habitum quis dicitur: sic oportet, quod homo continue pœniteat, quod homo potest præstare non faciendo aliquid pœnitentiæ contrarium nisi propositum gerat detestandi præterita peccata.

¶ Quæritur decimo. Vtrum hoc sacramentum pœnitentiæ debeat iterari. Respondetur autem contra dicentes non posse iterari pœnitentiam, aut non nisi semel, quod falsum est. Nam primo charitas, quæ est pœnitendi principium amitti potest & recuperari. Secundo, quia nullum peccatum, tam enorme est, quin diuinæ misericordiæ plenitudo in infinitum excedat, iuxta illud Paralipomenon ultimo, immensa & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitias hominum. Vnde manifestum est, quod pœnitentia est pluries iterabilis. Verum tamen quia aliqui iudaizantes putabant baptismum posse iterari in noua lege, sicut in veteri lege varia lavacra erant, in quibus lauabant se frequenter Iudæi, ideo ad hoc excludendum dixit Apostolus ad Hebræos. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum cælestis, & prolapsi sunt renouari ad pœnitentiam, scilicet, reiterando baptismum: sed bene possunt renouari per sacramentum pœnitentiæ ad gratiam amissam. Nam vt ait D. Augustinus in libr. de pœnitentia constat Deo multum displicere peccata, qui semper præsto est ea destruere, ne sol-

uatur, quod creauit ne corrumpatur quod amauit, scilicet, per desperationem.

## CAP. LXXXI.

¶ Vtrum pœnitentia sit virtus, & an sit specialis virtus, & an sit species iustitiæ. Et an voluntas sit eius subiectum, & incipiat à timore: & an sit prima virtutum.



VÆSTIO. 85. De sacramento pœnitentiæ secundum quod est virtus. Quæritur primo, Vtrum pœnitentia sit virtus. Respondetur autem, quod pœnitentia pro vt est passio, id est, pro vt dolor sensitius, non est virtus, sed passio: sed pœnitentia pro vt consistit in voluntate: quia sic est cum quadam electione pertinente ad rationem rectam, quæ dicitur, vt aliquis doleat, de quodolendum est, quod facit pœnitens dum assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis. Vnde patet, quod sic pœnitentia est virtus: nam de eius actu datur præceptum. At licet conari ad præteritum cum intentione quod factum, non fuerit, stultum sit, sed tamen virtus pœnitentiæ est reprobare actum malum præteritum cum intentione remouendi sequelam ipsius, id est, offensam Dei, & reatum pœnæ.

¶ Quæritur, Vtrum pœnitentia sit specialis virtus. Respondetur autem, quod quia species habituum distinguuntur secundum species actuum ibi necesse est ponere specialem habitum virtutis, vbi occurrit specialis actus laudabilis: at actus pœnitentiæ specialiter laudabilis est, si quidem operatur ad destructionem peccati præteriti, in quantum est Dei offensam, quod non pertinet ad rationem alterius virtutis: ergo necesse est ponere, quod pœnitentia sit specialis virtus. At licet sola displicentia peccati præteriti immediate pertineat ad charitatem, sicut gaudere de bonis sed in tentio operandi ad destructionem peccati præteriti requirit specialem virtutem elicitiuam istius actus, id est pœnitentiam sub charitate imperante. Sunt igitur peccata omnia obiecta pœnitentiæ sub speciali ratione, id est, vt emendabilia sunt per actum hominis cooperantis Deo, ad suam iustificationem, expellitque pœnitentia peccatum effectiue.

¶ Quæritur tertio. Vtrum pœnitentia sit species iustitiæ. Respondetur autem, quod quia ad pœnitentiam pertinet non solum cessatio à peccato, sed & recompensatio quædam pro offensa, quod ad commutationem spectat, quæ potissime inuenitur in virtute iustitiæ, ideo pœnitentia sub iustitia continetur: tamē, quia inter Deum & creaturam non potest esse iustitia simpliciter dicta, qualis est in

ter con-

ter concines liberos, qui sunt æquales quantum ad hoc, quod immediate sunt sub vno principe, sicut liberi existentes, ideo pœnitentia importat iustum secundum quid, & non simpliciter, vt est inter æquales, sed secundum acceptationem superioris, id est, Dei, ad quem pœnitens confugit, vt filius ad patrem offensum, vt vxor ad maritum, vt seruus ad dominum.

¶ Quarto quæritur, vtrum subiectum pœnitentiæ sit proprie voluntas. Respondetur autem, quod pœnitentia pro vt est passio, quia quædam species tristitiæ est, in concupiscibili est sicut in subiecto: sed tamen pœnitentia accepta prout virtus est, quia est species iustitiæ in voluntate, vt in subiecto est, & quia proprius eius actus, est propositum emendandi Deo, quod contra eum commissum est, manifestum est, quod est in appetitu rationali, id est, in voluntate.

¶ Quæritur quinto, vtrum principium pœnitentiæ sit ex timore. Respondetur autem, quod pœnitentia, quæ est virtus à Deo immediate infunditur: cooperantibus nobis non principaliter, sed dispositiue per aliquos actus. Si autem loquamur de actibus, quibus Deo operanti in pœnitentia cooperamur eorum primum principium est operatio Dei conuertentis cor, iuxta illud Threnor. 4. Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur. Secundus autem actus est motus fidei. Tertius deinde est motus seruilis, retrahens à peccato propter pœnam. Quartus actus est motus spei, sub qua spe veniæ tendit ad emendam. Quintus est motus charitatis, per quem displicet peccatum secundum se ipsum, & non iam propter supplicia. Sextus est motus timoris filialis, quo propter reuerentiam Dei aliquis offert Deo voluntarie emendam. Sic igitur actus pœnitentiæ à timore seruili procedit, sicut à primo motu affectus ad hæc ordinato, à timore autem filiali, sicut ab immediato & proximo principio dimanat.

¶ Quæritur sexto, vtrum pœnitentia sit prima virtutum. Respondetur autem, quod quantum ad habitus non attenditur in virtutibus ordine temporis: quia sic sunt conexæ, vnde omnes simul incipiunt in anima. Sed loquendo quoad ordinem actuum, sic quidem actus laudabiles, quales sunt actus fidei, & spei informium, & actus timoris seruilis, præcedere possunt tempore actum, & habitum pœnitentiæ. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tempore cum actu & habitu pœnitentiæ, & cum habitibus aliarum virtutum: sed actus charitatis naturaliter præcedit actum pœnitentiæ. Nam in iustificatione impij est motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei, per charitatem formatus, & motus liberi ar-

bitrij in peccatum, qui actus est pœnitentiæ. Igitur pœnitentia non est simpliciter prima virtutum, neque ordine temporis, neque ordine naturæ, quia ordine naturæ virtutes Theologicæ ipsam præcedunt quoad actum, sed quantum ad aliquid est prima inter ceteras virtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impij sed alie virtutes, quæ perse ordinantur ad bonum hominis, vt necessariæ priores esse videntur pœnitentia, quæ per accidens, id est, supposito peccato est necessaria, sicut id, quod est perse, prius est quam id, quod est per accidens.

## CAP. LXXXII.

¶ De effectibus pœnitentiæ. An pœnitentia remoueat omnia peccata, & an sine ea possit remitti peccatum, & an per eam vnu peccatum possit remitti sine alio: Et an remissa culpa per pœnitentiæ remaneat reatus pœnæ, & an remissa culpa mortali tollantur reliqua peccatorum: Et vtrum remissio culpa sit effectus pœnitentiæ.



VÆSTIO. 86. De effectibus pœnitentiæ. Vtrum per pœnitentiæ omnia peccata remouentur. Respondetur, quod licet per pœnitentiæ deleri non possint peccata, de monu, & hominum damnatorum, quia affectus eorum sunt confirmati in malo: tamen quæ peccata viatorum, quorum liberum arbitrium est flexibile ad bonum & malum non possint remitti per pœnitentiæ, et tunc est dicere, quia primo per hoc tolleretur libertas arbitrij. Secundo, quia derogaretur virtuti gratiæ, per quam mouetur cor ad pœnitendum, & quia repugnat diuinæ misericordiæ, quæ quodammodo vinceretur ab homine, si peccator vellet peccatum deleri, quod Deus non vellet delere. Item derogaret virtuti passionis Christi, per quam operatur pœnitentiæ, sicut & cetera sacramenta. Vnde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac vita per pœnitentiæ veram deleri potest. Sed hæc pœnitentiæ vera caruerunt Antiochus, & Esau, quia neuter ex vera charitate pœnituit. Vnde de Esau dixit Paulus, locum pœnitentiæ non inuenit, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. Sed & Antiochus dolebat de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

¶ Secundo quæritur, Vtrum sine pœnitentiæ peccatum remitti possit. Respondetur autem, quod impossibile est peccatum remitti sine pœnitentiæ.

tiæ actu ut est virtus: quia peccatum est offensa Dei, quæ opponitur eius gratiæ. Nam offensus dicitur aliquis alteri, quia repellit eum à sua gratiâ. Deus autem ad differentiam hominis facit hominem sibi gratum, causando in homine sibi grato bonitatem, ergo non potest contingere, quod Deus alicui remittat offensam absque immutatione voluntatis eius, id est, si non conver- tatur per pœnitentiam, quia alias odio est Deo peccator, & iniquitas eius: sed bene potest Deus sine sacramento pœnitentiæ, aut voto eius de pœnitentiâ absoluta remittere pœnitenti peccatum, sicut remisit Latroni & Magdalenz.

¶ Quæritur tertio, utrum possit per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Respondetur autem, quod hoc fieri non potest loquendo de peccatis mortalibus propter triplicem rationem. Primo quia peccatum mortale non remittitur, nisi per gratiam, quæ cum omnibus peccatis mortalibus sit contraria nullum secum compatitur. Secundo, quia ratio pœnitentiæ, per quam deletur vnum mortale, ad omnia se extendit mortalia peccata, alias vera pœnitentia non esset. Tertio, quia bonitati Dei repugnat, cuius sunt perfecta opera, secundum D. Augustinum libro de pœnitentiâ dimidiâ cōcedere veniam. Unde quædam impietas infidelitatis est ab eo, qui iustus est, & iustitia est, dimidiâ sperare veniam.

¶ Quæritur quarto, utrum remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ. Respondetur autem, quod quia pœna æterna correspondet auersioni à bono incommutabili, quæ est in peccato: & quia conversioni ad bonum commutabile, quia finita est correspondet pœna temporalis, sit subinde, ut quia per gratiam, quæ per pœnitentiam datur, remittitur culpa per gratiam, quoque tollatur auersio à Deo, in quantum per gratiam anima Deo coniungitur, & per consequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ: potest tamen remanere reatus alicuius pœnæ temporalis. Remissio autem culpæ & pœnæ æternæ est à gratia sola, scilicet, operante, sed absolutio à pœna temporalis, est ex gratia & libero arbitrio, & sic pertinet ad gratiam cooperantem in quantum homo, scilicet, cum auxilio diuinæ gratiæ patienter pœnas tolerando absoluitur à reatu pœnæ temporalis: itaque operatur gratia ad iustificationem hominis, & cooperatur homini ad recte operandum, & ad satisfaciendum pro pœna temporalis, quia adhuc læsa manet iustitia Dei.

¶ Quæritur quinto, utrum remissa culpa mortali tollantur omnes reliquiæ peccati. Respondetur autem, quod quia peccatum mortali ex parte conversionis inordinatæ ad bonum commutabile quandam indispositionem causat in ani-

ma, vel etiam habitum, si frequenter actus iteratur, sit ut sublata auersione per veram pœnitentiam, & remissa culpa remanere possint dispositiones ex præcedentibus actibus causatæ, quæ dicuntur reliquiæ peccati, remanent tamen debilitatæ & diminutæ, ut non dominantur, remanentque magis per modum dispositionum, quàm habitus: sic autem remanet fomes post baptismum. Aliquando autem diuina gratia siue pluribus actibus, siue vno cōtritionis summò actu auferat omnes reliquiæ cum peccatis, ut creditur fecisse in conversione Madaglenz.

¶ Quæritur sexto, utrum remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ. Respondetur autem, quod quoniam actus pœnitentiæ, quæ est virtus, est materia sacramenti pœnitentiæ, & quia omne sacramentum producit effectum, non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, sicut est videre in baptismo, sit sane, ut remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ, secundum quod est virtus, secundum quod actus pœnitentiæ aliquantulum ordinantur ad clauas ecclesiæ. Tamen principaliter remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, secundum quod est sacramentum ex virtute clauium remittens peccata. Sed gratia est principalior causa remissionis culpæ, quam pœnitentiæ sacramentum: actus autem fidei & charitatis in iustificatione impij principaliter remittunt culpam, quam actus virtutis pœnitentiæ.

## CAP. LXXXIII.

¶ De remissione venialium. Vtrum veniale possit remitti sine pœnitentiâ: Et an ad remissionem venialium requiratur gratiæ infusio: Et an venialia remittantur per aspersionem aquæ benedictæ: Et an ad remissionem venialium requiratur gratiæ infusio: Et an possit veniale remitti sine mortali.



VÆSTIO. 87. De remissione venialium peccatorum. Quæritur primo, utrum peccatum veniale possit remitti sine pœnitentiâ. Respondetur autem, quod quia mortale peccatum separat à Deo perfecte, sed veniale non nisi imperfecte, ideo utrumque per pœnitentiam remittitur, non tamen quandiu voluntas utriusque adheret. Exigitur autem ad remissionem mortalis perfectior pœnitentia, scilicet, ut homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur, quantum in ipso est, ut, scilicet, diligentiam adhibeat ad rememorandum singula mortalia, ut singula detestetur. Sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccato-

atorum. Non tamen sufficit ad venialia delenda displicentia habitualis, quæ est habitus charitatis, aut pœnitentiæ: quia isti habitus bene fecum compatiuntur venialia. Tamen requiritur displicentia quædam virtualis, quæ est quidam motus in Deum per amorem taliter afficiens voluntatem, quod displiceret ei quiddam commississet culpæ, quæ ab hoc motu retardaret, etiam si actu de illo non cogitaret: quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem. At licet pœnitens teneatur gerere propositum abstinendi ab omnibus, & singulis mortalibus, sed ad pœnitentiam venialium tantum requiritur proponat abstinere à singulis, non tamen ab omnibus, sed ea minuendo cauere intendat.

¶ Quæritur secundo, utrum ad remissionem venialium requiratur gratiæ infusio. Respondetur autem, quod quia vnum contrarium non tollitur nisi per suum oppositum, & quia peccatum veniale non est contrarium habitui gratiæ, sed feruori charitatis: ideo per motum charitatis, id est, per eius feruorem, sine infusione noui habitus gratiæ, veniale remitti potest: sed etiam quando infunditur de nouo gratia peccata venialia remittuntur: quia non contingit infundi gratiam sine actuali motu liberi arbitrij in Deum, & in peccatum absterfio maculæ venialis; quia non est priuatio decoris gratiæ: sed est veluti impedimentum decoris, ut sicut si rei pulchræ ad hæreat aliquid luti, aut pulueris, ideo infusione gratiæ ad illam opus non est.

¶ Quæritur tertio, utrum peccata venialia, remittantur per aspersionem aquæ benedictæ. Respondetur autem, quod quia ad remissionem venialis non requiritur nouæ gratiæ infusio, sed aliquis actus procedens ex gratia implicite, vel explicitè, detestans veniale, qualis est feruor amoris, quo quis mouetur in Deum, ideo tripliciter dimittitur. Vno modo per infusionem gratiæ, sicut fit in omnibus sacramentis. Secundo per motum mentis continentem detestationem peccati, quo quidem modo confessio generalis, & confessio peccatorum, & oratio dominica operantur ad remissionem venialium. Tertio modo per aliquem motum reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas, & hoc modo benedictio episcopalis, & aspersione aquæ benedictæ, & qualibet sacramentalis vñctio, & oratio in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi operantur ad remissionem venialium.

¶ Quæritur quarto, utrum possit remitti veniale sine mortali. Respondetur autem, quod remissio cuiuscunque culpæ nunquam fit, nisi per virtutem gratiæ, quia ut Apostolus dicit ad

Roman. 4. ad gratiam Dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum, quod glossa ibi exponit de veniali. Illi autem, qui est in mortali, quia caret gratia Dei nullum veniale dimittit: igitur per actum gratiæ omnia venialia dimitti possunt, etiam vnum sine alio: tamen veniale non potest dimitti sine mortali, quia nullum peccatum dimittitur, nisi per gratiam, vel eius actum, qui non compatiuntur mortale.

## CAP. LXXXIII.

¶ De reatu peccatorum. Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum: Et an redeant per ingratiudinem: Et an per ingratiudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantum fuit peccatorum dimissorum: Et an ingratiudo iterati peccati sit speciale peccatum.



VÆSTIO. 88. De reatu peccatorum. Quæritur primo, utrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum. Respondetur autem, quod redeunt peccata mortalia dimissa ex parte auersionis quoad maculam, quæ est priuatio gratiæ, & quoad reatum pœnæ æternæ: quia ista communia sunt omnibus peccatis mortalibus. Et secundum hoc intelligitur id, quod dicitur Iacob. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus. At licet ista absolute per peccatum sequens redeant, non tamen ista redeunt per peccatum sequens contra alios, secundum quod causabantur ex peccatis antea dimissis: quia incredulitas post veniam peccantium fidem Dei, qui illa peccata præterita dimisit, non euacuauit, ut testatur Paulus ad Roman. 3. Et quia Deus absolute, & sine conditione priora peccata per gratiam, & gratiæ sacramenta, ut pote ad remissionem illorum sufficientia remittit. Non igitur macula & reatus pœnæ æternæ redeunt secundum quod ex peccatis præteritis dimissis causabantur, sed in quantum causantur ex peccato ultimo perpetrato, quod aggravatur ex peccatis prioribus. Et hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, in quantum, scilicet, virtualiter in peccato sequenti continentur. Sed ex parte cōuersionis manifestum est, quod peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita. Alioquin sequeretur, quod homo per peccatum prodigalitatit reduceretur in habitum & dispositionem auaritiæ prius abolitæ: & sic cōtrariū esset causa sui cōtrarij: quod est impossibile. Igitur solū redeunt quoad maculam, & reatum vitæ æternæ, secundum

dum quid, idest, virtualiter, idest, iuxta quantitatem ingratiitudinis, quæ pensatur ex quantitate veniæ exhibitæ antea, & ex reciduo peccati.

¶ **Quæritur secundo**, vtrum peccata dimissa redeant per ingratiitudinem. Respondetur autem quod ratione ingratiitudinis commissæ contra beneficium Dei peccata dimittentis per quodlibet peccatum sequens, redeunt peccata dimissa: sed tamen specialiori modo redeunt peccata dimissa per ingratiitudinem horum peccatorum, scilicet, per odium fraternum per apostasiam à fide: per dolorem, quò quis dolet se pœnituisse de peccatis; & per contemptum confessionis: quia ingratiitudo horum peccatorum non solum est contra beneficium, sed contra beneficij formam, quia contemnitur per hæc specialiter auxilium Dei, quò remittit peccata. At quia per peccata venialia non fit contra Deum, ideo per peccata venialia peccata remissa nullo modo redeunt, ratione ingratiitudinis: quia per veniale non incurritur ingratiitudo, sed incurritur per mortale. Et si attendatur quantitas beneficij, sic magis ingratus est qui peccat contra beneficium Innocentiæ, sed ex parte modi beneficij sic magis ingratus est Deo, qui contemnit remissionem culpæ peccans post veniam: quia istud beneficium veniæ ex parte modi est maius, quia præstat magis indigno, idest, peccatori.

¶ **Quæritur tertio**, vtrum per ingratiitudinem peccati sequentis conlurgat tantus reatus, quantus fuit peccatorum commissorum. Respondetur autem, quod non est necesse, quod per ingratiitudinem semper per peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum dimissorum: quia, vt dictum est, peccata dimissa non redeunt secundum quod ex prioribus actibus causabantur: sed reatus eorum tantum redit in quantum consequitur actum sequentis peccati. Quocirca quantitas reatus redeutis oportet, quod sit secundum gravitatem peccati sequentis, quæ non est necesse sit maior, quia peccatum sequens potest esse minus grave ratione culpæ, & committitur minori contemptu beneficij. Igitur necesse est, quod proportionatim, quantum peccata dimissa fuerunt plura & maiora, tanto redeat maior reatus per quodcumque sequens peccatum mortale. At sciendum est, quod beneficium remissionis culpæ quantitatem recipit absolutam secundum quantitatem prius dimissorum: sed peccatum ingratiitudinis non recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem beneficij, sed secundum quantitatem contemptus, vel offensæ. Potest quoque vnum peccatum sequens tam grave esse, vt omnia peccata dimissa fuerint. Hoc tamen non est peccata dimissa redire, nisi pro vt virtualiter continetur in sequenti.

¶ **Quæritur quarto**, vtrum talis ingratiitudo sit speciale peccatum. Respondetur autem, quod ingratiitudo est speciale peccatum ex intentione peccantis, vnde species peccati sumitur, iuxta illud. 5. Ethic. Ille qui mæchatur, vt furetur, magis est fur, quam mæchus. Vnde ingratiitudo speciale peccatum est, si peccator in contemptum Dei & suscepti beneficij aliquid peccatum committat: quia sic illud peccatum trahitur ad speciem ingratiitudinis specialis. Interdum vero in ingratiitudo solum est generalis circumstantia peccatorum, quia, vt ait D. August. in lib. de natura & grat. non omne peccatum est ex contemptu: & tamen in omni peccato Deus contemnitur in suis præceptis. Vnde manifestum est, quod in ingratiitudo peccantis quandoque est speciale peccatum, sed non semper.

### CAP. LXXXV.

¶ **De recuperatione virtutum per pœnitentiam.**

*Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur:*

*Et an per eam exurgat homo in equali virtute, vel restituantur homo in pristinam dignitatem:*

*Et an opera virtutum in charitate facta possint mortificari: Et an opera mortificata per peccatum per pœnitentiam reuiuiscant:*

*Et an opera mortua extra charitatem facta viuificentur per pœnitentiam.*



**V**ÆSTIO. 89. De recuperatione virtutum per pœnitentiam. Quæritur primo, Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur. Respondetur autem, quod remissio peccatorum mortalium non potest esse, nisi per infusionem gratiæ. Vnde fit, quod cum homini per pœnitentiam infundatur gratia & ex gratia consequantur omnes virtutes gratuitæ, sicut ex essentia animæ fluunt omnes potentie necessario dicendum sit, quod per pœnitentiam omnes virtutes restituantur. At vero pœnitentia vt est sacramentum causat gratiam, sed pro vt est virtus, causatur à gratia, vt eius effectus. Cæterum virtutes acquisitæ, quia contraria dispositione ablata acquiruntur difficultatem non habent annexam. At vero virtutes infusæ & pœnitentia, quia non tollunt semper reliquias peccatorum, licet ex se delectabiliter, & sine difficultate operantur, tamen eis habitis difficultatem patitur pœnitens in operando, sicut virtuosus per accidens difficultatē pateretur in executione virtutis actus propter somnū, aut aliquam corporis dispositionem. Ita contingit in pœnitente donec per actus studiosos contraria dispositio tollatur.

¶ **Quæritur secundo**, vtrum per pœnitentiam resurgat homo in equali virtute. Respondetur autem, quod quia motus liberi arbitrij, qui est contritio in iustificatione impij, est vltima dispositio ad gratiam, & quia forma, quæ possunt recipere magis aut minus intenduntur, & remittuntur secundum diuersam dispositionem subiecti, ideo non restituntur gratia & virtutes per pœnitentiam, nisi iuxta quantitatem contritionis, quæ est dispositio ad gratiam. Et quia hæc contritionis intensio quandoque contingit, vt sit proportionata ad maiorem gratiam, quam sit illa, quæ amissa fuit per peccatum, quandoque vero equali gratiæ vel minori est proportionata, ideo pœnitens quandoque resurgit in maiori gratia, quam prius habuerat, quandoque autem in equali, & quandoque in minori. Et eadem est ratio de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur.

¶ **Quæritur tertio**, vtrum per pœnitentiam restituantur homo in pristinam dignitatem. Respondetur autem, quod pœnitens per pœnitentiam quo ad Deum recuperat dignitatem gratiæ, quod significatur Lucæ. 15. per restitutionem stolæ primæ, & annuli, & calceamentorum factam filio prodigo. Sed non recuperat dignitatem innocentie: quia non potest recuperari: sed aliquando aliquid maius recuperat; vnde maius gaudium fit in celo super vno peccatore pœnitentiam agente. Ad dignitatem autem ecclesiasticam non semper restitui potest. Vel quia primo peccator non pœnitet. Vel secundo pœnitentiæ negligenter, agit. Vel tertio quia commisit aliquid peccatum, habens irregularitatem annexam, vt bigamiam, aut homicidium. Et quarto propter scandalum, sicut qui deprehensi fuerunt publice in periurio, furto, atque fornicatione & cæteris criminibus. Secus est, si ista peccata sint secreta vt habetur cap. quæsitum. extra de qual. ordinand. quia satis est istis secretis secreto pœnitere præter reos homicidij. Aliquando secundum Ioan. Chrysol. pœnitens peracta pœnitentia concipit maiorem fiduciam ad Deum, vt patet de Petro: antea non audens, post interrogat de Ioanne.

¶ **Quæritur quarto**, vtrum opera virtutum in charitate facta possint mortificari. Respondetur autem, quod quia res viuæ per mortem perdit operationem vitæ, ideo per quandam similitudinem dicitur res mortificari, quando à sua propria operatione, vel effectu impeditur. Effectus autem operum virtutis, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam. Hæc autem impeditur per peccatum mortale sequens, per quod tollitur gratia. Atque proinde secundum hoc opera in charitate facta per sequens peccatum mortale mortificari dicuntur.

¶ **Quæritur quinto**, vtrum opera mortificata per peccatum per pœnitentiam reuiuiscant. Respondetur autem contra alios, quod opera meritoria, quæ fuerunt mortificata per peccatum mortale sequens, etiam postquam acta defuerint esse de se, & quantum est de se remanent in acceptatione diuina, & fuerunt Deo accepta. Si autem post non sunt efficacia ad inducendum in vitam æternam prouenit ex impedimento peccati superuenientis, per quod, qui ea fecit redditur indignus vita æterna. Igitur, quia per pœnitentiam tollitur impedimentum in quantum remittitur peccatum recuperat efficaciam perducendi eum, qui ea fecit, ad vitam æternam, quod est ea reuiuiscere. Et ita opera mortificata per pœnitentiam reuiuiscunt, non autem id quod caret principio vitæ.

¶ **Quæritur sexto**, vtrum opera mortua, quæ scilicet, non sunt in charitate facta viuificentur. Respondetur, quod aliquod opus dicitur mortuum dupliciter. Vno modo effectiue, scilicet, quia est causa mortis, & sic opera peccati dicuntur mortua secundum illud ad Hebræ. Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Hæc autem opera mortua, idest, peccata non viuificantur per pœnitentiam, sed magis abolentur. Sed opera alio modo dicuntur mortua priuatiue, quia non processerunt ex gratia, quæ est vita super naturalis animæ, quia ea quis fecit extra gratiam, & charitatē, sine quibus & ipsa fides mortua dicitur. Quia igitur opera hæc non possunt iam iterum à principio gratiæ, quo carere procedere, quia trahunt, & iterum eadem numero resummi non possunt; hinc euenit, vt impossibile sit, quod opera sic mortua iterum fiant viuæ per pœnitentiam (sicut neque animal mortuum reuiuiscere potest, quia caret principio vitæ) vnde vitam æternam non merentur.

### CAP. LXXXVI.

¶ **De partibus pœnitentiæ. Vtrum pœnitentia habeat partes: Et an partes eius sint tres: Et an contritio, confessio, & satisfactio sint partes integrantes eius: Et an rectè diuidatur in pœnitentiam ante baptismum, & pœnitentiam mortuam, & pœnitentiam venialium.**



**V**ÆSTIO. 90. De partibus pœnitentiæ in generali. Quæritur primo, vtrum pœnitentiæ debeant partes assignari. Respondetur autem, quod quia partes se habent ad totum, sicut materia ad formam, ideo vbi ex parte

materiæ



materia inuenitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium ratione: quia partes rei sunt in quas materialiter totum diuiditur. Quia ergo cum in sacramento pœnitentiæ actus humani se habeat per modum materiae, & sint plures actus humani requisiti ad pœnitentiæ perfectionem, scilicet, contritio, confessio, & satisfactio, sequitur, quod sacramentum pœnitentiæ habet partes, sed pœnitentia pro ut est virtus non dicitur habere partes.

¶ Quæritur secundo. Vtrum cōuenienter assignentur tres partes pœnitentiæ, scilicet, contritio, confessio & satisfactio. Respondetur, quod duplex est pars, ut dicitur. 5. Metaphys. scilicet, pars essentiæ & pars quantitatis. Pars autē essentiæ est forma, & materia, logice autem est genus & differentia. Et hoc modo hoc sacramentum (sicut & cætera sacramenta) distinguitur in materiam & formam, sicut in partes essentielles suæ essentiæ: tamen partes eius ut quantitatiæ & materiales sunt tres, contritio, confessio & satisfactio. Quia hic ad differentiam iudicij humani, ubi in vindicatiua iustitiæ fit recompensatio ad arbitrium iudicis, & non offendentis, vel offensis in pœnitentia fit recompensatio, secundū voluntatem peccantis, & arbitrium Dei, in quē peccatur. Quia hic non quæritur reintegratio aequalitatis iustitiæ, sicut in iustitia vindicatiua, sed magis intēditur recōciliatio amicitiae, quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. Quo circa requiritur ex parte pœnitentis primò voluntas recompensandi, quod fit per contritionem. Secundo quod se subijciat arbitrio sacerdotis loco Dei, quod fit in confessione. Tertio, quod recompenset secundum arbitrium ministri Dei, quod fit in satisfactione. Atque ideo istæ ponuntur esse tres partes pœnitentiæ.

¶ Quæritur tertio, Vtrum contritio, confessio, satisfactio sint partes integrales pœnitentiæ. Respondetur autem, quod istæ partes contra alios non sunt partes subiectiuæ pœnitentiæ, quia in qualibet parte subiectiuæ adest tota virtus totius. Sicut virtus animalis tota in qualibet specie animalis saluatur, sed tota virtus pœnitentiæ non saluatur in qualibet parte harum. Sed neque sunt partes potentiales pœnitentiæ (ut dixerunt alij), quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum totā essentiā, sicut tota essentia animæ adest cuilibet eius potētiæ: sed tota essentia pœnitentiæ nō adest cuilibet parti harum. Relinquitur ergo, quod sunt partes integrales pœnitentiæ ad quarum rationem exigitur, ut totū non adsit singulis partibus, neque secundum totam virtutem eius, neque secundum totam eius essentiam, sed in omnibus simul

¶ Quæritur quarto. Vtrum cōuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, & pœnitentiam mortaliū, & pœnitentiam venialiū. Respondetur autem, quod hæc diuisio est pœnitentiæ in quantum est virtus. Et quia virtus operatur secundum congruentiam temporis & alias debitas circūstantias, ideo in noua lege species pœnitentiæ accipiuntur secundum finem, sicut & peccata specificantur secundum finem: & ideo species pœnitentiæ accipiuntur secundum diuersas mutationes, quas pœnitens intendit. Est autem triplex immutatio à pœnitente intenta. Primo quidem per regenerationem in nouam vitam: & hoc pertinet ad pœnitentiam, quæ est ante baptismum. Secunda est per reformationem vitæ præteritæ iam corruptæ: & hoc pertinet ad pœnitentiam mortaliū. Tertia autem immutatio est imperfectiorem operationem vitæ: & hoc pertinet ad pœnitentiam venialiū, quæ remittuntur per aliquē feruentem actum charitatis.

¶ Explicit illud, quod habetur de tertia parte D. Thomæ hic summatur, quia præuentus morte eam perficere nō potuit: reliqua ex additionibus ad. 3. partem colligemus.

## CAP. LXXXVII.

¶ De partibus pœnitentiæ in speciali. Vtrum contritio cōuenienter diffiniatur. Et vtrum contritio sit actus virtutis, Et vtrum attritio possit fieri contritio.



VÆSTIO prima, De partibus pœnitentiæ in speciali: Et primo de cōtritione. Quæritur primo, Vtrum contritio cōuenienter diffiniatur. Respondetur autem, quod hæc est cōueniens diffinitio cōtritionis, scilicet, quod contritio sit dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Nam cōtritio dicitur per similitudinem rei duræ, quæ conteritur quādoque vsque ad partes minimas. Sic ergo cor peccatoris durum in proprio sensu & consensu peccati frangitur, & conteritur per actum detestationis peccati. Vnde iste actus, quo peccatum dimittitur, contritio dicitur per similitudinem, & diffinitur, quod est dolor in quantum est actus virtutis. Et per hanc particulam pro peccatis exprimitur eius obiectū. Electio autem, quæ requiritur ad actum virtutis de notatur per hoc, quod dicitur assumptus, sed in quantum est pars sacramenti dicitur in diffinitione, cum proposito confitendi & satisfaciendi. Pœnitentia autem sic diffinitur: Pœnitentia est dolor

est dolor voluntarius pro peccato puniēs, quod A dolet se cōmississe.

¶ Quæritur secundo. Vtrum cōtritio sit actus virtutis. Respondetur autem, quod contritio secundum proprietatem nominis non significat actum virtutis, sed potius quandam corporalem passionem. Sed loquendo de re significata ad quam significanda per similitudinem adaptatur contritio, significat aliquod bonum ex genere, id est, annihilationem, & comminutionem, videlicet, detestationem propriæ voluntatis, quæ peccatum est commissum. Sicut e contra inflammatiō propriæ voluntatis ad malum faciendum, importat quantum est de se malum ex genere. Est igitur cōtritio actus virtutis illius, cuius est peccatum præteritum detestari, scilicet, pœnitentiæ attritio dicitur accessum ad perfectam contritionem: ideo significat displicentiam de peccatis, sed non perfectam. Contritio autem perfectam displicentiam de peccatis significat.

¶ Quæritur tertio, Vtrum attritio possit fieri contritio. Respondetur autem contra alios, quod quauis habitus fidei informis fiat formatus: tamen sicut nunquā actus fidei informis fit actus fidei formatæ, quia actus ille informis transit & non manet veniente charitate: sic etiam attritio, quia non dicitur habitum, sed actum tantum, sicut etiam contritio tantum actum dicit, ideo attritio non fit contritio. Tum etiam, quia habitus virtutum infusarum respicientes voluntatem, non possunt esse informes cum charitate assumuntur. Vnde cum antequam infundatur gratia fit attritio, & antequā infundatur gratia, nō sit habitus infusus, à quo postea actus contritionis elicitur, fit sanè, ut nullo modo attritio possit fieri contritio: quia attritio non manet charitate adueniente, & si maneret impossibile est, quod eadem numero oriatur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res semel tantum in esse procedit.

## CAP. LXXXVIII.

De obiecto contritionis. Vtrum contritio solum debet esse de culpa: an debeat esse de peccatis futuris: an de peccatis alienis: Et an de singulis mortalibus requiratur contritio.



QVÆRITVR primò, Vtrum homo solum de culpa conteri debeat & non de pœnis. Respondetur autem, quod quia contritio importat alicuius duri integri comminutionem, hæc autem integritas, & duritia inuenitur in malo culpa, quia voluntas peccantis in suis terminis si

præcepto legis non cedit: & ideo huius mali displicentia dicitur contritio per similitudinem, quia est comminutio dura antea voluntatis. Accum malum pœnæ simpliciter diminutionem dicat, malo pœnæ non potest adaptari contritio. Non enim diminutio dicitur esse de alia diminutione, sed de duritie & integritate voluntatis, scilicet, in malo culpa: ideo de malis pœnæ potest esse dolor, sed non contritio.

¶ Quæritur secundo. Vtrum cōtritio debeat esse de originali peccato. Respondetur autem, quod quia contritio proprie est dolor comminuens voluntatis duritiem; ideo solum de illis peccatis proprie esse potest contritio, quæ ex duritia nostræ voluntatis in nos proueniunt. Et quia peccatum originale nostræ voluntate non est inductum, sed ex vitiatæ naturæ origine contractum, ideo de ipso non potest esse contritio, proprie loquendo, sed displicentia potest esse de eo vel dolor. Neque de peccato est contritio ratione substantiæ actus tantum: quia ex hoc non habet rationem mali: neque iterum ratione deformitatis tantum: quia deformitas de se non dicitur rationem culpa: sed quandoque importat pœnam ut infidelitas negatiua in his, qui nihil audire potuerunt de Christo. Igitur contritio debet esse de peccato, ut importat non deformitatem quamcumque, sed ex propriæ voluntatis libera actu prouenientem, & hoc non est in peccato originali: & ideo de eo non est contritio.

¶ Quæritur tertio. Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri. Respondetur autem, quod omnis actualis culpa ex hoc contingit, quod voluntas legi Dei non cedit, vel eā transgrediendo, vel omittendo, vel præter eam agendo. Et quia durum est quod habet potentiam, ut nō facile pariat, ideo in omni actuali peccato duritia quædā est. Et propter hoc si debeat peccatum curari, oportet per contritionem diminuentem duritiā voluntatis remittatur. Sed si peccatum omnino à memoria excidit, ita, ut in generali neque in speciali in memoria maneat: tunc ex impotentia faciendi excusatur peccator à debito: & tunc sufficit generalis contritio de omni eo, in quo Deum offendit. Sed si postea recorderetur tenebitur de eo specialiter conteri. Sed de peccato solum manente in memoria in generali si post debitam adhibitam diligentiam ad memorandum in speciali, non occurrat memoria: tunc sufficit de eo conteri, secundum quod in notitia tenet, & debet dolere de obliuione contingente ex negligentia. Contritio etiam debet esse de peccato per ignorantiam commissio, quando ignorantia non excusat à toto.

¶ Quæritur quarto. Vtrum de peccatis futuris, quis debeat conteri. Respondetur autem, quod sicut

sicut in motu planetarum contingit, quod scilicet, præter motus proprios, sequuntur motum primi orbis: sic in virtutibus moralibus, quarum auriga est prudentia quælibet virtus moralis cum motu proprio habet aliquid de motu prudentiæ & sic pœnitentia cum sit virtus moralis eius actus, id est, contritio, ut obiectum proprium, respicit tantum peccatum præteritum: sed ex consequenti secundum id quod habet de actu prudentiæ adiunctum, respicit peccatum futurum: sed in illud futurum secundum rationem propriæ speciei non mouetur. Et per hoc ille qui cõteritur, dolet de peccato præterito, & cauet futurum: sed non dicitur esse contritio de peccato futuro, sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ contritioni adiuncta. Et multi effectus mali futuri, qui sperantur ex peccato cõmissi, puta Lutheri iam præcessere in causa, id est in peccato præterito, ideo contritio proprie non est, nisi de præteritis.

¶ Quæritur quinto. Vtrum homo debeat contritio de peccatis alienis. Respondetur autem, quod quia illud conteritur, quod prius durum & integrum fuit: vnde oportet, quod contritio pro peccato sit in eodem, in quo peccati duritia præcessit, & sic de alienis peccatis, nõ est cõtritio: & si ab alienis peccatis sibi parci David precatur, id est, in quantum ex consortio peccatorum aliorum contingit aliquam immunditiam peccati contrahere, iuxta illud: & cum peruerso peruerteris: sed de peccatis alienis dolere debemus, nõ tamen talis dolor est contritio.

¶ Quæritur sexto. Vtrum de singulis mortalibus requiratur contritio. Respondetur autem, quod contritio potest considerari dupliciter, scilicet, quantum ad sui principium, & quantum ad terminum. Dico autem, principium cõtritionis cogitationem, qua quis cogitat de peccato, & dolet, & si non dolore contritionis, saltem dolore attritionis. Terminus autem cõtritionis est, quando iam dolor ille gratia informatur. Quãtũ ergo ad principium cõtritionis, oportet, quod de singulis peccatis, quæ quis in memoria habet conteratur: sed quantum ad terminum sufficit, quod sit vna contritio communis de omnibus: tunc enim ille motus agit in vi omnium dispositionũ præcedentium. Cæterum, etsi baptismus (quia agit in virtute meriti Christi: & quia est spiritualis regeneratio) vnus tantum sufficiat ad delendum omnia peccata actualia & originale: tamen pœnitentia, quia præter hoc, quod ex merito Christi operatur, est actus noster, qui concurrat per modum sanationis: ideo nõ delet omnia peccata, nisi ad singula feratur. Atque ideo oportet de singulis conteri, & confiteri. Nam sicut vna generatione remouentur omnia accidentia: ita

vna regeneratione vnus baptismi delentur omnia peccata. Sed tamen, sicut vna sanatione non curantur omnes morbi, sicut neque vna sola alteratione remouetur, nisi vnus accidens accidenti cõtrarium, ad quod terminatur alteratio, sic vna pœnitentia non delet, neque sanat omnia peccata, nisi ad singula feratur.

## CAP. LXXXIX.

### ¶ Quæstio tertia.

¶ Vtrum contritio debet esse maximus dolor. Et an maior de vno peccato, quam de alio.



**V**ARITV R primo, Vtrum cõtritio sit maior dolor, quam possit esse in natura. Respondetur autem, quod ille dolor, qui est in voluntate, qui essentialiter est contritio, excedit omnes alios dolores, quia quãtum aliquid placet, tantum contrarium eius displicet. Finis autem vltimus super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderantur: & ideo peccatum, quod ab vltimo fine auertit super omnia displicere debet. Sed dolor sensitivus de peccato, qui in parte sensitiva causatur ex dolore voluntatis, per redundantiã, vel ex electione voluntatis, qua pœnitens excitat in se hunc dolorem sensitivum, non est maior alijs doloribus, qui in parte sensitiva sunt. Tũ, quia est passio, & passiones à ratione sumuntur in actibus virtutũ secundũ mensuram. Tum, quia maior est dolor, qui redundat de corporalibus deliberanti, quam qui redudat ex ratione considerante spiritualia id est, offensam Dei. Tũ, quia dolor hic sensitivus electiue assumptus à voluntate, non est maior dolor omnibus: quia appetitus sensitivus non obedit voluntati ad nutum. Notandum vero est, quod qui gaudet de displicentia peccati, vehementius displicentiam de eo habet: quia ut dicitur. 10. Ethicorũ, omnis operatio augetur per propriã delectationem: sicut qui delectatur in addiscendo aliquam sciẽtiam melius addiscit. Adde etiã, quod separatio à Deo in quantum in separabiliter habet coniunctam offensam Dei, eodẽ modo cauẽda est, sicut culpa & separatio perpetua à Deo, qualis est infernalis: quia perpetuã culpã est coniuncta: & quia addit perpetuitatem, magis est fugienda quã culpa simpliciter. Si tamen si à tali separatione à Deo separaretur ratio offensam Dei & consideretur ut pœna, sic minus debet displicere: quia sic minus habet de malitia, quã culpa, in quantum est offensam Dei. Et quãuis talis debeat esse contriti dispositio, ut dicitur

etum est, tamen non debet pœnitens se in his tẽtare: quia neque poterit facile affectus suos menturare: quia quandoquẽ quod minus displicet, videtur magis displicere: quia est propinquius nocimento sensibili, quod magis est nobis notũ.

¶ Quæritur secundo. Vtrum possit esse nimis magnus contritionis dolor, respondetur quod contritio, ut est dolor existens in ratione, quod displicet peccatum, ut est offensam Dei sic nõ potest esse nimia, sicut neque amor charitatis, quod intenso talis displicentia intenditur, non potest esse nimius, sed quantum ad dolorem sensibilem, potest esse nimia, sicut etiam exterior corporis afflictio potest esse nimia. In his autem omnibus debet accipi pro mensura conseruatio subiecti, & bonæ habitudinis sufficientis ad ea, quæ agenda incũbũt. Et propter hoc dicitur ad Rom. 12. Rationabile obsequium vestrum.

¶ Quæritur tertio. Vtrum debeat esse maior dolor de vno peccato, quam de alio. Respondetur autem, quod si de contritione loquamur, secundum quod sigillatim singulis peccatis respõdet, sic quia ratio doloris est magis in vno peccato, quam in alio, quia maior offensam Dei est ibi, ideo dolore superioris affectus, magis dolendũ est de vno peccato, quã de alio: quia ex magis in ordinato actu Deus magis offenditur. Et similiter cum maiori peccato maior pœna debeat, etiam dolor sensitivus, secundum quod ex electione pro peccato assumitur, debet esse maior de maiori peccato. At si accipiatur contritio, secundum quod est de omnibus peccatis simul, sicut in actu iustificacionis, & hæc quidem contritio, vel ex singulorum contritione procedit, & sic quantum sit actus vnus, tamen distinctio peccatorum virtualiter manet in ipso, vel ad minus habet propositum de singulis cogitandi annexũ & sic habitualiter est magis de vno, quã de alio peccato. Sicut, verbi gratia, qui aliquam communitatem diligit virtute singulos diligit, plus, vel minus, secundum ordinem eorum in bono communitate: sic qui per contritionem displicet de tota multitudine peccatorum suorum virtute de singulis displicet sibi plus, vel minus, secundum proportionem, quam habent ad malum, id est, ad offensam Dei, & secundum quod magis elongat, à Deo vnus ex maiori dissonantia & inordinatione, quam ex se habet ad ordinem diuinæ bonitatis, quam aliud, vel ex minori.

### ¶ Quæstio quarta de tempore contritionis.

¶ Quæritur primò. Vtrum hæc vita sit contritionis tempus. Respondetur autem, quod cum in cõtritione sit duplex dolor, vnus

rationis, qui est detestatio peccati cõmissi, alius sensitivæ partis, qui ex isto consequitur, quantum ad verumque contritionis tempus est totius vitæ præsentis status. Quia dum est aliquis in statu vitæ, detestatur impedimenta, quibus retardatur à peruentione ad terminum. Cum autem per peccatum cursus vitæ nostræ in Deum retardetur (quia tempus illud, quod erat deputatũ ad currendum recuperari non potest) ideo oportet, quod in vitæ huius statu & tempore status contritionis maneat, quantum ad detestacionẽ peccati. Similiter dolor sensibilis assumptus à voluntate oportet, ut maneat in æterno hominis, id est, in statu huius vitæ quando quidem homo peccando pœnã æternam meruit, quæ per pœnitentiam mutata est erin temporalem. Propter hoc Hugo de Sancto Victore dixit, quod Deus absolues hominem à culpa, & pœna æterna ligat eum perpetuo vinculo detestacionis peccati. Nota, quod sicut homo non debet facere mala, ut eueniant bona, ita neque gaudere debet, quod ex suis peccatis occasionaliter, proueniunt bona diuinitus à gratia vel providentia Dei agente: quia illorum bonorum causa peccata non fuere, sed magis impedimenta: Sed diuina providentia ea cauauit, & de ea debet homo gaudere. De præteritis autem dolere peccatis, quia semper de præterito restat ei aliquid dolendum, quia non redit ad pristinam dignitatem innocentia.

¶ Quæritur secundo. Vtrum expediat cõtinuẽ de peccato dolere. Respondetur autem, quia in actibus virtutum, ut habetur in 2. Ethicorum, non potest accipi superfluum & diminutũ, hinc est, quod contritio, ut est actus virtutis existentis in appetitu rationis, neque quoad intensiõnem, neque quantum ad durationẽ potest esse superflua, nisi occurreret actus alterius virtutis magis pro illo tempore necessarius. Vnde potest esse homo in actibus displicentia peccatorum continue, & melius illi erit dummodo actibus aliarum virtutum vacet suo tempore, secundum quod oportet. Sed passiones possunt habere superfluum & diminutum, & quantum ad intensiõnem, & quantum ad durationem. Et ideo sicut passio doloris, quam voluntas assumit, debet esse moderate interita: ita debet moderate durare, ne si nimis duret homo in desperationem, & pusillanimitatem, & huiusmodi labatur, gaudium de Deo non impeditur per dolorem contritionis, quia habet ipsum dolorem pro materia.

¶ Quæritur tertio. Vtrum etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur. Respondetur autem, quod in contritione tria consideranda sunt. Primum contritionis genus quod est dolor,

dolor. Secundum est contritionis forma, quæ est actus virtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quæ est actus, meritorius, & sacramentalis, & quodammodo satisfactorius. Animæ igitur, quæ post hanc vitam in patria sunt contritionem habere non possunt, quia, carent dolore propter gaudij plenitudinem. Illæ vero quæ sunt in inferno carent contritione, quia etiam dolorem habeant, deficit tamen eis gratia, dolorem informans. Sed illi qui in purgatorio sunt habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed non meritorium: quia non sunt in statu merendi. In hac autem vita omnia tria prædicta inueniri possunt. Et licet charitas sit in beatis, sed non causat in illis dolorem de peccatis: quia non causat dolorem, nisi in his, qui doloris capaces sunt. Sed neque poena purgatorij proprie dicitur satisfactio, quia satisfactio opus meritorium requirit, sed largo modo dicitur satisfactio poenæ debitæ solutio.

## CAP. XC.

## Quæstio quinta. De effectu contritionis

Quæritur quæritur, Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus: Et an contritio possit tollere totaliter reatum poenæ. Et an contritio parua sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum.



**V**ERITVR primo. Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus. Respondetur autem, quod contritio considerari potest dupliciter. Vno modo in quantum est pars sacramenti. Et alio modo in quantum est actus virtutis. Et utroque modo est causa remissionis peccati, sed diuersimode. Quia in quantum est pars sacramenti, operatur ad remissionem peccati instrumentaliter. In quantum autem est actus virtutis, sic est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quod dispositio est quasi necessitans ad iustificationem dispositio autem reducitur ad causam materiale, si accipiatur dispositio, quæ disponit materiam ad recipiendum. Secus autem est de dispositione agentis ad agendum: quia illa reducitur ad genus causæ efficientis. At licet solus Deus est causa sufficiens principalis remissionis peccati: sed causa dispositiua potest esse ex nobis, & similiter etiam causa instrumentalis, ut sacramenta, quorum formæ sunt verba à nobis prolata, quæ habent virtutem instrumentalem gratiam inducendi, quæ peccata remittuntur. Itæ quia peccati remissio vno modo præcedit virtu-

tem, & gratia infusionem, & alio modo sequitur. Et secundum hoc, quod sequitur actus à virtute elicitus, potest esse causa aliqua remissionis peccati.

Quæritur secundo. Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum poenæ. Respondetur autem, quod intensio contritionis potest attendi dupliciter. Vno modo ex parte charitatis, quæ displicentiam causat: & sic contingit tantum intendi charitatem in actu, quod contritio inde sequens merebitur non solum culpæ amissionem, sed etiam absolutionem ab omni poena. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quem voluntas ex contritione excitat. Et quia ille poena quædam est, tantum potest intendi, quod sufficiat ad deletionem omnis poenæ. Tenetur autem aliquis post contritionem confiteri. Tum, quia non potest esse certus, quod contritio sua sit sufficiens ad deletionem poenæ, & culpæ. Tum, quia vera contritio non potest esse, nisi propositum confitendi habeat annexum. At licet pro peccato mortali debeatur poena infinita secundum durationem, sed contritio ex charitate, qua informatur, habet infinitam virtutem ex parte obiecti: & ideo sufficit ad deletionem culpæ & poenæ.

Tertio quæritur, Vtrum contritio parua sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum. Respondetur autem, quod cum contritio habeat duplicem dolorem, vnum rationis, qui est displicentia peccati commissi, hic potest esse paruus adeo, quod non sufficiat ad rationem contritionis, ut si minus displiceat peccatum, quam debeat displicere separatio à fine sicut etiã amor potest esse tam paruus, quod non sufficiat ad rationem charitatis. At alium dolorem habet in sensu, cuius paruitas non impedit rationem contritionis. Tum, quia non se habet æqualiter ad contritionem, sed quasi ex accidenti ei adiungitur. Tum, quia non est omnino in potestate nostra. Sic ergo dicendum est, quod quantumcumque paruus sit dolor, dum modo ad contritionis rationem sufficiat omnem culpam delet, sicut quælibet gratia gratum faciens, etiam minima delet omnem culpam mortalem, quia simul cum ea stare non potest, sic quælibet contritio informata gratia gratum faciente id facit. Quia licet non quælibet medicina corporalis sufficiat ad expellendum omnes morbos, sed tamen medicina spirituales, ut baptismus, gratia, contritio ad rationem contritionis pertingens: quia habet efficaciam infinitam, quæ in eis operatur, etiam si per impossibile infinita peccata mortalia essent in homine ad infinita remittenda extenderetur, id est, non ad tot, quin plura. At licet oporteat de maioribus peccatis conteri, sed tamen vera contritio, licet minima in eodem magis fertur

in peccata maiora, quæ in minima, quod sufficit ad delenda omnia.

## CAP. XCI.

## Quæstio septima. De confessione.

Quæritur quæritur, Vtrum confessio sit necessaria ad salutem: Et an sit de iure naturali: Et vtrum ad eam omnes teneantur: Vtrum quis licite potest confiteri peccatum, quod non habet: Et an teneatur quis statim confiteri: Et vtrum dispensari cum aliquo, quod non confiteatur.



**V**ERITVR primo. Vtrum confessio sit necessaria ad salutem. Respondetur autem, quod quia passionis Christi virtus peccata dimittit in nobis per susceptionem sacramentorum, quæ per hanc virtutem efficaciam habet, ideo ad deletionem peccati mortalis, & originalis requiritur sacramentum ecclesiæ actu susceptum, vel saltem voto, quando articulus necessitatis, & non contemptus sacramentum excludit. Et per consequens illa sacramenta, quæ ordinantur contra culpam, cum qua salus esse non potest, sunt de necessitate salutis, & tale est poenitentia sacramentum. At sicut baptizandus se subijcit ministro ecclesiæ, ut baptizetur: sic poenitens se subijcit ministro ecclesiæ, ut absolvatur à peccatis per absolutionis sacramentalis remedium. At vero minister congruum remedium adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat, quod fit per confessionem peccantis: & ideo confessio est de necessitate salutis eius, qui in peccatum actuale & mortale cecidit. Quod & testatur Boetius in libro de consolati. dicens: Si opem medicatis expectas, oportet, quod morbum detegas. Et quia sicut in seculari iudicio reus non est iudex, ita in iudicio spirituali, quod est ordinarius, peccator, qui est reus, non debet esse sui ipsius iudex, sed debet ab alio, id est, à ministro ecclesiæ iudicari, & ita oportet, ut confessori confiteatur: quia oportet, quod etiã peccatum actuale ex alio medicina habeat quæ ab ipso solū poenitere. Quoniã et si ex parte conuersionis peccatum est finitum ex parte peccator in ipsum reducitur, sed ex parte auertionis habet infinitatē. Ex qua parte oportet, quod peccati remissio incipiat, quia quod est vltimū in generatione est primum in resolutione, ut dicitur. 3. Ethicorum.

Quæritur secundo. Vtrum confessio sit de iure naturali. Respondetur, quod sacramentum confessionis (sicut neque reliqua sacramenta) non est de iure naturali, sed de iure diuino, quod est supernaturale, quoniã sacramenta sunt quædam protestationes si-

dei supernaturalis: vnde ea fidei oportet esse proportionata. Et quia proprie dicitur naturalia, quæ ex principijs naturæ causantur, & supra naturā dicitur, quæ ipse Deus sibi reseruat sine naturæ ministerio operata, siue in operationibus miraculorū, siue in reuelationibus mysteriorū, siue in institutionibus sacramentorū: ideo confessio, quæ necessitatē sacramentalē habet, non de iure naturali est, sed diuino. Nā et si confessio, quæ fit Deo per recognitionē peccati, est de iure naturali, sicut etiã confiteri peccatum in iudicio, ubi quis iuridice interrogatur de iure naturali est, tamē confessio, quæ fit homini, id est, sacerdoti, ipso te ad remissionē peccatorū consequendā à Deo non est de iure naturali. Sed, æque in veteri lege offerentes sacrificia pro peccatis oportebat speciale peccatum cum circumstantijs manifestare.

Quæritur tertio. Vtrum omnes ad confessionem teneantur. Respondetur autem, quod iure diuino (quoniã confessio est medicina) non omnes tenentur ad confessionem, sed illi, qui peccatum incurrun post baptismum. At licet iure positiuo ex institutione ecclesiæ cap. omnis vtriusque sexus. de poenit. & remiss. & non ex vi sacramenti, tenetur aliquis venialia confiteri, quādo non habet mortalia, quæ confiteri possit: tamē secundū aliquos melius dicitur, quod ex prædicta decretali non obligatur, nisi illi qui habent peccata mortalia. Quod patet ex hoc, quod dicit, quod debet omnia peccata confiteri, quod de venialibus intelligi non potest, quia nullus omnia confiteri potest. Igitur qui solū venialia habet confiteri non tenet: quia satis est ut sacerdoti se ostendat absque conscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur.

Quæritur quarto. Vtrum aliquis licite possit confiteri peccatum, quod non habet. Respondetur autem, quod per confessionem debet poenitens se confessori tuo manifestare. Ille autem, qui aliud sacerdoti de se loquitur quam sua conscientia habet, siue in bonum siue in malum non se sacerdoti manifestat, sed magis occultat, & ideo requiritur idonea confessio. Sed ad hoc, quod sit idonea, requiritur os cordis concordet, ut solū hoc os accuset quod conscientia tenet. Nam alias agnoscere culpam, ubi non est, si intelligatur quantum ad substantiam actus, ita ut aliquis aliquem actum commisisse agnoscat, quem non commisit, non ad bonam mentem, sed ad errantem pertinet. Si autem intelligatur, quoad conditionem actus, sic verū est, quod D. Gregorius dicit, scilicet, quod bonarum meritorum est culpam timere, ubi culpa interdū non est: quia iustus vir in actu, qui de se bonus videtur, formidat, ne aliquis defectus ex parte sua fuerit, iuxta illud Iob. Verebar omnia opera mea. Ideo ad bonam mentem pertinet, ut accuset lingua formidinem, quam corde tenet. Item etiam ve-



rus humilis in hoc quis apparet, quod timet, ne in his, quæ bene agere videtur per superbiam gravius delinquat, & de peccato dubio, an sit mortale, dubitatiuè poenitens cōfiteri debet, & iudicium sacerdotis expectare, cuius est discernere inter lepram & lepram.

¶ **Quæritur quinto.** An statim teneatur quis confiteri. Respondetur autem, quod dupliciter obligatur aliquis ad confessionem actualiter faciendam. Vno modo per accidens, scilicet, quando homo ad aliquid tenetur, quod non potest sine peccato facere non confessus, ut si quis esset celebraturus aut eucharistiam sumpturus: & hac ratione obligat ecclesia ad confitendum semel in anno: quia instituit, ut semel in anno, scilicet, in paschate omnes sacram communionem accipiant. Alio modo tenetur ad confessionem deperse, ad tempus determinatum, & non statim. Nam præcepta affirmatiua non obligant ad statim, inter quæ computatur præceptum confitendi: sed neque obligant cum commode impleri possunt: sed ex hoc, quod tempus vrgentem necessitatem adducit, scilicet, quando ecclesiæ statutum confiteri mandat. Neque enim est ex indulgentia ecclesiæ, quod non teneatur ad statim: sed neque religiosi tenentur ad statim confitendum: quia non tenentur ad alia, quam alij homines; nisi ad quæ ex voto se obligarunt. At quantum occupatores alieni inuito domino tenentur ad statim restituendum, ad id ideo obligantur, quia retentio rei alienæ contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper & ad semper. Secus est de præcepto affirmatiuo, quale est præceptum confitendi.

¶ **Quæritur sexto.** Vtrum possit cum aliquo dispensari, quod non confiteatur. Respondetur autem, quod ministri ecclesiæ instituuntur in ecclesia diuinitus fundata: & ideo institutio ecclesiæ præsupponitur ad potentiam ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ. Et quia ecclesia fundatur in fide, & sacramentis, ideo ad ministros novos articulos fidei edere, & editos remouere, aut noua sacramenta instituere, aut instituta remouere non pertinet. Sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli Christo debetur, qui est ecclesiæ fundamentum: & ideo sicut Papa non potest dispensare, ut aliquis sine baptismo saluetur: ita quod neque saluetur sine confessione, secundum quod obligat vis sacramenti. Sed potest dispensare in confessione secundum quod obligat de præcepto ecclesiæ, ut possit ad diutius confessionem differre, quam ab ecclesia institutum sit, igitur confiteri obligat de iure diuino, & non de solo iure positivo ecclesiæ, quia confessionis sacramentum à Christo est institutum, licet

A per Apostolos, & per D. Iacobum fuerit promulgatum. Cuius præfiguratio fuit illa confessio, qua D. Ioanni baptistæ confitebantur peccata, qui in baptismo ipsius ad gratiam Christi præparabantur: & etiam illa transmissio, qua dominus sacerdotibus leproso transmissit.

C A P. XCII.

¶ **Quæstio septima. De cōfessionis quidditate**

B ¶ **Quid sit confessio, & an sit actus virtutis, & an sit actus poenitentiae virtutis.**

**V**ERITVR primo. Vtrum conuenienter D. August. diffiniat confessionem dicens: Confessio est, per quam morbus latens spe veniæ aperitur, seu declaratur. Respondetur autem, quod in ista diffinitione D. Augustini ponitur genus, seu substantia actus confessionis, qui est manifestatio per illud verbum aperitur, & ponitur, de quo fit confessio, cum dicitur, morbus latens & causa exprimitur etiam cum dicitur, spe veniæ. Sed quia confessio fit sacerdoti, & ab illa prouenit effectus, qui est absolutio à parte poenæ & obligatio ad aliam partem exoluendam, ideo & si ista diffinitio D. Augustini bona sit: tamen in alijs diffinitionibus confessionis tangi solet aliquid de istis assignatis. Qualis est illa diffinitio D. Gregorij, ubi ait, quod confessio est detestatio, & ruptio vulneris, & qualis est illa, Confessio est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio. Nam et si sacerdos alias sciat peccatum, ut homo: tamen declarandum est illi: ut vicario Christi. Et quoniam licet actus exterior in aperto sit, actus tamē interior, qui est eius principium in occulto est & ideo oportet, quod per confessionem aperiatur.

D ¶ **Quæritur secundo.** Vtrum confessio sit actus virtutis. Respondetur autem, quod confessio est actus virtutis. Tū, quia præcepta legis sunt de actibus virtutum: & actus confessionis cadit sub præcepto. Tū, quia ut aliquis actus sit actus virtutis sufficit, quod in sui ratione aliquam conditionem pertinentem ad virtutem implicet, qualem confessio implicat, scilicet, veritatem, id est, conformitatem oris, & cordis, sine fictione, ita ut ore quis cōfiteatur, quod corde tenet. Ideo cōfessio est bonū ex genere, & est actus virtutis: sed tamē potest male fieri, nisi alijs debitis circumstantijs vestiatur. Adde etiā, quod cōfessio quatenus debito modo est faciēda, ut oportet & cuius oportet

oportet sic in generali est de inclinatione naturali, ac de iure naturali: sed determinatio circumstantiarum, quando & quomodo, & quid confiteri oporteat & cui, hoc est ex institutione iuris diuini. Et sic patet, quod ius naturale inclinatur ad confessionem mediante iure diuino, quo circumstantiæ determinantur: sicut etiam in omnibus est, quæ sunt de iure positivo.

¶ **Quæritur, Vtrum confessio sit actus poenitentiae virtutis.** Respondetur autem, quod ubi supra obiectum virtutis additur specialis ratio boni, & difficilis, requiritur specialis virtus, sicut magni sumptus pertinent ad magnificentiam, & mediocres sumptus pertinent ad liberalitatem, ut patet. 2. Ethic. & 4. Et similiter est in confessione veri. Nam si fit in iudicijs non pertinet ad veritatis virtutem, sed magis ad iustitiam: sicut confessio beneficiorum Dei pertinet ad latitiam; ita confessio peccatorum ad eorum remissionem consequendam elicitur, vel electiue ad virtutem veritatis, ut quidam dicunt pertinet: sed ad virtutem poenitentiae pertinet imperatiue, atque ad multas virtutes pertinere potest, secundum quod in finem multarum virtutum trahi potest confessionis actus. Nam quatenus trahitur ad destructionem peccati est actus poenitentiae, cuius est destruere peccatum, ut offensa Dei est.

C A P. XCIII.

¶ **Quæstio octaua. De ministro confessionis.**

¶ **Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti: Et an in aliquo casu alteri, quam sacerdoti confiteri quis possit: Et an extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire: Vtrum possit aliquis non proprio sacerdoti confiteri: vel sit necessarium quod confiteatur proprio: Et an in fine vite possit quis à quolibet sacerdote absolui: Et an poena taxetur secundum quantitatem culpæ.**

**V**ERITVR primo. Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti. Respondetur autem, quod gratia, quæ in sacramentis datur à capite ad membra descendit. Et ideo solus ille minister est sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium supra Christum corpus verum, quod solus sacerdos est,

A qui consecrare eucharistiam potest, & ideo cum in sacramento poenitentiae gratia conferatur solus sacerdos minister est huius sacramenti, & ideo ei soli faciēda est sacramentalis confessio, quæ ministro fieri debet. Neque huic sententiæ catholicæ aduerfatur illud Iacobi. 5. scilicet. Confitemini alterutrum peccata vestra, quia loquitur ex præsuppositione diuinæ institutionis: Et quia diuinitus institutio præcesserat de confessione sacerdotibus faciēda per hoc, quod eis potestatem remittendi peccata in Apostolis dedit, ut patet Ioannis. 20. ideo intelligendum est, quod Iacobus sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit. Neque est simile de baptismo, qui quia maioris necessitatis sacramentum est in articulo necessitatis etiam non sacerdoti administrandum committitur. Neque obstat, quod cognoscere vultum peccatoris sui pertinet ad solos prælatos: quia id intelligitur quatenus coordinare debet illum gregi Christi. Sed quatenus attinet ad prouisionem medicamenti salutis, sic, scilicet, eucharistiæ sacramentum prouidendo ei, sic talia præbere pertinent ad sacerdotem, & ad talem cognitionem peccatoris confessio ordinatur.

¶ **Quæritur secundo.** Vtrum in aliquo casu liceat alij, quam sacerdoti confiteri. Respondetur autem, quod sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & poenitentia. Sicut igitur baptismus habet duplicem ministrum, vnum, cui ex officio baptizare incumbit, scilicet, sacerdotem: & alium, cui ratione necessitatis dispensatio eius committitur: ita etiam minister poenitentiae, cui confessio est faciēda, est sacerdos. Sed in necessitate laico confessio fieri potest: quæ non erit sacramentalis confessio, nisi tantum ex parte voti, quod habuit poenitens confitendi sacerdoti, si eius sibi suppeteret copia. Et quia qui in articulo necessitatis confessus est laico per contritionem includentem propositum, & votum confitendi sacerdoti, assecutus est peccatorum veniam, non adhuc ecclesiæ per eius ministrum reconciliatus est, ut ad sacramenta ecclesiæ admitti debeat, debet prius confiteri, & absolui, ut admittatur ad eucharistiam, & ut mandatum de poenitentiae sacramento recipiendo impleat, & ut sacramentum poenitentiae perfectum recipiat.

¶ **Quæritur, Vtrum extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire:** Respondetur, quod per peccatum veniale homo neque à Deo neque à sacramento ecclesiæ separatur, & ideo non indiget nouæ gratiæ collatione ad eius dimissionem, neque indiget reconciliari ecclesiæ. Et per hoc non oportet, quod venialia aliquis sacerdoti cōfiteatur: quia

quia ipsa confessio laico facta sacramentale quoddam est, quanuis non sit sacramentum perfectum, sed remittit veniale, vt est actus ex charitate procedens, quia talibus natum est veniale remitti, sicut per tunctionem peccatoris, & aquam benedictam, neque extrema vnctio non datur directe contra veniale, neque aliquod sacramentum.

¶ Quæritur quarto. Vtrum sit necessarium, quod homo confiteatur proprio sacerdoti. Respondetur autem, quod in reliquis sacramentis, quæ à recipiente recipiuntur per modum passionis recipiens, verbi gratia, baptismum aut aliud aliquid agit illud recipiendo, sed actus in illo solum requiritur, vt remouens prohibens; id est, si tione: sed in pœnitentia actus accedens ad sacramentum est de substantia sacramenti, eo quod contritio & confessio & satisfactio sunt pœnitentiæ partes, quæ sunt actus pœnitentiæ. Actus autem nostri cum in nobis principium habeant non possunt nobis ab alijs dispensari, nisi per imperium, quod competit alicui super alium ex eo, quod habet iurisdictionem super illum. Et ideo de necessitate huius sacramenti est, non solum vt minister habeat ordinem, sicut in alijs sacramentis, sed etiam quod habeat iurisdictionem. Ideo oportet sacerdoti proprio confessionem fieri, qui per imperium ad aliquid faciendum potest ligare dum absoluit. Non enim sacerdos absoluit, nisi ligando ad aliquid faciendum, quod & potest facere monachus, si habet parochiam. Quod si parochus esset minus idoneus de licentia superioris posset eligi alius discretus. Item prælatis, quia eis incumbit sacramenta munda conscientia suis subditis dispensare, ex iure concessum est eligere proprios sacerdotes confessores: quia quantum ad hoc sunt eis superiores, sicut medicus non in quantum medicus, sed in quantum infirmus curatur ab alio. Pœnitens autem in casibus, in quibus sibi, aut sacerdoti ex confessione ei facta probabiliter timet periculum, si à superiore, quem tenetur adire non possit obtinere licentiam alteri confitendi, idem iudicium est de illo, sicut & de illo, qui non haberet copiam confessoris. Neque aliqua iniuria tunc fit proprio prædicto sacerdoti: quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Præterea licet ex eo, quod quis proprio sacerdoti confiteatur, non ardeatur ei via salutis, peccaret autem sacerdos proprius si non esset facilis ad præbendam alteri licentiam confitendi: quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione morerentur. Vnde illi, qui nimis sunt solliciti, vt conscientias per confessionem subditorum sciant, multis damnationis laqueum iniiciunt, & per

A consequens sibi ipsis: licet reseruatō casuum in foro conscientie in ecclesia licita sit, & à Sancto Concilio Tridentino approbata.

¶ Quæritur quinto. Vtrum possit aliquis alteri, quam proprio sacerdoti confiteri. Respondetur autem, quod sacerdos aliquis potest dupliciter impediri ne alicuius confessionem audiat. Vno modo propter defectum iurisdictionis. Alio modo propter impedimentum executionis ordinis, sicut excommunicati, & degradati, & huiusmodi. Quicumque autem iurisdictionem habet, potest ea, quæ sunt iurisdictionis committere. Et ideo sacerdoti impedito, quia iurisdictione caret, per eum, qui iurisdictionem habet immediatam in pœnitentes, siue proprium sacerdotem, siue episcopum, siue Papam potest committi, quod confessionem audiat, & absoluat. Si autem propter impedimentum executionis ordinis audire pœnitentes non possit, potest sibi concedi, quod confessionem audiat per eum, qui impedimentum remouere potest. Neque iniuriam facit superior sacerdoti proprio inferiori, si licentiam præbeat eius subdito ad confitendum alteri, quia potestas non est commissa alicui homini in fauorem suum, sed in utilitatem plebis, & honorem Dei. Vnde si superiores prælati ea, quæ sunt iurisdictionis committant alijs, in nullo fit præiudicium inferioribus prælatis, nisi illis, qui quærunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, vt qui gregi præstant, non vt eos pascant, sed vt ab eis pascantur. Neque obstat, quod rector ecclesie debet vulum pecoris sui cognoscere, quia id debet facere in vigilando super gregem commissum, non credendo in hoc subdito, sed certitudinem facti inquirendo. Sed id non debet facere in foro conscientie, & confessionis aliter, quam credendo subdito sibi. Quia in foro confessionis creditur homini & pro se & contra se non autem in foro exterioris iudicij. Et sic sufficit quantum ad forum confessionis, quod credat subdito dicenti, se alteri absolueri valenti fuisse confessum. Et sic talis cognitio pecoris per priuilegium, alteri indultum de confessione audienda non impeditur. Item licet pœnitentiario Papæ teneatur pœnitens in foro confessionis magis obedire, quam suo episcopo, quando vice Papæ constituitur: secus tamē est, si Papa, vel episcopus proprio sacerdoti det aliquem in coadiutorem: quia tunc pœnitens non tantum obedire tenetur huic coadiutori, quantum proprio sacerdoti. Item, quia nullus tenetur confiteri peccata, quæ non habet: ideo, si aliquis est confessus commissario episcopi, vel superioris non tenetur de eisdem peccatis confiteri proprio sacerdoti inferiori, licet nulla iniuria fiat confessioni, si iteretur, quia tunc ratio

ne eru-

ne erubescitiam tum ratione virtutis clauium, plus pœnæ pœnitentiatione iteratæ confessionis remittitur.

¶ Quæritur sexto. Vtrum in fine vitæ possit pœnitens à quolibet sacerdote absolui. Respondetur autem, quod quilibet sacerdos, quantum est ex virtute clauium habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata, sed quod non possit omnes ab omnibus peccatis absolueri hoc est, quia per ordinationem ecclesie habet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam habet. Sed quia necessitas legem non habet, ideo quando necessitatis articulus imminet per ecclesie ordinationem non impeditur, quin absolueri possit, ex quo habet clauis etiam sacramentaliter. Et tantum sequitur tunc ex absolute aliter, ac si à proprio sacerdote absolueretur. Neque solum tunc à peccatis potest à quolibet sacerdote absolui: sed etiam ab excommunicatione, à quocunque sit lata. Et hæc absolutio etiam ad iurisdictionem pertinet quæ per legem ordinationis ecclesie coarctatur. Ecclesia autem, eo quod acceptat, quod quilibet sacerdos absolueri possit in articulo mortis, ex hoc ipso quis vsum iurisdictionis habet, quantum iurisdictione caret. Neque oportet, quod sic absolutus in articulo mortis post recurrat ad sacerdotem proprium, nisi vt ei innotescat, quod est absolutus. Neque similiter oportet, quod absolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui alias absolueri potuisset absolute pœnitens, sed satisfactionem offerens. At vero in articulo mortis laico confessus, quia non est assecutus absoluteionem sacramentalem, & quia non est assecutus illam diminutionem pœnæ, quæ est ex clauium, ideo oportet iterum sacerdoti confiteatur.

¶ Quæritur septimo. Vtrum pœna taxetur secundum quantitatem culpæ. Respondetur autem, quod pœna post dimissionem culpæ exigitur ad duo, scilicet primo ad debitum soluendum, & ad remedium præstandum. Igitur quantum ad debitum sic quantitas pœnæ radicaliter respondet quantitati culpæ, ante quam de ea aliquid dimittatur: & sic quantum per contritionem præcedentem plus de pœna dimissum est tanto per confessionem minus dimittendum restat. Secundo quantum ad remedium illius, qui peccauit, vel aliorum: & sic quandoque pro minori peccato iniungitur maior pœnitentia, sicut iuueni pœnitenti pro fornicatione, quia peccato huic iuuenis difficilius resistit. Vel licet sacerdoti pro minori peccato maior datur pœnitentia, quia in eo peccatum est periculosius, vel quia multitudo magis prona est ad ad peccatum, ideo per pœnam magis alij sunt exterrendi. Igitur

Instructio. cont. Pars. 2.

A tur, quia in foro pœnitentiæ pœna quæ ad vtrumque taxata est, ideo non semper pro maiori peccato maior pœna imponitur. Sed quia pœna purgatorij solum est ad soluendum debitum, quia ulterius non manet locus peccandi; ideo illa pœna taxatur solum secundum quantitatem peccati considerata cum contritionis quantitate, & confessione, & absoluteione, quia per omnia ista aliquid de pœna dimittitur. Vnde etiam à sacerdote iniungendo satisfactionem sunt consideranda. Præterea licet Apocal. 18, dicatur: Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum illi date tormentum: tamen id ita dicitur, quia in peccato vtrumque reperitur, & elatio resistētis Deo, & delectatio. Semper autem in maiori culpa, licet sit minor delectatio, est maior elatio. Sed & cæteris paribus plus peccat homo in noua lege, quam in veteri. Tum propter sanctificationem ampliolem, qua sanctificatio in baptismo; & propter maiora beneficia humano generi exhibita, contra quæ nunc peccans se exhibet ingratum, iuxta illud ad Hebræos. 10. Quanto putatis deteriora mereri supplicia. Item neque hoc verum est vniuersaliter, quod exigatur pro quolibet peccato mortali septennis pœnitentia. Sed hoc est quasi quædam regula communis, vt in pluribus competens: quam tamen oportet dimittere consideratis diuersis peccatorum circumstantijs. Adde quod episcopis, & sacerdotibus, quia periculosius est eorum peccatum maiorem pœnam iniungunt canones, secundum quod est in remedium.

## C A P. X C I I I I.

### ¶ Quæstio nona. De qualitate confessionis.

¶ Vtrum confessio possit esse informis; Et an debeat esse integra; Et quot conditiones requirantur ad confessionem.



VÆRITVR primo, Vtrum confessio possit esse informis. Respondetur autem, quod confessio est actus virtutis, & est pars sacramenti. Secundum autem quod est actus virtutis est meritorius proprie actus, & sic confessio non valet, sine charitate, quæ est principium merendi. Sed & secundum, quod est pars sacramenti consideratur. Et secundum hoc confessio potest esse in eo, qui non est contritus. Quia licet tunc, dum confitetur, non percipiat absoluteionis fructum: tamen recedente fictione percipere incipiet: & sic etiam in alijs sacramentis.

X 3 Vnde

Vnde non tenetur iterare confessionem qui factus accedit, sed tenetur post modum fictionem suam confiteri. Vnde illa autoritas Ecclesi. 17. A mortuo, veluti qui non est, petit confessio, intelligitur, quod perit confessio quoad fructum ab eo, qui est extra charitatem, quia extra charitatem eius fructus percipi nequit. Itē, quia contritio & satisfactio fiunt Deo, sed confessio fit homini: ideo de ratione contritionis, & satisfactio nis est, quod homo sit Deo per charitatem unitus: non autē de ratione confessionis: quia satis est in confessione, ut valida sit, quod cor poenitentis concordet voci, vel verbis quantum ad substantiam confessionis, quantum ad concordiam a confessionis fine. Nam alias nullus se esse confessum sciret, si confessio, ut valida esset requireretur, quod esset charitate formata.

¶ **Quæritur secundo.** Vtrum oporteat confessionem esse integram. Respondetur autem, quod in medicina corporali oportet, quod medicus non solum unum morbum, contra quem medicinam dare debet cognoscat, sed etiam uniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo quod vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur, & medicina, quæ vni morbo competere alteri nocuum præsaret. Et similiter est in peccatis, quia vnus aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod vni peccato esset conueniens medicina alteri inuentum præsaret: cum quandoque aliquis contrariis peccatis infectus sit, ut Dicitur Gregorius in pastorali docet. Et ideo de necessitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet. Quod si non faciat non est confessio, sed confessionis simulatio. Quia vnus peccatum per se consideratum non ita monstrat malam dispositionem peccantis: sed multitudine peccatorum demonstrat malitiam peccantis, vel magnam corruptionem eiusdem. Præterea, quia confessor vicem Dei gerit, ideo eisdem modo debet fieri confessio, sicut fit Deo in contritione. Vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis contereretur: ita non esset confessio, nisi quis de omnibus, quæ memoriæ occurrerint confiteatur. Cum autem poenitens in vna confessione alicuius peccati oblitus est, satis est si in alia confessione hoc peccatum confitens, dicat expresse, & alia in generali dicendo, quod cum alia multa confiteretur huius oblitus fuit. Adde, quod etiam in casu, quo sacerdos ab omnibus peccatis absolueret non potest in absentia superioris, qui peccatum reseruauit, omnia in necessitate sunt ei confitenda, ut quantitatem totius culpæ cognoscat, & de illis, a quibus non potest absolueret ad superiorem remittat.

¶ **Quæritur tertio.** Vtrum quis possit per alium, vel per scriptum confiteri. Respondetur

autem, quod confessio non solum est actus virtutis, sed etiam est pars sacramenti. At secundum quod est actus virtutis sufficeret, qualitercunque fieret: tamen ut est pars sacramenti, habet determinatum actum, sicut & alia sacramenta habent determinatam materiam. Et sicut in baptismo ad significandam abluentionem interiorem assumitur ille actus, cuius est maxima vis in abluendo, ita in actu sacramenti ad manifestandum, ordinate, assumitur ille actus, quo maxime consueuimus manifestare, scilicet, proprium verbum. Alij autem modi sunt inducti in supplementum istius. Et licet baptismus non possit recipi, nisi in aqua (quia aqua est omnino ab exteriori & nobis ab alio exhibetur) sed actus confessionis est a nobis. Ideo quando non possumus vno modo, debemus secundum quod possumus confiteri, quantum in absentia sacerdotis proprij non oportet, quod confessio ei per scripturam fiat.

¶ **Quæritur quarto.** Vtrum condiciones assignatæ requirantur ad confessionem, scilicet, illa, quæ a magistris assignantur, & continentur his versibus: Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis. Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lachrymabilis, accelerata, Fortis & accutans, & sit parere parata. Respondetur, quod quædam ex his conditionibus sunt de necessitate confessionis, & quædam de bene esse. Igitur discreta debet esse, ita ut poenitens sciens maiora peccata cum maiori pondere confiteatur. Secundò debet esse libens: quia cum sit actus virtutis confessio, debet esse voluntaria. Tertio debet esse pura, id est, per rectam intentionem ad debitum finem. Quarto, debet esse fortis, ut per verecundiam non dimittat. Quinto debet esse verecunda, ut scilicet, non se iactet de peccatis propter aliquam sæculi vanitatem admixtam. Sexto debet esse lachrymabilis: quia cum dolore de peccato commisso. Septimo debet esse humilis, ut cum abiectione sui se miserum confiteatur & infirmum.

¶ **Octauo debet esse fidelis, id est, vera.** Nono debet esse nuda, id est, ut non inuoluat obscuritatem verborum. Decimo debet esse simplex, id est, sine multiplicatione verborum: ita ut non recitet in confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Vnde decimo debet esse integra, ita ut non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt. Duodecimo debet esse accusans in iudicio interiori coram sacerdote. Decimotertio, debet esse, parere parata, scilicet, confessori obtemperando. Decimoquarto, debet esse secreta: quia pertinet ad occultum forum conscientie. Decimoquinto, debet esse frequens. Et decimosexto, debet esse accele-

accelerata, ut scilicet, statim confiteatur. Et hæc duæ ultimæ conditiones sunt de bene esse confessionis. Adde, quod satisfactio publica non ita scandalizatur, sicut & confessio publica: quia quandoque pro paruo peccato vel nullo similia opera satisfactoria fiunt.

## CAP. XCV.

¶ **Quæstio prima.** De effectu confessionis.

¶ **Vtrum confessio liberet a morte peccati: Et an liberet a poena: Et an aperiat paradysum, & spem tribuat salutis: Et an confessio generalis sufficiat ad delenda peccata mortalia oblita.**



**Q**UÆRITUR primò, vtrum confessio liberet a morte peccati. Respondetur autem, quod quia in sacramento poenitentie gratia infunditur, sicut in baptismo ideo eo modo confessio ex vi abolutionis, remittit culpam, sicut & baptismus. Vnde sicut baptismus liberat a morte peccati non solum, quod actu percipitur, sed etiam secundum quod in voto habetur, ut patet in illis, qui iam sanctificati ad baptismum accedunt: ita similiter dicendum est de confessione adiuncta abolutioni, quia secundum quod in voto poenitentis præcessit a culpa liberatur. Post modum autem in actu confessionis & abolutionis, gratia augeatur & etiam remissio peccatorum daretur, si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse obicem gratie non præberet. Et ideo, sicut de baptismo dicitur, quod liberat a morte peccati: ita etiam de confessione dici potest. Quando autem in litera Magistri dicitur, quod per confessionem fit veniale, quod prius fuit mortale, non intelligitur, quod culpa mortalis per confessionem vertatur in culpam venialem, sed penitus annihilatur: sed intelligitur ex euentu: quia per confessionem euenit hoc, quod de culpa præterita mortali homo veniam consequatur. Nam dicitur veniale tripliciter, scilicet, ex euentu, id est isto dicto modo, alio modo ex causa, id est, venie causam in se habens, sicut peccatum ex infirmitate. Alio modo dicitur veniale ex genere, sicut verbum ociosum.

¶ **Quæritur secundo, vtrum confessio liberet aliquo modo a poena.** Respondetur autem, quod confessio simul cum abolutione habet vim liberandi a poena dupliciter. Vno modo ex vi ipsa abolutionis. Et sic quidem liberat in voto existens a poena æterna: sicut etiam a culpa, a qua poena æterna, quæ dicitur ex toto exterminans & cō-

Instru. conf. Pars. 2.

**A** demnans, postquam sic liberatus est homo, ad huc manet obligatus ad poenam temporalem, secundum, quod poena est medicina purgans, & promouens. Et hæc poena restat in purgatorio patienda, etiam his, qui a poena inferni liberati sunt. Quæ quidem poena est improporcionata viribus poenitentis in hoc mundo viuentis: sed per vim clauium in tantum minuitur, quod proporcionata viribus poenitentis remanet. Itaque satisfaciendo se in hac vita purgare potest. Alio modo diminuit poenam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet poenam erubescencie annexam. Et ideo quanto aliquis pluries de ipsis peccatis confiteretur, tanto magis poena minuitur. Cæterum voluntas pro facto non reputatur in his, quæ sunt ab alio, sicut est de baptismo. Non enim tantum valet voluntas suscipiendi baptismum, sicut ipsius susceptio: sed voluntas reputatur pro facto in his, quæ sunt omnino ab homine. Et iterum quantum ad præmium essentialē, non autem quantum ad poenæ remotionem. Et huiusmodi respectu quorum attenditur meritum accidentaliter, & secundario: & ideo confessus & absolutus minus in purgatorio punietur, quam contritus tantum.

¶ **Quæritur tertio.** Vtrum confessio aperiat paradysum. Respondetur autem, quod a paradysi introitu prohibetur aliquis per culpam & reatum poenæ: & quia huiusmodi impedimenta confessio amouet: ideo dicitur paradysum aperire. Et quia licet confessio in voto per contritionem aperiat paradysum, etiam ante actuale confessionem, non tamē obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem, & satisfactionem.

¶ **Quæritur quarto.** Vtrum confessio spem tribuat salutis. Respondetur autem, quod spes remissionis peccatorum non est nobis, nisi per Christum. Et quia homo per confessionem se subiecit clauibus ecclesie ex passione Christi virtutem habentibus: ideo dicitur, quod confessio spem salutis tribuit. Non enim ex actibus potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia redemptoris innotuit: ideo confessio spem salutis tribuit non solum, ut actus meritorius, sed ut pars sacramenti. Si autem tribulatio spem salutis tribuit, id est, per experimentum propriæ virtutis, & purgationem a poena, sed confessio, etiam modo prædicto.

¶ **Quæritur quinto.** Vtrum confessio generalis sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. Respondetur autem, quod confessio operatur supposita contritione, quæ culpam delet: & sic confessio directe ordinatur ad dimissionem poenæ. Quod quidem facit ex erubescencia, quam habet ex vi clauium, quibus se confitens subiecit. Contingit autem quandoque, quod per contritionem præcedentem, peccatum aliquod deletum

X 4 est



est quod culpam siue in generali, si eius memoria tunc non habebatur, siue in speciali: & tunc ante confessionem, illius peccati oblitus est. Et tunc confessio generalis sacramentalis operatur ad dimissionem poenae ex vi clauium, quibus se confitens subiicit, nullum obstaculum quantum ex se ipso est ponens: sed ex ipsa parte, qua erubescencia confessionis peccati poenam minuebat, poena istius, de qua quis specialiter coram sacerdote non erubuit non est diminuta. Item iste, qui sic oblitus est alicuius peccati, etiam si per confessionem generalem, quam fecit sit sibi deletum quoad culpam, tamen illud tenetur confiteri, dum post illius recordatur, ut suppleatur, quod defuit sacramentali confessioni. Deinde, quia non potest scire, utrum per confessionem generalem, quae non operatur, nisi contritione praesupposita sit sibi illud peccatum oblitum dimissum per certitudinem, quantum possit per coniecturas aliquas estimare, ideo non sequitur, quod generaliter confessus, sit omnino certus de venia. Praeterea ignorantia iuris non excusat, quia ipsa peccatum est: tamen ignorantia facti excusat: sicut si quis cognouit alienam, quam credebat esse suam. Quocirca obliuio de actu peccati habet ignorantiam facti: & ideo excusat a peccato fictionis in confessione, quod fructum absolutionis & confessionis impedit. Sed ignorantia obliuio peccati ex crassa, vel supina, vel affectata negligentia in examinando conscientiam proueniens, non excusat a fictione.

## CAP. XCVI.

### Quaestio undecima. De sigillo Confessionis.

*An in omni casu peccata confessi sint a confessore celanda: Et an sigillum confessionis se extendat ad alia, quae non sunt de confessione: Et an solus sacerdos habeat sigillum: Et an id, quod scit confessor per confessionem, & simul alio modo possit reuelare.*



**V**ARITVR primò, Vtrum in omni casu teneatur sacerdos celare peccata, quae sub sigillo confessionis nouit. Respondetur autem, quod in sacramentis ea, quae exterius geruntur, sunt signa rerum, quae interioris continent. Et ideo confessio, qua quis sacerdoti se subiicit, signum est interioris, qua quis Deo subiicitur. Deus autem peccatum illius, qui se sibi subiicit per poenitentiam celat, & tegit: unde & hoc oportet in sacramento poenitentiae signifi-

ari. Et ideo de necessitate sustentationis sacramenti poenitentiae est, quod quis, quod nouit per confessionem peccatum celet, & tanquam violator sacramenti peccat, qui confessionem reuelat. Et praeter hoc sunt aliae utilitates huius celationis: quia per hoc homines magis ad confessionem atrahuntur, & simplicius etiam peccata confitentur. Praeterea erroneum est dicere, quod confessor non teneatur celare sub sigillo peccata poenitentis emendationem non promittentis. Quia sicut baptismus sicte susceptus, id est, sine emendatione vitae, non desinit esse essentialiter sacramentum: ita & confessio non desinit esse sacramentalis, quantum ille, qui confitetur emendationem non proponat. Neque sigillum confessionis contra charitatem militat, etiam si peccata confessa etiam perniciose communitati sub illo celentur, dum sunt confessa, quia charitas non requirit, quod apponatur remedium peccato quod nescitur. Illud autem, quod sub confessione scitur, est quasi nescitum cum illud confessor nesciat, ut homo, sed ut Deus. Tamen potest apponere aliquod remedium in casu pernicioso communitati, quantum potest sine reuelatione confessionis, scilicet, monendo eos, qui confitentur, & alijs diligentiam apponendo, ne corrumpantur per haeresim. Potest etiam dicere praelato, quod diligentius vigilet super gregem suum: ita tamen quod non dicat aliquid quod verbo, vel nutu confitentem prodatur. Item sicut obligatio confitendi est de iure diuino, super quam nullus potest dispensari, aut licentiam, ut non confiteatur: ita sigillum secreti confessionis est de iure diuino, quocirca nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi aut licentiam. Unde sine laesione conscientiae potest iurare confessor, se illud nescire, etiam si sub excommunicationis poena interrogetur: quia scit tantum, ut Deus. Similiter praelatus potest sine laesione conscientiae dimittere peccatum impunitum, quod scit tantum, ut Deus, vel sine aliquo remedio: quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo, quo ad ipsum refertur. Unde in his, quae ad ipsum deferuntur in foro conscientiae, & poenitentiae, debet in eodem foro in quantum potest adhibere remedium. Ut, verbi gratia, Abbas, Prioris peccatum tendens ad ruinam communitatis, si nouit per confessionem, potest admonere eum, ut prioratum resignet, vel si noluerit potest ex aliqua occasione absolueri eum a cura prioratus: ita quod omnis suspicio vitetur de confessionis reuelatione. Praeterea, quia ex multis causis redditur aliquis indignus ad praelationis officium quam ex peccato, sicut ex defectu scientiae, vel aetatis, vel alicuius huiusmodi: ideo qui per confessionem nouit aliquem indignum esse

esse praelatione, si contradicat eius promotioni non facit de crimine suspicionem, neque contra confessionem additam videtur facere, neque enim eam sic reuelat.

**¶** Quæritur secundo, Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia, quam ad ea, quae sunt de confessione. Respondetur autem, quod sigillum confessionis directe non se extendit, nisi ad illa, de quibus est sacramentalis confessio: sed indirectè id, quod non cadit sub sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet sicut illa, per quae posset peccatum, vel peccator deprehendi. Nihilominus tamen alia summo studio sunt celanda, tum propter scandalum, tum propter prauitatem loquendi quae ex consuetudine accidere potest. Neque de facili debet quis recipere aliquid, tamquam sub secreto confessionis, si tamen recipiat, tenetur ex promissione hoc modo celare, ac si in confessione haberet, quantum sub sigillo confessionis non habeat.

**¶** Quæritur tertio, Vtrum solus sacerdos habeat sigillum confessionis. Respondetur autem, quod sigillum confessionis competit sacerdoti in quantum est minister huius sacramenti: quod nihil aliud est, quam debitum confessionem celandi, sicut clavis est potestas absoluendi. Tamen, sicut aliquis, qui non est sacerdos in aliquo casu participat aliquid de actu clavis, dum confessionem audit, propter necessitatem: ita & participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare, quantum proprie loquendo sigillum confessionis non habeat.

**¶** Quæritur quarto, Vtrum de licentia confitentis possit confessor dicere, aut prodere peccatum, quod habet sub sigillo confessionis. Respondetur, quod duo sunt, propter quae tenetur peccatum occultare. Primo & principaliter, quia occultatio, qua Deus tegit peccatum confitentis, oportet in sacramento poenitentiae significari: ita ut minister debeat illud celare, sicut Deus celat. Alio modo propter scandalum vitandum. Potest autem confitens facere quod sacerdos illud, quod sciebat, ut Deus, sciat etiam ut homo. Quod facit dum licentiat eum ad dicendum. Et ideo si dicat, non frangit sigillum confessionis. Tamen debet vitare scandalum dicendo, ne fractor sigilli praedicti reputetur. Verum etsi confitens possit licentiarum confessorum, ut prodatur peccatum: sed id non potest facere Papa: quia Papa non potest facere, quod sacerdos confessor illud sciat ut homo, quod tamen facere potest ille, qui confitetur. Praeterea, quia tunc, quando sacerdos dicit id, quod alio modo nouit, quam ut Deus, sigillum confessionis non frangitur, ideo sigillum, quod institutum est propter bonum commune non tollitur. Similiter, si in ali-

quo casu aliquis venit in notitiam peccati confessi, mediante sacerdote de voluntate confitentis, participat in aliquo actu sacerdotis, & ideo simile est de eo, & de interprete, nisi forte velit, quod ille absolute sciat & libere.

**¶** Quæritur, Vtrum illud, quod quis scit per confessionem, & etiam alio modo possit alteri reuelare. Respondetur, quod opinio communior est, quod homo id quod alias scit, siue ante confessionem siue post, non tenetur celare quantum ad id quod scit, ut homo. Potest enim dicere, scio illud, quod vidi quia alias prior fieret poenitens ad peccandum, si non timeret accusari ab illo, cui confessus est, si coram illo peccatum iteraret. Similiter multum iustitiae perire poterit, si testimonium aliquis ferre non posset de eo, quod vidit post confessionem de hoc factam. Tenetur tamen celare illud in quantum scit, ut Deus. Non enim potest hoc dicere: Ego audiui hoc in confessione. Tamen propter scandalum vitandum debet abstinere, ne de hoc loquatur, nisi imminet necessitas: & dum possit probare testibus se illud scisse extra confessionem, ne a poenitente tanquam sigilli violator arguatur. Nam sigilli violator non est, qui quod alias vidit, reuelat: quia non reuelat quod in confessione habet, nisi per accidens. Sicut qui scit aliquid per auditum & visum, non reuelat quod vidit perse loquendo, si dicat se audiuisse, sed per accidens. Neque obligatur sacerdos non reuelare peccatum simpliciter, sed pro ut est in confessione auditum: ideo nullo casu debet dicere se audisse illud in confessione. Item non obstat, quod scientia, qua confessor scit peccatum, ut Deus, sit potentior, & dignior, quam scientia, qua scit illud ut homo: quia scientia qua scit ut Deus non trahit ad se scientiam, qua scit ut homo. Quia quando dicitur quod potentius trahit ad se reliquam, hoc intelligendum est de duobus, quae habent oppositionem: sed iste duae scientiae non sunt oppositae. Denique quia veritas non est propter scandalum dimittenda, etiam si aliquod scandalum sequeretur ex eo, quod aliqui retraherentur a confessione, si in iudicio reuelaret confessor iuridice interrogatus peccatum, quod identidem scit extra confessionem, si imminet periculum iustitiae ex occultatione illius, quod ut homo scit, non debet id celare: alias quantum in se est celare tenetur.

## CAP. XCVII.

### Quaestio duodecima. De satisfactione, & eius quidditate.

*¶ Vtrum satisfactio sit virtutis actus: Et an sit actus iustitiae: Et an satisfactio convenienter diffiniatur.*



**Q**UÆRITVR autem, Vtrum satisfactio sit virtus, aut virtutis actus. Respondetur, quod satisfactio non solum est materialiter actus virtutis qualis est actus, qui malitiam aut defectum debet circumstantiæ non habet implicitum, sicut est ambulare; & loqui, quo, scilicet, tali actu potest uti virtus in finem suum, sed etiam est actus formaliter virtutis, sicut etiam talis est omnis actus, qui rationem medij importat: sicut sustinere, sic est actus formaliter virtutis, fortitudinis. Cum ergo satisfactio æqualitatem, quod est quoddam medium, importet, quia satisfactio non fit, nisi secundum proportionem æqualitatis ad aliquid, constat, quod etiam formaliter est actus virtutis. Et quia est actus poenitentiae, quæ est virtus. Est ergo virtutis actus. Nam & meritorius actus esse potest: quia etiam necessitatem debiti importet; tamen si voluntas necessitati assentiat, non tollitur ratio meriti. Præterea in satisfactione, ut virtus est principalis in ipsa est electio, ut autem talis virtus est, sic actus exteriores magis principales sunt, sicut contingit in iustitia, & in aliquibus virtutibus.

**¶** Quæritur secundo. Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ. Respondetur autem, quod secundum philosophum in. 5. Ethicor. medium iustitiæ accipitur secundum quandam adæquationem rei ad rem in proportionalitate aliqua. Vnde cum talem adæquationem ipsum nomen satisfactionis importet, quia hoc aduerbium, satis, æqualitatem proportionis designat, constat, quod satisfactio formaliter iustitiæ actus est, quæ est sui ad alterum, quæ iustitia satisfactionis æqualitatem in actionibus importat. Nam actus iustitiæ, qui consistit in æqualitate in rebus exterioribus, redditio, seu restitutio rei pro re dicitur: quamvis quandoque vnum pro alio sumatur. At quia poenitentia, cuius satisfactio est actus, species vindictivæ iustitiæ est, quæ ipse poenitens agit ad sui poenam, poenam tenens, respectu cuius est agens & patiens. Ideo satisfactio quantum ad illam partem, quæ poenitentia dicitur, opus iustitiæ est. Præterea satisfactio hæc directe ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ex consequenti ad æqualitatem amicitiae. Ideo satisfactio elicitive est ad iustitia, quia actus aliquis elicitive ab illo habitu procedit, ad cuius finem directe & immediate ordinatur, sicut ad finem iustitiæ satisfactio immediate ordinatur. Et imperativè satisfactio hæc est ad charitatem: quia ad finem charitatis ultra tendit ad charitatem imperata. Item licet

**A** iustitia sit principaliter circa operationes, tamè etiam ex consequenti circa passiones est. Et sic satisfactio ad iustitiam pertinens, potest concupiscentiam, & cæteras passiones obstantes iustitiæ & quæ sunt peccatorum causæ, excidere. Participat quoque satisfactio actus prudentiæ, sicut & qualibet virtus moralis: quia prudentia formaliter complet in eis rationem virtutis, cum secundum eam accipiatur medium in virtutibus moralibus, ut patet per diffinitionem virtutis in. 2. Ethicor. Ideo satisfactio ratione actus prudentiæ, quam participat cauet in futurum excidendo causas peccatorum, quia prudentiæ est futura mala cavere.

**¶** Quæritur tertio, Vtrum diffinitio satisfactionis convenienter ponatur à D. Augustino, scilicet, quod satisfactio est, causas peccatorum excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Respondetur autem, quod secundum Aristotel in. 2. Ethicor. poenæ medicinæ sunt: vnde & satisfactio, quæ est iustitiæ actus, poenâ inferentis, est medicina, curans præterita, & præservans à futuris. Et ideo satisfactio potest dupliciter diffiniri. Vno modo quatenus recompensando pro culpa præterita eam curat, & sic diffinitur sic, satisfactio est illatæ iniuriæ recompensatio secundum iustitiæ æqualitatem, & in idem redit illa diffinitio D. Anselmi, scilicet, quod satisfacere est debitum honorem Deo impendere. Alio modo potest diffiniri secundum quod præservat à culpa futura: & sic supra eam diffinitur D. Augustinus. In qua diffinitione ponitur primò remotio causarum morbi peccati per illam primam particulam, scilicet, causas peccatorum excidere. Et secundo ponitur renitentia liberi arbitrij ad peccatum per illam particulam: & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Quando verò hic dicitur, causas peccatorum esse excidendas per satisfactionem, intelligitur de causis proximis, scilicet, de libidine ex consuetudine, vel ex actu peccati relicti & de aliquibus reliquijs peccati præteriti, & de exterioribus occasionibus inducentibus ad peccandum, quales sunt, locus, mala societas, & huiusmodi. At fomes qui est causa remota peccati actualis non tollitur totaliter in vita per satisfactionem, et si debilitetur. Præterea non sequitur, quod si homo perse non possit peccatum excidere, quod non possit causas peccatorum præscindere. Quia causas mali præscindere facilius est, quàm ipsum malum removere, quod non remouetur, nisi per constructionem boni. Bonum autem facilius tollitur, quam constituatur: sicut facilius est tollere causas cæcitatis incurrendi, quam ipsam cæcitatem semel incursum removere. Tum etiam, quia istæ causæ non necessitant ad peccatum, sed

sed sunt occasiones quædam. Tum, quia neque satisfactio sine Dei auxilio fit, quia sine charitate esse non potest. Deinde notandum D. Augustinum diffinisse satisfactionem per remotio nem causarum peccandi: quia cum in rei veritate Deo per peccatum aliquid subtrahi non possit in satisfactione, principaliter requiritur emendatio in futurum, quam recompensatio præteritorum: ideo ex hac parte D. Augustinus diffinit satisfactionem.

## CAP. XCVIII.

**¶** Quæstio decimatertia. De satisfactionis possibilitate.

*¶ Vtrum homo possit Deo satisfacere: Et vtrum poenam satisfactoriam possit vnus pro alio explere.*



**Q**UÆRITVR primò. Vtrum homo possit Deo satisfacere. Respondetur autem, quod homo Deo debitor efficitur, vno modo ratione beneficij accepti, alio modo respectu peccati commissi. In his autem, qui ad Deum & parentes sunt debiti, honoribus, secundum philosophum æquivalens secundum quantitatem reddere non possumus, sed sufficit, quod homo reddat quod potest: quia amicitia non exigit æquivalens, sed quod possibile est. Et hoc est etiam æquale aliquo modo, scilicet, secundum proportionalitatem. Quia sicut se habet hoc, quod Deo esset debitum ad ipsum Deum: ita hoc, quod iste potest Deo reddere ad Deum. Similiter ex parte satisfactionis non potest homo Deo satisfacere, si ly, satis, dicat æqualitatem quantitatis; sed secundum proportionalitatis æqualitatem ut dictum est. Neque obstat, quod offensa in Deum, pro qua satisficit, sit infinita: quia etiam satisfactio accipit quædam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiae, pro ut est gratia informata, per quam acceptum redditur, quod homo reddere potest ad satisfaciendum. Nam alias, et si conuersio, quæ est in peccato, sit finita, sed tamen quia satisfactio correspondet peccato, secundum quod est offensa Dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis, quæ infinita est ex parte termini, à quo, ideo sine gratia Dei Deo satisfacere non possumus, per quam acceptat nostram satisfactionem. Item, et si seruus domino suo satisfacere non potest, quia totum quod habet domini est: tamen, quia homo ut pote ad imaginem Dei factus aliquid participat libertatis, in quantum est dominus suorum actuum per liberum arbitrium, quamvis Dei sit quid quid

**A** habet à Deo sibi concessum: tamen, quia libere traditum est, ut eius dominus sit: ideo Deo satisfacere potest. Et ideo non est simile de ipso, & de seruo. Præterea, licet verum sit, quod totum quod habet homo non sufficit ad soluendum debitum pro creationis ac redemptionis beneficio, tamen hoc non concludit, quod Deo non possit fieri sufficiens satisfactio: licet verum esse concludat, quod ei æquivalens satisfactio fieri non potest. Quamvis enim posse suum totum homo debeat Deo, non tamen ab eo exigitur de necessitate, ut totum, quod possit faciat quia hoc est ei impossibile in statu præsentis vitæ, cum oporteat circa multa hominem esse sollicitum. Ideo ab homine, cui quædam mensura est adhibita, quæ ab eo requiritur, scilicet impletio mandatorum Dei, potest fieri satisfactio: quia super ea potest erogare, ut satisfaciat. Atque ideo homo, quamvis non possit tempus præteritum recuperare: potest tamen in futuro recompensare illud, quod in peccato facere debuisset: quia non debuit, neque debet debito præcepti, totum quod potuit. Item nullus homo purus pro originali peccato potuit satisfacere: quia, et si minus habet de ratione peccati, quam actualis: tamen est grauius malum, quia est ipsius naturæ humanæ infectio. Sed pro actuali homo purus per acceptationem diuinam satisfacere potest.

**¶** Quæritur secundo, Vtrum poenam satisfactoriam possit vnus pro alio explere. Respondetur autem, quod cum satisfactio ad duo ordinetur, & ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando, satisfactio vnus non potest prodesse alteri, in quantum est medicina præseruatiua alterius: quia ex ieiunio vnus caro alteri non domatur. At licet aliquis per bona opera de cõgruo possit mereri augmentum gratiæ: sed hoc est magis per modum meriti, quam per modum satisfactionis. Sed quantum ad solutionem debiti vnus potest pro alio satisfacere, dum modo sit in charitate, ut opera eius satisfactoria esse possint. Neque requiritur, quod poena maior imponatur pro alio satisfaciendi, quam imponenda erat principali contra alios. At et si maior charitas apparet in hoc quod aliquis pro altero satisfacit, tamen non minor poenâ requiritur in eo, qui pro alio satisfacit, quam pro principali requireretur. Sicut neque quo ad solutionem debiti requiritur, quod ille, pro quo fit satisfactio, sit impotens ad satisfaciendum, quia nihilominus ipse, pro quo satisficit, immunis erit à debito. Sed hoc requiritur in quantum satisfactio est in re medium. Vnde non est permittendum, quod vnus pro alio poenitentiam agat, nisi defectus aliquis appareat in poenitentem; per quem non sit promptus ad portandam poenam. Neque valet ista

ista obiectio in contrarium, scilicet, quod non potest quis satisfacere pro alio, sicut non potest conteri pro alio, aut pro alio confiteri, aut mereri primum essentiali pro alio, quia contritio & confessio ordinatur contra culpam propriam, quatenus dispositionem malam subiecti penitentis excludunt, id est eius animae malitiam, & deordinationem. Item confessio est pars sacramenti conferentis gratiam, & non potest vnus pro alio recipere sacramentum. Deinde primum essentiali datur secundum dispositionem hominis, ac proinde sicut vnus homo non disponitur per actum alterius: ita vnus alteri non meretur primum essentiali, nisi meritum eius habeat efficaciam infinitam ut scilicet est Christi, cuius merito solo pueri ad vitam perpetuam perueniunt. Sed poena temporalis pro peccato debita post culpam remissionem non taxatur secundum dispositionem eius, cui debetur: quia quandoque ille, qui est melior, habet maioris poenae reatum: & ideo quantum ad poenae remissionem potest vnus alteri mereri; & actus vnus efficitur alterius charitate mediante, per quam omnes vnus sumus in Christo. Neque etiam valet ista obiectio, scilicet, quod sicut vnus pro alio orando etiam sibi meretur, sic si vnus pro alio satisfacere potest, satisfaciendo pro alio, pro se satisfacere. Quia respondetur, quod est differentia: quia in solutione satisfactoria attenditur quantitas poenae, sed in merito attenditur charitatis ratio: id est qui pro alio meretur saltem merito congrui, sibi magis meretur, quia sibi de condigno meretur: non autem qui pro alio satisfacit pro se etiam satisfacit: quia illa quantitas poenae per se non sufficit ad vtrumque peccatum: tamen sibi meretur maius, quia sit dimissio poenae, scilicet, vitam aeternam.

### CAP. XCIX.

¶ **Quaestio decimaquarta. De qualitate satisfactionis.**

¶ **Vtrum homo possit satisfacere de vno peccato, sine alio. Et an extra charitatem possit quis satisfacere de peccatis antea per contritionem deletis: an satisfactio praecedens charitatem, si post superveniat charitas valere possit: Et an opera bona extra charitatem facta sint meritoria boni, saltem temporalis, vel valeant ad mitigationem poenarum infernalium.**



**V**ERITVR primo. Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio. Respondetur autem contra alios, quod cum per satisfactionem tolli debeat offensa praecedens, oportet

quod talis sit modus satisfactionis qui competat ad tollendum offensam: offensa autem ablatio est amicitiae restitutio. Et ideo si aliquid sit, quod amicitiae restitutionem impediat: etiam apud homines satisfactio esse non potest. Cum ergo quodlibet peccatum mortale amicitiae charitatis impediatur, quae est hominis ad Deum, impossibile est, quod homo de vno peccato satisfaciatur, alio retento. Vnde sicut remissiones diversorum peccatorum connexae sunt: ita & satisfactio de vno sine alio fieri non potest. Nam hic in offensa Dei non solum est inaequalitas opposita iustitiae, sicut est in obligatione debiti: sed est etiam inaequalitas opposita amicitiae. Vnde oportet per satisfactionem, quod vtraque aequalitas iustitiae & amicitiae restituatur: quod fieri non potest, dum aliquid est, quod amicitiae impediatur. Denique qui vnum peccatum retinet, non sufficienter causas alterius peccati excidit: quia secundum D. Gregor. vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit: & ideo talis non potest satisfacere.

¶ **Quaeritur secundo, Vtrum quis extra charitatem existens possit satisfacere de peccatis antea per contritionem deletis.** Respondetur contra alios, quod in satisfactione oportet, quod etiam amicitia restituta iustitiae aequalitas restituatur, cuius contrarium amicitiam tollit, ut philosophus in 9. Ethic. dicit. aequalitas autem in satisfactione ad Deum non est secundum aequivalentiam, sed magis secundum acceptationem ipsius; & ideo oportet, quod etiam si iam offensa sit dimissa per praecedentem contritionem, quod opera satisfactoria sint Deo accepta, quod dat eis charitas: & ideo sine charitate opera facta non sunt satisfactoria. Cum autem Daniel. 4. ca. dixit, Nabuchodonosor: Peccata tua elemosynis redime, sic intelligitur suum consilium, scilicet, quod a peccato cessaret, & poeniteret: & sic per elemosynas satisfaceret. Alias sine poenitentia informata charitate non potest fieri ad aequationem sufficiens, neque secundum divinam acceptationem, neque secundum aequivalentiam.

¶ **Quaeritur tertio. Vtrum valere possit satisfactio praecedens, si post charitatem habuerit, qui eam fecit.** Respondetur autem, quod quidam dixerunt, quod opera in charitate facta, quae vivae dicuntur sunt meritoria vitae aeternae, & satisfactoria respectu poenae dimittendae, & per charitatem sequentem opera extra charitatem facta vivificantur, quantum ad hoc, quod sunt satisfactoria, sed non quantum ad hoc, quod sunt meritoria vitae aeternae. Sed hoc non potest esse quia vtrumque habent ex eadem ratione opera ex charitate facta, scilicet, ex eo, quod sunt Deo gratia,

grata. Vnde sicut charitas adveniens non potest ea gratificare, quantum ad vnum, neque etiam quantum ad aliud, illud quod glossa ait super illud Numeri. 25. scilicet, quod fructus bone conversionis debet computari ex eo tempore, quo peccavit, intelligitur a tempore, in quo peccare cessavit, quo, scilicet, ultimo in peccato fuit. Est praeterea differentia inter baptismum & satisfactionem, quo ad hoc: quia baptismus ex ipso opere operato iustificat, eo quod non est hominis, sed Dei: & ideo non mortificatur, sicut & satisfactio, quae est opus hominis. Ac proinde baptismus extra charitatem receptus, per advenientem charitatem sortitur effectum: sed hoc non competit satisfactioni ratione praedicta. Deinde satisfactiones extra charitatem factae, quae postquam transierunt, relinquunt aliquem effectum in satisfaciendis, ut ieiunia quae relinquunt corporis debilitationem, & elemosynarum largitio, quae reliquit post se substantiae diminutionem, & sic de similibus, non oportet, quod iterentur: quia quantum ad hoc, quod de eis manet per poenitentiam Deo acceptae sunt. Satisfactiones autem, quae nullum relinquunt effectum in satisfaciendis, postquam actus transit, oportet quod iterentur: sicut est de oratione, & similibus. Actus autem interior, quia totaliter transit, nullo modo vivificatur, sed oportet, quod iterentur.

¶ **Quaeritur quarto. Vtrum opera extra charitatem facta, sint alicuius boni meritoria, saltem temporalis.** Respondetur autem, quod meritum proprie dicitur actionem, qua efficitur, ut ei, qui agit, sit iustum, aliquid dari. Quo circa sicut iustitia dupliciter dicitur: vno modo proprie, quae, scilicet, respicit debitum ex parte recipientis alio modo, quasi similitudinariè, quae respicit ex parte dantis, ut cum dantem decet aliquid dare, quod tamen recipiens debitum non habet recipiendi, iuxta illud quod dixit D. Anselmus. Deus cum peccatoribus pariter iustus est: quia cum decet, & secundum hoc meritum dupliciter dicitur, scilicet, meritum de condigno: per quod agitur, ut ipse agens habeat debitum recipiendi. Aliud est meritum de congruo, vbi debitum dandi solum est in dante, secundum decemiam ipsius. Cum autem in omnibus illis, quae gratis dantur prima ratio dandi sit amor, impossibile est, quod aliquid simile sibi debitum faciat, qui amicitia caret: & ideo cum omnia temporalia, & aeterna ex divina liberalitate donentur, nullus potest acquirere debitum recipiendi aliquid illorum, nisi per charitatem ad Deum. Atque ideo opera extra charitatem facta non sunt meritoria ex condigno, neque aeterna, neque temporalis alicuius boni apud Deum. Sed quia divinam bonitatem decet, ut vbi cumque dispositio

nem inuenit perfectionem adiciat: ideo ex merito congrui opera bona extra charitatem facta ad triplex bonum valent, scilicet, ad temporaliū consecutionem, ad aliqualem dispositionem, ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum. Quia tamen hoc meritum ex congruo non proprie dicitur meritum, ideo magis concedendum est, quod huiusmodi opera non sint alicuius meritoria, quam sint. Igitur quantum malum opus mereatur de condigno poenam quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta, ut offendi a nobis mereatur, non tamen opus bonum sine charitate merito ex condigno primum meretur: quia neque dominus seruo, imo neque pater filio constituitur debitor per aequivalentiam ex receptis a filio, vel seruo, sed ex vi charitatis, quae facit ea quae sunt amicorum esse communia sic charitas in causa est merendi de condigno apud Deum.

¶ **Quaeritur quinto. Vtrum opera bona extra charitatem facta valeant ad mitigationem poenarum infernalium.** Respondetur autem, quod huiusmodi opera valere non possunt ad liberandum a poena iam merita: quia non possunt tollere culpam, quae causa est poenae. Vnde, quia culpam tollere, neque diminueri possunt: ita neque per ea poena inferni iam merita mitigari potest. Sed bene quoad poenam merendam impediendam valere possunt, & sic possunt poenam inferni minuire his modis. Primo, quia homo reatum omissionis euadit, qui huiusmodi opera perficit. Secundo quia huiusmodi opera ad bonum disponunt, ut homo ex minori contemptu etiam peccata faciat, vel etiam a multis peccatis per huiusmodi opera retrahitur. Sed & diminutionem, vel dilationem poenae temporalis merentur ex congruo huiusmodi opera, sicut de Achab. 3. Reg. 21. legitur. Similiter & bonorum temporalium consecutionem. Neque talia opera contra aliquos minuunt poenam inferni solum confortando subiectum, ut melius sustinere possit: quia passibilitas est secundum mensuram culpae: atque ideo si culpa non diminuitur, neque subiectum fortificari potest. Sed neque ut dicunt alij diminuitur per dicta opera poena inferni, quantum ad vermem conscientiae, sed non quantum ad ignem, ut ipsi opinantur. Quia horum assertio vera non est: quoniam sicut poena ignis aequatur culpae: ita & poena remotionis conscientiae, vnde similis est ratio de vtroque.

### CAP. C.

¶ **Quaestio decimaquinta. De his, per quae fit satisfactio.**

¶ **Vtrum**



*¶ Vtrum satisfactio sit facienda per opera poenalia: Et an flagella presentis vite sint satisfactoria: Et vtrum conuenienter numerentur opera satisfactoria, scilicet, oratio, eleemosyna, ieiunium.*



**Q**UÆRITVR primo, Vtrum oporteat fieri satisfactionem per opera poenalia. Respondetur autem quod satisfactio & quatenus recompenlat pro præterita culpa, & quatenus est medicina pro peccatis futuris præseruatiua, utroque modo exigit, quod per opera poenalia fiat: quia recompensatio iustitiæ, quæ fit per satisfactionem exigit, ut peccator, quia quantum in se fuit aliquid subtrahit Deo peccando contra ipsum (quantum ex parte Dei nihil ei subtrahi possit) quod aliquid subtrahat peccator a se, quod in honorem Dei cedat, opus autem bonum, quod præstare potest poenitens in satisfactionem, nisi poenale sit, non subtrahit aliquid ab operante: sed magis perficit ipsum. Ergo oportet satisfactio fiat per opera poenalia. Similiter etiam, quia poena à culpa futura præseruat. Nō enim homo facile ad peccata redit, ex quo poenam expertus est. Vnde secundum Philosophū poena medicinæ sunt. At quantum Deus non delectetur in poenis, ut sunt poenæ, delectatur tamen in eis, ut sunt iustæ: & sic satisfactoria esse possunt. Item licet opus bonum poenale quantum ex maiori charitate procedit, minus poenale esse videtur: tamen diminutio poenalitatis ex promptitudine voluntatis, quam facit charitas nō diminituit efficaciam satisfactionis, sed auget, quoniam sicut in satisfactione consideratur poenalitas, ita & in merito consideratur cæteris paribus, difficultas. Ergo, sicut difficultatis diminutio proueniens ex promptitudine voluntatis non diminituit meritum, sed adauget: sic prompta voluntas effecta per charitatem, licet diminituat poenalitatem, sed non diminituit satisfactionem, sed auget.

**¶** Quæritur secundo, Vtrum flagella presentis vitæ, sint satisfactoria. Respondetur autem, quod recompensatio offensæ præteritæ, quando fit non ab eo, qui offendit, sed ab alio pro ipso, magis rationem vindicationis, quam satisfactionis habet. Quando autem fit ab ipso, qui offendit, habet rationem satisfactionis. Vnde si flagella, quæ pro peccatis à Deo infliguntur, fiant aliquomodo ipsius patientis, rationem satisfactionis accipiunt. Fiunt autem ipsius, in quantum ea acceptat ad purgationem peccatorum eis utens patienter. Si autem eis omnino per impatientiam dissentiat: tunc non efficiuntur ali-

quomodo ipsius: & ideo non habent rationem satisfactionis, sed vindicationis. Vnde ista flagella sic acceptata, quia ea acceptans facit de necessitate virtutem, & meritoria sunt & satisfactoria. Nam sicut ait D. Gregorius, sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat: ita ex eisdem flagellis, & boni purgantur, & mali magis iustificiuntur per impatientiam. Atque ideo licet malis & bonis flagella vitæ presentis sint communia: tamen satisfacere per ea tantum competit bonis. Præterea, licet satisfactio sit pro culpa præterita: tamen flagella huius vitæ habent semper respectum ad culpam præteritam; sed non semper ad culpam personæ: sed ad culpam naturæ. Si enim in humana natura nulla culpa præcessisset, nulla poena fuisset: sed quia culpa in natura præcessit, infertur diuinitus alicui personæ: poena sine culpa personæ ad meritum virtutis, & cautelam peccati sequentis. Et hæc duo necessaria sunt in satisfactione. Et sic flagella possunt esse satisfactoria. Sic enim D. Paulus ad Romanos insinuat, dum ait: Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, id est, à peccato purgationem, ut glossa ibi dicit.

**¶** Quæritur tertio, Vtrum conuenienter numerentur opera satisfactoria. Respondetur autem, quod satisfactio debet esse talis, per quam aliquid nobis subtrahimus ad honorem Dei. Nos autem nō habemus, nisi tria bona, scilicet, bona animæ, & bona corporis, & bona fortunæ, scilicet exteriora. Ex bonis siquidem fortunæ subtrahimus nobis aliquid per eleemosynam, quam damus, sed ex bonis corporis per ieiunium. Ex bonis autem animæ non oportet, ut aliquid subtrahamus nobis, quantum ad essentiam, vel quantum ad diminutionem ipsorum: quia per ea efficiamur Deo accepti: sed per hoc quod ea submittimus Deo totaliter: & hoc fit per orationem. Competit autem iste numerus ternarius: quia per illum exciduntur tres illæ radices peccatorum, quæ ponuntur primæ Ioanis. 4. Concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Nam contra concupiscentiam carnis ordinatur ieiunium. Contra concupiscentiam oculorum ordinatur eleemosyna: contra superbiam vitæ ordinatur oratio, ut D. Augustinus ait, super Matth. Competit etiam hic numerus ad præcludendum aditum peccatis, ad quod etiam, ut diffinit D. Augustinus, ordinatur satisfactio. Quia omne peccatum, vel in Deum committimus: & contra hoc ordinatur oratio. Vel in proximum: & contra hoc est eleemosyna. Vel in nos ipsos: & contra hoc ordinatur ieiunium. Præterea, cum duplex sit oratio, quædam contemplatiua, scilicet, eorum quorum conuersatio, in cælis est: & talis, quia totaliter est delecta-

lectabilis, à quibusdam non esse satisfactoria reputatur. Sed melius tandem dicitur, quod etiam hæc oratio est satisfactoria: quia quantum habeat suauitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis. Quia ut D. Gregorius super Ezechielē, ait, dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmamur proculdubio fortitudine carnis. Vnde & neruus femoris Iacob ex lucta Angeli emarcuisse legitur. Oratio autem alia, quæ pro peccatis gemitus fundit, haud dubium est, quin poenam habeat, & quod satisfactionis pars sit. Igitur, licet ista tria opera satisfactoria approprianda sint, secundum suam conuenientiam singulis peccatis, ut in eo, in quo quis peccauit, puniatur: tamen non potest vnum ex his perficere, iniungendum est aliud, præcipue eleemosyna, quia per eam alia satisfactionis opera quisque sibi mercatur, quodammodo in illis quibus eleemosynam tribuit. Vnde non oportet, quod si eleemosyna omnia mundat peccata, quod per hoc animæ alia satisfactiones superfluant. Sicut etiam, quia licet peccata sint diuersa, tamē quia ad illas tres radices, seu genera peccatorum reducuntur, ideo conuenienter omnibus illis ista tria genera satisfactionum apte correspondent. Nam afflictiones corporis, sicut disciplina, & cilicia, & vigilia ad ieiunium referuntur. Sicut etiam totum, quod in proximi utilitatem expenditur, eleemosynæ rationem habet. Similiter quæcūque latra exhibeatur Deo, orationis accipit rationem: & ideo vnum opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

## CAP. CI.

### Quæstio, De oratione.

**¶** De deuotione, quid sit & de eius causis: Et de oratione & cuius potentia sit actus: Et an sit conueniens orare: Et oratio an sit religionis actus: An solus Deus sit orandus: An etiam sancti: Et an orationes sanctorum pro nobis semper exaudiantur: Et aliquid determinate, vel temporale sit petendum: Et an pro omnibus sit orandum, etiam pro inimicis.



**Q**UONIAM hic à Doctoribus super sententias scribentibus dum agunt de satisfactione, de his tribus operibus, scilicet, oratione eleemosyna, & ieiunio, quæ in satisfactionem Deo exhiberi solent pertractari solet, & nobis eorum ordinem hic seruare, visum est. Quocirca primo de oratione sermonem habituri: quia actus virtutis religionis est post deuotionem ad religio-

nem spectas, quo differentia, quæ inter deuotionem, & orationem est innotescat, de deuotione prænotare operæ pretium esse duximus. Primo, quod deuotio est specialis actus religionis interior, & immediatus. Nam deuotio est prompta voluntas se prompte tradendi ad ea, quæ Dei famulatum, & obsequium eius concernunt. Et quia ad eandem virtutem pertinet hoc facere, & prompte facere immediatus actus est religionis. Est autem mediate charitatis actus, cum charitas sit religionis principium, & mentem Deo primo coniungens. Secundo de causa deuotionis, si quis inquirat dicitur quod secundum D. Ambrosium, Deus deuotionis causa esse dicitur: quia Deus, quem vult religiosum & deuotum facit. Causa verò eius extrinseca ex parte nostra est contemplatio misericordiarum beneficiorumque Dei, quæ est eius proxima causa: quia delectat iuxta illud: Memor fui Dei, & delectatus sum. Alia verò causa eius est meditatio proprii defectus, & imperfectio, quæ nos facit iniuncti Deo. Subtiles verò considerationes ad Deum non pertinentes deuotionem impediunt: quia distrahunt. At verò contemplatio de Diuinitate, & Trinitate principalior, & vehementior, rem deuotionis affectum ex se excitat. Sed ex parte defectus nostri contemplatio humanitatis passionisque Christi ad deuotionem nostram excitandam aptissima est. Præterea simplices, indocti, ac famina, quia præsumptione carent, ideo se totos subdunt Deo: & ideo interdum doctissimis viris deuotiores sunt. Verum tamen, si homo doctus se & suam scientiam ordinet in Deum, ex his deuotior profusus efficitur. Tertio de effectibus deuotionis, dicendum est, scilicet, quod deuotio principaliter, & perfecte est causa lætitiæ, iuxta illud psalmi. Memor fui Dei, & delectatus sum: sed per accidens est causa tristitiæ, ut Deus apprehenditur à nobis absens, iuxta illud: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Est etiā causa lacrymarum, maxime dum adiunctum est aliquid delectabile alicui tristabili: & sic apprehenditur, ut lacrymari solent homines, dum filios suos, vel charos suos recuperant, quos perditos æstimabant. Passio quoque Domini nostri Iesu Christi contemplantem contristat, quoad acerbiter poenarum: delectat autem quantum ad pietatem, quam per eam erga nos ostendit Deus. His præmissis iam dicere de oratione aggrediamur.

**¶** Quæritur ergo primo, cuius potentia actus sit oratio. Respondetur autem breuiter, quod quia secundum D. Augustinum, oratio est petitio quædam: & quia secundum Damascenū, est oratio petitio decentium: & quia secundum Cassiodorum, oratio est quasi oris ratio, hinc patet, quod

quod est actus rationis. Nam etiam secundum Damascenum, oratio est ascensus intellectus in Deum: quia per orationem à principio nos Deo tradimus: & per eam Deo intendimus eleuata mente. Est igitur actus rationis practicæ dispositio aliquid obtinere à Deo.

¶ Quæritur secundo, an sit conueniens orare. Respondetur autem, quod conueniens quidem est orare, non ut dispositionem diuinæ providentiæ mutemus: quia scriptum est: Ego sum Deus: & non mutor, sed quia Deus præuidit, & disposuit effectus provenire nobis ab ipso per causas secundas: & quia actus humani nostri, puta, orationes, sunt causæ, per quas disposuit Deus, ut obtineremus eius dona. Ideo orandum est ut impetremus: non ut Deum mutantem fleatamus. Vnde Chrysostomus ait, Considera quanta tibi concessa est felicitas: quanta gloria tributa orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia: optare quod velis, quod desideres postulare. Quia verò dicit Seneca, nulla res carius emitur, quam quæ precibus empta est: id intelligendum est, dum preces funduntur ad homines: nam Deus dat & non improperat. Atque ideo multa largitur Deus ex sua liberalitate antequam rogetur. Tamen propter nostram utilitatem vult, ut orando aliqua impetremus: quia per hoc fiducia ad Deum nobis augetur.

¶ Quæritur tertio, Vtrum oratio sit actus religionis. Respondetur autem, quod quia per orationem reverentiam Deo exhibemus, profitemur nos eius indigere clementia, & nos ipsi subijcimus, pater, quod sit actus religionis dignior post deuotionem, caditque sub præcepto religionis quod Marci vndecimo ponitur. dum dicitur: Petite & accipietis.

¶ Quæritur quarto, An solus Deus sit orandus. Respondetur autem, quod solus Deus est orandus, quatenus dator est, & impletor est munerum: quia de ipso scriptum est: Gratiâ & gloriam dabit Dominus, ad quæ omnis oratio ordinatur. At verò etiam Angeli, & sancti sunt orandi, ut impetratores apud Deum eorum, quæ à Deo petimus. Nam secundum D. Gregorium, orationes nostras ad ipsos sic directas in Verbo vident: quia hoc ad eorum dignitatem præsertim spectat, ut petitiones ad se sic factas, vel ore, vel mente in Verbo agnoscat. Manifestatur in Verbo illud, quod decet eos cognoscere de his, quæ circa nos aguntur. At illi, qui sunt in mundo, vel in purgatorio nondum fruuntur Deo, ut in visione Verbi possint cognoscere ea, quæ nos cogitamus, vel dicimus: & ideo eorum suffragia non imploramus orando, sed à viuis petimus colloquendo. Item Sancti, qui sunt in patria non sunt ibi in statu satisfaciendi: atque ideo eorum ora-

ationes non profunt animabus existentibus in purgatorio per modum satisfactionis: bene tamen suffragia ecclesiæ, quia sunt quasi quædam satisfactiones viventium, animabus purgatorij profunt per modum satisfactionis. Ita D. Thomas in additionibus quæst. 71. art. 3. in solut. ad. 6. Animæ autem purgatorij, quia ex suis naturalibus non cognoscunt, quæ in particulari circa nos aguntur, neque ea Deus illis reuelat: ideo secundum Magistr. Victoriâ pro nostris necessitatibus non orant in particulari. Cõcordat Sotus in. 4. sent. Qui ait, Forte tormenta, quæ patiuntur non sinunt illas, pro nobis orare. Concordat D. Thomas. 2. 2. quæst. 83. a. 1. in solut. ad. 3. Vbi ait, quod animæ purgatorij non sunt in statu orandi, sed ut magis oretur pro eis, licet credi potest, quod ex charitate, quam erga nos habent, orent pro nobis in communi, scilicet, Nisi forte per aliquam animam defuncti de proximo, vel denovo migrantem ad purgatorij, anima illic existens certioreretur de aliqua necessitate, quam sibi attinentes familiares, amici, aut filij patiuntur. Nam tunc iam pro illa: ut poterit sibi nunciata & nota poterit in particulari orare.

¶ Sed si quærat aliquis, sancti orantes Deum pro nostris necessitatibus, an orent Deum pro rebus certis, an pro dubijs: Respondet Victoria super. 2. 2. D. Thom. quod pro vtroque euentu certo & dubio Deum aliquando orant. Nam sciunt sancti in cælo, quod futurum anno erit famæ, aut pestis, orat Deum, ut talem plagam auertat: & tamen non est certum, quid tunc faciet Deus. Cæterum, quia, ut prædictum est, sanctorum orationes in cælo animabus existentibus in purgatorio non profunt per modum satisfactionis si licet desiderat aliquis, quomodo illis prodesse possint: nam si nullo modo illis prodesse possent frustraneus esset in ecclesia ille modus precandi, in litanij, quæ fiunt pro defunctis in aliis quibus ecclesijs, dum dicitur. Sancte Petre, ora pro eo, & Sancte Paule ora pro eo, & cætera, Respondetur, quod orationes sanctorum in cælo, licet non profunt animabus existentibus in purgatorio per modum satisfactionis, immediate: tamen valere eis possunt per modum impetrationis, quo tales orationes possunt impetrare à Deo, ut satisfactiones ipsæ sanctorum, quibus ipsi non indigerunt in hac vita, sed sibi superfuere illis animabus purgatorij applicentur. Hoc autem mihi sub aliorum & præsertim ecclesiæ censura circa id dubij occurrit dicendum. Ita etiam D. Thom. in addit. quæst. 72. art. 3. in solut. ad. 4. insinuat.

¶ Quæritur quinto, Vtrum orationes sanctorum pro nobis ad Deum factæ semper exaudiantur.

tur. Respondetur autem, quod interpellare debemus Sanctos ad orandum pro nobis, quia secundum D. Dionysium vltima per media ad Deum reducuntur. Cum autem sancti Deo propinquissimi sint, ordo diuinæ legis hoc expostulat, ut nos, qui à Deo distamus, eos oremus, ut per intercessionem eorum in Deum reducatur eorum autem orationes, quarum quædam sunt expressæ & quædam interpretatiuæ (nam eorum merita orationes quædam & suffragia sunt pro nobis sicut etiam sanguis Christi dicitur pro nobis veniam petere) vtroque modo quantum est ex parte sua sunt efficaces, scilicet, ad impetrandum, quia nihil desiderant præter id, quod à Deo est volitum. Sed ex parte nostra potest esse defectus, quominus consequantur fructum. Vnde ex se semper exaudiuntur, nisi loquamur de voluntate antecedenti, qua volunt omnes homines saluos fieri, sicut sic etiam vult Deus, quæ non semper adimpletur. Vnde non est mirum, si quod sancti volunt per hunc modum voluntatis, interdum non impletur.

¶ Quæritur sexto, An in oratione sit aliquid determinate petendum. Respondetur autem, quod Socrates, ut de eo narrat Valerius Maximus, nihil certum à dijs immortalibus petendum esse dixit: quoniam ipsi melius scirent quid unicuique esset vile, quam nos: quia nos sæpe petimus, quæ impetrare non expedit. Nihilominus distinguendum est. Quia sunt aliqua bona, quibus homo male uti non potest, neque exitum malum possunt sortiri. Hæc autem sunt, quibus beatificamur, & quibus beatitudinem mereamur, ut gratia & charitas, fides, spes. Et hæc determinate petenda sunt à Deo, sicut etiam virtutes infusæ & Spiritus sancti dona & similia, quæ nos perducunt ad salutem æternam, iuxta illud David: Deduc me in semitam mandatorum tuorum. Alia verò sunt bona, quibus homo potest male uti, & possunt sibi cedere in malum exitum. Cuiusmodi sunt honores, diuitiæ, regna, splendida coniugia, quæ sepe exitio fuere ea obtinentibus. Et hæc non sunt determinate petenda à Deo, neque absolute: sed cum conditione, scilicet, si salutem nostræ animæ futura sunt proficua.

¶ Quæritur septimo, An temporalia in oratione sint à Deo nobis petenda. Respondetur autem, quod temporalia bona eatenus nobis à Deo sunt petenda, quatenus sunt media spiritualibus bonis deseruientia, non quatenus in eis finem vltimum constituamus. Denique secundum D. Augustinum ad Probam. petenda sunt, prout necessitati sufficiunt, ad salutem corporis & ad decentiam, & convenientiam seruandam cum eis, cum quibus viuendum est, sed non

Instruct. cons. Pars. 2.

sunt petenda, ut superfluitati, & voluptati deseruiunt.

¶ Quæritur octauo, An pro alijs hominibus sit orandum. Respondetur autem, quod sine dubio, & pro alijs proximis, scilicet, est orandum: quia illorum desiderare salutem fraternitatis charitas exigit. Ideo secundum D. Cyprianum in. Pater noster, id est in oratione dominica non dicimus. Pater meus, sed pater noster, neque, da mihi, sed, da nobis. Et quia secundum, D. Augustinum nescimus, qui sunt reprobi, qui vero sint prædestinati, ideo pro omnibus est nobis orandum.

At vero eodem D. Augustino autore, ad hoc, quod oratio exaudiatur vna conditio est, ut pro se ipso quis oret. Nam oratio facta pro alio, licet pia & perseverans, & ordinata sit & de pertinentibus ad salutem, sit ut non exaudiatur, neque impetret propter impedimentum duritiæ illius, pro quo oratur, ut patet Hieremias. 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Nihilominus tunc oratio ipsa meritoria erit & proficua ipsi oranti, iuxta illud: Oratio mea in sinu meo conuertetur. Circa quam doctrinam dubitari à quibusdam potest, vtrum pro omni peccatore possit orari. Nam D. Augustinus ait, quod quia non possumus fecerere præscitos à prædestinatis, pro omnibus est orandum. D. Ioannes autem. 1. canonica cap. 5. ait, quod si est peccatum ad mortem, non pro eo dico, ut roget quis. Igitur pro expeditione quæstionis, quod sit peccatum ad mortem, pro quo orandum non est, inquirendum hic est, prima autem expositio hic occurrit ex. lib. 1. de sermone Domini in monte, ubi Diuus Augustinus per peccatum ad mortem, intelligit peccatum impugnantium fraternitatem, id est, pacem & veritatem. De hoc tamen postea libr. 1. retractationum c. 6. se retractat, dicens, quod debuit addere, si sic peccans in peccato vitam finierit. Secundum autem canonem, si sacerdos de pecc. d. 1. & secundum multos theologos, & secundum D. Thom. q. 3. de malo. ar. 15. per peccatum ad mortem, pro quo non dicit Ioannes, ut oret quis, intelligitur peccatum finalis impoenitentiam. Sed quia de hoc peccato raro constat, existimat Sot. in. 4. sent. de illo non locutum fuisse Ioannem. Ideo additur alia expositio eiusdem D. August. lib. de vera & falsi poenit. c. 4. ubi ait, quod per peccatum non ad mortem intelligitur peccatum veniale, & per peccatum ad mortem intelligitur peccatum mortale. Et loquitur de oratione Dominica, per quam remittitur peccatum veniale, sed non remittitur per eam mortale. Ideo (ut ait D. Augustinus) D. Ioannes innuit quod oratione Dominica non debet quis orare pro peccato mortali alterius, quasi per eam dimittatur. Sed & hanc ex-

positio

positionem D. Augustini tanquam insufficientem rejicit Sotus, sicut & primam, licet reuerenter ut solitus est reuereri sanctos. Verum tamen non ob sufficientem causam utramque expositionem repellit. Quia ut prima sit vera expositione, satis est, quod in aliquibus casibus moraliter constet aliquos in finali impoenitentia vitam finisse, ut pro eis non dicat D. Ioannes, ut oratur. Et quia ut secunda expositio vera sit satis est, quod per orationem Dominicam possit quis alteri impetrare bonum motum, quo deleantur eius venialia. Sed non est tam facile per orationem Dominicam impetrare alteri bonum motum à Deo, quo deleatur eius peccatum mortale, præsertim in casu, quo alter peccat ex malitia, & est obstinatus in malo. Nam hic dicitur peccare peccatum ad mortem, ut docet D. Thomas in secundo sententiarum dist. 4. ubi sic exponit dictum D. Ioannis. Præterea & illa expositio D. Ambrosij lib. 1. de poenitentia cap. 8. & 9. non est contemnenda, scilicet ut per peccatum ad mortem intelligatur non quodcumque, sed grauissimum peccatum, cuius eumque generis, pro quo non sufficit, ut quilibet oret, sed sanctissima persona, ut Moyses pro peccato vituli, ut significatur. 1. Regum. 2. Vbi dicitur. Si peccauerit in virum placari ei potest Deus; si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo. Deinde alia expositio est, quam tradit Sotus, & Victoria, & D. Thomas supra citatus videtur confirmare, scilicet, quod D. Ioannes peccatum ad mortem vocat, quando homo est adeo peccatis obstinatus, & obduratus, ut in inimicitijs, in concubinato, in usura, & hæresi, ut quantum prudentia de illo docet humana, nulla spes de emenda eius habeatur. Atque tunc pro isto non prohibet D. Ioannes orare non enim ait ut quis non oret pro eo: sed non dico (inquit) ut oret quis pro eo. Quasi dicat, consiliū est orare pro isto, sed non præceptū. Quia orare pro talibus est orare pro re difficillima: quia non potest quis alteri mereri primam gratiam, merito de congruo, nisi merendo illi bonum motum, per quem conuertatur. Nihilominus possunt conuerti hi ut precibus D. Stephani conuersus est Paulus & D. Augustinus precibus suæ matris. Quare sæpe est consiliū orare pro talibus. Tametsi pro Turcæ rarissimi sint, qui orent, quare ecclesia pro infidelibus non nisi in die parasceues orat. At licet Victoria dixerit, se absque dubio credere peccatum veniale esse orare pro Turca, quia est Deus possit illum conuertere, tamen moraliter non conuertetur: quia est obstinatus, sed nihilominus moderatè in hac parte loquuti sumus cū Soto, & cū sancto Thoma. 2. 2. quæst. 83. art. 7. in solut. ad 3. & cum D. Augustino dicentibus, quod orationes exaudiuntur pro pec-

atoribus prædestinatis: & quia nescimus qui sint prædestinati, aut reprobati, non videtur esse peccatum veniale contra Victoriā oratione priuata orare pro conuersione Turcæ.

¶ Ultima denique expositio est, quod peccatum ad mortem sit peccatum subiectum anathemati, & excommunicationi, pro cuius peccati autore, ut pote qui excommunicatus est non potest publice in missa nomine ecclesiæ orari.

¶ Adde, quod illæ autoritates, prima prophetæ Amos. cap. 1. & 2. ubi dicit Dominus; super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum, & illud Prouerbi. 1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, intelliguntur, non quo ad culpas remittendas, quia culpas septuagies septies remittendas dixit Dominus, ubi posuit numerum finitū pro infinito: sed loquitur quo ad poenas & supplicia temporalia infligenda: nam quoad ista remittenda, non est necesse semper Deum exaudiri. Licet ad literam ista comminatio videatur posita aduersus seropœnites. Nam prædixerat: Quia despexitis omnes consilium, quia istis solet Deus denegare efficacius auxilium quia resistunt, licet sufficiens auxilium speciale ordinariū, nusquam neget.

¶ Quæritur nono, An etiam pro inimicis sit orandum. Respondetur autem, quod eo modo est pro eis orandum, quo sunt diligendi, scilicet, in communi non excludendo eos à nostris communibus precibus. Sed in speciali pro eis rogare, ubi specialis necessitas, aut indigentia ipsorum non occurrit aut alia similis causa, opus est tantum perfectionis, & non est de necessitate præcepti. Sicut diligere inimicam, solum est de necessitate in communi, & in speciali in extrema necessitate, vel vrgenti. Accedit ad hoc, quod sicut licitum est impugnare inimicos, ut compescantur à peccatis, quod cedit in bonum eorum, & aliorum, sic etiam licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum, ut corrigantur: & sic oratio & operatio non sunt contraria. Ad hæc imprecationes, quæ in sacra scriptura referuntur, quadrupliciter possunt intelligi. Vno modo secundum quod prophetae solent in figura precantis futura prædicere, ut D. Augustinus dicit in libr. de sermone Domini in monte. Secundo pro ut quædam temporalia mala peccatoribus, quandoque à Deo in correctionem mittuntur. Tertio, quia intelliguntur petere non contra ipsos homines, sed contra regnum peccati, ut, scilicet, correctione hominum destruat. Quarto conformando voluntatem suam diuinæ iustitiæ circa damnationem perseuerantium in peccato. Item illud Apocalyp. 6. ubi refertur marty-

res pe-

res petere vindictam à Deo intelligitur secundum D. Augustinum id petere eos, ut destruat regnum peccati, quo regnante tanta perpeffsi sunt. Vel secundum eundem quæst. veter. & noui testam. postulant se vindicari non voce, sed ratione: sicut sanguis Abel clamauit de terra. Latantur autem de vindicta non propter eam sed propter diuinam iustitiam.

## CAP. C II.

### De oratione Dominica.

¶ De qualitate orationis, an debeat esse vocalis.



VÆRITVR decimo, Vtrum cōuenienter septem petitiones orationis Dominicæ assignentur. Respondetur autem, quod oratio Dominica perfectissima est: quia quid quid desiderare & petere à Deo debemus, & eo ordine quo id petere debemus continet, quia finem petimus id est, gloriam Deo ipsi per hoc, quod dicimus: Sanctificetur nomen tuum, secundo petimus ad gloriam regni eius peruenire per hoc, quod dicimus: Adueniat regnum tuum. Et quia regnum Dei directæ, & principaliter obtinetur merito obedientiæ, quo obedimus Deo faciendo eius voluntatem, ideo petimus istud medium dicendo. Fiat voluntas tua. Et quia instrumentaliter coadiuuat nos ad merendum regnum Dei panis sacramentalis, & hunc petimus dicendo: Panem nostrum quotidianum. Quod & intelligere etiam possumus de pane corporali, ut per panem intelligatur omnis sufficientia victus, sicut ait D. Augustinus ad Probam. Sed quia per accidens in regnum Dei ordinamur per remotionem prohibentis, & tria sunt, quæ nos à regno Dei prohibent primo peccatum, quod directe ab eo excludit, ideo petimus, dicendo: Et dimitte nobis debita nostra, id est, peccata nostra. Secundo tentatio, quæ nos impedit ab obseruantia diuinæ voluntatis & ideo petimus: Et ne nos inducas in tentationem, per quod non petimus, ut non tentemur, sed ut à tentatione non vincamur, quod est in tentationem non induci. Tertio poenalitas præsens, quæ impedit sufficientiam vitæ, & quantum ad hoc petimus dicendo: Sed libera nos à malo, id est, ab ista poenaltate præsentis. Cum autem dicimus. Pater noster, non id dicimus, ut voluntatem Dei flectentes mutemus, sed ut in nobis fiduciam impetrandi excitemus. Additur: qui es in cælis, ut eius potentiam ad nos iuuandum ad memoriam reuocemus.

Instruct. consic. Pars. 2.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, cum Victoria, quod licet aliqui existimauerint D. Gregorium instituisse orationem Dominicam dici in missa, tamen tenendum est ex institutione Apostolorum id euenisse; quia iam tempore D. Gregorij oratio Dominica dicebatur in missa, ut huius meminerunt D. Ambrosius & D. Augustinus. Secundo aduertendū est, quod quauis ad excitandum affectum varijs orationibus uti possimus: nunquam tamen petendum est aliquid à nobis, quod in hac oratione Dominica non sit contentum. Quocirca hæc oratio dominica est sæpe frequentanda.

¶ Tertio perpendendum est, quod sibi ipsi bene licet alicui, ut se excitet ad deuotionem, componere orationes, si sit peritus: sicut D. Augustinus aliquas orationes edidit. Tamen publicas orationes edere, quibus etiam alij vtantur, non cui vis concedendum est: quia orationes ab alijs interdum compositæ, præter quæ quod aliquando ineptæ sunt, impedimento sunt, ne orationes ecclesiæ, quæ potissimæ sunt recitentur. Quarto denique considerandum est, quod melius est homines peritos, dum fundunt preces ad sanctos, uti propria oratione, & antiphona institutis ab ecclesia ad inuocationem sancti, quam dicere pater noster, offerendo hæc orationem ad sanctos, quæ proprie ad Deum, quocumque hic loquitur, dirigitur. Tamē simplices & populares, qui alias orationes proprias sanctorum non norunt, nisi communem, scilicet, Pater noster, dicere possunt ad sanctos orationem hanc, quam sciunt: dum tamen non intendunt, quod sancti illis largiantur, quod in oratione dominica petunt, sed solum, quod sint intercessores apud Deum ad illud impetrandum à Deo, à quo est omne datū optimum, & omne donum perfectum. Ita hoc aduertit Victoria.

¶ Quæritur vndecimo, vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ. Respondetur autē, quod sicut supra dictum est oratio est actus rationis, per quem aliquis superiorem deprecatur. Ideo orare non competit propriè, nisi ratione, aut intellectus vsu potentibus, & simul superiorem habentibus, quem deprecari possint: Diuinis autem personis nihil est superius. Bruta autem animalia non habent rationem: unde neque diuinis personis, neque brutis animalibus conuenit orare: sed proprium est rationalis creaturæ. Dicitur autem filius Dei orare, secundum naturam assumptam, scilicet humanam, non secundum diuinam. Spiritus autem sanctus dicitur pro nobis postulare gemitibus inenarrabilibus, quia postulates nos facit. Dicitur autem orare competere rationali creaturæ, ut sub rationali creatura comprehendatur Angeli, licet distinguatur à rationa-

libus,



libus, quatenus intellectuales sunt: sed quandoque sub rationabilibus comprehenduntur. Pul- li autem coruorum in psalmo dicuntur inuocare Deum propter naturale desiderium, quo omnia suo modo desiderant consequi bonitatem diuinam: sicut animalia dicuntur Deo obedire, propter naturalem instinctum, quo à Deo mouentur.

¶ Quæritur duodecimo. Vtrum oratio de beat esse vocalis. Respondetur autem, quod oratio publica vocalis esse debet, vt innoscere possit alijs. Sed oratio priuata non oportet vt sit vocalis semper: sed aliquando est conueniens, vt vocaliter fiat propter tria. Primo, vt per voces deuotas excitetur deuotio mentis. Secundo, vt corpore & anima Deo exhibeamus obsequium, iuxta illud Osee ultimo, omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Tertio propter redundantiam ab anima in corpus ex vehementi affectione, secundum illud: Latatum est cor meum & exultauit lingua mea. Quando verò mens distrahitur per voces, ab oratione vocali cessandum est: vt quando aliquorum mens sine signis his exterioribus ad deuotionem parata est. Vnde psalmista dicebat: Tibi dixit cor meum, exquirit te facies mea. Sicut etiam de Anna legitur. 1. Regum. 1. quod loquebatur in corde suo. Qui autem orat in conuentu secundum Ioannem Chrysostomum, non eo proposito orare debet, vt à conuentu videatur. Vnde nihil nouum facere debet, quod aspiciat homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus expandendo. Neque tamen vt D. Augustinus dicit, de sermone Domini in monte, videri ab hominibus nefas est: sed hoc ideo agere, vt ab hominibus videaris.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod qui in choro existens suum verbum submissa voce dicit, & alterum audit, in dubio est & in controuersia, vtrum satisfacit officio diuino. Nam Caietanus tenet negatiuam, scilicet, huiusmodi obligationi recitandi non satisfacere, ac proinde affirmat peccare mortaliter, si non replicet in hoc casu verbum auditum ab alio choro. Tabiena tamen ibi, verbo, horæ. 5. ultimo, tenet, quod talis satisfacit. Nihilominus dicendum videtur, quod opinio Caiet. verior videtur: quia meliori ratione fundari videtur, scilicet, quia talis sic dicens, non communicat cum alijs in choro, atque consequenter totum officium non dicit, vt præcipitur in cap. presbyter, de celebr. missarum. Sed Tabiena, eiusque sequaces fundant se super consuetudine, quæ si extat, non constat: imo videtur oppositum esse in vsu, scilicet, quod fere omnes alta voce dicunt, qui possunt. Quocirca opinio Tabienæ nullo soli-

do fulcitur fundamento. Secundo aduertendum est cum Victoria super. 2. 2. D. Thomæ, quod non satisfacit horis, qui solum mentaliter eas dicit, quia tenetur eas dicere vocaliter: quia publico nomine ecclesiæ, vt eius minister officium persoluit. Vnde talis persolutio horarum vt ait D. Thomas debet esse vocalis, quæ suapte natura possit de se innoscere alijs. At solum mentaliter dicere non est vocaliter recitare, sed meditari duntaxat. Addit verò Victoria satis esse horas submissè dicere, etiam si non percipiat vocem suam. Quod tamen ego limitandum esse arbitror, hoc assertum Victoriae verum esse, dum tamen licet vocem suam non audiat, percipiat tamen se recte & articulate formare voces dum recitat, & recte pronunciare & nihil notabiliter saltare, aut omittere.

¶ Tertio aduertendum est cum Nauarro in summa cap. 25. nu. 98. & 99. quod est graue peccatum, & quod frequentissime præsertim inter clericos admittitur in recitandis, & cantandis horis, scilicet, syllabas & dictiones deglutire, & suos versus incipere, antequam hi, quibuscum recitant suos versus absoluant. Vnde toties hoc facere possunt, & cum tam notabili confusione, vt arbitrio boni viri mortale peccatum eos in hoc committere sit censendum. Secus esset si parua esset omisio, aut confusio. Hinc corollarie Nauarrus infert, non satisfacere præcepto recitandi horas qui recitant cum notabiliter balbutientibus & deglutientibus syllabas, & dictiones, vel notabiliter versus anticipantibus: & nisi id faciant cum animo repetendi eas horas delinquent, inquit, mortaliter. Nota tamen, quod fratres ordinis prædicatorum, si propter negligentiam, imperitiam, malam pronuntiationem naturalem, non integre dicant diuinum officium satisfaciunt, etiam cum quantalibet mentis distractione dicant, dempta tamen malitia, quæ non debet suffragari, & audiendo à socio diuinum officium, ita truncum satisfaciunt. Ita in compendio priuilegiorum concessum est, concessione. 8. Imo si mentaliter dicant cum soli recitant prædicti religiosi, satisfaciunt, cum prolatio exterior sit, vt ab alijs intelligatur, vbi supra, verbo, officium diuinum concessione. 9. in dicto compendio. Quarto est notandum, quod canonici assistentes choro, si ibi non recitent, vel priuatim, tenentur restituere fructus, iuxta normam positam à Pio quinto in proprio motu à se de hoc edito. Neque de hoc dubitatur. Sed quod magis controuertit id est, canonici assistentes choro cum irreuerentia, & sine attentione, sed inter diuina officia inter se confabulantes, & garrientes, & diuino officio obstrepentes, an fructus faciant suos, qui interessentibus choro & diuinis of-

nis officijs in ecclesia suppeditantur. Et Merina in sua instructione confessorum eos videtur excusare ab harum contributionum restitutione. Sed quia Merinæ rationes, quas pro hac sua opinione adducit, parum vrgent: & quia in primo nostro tomo instructorij conscientiæ eas sufficienter dissolui: & quia mihi nunquam persuadere potui, quod propter actum contrarium finis, quo iubentur ista assistere choro mereantur præmia contributionum accipere: ideo dixerim sanius, quod tanta peruersio & abusus potest in hoc casu interuenire, vt iuxta notabilem defectum in hoc magis, vel minus iuxta maiorem, vel minorem abulum teneantur de his contributionibus acceptis aliquid restituere.

## CAP. CIII.

¶ De necessitate orationis, & eius attentione.



VÆRITVR decimo tertio. Vtrum de necessitate orationis, sit quod sit attendita. Respondetur autem, quod plarium est, quoad melius esse attentionem esse necessariam in oratione vocali. Sed prima intentio, qua quis ad orandum accedit est necessaria taliter, quod sine illa orans non potest consequi istum duplicem effectum orationis, scilicet, meritum, & impetrationem. Quia secundum D. Gregorium illam orationem Deus non exaudit, cui ille, qui orat, non intendit. Ad tertium autem orationis effectum consequendum, qui est quædam spiritualis refectio mentis, de necessitate requiritur in oratione attentio. Vnde dicitur. 1. ad Corinth. 14. Si ore lingua, mens mea sine fructu est. Ceterum cum in oratione vocali triplex possit inueniri attentio: Vna quidem, qua attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret: Secunda qua attenditur ad sensus verborum: Tertia, qua attenditur ad finem orationis, scilicet, ad Deum, & ad rem pro qua oratur. Hæc quidem est maxime necessaria, & hanc possunt habere idiotæ. Quæ secundum Hugonem de sancto Victore in tantum potest abundare, vt mens raptam in Deum omnium aliorum obliuiscatur. In spiritu autem & in veritate dicitur orare qui ex instinctu spiritus ad orandum procedit: etsi ex aliqua infirmitate mens postea euagetur. Vnde sequitur, quod euagatio mentis, quæ fit præter propositum fructum orationis non tollit. Atque propterea D. Basilus dicit: Si vero debilitatus à peccato fixe nequis orare, quantumcunque potes, te ipsum cohibeas, Deus ignoscit; eò quod non ex negligentia, sed ex

fragilitate non potes, vt oportet assistere coram Deo. ¶ Circa hanc doctrinam iam primo in disputationem vertitur. Vtrum ad satisfaciendum præcepto horas recitandi sit necessaria attentio. Nam D. Antoninus tenet, quod si quis inattentus etiam dedita opera proferat verba, dum recitat horas, quidquid sit de peccato, non tenetur eas iterare. Cui accedit Hostiensis. Quorum potissimum argumentum est quia istud præceptum non obligat ad finem, vel modum, sed solum ad substantiam actus, sicut & alia præcepta. At attentio, secundum illos, modus est, vel finis. Quæ opinionem videntur probare rationes sequentes. Primo: quia attendita fragilitate humana, videtur impossibile prolixo officio perseverantem præstare attentionem. Tum secundo quia præceptum persoluedi horas est humanum, quod non potest obligare ad actum interiore, id est, ad attentionem. Tunc tertio: quia qui audit missam in die festo in peccato mortali implet præceptum: ergo etiam satisfacit præcepto persoluedi horas, qui sine attentione de proposito sic eas recitat: quia peius est peccatum mortale, quam inattentio. Tum quarto: quia qui habuit à principio intentionem baptizandi: etiam si dum baptizat sponte diuagetur, valide baptizat: Ergo etiam qui à principio habuit intentionem persoluedi horas: etiam si ex consulto distrahat, dum eas recitat valide recitauit: ita vt in multis transferat ab obligatione eas iterum recitandi. Sed in contrarium est caput, dolentes, de celebr. missar. Vbi Innocentius præcipit, vt diuinum officium studiose pariter, & devote celebrent. Studiose, inquit glossa, quoad officium oris, id est sine syncope: deuote quatum ad officium cordis, vt, scilicet, præstetur attentio.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod substantia actus, ad quem obligat præceptum persoluedi horas, est, quod sit actus humanus: qui quidem actus non potest esse sine aliqua attentione & aduertentia. Nã alias sequeretur, quod si quis dormiens diceret horas canonicas, recitandi impleteret præceptum: non tamen requiritur ad adimplentionem huius præcepti aliquis attentionis gradus determinatus. Sicut neque ad adimplendum præceptum charitatis requiritur aliqua determinata intensio gradualis charitatis. Secundo dicitur, quod qui dum persoluit diuinum officium, ad quod recitandum tenetur de præcepto, de proposito non vult attendere ad id, quod recitat, præstando aliquam trium attentionem, cuius meminit supra D. Thomas, & peccat mortaliter, & iterum recitare tenetur horas, quas sic inattente recitauit de proposito: quoniam

præceptum non adimpleuit. Tunc autem censendum est aliquem diuagari, & non attendere ex proposito. Primo quando concipit hoc iudicium & volitionem in mente, scilicet, volo attendere huic negotio vel operi, & nolo præstare attentionem horarum recitationi. Secundo, quando dat operam occupationi alicui exteriori, nõ compatiens secum attentionem requisitam ad orationem, vt si serio scriberet orando, vel oraret ludendo. Secus autem esset, si aliquid tunc ageret, quod attentionem requisitam ad orationem non interciperet, vt si surgendo electo, vel se vestiendo mantis ve lauando horas recitaret. Nam tunc præceptum impleret sic attendendo, licet aliquo modo irreuerter recitaret. Patet hoc, quia in illo capite, dolentes contra recitantes horas qui intendendo operibus incompatabilibus, scilicet, intendendo exterius colloquutionibus laicorum, & sermonibus indebitis, præstando auditum aures intentas non porrigant ad diuina. Ponitur ibi districtum præceptum, in virtute obedientiæ, vt officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiose celebrent pariter, & devote. Secunda pars autem probatur, quia valide tunc non impletur præceptum: quia attentio est necessaria in oratione de iure diuino, & ecclesia potuit etiam ad illam obligare, vt principium est actus exterioris, id est, orationis vocalis, & ad illam suo præcepto expresse astringit: ergo horæ sine vlla attentione perfolutæ sunt iterandæ. Si tamen, vt ait Nauarrus in sum. cap. 2. §. nu. 107. occurreret necessitas vel urbanitas respondendi alicui, vel subscribendi suum nomē in charta breuiter, vel aliud simile, excusaret eum, qui cum alijs recitaret, si proponeret suppleri eorum, quæ loci dum ipse subscribit recitant: excusareturque à reiteratione horarum.

¶ Sed iam hic dubium se offert non contemnendum, scilicet, an requiratur intentio recitandi integras horas: an vero possit habere quis à principio intentionem diuidiam matutinarum, vel primæ, vel tertiæ, & cætera perfoluenditantum: quia se offert extraneum negotium, & post negotium illud absolutum possit perfoluere reliquam medietatem horæ. Videtur autem id licitum esse, quia iste tandem in nihilo defraudat diuinum officium, quia illud integraliter perfoluit, licet per partes notabili spatio tempore interruptas, quod videtur impletionem præcepti de perfoluendis horis non impedire: sicut secundum Sotum & alios Thomistas non impedit impletionem præcepti de missa audienda, si quis audiat medietatem vnius missæ in vna ecclesia, & reliquam medietatem in alia. Hoc nihilominus non obstante dicimus quod non licet sic interrompere horas intermedio notabili

**A** interstitio temporis, vacando alijs extraneis occupationibus. Tum, quia consuetudo, quæ interpres est præcepti huic interruptioni horarum reclamationat. Tum, quia significatio laudandi sapientis in die Deum, iuxta illud psalmi, septies in die laudem dixi tibi Domine, non seruaretur, si horæ sic diuiderentur: neque dicerentur septem horæ canonicæ pro vt institutæ sunt ab ecclesia: sed plures. Tum, quia (vt inquit D. Thomas in 3. parte. quæst. 78. art. 6. in solut. ad. 3.) quod diuersa verba, quæ sunt in forma consecrationis panis constituunt veritatem vnius locutionis. Et ideo quod ad significationem totalem sacramenti non possunt separari, sic dixerim ego, quod quia omnia, quæ conueniunt dicenda, in vna hora canonica instituta ab ecclesia constituunt veritatem vnius horæ canonicæ, non possunt separari, vt in diuersis temporibus interpollatim dicantur. Tum (quia vt ibi ait D. Thomas in sol. ad. 2.) sicut tres immersiones in baptismo, quia ordinantur ad vnum simplicem effectum, non possunt notabiliter interrumpi, vt fiant in diuerso tempore, ita & hic dicendum censeo de partibus cuiuscumque horæ canonicæ, quia ordinantur ad constituendam vnam distinctam laudem Dei. Neque est eadem ratio de exemplo in contra obiecto de audientibus duas medietates missæ: quia ecclesia solum sacerdoti ministro suo præceptum indixit de missa continuanda, & perficienda, & non interrumpenda: at laicis solum præcipit cultum exhibere Deo in festo missam audiendo, quod optime implent nihil agendo contra substantiam præcepti ecclesiæ, dum medietatem vnius missæ audiunt, & medietatem alterius. At minister ecclesiæ dum horas sic notabiliter interrumpit, non seruat in substantia præceptum ecclesiæ de septem horis canonicis integris dicendis.

¶ Quæritur deinde, quæ attentio sit necessaria ad adimplerem præcepti de diuino officio perfoluendo. Respondetur primo, quod requiritur vt recitaturus à principio habeat propositum actuale, aut virtuale ad horas attendendi, & quod postea aliqua attentione actuali, vel virtuali sufficienti attendat ad horas, qualis est vna attentio ex tribus prius assignatis supra à D. Thoma, quarum secunda est melior, quam prima & tertia est melior, quam secunda. Ita Nauarrus in sum. c. 27. n. 105. & 106. Vnde infert corollarium, quod qui petit, vel accipit breuiarium animo huic obligationi satisfaciendi, vel ad eundem ob id ad ecclesiam vel alia similia, ita vt interrogetur, quare petis, aut facis hæc, vere responderet ad recitandi obligationi satisfaciendum, hic censetur habere intentionem, seu propositum virtuale à principio implendi hoc præceptum, ad quod adimplendum licet secundum D. Thomam in. 4. dist. 15. non suffi-

sufficiat sola attentio habitualis, sed neque requiritur actualis, quia est valde difficilis, sed virtualis attentio saltem est necessaria: & hæc præcipitur cap. dolentes. Secundo dicitur, quod si aliquis per negligentiam perdit attentionem, saltem est veniale. Sed addit Victoria quod nulla negligentia est mortalis in non attendendo ad officium diuinum, nisi fiat ex proposito. Quæ quidem sententia (si vera est) multos tollit scrupulos: nam raro inuenietur qui inter recitandum, velit diuagari ex proposito. At Nauarrus vbi supra scrupulosus loquitur: quia insinuat, quod licet, non de proposito faciat, si tamen aduertit se euagari cogitando res à sua preceatione alienas, & negligit animum reuocare ad aliquam partem prædictarum attentionum, peccat mortaliter. Quam dicit esse opinionem communem: quam etiam probat: quia huiusmodi habet propositum virtuale tacitum non attendendi, quod tollit propositum virtuale attendendi quod à principio habuerat quod saltem erat necessarium. Quæ quidem ratio non est contemnenda. Limitat tamen hanc suam sententiam, quando aduertit se per partem notabilem precum debitarum diuagari, & negligit reuocare animum ad attentionem aliquam. Nam secus est etiam secundum Victoriam si non notabiliter sed per modicum tempus diuagetur etiam ex proposito. At quia lector hic nostram quoque inter oppositas opiniones Nauarri & Victoriarum sententiam expectabit, dicendum esse existimo, quod opinio Nauarri id quod tutius est, consulit: nihilominus opinio Victoriarum probabilis est, tuteque potest teneri. Nam eiusdem sententiæ videtur esse D. Thomam in. 4. dist. 15. q. 4. art. 2. q. 46. vbi in sententia ait, quod diuagari ex proposito in diuino officio est mortale: si tamen præter intentionem ibi vagari contingat, non est mortale. Videtur etiam esse Caietani. Quæ probat Victoria: quia recitare horas contra Adrianum in quolibeto. 8. non est de iure diuino, sed de iure humano ecclesiastico: At ecclesia in illo capite dolentes principaliter voluit prohibere illam euagationem, & distractionem exteriorem impediendam attentionem debitam ad preces Deo fundendas. Verum tamen neque istam opinionem Caietani arbitror fore sine limitatione admittendam, quæ elicitur ex D. Thoma in. 4. scilicet, quod sit vera, quando non distrahitur recitans de proposito expresse, vel tacite, id est, quando neque se occupat exterius peregrinis operibus inter recitandum, vel quando inceptum cum animo vacandi Deo, & post aduertit se cogitare hoc, vel illud, quæ ab officio diuino sunt extranea & ipse non aduertit, quod ab officio distrahitur, quamuis voluntarie illa meditemur: vel quando etiam sentit men-

**A** tem ad cogitandum alia conuersam, et si nõ studet reuocare illam, saltem tamen non deliberat animo prosequi talem cogitationem contrariam intentioni primæ: quia hoc est facile. Quia in his casibus, licet interueniat negligentia, non videtur interuenire propositum actuale, vel virtuale tacitum, propter quod animus à principio vacandi officio diuino sit mutatus in contrarium, quia nunquam iste habuit animum recedendi à vacando Deo in illo officio, quod est facile. Et hæc sententia sic limitata videtur verior: quia est media inter extremam illam D. Antonini & Hostiensis, & alteram Nauarri; & per supra dicta facilis patet solutio ad argumenta in contra posita in gratiam D. Antonini. Nam ad. 1. respondetur, quod de substantia præcepti perfoluendi horas est actus humanus, qui non potest esse talis sine aliqua aduertentia & attentione: & ex iure diuino orans tenetur attendere. Adde, quod ecclesia potuit obligare ad istum modum attendendi diuino officio: Sicut Clement. 1. de hæreticis potuit inquisitoribus præcipere, ne ex odio vel amore procederent. Vnde isti modi nõ sunt pro vt hic assumuntur tantum modus, aut finis, sed materia principalis præcepti, & de eius substantia. Nam ecclesia in ordine ad exteriores actus potest præcipere interiorem, scilicet, attentionem, vt benefiant, quia attentio est orationis modus intrinsecus, non extrinsecus tantum.

¶ Ad alium argumentum negatur consequentia. Nam dum aliquis audit missam de præcepto mortali sine, scilicet, sine videndi ibi amicam, licet in hoc malo sine peccet, habet tamen actum humanum attentionis, quæ attendit ad missam, ideo implet præceptum de audienda missa. Sed dum deest attentio inter orandum non inuenitur actus humanus requisitus ad adimplerem præcepti, qualis est attentio conueniens orationi.

¶ Ad aliud argumentum, vbi obijcitur de baptismo, quod sine animo attendendi collatus valet, ergo & solutio horarum inattenta valebit, negatur primo consequentia: quia baptismus solum exigit ex parte ministri applicationem aquæ, & prolationem formæ cum intentione præcedenti, quæ habuit baptizandi: vnde sic collatus valebit, etiã si postea minister baptizando mente diuagetur. At verò oratio est attentio ad Deum, vt patet ex eius diffinitione, quæ est ascensus mentis in Deum, vnde sine vlla attentione facta nõ censetur oratio esse. Secundo dicitur, quod si minister dum baptizat operi non compatiens intentionem baptizandi mentem totam applicare si uideret, videretur irrisorie velle baptizare, & priorem intentionem baptizandi reuocasse, &

ex prædictis sequitur corollarie ex mente Caietani, quod non potest fundi oratio vocalis ad Deum sine proposito attendendi citra peccatū veniale, cum quis ad recitandum de præcepto non tenetur, quia esset aliqualis irrisio diuinorum. Quia etsi non teneatur talis orare: tamen supposito, quod vult orare, tenetur id cum debita conditione attentionis, & reuerēter agere. Secus esset si aliquis mechanicus operarius inter laborandum non per modum orationis, sed per modum cuiusdam sanctæ cātilenæ caneret psalmum, aut orationem Dominicam, sine attentione ad Deum: quia tunc non peccaret, vt si caneret. Pater noster, ad vitandas alias nociuas imaginationes.

¶ Porro, quoniam iam paulo ante expedisse me memini illam quæstionem, scilicet, vtrum possit quis simul vacare auditioni missæ de præcepto, & recitationi horarum de præcepto, hic prætereunda foret, nisi ordo & series materiæ (quoniam & ad hunc locum proprie pertinet) aliquid denuo nos dicere compelleret. Igitur Caiet. in opusculo de oratione, tenet partem affirmatiuam, cui subscribit Sotus & Nauarrus, & se omnes ei accedunt, contra Syluestr. verbo missa intine, & contra Armillam verbo, festum. §. 11. Syluestro adhaerentem. Circa quam ait primò Caietanus, quod hæc sua sententia licet non possit euidenter probari, tamen rationes, quibus oppugnatur facile soluuntur. Probat autē eam: quia eodem actu potest quis implere duo præcepta: vt si quis creditori extreme indigenti soluat debitum eodem actu solutionis implet, & præceptum charitatis & iustitiæ: ergo eadem quoque attentione assistendo missæ potest quis satisfacere & præcepto audiendi missam, & præcepto recitandi sibi horas recitet. Et confirmatur: quia vnica intentio sufficit ad impletionem præcepti vtriusque, quam potest applicare partim vni partim alteri. Omitto alias rationes, quas supra in gratiam Caietani adduxi. Fateor tamen eam esse fragilitatem humanam circa attentionem plurium rerum vt consolendum esset personis, qui facile diuagantur ex tentatione dæmonum, vt vtrumque præceptum adimplerent seorsum. Nihilominus tamen (vt ait Caietanus) obiectiones in contra facile diluuntur. Nam non obstat primo, quod obijci potest ex Aristotele, quod non stat simul intellectū plura intelligere. Quod & confirmat D. Thomas prima parte quæst. 85. art. 4. & quod axioma commune dicitur, quod pluribus intētus minor est ad singula sensus. Quia responderetur ad primum, quod D. Thomas id exponit sic, quod intellectus per modum plurium non potest plura simul perfecte intelligere, sed bene per mo-

adum vnus: sicut cōtingit in hoc casu, quod vtrique attenditur, tam missæ quam horis per modum vnus finis, ad quē attenditur, qui est Deus. Secundo intelligitur, quod intellectus nequit simul intelligere plura per modum plurium ita perfecte, & bene. Ita ergo dicimus & nos, quod licet non ita perfecte & bene attendatur simul ad auditionem missæ & ad recitationem horarum, ac si seorsum fieret, nihilominus sufficienter potest ad vtrumque attendi simul, quatenus attinet ad adimplerionem vtriusque præcepti. Neque obstat, quod per ista duo præcepta præcipiantur duo Dei cultus, scilicet, recitandi & audiendi missam quia tandem dico quod quia sunt compossibiles simul expleri possunt.

¶ Item falsum est illud, quod obijcitur, scilicet, quod ecclesia instituit diuersa tempora pro vtriusque præcepti adimplerione, scilicet, audiendi missam, & recitandi horas priuatim: etsi verū sit, quod ad missam maiorem cantandam, & ad horas in choro cantandas, diuersa instituit tempora quia non se compatiuntur simul, & semel in choro canere tertiam, & sextam & simul officiare missam solennem. Sed hoc nil concludit contra nos: sicut neque cōcludit obijcere, quod sunt duæ distinctæ obligationes: quia nihilominus sunt compatibiles quoad impletionem. Neque licet obijcere, quod non licet audiendo missam scribere: ergo neque recitare horas: quia scribere moraliter loquendo non compatitur secū attentionē ad diuinas preces, sicut auditio missæ eam intentionem compati potest.

¶ Porro in præsentiarum obuiat illa quæstio, quam in nostro primo tomo instructorij conscientiæ secunda parte cap. 96. penes finem expeditam reliquimus, scilicet, an beneficiarius de proposito sine attentione horas diuinas persoluens, teneatur ad aliquam restitutionem fructuum. Igitur quod deterret nos ab ea sententia pro certa asserenda, quam veriolem esse concepimus in animo est, quod partem negatiuam, quæ nobis satis non placet, tenent plures, & graues Doctores. Primo Sotus de iustit. & iure, vbi ait, quod horas canonicas soluens etsi ob attentionis omissionem mortaliter peccet, non ideo necessitatem incurrit restituendi. Ita Medina Complutensis, Durandus, Florentinus. 3. parte. Syluester in lum. verb. clericus. 4. quæst. 26. sequens Panormitanum in cap. 1. de celebratione missarum & D. Antoninum, & Hostientem, tenet, quod non solum sine attentione recitantes, imo omnino omittentes recitare non tenentur quidquam restituere. Corduba etiam in suo quæstionario quæst. 13. & Castro recitantes ex proposito sine attentione ab obligatione quidquam restituendi liberat. Imo Corduba ab obligatione

gatione horas iterum recitandi excusat (vt probabilius sibi videtur) sed in cōtrarium est, quod ait Medina Salmaticensis in sua instructione cōfess. folio. 105. scilicet, quod substantia præcepti ecclesiastici est, quod quotidie pertolantur septem horæ canonicæ cum attentione debita: ergo si attentio est de substantia (vt patet ex definitione orationis, quæ est ascensus mentis in Deum) vbi deest substantia rei, ipsa res videtur deesse, ac proinde non sunt orationes, neque horæ canonicæ dicendæ, quæ sine attentione vlla citra vllam attentionem dicuntur.

¶ Igitur etsi loco citato nostri instructorij conscientiæ opinionem Soti & Cordubæ negatiuam propter auctoritatem tam grauium doctorum non ausus fuero condemnare, tamen, quia eorum rationes non satis eam persuadent, consultius esse duxi super hoc compositionem inire cū Papa, vel eius commissario. Tum, quia sic de proposito sine attentione recitasse horas perinde est, ac si eas non dixisset: & quia præceptum ecclesiæ quoad substantiam non videtur implette neque quidquam spiritualis utilitatis ecclesiæ catholicæ, cuius erat minister stipendiatu attulisse, aut certe parum commodi inde ei euenisse, aut nullum. Tum, quia, vt habetur extra de regulis iuris cap. qui ex timore, qui aliter, quam debeat facit, præceptum iam non facit. Et vt concluditur ex canone pudenda. 24. quæst. 1. illegitime factum non dicitur factum. Quod præcipue videtur habere verum, quando sic aliter, quam debet fit præceptum, quod substantia eius non seruat. Ergo cum in præsentia calu deficiente intentione, deficiat substantia præcepti videtur perinde esse, ac si nihil sit actum. Igitur maturius sic hæc difficultate inspecta dicimus denuo moderatius diffiniendo, quod tutius est in hoc casu quando solum de proposito & ex industria horis canonicis beneficiarius nosuit attendere, & nihilominus eas sic sine vlla attentione recitauit, quod arbitrio boni viri attenda eius culpa aliquid restituat, licet non in integrum. Tum, quia non omnino quod erat de substantia prætermisit, sed aliquid tantum omisit, puta, intentionem habere. Tum, quia sicut beneficiatus non residens secundum frat. magistrum Ioan. nem à Peña stando in iure naturali, nō tenetur omnes fructus restituere, etiam si non exhiberit suum ministerium debitum, neque parte, neque per alium, quia ratione tituli beneficii aliquid retinere potest: sic & iste de industria, & data opera sine vlla attentione persoluens horas canonicas, arbitrio boni viri titulo beneficii aliquid sibi retinere poterit ob obligationem recitandi, quæ ratio beneficii grauat erat. Dicere autem quod nihil tenetur iste restituere abur-

dem videtur, cum videatur sic se gessisse, ac si nihil egisset, ob quod illos fructus mereretur. Sicut absurdissimum esse videtur, quod beneficiarius nihil impleat ministerij, & tamē quod sibi retineat omnes fructus.

¶ Quæritur decimo quarto. Vtrū oratio debeat esse diuturna. Responderetur autem, quod si consideremus orationē ex parte causa, quæ est desiderium charitatis, ex quo procedere debet, quod instigat nos, vt omnia in gloriam Dei faciamus (vt dicitur. 1. ad Corint. 10.) secundum hoc oratio debet esse cōtinua. Vnde D. Augustinus dicit ad Probam, quod in ipsa fide, & charitate continuato desiderio semper oramus. Si autem oratio consideretur secundum se, sic alsidia esse nō potest: quia & in alijs operibus oportet nos occupari per interualla. Igitur autore D. Augustino ibidem etiam verbis ad orationem nos excitare debemus, vt hoc signum nos admoneamus, quanto in prædicto desiderio profecerimus. Sicut igitur quantitas potionis proportionata debet esse fini, id est, sanitati sic & duratio orationis proportionanda est interioris desiderij feruori. Cum autem eius continuatio sic illa menturam excedit, ita vt sine tædio iam durare non possit, non est vterius protendenda, quapropter, autore D. Augustino vbi supra, fratres in Aegypto crebras habebat orationes, sed eas tamen breuissimas & raptim: quodammodo iaculatas ne illa intentio, quæ summe necessaria est, hebetaretur. Nam intentio hæc, sicut non est obruenda (si perdurare non potest) ita si perdurauerit, non cito est abrumpenda. Et sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comparationem ad intentionem orantis: ita etiam in communi oratione per comparationem ad populi deuotionem. Item autore D. Augustino vbi supra, oratio diuturna non est contra illud quod Dominus ait Matth. 6. Orates, nolite multum loqui. Quia aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam ipse Dominus pernoctabat orando. Igitur non multiloquio, id est lapsis verbis, sed plus gemitibus, quam sermone cum Deo est agendum. Prolixitas ergo orationis, quam nos docuit Dominus prolixius orando, non consistit in hoc, quod multa petantur, sed in hoc, quod affectus continetur ad vnū desiderandum, iuxta illud psalmi: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem. Neque Dominus instituit orationem Dominicam, vt his solum verbis vtamur, sed vt intentio nostre orationis qualiter cunque eam proferamus, ad hæc sola impetranda, quæ ibi in pater noster cōtinentur, tendat. Adde etiam, quod continue dicitur quis, orare vel propter continuitatē desiderij, vel quia non intermittit, quin in tempo-



ribus statim orat, vel propter effectum orationis remanentem, qui est ipsa deuotio, qua orans manet deuotus magis, vel quando orat pro ipso alius, quem ad pro se orandum suis beneficijs prouocauit, etiam si ipse ab orando quiescat.

## CAP. CIII.

*An oratio sit meritoria: Et an sit impetratoria: Et an certo impetret: Et an plus valeat oranti: Et an peccatores orando impetrent: Et de partibus orationis: Et utrum teneatur quis recitare determinata oratione: Et an teneatur orare de precepto pro se, vel pro alijs, & ad hoc teneatur conteri.*



**V**ERTITUR decimoquinto, Vtrum oratio sit meritoria. Respondeatur autem, quod oratio prater effectum spiritualis consolationis, quem caulat, & virtutem habet merendi, in quantum ex radice charitatis procedit, cuius proprium est desiderium rei, id est, boni æterni: cuius assecutionem petit oratio. Insuper oratio habet virtutem impetrandi. Et licet ipsa sit actus religionis imperatur a charitate, habet que etiam alias virtutes comites, quæ ad bonitatem orationis requiruntur. Scilicet, fidem vt credamus nos posse a Deo obtinere quod petimus. humilitatem, qua Deum orantes nostram indigentiam recognoscimus. Deuotio quoque requiritur: sed hæc ad religionem pertinet, cuius est primus actus necessarius ad omnes consequentes. Virtus autem religionis est, quæ ipsam orationem Deo offert: efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei quem oramus, qui etiam ad nos orandum inducit. Vnde D. Augustinus ait lib. de verbis Domini, non nos horraretur, vt peteremus, nisi dare vellet. Et D. Chrysostomus ait: Nunquam oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant, sua pietate instigat. Est igitur meritoria oratio ex gratia gratum faciente: & tamen oratio, quæ impetrat gratiam gratum facientem procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono, quia ipsum orare est quoddam donum Dei, vt D. Augustinus testatur lib. de perseverantia. Meretur oratio in charitate facta id, quod est utile ad beatitudinem, si id per eam petatur: si autem & alia bona opera sic facta hoc merentur. Et ideo indubit antea accipit quod petit licet differatur aliquando, vt congruo tempore detur, vt D. Augustinus ait super Ioannem: quod tamen potest impediri, si in petendo non perseveret. Igitur ponantur quatuor conditiones, quibus

**A** concurrentibus semper aliquis impetrat quod petit. Scilicet, primo vt pro se petat. Secundo, vt petat necessaria ad salutem. Tertio, vt pie illa petat a Deo exhibendo ei reuerentiam, tanquam patri spirituali, & bonorum omnium spiritualium & temporalium primo principio. Quarto, vt ea petat perseveranter. Siquis autem petat ea, quæ non necessaria sunt ad salutem, sed neque manifeste sunt contraria, & sit in charitate, licet sic orando mereri potest vitam æternam, non tamen meretur obtinere illud, quod petit. Nam auctore D. Augustino in libr. sent. Prospero, qui fideliter supplicat Deo pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile magis nouit medicus, quam ægrotus. Ideo Paulus non est exauditus, petens amoueri a se stultulum carnis, quia ei non expediebat. Item sciendum est quod oratio principaliter innititur, fidei, quantum ad efficaciam impetrandi: quia homo perfidem habet notitiam omnipotentis diuinitatis, & misericordie, ex quibus oratio impetrat quod petit.

**C**irca quam doctrinam notandum est ex D. Thoma in quolibet. 8. art. 8. quod oratio, vt est impetratoria cæteris paribus, plus valet oranti pro se quam pro alio, quia potest impediri efficacia eius ad impetrandum: pro alio, ex aliquo impedimento quod inuenitur in eo, pro quo oratur. Vnde vt prædiximus, vna de conditionibus orationis, quæ faciunt eam efficacem ad impetrandum est, vt aliquis pro se orat. Si autem consideretur oratio, vt meritoria est vitæ æternæ, sic illa ratio magis valet, quæ ex maiori charitate procedit siue pro se, siue pro alio fiat. At licet maioris meriti sit ex obiecto orare pro se, & etiam simul pro alio, si tamen quis orat pro alio, & non pro se, quia in spiritualibus bonis magis beneuolum se ostenderet alteri quam sibi, peccaret in ordine charitatis magis alium, quam se diligens. Et hoc modo intelligendo comparationem melius est orare pro se, quam pro alio, considerando opus exterius.

**D**ecimo sexto, Vtrum peccatores orando impetrent aliquid a Deo. Respondetur autem, quod in peccatore sunt duo consideranda, scilicet, & natura quæ diligit Deum, & peccatum, quod odit. Si ergo peccator orando aliquid petat, in quantum peccator, id est, secundum desiderium peccati, in hoc casu a Deo non auditur ex misericordia, sed quandoque auditur ad vindictam, dum Deus permittit amplius peccatorem ruere in peccata. Deus enim quædam negat propitius, quæ concedit iratus, vt ait D. Augustinus. secundum quem orationem peccatoris ex bono nature desiderio procedentem Deus

**A** Deus exaudit, non quasi ex iustitia, quia peccatum hoc non meretur: sed ex pura misericordia obseruatis tamen quatuor præmissis conditionibus, scilicet, vt pro se petat necessaria, ad salutem pie & perseveranter. Quod autem ille cæcus (vt refertur Ioannis. 6.) dixit, scilicet, quia Deus peccatores non exaudit, huic veritati non aduersatur. Quia secundum D. Augustinum super Ioannem locutus est sic iste cæcus, tanquam adhuc inunctus, id est, non perfecte illuminatus. Quauis illud dictum cæci possit verificari, si intelligatur de peccatore, in quantum est peccator, id est, si secundum affectum, quem habet peccandi aliquid a Deo petat, per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis. Præterea vt peccator possit aliquid per orationem a Deo impetrare non requiritur, quod eius oratio procedat ex habitu virtutis pietatis: sed satis est, vt pie dicatur orare ad impetrandum, quod petit aliquid ad pietatem pertinens. Et quauis eius oratio non possit esse meritoria: potest tamen esse impetratoria, quia meritum innititur iustitiæ: sed impetratio innititur gratiæ liberalitatis Dei. Denique peccator si nolens dimittere offensam proximo, dicat orationem dominicam, non mentitur. Nam licet quatenus attinet ad suam personam non dicat, verum dicendo, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, & cætera: sed tamen est verum, quod dicit quantum ad personam ecclesiæ. Igitur si peccator paratus sit debitoribus suis dimittere exaudietur a Deo iuxta illud Ecclesiastici. 28. Relinque proximo nocentem, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.

**C**irca quam doctrinam notandum est ex D. Thoma in quolibet. 8. art. 8. quod oratio, vt est impetratoria cæteris paribus, plus valet oranti pro se quam pro alio, quia potest impediri efficacia eius ad impetrandum: pro alio, ex aliquo impedimento quod inuenitur in eo, pro quo oratur. Vnde vt prædiximus, vna de conditionibus orationis, quæ faciunt eam efficacem ad impetrandum est, vt aliquis pro se orat. Si autem consideretur oratio, vt meritoria est vitæ æternæ, sic illa ratio magis valet, quæ ex maiori charitate procedit siue pro se, siue pro alio fiat. At licet maioris meriti sit ex obiecto orare pro se, & etiam simul pro alio, si tamen quis orat pro alio, & non pro se, quia in spiritualibus bonis magis beneuolum se ostenderet alteri quam sibi, peccaret in ordine charitatis magis alium, quam se diligens. Et hoc modo intelligendo comparationem melius est orare pro se, quam pro alio, considerando opus exterius.

**D**ecimo sexto, Vtrum peccatores orando impetrent aliquid a Deo. Respondetur autem, quod in peccatore sunt duo consideranda, scilicet, & natura quæ diligit Deum, & peccatum, quod odit. Si ergo peccator orando aliquid petat, in quantum peccator, id est, secundum desiderium peccati, in hoc casu a Deo non auditur ex misericordia, sed quandoque auditur ad vindictam, dum Deus permittit amplius peccatorem ruere in peccata. Deus enim quædam negat propitius, quæ concedit iratus, vt ait D. Augustinus. secundum quem orationem peccatoris ex bono nature desiderio procedentem Deus

**A** orationes autem in ipsa consecratione, vbi in eis debet maxime eleuari: postulationes in sequentibus petitionibus: gratiarum autem actiones in fine. Oratio communiter sumpta hæc tria includit sed secundum quod contra alia diuiditur, importat proprie ascensum in Deum.

**B** Porro pro completa intelligentia huius materie de oratione plura in particulari veniunt elucidanda. Primo igitur querendum est, quando teneatur homo orare pro se, se Deo per orationem commendando: Respondetur autem per se quærentia dicta. Primo si alicui in sit propositum nusquam se commendandi Deo per orationem huiusmodi, sic proponens mortaliter delinqueret: quia præceptum est orandi iuxta illud. Petite & accipietis: quod iste non implere est paratus. Ita Metina in sua instructione. Qua ratione Victoria super. 2. 2. D. Thomæ asseruit, quod si quis esset paratus in animo suo sic vt omnia præcepta vellet seruare: tamen statueret secum nunquam ad Deum orare, non esset immunis a culpa mortali: quia ad seruanda omnia præcepta indigemus speciali auxilio Dei quod tamen auxilium nobis moraliter non confertur a Deo, citra orationem ad eum factam. Nam ideo dixit Dominus: Petite, & dabitur vobis: pulsate, & aperietur. Secundo dicitur, quod qui nusquam se commendaret Deo per orationem culpa mortali non careret: Nam hoc est præceptum affirmatiuum, quod aliquando nos sua astingit obligatione. Vnde constat transgressorem esse huius præcepti, qui nusquam in oratione preces ad Deum funderet. Vnde infert Metina vbi supra, quod qui ita negligenter se habet in commendando se Deo, ac si non se commendaret non enadit peccatum. Addit autem secundo, quod qui per longum tempus ab oratione, qua se commendat Deo desistit, coniecturale argumentum est gratiæ spiritus sancti, esse expertem. Nam Spiritus sanctus in anima mansionem faciens, facit eam clamare gemitibus inenarrabilibus, vt D. Paulus testatur.

**D** Tertio dicitur, quod quando quis videt se constitutum in grauissima necessitate animæ, videlicet, desperationis, vel infidelitatis, vel similitentatione perdendi animam se videt a demone circumuallatum, peccat mortaliter si non orat: quia tam vrgenti periculo videns se oppressum opem non petit a Deo, apud quem solum posset eam inuenire.

**Q**uarto dicitur cum Syluestro in summa verbo oratio. 8. quod quia charitatis præcepto tenetur quis proximum sicut se ipsum diligere, tenetur & in necessitate spirituali, vel corporali, vel quasi, constitutum proximum suis precibus ad Deum suis iuuare, puta, quando videt eum

cum in periculo peccati mortalis versari, aut in periculo mortis violenter & iniuste illata: ut cum duo iniuste pugnant ad mortem, aut vulnera, nisi forte posset aliter melius, quā per orationem suffragari.

¶ Deinde quæritur, Vtrum teneatur quis orare determinata oratione: Videtur autē quod determinata oratione nobis utendum sit, scilicet, oratione Dominica: nam Christus Dominus sic præcepit orare. Matth. 6. Vnde hanc orationem scire, & dicere debent omnes Christiani, ut habetur de consecr. dist. 4. can. vos ante omnia. Igitur pro expeditione quæstionis dicitur primo, quod ad orationem mentalem teneatur quis iure naturali, quod homini dicitur se disponere ad ea, sine quibus non est salus: quod sine oratione saltem mentali non fit. Putat autē Sylvester istud præceptum saltem mentaliter orandi obligandi vim incipere habere in instanti, quo quis incipit vti ratione, in quo tenetur se dirigere & ordinare in Deum, & (ut videtur) eius auxilium precari, si hoc suæ menti inspiretur. Alias vero determinate non potest, sed divina providentia ad hoc mouet, quando est necessarium, quæ, ut ait D. Ioannes, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et Apocal. 3. stat ad ostium & pulsat. Neque doctrina hæc Sylvestri aliena est à mente D. Thomæ. 1. 2. q. 89. art. 6. dicentis quod illud præceptum, cuius meminit propheta. Hier. Convertimini ad me, obligat cum primum homo pervenit ad usum rationis. Nam ista conuersio ad Deum, non fit absque aliqui oratione. Igitur respondendo ad objectionem dicimus, quod stando in iure diuino, & naturali non est præceptum dicendi orationem Dominicam vocaliter, quia satis est eam dicere mentaliter. Nam ut ait D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 1. 4. in sol. ad. 3. Dominus non instituit hæc orationem, ut his solis verbis vti debeamus in orando, sed quia ad hæc sola impetranda debet tendere nostræ orationis intentio, qualiter cumque ea proferamus, vel cogitemus. Itē quia auctore D. Thoma. cum aliquando vox sit intermittenda, scilicet, quando impedit spiritum, videtur de mente eius esse, quod satis sit tunc orationem Dominicam dicere mentaliter. Secundo dicimus ad quæstionem iuxta sententiā Sylvestri, vbi supra, quod determinata oratione teneatur quis orare in his sequentibus casibus. Primo ex præcepto ecclesiæ, si est obligatus quis ad horas canonicas. Secundo ex impositione sacerdotis in poenitentia. Tertio ex præcepto cuiuscumque prælati spiritualis. Quarto ex proprio voto. Item orationes ecclesiæ sunt nostræ secundum Victor.

¶ Quæritur deinde, vtrum cum quis sub præ-

cepto charitatis orare tenetur pro bono communi periclitanti, vel pro salute spirituali tertij, teneatur si sit in mortali, tunc contritionem interiorius mente concipere, ut dignus fiat, ut à Deo exaudiatur. Videtur autem ad id teneri, ut debitis circumstantijs oret. Itē prælatus malus, quia tenetur corrigere peccatorem subditum, si aliter corrigere illum nequit, nisi contritum se ostendendo, tenetur veram contritionem concipere, ne falso se contritum ostendat. Ergo pari ratione iste tenetur poenitere, ut orando in casu prædicto possit impetrare remedium à Deo, & dignus sit exaudiri. His nihilominus non obstantibus dicitur ad quæstionem cum corduba & Metina salmanticensi, quod regulariter talis contenti non tenetur ob prædictum finem, Tum, quia peccatores etiam Deus exaudit, si iusta petant (ut ait D. Thomas). Tum, quia in ordine ad finem illa media sunt assumenda, quæ sunt ordinaria, & assueta adhiberi, & quæ necessario adhibenda esse omnibus regulariter constat. Non autem omnibus constat præsertim vulgaribus, quod ad orandum pro populi necessitatibus vrgentibus requiratur contritio: alioquin iam assignaremus alium casum, de quo non meminere doctores, in quo obligaret præceptum contritionis. Item, quia ut dicitur communiter, peccator ad finem id est, corrigendum alium correctione fraterna non tenetur contritionem, qua caret, adhibere: sicut neque ad largiendam elemosynam in casu præcepti non tenetur aliunde quærere sibi vnde eam largiatur, si sibi non suppetit, vnde indigenti subueniat. Ergo neque carens contritione, tenetur eam procurare sibi ad finem orandi pro necessitatibus populi cum imminet orandi obligatio. Nam secundum Magistrum Bañes super. 2. 2. D. Thom. qui tenetur corrigere alium ad hunc finem, non tenetur interiorius poenitere: sed satis est ad vitandum scandalum, si à peccato scandaloso, qui tenetur corrigere (quia prælatus est) exteriorius cesset, ut hinc quantum ad exteriora indicia appareat emendatus.

¶ De alijs pertinentibus ad diuinum officium.

## CAP. CV.

¶ Qui sint illi, qui tenentur ad recitandas horas, an conuersi, an moniales, an professi, an religiosi militares, an capellani habentes capellanas, an clerici non beneficiati, an pueri beneficiati: Et quinam excusentur à recitatione horarum: An præstimoniarij: vel pensionarij.

navij, an cōmendatarij ecclesiarum: & an resignantes titulum in alios, & an confidentiarij: Et an beneficiarius, si omiserit recitare teneatur restituere omnes fructus: Et de his qui excusantur à recitatione, & officio quali recitando, & de tempore & ordine horarum, & de loco.



**Q**UÆRITVR primo, Quinam sint, qui ad recitandas canonicas horas tenentur. Dicitur ergo primò, quod non est dubitandum, quin clerici ordinis sacri, atque etiam beneficiarij ecclesiastici, etiam si non sint constituti in sacris, teneantur ad persolendas horas canonicas. Ita cōmuniter tenetur: quod confirmat Nauarrus in sum. cap. 25. nu. 96. arg. cap. 1. de celebr. miss. & cap. fin. 92. distinct.

¶ Sed de monachis & religiosis, dubium non est, quin qui iam sunt professi teneantur ad septem horas canonicas: Sed qua ratione, vel qua de causa ad id obligentur disputari solet. Metina in sua instruct. confess. fol. 104. existimat huius obligationis radicem consuetudinem esse antiquam, quæ inualuit in religionibus, ut religiosi iam professi deputati ad chorum teneantur ad persolendum diuinum officium. Ita Caiet. in summa sentit, non teneri hos ex iure, neque ex professione, neque ex victu, quia eis debetur, ex quo dedicati sunt perpetuo seruitio, & seruitio Dei, sed forte ex consuetudine tenentur: de qua ait se nihil scire. Sed miror Caietanum hanc consuetudinem ignorare, cum omnibus sit nota in alijs religionibus, præter quam in religione, D. Ioannis & societatis, vbi admonentur professi non teneri ad persolendum diuinum officium, quo vique sint constituti in sacris. Ex quo infert Metina ibi ex professione sola, aut ex solo præcepto non sufficienter colligi, quod religiosi professi non initiati sacris ad persolendas canonicas horas teneantur, sed solum ex antiqua consuetudine vim præcepti habente. Sotus autem religiosos professos dedicatos ad chorum, tum ex vi voti professionis, & officij ad id munus teneri arbitratur, neque id sine apparentia. Quia idè choristæ dicuntur, quasi ab officio, ad quod obligantur per professionem nomen assumptas. Vnde quodammodo implicite per illam assumptionem status ad illud onus ordinum præcipuum persolendi diuinum officium obligantur, nisi statuto contrario, vel ordinatione ab hac obligatione ante susceptionem ordinum sacrorum eximantur: ut fit in illis prædictis duabus religionibus. Facit pro Soto cap. licet. de voto allegatum per Bartolomæum Fu-

**A**mmam in sua summa verbo, horæ canonicæ. §. 4. Vbi diffinitur, quod non licet alicui sine proprio salutis dispendio resilire ab eo, quod Deo promissit. Ergo cum isti religiosi choristæ hoc vitæ dedicatæ ad chorum institutum professi fuerint, sine peccato mortali non possunt tali officio persolendi horas deesse. Vnde cumque ergo oriatur hæc obligatio, planè est professos religiosos choristas ea teneri.

¶ Hinc infertur corollarie, moniales ad chorum receptas, etiam teneri ad recitandas horas canonicas: est enim hæc sententiā communis. Est Soti de iustit. est Metinæ in sua instructione: est Nauarri loco citato, & aliorum multorum. Adde quod Beatæ, quæ sunt de tertio habitu, neque conuersi, ut ait Caietanus, citra dubium non tenentur ad horas canonicas, sed ad eas orationes tantum, quæ eis ex suis constitutionibus iniunguntur, quia conuersi, ut ait Bandelus in constitutionibus in cap. de conuersis, recipiuntur ad opera seruilia, & secundum Panormit. in capit. non est. de regular. circa principium sunt famuli monasteriorum. Similiter militares religiosi, scilicet, sancti Ioannis, & sancti Iacobi secundum Nauarrum ad horas canonicas non tenentur. Ita Nauarrus in sum. cap. 25. nu. 96. vbi ait, quod religiosi, qui non deputantur ad chorum, sed profitentur ad alia obsequia extra chorum, puta bellica, vel ad alia opera seruilia, non tenentur ad horas canonicas, sed ad alias loco illarum ab ordine statutas. At licet ad has horas ab ordine eis statutas videantur teneri, sub obligatione mortali, quia loco horarum canonicarum, quæ sic solent obligare eis imponuntur. Sed quia hi ad cultum diuinum recitandi principaliter non assumuntur, ideo durum videtur omnes indifferenter ad eas orationes sub mortali recitandas obligare. Et quia certa regula pro omnibus circa hoc stabiliri non potest, inspiciendus est tenor verborum suarum constitutionum, quibus ad eas orationes dicendas obligantur, an forma præceptiua vtatur, vel non, vel an eas recitare orationes, sic vsu sit receptum, tamquam res obligas ad mortale, vel non, scilicet, an communiter talis omisio reputetur mortalis, & plusquam venialis, vel non. Et sic per hoc confessor de qualitate huius culpæ inter hos iudicabit: sed de conuersis ordinis prædicatorum iudicat Sotus de iust. & iur. lib. 1. quæst. 5. art. 3. in fine, quod hi nullam culpam admittunt omittendo orationes sibi indictas à constitutione nisi omittant ex contemptu: Iesuitæ autem, eremitæ & huiusmodi licet habeant votum, & non possint redire ad seculum non tenentur ad Canonicas horas, nisi consuetudo inter eos inualuisset de dicendo diuino officio, ex qua crederent tanquam ex præcepto obligatos

gatos teneri contra Tabienam verbo, horæ. 5. 8. Qui dicere videtur, quod tenentur quando non possunt ad sæculum rediret.

¶ Præterea, quod dictum est supra, quod clericus etsi non sint initiati sacris, si tamen sunt beneficiati, tenentur ad canonicas horas persolvendas, ut colligitur ex canone finali. 92. distinct. & ex Panormitano cap. 1. de celeb. miss. intelligendum est, dummodo fructus possint percipere beneficii. Ita Sotus: Quia qui de altari non vivit, altari servire non tenetur, si autem beneficiatus sit potens percipere fructus, etiam si ex culpa sua eos non percipiat, & quantum beneficii sit modicum, secundum Cardinal. in Clem. 1. de celebrat. miss. & quantum etiam beneficium factum sit ex patrimonio, tenetur ad horas canonicas solvendas secundum Sylvestr. verbo horæ. Hoc idem D. Thomas confirmat quolib. 6. quæst. 5. Unde omittentes sine rationabili causa, mortaliter peccant: quia recipiens temporalia ad spiritualia obligatur. Accedit ad prædicta notandum, quod qui haberet simplicem præbendam, sine aliqua spiritualitate; quæ etiam potest laico dari, si non sit in sacris, non tenetur propter hoc dicere officium: quoniam hoc datur ei pro alijs meritis, & non dicitur simpliciter beneficiatus, sicut qui habet redditus ab ecclesia pro officio matriculari: qui tamen non est clericus. Idem de Magistro in Theologia, vel grammatica, qui non venit ad chorum. Item beneficiati existentes in minoribus non possunt horas, ad quas tenentur, dicere per alium secundum Panorm. c. 1. de celebrat. miss. quia hoc est onus personale. Idem Ioannes Andre. cap. presbyter de celeb. miss. qui hoc dicit tenere Theologos contra Landul. Possunt tamen officiare ecclesiam per alium idoneum, iusta causa interveniente. Tenentur etiam ad officium mortuorum, quod ordinarie dicitur in ecclesia, ubi sunt beneficiati: secundum D. Thomam, quolib. 6. quæst. 5. art. 2. & quolib. 1. quæst. 7. art. 1. siue sint in sacris siue non.

¶ Iam hic consequenter illa quæstio fit obvia, cuius meminit Corduba in tractatu de casibus conscientiarum quæst. 33. scilicet, utrum capellanus habens capellaniam, astrictus sit obligatione dicendi divinum officium, vel si id facere omiserit alicuius restitutionis reus fiat. Respondetur autem per distinctionem. Nam si Capellania collativa sit, ita ut sit instituta tanquam ius spirituale perpetuum in se, & in ordine ad redditus eius recepturum: tunc, quia beneficium ecclesiasticum esse censetur, siue talis capellania conferatur per solam collationem, siue per electionem, vel confirmationem, siue per præsentationem, & institutionem: tenetur capellanus eius hac ra-

tionem tanquam beneficiatus etiam sicut ordine sacro initiatus divinum persolvere officium sub reatu mortali. Quod si recitare omiserit pro rata temporis aliquid de fructibus perceptis restituere tenebitur iuxta concilium Lateranense sub Leon. 10. Sed quantitas restituenda quomodo sit taxanda postmodum declarandum erit: de qua taxa cum commissario Papæ se componere poterit. Si autem talis Capellania instituta fuit, vel creata per solum testatorem, aut fundatorem, nulla interveniente Papæ vel diocesanæ autoritate, tunc (quia non est collativa neque ecclesiasticum beneficium esse censetur) capellanum ad recitandas horas canonicas non astringit, sed solum ad missas statutas celebrandas, quas si celebrare omiserit pro rata capellaniam redditus restituere tenebitur, & ad nihil amplius, si eas per se, vel per alium dicendo non suppleverit, omittas. Ita Navarrus in repetit. cap. quando de consec. dist. 1. cap. 20. num. 22. & in sum. cap. 25. num. 96. & 121. & 122. & cæter. Iuxta prædicta vero limitanda sunt asserta à Metina Complutensi de oration. quæst. 8. ubi agit de necessitate vocaliter orandi oratione publica fol. 186. col. 4.

¶ Præterea clericus non beneficiatus, neque in sacris, an aliquid recitare teneatur in dubium vertitur. Nam Panormitanus in dist. cap. 1. de celebr. missar. videtur dicere, quod ut credit ipse ad dicendas horas teneantur: Sed verius est non teneri ad id: nam consuetudo communis id satis indicat, & quia doctores solum clericos beneficiatos aut initiatos sacris ad id ostendunt esse obligatos. Licet Sylvestr. verbo, horæ, eos non ad horas, sed aliquid recitandum, dum sunt in minoribus constituti ex debito honestatis tantum obligari astringit; Navarrus vero ad nihil recitandum eos teneri hac ratione arbitratur, nisi suus episcopus aliquid sub mandato eis indixerit recitandum, vel nisi promittant dum ordinantur aliquid recitare, vel ordinatori præcipienti consentiant circa aliquid quotidie recitandum.

¶ Sed quid de pueris qui recitare nesciunt, & tamen beneficia obtinent ecclesiastica, quorum redditus sui parentes, vel tutores eorum nomine percipiunt. Dicitur, tenentur parentes eius vel curatores facere interim, dum pueri idonei, & inepti sunt ad dicendas horas canonicas (ne defraudetur ecclesia) ut per alium id munus recitandi canonicas horas suppleatur: quia alias indignum esse videtur (ut innuit D. Thom. quolib. 6. quæst. 5.) recipere temporalia ecclesia bona, & ad spiritualia præstanda non obligari, quædo non possunt per se, talem per alium. Et hoc insinuat Navarrus licet non clare, & Sylvestr. Sotus & Metina Complutensis.

¶ Præ-

¶ Præterea hic de his, qui aliquo colore excusari possunt à recitandis horis canonicis, vel non occurrit, agendum. Et quia quæstio hæc plures implicat casus suo ordine procedentes, primo quarimus de excommunicato, an recitando excusetur. Igitur dicitur communiter, quod excommunicatus minori tenetur dicere officium & cum alijs potest dicere, secundum omnes. Si vero excommunicatione maiori tenetur, debet dicere, sed non in ecclesia, vel cum alio, aut quasi in officio suo, sed per modum orationis, sine Dominus vobiscum can. si quis episcopus damnatus. 11. q. 3. Excommunicatio enim non liberat eum ab hoc onere, etiam si fuit degradatus, & fuit in sacris, vel si non est in sacris, est tamen beneficiatus, quandiu tenet beneficium tenetur, quia hoc est beneficii onus, & non honor arg. can. legi. 16. quæst. 1. Accedit ad hoc Navarrus loco cit. num. 102. ubi allegat can. presbyterum. 28. distinct. & cap. 2. & cap. illud. de cleric. excommunic. mini. secundo an tenuitas beneficii excuset beneficiarium, à recitando, inquirendum venit. Nam quæstio hæc non tam liquido patet. Nam Sotus lib. 10. de iustitia. & iur. quæst. 6. art. 3. hunc videtur excusare beneficiarium in hoc casu à recitando. At contra eum insurgit Navarrus in summ. ca. 25. num. 103. allegans pro sua sententia contrariam glossam singularem in ca. clericus victum. 91. distinct. Et probat, Tum, quia tituli beneficiarii acceptatio, & non quantitas redditus obligat beneficiarium ad persolvendas horas. Tum, quia sibi debet imputare, quod accepit illud, præsertim si permittitur dimittere, & non desit, qui velit illud accipere. Igitur sententia Navarrus verior est in casu, quo illud beneficium modicum sponte accepit, & voluntarie retinet, cum, si illud renunciat, essent alij qui cum illo onere libenter acceptarent. Sed sententia Soti forte est vera, ubi coactus est illud acceptare, & illud beneficium habet alia servitia annexa, propter quæ beneficiarius ille meretur sufficienter illos modicos fructus. Imo etiam si libenter accepisset, licet infideliter ageret omittendo divinum officium & peccaret: nihilominus, si tam modicis fructibus beneficii dignus esset propter alia obsequia annexa illi beneficio quæ in ecclesia exhibet ad nullam restitutionem illorum fructuum stando in iure naturali tenetur. Cui sententiæ videtur assentire Metina in sua instruct. confess.

¶ Deinde quaritur tertio, an excusetur à persolvendo divinum officium, qui fructus beneficii non percipit. Nam videtur si illos non percipit, cesset causa huius obligationis. Nihilominus dicimus primo, quod in casu, quo multi pueri sunt beneficiati, vel beneficiati sunt alij fami-

liares, vel amici, quorum patres, heri, vel amici pro illis capiunt fructus beneficii, non minus tenentur ad recitationem horarum, quam si ipsi caperent. Ita Navarr. ubi supra num. 103. Quod patet per regul. iuris cap. qui per alium libr. 6. Secundo dicitur, quod beneficiarius ille, qui non tenetur ad horas, nisi ratione beneficii, si nullos fructus eius beneficii, neque per se, neque per alium capit, neque capere potest, neque in posterum est capturus ob illud tempus excusatur à recitando horas pro illo tempore, dum modo ipse non sit in culpa non percipiendi illos. Dicitur si nullos fructus percipiat, aut sit percipiturus: quia alias, quantum non nisi distributiones quotidianas caperet, ad divinum officium teneretur, si pro illo dantur. Si autem in posterum capturus est fructus beneficii, licet in præsentem non percipiat non propterea excusatur à non recitando horas. Ut, verbigratia, si beneficiarius litigat pro beneficio, cuius fructus percepti post litem saltem contestatam cedere debent vincenti litæ, quantum non possederit, & quantum contra possessionem de proprietate litiget, tam in rebus spiritualibus, quam profanis iuxta decis. Rot. 24. in nouis & iuxta Innocent. cap. in literis. de rest. spol. & l. certum. C. de rei vend. & l. & ex diuer. fo. ff. eod. tenetur in hoc casu iste beneficiarius recitare pro illo tempore, quo sperat post reddendos esse sibi fructus post litem victam. Contra Cardinal. sancti Syxti & Palu.

¶ Hinc sequitur corollarie non excusari à recitando horas, qui in pensionem omnium fructuum consensit ei, qui in suum favorem beneficium renunciauit: quod, inquit Navarrus, fit quotidie. Probat autem id corollarij. Tum, quia iste vere beneficiarius est. Tum, quia per ipsum stat, quo minus percipiat aliquos fructus, quia potest inservire beneficio, & ad mercedem sui servitij solvendam cogere pensionarium. Quia, licet omnes fructus sint reservati prædicto pensionario: tamen illi fructus intelliguntur reservati, qui reliqui sunt deductis oneribus. l. fructus. ff. solut. matrim. Ita Felinus. cap. ad nostram, de iure iur.

¶ Hinc patet, quid dicendum sit ad illud dubium, ad quod dicere sum rogatus. Vbi proponebatur, quod cum quidam Capellani administratores essent quorundam negotiorum, quorum administratio annexa fuit à fundatore ipsi capellaniam fundationi, super talis administrationis casu, cum essent inculpabiles, per alios distinctos administratores eiusdem fundatoris condemnati sunt iniuste ad quasdam expensas solvendas, an capellani in hoc casu possent id, quod ratione administrationis, iniuste coacti sunt solvere detrahere à numero missarum, quem fundator ca-



tor capellanæ eis dicendum pro se imposuit. Nam videtur, quod sicut beneficiarius, cui subtrahuntur fructus beneficii sine culpa sua, non tenetur recitare ita & capellani, qui causa fundatoris sine culpa sua coguntur solvere expensas prædictas, possint sibi recompenfare, subtrahendo aliquid de numero missarum dicendarum. His nihilominus dicendum videtur ad quæstionem, quod etsi via iustitiæ non possint eas recuperare expensas: tamen non ideo possunt fundator capellanæ in numero missarum defraudare: quia ipse non intulit eis id damni, (etsi causa, vel potius occasione mandati eius circa administrationem eis commissam eis obuenerit). Primo quia forte iste euentus fuit inexcogitabilis: & de casu fortuito inexcogitabili verisimiliter mandans mandatario non tenetur. Secundo, quia quauis istud damnum secutum sit ex casu fortuito cogitabili sine culpa mandatarij, tamen de illo non tenetur mandans, quando mandatarius exequitur mandatum, scilicet, administrationis, vel aliud causa pietatis, vel mercedis, vel parentelæ, vel ex debito. c. si dominus. 2. quæst. 3. & r. 3. quæst. 2. capit. non inferenda. Atque sic isti capellani videntur acceptasse mandatū de prædicta administratione annexa capellanæ à fundatore, vel ex pietate debita defuncto fundatori capellanæ, vel ex mercede, quia forte ideo auctam dotem pro capellania constituit, vel ex debito: quia cum illo onere administrationis illam capellaniam prædicti Capellani acceptarūt.

¶ Quæritur deinde, An beneficiarius, in quæ renunciat titulus beneficii, teneatur ad horas, an ille renūcians, cui referatur omnes fructus. Quæstio autem hæc non tam patens est inter doctores. Nam Caietanus in summa verbo horæ canonicæ, & Sotus de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 7. & alij tenent negatiuam, scilicet, quod beneficiarius, qui solo potitur titulo non tenetur ad horas. Syluester autem verbo horæ. quæst. 2. & Metina Complutensis de oratione quæst. 9. affirmatiuam tenent, scilicet, quod talis beneficiarius solum intitulatus tenetur ad horas canonicas. Horum ratio vero est, quia eo ipso, quod iste beneficiarius consensit in solum titulum, eū solum acceptans contentus fuisse videtur solo titulo, cum spe acquirendi fructus post resignatis titulum, mortem. Ratio autem contraria Caietani & Soti est: quia receptio solius tituli sine fructibus obligationem recitandi non inducit: nam qui sentit comodum debet sentire & onus. Cum autem Papa omnes fructus pensionario reseruauerit, pensionarius tenebitur ad recitandas horas. Neque enim imputatur huic, quod non recipit fructus ad culpam, postquam Papa nihil fructus illi assignauit ex illo beneficio, sed

A solum titulum. Nihilominus hæc variæ opiniones ad aliqualem concordiam reduci possunt per illam distinctionem Nauarri in summ. cap. 25. num. 103. & 104. Quæ Cordubæ placet in quæstionibus additis ad tractatum de casibus conscientiarum, scilicet, quod opinio Caietani & Soti est vera, quando recipiens solum titulum consensit, quod renunciens in se beneficiū reseruaret sibi per autoritatem Papæ omnes fructus pro pensione simul cum seruitio beneficii, atque cum tota administratione beneficii. Quia tunc videtur interuenire via regressus post mortem renunciantis, & renunciens tenetur ad horas, & non ille intitulatus solum habens titulū.

B Secunda vero opinio Syluestri, & Metinæ est vera, scilicet, quod tenetur ad horas intitulatus, quando consensit in solum reseruatiorem fructuum in resignantem, si simul cum titulo accipit possessionem, & administrationē, vel si per ipsum stat, talem possessionem, & administrationem non habere. Quia in hoc casu potest recipere aliquos fructus: quoniam tenetur beneficio inferuire. Sicque Papa in bullis solitus est imponere istud onus, vt qui recipit fructus pro pensione, onera ecclesiæ vel beneficii subeat. Igitur potior est ista opinio Nauarri. Nam eius limitationes conducunt ad multos decidendos quotidianos casus.

C ¶ Porro illa quæstio celebris de pensionarijs, & præstimonarijs, an teneantur isti ad canonicas recitandas horas, discutienda venit. Igitur licet Corduba in prædictis quæstionibus additis ad tractatum de casibus conscientiarum quæst. 187. in hoc casu sequens sententiam sui magistri Metinæ Complutensis, partem negatiuam sequatur dicens, quod ad horas non tenentur, & quæ opinio hæc erat suo tempore per practicam, & consuetudinem approbata, contra Sotum de præstimonarijs tenentem affirmatiuam; Igitur quia hæc iam autoritate apostolica Pij quinti decisa est per suam extrauagantem, quæ incipit: Ex primo Lateranensi concilio, vbi sic est cautum, quod habens beneficium ecclesiasticum, siue cū cura, siue sine illa, si post. 6. menses quam illud obtinuerit diuinum officium legitimo impedimento cessante non persoluerit, fructus beneficii pro rata omissionis officij, & temporis non faciat suos, sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneantur: ita vt qui horas canonicas, vno, vel pluribus diebus intermiserit omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur: qui vero matutinum tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam: qui harum singulas sextam partem fructuum

Autum eiusdem diei amittat. Insuper declarat, quod choro addictus non recitans si omnibus horis canonicis cum alijs præsens adsit, fructus que & distributiones aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, vel foundationem, vel alias sibi lucrificasse prætendat, is etiam præter fructuum, & distributionū amissionem: Item ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentū ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarates præstimonias, præstimonias les portiones, & qualiacūque alia beneficia, etiā nullū omnino seruitiū habentia obtinētes cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem fructus, aut alias res ecclesiasticas vt clericus recipit eo modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ virginis decernimus obligatum; & pensionum fructuum rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Hinc patet contra Metinam & Cordubam præstimonarios ad horas canonicas recitandas teneri sub amissione fructuum. Sequitur etiam Contra Sotum, & alios pensionarios, etiam ad officium paruum de Domina teneri, sub pœna in conscientia, ante sententiam iudicis restituendi fructus. Ex prædictis infert Nauarrus in summa. cap. 25. num. 122. quod quia in casibus, in quibus ob omissionem horarum restituendi sunt fructus, talis restitutio non est necessario faciendā fabricis ecclesiarū, vbi sunt beneficia, sed satis est eos erogare pauperibus. Ideo possunt scholastici pauperes beneficiarij, qui omiserunt recitare horas, ex ipsis restituendis fructibus, saltem de consilio confessarij, eos fructus sibi capere, & retinere sibi tāquam de pauperibus iuxta id, quod posset vni de pauperibus dare qui teneretur pauperibus aliquid dare. Sicque ait Nauarrus ibi plurimos scholasticos pauperes, qui ob hoc fructus suorum beneficiorum amiserant fuisse consolatum. Non tamen sic fieri potest de lucrificatis restituendis ex distributionibus quotidianis, quæ debentur his, qui horis interfuerunt, illisque accrescunt in illis diebus, in quibus eas amittentes non recitarunt, iuxta cap. 1. de cleric. non resid. Quia istæ distributiones amissæ prædictis debentur, & non fabricæ, aut pauperibus. Atque ideo non satis est erogare pauperibus id, quod alteri est debitum, argum. ea. ea te. de iure iur. ad. nisi incertus sit is, cui debetur: iuxta caput cum tu. de vsuris. Atque idem dicendum videtur de fructibus ecclesiarum, vbi statuto cautum est, vt fructus male percepti restituantur pro operibus certis pijs: quia tunc illis tantum applicanda est prædicta restitutio. Accedit ad prædicta, quod secundum Metinam Complutens. quod commendatarius

A habens commendam ecclesiasticam tenetur ad diuinum officium, ac si esset intitulatus, maxime dum illi competit ius ferendi fructus. Idem dicendum est de beneficijs acceptis in confidentia. Sed caueant isti censuras grauissimas Pij. 5. latas: per eius proprium motum, qui incipit intolerabilis.

B ¶ Illa quoque quæstio scitu necessaria licet se offert, an beneficiarius omnis, qui ratione beneficii obligatus erat ad recitandum horas, si eas omiserit, teneatur ad omnes fructus integre restituendos. Videtur autem, quod ad hoc teneatur. Nam extrauagans Pij quinti, supra recitata indistincte, & absque exceptione ad omnes fructus restituendos officij diuini omissores beneficiarios obligat. Igitur ad quæstionem cum Metina Salmanticensi in sua instructione sol. 15. & 16. & cum alijs Thomistis duximus respondendum. Primo; dicentes, quod quando aliquis horum beneficiorum, qui officium diuinum prætermiserit, accedit ad poenitentiam sacramentum, tunc petitis confessor præmissa monitione, qua eum commonefaciat, deinceps vt suo officio diuinum officium persoluendi incumbat fideliter aduertat, an talis beneficiarius beneficium ecclesiasticum obtineat, quo solum obnoxius fiat ad persoluum diuinum officium citra aliud officium quo in ecclesia fungi teneatur: sicut si præstimoniale beneficium obtineat. Quod si talis sit eum in conscientia compellat, ad integram restitutionem faciendam omnium fructuum beneficii, vel beneficiorum quæ obtinet, non tamen ita rigide & ad vnguem, vt si fuisset illorum fructuum tyrannicus inualor: sed ita in hoc se gerere debet confessarius cum illo, sicut cum famulo alicuius optimatis, qui licet inferuerit male per aliquod modicum tempus non defraudatur tota mercede. Consequenter ad hanc sententiam Metinæ, quasi explicans eam dixerat antea Sotus de iustitia & iur. quod horas canonicas non soluere per vnum, aut duos dies non debet iniicere scrupulum restitutionis: quia, inquit, qui relaxatione Cruciatæ gaudent tutos esse credendum est. Si tamen talis horarum omisio ultra duos dies procedat, tunc compositio cum summo Pontifice locum habet, imo cum episcopo stando in iure diuino. Sed propter Concilium Lateranense cum solo summo Pontifice potest fieri compositio super huiusmodi amissis fructibus: quia huiusmodi restitutio suis vsibus necessarijs adiudicata est. Ita Sotus. Sed tamē Nauarrus iuxta extrauagantem nouam Pij quinti id ita declarantem fabricæ ecclesiæ, vbi est beneficiū aut pauperibus horū fructuum restitutionē

faciendani esse affirmat (vt prædiximus. Si autem qui officio suo recitandi horas defuit beneficium obtinebat ecclesiasticum, quod eum etiam obnoxium ad alia principalia officia obeunda constituerebat, ob quæ principalia officia fructus illos principaliter percipiebat. Sicut si Curatus esset, qui ex officio principaliter confessionibus audiendis, vel functioni sacramentorum incubit, ea administrando, & administrationem subit ecclesiæ, vel est capellanus, qui alias obligatione missas celebrandi tenetur: cum his confessorius tali moderamine utatur, scilicet, si capellanus ob onus capellanæ redditus tercium aureorum percipit, & per integrum annum prætermisit solvere diuinum officium, restituat centum aureos, id est, tertiam partem, retinendo sibi aureos ducentos pro officio principali dicendi missas. Quod si per totum annum continuauerit diuinum officium recitando, exceptis paucis diebus, scilicet. 8. vel decem, arbitratur Metina non esse astringendum ad aliquid restituendum. Vbi Metina indulgentiorem se exhibet inhumanitatem à restitutione, si pro vno, aut duobus diebus intermiserit diuinum officium. Si autem talis beneficiatus curam animarum gerat quia diuersis fungitur officijs in ecclesia, si recte ea officia administrauerit, & nihilominus officio recitandi horas defuit, tunc diuidens beneficij redditus in tres, vel quatuor partes, tres partes sibi adiudicet pro alijs præcipuis ministerijs, quibus in ecclesia est functus, alteram quartam pro omisso diuino restituendo, si per annum diuinum officium recitare omiserit. Quod si per dimidium anni defuerit recitare, medietatem illius tertiarum, aut quartam partis restituat. Et sic proportionaliter prorata. Quod si paucis diebus cessauerit à recitando, iuxta sententiam Soti, quæ non tam laxa est, à restitutione immunis erit. Igitur ad motum Pij quinti allegatum respondetur, quod huic decisioni quæstionis non est aduersum. Tum, quia intelligi potest, quando beneficium ecclesiasticum nullius alterius ministerij habet obligationem annexam, præter recitandi obligationem. Nam in alijs beneficijs annexa habentibus alia præcipua seruitia, doctrina supra tradita patenter est vera. Tum etiam, quia explicari potest proprius motus, vt intelligatur indicere restitutionem de ea parte, quæ in beneficio correspondet obligationi recitandi, & non de alijs partibus, quæ correspondent alijs seruitijs ecclesiasticis beneficio annexis. Verum alia expositio illius proprii motus, scilicet, quod eius mandatum de restituendis omnibus fructibus sit pœnale, non obligans ante mandatum iudicis, non est admittenda.

**A** quia expresse est contra intentionem, & verba Papæ: vbi ait clare, quod talis beneficiarius fructus non faciat suos, si non recitarit. Vbi ait, declarantes, quasi ius naturale declarat, quod obligat in conscientia, vt accipiens temporalia ecclesiæ persoluat spiritualia. Quocirca ruit ista expositio Metinæ: licet alia duæ expositiones proprii motus quæ etiam sunt suæ, videatur consonæ rationi. Nisi intelligat Metina, quod beneficiarios (qui cæteris adimpletis officijs annexis beneficio horas canonicas omiserunt) restituere omnes fructus sit pœnale, non obligans ante condemnationem iudicis: non tam est pœnale, sed in conscientia statim obligans, hos restituere eam partem, quæ correspondet omissioni horarum.

**B** Præterea, quia de his, qui excusantur à recitatione, vel ad eam tenentur capimus edifferere, ne aliquid ad hanc quæstionem pertinens prætermittatur, quæritur, an qui caret breuiario, excusetur à recitando. Respondet autem Sotus de iustitia. & iur. libro. 1. o. quæstione. 5. articulo. 3. contra Paludem, quod nullus admittitur in clericalem sacrum ordinem breuiario excusatur à recitando, quia, inquit, talis ante quam breuiarium habeat non est ordinandus. Nauarrus verò in summa capitulo. 25. numero. 1. o. 1. hanc sententiam Soti, sic moderatur, scilicet, quod causa defectus breuiarij non recitans, siue sua culpa, siue absque ea contingat, eum breuiarium non habere, quamuis peccet breuiarium non comparando, non tamen peccat, non recitando: quia id præstare nequit, modo iuste poeniteat illud non comparasse cum potuit arg. l. impossibilem. ff. de reg. iuris. & capite nemo ad impossibile libro. 6. At ista sententia Nauarri videtur vera: quia præcisè causa actus, vel omissionis, quæ iam non sunt in nostra potestate, qualis fuit non comparasse breuiarium cum potuit (quia de ista causa id est negligentia poenituit) videtur iam abesse talis omisio horarum à ratione propria peccati. Sicut secundum Sotum cum pollutio de proposito in vigilia est procurata, vt eueniret in somno (licet qui eam procurauerit, ante quàm eueniret in somno poenituit illam procurasse ab ea confitenda, si post inter dormiendum eueniret non excusetur, vt securius esse putat) tamen illam pollutionem rationem exuere propria peccati arbitratur. Sic ergo & in præsentia casu. Igitur opinio Soti vera est, dum illa negligentia carèdi breuiario non est recisa, per cõtritionem, vel quãdo etiã si breuiarium ad manus haberet, nihilominus horas recitandas omitteret. Secus si casu fortuito breuiarium perdidisset, quia tunc excusaretur à recitando. Sicut etiam memoriter addicere officium,

officiũ, vt memoriter possit dici vbi copia defest breuiarij nemo iure aliquo astringitur, secũdum eundem Sotũ: quoniam res est non omnibus ita facilis. Satis enim est si legere sciat. Quæ quidẽ de causa cæci, aut oculorũ caligine laborãtes ita vt legere nequeant excusari vidẽtur. Si autẽ aliquas horas hi memoriter proferre possent, tutius est dicere, quod ad eas dicẽdas teneãtur: licet Sotus dubitet, an ad id toto rigore sint cogendi: propterea quod illa tenacitas memoriæ in illis accidentaria esse videtur.

**¶** Deinde quæritur de clericis, vel religiosis inseruientibus infirmis, an à recitãdo hac ratione excusentur: an etiã hi causa occupationis studij, vel prædicationis, vel infirmitatis, vel alicuius legitimæ occupationis excusentur ab hac obligatione. Quoniã etsi obligatio hæc, vt arbitratur Sotus, à iure diuino descẽdat, cõtra alios, qui solutionem. 7. horarũ canonicarum de solo iure repositiuo ecclesiæ esse autumant: tamen sicut præceptũ audiendi missam in illo iure diuino, sabbata sanctifices fundatur, & nihilominus admittit occupationes alias legitimas, & rationabiles ab impletione huius præcepti excusantes, sicut eas admittit præceptũ de ieiunio sic & hoc præceptũ eas admittit. Respondetur igitur ad quæstionem suo ordine. Et primo de inseruientibus infirmis, dicitur, quod licet Nauarrus vbi supra, num. 1. o. 2. ait se probasse neminẽ à recitãdo excusari, eo quod inseruiat, studeat, vel peregrinetur, cõtra Gerardũ de assiduitate orandi. q. 6. & Abbatẽ antiquũ de celeb. miss. c. 1. tamen Sotus ait vbi supra de impeditis circa infirmos, aut aliter legitime sic impeditis quod si nullatenus possent orare, excusarẽtur dummodo absit fraus, quæ caueda est: quia obligatio hæc recitãdi horas strictissima, inquit, est. Arbitror autẽ ego, quod si infirmitas ægrotãtis non est talis, quod sine periculo nõ potest dimitti æger, nisi attẽdatur curæ eius, sed aliquod spacium recitandi relinquat ægroti inseruienti: tunc in illo spacio si non persoluat horas non excusabitur. Nam occupationes voluntariæ assumptæ secundũ Magist. Can. in relect. de poenitentia non liberant sic occupatum, vt horas omittas tempore occupationis non teneatur eodem die, si suppetat tempus, vel anticipatedicere, vel post soluere. Si autem grauis sit infirmitas, vt nullo tempore liceat à cura infirmi desistere: tunc in hoc casu vera est sententia Soti. At contraria Nauarri verum habet, quando sine incommoditate notabili, relicto infirmo, potest ei inseruiens impletioni præcepti de recitando vacare. Addit verò Sotus se arbitrari, quod qui mittuntur ex choro ad thurificandum in altari simpliciter non tenentur Magnificat, & antiphonam dicere: quia neque coguntur memo-

**A** riter dicere, neque alium tunc secum portare librum. At licet nolim tanto viro contraire, sed consuetudo recepta huic suæ opinioni contradicit. Nã huiusmodi ministri, ex quibus rari sunt, aut nulli qui Magnificam aut benedictus memoriter non teneant, soliti sunt cum sacerdote thurificaturo, dum pergunt à choro ad sacrificiã, vel altare dicere. Benedicunt, vel Magnificat, & antiphonam, vel ipsi dicunt, vel audiunt eam à choro eam cantante, & orationem audiunt à sacerdote. Non tamen ob hanc consuetudinem volo damnare ad graue valde, vel mortale peccatum hæc modica dicere, vel audire omittentes. Præterea idem Sotus pulsantem organa, qui organis choro respondet, non audet obligare ad postea officium illud pendendum, propterea, quod in primitiua ecclesia tantum erat vnus liber in choro. Sed dico, licet tum penuria libri excusaret, quia non erat, nisi vnus, nunc vbi copia librorum breuiariorum & diurnalium magna suppetit, hæc ratio non excusat. Nunc igitur standum esse ex illo in hoc consuetudini communiter inter organistas seruata, secundo dicitur de infirmis, atque de alijs similiter impeditis dicendum est, quod excusantur à recitatione horarũ, dum modo absq; omni fraude ad prudentiã boni viri impedimentum existimetur esse legitimum. Igitur in re dubia consilium medici, auctoritatque prælati vt in ieiunijs interuenire debet. Igitur non censetur peccare mortaliter infirmus omittens horas, vel quando recitando multum conturbatur, vel quando infirmitas est multum infesta. Tamen autore Nauarro infirmitas illa, quæ non impedit colloquia grauiã, & negociorum & rerum grauium ordinationem, non excusat. Vnde credit Nauarrus multos nimis facile se excusare. Sed occurrit hic dubitatio non contemnenda, an febris quæ itatis horis recurrit, vt tertiana, & quartana excuset à recitandis horis, quas præoccupatus tali febre tunc recitare nequit, si ante vel post febrim illas recitare valet? Igitur Nauarrus vbi supra affirmat non excusari, si quartana, vel tertiana est leuis. At Magister Canus in Relection. de poenit. parte quinta. aliter sentit. Nam sic distinguit: Si impedimentum legitimum postea futurum voluntarium est, tenetur sic impediendus diuinum officium ante soluere, cum reliqui temporis impedimentum quamuis sic legitimum, & necessarium, libere iste præstet. Quod si impedimentũ à natura, vel violentia extiterit, vt ab ingruente morbo, vel febre, non est astringendus talis, nisi ad id officij persoluum, quod pro tempore præsentis, atque præterito debetur. Nam facultas, quæ datur ab ecclesia auertendi, aut postponendi diuinum officium, intra diem tamen

men naturalem privilegium favoris est, nō vinculum necessitatis, praevēnire possumus, non tenemur. Igitur secundum istam sententiam Canonicae moderatior videtur esse atque verior contra Nauarr. horas quas praecipue occupatus quartana tunc dicendas omisit, post leuatus iam a febre eodem die dicere non tenetur: sed neque ante aduentum febris eas praevēnire tenebatur. Neque est eadem ratio de medijs ad salutem necessarijs vt de baptismo, & de confessione in periculo mortis. Nam in his sine determinatione temporis expectanda oportet hanc sacramenta ante capere, quando post propter impedimentum nos non posse ea praecipue implere aduertimus. At praecipue, quae habent tempus determinatum, vt ieiunium quadragesimae, aut vigiliae alicuius festi non est necesse praevēnire, propter impedimentum futurum. Sequitur hinc corollarie, quod quando tertiana, vel quartana reliquit sic ad horas obligatum, & non manet nimis defatigatus, aut debilitatus, sed in ea dispositione, quod sine nocimento noto salutis possit recitare obligatus est ad recitandas, quas sua culpa non recitavit ante febrim, quae tunc in suo tempore sine praevēnitione occurreret dicenda, & quae eodem naturali die occurrunt dicenda post febrim. Nō autem tenetur iam eodem die neque altero recitare horas, quas pro tempore, quo duravit febris ea detentus recitare nequirit. Secus est secundum Canones, si impedimento voluntario licet necessario fuit praecipue occupatus, scilicet, in studio prolegendo, aut praedicando: quia tunc quas tunc persolvere nequit, eodem die ante vertere, vel post recitare eodem die debet. Si autem causa repentina se offerret sedandi tumulum populi, aut causa, quae sine scandalo, aut sine peccato amittitur non possit, excusaret à recitatione horarum, secundum Henric. de Gand. in quolibet. 15. quæst. 12. cui assentit Maior in. 4. distinctione. 12. quæst. 6. col. 4. & Sylvester verbo hora quæst. fin. Similiter si necessitas habendi praevēnitionem in concursu publico, vel conclusiones defendendi cum multum interesset rei publicae, aut personae privatae & eorum studium precum recitatio non compateretur. Ex ultimo autem praedicatorum, qui magnum fructum non faceret in populo, propter necessariam occupationem in studio praedicandi, non excusari à recitatione horarum. Nam de huiusmodi praedicatoribus vulgaribus, quorum magna abundat copia in populis, qui parum fructum reportant ex sua praedicatione, dixit Victoria, quod melius facerent, si abstinerent à praedicando, quando cum observatione ieiunij non valent praedicare.

¶ Praeterea, qui ex legitimo impedimento, vel aliter praetermisit horas diurnas, non tene-

**A** tur altera die replicare, sicut neque ieiunium diei omisissum. Sicut neque qui dimisit aliquid in medio, vel in principio officij non oportet, vt repetat totum officium, sed solum id, quod omisissum est. Si autem partem notabilem omisit, secundum Archid. reincipiat totum, si vult mortale euadere. Et si dixit nonam ante sextam non est opus replicare, sed sufficit dicere omisissam, secundum Petrum de Palud. Item audiens legilectiones, vel antiphonas in choro, & huiusmodi non oportet, quod ipse replicet: sufficit enim attente audire, nisi taliter se exerceat, aut occupet in choro in alijs, quod non possit ita attendere. Caritas enim ibi facit, vt quod vnus facit alteri tribuatur, quod notatum est dignum. Quamuis etiam verum sit, quod qui stant in choro taliter dicentes diuinum officium, vt seipsos tantum percipiant, licet alteri choro attendant, dum alterum dicit verbum, non satisfaciunt secundum Caiet. quia non communicant cum alijs in choro & consequenter totum officium non dicunt, vt praecipitur ca. presbyter. de celebratione missarum. Et peius faciunt qui ibi tantum mouent labia, neque se ipsos adiungunt, tantum abest, vt audiantur ab altero choro, quo circa non videntur satisfacere officio.

¶ Deinde scitu opus est, an ex dispensatione Papae possit quis excusari à persoluedis horis. Respondetur, quod Panor. in dist. cap. 1. tenet, quod non possit Papa dispensare, quod praedicti beneficiati, vel in sacris non teneantur ad horas, licet possit cum illis dispensare in modo dicendi, puta, hoc vel illud officium. Huic opinioni accedunt Angelus & Rosella. Sed quia fundamentum eorum non est solidum, scilicet, quod nunc persolvere septem horas sit de iure diuino, iuxta illud, septies in die laudem dixi tibi: quia hoc nō est praecipuum morale, quod nunc daret post veterem: ideo Sylvester verbo hora. q. 9. melius tenet cum Laud. & cum Ioāne. Delit. in clem. 1. de celebr. missar. scilicet, quod Papa cum praedictis super hoc dispensare potest, licet nō possit facere, quin clericus teneatur ad recopendendum beneficioribus, si est beneficiatus, vel saltem ad regratiandū Deo, si nō est beneficiatus, per aliquid indereminari: quia hoc est de iure naturali. Sed ista recopendatio debita benefactoribus, vel regratiatio debita Deo non sic obligat ad 7. horas, quia vt ait Sylvest. verb. hora. q. 5. §. 3. neq; impediti recitare tenentur, supplere post per psalmos, quia id de praecipuo ecclesiae nō habetur, sed de iure naturali, dictante, quod benefactoribus recopendatur, quod etiam per minimam orationem fieri potest, cum praeponderet omnibus thesauris, sicut spirituale temporalibus. Et ideo non oportet scrupulo agitari impeditis super recitandis

altero

altaro die sequenti horis omisissis.

¶ Porro nunc de his, quae sunt dicenda in officio diuino, vel non, dicendum est. Primo, quod pro officio, qui ad illud tenentur dicere debent. 7. horas canonicas de praecipuo: de consuetudine autem quilibet dicat officium suae ecclesiae, secundum ordinem suae ecclesiae, vel suae religionis. Sed consuetudo haec antea non obligabat ad mortale secundum Caietanum: quia recitare secundum curiam, vel secundum formam alterius ordinis, non propter hoc mortale peccatum reputabatur: quia id non mutabat substantialia officij, sed accidentalia. Imo secundum directorium, qui ad titulum patrimonij ordinatus esset, posset quod libuerit diuinum officium soluere. Cui refragatur Sotus, & merito: quia obligatio orandi non nascitur ex solo beneficio, sed ex clericatu: & ideo tenetur vnusquisque & in modo recitandi marici ecclesiae suae, esse subiectus, nisi in alia ecclesia sacerdotium haberet vel beneficium. Quod si in pluribus ecclesijs habeat beneficium, illius formam recitandi tenetur sequi vbi residet. Itaque beneficiatus in duabus ecclesijs, illius officium debet dicere, in qua tenetur facere residentiam. Quod si ad nullius residentiam tenetur, debet se conformare illi, in qua se reperit, nisi dicat de perse: quia tunc habet locum quod D. Thomas in quolibet. 6. ait, scilicet, quod debet dicere officium eius, in qua maiorem habet dignitatem, licet alia sit pinguior. Si vtraque praebenda est parae dignitatis, & ab vtraque est absens, dicet quod cunq; voluerit. Sed ista obseruabantur antiquitus. Sed nunc post editionem nouae formae correctae recitandi breuiarij Romani, non licet clericis, aut religiosis aliam formam recitandi horas canonicas obseruare & hanc praeterire propter mandatum Papae strictum, quo omnem reduxit clericatum & religiones ad hanc formam recitandi, exceptis his, quibus ex forma approbata à sede apostolica à tot annis concessum est aliter recitare. Sed neque modo religiosis ordinis praedicatorum omnino est liberum breuiarij sui denovo correcti formam recitandi approbatam per Iulium Papam tertium, & confirmatam immutare, vel ab hoc vsu recitandi ad veterem, vel alium quem prius recedere, neque aliquid addere, vel minuere, nisi iuxta instituta dicti ordinis per generale capitulum aliter constitutum fuerit. At hic Iulius praecipuis verbis non vtitur, sed solum dicit. Approbamus ac confirmamus, volumus, & auctoritate decernimus. Quocirca etsi id quod ait Magister Bandelus in constitutionibus fratrum praedicatorum verum sit, quod praedicti eorum possint mutare officium, quo ad accidentalia, vt si debeat fieri de

**A** feria, fiat de sanctis, & huiusmodi, licet non quo ad substantialia. (quia praecipuum huiusmodi non est determinatum circa modum) peccarent tamen illud mutantes, sine rationabili causa; maxime post praedictam confirmationem Iulij tertij, in qua decernit, ne ab vsu in breuiario illo correcto approbato recedamus, vel aliquid minuamus, vel mutemus. Non tamen secundum eundem Bandelum, postquam praedicti ordinis praedicti generales aliquid innouare ad perpetuandum, per modum constitutionis, aut consuetudinis generalis, circa diuinum officium, sicut non possunt tollere consuetudines approbatas. Imo non solum praedicti culpae tradit Sotus vbi supra art. 4 quod prohibito mutent officium de feria in sanctum, quia can. his & can. placuit. 12. distinctione, constituitur, vt vnus sit psallendi modus, secundum morem ecclesiae Metropolitanae, atque in religionibus secundum sua cuiusque statuta: sed etiam idem Sotus, licet dicat ibi se non prorsus audere, contradicere Caietano, asserenti in summa non esse reatum mortalem, solui officium de sanctis die, qua deberet de feria, neque solui iuxta ritum Romanae ecclesiae, dum deberet iuxta monachale institutum, tamen culpa omnino non carere asseuerat, neque sic laxanda essent licentiae habent in re hac. Imo deberet antistites huiusmodi, ausus cohibere, & cogere clericos, & religiosos, vt aliter, priuatim officium non pendant quam in choro sit. At si: cur Sotus sententiam Caiet. non damnat, ita Syluester verbo hora. q. 15. sententiam Caiet. approbare videtur, dicens, quod si ex causa rationabili, vel ex iusto impedimento, vel huiusmodi dixit priuatim officium de sancto, cum recitandum erat de feria, non est peccatum. Si vero factum fuit ex inaduertentia, vt quia dixit quis officium de sancto, cum de feria recitare debuisset, & nunc replicare fastidit, vel ex maiori communitate, vt quia hoc officium in re tenet, non aliud, est veniale vel nullum. Si autem fiat infraudē, vt dicatur officium breuis secundum Archidiaconū, non est absque graui peccato, nō tamen intelligas quod sit mortale, inquit Sylvester: quia determinatum officium nō est in praecipuo. Sed certe si scrupulus Soti aliquid apparentiae habet, est in casu in quo quis infraudē solā, vt à proximitate feriae quintae, aut secundae, aut sabbati liberetur de sancto trium lectionū, cuius Matutinae sunt in duplo breuiiores, recitaret. Sed neq; hunc casum a deo ad mortale damnare, praesertim, quando in consuetudinem id ducere non decernitur: quia iam haec consuetudo fraudulenta veluti contemptum interpretatum praesertit.

¶ Deinde quaeritur de officio Beatae Virginis minori, & de Cantico graduum, & de



officio mortuorum; & de psalmis poenitentia libus in die Cinerum, vel paratēues, & de litanis, sub qua obligent culpa ad ea recitanda, vel an non obligent, & de salutatione dicenda in sero ad pulsationem campanæ. Igitur ad singula suo ordine respondententes ad primum dicimus, cum Soto loco citato articulo. 4. quod de recitando officium Beatæ Virginis, nullum extat ius; sed sola consuetudo, quæ forte a trecentis hinc annis inualuit; scilicet a tempore D. Bernardi, quæ tunc incepit ex pietate, & deuotione. At vero decursu temporis consuetudo hæc adeo inualuit, vt nullus Doctorum, aut sanctorum patrum negare audeat vim habere præcepti. Igitur ad officium Beatæ Mariæ; quando regulariter dicitur in choro, tenentur omnes ex consuetudine ecclesiæ, quæ consuetudo ad id obligat sub mortali. Secus est cum non dicitur in choro, licet bonum sit, vt private tunc dicatur. Ita Secundum Panormitanum, & Ioann. De Lig. in capite. 1. de celebratione missarum & Clementin. 1. eod. & Petrum de Palude in. 4. distinctione. 15. quæstione. 5. articulo. 6. Secundo de cantico graduum dicitur, quod in ordine Prædicatorum, per suum ordinariam indicitur religiosi, vt quando officium maius Beatæ Mariæ Virginis fit in sabbathis dicatur Canticum graduum. Et quoniam accessorium est ad officium Beatæ Virginis, quod celebratur in sabbathis, videtur induere naturam, id est, obligationem principalem; & quia subrogatur vice officij minoris, de Domina, quod tunc alias dicendum erat, si non recitaretur officium principale de Virgine. Atque vt subrogatum sapit naturam illius, in quo subrogatur, ideo non auidim affirmare, quod non teneantur prædicti religiosi ad huiusmodi Canticum graduum tunc dicendum, sub maiori obligatione, quam peccati venialis; licet nullum doctorem nostri ordinis inuenirem de hoc expresse loquentem.

De officio autem defunctorum tertio dicimus cum Soto loco citato, quod ad officium animarum post festum omnium sanctorum manifestum est omnes clericos in sacris teneri: nam illius diei est proprium officium: & illius diei onus. Vnde religiosi ordinis Prædicatorum, qui semel in hebdomada excepta hebdomada octauæ resurrectionis & Pentecostes, persoluerent nouem lectiones defunctorum cum laudibus, & vespere eorum tenentur, ab hoc onere eas dicendi non excusantur etiam in illa hebdomada, in qua post festum sanctorum omnium recitari de defunctis contingit. At vero ad officium defunctorum, quod secun-

dum diuersarum ecclesiarum consuetudines diuersimode, aut diebus aliquibus, aut quotidie, aut semel in hebdomada soluitur, apparet, inquit Sotus non teneri, nisi eos, qui de decimis viuunt, puta beneficiatos, vt quolibet. 6. articulo. 8. insinuat D. Thomas. Ad quod etiam tenentur beneficiati, qui in scholis existunt, secundum Sotum. Nam hoc officium persoluitur pro bonis, quæ mortui ecclesijs reliquerunt, & ideo in singulis religionibus tenentur singuli clerici religiosi secundum sua statuta sub poena peccati mortalis illud exolvere. In ordine autem Prædicatorum in capitulo generali Salmanticensi anno. 1551. ad tollendos scrupulos, & pro recompensatione, & debito iustitiæ, fuit ordinatum, vt nullis festis, aut octauis etiam solennibus obstantibus, præter octauas paschæ, & Pentecostes, totum officium pro ipsis defunctis, cum nouem lectionibus, qualibet hebdomada semel ab omnibus & singulis fratribus, tam in choro, quam extra persoluantur. Seculares autem clericos, qui nullum ecclesiasticum habent beneficium, non est ita constans ad huiusmodi onus lege cogi, vt inquit Sotus: licet censeat Sotus, cum iam sint in sacris mancipati, more teneri ecclesiæ, cui subduntur.

De litanis vero dicimus cum eodem Soto, quod bene arbitrantur, qui censent huiusmodi consuetudinem de dicendis litanis in profestis diebus nocturno officio adhibitis, non habere vim præcepti. Non enim habent formam vt sint pars diuini officij, sed sunt preces quæ dantur ad sanctos adhibitas. Quocirca in eodem capitulo generali Salmanticensi dicitur, vt chorus dumtaxat litanias dicat. Qui vero ad chorum non conuenerint, vel extra conuentum fuerint, ad eas minime teneantur. Ita Syluester verbo, hora, litanias ait, non esse de præcepto, neque septem psalmos poenitentiales, vel psalterium in die paratēues dicere obligat non existentes in choro: quia patres nostri noluerunt nos ad præceptum obligare in huiusmodi: vnde talis consuetudo priuatim vt præceptiua non obligat. Similiter salutatio angelica, quæ dicitur in sero, licet sit recepta per consuetudinem christianam: tamen hæc consuetudo auctore Syluestro non obligat sic, quia consuetudo non obligat, nisi ex intentione legislatoris, quam communis opinio manifestat.

Porro de tempore & ordine horarum, reliquum est, vt dicamus. Et primo loquendo de solutione horarum in communi, vt fit in choro, necessarium est statuis per ecclesiam horis persoluantur, ita vt huius omisitio culpa

culpa sit mortalis. Ita Sotus vbi supra. Quia sic sancitum est per ecclesiam, vt innotescat populo, quo tempore ad ecclesiam conuenire debeat: alias ecclesia per grauem offensam pateretur, vt insinuat Clem. 1. de celebrat. missarū. Quæ sententiam Soti magis moderatam inuenies in Summa Syluestrina verbo hora quæst. 10. scilicet, quod hoc verum est in casu, quo prælati ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum notabiliter, & sine causa rationabili permetterent officium retardari à debitis & assuetis horis. Nam tunc peccarent mortaliter: quia hoc præcipitur in Clement. 1. de celebr. missar. Atque similiter peccarent mortaliter beneficiati in dictis ecclesijs, & subditi prælatorum regularium, si non dicerent, quando eis imponitur, secundum Angelum. Quod tamen limitat idem Syluester, id verum esse, quando tali hora per alios officium diuinum in communi non diceretur, & non aliter: quia hoc præceptum ligat omnes, sed non singulos: Sicut & illud: Crescite & multiplicamini ad quod sufficit, si generatio humana iustitiam per aliquos compleatur. Ex quo sequitur corollarie, quod ex rationabili causa præuenire, vel retardare horas, etiam in communi dicendas, vt quia processio est fienda, vel prædicatio vel huiusmodi, non est peccatum. Imo etiã hæc cessante rationabili causa hora debita non debet accipi punctualiter: alioquin non posset dici tercia statim post primam, vel prima post matutinum, vt fit in capella Papæ, sed grosso modo sicut dicere in aurora, vel quasi, censetur in media nocte.

Adde etiam, quod tam exiguus potest esse conuentus religiosorum, vt si sint ibi dumtaxat tres, vel quatuor religiosi, quod sicut tunc autore Soto, non esset illis culpæ mortali tribuendum si in aliquibus festis sacrum non facerent in communi: ita neque culpæ mortali sibi esset imputandum, si in communi, scilicet, in choro quotidie simul horas canonicas non recitent: maxime si in alijs spiritualibus, necessarijs negotijs essent præoccupati, ita vt ad horas dicendas in communi non possent conuenire. Nam ratio magistri Bandeli super constitutionibus fratrum Prædicatorum distinct. 1. cap. 1. id persuadet. Vbi ait, quod quia ecclesiæ nostræ sunt collegiales, & in ipsis debeat diuinum officium in choro, & missa conuentualis debeat celebrari, debet constare numero duodenario religiosorum clericorum, ita vt ex his sint saltem decem, reputatur que à nostra constitutione pro non conuento ille saltem, qui nunquam habuit numerum senarium fratrum vocalium. Nam is titulo prioratus priuatur. Alias prælati negligentia circa soluendum officium in communi, vbi ea est co-

Instruct. conc. Pars. 2.

pia choristarum, vt comode fieri possit, peccatū mortale est.

Præterea de tempore, quo priuatim diuinum officium dicendum est, dicimus primò, cum Caietano, quod tempus istud est totus dies à vespere præcedentis diei, vsque ad mediam noctem diei sequentis: ita tamen, quod solas matutinas liceat dicere in vespere diei præcedentis, reliquas verò horas vsque ad mediam noctem diei sequentis. Multum autem tardare ex negligentia, licet non sit mortale, graue tamen veniale est, si sine rationabili causa fiat. Possunt tamen præuenire horam consuetam, dicendo matutinas in sero, vt quietius, & commodius dicant, vel ob aliquam honestam causam, vt consultitur in iure cap. presbyter de celebr. missar. Nam secundum Nauarr. & Sotum, vbi supra, melius est horas anticipare quam postponere, quando per occupationem debitis horis dici nequeunt: quia illud providentiæ hoc negligentiam tribui potest. Ita D. Thomas quolib. 5. art. 28. Quauis anticipans horas, vt voluptuosius mane dormiat venialiter peccet. Igitur non est tribuendum peccato, sed potius merito, si quis propter occupationes honestas postea futuras matutinas horas vespere præcedenti recitet, & mane vsque ad nonam inclusive, & post meridiem reliquas simul arg. cap. 1. de celebr. missar. In tempore autem quadragesimæ, quando in profestis diebus ieiuniorum dicuntur vespertinæ horæ ante prandium in communi in choro, si priuatim recitans eas dilaret dicendas, post prandium, non est grauis culpæ arguendus. Ita Syluester, vbi supra quæst. 10. §. 5. Quia licet vespere ante prandium dicendæ sunt tempore quadragesimali de consecratione distinctione. 1. canone solent, sed tamen iste textus loquitur secundum Doctores de officio communi, nõ de priuato. Vnde licet ipse faciat scrupulum inagnum priuatim prandendi ante vespere, si tamen quis hoc faciat ex causa rationabili, non est peccatum.

Nunc autem de ordine dicendi horas sermo occurrit. vbi primo illam quæstionem in materia de eucharistia iam discussam missam hic facimus, scilicet, an culpa mortalis sit ante horas matutinas persolutas prius missam celebrare. Nam iam diximus idque nunc repetimus breuiter cum Soto de iustitia & iur. libro. 10. quæst. 5. articulo. 4. contra Veruecensem & omnes summissas, & Antoninum & Hostiensensem priuatim non esse tribuendum culpam mortali, si non persolutis matutinis missam celebret, quia depriuatim nihil est cautum iure. Sed neque consuetudo, quam allegat, talis est, quod acceptata sit vt obligas ad peccatū mortale inter peritos nostri temporis, nisi forte inter aliquos scrupulosos.

Neque

Neque ista consuetudo est de materia adeo necessaria, aut graui. Vnde ex causa rationabili hanc consuetudinem prætere (vt si ei qui matutinas non dixit causa incubit celebrandi, vel quia prælatus præcipit: vel aliquis elemosinam offert, vt statim dicat) nulla tunc est culpa. Imo si quis propter morbum aliquem legitimam haberet excusationem soluendi officium diuinum, nihil prohibet, quin sacrum missam facere possit, quantum neque dixerit, neque dicturus sit ceteras horas. Secus autem est, si incuria prælati missa conuentualis ante dictas matutinas in communi celebraretur: nam hic habet verum sententia summistarum.

¶ Consequitur hic dubitatio, de qua ait Nauar. vbi supra. nu. 107. se fuisse interrogatum. Vtrum post totas reliquas horas diei persolutas, liceat persolvere matutinas. Respondetur igitur, quod non solum licet matutinum diei sequentis ante solis occasum recitare: sed etiam mortale non erit si post omnes alias horas diei persolutas matutinum officium, quod eas præuenire debebat soluatur: quantum id graui culpa non careat si nulla interuenerit rationabilis excusans causa. Verum ibi videtur insinuare. Nauar. q. persoluto officio matutino, ante solis occasum, possit post illud totum horarum diei pæsum persolui à priuato. Quod si intelligat immediate, post illud, non est verisimile eius assertum. Debet ergo intelligi vt ipse alibi ait, si post ex rationabili causa à mane vsque ad nonam inclusiuè persoluat, & post meridiem reliquas simul. Itē, quod prima sic celebranda missa debeat præuenire, asserere, (si de priuato loquamur) res est omnino vano scrupulo non carens. Quocirca ait Sotus, melius esse illi, qui in conuentu missam aurora dicit, post missam celebratam interesse in choro ad primam, quam primam ante missam soluere. Deinde notanda est explicatio, qua Sotus illo art. 4. explicat summistarum illam assertionem celebrem, scilicet, quod horarum ordo non est in præcepto. Quam duobus moderaminibus attemperandam esse censet. Primo quantum ad illos, qui priuatim orant: & secundo, quod istos sub reatu mortali non obligat. Verum tamē, si quis ex culpa vel absque illa, horam, verbi gratia, primam aut tertiam, imo etiam nocturnum officium dicere, quando debuit omiserit, si postea occurrerit tempus, quo potest choro interesse, consultius est, vt inibi posteriores prius persoluat, & postea priuatim priores, quam si vt ordinem seruet choro absit.

¶ Deinde scitu opus est. Vtrum aliquam solum horam omittere sit peccatum mortale, aut omittere aliquam eius partem. Respondetur ergo, dicendum esse cum Palude, quod qui nota-

**A** biliter male dixit officium, si vult euadere mortale debet repetere totum: si autem modicum dimisit, puta dictionem, aut versum, aut psalmum, tenetur illud solum repetere post officium, vel aliquid loco eius dicere, si vult euadere veniale. Secundo dicitur contra Richard. Anglicum in quolibeto, quod etiam ex negligentia tecluso contemptu, est peccatum mortale, vnam horam solum omittere, vel etiam Laudes omittere secundum Syluestr. & Palud. & Henricum de Ganda. in quolib. & Archidiaconum contra summam Angelicam. Et hoc est indubitatum propter præceptum cap. dolentes. Dicitur tertio, quod omittere notabilem partem horæ ex negligentia, etiam solet damnari ad mortale, sicut laicum non audire notabilem partem missæ de præcepto. Sed quanta sit hæc notabilis pars, cuius omisio constituit mortale, dicitur non esse omisio nem vnius psalmi, vt communiter dicitur. Arbitror tamē, quod sicut omisio tertiæ partis missæ, cum audienda est de præcepto, sufficiens & notabilis pars videtur ad reatum mortalem incurrendum secundum aliquos Doctores: sic etiā omisio tertiæ partis horæ merito debeat tanquam notabilis iniicere scrupulum culpæ mortalis. Licet cum ad arbitrandum hoc in particulari peruenimus, scilicet, quæ dicatur in hoc casu notabilis pars, vel non, mallem arbitrium aliorum prudentium, & doctiorum sequi, quam aliquid pro certo diffinire.

¶ Præterea explicatione indiget & hoc dubium, Vtrum qui omittit ex negligentia horas diei, peccet vnum solum peccatum mortale, aut plura. Quæstio est vbi Doctores summistarum non satis sufficienter se videntur explicare. Sed neque Syluester, qui eorum refutat explicationem, videtur huic quæstioni facere satis. Igitur fatius mihi sic videor ad id dubij respondere posse, scilicet, quod si à principio deliberauit totum officium diei prætermittit, illudque propositum vsque ad mediam noctem sequentis diei continuauit, vnum censetur peccatum commississe. Nam etsi per totum illum diem recoleas suum propositum, illud denuo proponat adimplere secundum Victoriam, & Caiet. non videtur de nouo peccare, quando post actu proponit totum officium non recitare, sed peccare maiori peccato continuato: quia repetitio illius propositi videtur (cum non sit interruptum per poenitentiam, quasi per actum contrariam à principio conceptum propositum) esse illius tantum confirmatio & continuatio. Sicut qui è contrario votum emittit, de re Deo grata, si memor huius voti, iterum id ipsum voueat, non videtur nouum esse votum distinctum, sed confirmatio prioris, secundum Mecham Salmanticensem: Sicut

Canus

Canus in sua relectione de poenitent. parte. 5. ait. Quod si odium vel amor malus & lasciuus famina durans per diem interruptitur per actum contrarium, necesse est confiteri, quoties huiusmodi culpam renouauit, sic odiens aut amans. Si autem illa interruptio fuit naturalis: vt plerunque fit, non oportebit exprimere: sed satis est in hunc modum confiteri, Tota die adamaui Mariam, vel odium Petrum. Sufficiens enim notitia datur confessori, & ad medendum, & iudicandum. Sic ergo in præfati casu dum propositum à principio non recitandi conceptum per contrarium actum poenitentiam non interruptitur, satis est confiteri, se habuisse propositum, continuatum per totum diem non recitandi horas. Si vero illud propositum interruptitur de illo poenitentiam, & rursus post poenitentiam illud renouauit, iam erit aliud peccatum distinctum distincte confitendum. Et sic tot erunt peccata distincta distincte in confessione exprimenda, quoties sic renouauit tale propositum, iam extinctum per poenitentiam.

¶ Iam huic materiam finem imposituri duximus, & has adnotatiunculas, ad hanc materiam aliquomodo pertinentes huc aduocare breuiter, scilicet, quod inter orandum isti motus, scilicet, petitio veniæ & unio peccatoris proprie soli Deo exhibetur. Ita Victoria. Sicut & illa forma orandi, scilicet, Miserere mei, vel, Miserere nobis, vt patet ex vsu ecclesiæ in litanijs, & si quæ alia forma est huic similis, vt illa: Dimitte nobis peccata nostra, dum id petitur à Deo, vt à causa principali, licet ad Virginem Mariam, tanquam aduocatam principalem, & adiutricem oratio à fidelibus possit fundi, sicut etiam orando tanquam ad intercessores conuertimur ad sanctos. Admonet tamen hic Sotus concionatores & magistros scholarum, & parentes hanc religionem eos, quos in politia christiana instituerunt debent, summa diligentia docere debere, vt Domino Iesu Christo pro omnibus sumus omnes deuoti. Nam videre est passim in repentinis necessitatibus Beatam Virginem (quod sanctissimum est) atque alios sanctos inuocari (quod pius est) nomen autem Iesus, quam rarissime, cum tamen illud sit, in quo oportet nos saluos fieri. Non enim sancti pro nobis mortui sunt, vt tam charissimi eis sicut semus Christo autori nostræ salutis, qui se ipsum tradidit in mortem pro omnibus nobis. Nota secundò cum Nauarro in summa cap. 11. num. 36. quod mulieres licitis signis, puta, crucis & licitis orationibus vtentes, & exorcismis, verbigratia, obtestantes per passionem Christi, & alia huiusmodi non peccant mortaliter, dum nomina ignota, ibi vel characteres ignotos, vel aliquid superstitiosum & vanum immi-

**A** sceant. Verum tamen horum vsus debet illis merito interdici, quoniam sapissime multa vana, & superstitiosa immiscet. Nisi alias sint persone honestæ, & prudentes, de quarum vita opinio bona sparsa sit in populo. Nisi ex hoc arripere tur occasio ab alijs simplicibus mulieribus aliquid superstitiosum molendi: quia tunc abstinere deberent iuxta illud D. Pauli ad Thesal. 5. ab omni specie mali abstinete vos. Similiter qui dicuntur vulgo, saluadores, quantum cunq; sint alias perditissimi homines bene possunt suo munere fungi, quoniam gratia sanitati hinc conceditur à solo Deo in vtilitatem aliorum. Si non admisceant orationes superstitiosas, aut signa ignota, & vana permittendi sunt. Non tamen est superstitiosum orationibus sanctis directis ad Deum cõtendere tollere ligaturas & maleficia diaboli.

**B** ¶ Tertio notandum est cum Soto, quod inter diuina officia miscere lasciuia dicta, quæ pullas Hispanice dicuntur, sicut receptum erat antea vsu inter aliquos clericos in nocte Natiuitatis, culpa mortali non caret: sicut etiam aperte sonos lasciuos, vt sonum Hispanice dictum de la garabanda inter diuina officia pulsare, aut canere ad organum & alios aperte impudicos catus. Inter diuina autem officia organorum vsus nequam est repudiandus, cum & sacris testimonijs comprobetur, licet in capella summi pontificis non sit admissus. De alijs autem instrumentis, inquit Sotus, quod neque prorsus approbanda sunt, neque omnino reprobenda, sed consulenda est prudentia, quæ nam illorum locum sancti tatis deceant. Nam Sanct. Thomas nihil aliud dicit, quam, quod antiquo populo magis, quam nobis congruebant.

**C** ¶ Vltimo notandum est, quod diuinum officium etiam si priuatim dicatur, in honesto loco est dicendum, non inter tumultum platearum, & populi & fori, vbi facile distrahitur mens. Quauis etiam tempore interdicti vnus, vel duodum inter se inuicem recitant, etiam extra ecclesiam clausam in propatulo campi possunt illud inter se submissa voce recitare, dum caueant, ne ab alijs audiantur.

¶ Item nota cum D. Thoma quod omittenti horas alia poenitentia arbitraria imponenda est, & non vt omittas horas repetat. Ita Palud. quia multoties id neque loco & tempore congeret. Ita D. Thomas in quolib.

De elemosyna.

CAP. CVI.

¶ An elemosyna sit charitatis actus: Et de 7. generibus elemosynarum corporalium: Et an

Z 5 elemo-

*eleemosyna corporales sint potiores: Et an habeant effectum spiritualem: Et utrum dare eleemosynam sit in precepto: Et an teneatur homo eleemosynam dare de superfluo, etiam extra extremam necessitatem: Et an in extrema necessitate satis sit commodare: Et anteneatur quis dare eleemosynam de necessario ad statum: Et an extra extremam necessitatem, teneatur quis de pertinentibus ad statum eleemosynam dare: Et de regula pro cognoscendo superfluum: Et an possit fieri de illicite acquisitis, vel de acquisitis per ludum, & de materia ludi.*



**M** A expedita materia de oratione, quæ inter partes satisfactionis connumeratur, nunc iam de alia parte satisfactionis, scilicet, de eleemosyna differendum est nobis hic iuxta ordinem super. 4. sent. scribentium: quauis D. Thomas hanc materiam. 2. 2. quæst. 32. absoluat. Quæritur ergo primo, an dare eleemosynam sit charitatis actus. Respondetur autem, quod exteriores actus ad illam virtutem referuntur, ad quam pertinet id, quod est motiuum ad agendum huiusmodi actus. Motiuum autem ad dandum eleemosynam est, vt subueniatur necessitati patienti: quod quidem motiuum pertinet ad misericordiam. Vnde planum est, quod dare eleemosynam proprie est actus misericordiae, quod ex significatione huius nominis eleemosyna claret. Nam in Græco eleemosyna à misericordia deriuabatur, sicut in latino miseratio; & quia misericordia est effectus charitatis, ex consequenti dare eleemosynam est actus charitatis, misericordia mediante. Vnde eleemosyna à quibusdã sic diffinitur, scilicet, quod eleemosyna sit opus quo datur aliquid indigenti, ex compassione, propter Deum. Aduertendum est autem, nõ ob stare prædictæ doctrinæ quod D. Paulus infirmitatem eleemosynam posse esse & fieri, sine charitate, dicens. 1. ad Corint. 13. Si distribuerò in cibos pauperum oēs facultates meas, charitatẽ autẽ nõ habuerò, nihil mihi prodest. Nam solũ in sinuat, q̄ sicut potest aliquis materialiter, quod aiunt, facere aliquid opus iustum, sine virtute iustitiæ, sic potest aliquis dare eleemosynas materialiter sine charitate. Tamen sicut non contingit facere formaliter iustum, idest, prompte & delectabiliter, sine virtute iustitiæ: sic neque dare formaliter eleemosynam promptẽ, & delectabiliter, & in omni eo modo, quo debet, non est sine charitate. Neque obstat, quod eleemosyna inter actus satisfactionis, quæ est actus iusti-

**A** tiz computetur, iuxta illud Danielis. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Quia nihil prohibet actum, qui est proprie vnus virtutis elicitiuæ attribui alteri virtuti, sicut ordinanti, & imperanti ad suum finẽ. Et sic eleemosyna, quæ est actus elicitus à misericordia, ponitur inter opera factoria, vt ordinatur ad satisfaciendum pro culpa, & imperatur à latia, etiam si ordinetur ad placandum Deum, quia sic habet rationem sacrificij. Dare quoque eleemosynam pertinet etiam ad liberalitatem, in quantum liberalitas aufert impedimentum eleemosynæ, idest, superfluum amorem diuitiarum, propter quem fit quis nimis retentiuus earum. Ex prædicta autem doctrina D. Thomæ consequitur secundum Magistrum Bañes super. 2. 2. D. Thom. quod eleemosyna non est actus virtutis, sine charitate.

**Q**uæritur secundo, utrum conuenienter eleemosynarum genera distinguantur, scilicet. 7. genera eleemosynarum corporalium, quæ continentur hoc versu. Visito, potio, cibo, redimo, tango, colligo, condo. Et. 7. genera spiritalium eleemosynarum, quæ continentur in hoc versu. Confule, castiga, solare, remitte, ser, ora, doce. Respondetur autem, quod conuenienter assignantur. 7. modi eleemosynæ corporalis iuxta defectus, & indigentias, quas solent homines in corpore pati, quæ sunt. 7. Defectus vel indigentiæ visitationis in sua infirmitate, vel in carcere, & indigentiæ potus, & cibi, & libertatis ratione capti uerij, & tegumentis, siue indumenti, & hospitij, & sepulturæ. Similiter conuenienter septẽ modi eleemosynæ spiritalis assignantur iuxta. 7. indigentias spiritalis, scilicet, cõsiliij, correctio nis, & solatiij, & veniæ illatæ iniuriæ, & patientiæ, aliorum erga molestem in supportado molestias infestatis, & orationis, vt oretur pro proximis, & doctrinæ ad tollendam eorum ignorantiam, qui ignari sunt. Neque obstat, quod dominus Matthæi. 25. commemorans misericordiae opera de sepultura mortuorum mentionem nõ facit, quia ibi Dominus solum commemorat ea opera misericordiae quæ sunt euidẽtioris necessitatis, quia eorum indigentiam sentit homo in hac vita. Tamen, quia pius affectus viuorum conformari debet illi naturali affectui, quem defuncti dum viverent habuere de sepeliendis post mortem suis corporibus, ideo commendantur aliqui de mortuorum sepultura, vt Thobias, & illi, qui Dominum sepelierunt, vt patet ex D. Augustino in libr. de cura pro mortuis ageuda. Aliæ autem necessitates ad prædictas reducuntur. Vnde dirigere cæcum, & sustentare claudũ reducuntur ad visitationem infirmorum. Sicut subuenire contra oppressionem extrinsecẽ illam, reducitur ad redemptionem captiuorum. Et quia

**E**t quia diuitiæ non quærentur nisi ad supplendos prædictos defectus, ideo specialis mentio non fit de defectu diuitiarum. Correctio autem licet seueritatem iustitiæ videatur præse ferre, sed quantum ad intentionem corrigentis intendit liberare à malo culpæ ad misericordiam, & dilectionem pertinet, iuxta illud. Proverb. 25. Meliora sunt verbera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Aduertendum est etiam, quod quia non quilibet nescientia pertinet ad hominis defectum, ideo solum per doctrinam subueniendum est illi nescientiæ qua quis nescit ea, quæ conueniunt eum scire, quæ proprie ignorantia dicitur. In quo tamen obseruanda sunt debita circumstantiæ personæ, loci, & temporis: sicut in alijs actibus virtuosis hæc ex D. Thoma. Et quia superius plura de hoc dicta sunt, ideo missa hic ea facimus. Tantũ aduertentes primo, quod qui tenentur ex officio docere, quando doctrina est publica, quippe quæ ad bonum publicum ordinatur, vt est doctrina prædicatorum tenentur amouere omnẽ ignorantiam vincibilem, siue inuincibilem à populo. Ita Canus, & Sotus. Quauis addat Sotus quod propter scandalum pusillorum in tota re publica prædicatio veritatis differenda est. Tenenturque prælati, & quibus incumbit ex officio docere res necessarias ad salutem. Vnde proprii sacerdotes, idest, Curati quia pastores & Doctores sunt animarum secundum Canum in relectione de poenitent. ipsi & hi, quos sui muneris constituunt delegatos, poenitentes erroribus amotis instituire debent, de necessarijs ad salutem. Tamen poenitentes de alijs, quorum ignorantiam habent inuincibilem non tenentur admonere, quando admonitio nihil proderit, vel remedium, quod apponendum est, ignorantia sublata est intolerabile. Secus est, si corũ ignorantia sit vincibilis, & culpabilis: quia tunc amouenda est. Ignorantia facti, quæ solet excusare (quia regulariter inuincibilis est) si quis laborat, de ea vt admonetur nõ est tanta obligatio, nisi ex tali ignorantia acturus esset aliquid contra ius naturale, vel aliquid quod cederet, in scandalum, vel in detrimentum tertij. Nam alias, si quis ex obliuione, quia præoccupatus fuit alijs legitimis negotijs, omisit recitare horas, ex inaduertentiã, non oportet de hac inaduertentiã commo neri, præsertim quando difficile est iam sibi horas persoluere, quia est lassatus, & prægrauatus somno. Similiter, si quis aliquo die de precepto ieiunij nõ aduertens esse diem, in quo est de precepto ieiunandum, non ieiunat, dum non sequitur scandalum, quia non vescitur illo die carnis, non oportet multũ sollicitari ad admonendum illum de die ieiunij, præsertim, quando ni-

**A** mium difficile sibi fiet ieiunare. Adde etiam, quod cultibus etiam priuati interesse videtur docere errantes in his, quæ pertinent ad ius naturæ; præsertim ea quæ communiter non ignorantur: quia tãdum est ista ignorare. Et quia sic de his docere ignorantes in utilitatem proximorum, & Dei honorem vergit. Accedit ad hoc, quod cuiuslibet priuati hominis videtur interesse, docere ignorantẽ fratrem peruenientia ad ius diuinum positum, necessarium scitu, vt fidem explicitam, & sacramenta. Quod intelligitur in casu, quo pastores spiritalis dormiunt, neq; curant ignorantẽ de his instruere. Idem de præceptis ecclesiasticis necessarijs salutem, vt de confessione faciẽda: quia alias ex ignorantia horum fructus spiritalis amittit homo, neque vitam suam spiritualem gubernare potest.

**D**enique Bañes super. 2. 2. D. Thomæ hæc conclusionem statuit, veluti regulam generalem, scilicet, quod de omni lege scita tenetur quis docere proximum, quando ex ignorantia tali est in periculo peccandi mortaliter. Quãtis scẽdum eundẽm, nemo tenetur cum periculo vitæ suæ spiritalis (vt si forte moriturus sit ipse in peccato mortali) subuenire necessitati spiritali alterius præsentis: quia non est bona recompensatio. Vnde scẽdum D. Thomam in quolib. cõtra Sotum nõ licet nos exponere periculo offendendi Deum pro liberando hominem ab statu peccati mortalis: quia exponere nos huiusmodi periculis spiritalibus vituperosum est. Notandum est insuper, quod licet scẽdum Sotum maior obligatio sit, succurrẽdi proximo in necessitatibus spiritalibus, quam corporalibus nihilominus, quia facilius homo potest sibi subuenire in necessitatibus spiritalibus, quam corporalibus, & quia necessitates temporales frequentius occurrunt, ideo sollicitudo quotidiana debet esse inter fideles, circa has necessitates temporales proximorum propellendas per piam subuentionem. Ideo Christus Dominus de his in die iudicij expresse in euangelio suo rationẽ esse exigendam, & mentionem esse faciendam, docet.

**T**ertio quæritur. Vtrum eleemosynæ corporales sint potiores quam spiritalis. Respondetur, quod eleemosynæ spiritalis simpliciter loquendo præ eminentiores sunt, quam corporales. Primo quia id, quod in eis exhibetur nobis est, scilicet, donum spirituale; quod præeminet corporali, iuxta illud Proverb. 4. Donũ bonum tribuam vobis, legem meã, ne derelinquatis. Secundo, quia anima, cui hæc subuentione per spiritalis eleemosynas fit, nobilior est corpore. Vnde sicut homo sibi magis prouidere debet,



bet, quantum ad spiritum, quam quantum ad corpus: ita & proximo, quem debet, sicut se ipsum diligere. Tertio, quia ipsi actus, per quos exercentur elemosynae spirituales, sunt nobiliores corporalibus actibus, qui sunt quodam modo serviles. Si autem utraque elemosyna spiritualis & corporalis comparatur inter se secundum aliquem actum, particularis casus sic corporalis elemosyna, tunc spirituali praefertur: sicut quando magis est pascendus fame moriens, quam docendus. Sicut autem Aristoteles indiget melius est ditari, quam philosophari, licet philosophari sit simpliciter melius. Si tamen corpus comparatur ad spiritum, non obstat, quod indigentioris naturae sit, quam spiritus, ut elemosyna ei facta simpliciter sit dicenda melior. Quia licet dare magis indigenti, sit melius, ceteris paribus, si tamen minus indigens, sit melior, & melioribus indigeat, ut indiget spiritus, dare huic melius est: & sic est in proposito. Neque obstat, quod elemosynae spirituales recompensationem videntur accipere (quia qui orat pro alio sibi proficit, iuxta illud psalmi: oratio mea in sinu meo convertetur.) Quia recompensatio elemosynae corporalis non minuit meritum, si non sit intentata ut det ut sibi redonetur. Et sic contingit in elemosynis, (spiritualibus, quia sine intentione mutuae, vel reciprocae retributionis sunt. Et tamen etiam intentio bonorum spiritualium non minuit meritum in his, sicut minuit intentio bonorum corporalium, iuxta illud Luc. 14. Cum facis prandium, aut caenam, noli vocare vicinos divites, ne forte, & ipsi te reinvitent. Neque obstat, quod elemosyna corporalis magis grata est accipienti, quam elemosyna spiritualis: quia non ex hoc sequitur, quod sit potior, quam spiritualis: quia meritum dantis elemosynam attenditur, magis secundum id, quod rationabiliter magis deberet placere eam accipienti, quam secundum id, in quo magis sua voluntas delectatur, si sit inordinata. Ex hac doctrina D. Thomae licet corollarie inferre cum Magistro Bañes super. 2. quod elemosynam dare minus indigenti iusto, quam magis indigenti peccatori est melius: nisi indigentia sit multo maior in uno, quam in alio: quia iustus, cui confertur talis elemosyna, rationem habet melioris obiecti.

¶ Quarto quaeritur. Vtrum elemosynae corporales habeant effectum spirituales. Respondetur autem, quod si elemosyna corporalis secundum suam substantiam considerata, non habet nisi corporalem effectum supplendi, scilicet, defectus corporales proximorum, sed confiderata ex parte causae, scilicet, dilectionis Dei & proximi, a qua procedit, & propter quam fit, quantum ad hoc affert fructum spirituales, iuxta

ta illud Hieronimo. Perde pecuniam propter fratrem: pone, hoc scriptum in praeceptis altissimi, & proderit tibi magis, quam aurum. Si autem consideretur ex parte effectus, & sic habet spirituales fructus, in quantum elemosynas accipiens inde movetur ad orandum pro dante. Unde ibidem subditur: Conclude elemosynam in corde pauperis, & haec prote exorabit ab omni malo. Unde non obstat, quod licet elemosyna corporalis sit secundum suam substantiam inferior rebus spiritualibus aliunde, scilicet, ex alio altiori principio, possit habere effectum spirituales, neque qui dat elemosynam corporalem effectu spirituali consequendo non intendit spirituales emergere per corporales: sed intendit charitatis effectum, scilicet, spirituales fructus promoveri. At quia ex affectu charitatis corporalis elemosyna spirituales efficaciam habet, ideo ex maiori affectu charitatis elemosyna haec procedens maiorem habebit effectum. Unde vidua illa, quae minus dedit secundum quantitatem, plus dedit secundum proportionem, atque subinde ex maiori charitatis affectu, quam alij censetur dedisse.

¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primo cum Magistro Bañes super. 2. 2. D. Thomae. quae sit. 3. haereticum esse, asserere, quod elemosyna remittat peccatum tanquam dispositio & motuum, ut misericordia Dei remittantur peccata facientibus elemosynam in hoc saeculo sine poenitentia eorum, aut in saeculo futuro. Patet hoc esse contra haereticos tempore D. Augustini id asserentes, quorum assertionem condemnat D. August. lib. 2. de Civit. Dei cap. 22. & cap. ultimo. & D. Thom. in. 4. dist. 15. quaest. 2. art. 2. quaest. 1. & latius. 45. quaest. 2. art. 3. quaest. 4. & patet Luc. 15. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis, & Iacobi. 2. Qui in uno offendit, factus est omnium reus. Secundo dicitur, quod elemosyna non remittit peccatum formaliter, id est, non compatiendo peccatum secum, sed expellendo illud formaliter: sicut albedo expellit nigredinem formaliter: & sicut gratia sic expellit peccatum & dilectio Dei etiam & contritio: quia non compatiuntur secum peccatum, ut exemplificat Magister Bañes. Quavis negari non potest etiam, quod secundum D. Thomam poenitentia, & per consequens contritio effectivae expellat peccatum. At elemosyna ideo neque materialiter, id est, secundum suam substantiam acceptam non remittit formaliter peccatum: quia sic potest fieri ab existente in mortali, & sic potest esse cum peccato mortali. Sed neque etiam elemosyna accepta formaliter peccatum remittit, quia sic formaliter accepta, id est

ut informat gratia & charitate, praesupponit poeni-

poenitentiam veram & charitatem, per quae homo iustificatur, & remissionem accipit peccatorum. Et licet charitas sit forma elemosynae: tamen elemosynam formaliter remittere peccatum, non est dicendum: quia sic praesupponit esse remissum per charitatem & contritionem, quae ut sic praesupponit.

¶ Tertio autem dicitur quod elemosyna sic formaliter accepta, ut procedat gratia & charitate, auget multam gratiam, conservatque illam, remittitque peccata, quoad poenam: quia hos effectus specialius operantur opera misericordiae. Quocirca D. Thomas in. 4. dist. 15. art. 2. quaest. 2. ait, quod inter opera satisfactoria elemosyna est magis satisfactoria. Hoc autem omnium sanctorum communis animi conceptio est. Ideo elemosyna tantum opere commendatur in literis sacris & tam praeclearis encomijs laudum a sanctis sublimatur: Vide D. August. super Psalm. 102. & 125. & super Psalmum. 36. concion. 2. & 3.

¶ Quarto dicitur, quod elemosyna secundum suam substantiam non remittit peccata, sicut sacramentum: quia hoc est privilegium sacramentorum, quae tantum sunt septem in ecclesia. Ad dicere quod elemosyna remittit peccata ex speciali privilegio, sicut martyrium, plusquam temerarium esse censet Magister Bañes. Tum, quia est contra sensum ecclesiae: Tum, quia martyrium habet hoc speciale, quia est baptismus sanguinis. Tum, quia neque adhuc certa est, quod martyrium sine poenitentia remittat culpas mortales.

¶ Ex praedictis licet inferre primo hoc corollarium, scilicet, quod temerarium est asserere, quod elemosyna sit mortuum ad hoc, quod Deus infallibiliter conferat poenitentiam, & remissionem peccatorum: vel dicere, quod est infallibilis dispositio, ut qui eam fecerit salvetur. Nam et si de elemosyna in sacra scriptura dicatur Tobiae. 4. quod elemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras: intelligitur tamen servatis servandis, scilicet, si perseveraverit homo. Nam neque fides, neque baptismus, de quibus dicitur Marci ultimo, quod qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, non promittunt salutem finale sine perseverantia: & nisi servatis servandis, id est, si servaverit iustitiam acceptam. Unde multi, qui faciunt elemosynam, damnantur.

¶ Praeterea ex praedictis sequitur secundum corollarium, scilicet, quod viri misericordes, qui ex pietate & propter Deum faciunt elemosynas continuas, ut in plurimum convertentur a Deo, & consequentur remissionem peccatorum, etiam si fecerint illas in peccato mortali, maxime si peccet ex fragilitate, & non ex contemptu,

de malitia. At licet ista sit communis Theologorum opinio, & sanctorum sensus, hoc intelligitur regulariter, & ut in plurimum: non tamen infallibiliter: Igitur corollarium hoc intelligendum venit de his, qui frequenter & facile se exercent in his operibus pijs elemosynarum: qui tamen etiam ex passione & fragilitate peccant: Tamen per elemosynas emolliuntur coram domino: unde ut illis auxilium ferat ad correctionem, & emendam: Et hoc est privilegium, quod ex sacris scripturis collectum sancti specialius tribuitur elemosynarum pio exercitio. Huic autem privilegio secundum D. August. 2. de Civitate Dei non fidere debent facinorosi, atque flagitiosi, qui statuerunt apud se totam vitam ducere in peccatis sine poenitentia, parum tamen ista fiducia habet, scilicet, quod per elemosynas, quas conferunt in vita salvabuntur in hora mortis. Igitur concionatores sic inducant fideles ad pijs exercitijs elemosynarum, sicut erigant largitores in spiritum misericordiae Dei, ut sub hac confidentia effraenes peccatores non incitentur ad peccandum. Per supra dicta patet ad omnia argumenta, quae in contra possent afferri. Nam autoritas illa, scilicet, quod sicut aqua extinguit ignem, sic elemosyna extinguit peccatum (ut etiam ait Ambrosius homilia. 3. quod elemosyna extinguit peccatum, sicut aqua baptismi gehennam extinguit incendium) non dicitur a qualitate, sed proportionem & similitudinem: Sicut illa etiam autoritas: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Et ita est quod ad remissionem poenae, & quoad dispositionem aliquam. Et licet aliqua loca scriptura simili modo videantur loqui de pijs elemosynis, sicut de sacramentis: tamen humiliter sequi debemus interpretationem ecclesiae catholicae, quae interpretandi scripturam sacram habet autoritatem, quae diversimode & aliter interpretatur loca scripturae sacrae, quae loquuntur de sacramentis, quam quae loquuntur de elemosyna.

¶ Ultimo, quod qui cum maiori dilectione dat elemosynam modicam semper meretur plus de praemio essentiali, quam qui dat maximam elemosynam ex minori tamen dilectione: quantum respectu praemij accidentalis ex minori dilectione dans maiorem, plus possit mereri. Patet hoc ex D. Thoma prima ad Corint. 3. lect. 2. ubi respondet cum distinctione de merito respectu praemij essentialis, & respectu praemij accidentalis. Idem sentit in prima par. q. 95. art. 4. quia regulam generalem circa hoc tradit, scilicet. Quod essentialis praemij quantitas semper commensuratur quantitati charitatis.

¶ In solatium tamen pauperum, quibus non suppetit facultas se exercendi in elemosynis corpora-

poralibus exterioribus D. Aug. ait super Psalmū 36. concione. 9. super illud, iustus autem: miseretur, & cōmodat, scilicet, quod habet semper, unde det, cui pectus plenum est charitate, quia, inquit, quod voluntas bona & charitas idē sunt. Et sic est thesaurus pauperis voluntas bona. Cui consentit illud. 1. ad Corint. ca. 8. quando voluntas prompta est secundum id, quod habet, accepta est. Hinc originem duxit axioma commune, scilicet, quod dum deest facultas ad opus voluntas apud Deum pro facto reputatur.

¶ Quæritur quarto. Vtrum eleemosynam dare sit in præcepto, responderetur autem, quod sicut dilectio proximi est in præcepto: ita etiam necesse est, omnia illa cadere sub præcepto, si ne quibus dilectio proximi non conseruatur. Cum autem dilectio proximi consistat non in sola voluntate, sed in opere, iuxta illud. 1. Ioannis. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate, scilicet, subueniendo necessitati proximi per eleemosynarum largitionem, fit sane, vt largitio eleemosynæ in præcepto sit, iuxta illud Lucæ. 11. Quod superest date eleemosynam. Vnde insinuat, quod id, quod in eleemosyna est erogandum, sit superfluum non solum respectu largientis eleemosynā in individuo, sed etiam respectu eorum, quorum cura sibi incumbit. Igitur eleemosynam dare est in præcepto in illa necessitate, in qua qui eā patitur si ne subuentione eleemosynæ sustentari non potest, quæ dicitur extrema necessitas: quæ in illo, casu locum habet, vbi ait D. Ambrosius: Pasce morientem fame: si non paueris occidisti. Obligatque hoc præceptum in hoc casu extremæ necessitatis non solum habentem superfluum ad decentiam status personæ, sed etiam habentem superfluum ad conseruationem proprii individui: non autem habentem necessarium ad conseruationem sui individui. Nam hoc docet suo exemplo natura, quæ primo accipit cibum ad sustentationem sui corporis, quod est necessarium ministerio virtutis nutritiæ: superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Secundò est in præcepto, dare eleemosynam de superfluo ad decentiam status etiā extra extremā necessitatē in graui. Nam & hoc videtur præcipere Dominus dicēs; Quod superest date eleemosynam. Et exemplū prædictum naturale adductum à D. Thoma id videtur persuadere, scilicet, de natura retinente sibi necessarium ad sustentationē vitæ propriæ & erogante superfluum ad aliorum generationem: alias eleemosynas dare est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono datur consilium. Quando verò occurrit casus præcepti, tenetur dare in eleemosynam bona sic superflua, qui ea

possidet. Nam etsi sua sint quoad proprietatem, & vt propria sibi à Deo concessa, sed tamē quantum ad vsum non solum debēt esse eius, sed etiā aliorum, qui ex eis sustentata possunt, ex quo eis superfluunt. Alioquin vt ait Basilius, an iniustus est Deus inæqualiter nobis res distribuens? Cur tu abundas ille vero mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita conseruaueris, ille vero paciētiae brauijs decoretur? Est panis famelici, quē tu tenes: nudi tunica, quam tu in conclauis conseruas, discalciati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argentum, quod possides inhumatum: quocirca tot iniuriaris, quot dare vales. Et hoc idem dicit D. Ambrosius in sermo. 81. tom. 3. & habetur distinct. 47. can. sicut ij. Igitur occurrit tempus obligationis huius præcepti, quando patientis necessitatem apparet euidentem, & vrgēs necessitas, neque apparet in promptu qui ei subueniat, & quando si quis habet superflua secundum statum præsentem, ea nō sibi necessaria sunt pro vt probabiliter estimari potest. Neque oportet, quod consideret omnes casus, qui possunt contingere in futurū: hoc enim esset de craftino cogitare, quod Dominus prohibet Matthæi. 6. sed debet iudicari superfluum & necessarium secundum ea, quæ probabiliter, & vt in pluribus occurrunt. Præceptū autem de eleemosyna, & omnis subuentione proximi reducitur ad illud præceptum Decalog. de honoratione parentum: quia sub pietate comprehenditur omnis eleemosynarum largitio.

¶ Quæritur circa prædictā doctrinam, Vtrum teneatur homo dare eleemosynā de superfluo, etiam quādo non est extrema necessitas in proximo. Respondetur autem cum D. Thoma & Caietano super hūc artic. & cum Palude in. 4. d. 15. q. 3. & cum Ricardo de Media Villa eadem distinct. artic. 2. q. 2. & Nicolao de Lira supra. 1. canonicā Ioannis, super illud, qui viderit fratrem suum necesse habere, & Abulensi tomo. 3. super Matthæum. ca. 6. q. 34. & cum Adriano in. 4. in materia de restitutione, quod quādo proximus est in graui necessitate etiam extra extremam, qui habet superfluum ad decentiam status, tenetur dare eleemosynam. Cui opinioni seu sententiæ suffragantur magister Victoria, Sotus, Canus, Soto maior, Magister Bañes super. 2. 2. super istum articulum. Fuit sententia patrum antiquorum. Est tamen cōtra Alexandrum Ales. in. 4. part. q. 113. membro. 1. contra Gabrielem & D. Antoni & Turre. Crematam super decretum. d. 47. super cap. sicut hi. & contra alios summistas. Et quidem quod prædicta sententia fuerit D. Thomæ probatur plane, quia in. 4. sentent. dist. 15. q. 2. art. 1. quæstiū. 4. sic ait, quod communiter dicitur, quod dare eleemosynam de superfluo

superfluo cadit sub præcepto, & similiter ei, qui est in extrema necessitate. Neque est verisimile quod in. 2. 2. mutauerit sententiam, vbi etiā sic concludit: Sic ergo dare eleemosynam de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate. Vbi ponit hanc copulatiuam. Vbi arguendo ex ista copulatiua ad partem bene sequitur, quod dare eleemosynam est in præcepto. At patet, quia sancti aiunt cōmuniter, quod superflua sunt necessaria pauperū, & illis debita quo ad vsum (vt ait D. Thomas) patet etiam ex Lucæ. 3. qui habet duas tunicas det vnā non habenti. Vbi ex præcedentibus colligitur id præceptiue mandari. Et Iacobi. 5. Agite nunc diuites, & Lucæ. 11. Quod superest date eleemosynam. Tum, quia est contrarationem naturalem, quod vnus esuriat, alius autem ebrius sit. Et quia amicorum omnia debent esse communia. Et quia Christus recipitur in pauperibus: quem si quis abundans videret egētem, etsi non extreme, & de superfluis non subueniret, peccatum esset contra amicitiam illi non succurrere. Neque mirum si ratione huius diuites multi dāentur, & confessores eorum, quia doctores hi prædicti eos non damnant, sed explicant sententiā damnationis eorum latā à Domino, & à Sanctis. Licet confessores aliquando excusentur, quia diuites nolunt confiteri se habere superflua. Sed monendi sunt diuites à confessoribus facile tribuere, iuxta illud. 1. ad Timot. 6. Diuitibus huius seculi præcipe, & cetera. Non tamen per supra dicta prohibetur diuitibus ascensus ad superiorem statum in republica, & nobilitate familiam, si talis ascensus sit probabilis. Secus autem esset, si agricola aspiraret ad statum Comitum, vel Ducum, etiam si diues esset. Præterea & quando sunt graues, & vrgentes necessitates, non licet diuitibus defraudando egentes, tunc anhelare ad altiorem statū, etiam possibilem. Insuper, licet cōuiuia & sumptus pertinentes ad splendorem decentem secundum cuiusque statum, non interdicanter à Doctoribus: tamen quando in republica maximæ necessitates pauperum apparent relinquenda sunt, & minuendi sunt nimij sumptus, quando impedimento sunt ad dandam eleemosynam. Præterea notatu dignum est, quod & notauit Magister Bañes, in quam periculoso statu versentur, qui conuiujs indulgent & sumptibus superfluis, & profanis, & ornatui, & pompæ mundanæ nimis sunt dediti, nihil curantes, quod sint in populo vrgentes necessitates pauperum. De quibus verificari videtur illud Iudæ in sua Canonica. 7. Sine timore semetipfos pascentes. His namque simile iudiciū damnationis videtur imminere, sicuti diuiti Epuloni euenit.

¶ Ceterum, ne Doctores in cōtra citatos omnino explodamus, forte opinio eorum verū habet, non in grauibus, & vrgentibus necessitatibus: sed in leuioribus necessitatibus communibus. Nam quod in his diuites non teneantur dare superflua, non est improbabile, propter Alexandr. Ales. D. Antoni. & Turrecrematam, & Sumistas. Licet probabilior videatur magistro Bañes sententia D. Thomæ. Neque exemplum Ioseph, indigentibus vendētis frumenta in Agypto contrarium perluadet. Tum, quia Iosephus dispensator erat tantum illorum horreorum, nō absolutus Dominus. Tum, quia prouido consilio id videtur fecisse, scilicet, indigentibus frumentum non dare gratis, ne occiderentur & terras relinquerent incultas, pro bono communi sic fecit. Quia qui alieno vtitur suum negligere solet. Igitur ex omnibus prædictis licet corollarie inferre, quod de necessario, sine quo ipse, vel sui sustentari non possunt, nō potest quis dare eleemosynam, nisi persona egens esset multum necessaria reipublicæ, vel ecclesiæ. Nam D. Thomas art. 4. docet, quod superfluum erogandum in eleemosynam considerandum est etiam respectu eorum, quorum cura alicui incumbit, atque expressius hoc tradit art. 5.

¶ Porro illa quæstio, quæ celebris est in hac materia, hic prætereundā nō est, scilicet, an quando quis ex præcepto tenetur dare eleemosynā, sufficienter adimpleat præceptum commodando, vel mutuando, vel ad expectatam solutionē vendendo. Nam Adrianus in. 4. in materia de restitutione tenet, quod satis est mutuare: quia per hoc subuenitur necessitati proximi, ratione cuius obligat præceptum, & quia bona eleemosyna est mutuare. Vnde infert, quod qui accepit veniens ad pinguiorem fortunam, tenetur sic acceptum restituere. Et Nauarrus in summa Lat. cap. 17. num. 6. & cap. 24. numero. Vbi asserit, quod in duobus casibus, in quibus ait D. Thomas præceptum eleemosynæ obligare, scilicet, in extrema necessitate de superfluis ad naturam individui conseruandam, & in graui de superfluo ad statum, satis est commodare. Neque enim tenetur, inquit, donando gratis dare. Igitur breuissime respondendo ad quæstionem, quoniam de hoc puncto in tomo nostri instructorij conscientie egimus, dicimus cum Soto lib. 4. quæst. 7. art. 1. de iustitia, & cum Magistro Bañes super. 2. 2. quæst. 52. art. 5. quod sententia tū Adriani quā Nauarri, præterquam, quod applaudet auaritiæ dicitur, parum est pia pauperibus, parumque consona Euangelio, & sacris literis. Vnde dicendum est cū Thomistis, (quorū opinio est communis & verisima sic sane intellecta) quod cum duplex possit considerari extre-

ma necessitas, alia simpliciter, scilicet, quando egens nihil habet in mundo, neque in actu neque in potentia proxima, neque in spe probabili, non sufficit commodare indigenti, sed ei gratis est danda eleemofyna necessaria pro sua extrema necessitate supplenda. Nam hoc nomen eleemofynæ sonat nempe, dationem gratuitam, & irreveribilem. Alias commodationem quæ non est datio irreveribilis, & gratuita vocare eleemofynam est abusiva, & impropria usurpatio vocabuli eleemofynæ ad defraudandum præceptum de dando eleemofynam: quæ secundum proprium usum communiter acceptum gratuitam donationem importat. Perniciose igitur tam in rebus fidei, quam in præceptis naturalibus, & divinis verba in improprias & abusuas retorquentur significationes, cum secundum usum communem & iuxta propriam significationem accepta magis piæ reddunt sensum. Sic ergo eleemofyna accipienda est in præfenti, & non pro commodatione, ut illam perperam usurpant isti (Præterea, & hæc ratio palmaria est in via D. Thomæ Quia licet ipse concedat art. 5. in solut. ad. 2. quod bona temporalia, quæ homini diuinitus conferuntur sint eius quantum ad proprietatem: tamen quoad usum sunt etiam aliorum (ut ipse docet) præsertim in extrema necessitate, ubi omnia sunt communia: si ergo ratione præcepti eleemofynæ tunc transferenda sunt quo ad usum (cum in rebus usu consumptibilibus, quibus proprie & frequentius indiget homo in extrema necessitate constitutus non distinguatur usus à dominio secundum iuristas) sequitur, quod indigenti extreme, cui traditur in eleemofynâ res usu consumptibilis, ut frumentum panis pecunia simul cum usu tradatur dominium, ac per consequens, quod tanquam, res iam sua effecta per proprietatem talis eleemofynæ: etiam si postea deper accidens venerit ad pinguiorem fortunam ab ipso non sit restituenda. Hæc igitur est sententia sanctorum. Si autem talis extrema necessitas non sit simpliciter extrema, sed tantum secundum quid, ut est illa, qua diues, qui diuitias suas habet Romæ hic in Hispania extreme egeret, in hoc casu opinio Adriani, & Nauarri locum tenet, & vera est, scilicet, quod huic satis est commodare ad leuandam præsentem miseriam illius. Sicut etiam vera apparet in casu, quo quis habet superfluum, & sunt communes necessitates. Quia tunc is posset commodare huic patienti communem necessitatem. Quia tunc non tenetur dare huic, sed potest alteri communiter indigenti dare, dum tamen cum commodat huic faciat cum animo dandi alijs illud superfluum, quod huic commodat sine fraude & dolo, ita, ut illa commodatio fiat sine dolo defraudandi pau-

peres in eleemofyna, & sic semper retinendi superfluum. Similiter sententia Adriani & Nauarri habet verum in casu, quo esset homo nunc indigens, qui nunc omni caret substantia, tamen suo labore solet quærere victum. Nam huic non tenetur diues gratis sic dare, sed hac lege, ut soluat. Ita Bañes. Quod ego limitandum censeo, dum iste extreme egeret in præfenti, & postea commode ex suo labore, vel arte potest lucrari, tum ad supplendam postea suam necessitatem tum etiam ad soluendum sibi datum. Nam tunc diceretur peruenire ad pinguiorem fortunam, & propter spem probabilem tunc reddere tenetur residuum ad suam sustentationem. Alioquin si ex suo labore, vel arte solum tenuem victum suæ vitæ sustentationi necessarium acquirit, non est cogendus aliquid restituere.

¶ Ad argumenta plura quæ illic Nauarrus illo cap. 17. num. 61. machinatur contra Sotum, & Thomistarum sententiam non magnam nobis faceffunt negotium: quia facilis sunt soluta per illud principium à nobis traditum, quod eleemofyna, quæ præcepto eleemofynæ, est danda, est gratuita, & irreveribilis donatio præsertim in casu extreme necessitatis simpliciter sumptæ. Ad argumentum igitur quod format ex lege illa celebri. 2. in. §. cum in eadem. ff. ad legem Rhodiam de ia. ex qua inquit non habetur res fieri communes per necessitatem, sed esse communicandas quia iura non permittunt, ut eiusdem rei dominium sit penes plures in solidum. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquirenda possessione, respondetur quod licet per necessitates communes aliquid non fiat commune, sed sit communicandum, præsertim si communes necessitates sint graues & illud sit superfluum: tamen in extrema necessitate axioma commune ait, quod omnia sunt communia, & non solum ait, quod sint communicanda. Quod si & verum esset, quod solum sunt communicanda & non sunt in extrema necessitate actu communia, sed tunc certe iuxta nostram sententiam, quoad proprietatem (cum sunt usu consumptibilia) ob rationem iam dictam sunt communicanda, & iam per communicationem, & traditionem constitutus in necessitate extrema simpliciter acquirit dominium eorum, licet sua non essent ante.

¶ Ad argumenta quoque Adriani respondetur, quod in casu extreme necessitatis simpliciter tenetur leuare miseriam non per commodationem, sed per eleemofynam. Neque si quid in isto casu commodato sibi detur pro sua indigentia iam consumptum tenetur reddere, & potest iurare quod nihil debet, si accipiat. At licet D. Thomas, quæst. 66. art. 7. dicat, quod absolute existens in extrema necessitate potest accipere

per modum furti: sed nunquam dicit, quod teneatur ad restitutionem. Licet verum esse fateamur, quod si postquam ei indigenti extreme subuentum est aliquid superfluum, id sit restituendum. Ad obiectionem, quam obijcit Adrianus ex capitulo. si quis propter. de furtis, respondet Diuus Thomas quæstione. 66. articulo septimo. quod loquitur textus hic in casu, quo quis furatus est sine urgente necessitate illum opprimente.

¶ Quæritur sexto. Vtrum aliquis teneatur dare eleemofynam de necessario. Respondetur, quod de illo, quod taliter est necessarium alicui, sine quo dum est in articulo necessitatis constitutus, ipse & filij sui, vel alij ad eum pertinentes sustentari non possunt, non debet dari eleemofyna. Nam de hoc necessario eleemofynam dare est sibi, & suis vitam subtrahere. Nisi forte talis casus immineret, ubi subtrahendo sibi, daret alicui magnæ personæ, per quam ecclesia, vel respublica sustentaretur. Quia pro talis personæ liberatione se ipsos, & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune sit proprio præferendum. De illo autem necessario, quod taliter est necessarium, quod sine eo conuenienter vita transigi non potest, secundum conditionem, & statum propriæ personæ, & aliarum personarum, quarum cura ei incumbit, dare eleemofynam bonum est: quoniam huiusmodi necessarium non consistit in indiuisibili, sed multis additis, vel subtractis, adhuc remanet. Vnde quis possit secundum conuenientiam status transigere vitam. De hoc autem sic necessario dare non cadit sub præcepto, sed sub consilio. At vero inordinatum esset, si aliquis tantum sibi de bonis proprijs subtraheret, ut alijs largiretur, quod de residuo non posset vitam transigere conuenienter secundum proprium statum, & negotia occurrentia. Nullus enim in conuenienter viuere debet. Vnde inordinate faceret, nisi in his tribus exceptis casibus, scilicet, si mutaret statum per religionis ingressum. Nam tunc opus perfectionis esset omnia sua propter Christum largiri se in alio statu ponendo. Secundo si sic necessaria ad conuenientiam sui status dans statim de facili, quod sibi subtrahit posset resarcire, ita ut non sequatur maximum inconueniens. Tertio, quando occurreret extrema necessitas alicuius priuatæ personæ, vel etiam aliqua magna necessitas reipublicæ. Nam in his casibus laudabiliter aliquis prætermittit id, quod ad decentiam sui status pertinere videtur, ut maiori necessitati subueniat.

¶ Iam circa prædicta primo dubium emergit. Instruct. consil. Pars. 2.

A An in extrema necessitate teneatur homo facere eleemofynam de pertinentibus ad statum. Non autem defunt, qui tenent partem negatiuam. Nam Diuus Antoninus, ubi supra, & summa Rosella, & alij verbo, Eleemofyna. dicunt non teneri, nisi habeat superfluum ad statum. Quia aliàs, si accideret casus ubi essent necessitates extreme, & urgentes in republica tempore famis, sequeretur quod illustris homo teneretur totam suam locupletissimam substantiam sui maioricatus distrahere, & insumere in subueniendis prædictis necessitatibus: quod tamen facere non est receptum in usu. Igitur pro illucidanda quæstione dicimus primo, quod citra errorem inficiari nemo potest, quod habens superfluum extreme indigenti teneatur largiri de illo superfluo ad huiusmodi releuandam miseriam extremam. Quia præterquam, quod omnes Doctores in hoc casu obligare præceptum eleemofynæ, testantur non, est assignare alium casum, ubi præceptum hoc patentius obliget, quam hic. Sicut etiam patens assertio est, quod de necessarijs ad vitam non tenetur quis dare in extrema necessitate, nisi in casu Diui Thomæ, scilicet, ubi persona magna, ex qua incolumitas reipublicæ, aut ecclesiæ dependet in extrema necessitate esset constituta. Secundo dicimus ad id, quod magis à prædictis in dubium vertitur, quod communis sententia est, eaque compertissima, quod de necessarijs ad statum tenetur homo in extrema necessitate constitutis auxiliari. Contraria verò, præterquam, quod inhumanitatem quandam præ se fert, literis sacris non satis consonat. Nam primæ Ioannis tertio, dicitur, qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit proximum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Neque est credibile, quod sententia, quam laturus est Christus Dominus in iudicio sit solum ferenda contra in extrema necessitate non dantes superflua ad statum indigenti extreme: quia etiam inuoluet negantes necessaria ad statum, & superflua ad naturam. Quod confirmat Ambrosius, dum, ut refertur canone, pasce. distinctione. 86. ait, Pasce esurientem: si non paupisti occidisti. Item, quia ordo charitatis, qui est in præcepto hoc exigit, ut potius quis subueniat vitæ proximi extreme periclitanti, quam conuenientie, aut decentie sui status. Hoc dicit etiam ius naturæ, quod in extrema necessitate omnia concedit esse communia, quo iure extreme indigens à nolente dare potest vi, vel clam accipere, ergo ipse tenebatur dare. Neque enim stat istum iuste accipere posse,



& alterum posse negare: neque enim bellum potest esse iustum ex vtraque parte, si ignorantia absit.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie, quod verum est, quod ait Nauarrus in summa capit. 23. númer. quinto; cum quo consentit Bañes loco citato, quod tenetur quis de convenientibus ad statum suum subuenire illi, qui in periculo est probabiliter incidendi in amentiam, vel in infirmitatem, vnde sequatur mors, vel amissio membri, vel iactura alicuius sensus corporis: quia priuatio horum reducitur ad homicidium. Et quia extreme indigere quis dicitur, non solum quando iam solum animam agit, sed etiam cum indicia probabiliter subsunt, quod nisi opportunè indigenti subueniatur ad articulum amittendi vitam, vel supradicta concernentia vitam hominis tandem deueniet, ope indigens: nam tunc non excusatur potens subuenire, si non se offert: neque expectatur probabiliter alius, qui ei subueniat. Sic enim docet Diuus Thomas in quarto, dist. 15. q. 2. artic. 4. q. 4. & Caiet. Sed vtrum necessitas amittendi pudorē virginittatis in puella talis necessitas dicenda sit, ac tanta, quod obliget de præcepto ad subueniendum illi potentem, non satis conuenit inter Sotum libr. 5. de Iustitia & iure. quæst. tertia arti. quarto. qui affirmatiuam tenet, & inter Nauarrum loco citato, qui negatiuam sequitur. Sed tamen conciliari possunt sic, vt Sotus verum dicat, quando nisi tali puellæ subueniatur iacturam integritatis, & virginittatis suæ inuoluntaria patietur, quia amissio virginittatis inuoluntaria est, veluti amissio integritatis membri. Secus est si ipsa vltro se volens offerre, castimoniam & eius virginittatis pudorem posse seruare, non facile est vnicuique tertio neque in promptu.

¶ Adde ad prædicta pro maiori intelligentia eorum, quod Sotomaior Cathedraticus Salmanticensis adnotauit, quod quamuis necessitas extrema, quæ est ab intrinseco redimenda sit de bonis pertinentibus ad decentiam status, tamen necessitas extrema si est ab extrinseco, non tenetur quis redimere illam cum multa iactura bonorum suorum pertinentium ad decentiam suam. Vt si tyrannus vellet occidere aliquem innocentem, nisi quis redimere velit illum mille aureis. Quia si tyranni sentirent ad hoc teneri fideles, esset inuenta via malis ad opprimendum bonos. Alias tyrannus peteret principatum, ne occideret aliquem. Igitur satis est intrinsicis necessitatibus extremis, quæ modicæ sunt (quia natura paucis contenta est) cum bonis pertinentibus ad decentiam status subuenire. At quia necessitas extrinseca interdum magnis ex

penis eget, cum multa iactura status ei subuenire non tenetur. Quia hæc extrinseca necessitas non potest habere certam mensuram: quia ex malitia & iniustitia, & violentia hominum potest crescere in infinitum. Ergo si secundum nobiles doctores, homo priuatus non tenetur pro vitæ conseruatione, totum suum censum expendere, neque cui suppetant tria millia ducatorum dum laborat infirmitate, multis expensis curanda, non tenetur pro sanitate recuperanda tot expensas facere, si quidem suum statum, & filiorum magis tenetur velle conseruare, potiori ratione excusabitur hic ab obligatione subueniendi nec elisitati alterius extrinsecæ, ex malitia aliena ei proueniente cum magna iactura sui status (etiam si sit extrema). Vnde si quis dixerit: Occidam me, nisi mihi trecentum aureos dederis, responderi ei potest: Fac quod velis, quia ego non teneor facere, quod postulas.

¶ Igitur ad argumentum in contra positum respondetur, quod dum in republica ingruunt necessitates intrinsecæ vrgentes, & extrema paucis expensis potest eis subueniri, etiam si multi sint, qui huiusmodi necessitatibus afflicti sunt. Vt tempore famis: in quo casu omnes potentes tenentur pro rata suarum facultatum subsidium ferre: quod si renuant id facere per rem publicam eiusque gubernatorem ad erogandam eleemosynam compelli possunt. Quod si nolint & iudices cum eis conuincant, ipse qui videt necessitates tenetur. (prout facultas suppetit ei) fame afflictiis opem ferre, non tamen tenetur totum suum censum distrahere, & in hoc insumere: quia id cederet in maius damnam reipublicæ, si eius ciues sic tennes & exanguis, & sine substantia fierent. Et multo minus tenetur totum suum statum insumere, si tot essent, ac tantæ necessitates extrinsecæ ex tyrannica violentia ortæ. Et denique hic regulas prudentiæ obseruare oportet, vt in his etiam necessitati, & simul fragilitati consulatur humanæ.

¶ Præterea quæstio prædicta affinis hic nobis fit obuia, scilicet, an etiam extra extrema necessitatis casum, tenetur quis de pertinentibus ad statum ex præcepto eleemosynam impendere. Videtur, quod non: quia obligare ad hoc esset saluationis viam multis diuitibus coarctare. Siquidem passim videre est necessitates vrgentes, licet non sint extremae. Sūt alij in carceribus detenti: alij in captiuitate redacti: alij extorres à patria, & ab vxore, & familia propter debita. Tū, quia illa sola necessitas videtur obligare sub præcepto secundū D. Tho. & iuxta mentē D. Ambrosij, cui si non succurrat, qui ea laborat non

nō potest sustentari, qualis est sola extrema necessitas. Item quia sola extrema necessitas ex parte recipientis obligat non habentes superflua ad statum (vt insinuat Diuus Thomas.) Contrarium videtur sentire Caietanus in opusculo de eleemosyna. Et in summa verbo, Eleemosyna. Quia vt tradit Diuus Thomas quodlibet. 9. artic. 15. periculose determinatur quæstio de mortali, vbi non est expressa veritas.

¶ Igitur pro decisione quæstionis dicitur primo cum Thomistis doctissimis, scilicet, Magistro Victoria, Soto, Cano, & Adriano in quodlibet. 12. artic. 2. conclusione. 2. & cum Soto maior. super 2. 2. D. Thom. quod citra extremam necessitatem etiam in alijs grauibis nimis, & vrgentibus necessitatibus, tenetur diues subuenire eis oppressis, vel via eleemosynæ, vel via commodati. Hanc opinionem ait prædictus Magister Soto maior cathedraticus olim Salmanticensis docuisse in schola Salmanticensi viros doctissimos, à quibus ait eam didicisse, eamque verissimam esse putare, & sacris literis consonam, atque videtur esse Dicit Thomæ artic. 5. quæst. 32. in solut. ad tertium. Vbi ait, quod dum apparet euidenter & vrgens necessitas ex parte recipientis eleemosynam neque apparet in promptu, qui ei subueniat, est tempus, in quo si dare eleemosynam quis omittat, peccat mortaliter. Verum ne aliquibus illa conclusio nimis dura videatur, antequam probetur, explicanda est & moderanda. Nam primo diximus in ea, quod in vrgenti necessitate tenetur diues de pertinentibus ad statum subuenire sine via eleemosynæ, siue via mutui. Quoniam, vt ait Magister Bañes forte in hoc casu habet verum sententia supradicta Adriani & Nauarri, scilicet, quod sufficit mutuare, vel commodare pro tali subuentio ne. Diximus signanter, si diues sit: nam præceptum subueniendi in hoc casu non obligat pauperes, vel nimis moderatum statum habentes, secundum Sotum maior. Diximus etiam notanter in nimis grauibis, & vrgentibus necessitatibus, etiam extra extremam. Quia secundum Bañes, necessitas extrema est duplex. Alia simpliciter, scilicet, cui si non subueniatur peribit homo. Alia autem dicitur extrema in determinato genere, qualis est necessitas amittendi statum, vel incidendi in grauem malum. Et hæc necessitatem hic vocamus nimis grauem, aut vrgentem. Vt explicare possumus in casu, quo quis diuina misericordia coarctatur in carcere, & impensa sibi eleemosyna posset inde liber euadere alereque vxorem, & filios, & filias, quæ summam miseriam, & periculum amittendi pudorem paterentur. Similiter in casu, quo quis in eo periculo est constitutus, vt amittat statum, & alius

cum aliquali moderatione sui status sine notabili inconuenientia, vel sine indecentia multum in populo notanda sui status se aliquatenus limitando prædictæ necessitati, aut simili posset subuenire, verificatur nostra & Thomistarum sententia. Neque sic temperata, est vt dura, reijcienda. Patet. Tū, quia de superfluo subueniendū esse grauibis necessitatibus ex præcepto, cōis opinio dicitur. Et superfluū reputatur in presenti casu nostræ conclusionis illud, quod si expendatur, cedit in maximum remedium proximi: & ex eo nihil, aut modici detrimenti ille, qui illud expendit capit. Et hoc siue subuentio fiat in fauore, vel per intercessionem, siue per peccatiā, vel iuamen. Nam si peccat mortaliter, qui a finem proximi iacentem in itinere, alias ibi perituro, vnde valde damnificatur proximus, non subleuat, cum commodè potest: sic secundum Sotum de iust. & iure, quæst. 8. arti. 1. qui potest intercedere pro paupere apud diuitem, & liberare eum à magna miseria, & non facit, nō caret magno periculo culpæ. Idem est de medicis non visitantibus infirmos pauperes. Iam vero secundo patet: quia ordo charitatis exigit, vt cum aliquali modico detrimento nostro subueniamus graui detrimento proximi. Probatur in super tertio. 1. Ioan. ca. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit proximum suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo. Item, quia charitas postulat, vt magis diligam totum statum proximi, quam particulam mei. Item patet ex Iacobi. 2. Si autem frater, aut soror nudus sint, & indigeant victu quotidiano, & dicat aliquis ex vobis; Ite in pace, & non dederitis eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit, nunquid fides saluabit? Ergo etiam diues alijs tenetur in simili necessitate, etiam si sint extranei subuenire. Nam licet charitas maiori vinculo nos arctat ad subueniendum consanguineis: tamen etiam alijs obligat subuenire in vrgenti necessitate prædicta. Item, quia oppositum non comparitur amicitia charitatis, quæ debet esse præcipue inter domesticos fidei. Et Exodi 23. dicitur: Si videris a finem odientis te iacere subonere, non pertransibis, sed subleuabis eum. ¶ Ad obiectionem in contra dicitur, quod postquam iam proximus decidit à suo statu, non tenetur diues in illum statum restituere illum. Secus est ante quam cadat, si cum modico detrimento potest illi subuenire ne decidat. Neque iam captiuum tenetur redimere, nisi talis prædictus captiuus in periculo amittendi fidem versaretur. In quibus omnibus ad regulas charitatis, & prudentiæ est recurrendum. Et sic cōsulendū est, idque quod suadet faciendū, cōsi-

deratis omnibus concurrentibus circumstantiis. ¶ Præterea notanda est regula pro cognoscendo superfluum ad naturam & superfluum ad statum, scilicet, quod superfluum ad naturam dicitur omne, quod alicui superest, demptis necessarijs ad vitam suam, & suorum. Superfluum verò ad statum est id, quod superest alicui deductis necessarijs ad vitam, & decentem statum suum, & suorum. Vbi secundum Diuum Thomam quæstione 32. in solutione ad tertium. nõ est habenda consideratio omnium casuum, qui contingere possunt in futurum, sed eorum, qui probabiliter timeri, vel expectari debent, & qui in pluribus occurrunt. Quibus Caietanus addit, quo ad statum hominis pertinent ea quæ necessaria sunt ad sustentandos filios & filias, mancipia, & famulos, & ad recipiendos hospites, & ad conuiuia moderata, & ad munera honesta largienda, & si sint magnates ad magnificentias moderatas iuxta virtutem magnificentie exercendas. Vnde secundum Diuum Thomam articulo sexto. huiusmodi necessarium ad statum non consistit in indiuisibili, sed multis additis non potest indicari esse ultra tale necessarium, & multis subtractis, adhuc remanet. Ita Caietanus, & Syluester optime in summa, verbo, Eleemosyna, quæstione prima, & tertia. & in Rosa aurea, casu 53. Et quo maior est status, maiorem latitudinem habet in eo hoc necessarium ad statum. Nam, vt ait Nauarrus, in vno erit decem plus, aut decem minus, & in alio centum minus, aut centum plus in alio vero mille plus vel mille minus, & argument. l. 2. ff. de iure deliberand. & C. de causis, de officio delegat. Sicut consideratur in latitudine pretij communiter currentis. Ideo diuites secundum Victoriam, etiam quibus sunt filie semper aliquid superest dandum. Nam filie non ob illud modicum manebunt in nupta.

¶ Præterea nõ nihil dubitationis præ se fert illa quæstio, scilicet, an diues nõ subueniens pauperi cū pauper fame cõfectus moritur, reus fiat restituendi damna cõsecuta ad eius mortem. Nã videtur ad id teneri. Tū, quia omnia in extrema necessitate sunt communia. Tum, quia auctoritas Diui Ambrosij, id videtur persuadere: qui ait, Si non paupisti, scilicet, fame morientem occidisti. Sed si occideret teneretur, ergo & in hoc casu. Quod videtur confirmari. 83. cap. primo. Igitur ad quæstionem breuiter dicitur, quod quia dare eleemosynam est actus charitatis, etiam in extrema necessitate (licet ibi admisceatur aliqua ratio iustitiæ, secundum Sotum, sed quia ista ratio iustitiæ ibi interueniens, non est ratio iustitiæ commutatiuæ secundum Bañes, sed iustitiæ legalis ordinantis omnia ad bonum

A publicum: vt ait Diuus Thomas secunda sectunda, quæstione. 58. articulo sexto. Ideo ciuis priuatus diues, licet peccet mortaliter indigenti extreme non occurrens, non tamen tenetur ad resarcienda damna fame pereuntis, morte subsecuta: quia non contra iustitiam commutatiuam deliquit. Cæterum debitores, & qui ex officio extreme necessitati succurrere tenentur, cuiusmodi sunt medicus stipendiatus, procurator hospitalis, Episcopus, quippe qui est procurator pauperum, iudex populi, qui ad subueniendum potentes non cogeret: quia omnes hi ex officio & per consequens ex iustitia: commutatiua tunc subuenire tenentur, si desint sup officio subueniendi, ad damnum mortis subsecutæ tenentur. Ex prædictis sequitur corollarie, tam iudices laicos, quam episcopus posse compellere ciues ad subueniendum necessitatibus extremis, Panormitanus capit. si vero. de furtis. 47. distinctio ne. Sicut Syluester verbo, Eleemosyna, quæstione vltima, testatur. Cui accedit Caietanus secunda secunda, quæstione. 118. articulo quarto. & gloss. capit. si quis. Ad obiectionem in contra dicitur, quod quia in extrema necessitate omnia sunt communia, tantum quoad vnum, ideo non tribuens pereunt in extrema necessitate, mortem incursum inde restituere non tenetur, maxime quando sic indigens a diuite non peteret subuentionem. Quam si pauper peteret, iam in hoc casu Bañes non putat absurdum dicere, diuitem opem negantem obnoxium fieri prædictæ restitutioni. Postremo notandum est breuiter (quia de hoc in nostri Instructoris conscientie primo Tomo latius egimus) quod post distributionem bonorum ecclesiasticorum in tres partes, scilicet, in partem episcopi, & cleri, & fabricæ (quia non probatur à Nauarro sufficienter, quod illa quarta pars quæ olim diuidebatur pauperibus ex obligationibus datis ecclesiæ à fidelibus diuideretur ex iustitia, & non magis ex charitate exemplari) ideo sufficienter probari vltima ratione, aut auctoritate expressè nõ potest episcopus ex iustitia teneri ad aliquam portionem fructuum manualium pro pauperibus separandam. Ita Sotus loco citato. libro decimo. de iustitia & iure, quæstione quarta. articulo tertio: vbi id latè probat contra Nauarrum in tractatu, de redditibus ecclesiasticis. Sed tamen ex obligatione charitatis strictiori vinculo tenentur episcopi, non ad partem aliquotam raxatam, sed ad faciendas notabiles eleemosynas pro facultate substantiæ, habita ratione amplitudinis reddituum, & abundantie fructuum, quibus magis, vel minus abundant. Vnde infert Magister Bañes vbi supra omnem Episcopum Hispaniæ indignum esse absolutione a legi

à seq; non fore absoluendum, nisi saltem quartam partem reddituum in eleemosynas imperiat in necessitatibus communibus. Nam in grauioribus, vt tempore famis, aut pestis, aut multarum ingruentium infirmitatum ad amplius tenentur iuxta proportionem indigentie propriarum ouium. Addit que teneri episcopos ad inquisitionem faciendam per parochos de statu indigentie suarum ouium, sicut in paschate resurrectionis quotannis inquiritur de earum salute spirituali, scilicet, an receperint sacramenta. Quocirca existimo episcopos, & ecclesiasticos, non posse thesaurizare pro operibus pijs post mortem suam faciendis. Tum, quia id non fit sine scandalo. Tum, quia presentes communes necessitates presentaneam subuentionem exigunt. Nisi forte istis necessitatibus grauius cessantibus, quæ vix magis, vel minus solent cessare, & cessante scádalo, referuet aliquid de redditibus sine fraude pro aliquo opere, pio & publico, vtili suæ diocesi, vt pro collegio, vel monasterio fundando: quod tamen deberet inchoare in vita ad tollendum scandalum.

¶ Ex prædictis omnibus sequitur corollarie cū Nauarro in summa capit. 24. numero. 6. quod qui congerit pecunias, cum sit secularis ad emendum dominatum, vel ad mutandum statum, ad quem idoneus est, dum est secularis, nõ peccat, si non largiatur eleemosynam inde ex suis diuitijs: quia iste non censetur habere superfluum ad suum statum, neque plus quam statum suum decet. Sed certè assertio Nauarri nimis ampla & licentiosa est ad defraudandos pauperes. Vnde limitanda est, iuxta mentem doctorum Thomistarum, vt sit vera dumodo vt prædictum est non sint graues & vrgentes in republica necessitates. Nam tunc non licet ascendere ad altiore statum, sed his potius necessitatibus subueniendum est. Hinc sequitur quod illud quod ait Corduba in suo quæstionario, quod problema est, an habens superflua ad statum teneatur inde patienti indecentiam status subuenire, quando illud superfluum referuat in alias commoditates & utilitates, distinguendum est. Nam si tunc patienti grauem indecentiam status proximus, & sic iste habens superflua si in hanc solam commoditatem velit referuare, scilicet, vt in altiore statum ascendat id licite non potest facere, nisi graui proximi necessitati subueniat. Secus est si illa superflua in alias commoditates & utilitates communes referuet pro bono publico conducentes, vel magis importantes, vel æquè dum referuet sine fraude. Hinc sequitur, quod potissimè in periculo damnationis sunt diuites illi, qui habentes superflua ad statum (quia carent filijs, & successori-

A bus, quibus thesaurizare debeant, pro ratione status eorum) ea in arcis recondita seruare parant, nihil dare in vita indigentibus statuunt, nisi mors eos eis spoliaret bonis. Et idem dicendum est de ecclesiasticis superflua habentibus. Nam reliqui aliquam excusationem obtendere possunt, quippe qui habent familiam, filios, & uxores, quæ an legitima sit ipsi videant, ne auaritia in naufragium perditionis eos precipitet. Verum est tamen, quod non tenentur quis querere egentes in hospitalibus, vel carceribus, vel in alijs locis existentes, nisi sit persona, cui id ex officio incumbat. Adde etiam, quod de necessarijs ad statum non subuenire fratri patienti indecentiam status ab aliquibus doctoribus ad mortale damnatur. Sed hæc obligatio multo fortiori ratione corrit in subueniendum patienti indecentiam status patienti. De necessarijs in super ad naturam, si aliquis amico patienti extremam necessitatem subueniat, laudabiliter agit: non tamen ad id tenetur. Nam potest quis amicum magis diligere in temporalibus, sed non in spiritualibus, nam in his magis seipsum diligere tenetur.

¶ Quaritur septimo. Vtrum eleemosyna possit fieri de illicite acquisitis. Respondetur autem, quod de his ad quæ restituenda aliquis tenetur, quia per furtum, vel rapinam, & vltimam sunt acquisita, eleemosyna fieri non potest, quia ei, à quo sunt accepta, restituenda sunt. De acquisitis vero illicite, quæ accipiendi retinere non potest, neque tamen debentur ei, à quo adquisit, quia vterque contra iustitiam diuinæ legis agit, dando, & accipiendo, vt in simonia, potest eleemosyna erogari. Et sic in similibus, in quibus datio & acceptio est contra legem: quia in hoc casu non debet fieri restitutio ei, qui dedit. De eo autem, quod illicite acquisitum dicitur, non quia adquisitio ipsa sit illicita, sed quia id, ex quo acquiritur est illicitum, sicut patet in eo, quod mulier acquirit per meretricium: quia retineri potest, potest eleemosyna fieri. Illud autem, quod ait Dominus Luca. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, non sic intelligendum est, vt de mammona iniqua, id est aliena, iniquè per furtum acquisita, facienda sit eleemosyna: quia secundum Diuum Augustinum, ideo diuitiæ iniquitatis dicuntur, non quia in se sint iniquæ, sed quia sunt iniquæ in iniquis, qui in eis spem constituent. Vel secundum Diuum Ambrosium. Ideo Dominus ibi iniquum mammona dicit, quia varijs diuitiarum illecebris nostros tentat affectus: vel quia in pluribus prædecessoribus, quibus in patrimonio succedit aliquis reperitur: qui iniuste usurpauit aliena, quamvis tu nescias. Vel secundum

dum Basilium, ideo diuitiarum iniquitas vocatur a Domino, quia sunt diuitiarum inaequalitatis, quia non aequaliter sunt omnibus distributae, vngente, & alio superabundante. Verum etiam de adquisito per meretricium elemosynam fieri posse dictum est: sed de eo sacrificium, vel oblatio ad altare non fit. Tum propter scandalum: tum propter sacrorum reuerentiam. Sicut etiam de adquisito per ludum a ludente & perdente non potest bona alienare sua, quales sunt minores, furiosi, & huiusmodi: sicut etiam de adquisito in ludo fraudulenter, aut attracto ad ludum inuito elemosyna erogari non potest a sic lucrantibus, cum ea perdentibus sint restituenda. De adquisito vero in ludo contra ius civile prohibens tale lucrum, vniuersaliter, nisi tale ius sit per consuetudinem abrogatum potest fieri elemosyna quia lucrans restituere tenetur sic lucrum factum, si contra hoc ius eum ut subdolum obligans fecerit, & quia qui amisit non est dignus recipere. Sed neque sic contra ius hoc prohibens & impediens translationem lucri, potest illud lucrans retinere, nisi forte contraria consuetudo contra istud ius praualuerit. Idem dicendum est in hoc casu, vbi extat dictum ius de adquisito in ludo, quod adquisiuit qui traxit alium ad ludum (quia perdenti non est restituendum, neque a lucrante retinendum) facienda est elemosyna, nisi tale ius per contrariam consuetudinem abrogatum sit. Insuper, quia in extrema necessitate omnia sunt communia, qui non habet de proprio vnde indigenti extreme subueniat, si requisita voluntate domini potentis de suo subuenire, quem si fieri potest sine periculo debet prius requirere: potest ab eo clam accipere, ut pauperi sic extreme egenti prouideat, si dominus rei renuerit prouidere, aut creditur probabiliter, quod requisitus non subueniet. Circa praedictam doctrinam occurrit difficultas, quod eodem modo iure diuino, videtur quod vsus meretricius sit materia inuendibilis, sicut res sacra in debita materia est venditionis. Ergo sicut simoniaca datio, & receptio est prohibita propter indebitam materiam, sic acceptio & datio pro vsu meretricio videtur illicita ratione indebitae materiae, quae non est vendibilis. Respondetur ergo breuiter, quod hic sunt duo modi respondendi. Primo secundum opinionem communem, quae iure diuino translationem domini per simoniam non impediri asseuerat (quia talis datio & receptio non est contra iustitiam commutatiuam, sed contra virtutem religionis) sed solum impediri iure positivo ecclesiastico, ait. Et sic dicendum est, quod stando in solo iure diuino, sicut in vsu meretricii venditione non impeditur translatio domini, quia venditio il-

lius actus non est contra iustitiam commutatiuam, sed contra virtutem castitatis: sic venditio rei sacrae domini translationem non impedit: quia non est, ut praedicunt, contra virtutem iustitiae commutatiuae, sed contra virtutem religionis. Si autem adquisitum per meretricium non est erogandum in elemosynam (nisi ipsa meretrix velit dare) est quia ipsa nullo iure naturali, aut diuino vel humano priuatur dominio sic adquisiti, aut sit inhabilis ad illud adquirendum. At in simonia iuxta hanc opinionem simoniacus iure positivo ecclesiastico sit inhabilis ad retinendum. Secundus modus respondendi, qui videtur magis consonus literae Diui Thomae in hoc septimo articulo est, iuxta eam opinionem, quae tenet iure diuino non transferri dominium per venditionem simoniacam (quia ut ait Diuus Thomas, dans & accipiens contra iustitiam legis diuinae agit) quod tunc licet recipiens iure diuino sit inhabilis ad retinendum pretium: tamen iure naturali, quod post diuisionem rerum non tolerat dominia esse in certa, atque etiam iure diuino non constat, quod dans pretium pro re sacra, sit eorum priuatus: quod recipiens non teneatur illud sibi restituere: igitur hoc non potest constare nisi ex lege ecclesiastica. Vnde doctrina Diui Thomae videtur fundari in lege ecclesiastica, quae sic punit sic agentes contra legem diuinam, ut vterque accepto & dato simoniace sit priuatus, & ut pretium simoniacum in pauperum elemosynas erogetur. Neque homicida aut iudex ferens iniquam sententiam, quorum primus aliquid accipit pro obligatione occidendi, & secundus pro iniqua pronuntianda sententia pro his accepti pretij dominium priuatur: quia homicida potuit vendere actionem suam laborem, & periculum ad occidendum, quauis iniusta fuerit promissio occidendi, & ille iudex iniquus ferendo iniquam sententiam nullam iniuriam facit danti pro ea pretium. Caeterum si tam iudex pro sententia iusta, quam tenetur ferre pro tribunali, & testis pro testimonio, quod tenetur ferre in iudicio aliquid accipiat, quia contra iustitiam commutatiuam tunc isti peccant, ad restitutionem accepti tenentur. Secus si isti praedicta facere iure non tenerentur: vnde contra Caiet. facere iniustum non videtur inuendibile.

¶ Porro circa ea, quae hic de ludo tradit Diuus Thomas, ideo haec pauca hic summam solum dicere statuimus: quoniam tam in primo tomo Instructioij nostri conscientiae, quam & in nostro Instructioij negotiantium latius de hac materia ludi peregrimus. Dicimus ergo primo, quod auctore Nauarro, & etiam Magistro Bañes, dum ludentes sint sui iuris potentes bona sua

abalienare, dummodo omnis fraus, omnisque violentia absit a ludo, stando in solo iure naturali, non prohibentur eius pecuniae, aut rei, quam in ludo perdidit, transferre dominium: quia nihil tam naturale est quam quis per suam voluntatem transferre dominium. Dictum est autem, dum cesset omnis fraus: quia alias fraus, aut inuoluntarium, vel inaequalem redderet ludi contractum: ac perinde per illum non transferretur dominium. Additum est, etiam si absit omnis violentia, quia etiam genus violentiae est: sic importunis precibus, aut molestis, aut verbis ingerentibus alias pudorem, si renuat ludere, ut exprobrando illi, quia ideo ludo parcat: quia est inciuilis & miser, aut inurbanus sic pertrahere aliquem, alias non paratum ad ludum. Huncque vocat D. Thomas pertractum ad ludum: nam pertrahere vim quandam importare videtur. Secundo dicitur, quod qui quoniam bona sua iure civili alienare prohibentur, ideo eorum in ludo non possunt transferre dominium, neque etiam quae sic in ludo lucrificerint sibi vindicare possunt: quia aequalitas seruanda est in ludo, sicut in alijs contractibus, quae non seruaretur, si cum isti in ludo non possint bona sua amittere, vel lent aliena bona ibi lucrificare. Ita Victoria & Thomistae regulariter. Licet Nauarrus in sua summa apparenter velit defendere, quod si non potens bona sua abalienare, (ut minor & pupillus) sit notus quo ad conditionem personae suo collutori cognoscenti eum non esse sui iuris: tunc ab eo lucrificata poterit retinere sibi. Tum, quia dantur casus in iure civili, vbi in contractibus fieri prohibitis cum minoribus, si cedant in eorum utilitatem possunt minores eis astare, & in de sibi comparare lucrum: & si in eorum damnum vergant possunt reclamare. & sic vitare damnum & sic nihil perdere, secundum omnes iuristas: quia potest petere restitutionem pupillus etiam in quibus dum in minoribus esset laesus est infra. 25. annum: glossa de restitut. in integrum cap. 2. Tum etiam, quia scienti & volenti collutori in hoc casu non videtur fieri iniuria. Tum, quia minores & subparentum potestate constituti filij non adeo iure stricto sunt coacti, ut aliquid modicum iuxta suam conditionem & qualitatem parentum, causa recreationis aliquando non possint in ludo expendere. Ergo si minores hi, & qui sui iuris non sunt moderatam pecuniam, scilicet modicam, quam possunt ludere, periculo ludi exponant, poterunt in eodem ludo maiorem summam pecuniam lucrificare, quam amittere poterant. Ita Metin. in sua instruct. conf. §. 29. fol. 153. & Bañes super. 2. 2. D. Thomae q. 32. ar. 7. Igitur sententia praedicta nostra, & Thomistarum verificanda est, & verum habet extra

Instruct. conf. Pars. 2.

istum casum, vbi minor vel pupillus modicum gratia recreationis potest ludere, scilicet, in alijs casibus, vbi illicite & vitiose indulgeret iudis passim, vel exponendo ludo maiorem quantitatem, quam perdere posset, aut ludo exponere quia in his casibus non habet licentiam interpretatiuam rationabilem a patre, vel tutore. Vnde nisi collutor id quod ab eo lucratus est ei donauerit titulo solo donationis ludi titulo, & per legem & contractum ludi, id retinere non potest, quia non est seruata contractus aequalitas.

¶ Tertio dicitur, quod tractus ad ludum violentia etiam praedicto modo glossata, sicut perdere non potest, sic neque lucrificata retinere, ut seruetur contractus ludi aequalitas. Sic Victoria & communiter Thomistae aiunt. Quauis Magister Canus eius fuit sententiae, quod sic vi tractus, licet perdere in ludo non possit, possit tamen in ludo lucrari ad instar eius, qui sana fide ludit in ludo, & alter eius collutor ibi fraudibus vitur & falsis chartis, qui in hoc casu non potest lucrari eius collutore, quia ponit obicem fraudum, ipse tamen sana mente ludens potest licite lucrari. Sed dico quod his nihilominus non obstantibus, non videtur esse eadem ratio de vtroque casu. Quia iste, qui cum fraudulento & falsante chartas ludit, quia spontaneus, & non inuitus accessit ad ludendum, voluntarie voluit soluere quod in ludo amitteret: & ideo potest lucrari: licet illa via fraudulenti ludi, quo vitur suus collutor, non possit perdere. At qui vi pertrahitur ad ludum, sicut inuitus accedit ad ludum sic & legem ludi, scilicet, sortis aleam perdidit sicut lucrandi inuitus acceptat. Et ideo postquam sic coactus perdere non potest, sic neque lucrari, secundum communem opinionem: nisi extra conditionem ludi sibi donetur. Nisi, ut praediximus in nostro Instructioij negotiantium in contractu de ludo, iam non virtute prioris coactionis, sed ex noua causa vellet voluntarie acceptare legem ludi: ut quia amicus eius de nouo persuadet, ut ludat, vel tollit nolentiam ludendi, qua tractus fuerat ad ludum: quia ibi videtur iocale exponi ludo, quod vult lucrari pro donando illud propriae uxori, aut in casibus similibus, quia tunc lucrari posset: quia etiam perdere.

¶ Quarto dicitur, quod si attendamus ad ius commune, siue pontificium, siue civile, non interdicitur translatio veri domini per ludum quaecumque quantumlibet prohibita, quando praesens pecunia exponitur ludo. Et quando D. Thomas art. 7. in sol. ad. 2. videtur insinuare contrarium dicens, quod ludens contra legem prohibentem lucrum tenetur ad eius restitutionem, vel intelligendus est secundum Bañes de legibus, si quaferantur, quae annullent translationem domini

Aa 4 vel si



vel si loquitur de legibus suo tempore iam editis, loquitur secundum intelligentiam iuris peritorum illius temporis: quia sic eas leges intelligebant. Sed profecto nostra sententia inde patet, quia nullam est inuenire legem in toto iure communi, quæ inhabiliter ludentes ad dominium lucri ex ludo vetito sibi comparandum: sed tantum sunt poenales, apponentes poenam. Neque aliud ex eis colligitur, si attente inspiciantur. Quod si aliqua leges tales fuere tempore D. Thomæ iam videtur abrogata per contrarium usum. Hoc dictum quartum patitur exceptionem in regio Hispaniæ iure, in ludo talorum, vel tabularum, cum luditur à militibus, durante tempore, quo sub vexillis constituti lucrantur militiæ stipendia, ut sancitur clare in ordinationibus regalibus lib. 8. tit. 10. l. 1. Vbi sic dicitur: Otro si qualquiera que ganare en tal caso alguna cosa, así en dinero como en armas o en bestias, & cætera, sean tenidos de lo volver luego a quien lo ganaron. Vbi verba huius legis non expectandam esse sententiam iudicis ad hanc restitutionem aperte indicat, sic Bañes loco citato arduaturque adhuc obligandi vim obtinere dum durat bellum, quoniam in recopilatione noua legum lib. 8. tit. 17. l. 1. fol. 178. talis lex renouatur. Sed quia ibi apponitur poena sexcentorum dipondiorum, posset alicui ista lex videri esse poenalis. At licet habeat admixtam poenam, sed quantum ad restitutionem in tali ludo lucrifacii poenalis non est: quia præcipit, ut sic lucrantes teneantur statim reddere, quasi non expectata sententia condemnatiua iudicis. Sed iam credo milites raro delinquere contra formam expressam huius legis, quia nostro tempore magis assuescunt ludere ad aleas, quam ad talos, vel tabulas.

¶ Quinto notandum est, quod libro. 8. recopil. noua legum tit. 7. leg. 2. discernitur, quod qui in ludo aliquid amiserit, si intra diem octauum illud repetierit, quando in ludo prohibito, qualis est talorum, vel alearum ludus, illud perdidit, qui illud lucratus fuerit teneatur id restituere. Quod si is, qui id in ludo amiserit intra octauum diem non repetierit amissum, facultas subest cuius repetendi illud sibi. Quod si nullus accusator vel repeteritor, id sibi repetierit, quilibet iudex ex officio id executioni mandare possit, fiscoque applicetur. Post lapsum vero duorum mensium repetitio prædicta prohibetur ibidem l. 10. Præterea sexto in eadem recopil. lib. 8. tit. 10. l. 1. stabilitur, ut nulli cuiusvis conditionis persona liceat ludere ad creditum, scilicet, absente pecunia, neque etiam ad ludum pileæ, vel ad alios toleratos ludos, vel permissos, eiusdemque legis tenore quæuis obligationes,

vel scripturæ, vel promissiones contra hoc factæ pronunciantur nullæ executionique mandari prohibentur. Ita Carolus Matritij anno. 1528. An vero virtute legis huius sic impediatur translatio dominij, ut pecunia, quæ ludo non fuit exposita, si soluta semel fuerit lucranti ab eo sit restituenda in dubium vertitur. Nam Sotas de iustit. & iure & Metina in sua instruct. confess. §. 29. fol. 154. tenent hanc legem ita impedire translationem dominij, ut si solutio sic amissa ad ludum ad creditum facta fuerit soluenti in conscientia restituendum sit, nisi ratione donationis & non ludi sibi datum fuerit. His nihilominus non obstantibus, malim tenere negatiuam, sicut in. 1. tomo nostri Instructorij conscient. & in Instructorio negotiatorum tenui. Gaudeoque meæ opinionis aliquos habere fautores, & præsertim Magistrum Bañes loco allegato. Igitur probabilius videtur esse, quod si quis soluit pecuniam, quæ data fide in ludo perdidit, sic transferat dominium, ut eam lucrifaciens, non teneatur ante iudicis sententiam eam restituere. Tum, quia qui soluit sic pecuniam videtur renunciasse beneficio legis, quæ in fauorem suum lata est, licet secundario in fauorem boni publici. Et sic saltem titulo donationis, etsi non alio, videtur voluisse transferre dominium. Tum secundo quia lex prædicta non videtur esse sic recepta, ut recipiens solutionem lucrifacii ante sententiam iudicis teneatur sic illi solutum restituere, & leges non obligant, nisi eo modo, quo sunt in usum receptæ. Tum, quia si à principio sic voluit per eam legislator obligare iam per usum contrarium abrogata videtur, quantum ad hunc sensum. Tum etiã, quia in dubio benignior sensus legis est accipiendus, scilicet, quod tantum in foro iudiciali, & exteriori habeantur nulli contractus, ita ut post duos menses nulla ope exceptionis lapsus duorum mensium se possit tueri, qui recepit solutionem, quin sibi sic solutum repetitum in iudicio restituat. Tum, quia hæc interpretatio legis congruit genio Hispanorum, qui probro ducunt, si semel sic solutum illis restituatur. Tum, quia cõfessarij, quorum manus est debita in conscientia curare, ut restituantur in hanc partem omnes inclinant, ut nullum horum ante iudicis sententiã restituere sic lucrum factum sibi securum astringant. Hinc infert Mag. Bañes: quod qui renunciauit beneficio legis huius quoad solutionem, non videtur ei renunciasse quoad repetitionem, unde potest illud repetere intra tempus præscriptuã lege. Sed arbitrator in hoc casu extra tempus legis id est, extra octauum diem posse illud repetere, quia illa repetitio intra octauum diem concessa perdati in ludo repeteri intra octauum videtur habere locum in ludis prohibitis, vbi non

annul-

annullatur obligationes soluendi amissum, sicut annullantur cum luditur pecunia credita, non verò cum luditur pecunia præsentis ibi exposita. Hinc sequitur corollarie secundum Nauarrum & alios, quod qui data fide soluendi ad creditum ludit, si huius fidem dedit præstito iuramento, tenebitur illud implere soluendo, licet postea possit solutam reperere. Primum patet, quia illud iuramentum impleri potest, seruarique sine interitu propriæ salutis: ergo secundum ius canonicum seruandum est. Secundum patet, quia qui sic iurauit habet duplex remedium iuxta caput. si vero, de iur. iur. scilicet, ut petat collusorẽ cui iurauit, soluere cõpelli in iudicio ad relaxandum iuramentum, vel ad restituendum. Deinde septimo memoria mandatum est, quod repetitio pecuniæ perditæ in ludo faciendã est coram iudice legitime. Alioquin is, qui perditam pecuniam lucratus est in conscientia non tenebitur eam restituere petenti priuatim. Quæ quidem assertio Magistro Soto videtur probabilior, & Magistro Bañes adeo videtur esse certissima, ut contrariam reputet improbabilem. Tum quia leges Hispaniæ istam repetitionem ante iudicem faciendam esse decernunt: ergo priuatim repeteri restituendi nulla subest lucranti in conscientia obligatio: quia tantum ex legibus oritur ista obligatio, quæ tantum repeteri in iudicio restitutionem esse faciendam statuunt. Tum, quia sic hunc casum interpretatur usus.

¶ Item octauo perpendendum est circa illam questionem, an qui perdidit, teneatur soluere circa quam variant Doctores. Nam Magister Sotus. 4. de iust. & iur. quaest. 5. art. 2. & Couarrui. in repet. reg. pec. §. 4. nu. 9. p. 6. & Nauarrus in Manuali. cap. 28. in additionibus ad allegatum cap. 19. & Adrianus in. 4. de rest. & in materia de ludo, tenent, quod non tenetur soluere, qui perdidit data fide de soluendo. Metina autem Codice de rest. quaest. 22. & Alfonso Castro lib. 2. de potest. leg. poenal. cap. 2. tenent oppositum, quibus subscribunt Garcia in de materia de contract. à se edito libro, & Mag. Bañes vbi supra, nos autem negatiuam partem tenuimus cum Soto & Nauarro, & Couarrui. in nostro Instructorio negotiatorum prima eius part. cap. 22. vbi quinque argumentis probatam eam reliquimus, totidem argumentis in contra additis solutis. Igitur quia Mag. Bañes vbi supra nonnulla argumenta constringit, quibus sibi persuadet verisimiliorem esse partem affirmatiuã, scilicet, quod ludens impignorata fide stando in solo iure ciuili solo communi, tenetur soluere, quod sic in ludo perdidit (nam quod stando in speciali iure Hispanico Matritij condito à Carolo Quinto non teneatur talis sic amissum soluere

re & ipse nobis concedit, siquidem tale ius irritat omnes promissiones & obligationes de soluenda pecunia perditã factas cum ludatur ad creditum: igitur hæc eius argumeta quia aliqua negotium nobis faceflunt, hic dissoluere operæ pretium esse duximus. Quorum primũ est, quia promissio, qua promissit soluere ludens, naturaliter obligat, nisi sit aliqua lex, quæ illam irritet. At verò nulla talis lex irritatoria in toto iure ciuili communi reperitur, ergo promissum in tali casu est soluendum. Respondetur primo, quod non est necesse lex expresse irritet talem obligationem: sed satis est virtualiter id faciat concedendo actionem perdati, & soluenti iuxta regulam iuris. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regulis. & cap. qui ad agendum de regul. iur. in. 6. Ex quibus iuribus aperte colligitur, quod exceptio & retentio ei competit, cui actio datur: ergo ius commune ciuile concedens sic perdati actionem ad repetendum, & exceptionem ad non soluendum, si in iudicio petatur ex consequenti dat ius ad retinendum, ac proinde virtualiter vim promissionis, atque obligationem soluendi irritat, & tollit: & ius commune concedens talem repetitionem & exceptionem in foro exteriori per consequens retentionem amissi perdati, concedit non solum exteriori sola permissione, sed in conscientia contra Bañes. Quia non solum in odium ludi prohibiti (ut ipse arbitratur) sed ad evitanda detrimenta, quæ vacantibus ludo & perdatibus ibi solent inde subsequi non solum in perniciem suæ personæ, sed etiam familiæ & filiorum & vxoris, & creditorum, quibus interdum debitor est qui ludit, eam retentionem etiam in conscientia pro bono communi concedit virtualiter & consequenter, concedendo repetitionem & exceptionem perdati, pro ut eam concedit ius commune ciuile.

¶ Ad secundum eius argumentum, vbi sic arguit: Qui ludit præsentis pecunia, si perdit, tenetur soluere: ergo etiã qui ludit fide data absente pecunia, soluere tenetur, nam nullum est ius commune quod distinguat inter vtrumque casum. Respondetur, quod in moralibus casibus quales sunt isti, quando eorum distinctio non colligitur aperte ex iure ex eorum natura, & ex moraliter & ut in plurimum accidentibus, licet eam coniectare, & ex communi animi conceptione At primo si attendamus ad eam communem animi consensum is videtur nostræ opinioni fauere, Nam inde videtur dimanasse proloquium commune, quod dicitur ab omnibus, quod non ponitur non soluitur, scilicet, in ludo. Si autem naturam & accidentia vtriusque contractus ludi pensamus, statim nobis occurret inter vtrumque hæc distinctio. Nam in contractu ludi, vbi ponitur

A a 5 pecunia

pecunia præfens, ideo præfens ponitur, ut statim cedat in solutionem ei, cui alea lucri succedat, qua succedente statim pecunia præfens fit, quasi propria lucrantis. Quocirca statim ad eam extendens manum, eam quasi vendicat, taliter, quod si qui perdidit eam, resisteret solutioni oriretur magna discordia & rixæ moraliter loquendo. Vnde tunc perdens non potest subterfugere solutionem, quia iam hoc esset, veluti subripere alienum: vnde tenetur soluere, aut certe non resistere lucranti extendenti manum, ut inde accipiat quod alea lucri videtur fecisse suum. At vero, dum luditur pecunia credita (præterquam, quod sic ludentes, sic solent incallescere ludo, ut quanto magis perdunt tanto magis spe redimendi perditu soliti sunt de nouo ampliores sortes soluendas promittere se soluturos, ex quo facultates ingentes etiam potentium & magnatum exhauriuntur in republica, non sine magna pernicie reipublicæ, cui malo occurri oportuit deobligando eos à promissione, & solutione) non sic in hoc ludo pecunia promissa, & absens per aleam lucri succedentem lucranti fit statim sua ut non poterit ius commune deobligare in conscientia promittentem, & perdentem ad soluendum, qualiter virtualiter deobligare videtur dum non solum concedit repetitionem, sed etiam exceptionem contra id debiti in iudicio petentem. Neque tam de perse & regulariter sequuntur iurgia ex subterfugio soluendi perditam pecuniam absentem, & tantum promissam, quam de perse solent sequi conflictus, vulnera, & interdum cædes cum pecunia præfens exposita ludo lucranti denegatur, & veluti subripitur. Nam hinc regulariter venit ad manus, vel ad arma.

¶ Ad tertium eius argumentum, ubi sic arguit, quia sequeretur, quod si ludens data fide non tenetur soluere in ludo amissum, in casu, quo duo ludent, alter posita pecunia, & alter data fide soluendi esset deterioris conditionis ille, quam iste: quod tamen videtur esse contra leges ludi, quæ paritatem inter ludentes exigunt. Respondetur, quod sicut leges non damnant ut in æqualem illum contractum venditionis, ubi quis venditas merces de præfenti tradit, dummodo expectata solutione eas emens, eas soluere suo tempore, contractus tempore promittat, cum vero animo eas soluendi (nam si hic animus abesset, esset in æqualitas) sic neque in contractu ludi, ubi vnus posita pecunia ludit, & alter impignorata fide soluendi, deest æqualitas debita contractui ludi, si adsit animus se obligandi, & soluendi si perdidit. Sed huic non obstat, quod postea ex noua causa, scilicet, quia talis promissio nociva fuit sibi, aut familiæ aut uxori, aut quia sibi est difficilis ad adimplendum, possit postea

A retinere perditum, & non soluere utendo beneficio legis communis, concedentis sibi exceptionem, & repetitionem, ac per consequens retentionem, aut beneficio iuris Hispanici annullantis tales promissiones, & obligationes. Præsertim, quod, cum sit veluti turpe lucrum autore Aristotele, cum luditur ad cupiditatis quæstus non est tam dignus, qui sic lucratur, ut sibi solvatur, præsertim quando soluturo id est valde nocuum & difficile. Sicut etiam filius familias, qui constitutus sub iura parietum accepit mutuum à mercatore, licet iure naturali si promissit teneatur soluere, cum sui fuerit iuris factus: tamen si nocuum sibi comperit esse tale mutuum, quod sibi mutuatum est ad comestationes, & luxum potest se iuuare iure Macedoniano, & non soluere in conscientia, ut tenuit Victoria, quod nos sic moderamus. Vide. l. si filius. C. ad senatus consultum Macedonianum. Sic in præfenti casu cum nociva fuerit sibi promissio de soluendo perditum in ludo, potest se iuuare in conscientia, tam iure communi quam iure prædicto speciali Hispanico. Nam & illa regula iuris non obstat, quæ dicitur, quod quod semel placuit amplius displicere non potest: quia licet placuerit ei promittere sic, & ludere tunc, post poenitere potest (ut ait glossa) ex casu superuenienti, vel de nouo cognito, & in casibus quibus à iure permittitur poenitere & variare, qualis est hic, ubi repetitio & exceptio datur contra lucrantem in ludo.

¶ Nam vltimo superest nosse, an qui iam soluit pecuniam in ludo perditam, quia beneficio legis de eam repetendo uti non vult, priuatim possit clam à lucrante subripere eam aut alia via sibi recompensare. Adrianus in hoc casu tenet affirmatiuam: & tamen eius opinio exploditur communiter, ut falsa: negatiua vero est vera. Tum, quia cum iam illius pecuniæ per solutionem translatus sit dominium, furtum videtur esse à lucrante eam subripere, qui illius est dominus, qui rationabiliter est inuitus. Tum quia id est contra ius naturæ, & iuris positivi ordinem, & quia lex de repetendo est poenalis, puniens lucrantem: ergo ante condemnationem iudicis non est infligenda priuata auctoritate hæc poena, ut sic suo dominio lucrans spoliatur.

¶ Denique, quia ex doctrina D. Thomæ in solutione ad. 3. habetur quod in extrema necessitate omnia sunt communia, ambigere quis potest, Vtrum cuilibet in extrema necessitate posito liceat accipere de alieno. At quidem inter omnes fere conuenit, quod ille qui absque sui honoris iactura mendicando, potest sibi in hoc articulo extremæ necessitatis subuenire, quia tunc non censetur esse in extrema necessitate, accipere alienum inuito domino non potest. Sed de

homine,

homine, qui pro ratione sui status grauissimam patitur in decentiam, & verecundiam in medicando, maior vrget difficultas, an huic liceat clanculum accipere, vbisunque inuenit victum, & vestitum. Victoria in scholijs à se dictatis super. 2. 2. D. Thomæ anno. 1335. ait occasione sumpta ex concione cuiusdam prædicatoris, qui inter concionandum asseruit in necessitate extrema constitutum posse sibi alienum accipere, ut sibi subueniat, etiam si mendicando sibi victum quæritare possit, hanc quæstionem suo tempore in vniuersitate Parisiensi fuisse agitatam, conclusumque fuisse contra concionatorem, id non esse licitum, eo quod in hoc casu non inuenitur extrema necessitas simpliciter. Addit tamen Victoria, quod si esset homo, qui in extrema necessitate esset constitutus, & tamen petendo ut mendicet eleemosynam, periclitaretur in statu suo, quia cum sit honorifici status in populo, magnum sibi pararet opprobrium si medicationem alienum sibi acciperet. clanculum. Cui accedit Bañes loco supra allegato. Vbi addit, quod id magis vertitur in dubium, An hic possit vtrahere ab alio necessaria, si ille, qui possidet, non velit vltro opem ferre: & quibusdam negantibus id licere, sibi magis placere quod liceat, ait. Idque esse multo probabilius, eo quod talis vtritur tuac iure suo, quod lex naturæ concedit. Tamen arbitror non tam licentiose in hoc casu ipsum sic extreme egentem debere se gerere. Nam in proverbio dicitur, quod iustum est, iuste exqueris. Vnde dum periculum non est in mora, talis etsi mendicare cum opprobrio sui status non sit cogendus tamen apud aliquos aperire prius debet necessitatem suam, si sperat ab eis aliquid subsidium: quia hoc non fit cum tanto sui status dedecore. Si autem sic suæ extremæ necessitati non præstatur remedium & adhuc periculum non est in mora, non videtur adeo tuta assertio, quod possit vtrahere ab illis statim, ut renuntiare. Tum, quia id forte non fiet sine scândalo, quod de iure naturali est vitandum, dum potest caveri: quia forte populus ignarus scândalizabitur raptorem, & inuasorem illum esse existimans. Tum, quia dum causa consulendi suo honori, hanc viam rapiendi alienum intentat, magis cum periculo sui, honoris id facit, quam si eleemosynam mendicaret: quia tunc notam incurreret medici, hic vero rapiendo forte notam in populo incurrit inuasoris, & raptoris. Ideo prius se debet episcopo, aut gubernatori, seu iudici populi seorsum suam extremam necessitatem intimando præsentare, ut darent operam ut sibi subueniretur. Nam his incumbit cogere diuites populi ad subsidiū ferendū pro vrgētibus

& extremis necessitatibus, si quæ eueniunt in populo (ut ex mente Caiet. & Syluestri prædiximus) Quod si his tentatis prius dum datur tempus nihil remedij inuenit, tunc locum habet sententia Magistri Bañes, & non antea.

## CAP. CVII.

### De eleemosyna.

¶ De his, qui possunt eleemosynam facere, vel non. An religiosi, an femina coniugata: Et quibus sit danda, an propinquieribus, an peccatoribus: De dote legata puelis, an sit danda abundanter, an dispertienda in plures pauperes: De simulata paupertate extorquente eleemosynam: Et an citra extremam in graui necessitate à diuite aliquid clam accipiens teneatur restituere: An tutores pupillorum teneantur eleemosynam largiri, & possint eam largiri: Et an procuratores populorum, eleemosynam largiri valeant, & senatores: Et an prædicatores ab usurarijs possint illam accipere, & filij scholares possint eleemosynam facere, & famuli, & ancillæ: Et an dum sunt graues necessitates, possit quis ascendere ad statum altiore: De forma prouidendi pauperibus in generali hospitali.



DEINDE ne in longum protrahamus capitulum coacti sumus quæstionem istam D. Thomæ. 3. 2. in aliud etiam capitulum partiri. Quocirca modo quæritur octauo, vtrum is, qui est in potestate alterius constitutus possit eleemosynam facere. Respondetur, quod quia ordo naturalis dicitur, ut inferiora secundum superiora regulentur, ac per consequens, quod ea in quibus inferior superiori subicitur, secundum superioris commissionem dispenset, & non aliter: ideo sub potestate constitutus de re, secundum quam superiori subicitur eleemosynam facere non debet, nisi quatenus à superiori ei fuerit commissum. Si quis autem habeat aliquid, secundum quod potestati superioris non subicitur, iam secundum hoc non est potestati subiectus quantum ad hoc proprii iuris existens: & de hoc potest eleemosynam facere. At licet monachus non possit facere eleemosynam, nisi à prælato habeat dispensationem commissam, ut eam facere possit, vel sine licentia Abbatis expresse habita, vel probabiliter præsumpta, aut nisi in articulo

**Titulo extreme necessitatis, in quo licitum esset ei straxi, ut eleemosynam daret: tamen non ideo efficitur peioris conditionis: quia sicut dicitur in libro de ecclesiastic. dogm. bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: sed melius est pro intentione sequendi dominum in simul omnia donare, & absolutum sollicitudine egere cum Christo.**

**¶ Præterea vxor, licet sit sub potestate viri sui, si alias res habeat præter dotem, quæ ad sustentanda onera matrimonij ordinatur, vel ex proprio lucro, vel ex quocunque alio licito modo, potest dare eleemosynas, & irrequisito assensu viri, moderatas tamen, ne ex earum superfluitate vir depauperetur. Alias autem non debet dare eleemosynas sine consensu viri, vel expresso, vel præsumpto, nisi in articulo necessitatis, ut de monacho dictum est. Nam ipsa vxor, licet æqualis sit viro in actu matrimonij, tamen in his, quæ ad dispensationem domus pertinent vir caput est mulieris iuxta Apoltol. 1. ad Corin. 12. Neque obstat factum Diuz Luciz, quæ dicitur ignorante sponso eleemosynas fecisse, quia sponsum habebat non virum: vnde de consensu matris poterat eleemosynam facere similiter, quia ea, quæ sunt filij familias, sunt & patris, ideo filius familias non potest eleemosynam facere, nisi forte aliquam modicam, de qua potest præsumere, quod patri placeat, nisi forte alicuius rei fuisset sibi à patre dispensatio commissa. Eisdem dicendum est de seruis.**

**¶ Circa prædictam doctrinam aduertendum est primo, quod quia (ut hic ait D. Thomas) ex consensu prælati interpretatio religiosi eleemosynam facere non prohibentur, ideo possunt auctore Bañes aliquas leuitiores eleemosynas facere, de rebus ad vsum illorum accommodatis, ex quibus eleemosynis communitas non patitur notable detrimentum, Ut, verbi gratia, si religiosus iter faciens occurrentibus egenis vulgares eleemosynas largiretur. Secundo notandum est, quod quia dispensatio rerum temporalium multum dependet ex lege civili, ideo licet D. Thomas in solutione ad 2. dicat, quod si vxor habeat alias res præter dotem, aut etiam habeat proprium iherum, vel quocunque alio modo licito acquirat, eleemosynam erogare potest, etiam non requisito consensu viri: tamen hæc eius assertio non habet locum in Hispania. Nam in recopil. nona leg. Hispaniæ sancitum est vxorem non posse inire contractum, vel quasi contractum facere, sine viri sui facultate. At vero donare via eleemosynæ, vel alia via, quasi contractum, est facere. Ita ibi lib. 5. tit. 3. l. 2. Vnde si vxor donet quidquam, potest vir repetere de rigore iuris. Cæterum quia ipsa vxor ex consensu interpre-**

aluz

**A** ratio mariti potest aliquid dispensare, sicut etiam religiosus ex consensu interpretatio prælati, & seruis ex consensu interpretatio domini: & quia prudentia boni viri hæc regulandum est, pensatis qualitatibus & conditionibus personarum, & in hac parte æqui & iusti attendenda est ratio, ita ut magis attendatur, quid deceat, quam quid nimia durities, & malitia superioris duri, & critici velit: idcirco vxores possunt communes eleemosynas facere pauperibus, in quibus nihil damnificatur ipsa familia. Atque ideo scrupulo carere arbitratu Bañes, si mulier dicitur dispenset nesciente viro vigesimam partem lucri annualis: dum dispensatio hæc fiat in honestis & licitis. Nā Aristoteles 8. Ethicor. ca. 11. affirmat, virum non debere dominari in omnibus. Et in 2. economicorum cap. 4. vult bonam mulierem in omnibus, quæ intus sunt dominari. Et quamvis dare eleemosynam, non spectare ad regimen domus affirmer Caietanus, ac per consequens, neque ex hac doctrina Aristotelis competere vxori: tamen, cum hoc bene stat doctrina Aristotelis, docentis quid deceat virum indulgere bonæ vxori. Quocirca in alijs locis memini me dixisse, quod quia consuetudo dat iurisdictionem, & interpretatur legem: ideo si mulier iuxta consuetudinem rationabilem largiatur in eleemosynam eas res, & in ea quantitate, quæ aliæ similes sui status, & conditionis mulieres coniugatæ solitæ sunt dare, attenda qualitate maritorum, nihil videtur morari contra iustitiam, etiam si irrequisito marito id faciat. Quoniam, si maritus ei in hoc velit refragari, iniurius in illam videtur esse, Quo circa, nisi magnum sequatur scandalum, aut perturbatio, etiam ipso inuito (quia irrationabiliter est inuitus) poterit ipsa assuetas, & rationabiles & moderatas eleemosynas erogare. Item etiam liberis licet ex bonis castrensibus, si quæ habent, quæ lucrati sunt advocato, vel in cathedra legendo, vel militando, possint liberius dispensare donando eleemosynas largiendo, & ludendo: quia sic conceditur eis ex lege (cum vxori sit prohibitum.) Tamen de bonis adventitijs, quia eorum administratio & usus durante emancipatione, pertinet ad patrem, atque de bonis profectijs (quia eorum proprietates, & usus ad patrem spectat) eleemosynam sine consensu patris expresso, vel interpretatio facere non potest filius. Quem tamen consensum interpretatio videtur habere filius familias, dum in scholis versatur ad largiendum aliquid in eleemosynam, vel ad aliquid moderatum causa recreationis ludendum de his, quæ sibi à parente mittuntur ad expensas studij, iuxta facultatem, & decentiam status parentis. Ita Sotus de iust. & iur. Adde etiam, quod licet auctore D. Augustino in epistol.

199.

**199. non sit licitum vxori dicere. Facio de meo quod volo, & ut habetur. 33. quæst. 5. cap. quod D. pro. tamen auctore Nauarro in sum. cap. 17. num. 154. quando maritus est amens, vel est absens (quia tunc administratio domus pertinet ad ipsam) potest dare eleemosynam, sed non plusquam maritus presens si esset, & cordatus daret. Et hoc nisi aliter statuatur per superiorem iuxta Palud. in. 4. diff. 15. quæst. 3. art. 6. conclus. 2. Item quando secundum aliquos vir est crudelis ad pauperes, & tenetur dare & non dat illis, tunc quia vxor dando, negotium sui viri gerit moderatas eleemosynas dare potest, & occulte can. reuertimini. 16. quæst. 1. exemplo Abigail. 1. Regum. 25. Et idem sentiunt aliqui, quando vir assignauit vxori certum quid pro victu, & ipsa abstinet, de illo potest largiri eleemosynam. Quod tamen cordate limitat Corduba, scilicet, nisi ipsa ista concessione abuteretur profane illud donando: aut nisi (ut ipse arbitror) ipsa abstineret, ut eleemosynas daret sic, quod sua salutem corporali non consuleret, aut iuxta decentiam status mariti vitam non transigeret, atque ideo maritus rationabiliter reclamaret. Denique & in casu, in quo maritus ei administrationem domus commississet, moderatas eleemosynas, & quas iuxta facultatem suam maritus facere teneretur, ipsa tunc facere posset: imo & subuenire suis parentibus, vel filijs ex alio marito habitis indigentibus, quando maritus requisitus ad id dare licentiam renueret, & iurgia inter utrumque excitarentur, si super hoc licentiam contenderet impetrare à iudice, posset clanculum eis dando necessaria moderate, dum id faciat cum animo id, quod eis dat, computandi in sorte suæ dotis, aut in media parte post mortem mariti, aut suam sibi obuientia lucri. Ita corduba. Nam tunc, ius naturale exequitur, non alia via potens illis subuenire, sicut tenetur. Cæterum circa res necessarias familiæ, ut conuenienter & honorifice sustentetur, quas ipse vir tenebatur providere, & circa hanc providentiam parum sollicitus est, vel quia est auarus, vel vaxors, vel est dissipator bonorum, ea dilapidans per ludum, aut in meretrices profundens, prudentiæ tribuendum est vxori, & laudi, si clanculum accipiat à peculio viri omnia necessaria, quibus familia & filij indigent, & indigebunt.**

**¶ Queritur nono, utrum propinquieribus sit magis eleemosyna eroganda. Respondetur autem, quod auctore D. Augustino libro. de doctrina christiana illi, qui sunt nobis magis coniuncti, quasi quadam sorte nobis obueniunt, ut eis magis providere debeamus: tamen ratio discretionis adhibenda est secundum differentiam conjunctionis sanctitatis, & utilitatis. Nam multo**

**A** sanctiori magis indigentiam patenti & magis utili ad commune bonum magis eleemosyna est danda, quam personæ propinquieri: maxime si non sit multum coniuncta, cuius cura specialis nobis immineat, & si magnam necessitatem non patiat. Neque obstat, quod aliquis sit ex coniunctis nobis peccator, ut illi teneamur subuenire: quia peccatori non est subueniendum in quantum est peccator, id est, ut per hoc in peccato foueatur: sed in quantum homo est, ut natura fuit tatur. Præterea licet eleemosyna detur egentibus propter retributionem æternæ vitæ, non inde sequitur, quod semper sit magis danda sanctioribus, quam propinquieribus: quia merces retributionis datur ob meritum, & eleemosyna est meritoria, pro ut in ea seruetur ordo charitatis, secundum quam propinquieribus magis providere debemus, cæteris paribus, ut ait D. Ambrosius lib. 1. de officijs D. autem Augustinus in libro de verbis Domini, dum ait, quod sancti sunt, qui æterna habitacula habebunt, in quantum ab eis recipiendi qui eorum indigentia seruiunt, loquitur de eleemosyna quatenus valet ad retributionem vitæ æternæ ex merito recipientis, quatenus orat pro largiente sibi eleemosynam, ut Deus illum dignum vitæ æternæ faciat. Sibi insuper nullus proprie potest eleemosynam facere: quia misericordia non est proprie ad seipsum. Si tamen aliquis constitutus esset distributor eleemosynarum, ipseque indigeret posset inde sibi accipere, eo tenore, quo alijs ministrat.

**C** Circa prædictam doctrinam D. Thomæ notandum est primo, errorem esse contra fidem, assertionem illorum, qui affirmant eleemosynam non esse dandam peccatori, quia est contra præceptum Decalogi, quo præcipitur nobis diligere proximum, qualis est etiam peccator, ac per consequens ei benefacere. Neque enim obstat illud testimonium Ecclesiast. 12. Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem, quia intelligitur, ut ait D. Thomas in solut. ad. 1. ut non suscipiatur, & iuuetur in quantum peccator est. Sed neque illud Ecclesiast. cap. 12. vbi dicitur. Si benefeceris, scito cui, nobis sollicitudinem ingerit, aut curam iniungit scrutandi, aut examinandi vitas pauperum pro fragmento panis, aut modico subsidio, quod illis impendimus: sed solum nos commonefacit, scilicet, ut prudenter eleemosyna à nobis fiat, scilicet, vere indigentibus, præsertim quando eleemosyna conferenda est in copia magna. Sed neque prædictis habet contrarium sententiam illud commune proloquium, quod sic vulgariter dicitur: Haz bien, y no cares aquí, quia intelligitur, quod in benefaciendo, non est habenda ratio, an qui recipit beneficium à nobis, sit potens



potens retribuere nobis: quia non raro vsu euenit, vt qui nunc est impotens perueniat ad pinguiorem fortunam, ita vt possit retribuere abundanter suis benefactoribus.

¶ Adde secundo etiam, quod licet peccatori etiam indigenti teneamur elemosynam conferre: tamen secundum Magistrum fr. Petrum Soto maior. possum non subuenire per elemosynam inimico meo constituto in extrema necessitate, quando machinatur ad meam mortem: & multum verisimiliter, & valde certo moraliter, timeo, si ex tali necessitate extrema euadat, me quæret ad mortem inopinato. Hoc autem existimat esse probabilius contra alios. Nam ratio hæc id persuadet. Quoniam si nunc suppetat mihi alimētum, si verisimili teneor metu, quod extrema necessitas non longe post me apprehendet, possum id victus non dare inimico extrema necessitate laboranti, quia cum cæteris paribus ego sim proximior mihi, possum id mihi reservare pro mea statim conservanda vita: nõ enim in hoc casu inimicum illum ego occido directe: ergo etiam id ipsum fas est mihi facere in primo proposito casu.

¶ Aduertendum est tertio cum Corduba in tractatu de casibus conscientia quæst. 72. quod quando testator in suo testamento legat certam summam, vt in elemosynam erogetur consanguineis testatoris puellis pauperibus remedio indigentibus, si ea summa vni soli earum est danda propinquior puella ipsi testatori in ea summa elemosynæ cæteris minus propinquis etiã præferenda, licet alias inter duas pauperes puellas æque testatori propinquas minus indigens, & pauper eligi potest. Hoc autem de subueniendo magis propinque assertum, regulariter est verum, nisi testator indicauerit in suo testamento aliud esse faciendum: quia tunc voluntas testatoris, dum constat implenda est. Et ratio prædictæ assertio est, quod magis propinqua magis naturaliter esse in affectu testatoris, & magis chara ei esse creditur. Sic in terminis tenet Lambert. de iur. patronatus, nu. 12. & colu. num. 2. & Bald. in l. id quod pauperibus. Cæterum et si id, quod hic asserimus iuridicum sit, & regulariter ita sit obseruandum: tamen ratione æquitatis existimat ibi Corduba habere exceptionem in casu, in quo darentur duæ puellæ propinquæ testatori, quarum vna ei coniuncta esset in quarto gradu, & alia in quinto gradu: & tamẽ hec in gradu distantior sed æque pauper, sicut & alia fidẽ dedisset de contrahendo matrimonio conueniente sibi, sub hac spe concludendi talem contractum, si summa prædicta sibi conferretur in dote: quia caret altera dote: qua amissa occasione

**A** in perpetuum maneret sine remedio, & innupta & sine assumptione alicuius sibi tuti status, quia iam prouecta esset ætate, quippe quæ triginta & tres esset iã nata annos, & ab alia prima absunt hæc pericula. Neque enim, vt supponimus, in illa concurrunt hæc prædictæ circumstantiæ. Tunc hæc secunda, licet distantior in gradu præferri potest in conscientia alteri puellæ in quarto gradu distantis: quia excessus iste in propinquitate remota respectu vtriusque, hic in hac exceptione consideratur. Vnde præsumitur non multum magis fuisse affectus testator ad vnam, quam ad aliam. Vnde quia necessitas prædicta secundæ æquiparatur paruo excessui propinquitatis, in quo excedit prima, inde præsumptio sumitur de testatoris voluntate, quod in tali casu si superstes fuisset, maluisset hanc secundam suam non amittere perpetuum remedium. Cui sententiæ & exceptioni videtur hic D. Thom. fauere questione ista. 32. art. 9. vbi ait, quod sanctiori, & magis indigentiam patienti magis elemosyna est danda, quam personæ propinquiori, maxime si non sit multum coniuncta. Si tamen hæc secunda id contra usus sponsaliorum inisset causa defraudandi primam, iam hæc fraus sibi suffragari non debet. Si autem testator in testamento cauisset, vt casu, quo electores puellarum, quibus delegatur dos, non cõcordarēt, aut aliquod dubium super electione earum incideret. Petrus à se nominatus ex eis eligat, tum Petrus in cõscientia exclusis litibus, & arbitramentis peritorum & iuristarum, quam maluerit ex illis poterit eligere, etiam natam spuriam, si tamen per sequens matrimonium fuerit legitimata, quia parentes eius post inter se cõtraxere, nisi aliud expresse rit testator. Patet autem hoc quia vt litibus testator finem imponeret, & discordias inter vocales electores extingueret, illum tertium, idest Petrum nominabit, vt eius determinationi, sine alia examinatione staretur, nullo habitu respectu de maiori earum paupertate, vel propinquitate. Cæterum si clare pateret iustitia pro vna illarum, vel notabilis esset excessus propinquitatis, vel indigentia, tunc neque vocales, neque Petrus nominat⁹ à testatore in discordia possent bona conscientia in illam dotem admittere, quam voluerint puellam, quia non fieret sine præiudicio tertij.

¶ Iam deinde quæritur de quotidiano casu ad hanc materiam pertinente, scilicet, an si testator in testamento legauerit certam pecuniæ summam ad puellas orbatas parentibus, & pauperiores matrimonio locandas, certos patronos ad hoc instituens, scilicet, Petrum & Paulum, quibus demandatum est in testamento, vt fide data cū iuramento pauperiores eligerent, & nullo fauore,

uore, vel precibus aliquas admitterent, an si contra hoc mandatum & iuramentum ierint, & fauore, vel precibus aliquas admiserint, etiã si sint pauperes hæc sic admittæ, an peritium commiserint, & in restitutionis obligatione inciderint, & cui restituendum est, & quomodo. Huius dubij meminit Corduba tract. de casibus conscientia. quæst. 73. Igitur iuxta eius sententiam dicitur primo, quod in hoc casu dum electores eligant veras pauperes, etiam intercedentibus precibus & fauoribus, alicui restitutioni non fiunt obnoxij: quoniam si nihil aliud testator expresse, per hoc, quod eos iuramento astrinxit ad nullas admittendas personas precibus, vel fauoribus solum eius intentionis fuisse videtur, vt fauoribus vel donis, vel precibus deliniti pauperes eligere non omitterent. Iuxta quam intentionem eius verba interpretanda sunt: quia non sermones, sed rei est sermo subiectus cap. intelligentia, de verb. signific. Secundo dicendum esse videtur, quod si prædicti electores precibus, vel fauoribus pauperes faminas ad has donationes eligerent, pauperioribus omisis, quantum iuramenti transgressores existerēt, tamẽ nullius restitutionis obligatione tenerentur. Si tamen faminas non pauperes, neque egentes dote eligerent, tunc & salarium, quod hac ratione acciperent, & dotes illas, quas non indigentibus & non pauperibus tribuerunt, ipsos restituere necesse est, atque pecunia restitutionis huius ab ipsis reponenda est in pecuniæ cumulo relicto à testatore, vt distribueretur in pauperes, vt inde in pauperum remedium distribuatur. Sicque fertur Metina Complutenfis respondisse ad hunc casum. Cuius ratio est, quod intentio testatoris ea videtur esse. Deinde dicitur vltimo, quod quando summa pecuniæ generaliter legatur in testamento, vt distribuatur in pauperes non est necessarium eam summam impendi magis pauperi, quia satis est, vt paupertas concurrat in illo, vt illi possit contribui, nisi aliud explicuisset testator, vel aliqua occurreret circumstantia, quæ huiusmodi elemosynæ summam magis pauperi esse dandam diceret.

¶ Quæritur decimo, vtrum elemosyna sit abundanter facienda. Respondetur autem, quod considerata abundantia elemosynæ ex parte dantis, quia, scilicet, dat multum, secundum proportionem suæ facultatis, sic laudabile est abundantem dare. (Nam hac de causa Lucæ. 21. laudauit Dominus viduam dantem omnem victum, quem habuit) dum modo necessaria sibi, & ad decentem vitam suæ familiæ reteruet. Ex parte quoque recipientis abundanter ei erogate elemosynam, quatenus sufficienter suppleat suam indigentiam laudabile est. Non tamen est laudabile

**A** si ei elemosyna tribuatur ad superfluitatem: quoniam melius est pluribus indigentibus largiri. Vnde super illud. 1. ad Corint. 13. Si distribuo in cibos pauperum, ait glossa interlinearis, per hoc cautela elemosynæ dõcetur, vt non viii, sed multis detur, vt pluribus proficit. Id autem quod D. Ambrosius in. 1. de officijs ait, quod cõiunctioribus nõ sic debet dari elemosyna, vt ditiores inde fieri valeant, intelligitur, quod non ita abundanter illis est dandum, vel alijs, vt abundantia excedat necessitatem recipientis elemosynam. Sed neque id, quod ibidem idem D. Ambrosius ait, quod non debent simul effundi opes sed dispensari, obstat huic sententiæ, quod elemosynam prædicto modo abundanter largiri laude dignum sit. Quia intelligendum est sic, scilicet, quod Deus non vult simul effundi omnes opes, nisi in mutatione status. Quod confirmat exemplo Elisei, qui occidit boues suos, & pauit pauperes. Præterea illud, quod D. Paulus. 1. ad Corint. 8. ait, sic dandum, scilicet, non vt alijs sit remissio, videlicet, otiositas, nobis autem tribulatio, idest, paupertas: intelligitur quoad primum vt non largiamur alijs ad superfluitatem, vnde sumant occasionem otiosiandi, & luxurandi, & quoad secundum insinuat, secundum glossam interlinearem ibi, quod hoc ad infirmos est referendum, quibus sic timet ibi D. Paulus. Atque ideo sic dare nonnet, vt egestatem non patiantur ipsi. Non tamen hoc ideo dicit quin melius esset, scilicet, abundanter dare obseruatis his, quæ supra dicta sunt de elemosyna facienda de necessarijs. Verum tamen in dando discretio est adhibenda propter diuersas conditiones hominum, quorum quidam delicatius nutriti indigent magis delicatis cibis aut vestibus. Vnde D. Ambrosius lib. 1. de offic. ca. 20. tomo. 1. ait consideranda est in largiendo ætas, atque debilitas. Non nunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodat natales, aut si quis ex diuitijs in egestatem cecidit, sine vitio suo.

¶ Circa prædictam doctrinam illa dubitatio occurrit, An sit melius elemosynam dandam dispartiri in plures pauperes, etiam si inde eorum necessitas nõ plene subleuetur, quam illam distribuere in pauciores sic eorum necessitatem plene subleuando. Quæstio est, cuius meminit Mag. Bañes vbi supra, super art. 10. Cuius, quia non potest assignari certa resolutio, quia penitus innumera possunt accidere circumstantiæ pensanda, quæ casus particulares possunt variare, ideo solum in communi hæc possunt tradi doctrina. Primum, quod quia bonum commune est diuinius, quam particulare, ideo in casibus contingentibus in primo, vel secundo modo dandi prædicto, respiciendum est ad eum modum dandi

dandi eleemosynam, qui magis conducens est ad bonum commune, ut ille magis seruetur.

¶ Item secundo dicimus, quod bono communi in republica expediens est, ut diuersi modi distribuendi eleemosynas in ea seruentur, scilicet, quod quædam minuta im diuidantur inter mendicos, quædam verò in maiori copia pro indigentibus vulgo pobres enuergonçantes appellatis, quibus mendicare summa & dura erubescencia est, applicentur, quibus secreto abundantius est largiendum subsidium. Quæ quidem diuersitatis ratio ex diuersitate indigentiarum egenorum desumitur sufficienter.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie, primo, quod quando in republica sunt & fiunt pro mendicis frequentes eleemosynæ, consultius est paucioribus abundantiores largiri eleemosynas, quam inter plures eleemosynas, tenuiores tamen, distribuere. Quoniam melius est tunc paucorum necessitatem plene suppleri, quam multorum miseriam in nihilo releuari aut in modico.

¶ Sequitur corollarie secundo, quod qui pro virginibus honestis & pauperibus dotandis legant, magis consulere earum remedio, si pro singulis etiam paucioribus sufficientem dotem consignarent, quam si pluribus solum partem dotis sigillatim consignarent: quia sic aliquando (licet plures sint, quæ partem dotis solum accipiunt) cum sola parte ista perpetuo irremediabiles manent. Possent tamen in republica taliter euenire, quod plurimæ virgines grauiore necessitate premerentur, & cum moderata aliqua parte dotis sibi collata, vel sui status securitati consulere, mediocrem statum securum assumendo, vel cum illa parte superaddita dotis ad modicum substantiæ, quod alias habent competentem statum & suo honori, & sui generis qualitati congruentem possent nancisci. Et in hoc casu euenire forte pluribus cum parte dotis satius esset subuenire, quam pauciores sufficienter dotare. Non igitur pro omni euentu potest certa regula præscribi.

¶ Nam in calce huius materiæ, ubi actum est de eleemosyna corporali supersunt aliqua dubia explicanda, quæ quoniam à nobis in materia de restitutione in nostri instructorij conscientiarum Primo Tomo discussa sunt, pro nunc breuiter sunt transcendenda. Igitur quando hic queritur, utrum simulata paupertate, vel sanctitate extorquens eleemosynam illam teneatur restituere. Respondetur cum Soto, cuius sententia magis placet nobis, quam sententia Metinæ, & Caiet. & Nauarri, quod si extorsit in parua quantitate, non tenetur eam restituere, quia respectu parue quantitatis, siue ab vno, vel pluribus recepta sanctitas, vel paupertas simulata censetur

fuisse causa impulsiva eam eleemosynam dandi quia principaliter tunc, & ut ob causam finalem solum ob Deum datur. Si autem magnam quantitatem extorsisset sic restituenda est: quia non præsumitur aliquis magnam quantitatem vel le dare, sine obligatione restituendi huiusmodi delusoribus.

¶ Secundo in dubium hic reuocare possumus Vtrum accipiens eleemosynam ab usurpatore alieni, vel habente bona obnoxia restitutioni, teneatur illam restituere? Respondetur autem summam, quod si scienter quis accepit eleemosynam ab eo, quem nouerat nihil habere, nisi alienum, aut obnoxium restitutioni, sciens quod sic accipiendo in quantitate facit eum impotentem ad restituendum, tenetur sic eleemosynam acceptam restituere: quia sine præiudicio creditorum retineri non potest. Si autem bona fide eam recepit nesciens aut neque scire debens, quod dantem impotentem faceret ad restituendum creditoribus, tunc durante bona fide retinere potest. Quam si post amiserit, quia id quod sibi in eleemosynam est erogatum, alienum esse aut obnoxium restitutioni esse rescitit, impotentem que inde largitorem ad restituendum mansisse, tenebitur restituere tunc non id quod durante bona fide consumpsit, nisi inde factus esset locupletior (nam tunc in eo dumtaxat tenetur) sed tenetur restituere id, quod apud ipsum de tali eleemosyna manet inconsumptum.

¶ Tertio in dubium hic venire potest, Vtrum si is, qui apud se retinebat alienum, contulit illud patienti extremam necessitatem, quia vnde huic extremæ necessitati opem ferret alias facultas ei non suppetebat, teneatur illud post suo creditori restituere. Videtur autem, quod non: quia in tali casu (ut ait D. Thom.) poterat iste alienum furari, si aliunde non haberet, ut huic extreme indigenti subueniret sine obligatione restitutionis: ergo in prædicto casu restituere non tenetur. Nihilominus tamen responderetur, quod si alienum quod iste penes se habuit & extreme indigenti contulit, iniuste acceperat aut mutuo acceperat, si erat res vsu consumptibilis, ut panis, vinum, frumentum, pecunia, & cætera non obstante quod illud extreme indigenti contulerit, quia nihil aliud penes se habebat, tenetur illud restituere, cum poterit esse soluendo. Patet, quia licet in extrema necessitate omnia sint communia, tamen sicut iste per istum euentum extremæ necessitatis à culpa præterita iniuste acceptionis non liberatur, sicut neque ab reatu restitutionis ob illam culpam incurso manet liber quoniam si iste alienum illud non iniuste usurpasset non euenisset casus, ut illud penes se haberet, ut daret, sed aliunde forte extrema illa necessitas

fitas suppleretur. Patet etiam quo ad secundum, quia si prædicta vsu consumptibilia mutuo antea acceperat, iam per mutuum fecerat illa sua, quoad proprietatem: ergo si contulit ea extreme indigenti tanquam propria bona sua illa dedit: ergo per hoc non est adempta ei obligatio restituendi mutuatori, si postea suppetuerit. Vnde nam iste euentus necessitatis extremæ non tollit ei subuenienti obligationes antiquas, quibus suis creditoribus tenebatur, si post sit solutus. Si autem rem sibi comodam non ipso vsu statim consumptibilem quis penes se tantum habens, ut equum aut vestes, aut locale extreme indigenti, quo sibi subueniret contulisset, eamque in extrema necessitate supplenda ille extreme indigens consumpsisset, fortasse in isto casu comodarius eam non teneretur comodanti restituere, quia aliena erat, scilicet comodatis: & tunc ratione extremæ necessitatis superuenientis facta fuit communis. Et quia ut ait D. Thomas sic non habens vnde in tali casu subueniret ad hunc finem posset sub furari alienum. Denique circa ordinem subueniendi in necessitatibus notandum est, quod licet in extrema necessitate magis deferendi sunt filij, quam parentes, secundum Diuum Thom. 2. 2. & Hostiens. & Goffr. propter beneficium ab eis receptum, & domini præceptum tamen secundum Mag. Soto maior, quia inter uxorem, & filios & patrem, & matrem parvus est excessus naturalis dilectionis prætermissio ordinis in eis subueniendo, quando in extrema necessitate constitutis omnibus subuenire, non esset reus mortalis culpæ si prætermisso ordine debito magis subueniret filijs, aut uxori, quam parentibus, aut potius matri, quam patri: quia prætermittitur ordo charitatis in hoc casu non sic notabiliter excedendo. Nam, quia istæ personæ reputantur tanquam vna persona cum tali tubuatore, ideo etiam de alieno, quod quis antea penes se habebat etiam illicite adposito creditoribus constitutis in extrema necessitate similem necessitatē patientibus suis parentibus, uxore, aut filijs si non possit inde omnibus subuenire potest sicut se, ita & istos tam coniunctos carne sibi magis alere. Sed de his satis sit pro nunc.

¶ Deinde queritur, quia sæpè euenire solet, ut quia in grauibus & vrgentibus necessitatibus citra extremam diuites habentes superflua sic indigentibus postulantisque subuentionē præuaritia renuunt præstare remedium, solent isti indigentæ, quasi redimentes suam vexationem clanculum cum possunt ab eis accipere: an si sic acceperint, an teneatur restituere. Videtur autem, quod non, quia diuites in illo casu tenentur eis

Instruct. conf. Pars. 2.

dare, & quia in hoc casu vrgentis necessitatis, ut ait Panor. in c. si quis. de furt. possunt inopes implorare iudicis, & superioris officium, ut eos cogat & ecclesia eos cogere potest, iuxta gl. in c. si cut hi. 47. & arg. in ca. nullus laicus. de iure patronatus. Quod limitat Syluest. esse verum, quando sunt in tali necessitate, & diuites in tali abundantia, quæ eis subuenire tenentur diuino præcepto. Ergo, si quia non audent, vel quia nihil eis proderit implorare istud officium iudicis ipsi clanculum accipiunt, quasi exequentes actum iudicis non tenentur restituere (ut videtur). Respondetur autem primo, quod nos hic non loquimur in casu extremæ necessitatis, sed in casu grauis necessitatis citra extremam: quam quidem extremam necessitatem Diuus Thomas secunda secundæ quæstione. 66. articulo. 7. in solutione ad. 1. vrgentem necessitatē vocat. Sed nos hic intelligimus, vel accipimus vrgentem necessitatē pro magna necessitate, ut distinguitur contra leuem, & prout non attingit ad extremam. In his ergo vrgentibus, & grauibus necessitatibus dicimus cum Syluest. verb. furtum. q. 10. sequentes magis æquitatem, quam rigorem, quod sicut non tenetur restituere qui furatur in extrema necessitate simpliciter: ita similiter non tenetur restituere qui furatur in necessitate non extrema, sed magna, & vrgenti, ubi alius tenebatur subuenire. Quia hic iam iure naturali re capta licet peccauerit adquisiuit ius perfectum. Et patet, quia capit. si quis. de furtis. quasi habendo rationem æquitatis non hunc sic simpliciter obligat ad restituendum sic à diuite acceptum: sed sub distinctione ibi obligatur ad ieiunandum vel restituendum. Quoniam dicitur ibi, quod si sic acceptum reddiderit non cogatur ieiunare. Quod tamen limitat Syluester, nisi is, cui esset sublatum esset in necessitate æquali. Sed nos de hoc casu non loquimur, sed in casu, quo accepit à diuite tenente ei subuenire. At etsi hæc opinio Syluestri æquitati consona sit, tamen, quia stando in rigore forte vera est (ut dixit Bañes) opinio Adriani & Nauarri, scilicet, quod in isto casu satis est diuitibus, sic indigentibus commodare, quia poterant magis quibusdam, quam alijs sibi superfluum ad statum dare, æquitatis ratio persuadet, quod si is qui sic acceperit venerit ad pinguiorem fortunam restituat illud ei diuiti à quo accepit, præsertim si iam mutata eius fortuna viderit eum necesse habere.

¶ At licet dictum sit iam de religioso, & uxore & filijs, quæ sunt personæ constitutæ sub potestate alterius quomodo eleemosynam elargiri non possunt nisi in casibus supra expressis, cum suis limitationibus tamen superest nunc explicare, an alia sint personæ, de quibus merito dubitari possit,

Bb an dare

an dare eleemofynā poffint, fcilicet, de curato-  
ribus, & tutoribus pupillorū. Secūdo de proeu-  
ratoribus populorum, & ciuitatū destinatis, &  
miffis ad comitia regalia in curia. Tertio de fe-  
natoribus populorū difpenfantibus bona com-  
munia reipublicæ, præfertim qñ bona cōmunia  
obnoxia funt multis debitis. Quarto de filijs fa-  
milias peregrinantibus. Quinto de famulis fer-  
uientibus, qui funt liberæ cōditionis. Igitur fuo  
ordine refpōdendo ad hæc dubia, quæ quotidia-  
na funt, dicitur ad primū, q̄ huiusmodi tutores  
& curatores minorū (quia obligationes natura-  
les, quibus astringuntur minores ex bonis illis  
fuperfluētibus fubuenire indigētibus tenentur  
implere, poffūt rationabiles & moderatas elec-  
mofynas facere: tū pro exonerāda cōfcientia pu-  
pilli: tū pro falute animæ illius, quas pater pu-  
pilli fi fuperftes effct, & effct illorū bonorū ad-  
miniftrator, poffet facere. Si autē q̄ imputandū  
fit dolo fibi tales eleemofynas facere, & cogetur  
eas de fuo foluere timet, tunc bona cautela  
eft, vt id faciat cū cōfilio parentis pupilli, fi ali-  
quis eius parēs effct fuperftes & cū cōfilio cōfan-  
guineorū eius. Aut certē cum decreto iudicis po-  
puli: quia fic præfūmitur, q̄ abfit dolus, & cul-  
pa à tutore, arg. l. etiā. C. fi tu. vel cur. inter. Imo  
tutor tenetur alere ex bonis pupilli fratrem natu-  
ralem pupilli fecundū Bartol. in l. fi quis à libe-  
ris. ff. de l. agno. Insuper & tenetur alere matrē,  
& fororē pupilli, fi egent fecundū cōfuetudinē  
regionis & facultatē, & dignitatē tui pupilli, te-  
cundū eundē Bart. in tract. de duobus fratribus.  
¶ De procuratoribus autē populorū miffis ad  
comitia curiæ regalis dicendū videtur, q̄ fi ad-  
miniftrationē liberam hi habuerint populorū  
à fenatibus populorū cōmiffam, quanuis prohi-  
biti funt de rebus adminiftrationis fuæ alijs ex-  
gratia cōcedere, vt patet. l. fi pignore. ff. de furt.  
quia vt ibi dicitur, fpecies lucri effct ex alieno lar-  
giri, & beneficio fibi debitorē adquirere tamen  
eleemofynā facere poffe moderatā populo no-  
tabiliter non detrimentofam, non videtur negā-  
dum, maximē dum id effct vfu receptum. Tum,  
quia etfi filius familias, etiam fi liberam peculij  
adminiftrationem habeat, donare non poffit: ta-  
men fi iuffa ratione motus donet, probabilius  
effct, q̄ fit locus huic donationi. Ergo à fimili præ-  
dicti procuratores prædictam eleemofynā lar-  
giri poterunt, fi libera adminiftratione gaudēt:  
quoniam iuffa ratione moti hanc eleemofynā  
donationem faciunt, quæ non effct proprie dona-  
tio, fed ob caufam (vt ait Nauarrus) nempe vt  
Deus negotijs populorum, quæ ab ipfis gerun-  
tur in curia faueat. Facit pro hoc. l. filius fami-  
lias. ff. de donationibus. Maximē, quia, vt ibi di-  
citur, ex persona poteff colligi hanc eleemofy-

**A** nā donationem tenere: vt quia fit à filio fenato-  
ris. Atque idem videtur effct fi fiat à procurato-  
re fenatus populi pro eo in curia adminiftrāte.  
Huic noftræ fententiæ videtur Sylueff. fauere  
verb. Eleemofyna. q. 7. Vbi hanc ftatuit regulā  
generalem. q̄ poteff quis de volūtate expreffa  
vel præfūmpta, puta, quia habet adminiftratio-  
nem à fuperioribus cōmiffam, elargiri eleemo-  
fynā, arg. ff. de donat. l. filius familias. §. item vi-  
deamus. ¶ Ex prædictis videtur colligi, q̄ mul-  
to magis ius in effct fenatoribus populorū ad præ-  
dictam eleemofynam moderatam, neq; toti rei  
publicæ danofam prædicto bono fine poffe fa-  
cere, ex cōmuni cōfenfu. Nam adminiftratores  
funct bonorū cōmunium reipublicæ, quæ vocā-  
tur Hispanicē, propios del concejo: igitur ex  
cōfenfu reipublicæ id facere videntur. Tamen  
ab his largitionibus eleemofynarū abftinere de-  
bent, quando debitorū onere grauatus effct fena-  
tus reipublicæ. Nā tunc largiendo has eleemo-  
fynas nihil intentare debent, quod cedat in præ-  
iudiciū creditorū. Tamen fi (vt quidam probe  
infinuauit dum de hoc quidam fenatores ciuita-  
tis fcrupulo agitarentur, fcilicet, an cōuentibus  
religioforū indigētibus aliquid eleemofynæ cō-  
ferre poffent, ficut ante affueuerant, eo q̄ bona  
fui fenatus erant obnoxia reftitutioni multorū  
debitorū, quibus fuerat grauatus) certē in hoc  
cafū fi ipfi etiam fenatores in imppofitione pen-  
fionis fua Hispanicē nuncupatæ fuper annona,  
& victualibus carnis, & pifcati, & cætera, quæ  
etiam conuentus religioforū folent emere, cū  
exempti funt iure canonico & immunes ab his  
imppofitionibus foluendis, eisdem conuentus  
grauaffent, non tantū fcrupuli in effct, fi ad recō-  
pensandū eis hoc iniuftitiæ grauamen aliquam  
eleemofynam largirentur: quoniam tūc potius  
effct recompenfatio debiti, quam eleemofyna,  
aut gratuita donatio. Accedit ad hoc, q̄ vt habe-  
tur extra de fent. ex cōmunicationis prædicato-  
res quoq; qui penes ex cōmunicatos, vel alios  
alienarum rerum detentores, quorum, fcilicet,  
eleemofyna recipi non debet, vt funt vfurarij,  
& fimiles in prædicationibus & cōfelfionibus,  
quafi gerunt caufam, vel curam eorum ad quos  
res ipfæ fpectare nofcuntur eleemofynas licitē  
poffunt ab illis recipere, præfertim fi alias non  
valeant in illo loco fuffentationem habere. Ita  
cap. eum volūtate. §. prædicatores extra de fen-  
ten. ex cōmunic. Innocent. autem fecundū glo.  
ibi illam dictionem, præfertim, ex ponit, vt idē  
ibi fignificet, quod, tantum, iuxta mentem Ho-  
ftienfis: quia hæc intelligentia effct tutior, & ma-  
gis remouet fcandalum, quōd inde poffet oriri  
in populo, ideo amplectenda effct.

¶ De filijs autem familias præter ea, quæ de eis  
fupra

fupradicta funt dicendum, fupereffct cum Sylue-  
ffro verbo, Eleemofyna. quæft. 7. quōd quando  
de licentia fuorum parentum peregrinatur, vel  
funt in fcholis, poffūt facere eleemofynas, quas  
alij honeffti peregrini foliti funt facere, & quas  
faciunt fcholares communiter iuxta qualitatē  
& poffibilitatem parentum, arg. l. vnica. C. ad  
Macedo. & l. fi longius. ff. de iudic. & l. 1. r. ff. de  
iurisd. omn. iudic. & ca. præterea. de offic. deleg.  
Idemque dicendum effct de religiofis de volunta-  
te prælati peregrinantibus, vel in fcholis exi-  
ffentibus, vel adminiftrationem habentibus, fe-  
cundum Raymundum: quoniam eis videtur cō-  
ceffa licentia faciendi quod faciunt alij honeffti  
peregrini, & fcholares.

¶ De famulis & ancillis etiam fi funt liberæ con-  
ditionis, dixit Victoria, q̄ dū grauis effct neceffita-  
s: & non extrema occurrentis in opis, & con-  
ffat eis de expreffa prohibitiōe patris familias,  
eleemofynam ei facere non poffunt. Secus fi nō  
conffat eis de tali prohibitiōe. Nam tūc famu-  
li, & ancillæ domus poffunt fic indigentibus da-  
re fragmentum panis. Concordat Sylueffter vbi  
fupra dicens, q̄ famuli hi non poffunt dare de  
rebus dominorum fuorum, ficut eorum affenfu,  
nifi panem & huiusmodi, quæ non inferunt fen-  
fibile nocumentum: & vltra hoc nō poffunt da-  
re, etiam fi tractent res dominorum fuorum ad  
dominorum vtilitatē, non tamen quali aliquā  
potefstatem habentes in eas. At quanuis refolu-  
tiones hæc mihi non displiceant, tamē ad earum  
maiorem explicationem addendum puto, fcilicet,  
q̄ fi pater familias habet domi vxorem: quo-  
niam ad vxores de confuetudine fpectat, quæ  
fuperfunt de quotidiana menfa, & victu paupe-  
ribus diftribuire, hanc ei facultatem famuli &  
famulæ ea largiendo clanculum aut fine eius cō-  
fenfu expreffo, vel interpretatiuo, non debent  
exipere: quia in dominam fuam effent iniurij. Si  
militer vbi abeffct vxor, & pater familias harū  
reliquiarum menfæ & victus difpenfationē ali-  
cui præcipuæ famulæ (quæ folet vocari, ama de  
cafa commiffiffet, vt eas indigentibus difpenfet,  
non decet tunc, q̄ cæteri famuli aut famulæ do-  
mus de his difpenfandis pauperibus fe intromit-  
tant contra voluntatem fui heri. Secundo dico,  
q̄ fi dominus fuus præ duritie, & auaritia eas re-  
liquias, quæ fuperfunt fic dari pauperibus pro-  
hiberet, & aliàs effent perituræ, quia neq; vxor  
de his difpenfandis pauperibus, fe intromittit,  
fue quia negligens effct, fue quia magna domina  
effct: & hæc infima vt fibi videtur officia curare  
dedignatur: tunc certē famulus, vel famula do-  
mus videns aliàs has reliquias & fragmenta pe-  
rire, colligere poffet eas & dare pauperibus. Nā  
tunc, præter quam quod negotium patris fami-

Inffruct. confc. Pars. 2.

**A** lias facere videtur, præceptum quoq; Domini  
noffri Iefu Chrifti, videtur exequi, qui dixit:  
Colligite quæ fuperauerunt fragmenta, ne per-  
eant, fed poffint dari pauperibus.

¶ Præterea dum funt graues neceffitates in fua  
republica, ficut tunc (vt prædiximus) non poffunt  
fuperflua habentes ad decetiam fui ffatus,  
afcendere ad altiorem ffatum: ita etiam fecundū  
Magiftrum Victoriam grauibus ingruentibus  
neceffitatibus pauperū malefacerent, dum fuffi-  
cienter prouifum effct cultui diuino, fideffitutis  
pauperibus de ædificandis monafferijs, aut de in-  
ffruendis capellanijs magis curarent. Nā & hoc  
reprehendit Bernardus. Imo in hoc etiam cafu  
videtur verificari dictum Dñi noffri Iefu Chri-  
ffti dicentis, misericordiā volo, & non faerificiū,

**B** ut tempore, fcilicet, quo occurri oportet grauibus  
aut extremis neceffitatibus pauperū. Quocirca  
optimē confultit Sotus in 4. ffent. q̄ dum quis in  
fuo teffamento mediocrem numerum pro fua  
anima, & fuorum defunctorum iuxta conditio-  
nem fuæ perfonæ delegauit, confultius erit illi  
in præffentes pauperes copiofam pecuniā dele-  
gare, quam millia millium milliarum dicendarū  
relinquere. Nam licet faerificium millæ ex fuo  
genere fit Deo acceptius: tamen ratione indige-  
tiæ magnæ pauperum euenire poteff, vt magis  
accepta fit illi largitiō eleemofynæ, ita vt verifi-  
cetur tunc, quod ait: Misericordiam volo, & nō  
faerificium. Deinde feiendum, q̄ dum ita pericli-  
tarentur egentes reipublicæ, q̄ fi tempore ffuè eis  
non fubueniretur poft eā in extremam neceffita-  
tatem irremediabilem inciderent, poffet iudex  
fecundum Victoriam frumenta recōdita fcruta-  
ri, & abundantibus fuperfluum refecando, illud  
pro opportuno tempore extreme indigētibus  
facienda fubuentiōe referuare. Nam impium  
effct fuffinere, q̄ in republica alij abundant & alij  
funditus pereant: ita etiam Panormita. cap. fi ve-  
ro. de furt. & gloff. cap. fi quis. 47. dift. Imo tunc  
temporis, qui tempore meffis pretio coacernat  
uerunt frumenta fecundum Mercatū, tenentur  
aperire horrea fua, & illo æquo pretio quo ven-  
deretur, fi illud non coacernaffent ad reuenden-  
dum, triticum fic emptū vendere indigentibus,  
habentibus vnde foluāt, & alijs extrema neceffita-  
te fimpliciter laborantibus pro poffe fubuenire.  
Nam alias iuxta dictū fapientis, qui abfcōdit  
frumenta maledicetur à populis. Adde etiā, q̄  
qñ aliquis nūc effct extra extremā neceffitatē: tñ  
quia parcit expenfis, non vult opportuno tēpo-  
re curari, fe cōffituens in periculo, poft irreme-  
diabili, nō tenetur alius in eo curando expēfas  
facere, fecundum eundem Victoriam, nifi forte  
in cafu, quo probabiliter credit, q̄ ab ipfo poft  
ægroto, vel ab eius propinquis recuperabit ex-

Bb 2 pen.



penas, vel viam iustitiae. At sicut reliqui indigen-  
 tes; quibus per eleemofynam propria subuenitur  
 non tenentur ea restituere, sic neque tenentur rigore  
 iustitiae pro sibi eleemofynam dantibus orare,  
 nisi de orando fecerint pactum: Licet autem reli-  
 giosis de eleemofynis viam referendum. D. Thom.  
 2. 2. q. 187. arti. 4. & 5. propter utilitatem; quam  
 afferunt rei publicae Christianae, dum se occupa-  
 pant circa quaedam exercitia utilia, scilicet; stu-  
 diorum, literarum, praedicationum, & huiusmodi,  
 quibus vivaciter eleemofynis egent pro suble-  
 vatione. Sed est notandum, quod D. Alexius, & alij  
 sancti mendicasse leguntur, sed mendicasse dicitur  
 tunc propter humilitatis amorem, & superbiae mor-  
 bum curandum. Sed id non licet cuius imitari,  
 nisi notam ociositatis, aut vitium cupiditatis vi-  
 tando, vel simile quidpiam indecens. Nam non  
 licet ex cupiditate, vel otio medicare, sed ex ne-  
 cessitate, si aliunde unde vivat quis non habet.  
 Praeterea circa formam introductam providetur  
 di pauperibus in hospitalibus quibusdam gene-  
 ralibus, quibus interdicitur alias facultas mendi-  
 candi, meam nolo hic proferre sententiam cum  
 pro utraque parte multa allegentur inconuenien-  
 tia a pauperibus hominibus contraria sententibus. Sed  
 tantum hic libet referre doctrinam D. Thomae  
 2. 2. q. 187. arti. 5. in solutio. ad. 3. Vbi sic ait, quod  
 ex illo praecipio legis divinae Deuter. 15. vbi  
 sic mandatur, omnino indigens & mendicus non  
 erit inter vos, non prohibet Deus alicui mendi-  
 care, sed prohibetur diuitibus ne tenaces sint, ut  
 propter hoc alicui egestate mendicare cogantur.  
 Lex autem civilis imponit poenam validis  
 mendicantibus, qui non propter utilitatem, aut  
 necessitatem mendicant. Ita D. Thomas. Sed &  
 in Recopilatione noua legum Hispaniae lib. 1.  
 tit. 19. cautetur, quod si possibile fuerit pauperibus  
 sic alimentum subministraretur, ut vicatim per-  
 damos non mendicent. Si qui autem mendica-  
 uerint, quia laborare nequeunt iuxta formam ibi  
 praescriptam cum schedulis a Curato & iudice  
 populi datis sibi duraturis, usque ad Pascha Re-  
 surrectionis tantum, mendicare possint. Quae ta-  
 men licentia eis non est danda, nisi prius fuerint  
 confessi, & sacramentum Eucharistiae receperint.  
 Quae licentia continere debet nomen mendi-  
 ci, & civitatis vel populi sui, & patriae suae,  
 vbi sibi est tantum mendicandum. Accedit ad  
 praedictam doctrinam D. Thomae & doctrina  
 Soti, quam tradit in quodam tractatu a se edi-  
 to de pauperibus mendicis quae hic quoque no-  
 tanda videtur. Nam ibi in prima parte suae pri-  
 mae conclusionis, quam statuit in capit. 4. sic ait,  
 quod pauperes sine exteri sive naturales, libertate  
 mendicandi non sunt priuandi, vbiunque sibi  
 remedium inuenierint, vel aliqua conuenienti-

via sunt sustentandi alias. In secunda autem con-  
 clusione in capit. 2. eiusdem tractatus a se posi-  
 ta, super addit, quod in omni tempore, quo mendicis  
 his prouide de necessaria sustentatione prouid-  
 sum fuerit, aliqua conuenienti via, ab mendicando  
 vicatim per domos & plateas arceri iuste possunt,  
 alias minime. Prosequitur autem haec doctrina di-  
 ces statim in §. neque, quod in praedicto casu, in quo  
 alias pauperes hi sufficienter sustentarentur, non  
 solum iuste interdici possent a mendicatione,  
 sed si hac prohibitione mendicandi facta ex pro-  
 uidentia populi eis sustentatio necessaria sup-  
 peteret, res esset vere Evangelica, & charitas  
 Christiana splendorem magnum concilians rei  
 publicae Christianae. Post tam graues senten-  
 tias doctorum, nihil mihi superest dicendum,  
 nisi hoc tantum admonere, quod quia hic magis du-  
 bitatur de possibilitate facti quam de iure, & ne-  
 mo priuandus est iure suo & libertate, nisi ex  
 constanti causa, ideo si non constat, quod sufficien-  
 ter iuxta suam paupertatis conditionem prouid-  
 detur eis non est danda afflictio afflictis, neque  
 sunt duplici poena tales innocentes plectendi,  
 sine culpa, scilicet, quod fame & nuditate crucien-  
 tur, & velut in carceribus in hospitalibus deti-  
 neantur, neque permittantur exire ad mendican-  
 dum cibum, & vestitum, ut suam nuditatem co-  
 operiant, & suam esuriam fatiant. Neque praedi-  
 ci pauperes cum non sint professi clausuram  
 religionis, neque obedientiam, neque profiteri  
 teneantur non sunt sic detinendi in hospitalibus,  
 quali religiosi seruantes clausuram, neque sic tam  
 stricte obedire tenentur in omnibus agendis re-  
 ctioribus hospitalium.  
 Praeterea, quod licet teneatur aliquis secundum  
 Nauarrum in summa cap. 24. nu. 90. visitare ho-  
 spitare, & sepelire, extreme his auxilijs egentes,  
 tamen non tenentur quis ad id querere non oc-  
 currentes egentes, nisi ei incumbat ex officio.  
 Vnde alij non tenentur querere huiusmodi egen-  
 tes in carceribus in hospitalibus, & alijs locis.  
 Sicque ait Nauarrus de hoc casu rogatus respon-  
 disse. Quae de causa, & in additionibus ad manua-  
 le censet, quod diues Toletanus non tenetur mit-  
 tere superflua sub obligatione mortali patienti-  
 bus extremam necessitatem Galliciae. Praesentis  
 bus vero pauperibus & petentibus eleemofyna  
 nam a speris verbis respondere eos sic asperere re-  
 pellendo, non est benignitatis evangelicae, imo  
 neque humanitatis ethnicae, etiam cum non  
 possumus eis subuenire, aut non tenemur. Ita  
 Diuus Augustinus, cap. vnum. sub fin. 25. dist.  
 Quoniam etsi non debeat eleemofyna realis,  
 debetur tamen benigna responsio, & affectus  
 compassio. Quocirca mortaliter peccarent  
 diuites, qui nihil curantes de esurie, & affli-  
 ctione

etione pauperum, de sterilitate anni gauderent,  
 quo carius frumentum, quo abundant indigen-  
 tibus possint vedere. Nam etsi gaudere possint  
 de lucro, quod tunc sibi offert sterilitas anni, sed  
 coplacere in causa, id est, in sterilitate anni affli-  
 gente pauperes contra charitatem debitam pro-  
 ximis est, & in re graui. Explicit materia de elec-  
 mofyna corporali.

CAP. CVIII.  
 De Ieiunio.

An ieiunium sit actus virtutis: An liceat per  
 ieiunia abbreviare vitam: Et an Carthusiani  
 possint in infirmitate abstinere a carnibus: Et  
 an laudabile sit, quod quis se priuet gustu: Et  
 an peccatum sit in infirmitate negligere me-  
 dicinam: Et an in extrema necessitate liceat  
 vesci carne humana: Et an malum sit ieiunium  
 per hoc, quod assumitur ad malum finem: Et  
 an ieiunium sit actus abstinentiae virtutis:  
 Et an sit in praecipio.



bsoluta iam materia de eleemofyna,  
 na, quae vna satisfactionis est pars,  
 nuc de ieiunio, quae alia est etiam sa-  
 tisfactionis pars, nos hic consequenter  
 inire sermonem oportet. At quia D. Tho. 2. 2. q.  
 147. de hac disputat materia, quo principia dis-  
 ferendi, & in hac materia procedendi ab ipso sum-  
 mus, sicut supra obseruauimus, & nunc eius do-  
 ctrinam summam tradere libet.  
 Queritur ergo primo, An ieiunium sit actus vir-  
 tutis. Responderetur autem, quod eatenus dicitur ali-  
 quis actus esse actus virtutis, quatenus ordina-  
 tur ad aliquod bonum honestum. Cum autem hoc  
 conueniat ieiunio, sequitur, quod sit actus virtutis:  
 nam ordinatur ad tres honestos fines, scilicet, pri-  
 mo ad concupiscentias carnis reprimendas, iuxta  
 illud. 2. ad Corint. In ieiunijs multis, in castita-  
 te, quia per ieiunium castitas conseruatur iuxta il-  
 lud dictum D. Hieronymi, sine Cerere & Baccho  
 friget Venus. Secundo assumitur ad liberius suble-  
 uandam mentem ad sublimium contemplationem, ut di-  
 citur Danielis 10. quod post ieiunium trium hebdo-  
 madae reuelationem accepit a Deo. Tertio ad sa-  
 tisfaciendum pro peccatis iuxta illud Iohannis 2. Co-  
 uertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio  
 fletu, & planctu. Hec autem D. August. in sermo-  
 de ieiunio. & oratione testatur dum ait, quod ieiunium  
 purgat animam, mentem subleuat, propriam carnem  
 spiritui subiecit, cor facit contritum, & humiliatum,  
 concupiscentiam nebulas dispergit, libidinum ardo-  
 rem extinguit, castitatis lumen accendit. Vnde pa-  
 Instruct. consc. Pars. 2.

et, quod ieiunium sit actus virtutis. At licet ex suo  
 genere sit actus virtutis hoc non impedit, quin  
 ex aliquibus circumstantijs adiunctis possit reddi vi-  
 tiosus. Vnde Ista 5. 8. dicitur: In die ieiunij vti inue-  
 nitur voluntas vestra. Pauloque post subditur, ad-  
 lites, & contentiones ieiunantis. Igitur ieiunium ca-  
 rere debet malis circumstantijs, & vestiri bonis. Na  
 secundum D. August. in praedicto sermone, ieiunium  
 verbositate non amat, diuitias superfluitate  
 iudicat, superbiam spernit, humilitate commendat,  
 praestat homini seipsum intelligere, quod est in  
 firmum & fragile neque actus ieiunij recedit a me-  
 dio. Quod secundum rectam rationem accipiendum est,  
 licet aliquid subtrahatur de cibo competenti ali-  
 cui secundum statum commune. Nam ratio dicitur, quod  
 vel propter infirmitatem vitandam, vel propter ali-  
 qua expeditius agenda, siue sint corporalia, vel  
 spiritalia aliquid de cibo subtrahatur, dum modo  
 natura conseruari possit. (Nam alias, ut ait D.  
 Hierony. non differt, an magno vel paruo tempo-  
 re, te interimas) & dum modo homo immo derite  
 corpus affligendo tantum de cibo sibi non subtra-  
 hat, quod reddatur impotens ad debita opera per-  
 genda. Vnde D. Hieronymus ait, quod rationalis ho-  
 mo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel  
 vigiliis sensus integritati praefert. Adde quod iei-  
 unium natura, quo quis ieiunium manet, dum nihil  
 comedit, quia in pura negatione consistit, non est  
 testis actus virtutis: sed solum illud ieiunium dicitur  
 virtutis actus, quo quis ex rationabili pro-  
 posito a cibis aequaliter abstinet.  
 Circa praedictam doctrinam, notandum est primo  
 cum magistro Victoria, quod ieiunare propter bonam  
 validitatem laudabile est. Nam & bona validitas  
 corporis de se ordinatur ad exercenda opera vir-  
 tutis. Suffragaturque ei D. Thomas, qui hic in so-  
 lut. ad 2. ait, quod recta ratio iudicat, quod aliquis ma-  
 nus sumat de cibo, secundum statum commune com-  
 petenti propter vitandam infirmitatem, &c. Secun-  
 do aduertendum, quod licet ipse Victoria cum D. Tho-  
 ma. 2. 2. q. 146. art. 1. asserat, quod abstinentia, prout  
 solum subtractione ciborum designat, non est virtus,  
 neque actus virtutis, quia est quoddam indifferens  
 habens bonitatem, vel malitiam, ex fine tamen absti-  
 nentia regulata ratione, virtus est. Ex quo sequi-  
 tur, quod ieiunium, quia pro actu regulato ratione ac-  
 cipitur, sit ex genere suo est virtutis actus pro-  
 cedens ab habitu abstinentiae, prout est habitus  
 regulatus ratione. Sic D. Thomas inuenit in hoc  
 artic. 1. in solut. ad primum. & etiam ad tertium.  
 Praeterea hic primo in dubium vertitur, an liceat  
 per abstinentiam ieiuniorum abbreviare vitam.  
 Videtur autem, quod id non liceat. Quia, ut al-  
 legat D. Thomas hic in solut. ad 2. ex D. Hiero-  
 nymo, non differt vtrum paruo vel magno tem-  
 pore, se quis interimat. At praedicto modo abbreviare

uiare vitam, videtur sit se interimere. Nihilominus dicendum puto ad quæstionē de mente Caiet. & Victoriz super 2. 2. D. Thome primò, quod sic abbreviare vitam ex intentione eam abbreviandi videtur esse peccatum mortale, quia contra charitatis dilectionem videtur hic agi. Secundo dicitur, quod si ad edomandā carnem, sed ad aliquid passionis, sic se quis abstinentia maceret, quod aduertat sibi sic breuiare vitam, peccare videtur mortaliter. Quod limitandum mihi esse videtur quādo notabiliter perpendit sibi vitam sic curtare. Si autem non aduertit, neque extraordinarias, vel notabiliter inassuetas facit abstinentias, excusatur. Tertio dicitur, quod si quis propter bonum finem, in abstinentiis se exerceret, etiam si aduertat inde vitam sibi non prolongari, neque in longius tempus conservari, si non intendat eam breuiare, non peccat. Nam religiosi, qui propter bonū poenitentia, & religionis poenitentias assuetas sui ordinis faciunt, vel alias non omnino temerarias, et si aduertent, quod sibi vita breuiatur, sed non ita sensibilibiter in termino notabiliter breui non peccant sic abstinendo, si eis desit animus vitam sic breuiandi. Si autem aliquis sibi vitam breuiaret comedendo cibos nocuos, ut puta, vescendo ea, quæ ex corruptione, vel purgatione terræ venenosa nascuntur, cuiusmodi sunt illa quæ Hispanicè dicuntur, hōgos, o jetas vel vescendo herbis insalubribus, & acidis, frugibus & im maturis, unde notabiliter læderetur eius valetudo, peccaret mortaliter. Ex quo sequitur, quod foemina non prægnātes, quæ pro corruptione gustus, naturalis vescuntur carbonibus, vel terra, vel pulvere comolito ex testa terrea, vel huiusmodi non sunt absolvendæ, quādiu animo carent ab his non abstinendi: quia per huiusmodi spurcicias, quas edunt sibi in breui solent mortē concire, quod si prægnantes sint, atque semel, aut bis quid modicum terræ, aut calcis, aut huiusmodi appetant, non sunt tantopere culpandæ, si id edant. Tum, quia etiam parum veneni non multum nocet. Tum, quia huiusmodi foemina (ut dicitur) solent abortiri, nisi earum appetitui & gustui, dum aliquid cibi sic appetunt, succurratur. Igitur ne periculum abortus patiatur id semel, aut bis & in modica quantitate eis permitti potest, non autem ultra hoc: quia esset matrem, & foetum periculo mortis exponere. Hoc autem aduertere oportet cōfessores, quia iste foeminae superflua tenus se solent de his accufare. Quarto dicitur, quod nemo tenetur comedere cibos electos, etiam si noverit, quod ob hoc ei augenda sit vita: quia satis est, utatur alimentis communibus, nisi instaret necessitas, ut tempore infirmitatis, ubi delicatioribus indigeret.

¶ Jam hic obuiat illa quæstio, scilicet, an reli-

giōsi emittentes votum strictum de abstinentia à carnibus, cuiusmodi sunt Carthusiani, teneantur comedere carnes in extrema necessitate famis, ubi nihil aliud illis ad vescendum suppetere, vel in ea infirmitate, ubi ex sententia indubitata medicorum religiosus aliquis ad vitam cōseruationem vesci carnibus indigeret, siue quia cibos sui ordinis fastidit, siue quia infirmitas id expolcit. Igitur pro parte affirmatiua, quod scilicet, teneatur ille comedere tunc, hæc militant argumenta. Quia votum est de meliori bono: at abstinere à carnibus in extrema infirmitatis necessitate, non est melius bonum: quia secluso religionis voto, melius erat tunc vesci carnibus, quā ab illis abstinere: ergo votum non obligat illos ad non vescendum carnibus: ergo cū possint tunc eis vesci tenentur eis vesci: nam obligatio conservandi vitam ad id eos obligat.

¶ Item arguitur secundo, quia leges & statuta religionum non habent vim obligandi contra ius charitatis conservandi se, cui iuri nemo potest renuntiare. Tum etiam, quia quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet: sed neque leges prædictæ prævalere possunt contra ius naturale protegendi vitam: quia hoc ius naturale maiori vi obligandi poller. Item tertio: quia leges & statuta religionum non possunt obligare ad impossibile, sicut neque Deus, neque leges humanæ ad impossibile obligant: at vero abstinētia hæc à carnibus in articulo extremæ necessitatis videtur observatu impossibile.

¶ Ex his argumentis emanavit olim error damnantium ordinem Carthusiensem. Sed extat in contrarium observantia tam sancti & approbatissimi ordinis: cuius observantiam aliqui bono zelo tutari conantes respondent ad hæc argumenta, quod indigna sint solutione: neque enim ea indigent. Quia casum (inquunt) præsupponunt metaphysicum, scilicet, quod sine carnibus earūque esu prædicti religiosi ex infirmitate non possint evadere. Sed certe falso isti autumant, semper casum istum esse metaphysicum: quia posset vsu evenire, ut religiosus æger cætera alimenta fastidiret præter carnem. Igitur Gerlon in tracta. de abstinentia, atque etiam Maioris in 4. per hanc distinctionem, se satisfacere quæstioni huic arbitrantur, scilicet, quod secluso scandalo, ita, ut non sequatur scandalum, id est, ruina & detrimentum illius ordinis ex esu carnis in illo articulo Carthusianus religiosus in extrema necessitate prædicta comedere carnes possit. Si autem prædictum scandalum hinc oriatur, non tenetur eas comedere, esto alias tunc ius habeat ad eas comedendum. Et hæc quidem opinio est communior.

¶ Prædictis nihilominus non obstantibus pro decisione quæstionis hæc sequentes statuuntur con-

cōclusiones. Prima conclusio: Verisimilius est, quod si religiosus Carthusiensis in eo esset extrema necessitatis simpliciter articulo constitutus, ubi non suppetere sibi aliud alimentum ad conservandam vitam, nisi cibus ex carnibus, teneretur tunc vesci carnibus. Hanc probant argumenta posita si quid probant.

¶ Secunda conclusio: Quando religiosus Carthusiensis, periclitatur ex infirmitate, & ei potest subueniri alijs cibis salubribus, aut non tam nocuis, sed solitis dari infirmis religiosi in suo ordine, dum infirmantur, non tenetur tunc comedere carnes, siue sit solus, siue non. Hæc conclusio fuit Victoriz. Et patet primò eius ratio: Quia licet cōcedatur quod habeat ius comedendi tunc, & possit eas carnes comedere: tamē pro bono communi & spiritali, tam sanctæ observantia suæ religionis cōservando, potest huic iuri renuntiare postponendo bonum particulare de sua conservanda vita, bono communi spiritali prædicto. Tum etiā patet, & hoc facit pro autoritate tanti ordinis, quia nullus tenetur mutare locum aut solum terræ, dum ægrotat propter recuperandam salutem & vitandam infirmitatem: ergo neque talis religiosus propter recuperandam salutem tenetur cōstitutus in infirmitate cibos sui ordinis mutare. Item tertio patet, quia nullus tenetur cum iactura fere totius sui census sibi medicinam adhibere: ergo neque ille tunc tenetur comedere carnes cum tam præclaræ suæ religionis observantia iactura.

¶ Igitur ad argumenta in oppositum dicimus primo, quod temperantia seu abstinentia non solum respicit tanquam ad finem ad conservandam vitam corporalis, sed ad conservandam vitam spiritalis totius illius ordinis, tanquam ad finem respicit: igitur ius charitatis, & ius naturale de conservanda vita, licet sit maioris obligationis, alijs tamen eius obligatio tunc cessare videtur: quia tales religiosi non tenentur conservare vitam quocunque medio, sed medio in suo ordine ordinario, & assueto. At in alijs religionibus, quia non est tam præcipuum suarum cōstitutionum institutum servare abstinentia à carnibus, forte in extrema tali necessitate culparetur religiosus, qui ab esu carnis sibi tunc necessario abstineret. Neque etiam (ut notatu opus est) est firma ista illatio: Potest Carthusiensis in dicto casu abstinere ab esu carnis pro bono spiritali religionis: ergo tenetur. Nihil valet consequentia propter summum ius conservandi vitam. Quæ ratio dictum est, quod licet ad id non teneatur homo, potest tamen exponere vitam pro amico: quāvis pro commendatione illius observantia huius Carthusiensis ordinis possit dici, quod religiosi eum professi per votum Infruct. conc. Pars. 2.

tum emissum renuntiare potuerunt huic iuri de comedendis carnibus in illo articulo, & quod de facto ei renuntiarunt: ac per cōsequēs, quod non solum possunt tunc abstinere à carnibus, sed quod ratione stricti voti ad id tenentur.

¶ Hic etiam de illa quæstione magis curiosa, quam scitu necessaria, breuiter à nobis est dicendum, an laudi sit tribuendum alicui, quod se priuet gustu & sapore ciborum. Nam quidam opinantur id facti laude carere: siquidem id ad finem bonum, vel honestum corporalem, vel spiritali conductum non videtur. Neque enim carentia saporis, & gustus in palato causas excidit peccati, sed magis esuriet, & abstinentia cibi eas excidit. Item, quia Deus naturæ autor non frustra indidit gustui ciborum saporem: nam communiter dicitur, quod quod bene sapit bene nutrit. His nihilominus non obstantibus, inficiari non possumus, cum laude coniunctum esse per privationem saporum alimentorum corporeas concupiscentias reprimere, sicut licet flagris, & ciliis carnis infranes motus cohibere, ne insurgat adversus spiritum. Item, quia laudabile est ieiunare in pane, & aqua ad atterendam carnem, dum nimium & notabiliter non extenuetur natura. Ad obiectiones vero in contra respondetur, quod non est ita nocivum naturæ, se priuare gustu saporum, sicut abstinere à cibo naturæ simpliciter necessario. Nam ad alliciendum ad cibi necessarii sumptionem Deus contulit animalibus, & hominibus saporis alimenti gustum, in super & ad repressiōem illecebrarum carnalium, potest conferre hæc carentia gustus.

¶ Præterea aliquibus contingit dubitare, an minus malum sit, si quis erret in abstinentia per relaxationem aut per rigorem nimium. Nam Martinus de temperantia, hac motus ratione, quod in servando maiorem rigorem interuenit periculum, sed in relaxando abstinentiam, nullum est peccatum, arbitratus est minori culpæ, esse tribuendum in abstinentia errare per relaxationem, quam per nimium excessum. Nihilominus ad quæstionem videtur dicendum primo, quod errare in abstinentia per excessum maioris bonitatis est signum. Secundo adijcimus, quod maior nobis cura adhibenda est, ne in hac parte erremus per relaxationem, quā per excessum. Tum, quia citius vsu evenit errare in laxando habenas abstinentia, quā in eas constringendo, eo quod natura paucis contenta est, ut patet in sanctorum Patrum abstinentia. Nam de D. Antonio Abba te legitur in eius legenda, quod tandem agens annū ultra centesimum obiit: cum tamen in vita tanta fuerit parsimonia vsus, ut esca eius fuerit solus panis & sal, & potus aqua, prandijque tempus solis occasus. Et de Diuo Paulo primo eremi-

ta legitur per sexaginta annos se sustentasse cū dimidiato pane sibi per coruū à Domino Deo missum, ut ipse retulit Diuo Antonio ipsum visitanti. Vltimo dicitur, quòd perseverantibus in magna abstinentia in re dubia, an in ea peccent per excessum, vel non, melius esset illius rigorem relaxare. Quia hoc persuadet supradicta ratio Martini.

¶ Ad hæc inquirere pergimus, an peccatum sit, aliquem in sua infirmitate negligere medicinā, vel eam respuere, vel nolle tunc sumere alimenta sibi subministrata, quia nausea & fastidio ciborum laborat. Nam videtur Diua Agatha ab hoc scrupulo ægratantes exemisse, quæ rogata, an vellet curari, respondit. Ego nunquā corporalem medicinam corpori meo exhibui. Insuper & Plinius libro 29. capit. primo. videtur eos excusare, dum ibi medicinam reprobatur, sine qua Roma tot annis vitam transegit. Dicitur ergo ad primam quæstionis partem, quòd quia ex ipsa inclinatione naturæ, & naturali iure tenemur medijs debitis & à natura ordinatis, vitæ nostræ incolumitati prospicere, inter quæ media vnum potissimum est medicina, ut patet Ecclesiastici 38. vbi dicitur: honora medicum propter necessitatem: etenim illum creavit altissimus. Idcirco concluditur, quòd si ægroto morali ter constat sibi profuturam medicinam, eam sumere sub culpa mortali tenetur. Si autem id ei non constat, maximè cum medicina est multum laboriosa, vel extraordinariè pretiosa ad eam sumendam sub tanta culpa non tenetur. Quocirca secundum Sotum, de Iustitia & iure. Incanceratum habens membrum, non potest pro conferuanda vita ad eius amputationem cogi neque etiam ex mandato iudicis, nisi forte esset religiosus, cuius dispositio vitæ in omnibus pertinet ad prælatum: nam hic ad id posset per præceptum cogi à prælato. Ad secundam autem partem quæstionis respondetur, quòd si adeò sit prostratus infirmi appetitus, ut cibum sine magna difficultate, atque anxietate, maximoque labore deglutire non possit, si non conetur ad comedendum, excusatur à mortali: si quidem iam tales sunt veluti desperati de salute corporali, & iam proximi morti, & quasi impotentibus ad comedendum, alioquin esset condemnare plures infirmos timorata conscientia tunc nolentes comedere. Idemque dicendum est de homine sano, qui ob horrorem omitteret vesci lacertis, quando ei non suppeteret alius cibus ad edendum. Non enim tunc tenetur comedere lacertas, aut vesperiliones, aut huiusmodi.

¶ Item, adijcimus & hic inquirere, Vtrū in extrema necessitate, vbi nihil aliud comedendum occurreret, quàm carnes humanæ, ut verbi gra-

tia, dum exercitus Hispanicus in regionibus Indiarum nouas terras inuestigando per inuia & inaccessa loca peragrabat, iam omni viatico destitutus, qua de causa multi præ fame deficientes in via animas exhalabant, an reliqui eorum carnes humanas in illa extrema necessitate constituti, vbi cōmeatus superstitibus deerat possent edere: & an mulier prægnans & periclitans de abortu pro esu carnis humanæ, quæ edere appetit, posset ea in hac necessitate vesci. Igitur, quia quæstio hæc non est adeò peruia inter Thomistas, siquidem Victoria quæst. de temper. talem esum damnat ad mortale, & Caiet. quæst. 148. ad 2. argum. Martini, & Abulensis tenet oppositum cū Martino, quæst. 2. de temperantia: quid in hac quæstione tenendum sit dicendum restat. Dicimus ergo primo, quòd opinio Caietani & Martini de temperantia est probabilis, scilicet, quòd in extrema necessitate liceat vesci carnibus humanis, si tamen fiat sine iniuria aliorum. Patet hæc opinio. Primo, quia Iudæis in extrema necessitate, licitum erat edere carnes suilas, non obstante præcepto diuino, quo eas edere prohibebantur: quia tunc extrema necessitas eos à culpa excusabat: ergo pari ratione non obstante præcepto naturali de carnibus humanis non edendis, extrema necessitas sic extimè indigentes à culpa huius esus liberabit. Item maius est præceptum conseruandi vitam, quàm non comedendi carnes humanas: ergo præceptum conseruandi vitam in ista extrema necessitate, præualere debet. Deinde patet: quia quando fit sine iniuria talis esus carnis humanæ in extrema necessitate, nullum præceptum est sub mortali eū prohibens, & solum ibi saltem conuincitur intemperantia, scilicet, comedendo quod non oportet, quæ ex suo genere non est mortalis. Dicitur secundo ex mente omnium, quòd carnem humanam non in propria specie, sed mutatam in aliam speciem, ut cum ex ea & alijs rebus facta est confectio medicinalis sic comedere, causa medicine, non videtur illicitum: quia videtur sic iam cessare horror, & quia æger, cui propinatur à pharmacopola, nemini videtur iam facere iniuriam, eam sic comedendo. Nam & carnem humanam eorum, qui in desertis peragrantes, ventorum impetu sabulo inuoluti perierunt, quæ dicitur carne momia (ut fertur) pharmacopola in alijs regionibus soliti sunt immiscere in aliquibus medicamentis. Dicitur tertio, quòd licet carne humana in propria specie vesci, non sit ita intrinsece malum, quin auctoritate diuina sit dispensabile: tamen seclusa ista dispensatione, quæ nunquam fit, probabilior videtur opinio Victoria, quòd vesci carnibus humanis in propria specie in nullo casu etiam extremæ necessitatis

tatis caret culpa mortali. Patet primo, quia hoc vitium connumeratur à Diuo Thoma secunda secundæ quæstione. 142. in solut. ad tertiū. inter vitia contra naturam, quippe quæ excedunt modum humanæ naturæ, atque ideo sunt magis exprobrabilia sicut delectari in comestione carniū humanarum, aut in coitu bestiarum, aut masculorum, quæ sunt ex genere suo mala: ergo nulla necessitate possunt à sua malitia excusari. Tum secundo quia tanquam quid graue hoc iure naturali prohibet. Deinde tertio quia inclinatio & appetitus naturalis abhorret talem carnem humanam esum: quia etiam inter animantia bruta esum carnis eiusdem speciei cum carne animalis comedentis, natura abhorret. Quo circa Genesis. 2. tam brutis, quam hominibus non est datus esus carnis eiusdem speciei in nutrimentum: neque huius alibi fit mentio aut concessio ergo videtur omnino medium non ordinatum à natura ad suppleendam extremam necessitatē nutrimenti vitæ humanæ. Item esus carnis humanæ de se perniciem afferre videtur contra naturam humanam: sicut & coitus contra naturam: quia occasionem dat ad occisiones hominum: sicut contingit in regionibus Indiarū, vbi aliqui barbari Canibales nūcupati, vescuntur carnibus humanis. Denique id patet nusquam licere: quia utquam id fieri potest, sine iniuria hominum, quorum carnes quis edit, quia defraudatur eorum corpora per id facti sepultura iure naturali sibi debita. Nam & male factoribus suspensis patibulis tandem postquam ad terrorem & exemplum aliorum ibi suspensi aliquandiu manserint, sepultura debita non denegatur. Per has autem probationes patere potest solutio ad argumenta probantia Caietani & Martini probabilis opinionem, scilicet dicendo quòd raro fit sine iniuria aliorum & non est medium à natura ad cōseruationem vitæ ordinatum esus carnis humanæ: ut pote in quo natura tantum nausea & horrore poluit. Quocirca mulieri prægnanti etiam si periclitetur de abortu fetus caro humana non est propinanda in escam in propria specie, alias cum infirmatur, ut curetur etiam cū aliquo periculo fetus potest ei applicari, atque propinari potio aut medicina de se non nocua. Secus si esset nocua: tunc ei porrigi non posset. Nisi forte alias iam desperatum esset de vitæ vtriusque, scilicet, tam matris, quam in eius ventre consistentis fetus: & illa accepta medicina eum indifferens esset ad occidendum & sanandum aliquam promitteret spem remedij. Nam in hoc casu verificari videtur dictum Galleni, in terfice audacter. Ita probabiliter Adrianus & Almaynus, & Corduba affirmant contra Communem, quæ est magis secuta, & quæ est Sylue-

stri, verbo bellum. 2. quæst. 6. Quando vero certo constat factum animatum non esse, bene sumi posset necessariū medicamentū aut remediū ad procurandū abortum, si talis abortus est necessarius ad salutē, & incolumitatē præstandū matri.

¶ Præterea circa prædictam doctrinam D. Thomæ dubium oritur an fiat malum ieiunium per hoc, quòd sumitur, ut medium ad aliquod admittendū malū. Respondetur ergo primo, quod si ieiunium careat aliqua sibi debita circumstantia, erit malū, quia ut ait D. Thomas. 1. 2. quæst. 18. art. 3. actio est mala, si aliquid ei desit de his quæ requiruntur ad debitas circumstantias. Secundo dicitur, quòd quando ordinatur ad bonū finem ieiunium, & debitis sibi circumstantijs est vestitum, bonum opus morale est de se, etiam si ei adiungatur aliud malum: ut cum quis sic ieiunando alias impietates machinatur contra proximum, ad quas tamen tanquam ad finem non ordinat tale ieiunium. Non tamen ieiunium Deo erit acceptum, aut meritorium quando alia mortalia mala illud comitantur. Et hoc est quòd Dominus per Esaiam. 58. Iudæis conquerentibus, & dicentibus Deo, Quare ieiunauimus & non aspexisti, respondet: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Tertio dicitur, quòd quando ieiunium ordinatur ad malum finem, est actus vitiosus, quia ut actus virtutis sit, debet ordinari ad bonum finem, secundū D. Thomā & eius interpretem Victoriam. Additur denique, quòd ieiunium dum debitis circumstantijs & sine bono fit, si fiat in gratia, cæteris paribus, magis est meritorium ratione quantitas cibi, quam sibi quis subtrahit ieiunando, quæ ratione qualitatis ciborum. Id est, cæteris paribus, magis meretur quis ieiunando abstinendo à pluribus ferculis, contentus tantū vno ferculo, quam si pluribus ferculis, non ita gustui arridentibus, neque ita delicatis vteretur.

¶ Quæritur secundo. Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ. Respondetur autē, quòd quia eadē est materia habitus, & actus, ideo aliquis actus virtutis, qui est circa aliquam materiam, ad illā virtutem pertinet, quæ constituit medium in illa materia. Ieiunium autem attenditur in materia ciborum, in quibus medium inuenit abstinentiæ. Vnde manifestum est, quòd ieiunium est actus abstinentiæ. Vnde quando D. Hieronymus super illud Matthæi. 17. Hoc genus daemnoniorum, & cætera ait, quòd ieiunium non solum, est ab eis, sed à cunctis illecebris abstinentia non loquitur proprie de ieiunio, sed metaphori ce quia sic consistit in abstinendo à quibuslibet nocuis, quæ maxime sunt peccata. Vel etiā potest dici, quòd ieiunium proprie dictum est ab-



stinencia ab omnibus illecebris, quia per quolibet vitia adiuncta desinit esse actus virtutis. At vero nihil obstat ieiunium quoque pertinere ad religionem, vel ad castitatem, vel ad quamlibet aliam virtutem, si ad earum fines ordinetur quia nihil prohibet, actum vnius virtutis pertinere ad aliam virtutem, secundum quod ad eius finem ordinatur. Ceterum ieiunium ad virtutem fortitudinis non pertinet, quia sustinentia fortitudinis proprie est circa pericula mortis: sustinere autem molestias: quae eueniunt ex defectu delectabilium tactus, & gustus pertinet ad temperantiam, & ad partes eius, & tales sunt molestiae ieiunij.

**¶** Quæritur tertio. Vtrum ieiunium sit in præcepto. Respondetur autem, quod sicut ad sæculares principes pertinet præcepta legalia iuris naturalis determinata tradere de his, quæ pertinent ad utilitate communem in temporalibus rebus: ita etiam ad prælatos ecclesiasticos pertinet ea statutis præcipere, quæ ad utilitatem communem fidelium pertinent in spiritualibus bonis. Sed ut prædictum ieiunium est vtile ad satisfactionem pro peccati ad cohibitionem culpæ ad elevationem mentis ad spiritualia sic ex naturali ratione tenetur quis tantum ieiunij vti quantum sibi necessarium est ad prædicta. Ideo ieiunium in communi cadit sub præcepto legis naturæ: sed determinatio temporis & modi ieiunandi secundum convenientiam, & utilitatem populi christiani cadit sub præcepto iuris positivi, quod est à prælati ecclesiæ institutum: & hoc est ieiunium ecclesiæ: aliud verò est naturæ. Vnde ieiunium quatenus est in præcepto iuris naturæ, aut ecclesiæ, non est opus supererogationis: quoniam ecclesia ponens præceptum de ieiunio in speciali determinat id, quod est necessarium in communi. Vnde licet ut vtile ad finem sit eligibile ieiunium non tamen absolute consideratum, est de necessitate præcepti, sed est de necessitate præcepti unicuique tali remedio indigenti. Et quia omnes tali remedio indigemus, quoniam ut dicitur iacob. 3. In multis offendimus omnes, & quia (ut dicitur ad Galat. 5.) Caro concupiscit aduersus spiritum: ideo conueniens fuit, ut ecclesia aliqua ieiunia statueret communiter ab omnibus obseruanda. Item, quia præcepta non eodem modo obligant omnes, sed secundum quod requiruntur ad finem, quem legislator intendit: ideo si aliquis transgrediendo statutum legislatoris auctoritatem contemnat, vel hoc modo transgrediatur, quod impediatur finis, quem intendit, peccat mortaliter talis transgressor. Si autem ex aliqua rationabili causa statutum non seruet, præcipue in casu, in quo si legislator adesset non decerneret esse ser-

**A** uandum, talis transgressio non constituit peccatum mortale. Et inde est, quod non omnes, qui non seruant ieiunia ecclesiæ peccant mortaliter, Item quando D. August. in libro de vera religione, ait, sapientiam incarnatam in libertatem nos vocasse, dum pauca sacramenta saluberrima constituit: & quando idem testatur in libr. ad inquisitiones Ianuarij, non per hoc derogat statutis ecclesiasticis de ieiunio. Quia ibi loquitur D. Augustinus de his, quæ neque sacrarum literarum auctoritatibus continentur, neque in concilijs episcoporum statuta inueniuntur: neque consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata sunt: ab his enim in libertatem vocati sumus, ut eis non subijciamur: cuiusmodi sunt ceremoniæ veteris legis. At non intelligit de ieiunij, quæ nunc sunt in præcepto. Nam hæc fuere in concilijs episcoporum statuta, & consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata: quæ neque sunt contra libertatem populi fidelis, sed magis sunt vtilia ad impediendum seruitutem peccati, quæ spirituali libertati repugnat. De qua dicitur ad Galatas. 5. Vos enim fratres in libertatem vocati estis tantum, ne libertatem detis in occasionem carnis.

**¶** Circa prædictam doctrinam D. Thomæ prima quæstio occurrit. An Papa, vel rex, vel legislator aliquis humanus possit condere leges obligantes ad mortale. Igitur, quia neque hæc quæstio hic suum proprium vendicat locum, quia ad materiam de legibus pertinet: & quia hic non vacat prolixius in ea explicanda immorari, ideo dicimur breuiter, quod illa Gersonis in tract. de vita spirit. lect. 4. assertio, & eius sequacium erronea reputatur: quia affirmat, quod si contemptus absit, vel obligatio iuris diuini non interueniat, sicut reuera interuenit in præcepto de confessione facienda, & de eucharistia sumenda, nusquam erit peccatum mortale transgressio præcepti, aut statuti positivi humani ecclesiastici, vel civilis. Sicque consequenter infert neque ieiunare, neque horas persolvere non esse culpam mortalem. Cui videtur accedere summa Angelica. Patet autem quod assertio horum sit plusquam falsa. Tum, quia vniuersalis Doctorum sententia extat in contrarium, & auctoritas D. Pauli ad Roman. 13. dicentis, quod qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirent. Damnatio autem non incurritur, nisi propter culpam mortalem. Ergo irrefragabiliter hinc probatur, quod transgressio legis potestatis ecclesiasticæ siue civilis in re graui, & valde importanti, est culpa lethalis. Accedit Sotus de iust. dicens, quod assertio fidei est legislatorum ecclesiasticum posse obligare ad mortale.

**¶** Præterea hic quasi in proprio loco in disputatione

sputationem reuocatur illa quæstio, An ieiunium stricto modo sit de iure diuino, an ecclesiastico. Videtur autem, quod obligatio ieiunij ortu non habeat ex iure diuino, sed quod sit de iure iure positivo humano ecclesiastico. Primo, quia in lege euangelica non sunt introducenda, aut acceptanda præcepta tanquam diuina præter præcepta legis naturæ, & præceptum fidei & sacramentorum, quia lex euangelica iugum Domini suauis est, ergo non sunt confingenda alia præcepta diuina, quæ in euangelio non inueniuntur expressa. Item secundo: Quia paritate omnia alia præcepta ecclesiastica esse de iure naturali, & diuino, esset dicendum: & solam eorum determinationem temporis, & modum esse de institutione ecclesiæ, quod de omnibus præceptis ecclesiasticis non videtur esse dicendum. Deinde tertio arguitur: Quia si ieiunium esset de iure diuino, aut naturali, & sola determinatio impletionis huius iuris esset ab ecclesia, sequitur quod pontifex non magis posset dispensare in præcepto ieiunij, quam aliorum sacramentorum, quæ sunt de iure diuino, & quoad determinationem temporis sunt de iure ecclesiæ postremo quarto arguitur: Quia præceptum iuris naturalis de ieiunando, cum sit præceptum de actu temperantiæ, cuius transgressio, vel violatio ex suo genere non est mortalis determinatio illius, id est, præceptum ecclesiæ, per quod determinatur, quoad modum & tempus non obligaret ad mortale, sed tantum ad veniale, quod est contra opinionem communem. In contrarium est auctoritas D. Thomæ in hoc tertio articulo assertentis ieiunium in communi esse de iure naturali, & quoad determinationem esse de iure positivo ecclesiæ.

**¶** Igitur, ante quam, quid sit verisimilius in hac parte aperiamus, notandum est prius, triplicem modum fuisse dicendi circa hoc. Primus modus dicendi fuit hæreticorum, qui ideo primo hic à nobis exploditur. Asserebant enim ieiunium solum introductum esse ex consuetudine, contra quam agentes, cessante scandalo, nullatenus peccare aiebant: quia huius consuetudinis transgressores solum ratione scandali delinquere arbitrabantur. Verum nonnulli Catholici istam sententiam, quantum ad id, quod ponit ieiunium ex consuetudine sola fuisse introductum, non respuunt. Addunt tamen consuetudinem hanc vim obtinere obligandi in conscientia. Quod sibi videntur colligere ex decreto dist. 12. Sed nos etiam contra hos dicimus, ieiunium non fuisse sola consuetudine introductum: imo consuetudine recepta ieiunandi, ostendit olim fuisse in præcepto positivo ecclesiæ, ex traditione ecclesiæ, & sanctorum, assertentium esse præceptum.

**A** Secundus autem modus dicendi est, quod præceptum diuinum naturale sit ieiunare: & tamen quod determinatio istius præcepti à iure proueniat ecclesiastico. Hanc sententiam hic D. Thomas tenet. Tertius autem modus dicendi est modorum affirmantium, præceptum ieiunij esse feruatum de iure ecclesiastico, licet maxime fundetur in iure naturali, & diuino. Huic tertio modo dicendi videtur adhærere Nauarrus in summa cap. 21. num. 12. Vbi ait, ieiunium etiã quadragesimale, etiã si antiquitate præstet, arctius que sit obseruandum, esse tantum iuris humani, secundum communem, quam ait se confirmasse in capit. quadragesima. de consecratione distinctione. 1.

**¶** Igitur ad quæstionem respondentem, dicimus primo, plusquam falsum esse negare esse præceptum de ieiunio in ecclesia: sicut negare etiam præceptum de audienda missa in die festo. Nam inter quinque præcepta ecclesiæ connumerantur, quæ sunt hæc: De ieiunando certis diebus. De audienda missa in festis: De soluendis decimis: De confitendo semel in anno: De communicando in paschate. Nam consuetudo & traditio ecclesiæ & sanctorum arguunt, tale esse præceptum. Item quia si tale præceptum non esset, non deponerentur olim clerici non ieiunantes in quadragesima: & laici tunc non ieiunantes non privarentur communione, iuxta canones Apostolorum. Nam quantum hi canones in decretis dist. 16. cap. canones apostolica auctoritate reijciatur: Tamen Leo Papa. 9. contra epistolam Niceti abbatis (ut habetur eadē distinct. 16. can. Clementis) declarat canones Apostolorum inter apochrypha deputari, exceptis quibus quaginta capitulis, inter quæ capitula continentur mandatum de ieiunio quadragesimali. Item quia in iure canonico cap. quadragesima, de consecratione distinct. 5. habetur, quod quadragesima summa obseruatio est obseruanda, ut ieiunium in ea præter dies dominicos, nisi quem infirmitas impediens, nullatenus soluatur. Vbi præcipitur, ut nullatenus soluatur, quod si istud non est præceptum, vix in iure aliquid sub præcepto obligare reperiretur, nisi raro: quia non semper ius indicens præceptum, vtitur ista forma præceptiua, præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ. Patet etiã ex interpretatione Doctorum, quia inde colligunt præceptum de obseruatione quadragesimalis ieiunij. Non tamē propterea cõdemnatus est Caietanus, qui ait hic, quod non est huiusmodi vinculum præcepti ieiunij secundum ius scriptum, sed secundum communem interpretationem. Quia tantum per hæc verba demonstrat, quod sub isto tenore verborum, scilicet, præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ non appare

apparet expresse scriptum tale præceptum. Sed certe ipsa verba recte perpenſa vim inſinuant præcepti, dum cauetur ibi, quod quadrageſima ſumma obſervatione eſt obſeruanda, quoad ieiunium. Quasi dicat obſervatione præcepti obligantis ad mortale, eſt obſeruanda, Et ideo additur ibi, niſi quem infirmitas impedit, quia neceſſitas infirmitatis (vt ibi ait gloſſa) caret lege, neque ſubiicitur tali obligationi præcepti. Item ex diſt. 76. can. quibus temporibus. & cap. ieiunium. & cap. conſtituimus. & ſequētib; colligitur eſſe præceptum, ſeu obligatio ieiunandi per quatuor anni tempora, quæ ſunt feria. 4. & 6. & ſabbatum immediate ſequentes Pentecoſten, Exaltationem Crucis, ſancta Lucia, & diæ Cinerum, & in diebus vigiliarum, à iure communi aut particulari præceptarum. Admonet Nauarrus in manuali cap. 2. r. num. 11. quod Leo. 10. in quodam breui miſſo ad legatum Hiſpaniæ ſtatuit, vt quo anno vigilia ſancti Ioannis incideret die corporis Chriſti pridie illius ieiunetur, ſcilicet, feria. 4. & non quinta illi ſacrata. Verum eſt, quod aliqui alij dies ieiuniorum potuerunt introduci in aliquibus locis ex conſuetudine, ſibi iam habente vim præcepti. Quibus addimus ſecundo quod non ſolum eſt fallum, verum etiam eſt temerarium, affirmare præceptum de ieiunio potentes ieiunare, & non excuſatos, non obligare ad culpam mortalem. Patet: quia materia præcepti ieiuniorum, tanquam materia grauis reputatur in eccleſia Dei. Tertio dicimus, reſpondētes ad difficiliora puncta quæſtionis, quod opinio D. Thomæ eſt vera, & ſine dubio tenenda, ſcilicet, quod ieiunium in communi ſit de iure naturali: & quoad determinationem ſit de iure poſitiuo. Quod ſufficienter probat D. Thomas in iſto art. 3.

Quarto dicitur, quod ſi loquamur de iure diuino poſitiuo, longe verius eſt, & magis conſonum ſanctis patribus D. Auguſtino & D. Ambroſio, quod ieiunium ſit præceptum in communi de iure diuino poſitiuo. Patet ex D. Auguſtino in epiſt. 86. ad Caſulianum, vbi ait: Ego in euangelicis & apoſtolicis voluminibus, & in toto in ſtrumento id reuoluens, video præceptum eſſe ieiunij. Sed quibus diebus: hoc præceptum obliget ibi non inuenio. Sed ſi quis ſciſcitetur à D. Auguſtino, ex quo loco euangelij colligitur præceptum diuinum poſitiuum ieiunij, forte nunc pro eo reſpondere nunc poſſumus, quod id colligitur ex Matthæi cap. 6. vbi agitur de ieiunio & elemoſyna, tanquam de rebus neceſſarijs. Ergo ſi de elemoſyna eſt præceptum diuinum poſitiuum latum à Chriſto domino, ergo etiam de ieiunio in communi. Vnde quando ſit mentio de ieiunio, ſit mentio de eo, tanquam de re anti-

quiliſſima tradita à Chriſto Domino. Nam eſt tale præceptum non tam expresse reperiatur in euangelio: tamen multa tradidit Chriſtus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, id eſt, in euangelio, vt teſtatur D. Ioannes in ſuo euangelio cap. vltimo. Item idem D. Auguſtinus. 119. teſtatur, quadrageſimale ieiunium habere autoritatem ex libris ſacris. Atque D. Ambroſius in ſermone quodam quadrageſimæ ſerm. 34. vbi inuehitur contra illos qui non ſeruant ieiunium quadrageſimale, ait, quod ieiunium hoc eſt inuentum à Diuina Maieſtate & non ab hominibus. Igitur ex omnibus prædictis quinto concludimus, ieiunium in communi eſſe de iure naturali, & pietatem tenendum eſt, quod in communi eſt etiã de iure diuino poſitiuo: aut certe contra tertium modum dicendi modernorum, non ſic tam præciſe, & nude eſt ſolum de iure eccleſiaſtico, quin ſit de iure naturali in communi, vt ait D. Thomas: neque tam præciſe eſt de iure humano eccleſiæ, quin fundamentum magnum habeat in iure diuino euangelico, & apoſtolicum, nam ieiunium vehementer commendatur à D. Paulo in ſuis epiſtolis.

Igitur ad argumenta quatuor in cõtra poſita reſpondentes dicimus, ad. 1. quod præceptum ieiunij in communi (vt ait D. Thomas) eſt de iure naturæ, & propterea debuit in lege euangelica acceptari, & per eccleſiam determinari quoad modum & tempus. Secundo reſpondemus iuxta ſententiã D. Auguſtini & D. Ambroſij, quod etiam eſt de iure diuino poſitiuo ſic in communi: & ſic non temere eccleſia præceptum ieiunij admittit, ſed pie quoad modum & tempus per ſuum præceptum eccleſiaſticum illud determinat.

Ad ſecundũ argumentum negatur: quod eadem ſit ratio de omnibus præceptis poſitiuis eccleſiæ. Quia quædam præcepta eccleſiæ, ſunt, quæ ſunt particulares determinationes eius, quæ non determinant quoad tempus, vel modum præcepta diuina, & naturalia immediate: ſicut præceptum de conſtitendo ſemel in anno, de comunicando in paſchate, & cætera determinat ius diuinum. Sed non ſic determinat immediate ius diuinum præceptum de non ordinandis bigamis, aut illegitimis, aut homicidis poſt poenitentiam: quia hæc præcepta magis reſpiciunt ad tollendam indecentiam, aut ad non tollendam ſignificationem ſacramenti ordinis, quo initiatuſ debet conformari Chriſto.

Quoad tertium argumentum negatur conſequentia, quod non poſſit magis diſpenſare Papa in ieiunij præcepto, quam in præcepto de conſtitendo, aut comunicando. Quia vt Magiſter Caniſius in relect. de poenitentia ait in. 3. part. penes finem,

finem, non eſt ſimilis ratio diſpenſandi in præcepto conſeſſionis, aut baptiſmi, aut eucharistiæ ex vna parte, & diſpenſandi in voto, & iuramento. Et idem diceret in præcepto ieiunij ex alia parte: quia baptizari & conſiteri ſalutis impedimentum nemini afferre poteſt; tum in his ſacramentis tota hominis ſalus conſtat: ſunt quippe neceſſaria ad ſalutē. At vota & iuramenta præſtare, ſicut etiam ieiunare, non nunquam vergit in ſalutis diſpendium, & præſertim ieiunium, quod impedire poteſt multoties à maioribus obligationibus. Quæ ratione liberius Papa diſpenſare poteſt in ieiunijs, quam in votis & iuramentis. Quia ſi ſine cauſa diſpenſet Papa in voto, & iuramento, nihil valet, quia adhuc obligatio iuramenti, aut voti in ſuo vigore manet, quod obligat ſub mortali. At facta diſpenſatione ſuper ieiunio eccleſiaſtici iuris, ſolum videtur remanere obligatio iuris naturalis, aut diuini: quod ſecluſo præcepto eccleſiæ determinantis tempus regulariter, & in omni euentu non obligat ad mortale: niſi in caſu, quo ad ſalutem ſpiritualis periculum vitandum, vel pro incolunitate corporis conſeruanda, neceſſe eſſet abſtinere & ieiunare. Et per hoc patet ad. 4. Quia licet ius naturale in omni euentu non obliget ad ieiunandũ ſub mortali, tamen, quia ſæpe id conducit ad ſalutē animæ, potuit eccleſia in certis temporibus ad ieiunium ſub mortali obligare. Alias eſſet incidere in errorem Gerſonis aſſerentis, legem humanam non poſſe obligare ad mortale, niſi interueniat ibi obligatio iuris diuini, aut naturalis. Cum tamen ſecundum Sotum de iuſt. & iure oppoſita aſſertio ſit de fide, ſcilicet, quod lex eccleſiaſtica & canonica obligare poſſit ſub mortali, licet de lege ciuili, an ſic ſub mortali poſſit obligare ſecundum Sotum, non ſit par ſi dei certitudo: licet illud negare ſit plus quam fallum.

## CAP. CIX.

## De Ieiunio.

An aliqua cauſa extrinſeca, id eſt pecunia collata in bonum commune poſſit eſſe cauſa diſpenſandi in ieiunijs eccleſiæ. & Vtrum omnes ad ieiunia eccleſiæ teneantur. & an peregrinantes excuſentur à ieiunio.



De inde nõerit ab re & illi quæſtionum ſatisfacere, qua quærent aliqui, Vtrum cauſa extrinſeca id eſt pecunia, ſit legitima cauſa in ieiunijs eccleſiæ diſpenſandi. Nam iuriſte non ſatis conueniunt in hac parte. Hoſtienſis

inim in cap. 1. de voto & voti red. & Innocentius in rubrica de obſervatione ieiuniorum, & Archidiaconus diſt. 82. cap. finali. & alij communiter tenent negatiuam, quam probant ex conſuetudine eccleſiæ, quæ nunquam conſuetudinem hæcenus introduxit, vt diuites ob peſſimum aliquam pecuniarum reſoluerentur ab obligatione ieiunandi ieiunia eccleſiæ. Item id probat, quia non fieret citra acceptationē perſonarum, ſi diuites, quia diuites ſunt, & pecunias in redemptionem ieiuniorum erogare poſſunt, à ieiunijs manerent immunes, pauperibus, qui vix ieiunare poſſunt, tum ob penuriam ciborum, tum ob occupationem laborum, quibus inſudant, onere ieiunandi manentibus grauatius, quia ieiunia redimere non poſſunt. Et propter hoc inquit bulla illa de ieiunijs, nõ eſt publicata. At Sylueſter in ſum. verbo. Ieiunium, cum Paſnormitano in rubrica de obſeruantia ieiuniorum tenent, quod aliquis citra Papam diſpenſare non poteſt, niſi cauſa ſit in debente ieiunare. His tamen non obſtantibus, reſpondetur ad quæſtionem per hæc ſequentia dicta. Primo enim dicitur, quod in caſu, quo ius naturæ diuitem ipſum obligaret ad attendendum remedium ieiunij contra vehementes tentationes carnis, ipſum alias præcipitantes in lapſus carnales mortales, non poſſet tunc hæc ieiunandi obligationem pecunijs redimere: quia eam tunc adimplere neceſſarium eſt ad animæ ſuæ ſalutem. Secundo dicitur, quod in ieiunijs, ad quæ ſe quisque voto obligauit, diſpenſare poteſt epicoſopus, etiam ſine cauſa exiſtente in voto, per modum redemptionis & commutationis, commutando ieiunia hæc in melius: quia tunc Deo, cui debetur prædicti voti ſolutio, id eſt acceptius. Imo ſecundum Metinam in ſua inſtruct. confeſſorum. 9. fol. 9. r. pag. 2. ad commutationem huius voti, ſicut & aliorum, exceptis votis religionis, caſtitalis, peregrinationis ad limina apoſtolorum ſancti Petri & ſancti Pauli, & ad Compoſtelã & ad terram ſanctam, ipſe etiam emiſſor voti poteſt illud propria autoritate commutare in melius, aut æque bonum, quando certus eſſet id eſſe Deo æque acceptum, aut acceptius. Sed quia id non conſtat ſæpe, nemo in dubio ſuæ commutationi priuatiuim à ſe factæ fidere debet: ſed eam petat oportet ab habente poteſtatem commutandi, ſiue ex poteſtate ordinaria ſiue ex commiſſione. Cum autem ex commiſſione commutatio venit facienda, ſecundum Nauarrum, ſi ſolum commiſſio datur circa commutanda vota virtute huius non poterunt commutari iuramenta de ieiunando, aut de alia materia, quia non ſunt eiſdem rationis votum & iuramentum. Cui ſuffragari videtur Metina in ſua inſtruct. confeſſ. lib. 2. c. 1. Vbi ait in ſpiciendum

dem esse tenorem commissionis bullæ, aut iubi-  
 lei id committentis & in materia votorum, aut  
 iuramentorum, vel in alijs fore observandum.  
 ¶ Tertio dicitur, quod episcopus circa generalia  
 ieiunia dispensare non potest, sed solus Papa, se-  
 cundum Nauarrum in summ. ca. 21. num. 21. &  
 secundum omnes circa ea dispensat absolute, sci-  
 licet, ne aliquis ieiunij lege teneatur, vel non il-  
 lis aut illis diebus arg. Clementin. ne. Roman. de  
 electione, & cap. ex. insinuatione de appellat.  
 singulariter autem videtur episcopus, posse di-  
 spensare cum illo, aut cum illo iusta de causa,  
 ne illo aut illo die ieiunet, imo eo absente quan-  
 do commode eius dispensatio haberi non po-  
 test, secundum Sylvest. verbo, ieiunium. §. 13. cu-  
 ratus potest. Imo ait sanct. Thomam in. 4. sent.  
 dist. 15. tenere, quod sacerdos proprius potest  
 in hoc dispensare, & quilibet prælatus in religio-  
 ne circa subditos. Adde etiam secundum Sylve-  
 str. ibi, quod medicus potest declarare, an quis à  
 ieiunio excusetur, & similiter quantum ad car-  
 nes comedendas diebus prohibitis. Peccat autē  
 medicus sine causa rationabili, aut dubia talia mā-  
 dans Ita Archidiaconus argu. 23. quæst. 1. cap.  
 quid culpatur. Igitur hanc dispensationem supe-  
 rioris requiri in dubio, est intelligendum. Nam  
 alijs autore Sylvestro, vbi supra. §. 20. ex mente  
 omnium Doctorum habetur, quod si quis ieiu-  
 nare non possit ex causa evidenti, potest quis  
 ieiunium propria autoritate dimittere. Si vero  
 id sit sibi dubium & consultis medico, aut con-  
 fessore, aut alio viro prudenti, & perito iudicio  
 horum causa est evidens, iterum potest tunc quis  
 propria autoritate ieiunium dimittere: quia in  
 hoc casu potest deponere dubium, & formare  
 conscientiam, quod causa eum excusans est eui-  
 dens. Si autem super hoc adhuc manet perple-  
 xus, & dubius, tunc (vt prædictum est) adire te-  
 netur episcopum, vel eo absente Curatum, qui  
 dispenset in dubio. Quia sic est receptum cōsue-  
 tudine, quæ dat iurisdictionem cap. cum contin-  
 gat de for. compet. cap. duo simul. de officio,  
 ordinari. Illa autem regula communis, scilicet quod  
 dum constat de evidente causa excusante à ieiu-  
 nio, potest quis propria autoritate ieiunium di-  
 mittere, iuxta limitationem Sylvestri intelligē-  
 da est, cessante scandalo. Quia etiam causa exte-  
 ra euidēte in se vel in aliquibus, si inde aliqui cō-  
 cipiant scandalum, petenda est dispensatio, vt  
 scandalum sopiatur. Prælati autem religionum,  
 vt ex prædictis apparet, subditos dispensatio-  
 nem super his in dubio petentes suæ conscien-  
 tiæ relinquere non debent, sed benigne dispen-  
 sando cum eis, oportet eos à suis scrupulis libe-  
 rare, dispensando, vel ieiunium in aliud opus  
 pium mutando secundum Caiet. & Nauarr.

**A** Item prælatus cum subdito lectore legere non  
 potente cum observantia ieiunij dispensare po-  
 test, super ieiunium, sicut etiam eū subdito præ-  
 dicatore, si impediretur per ieiunium ab officio  
 prædicationis: dum tamen secundum Sylvestrū,  
 & Victoriam talis eius prædicatio necessaria  
 esset in populo. At si talis sit eius prædicatio,  
 quia iniusta est, & inepta, respicitur à populo,  
 satius erit si prælatus illum exhortetur ne præ-  
 dicet, sed potius ieiunia ecclesiæ seruet. Caueat  
 autē prædicatores ne dū delicatos & minus ab-  
 stinentes se populo ostendūt, quam doctrinam  
 poenitentia prædicant, vita deliciosa impugnet.  
**B** Quarto ad punctum quæstionis acceden-  
 do, ne eius obliuiscamur dicimus, quod cum  
 in iure nihil sit de hoc determinatum, illa causa  
 videtur magis idonea ad dispensandum in ieiu-  
 nijs ecclesiæ, quæ magis confert pro bono com-  
 muni ecclesiæ. Verumtamen, licet propter cau-  
 sam ex. insecam, id est, propter largitionē ele-  
 mosynæ duorum argenteorum, quæ impeditur  
 pro bulla cruciatæ, seu potius pro expeditione  
 contra infideles, cuius gratia concessa est, indul-  
 gentia & dispensatio de ouis, & lacticijs con-  
 tribuentibus prædictam eleemosynam conceda-  
 tur tamē cōcessio hæc (cum fiat pro bono com-  
 muni ecclesiæ, id est, pro eius temporali defensione  
 ab hostibus fidei) non ex toto tollit abstinentiā  
 ieiuniorum in ecclesia. At ob causam extrinse-  
 cam, id est, ob pecuniam dispensare in ieiunijs ec-  
 clesiæ (quia magis è medio tollere videtur absti-  
 nentiam ieiuniorum ex traditione apostolorum  
 introductam ab antiquo in ecclesia) non ob qua-  
 cunque causam etiam communem liceret, sed  
 vngentissima deberet esse causa & necessitas ec-  
 clesiæ non aliter remediabilis. Et tunc ad tem-  
 pus & habito multo maturo consilio, & cum eo-  
 moderamine, & cautela, vt cessaret scandalum  
 tam inter fideles quam inter infideles liceret. Et  
 tandem potius huius determinationem oportet  
 censuræ Romani pontificis reseruare, quam eā  
 hic tradere. Nam illa ratio, quæ in contra affer-  
 tur de acceptione personarū, nihil obstat: quia  
 in hoc casu, si sic dispensaret Papa, non in qua-  
 liter diuites & pauperes manerent grauati. Nam  
 diuites tunc onus subirent in pecunijs pro bono  
 communi defensionis ecclesiæ. De illa quoque  
 quæstione, qua quæritur, an pontifex male di-  
 spensando secum & violando leges ieiuniorum  
 possit peccare mortaliter, nos ex debita reuerē-  
 tia, illi diffinendam relinquimus (postquā quæ-  
 stio hæc ad se attinet) tantum hic proponentes  
 quosdam affirmatiue tenere, eo quod Papa etiā  
 secundum eos suis subiicitur legibus, quo ad vim  
 directiuam, licet non quoad vim coactiuā. Tum  
 etiam ratione scandali, quod alias paterentur  
 eius

eius subditi fideles. Nam observantia mandato-  
 rum in subditis dependet ex exemplo capitis in  
 moralibus: & quia principi dicitur, patere legē,  
 quam ipse tuleris. Alij autem tenent contrariū,  
 si secludatur scandalum: quia (inquiunt) prin-  
 ceptus nō est suis legibus alligatus, iuxta. l. digna  
 vox. C. de legibus, & clarius. l. princeps. ff. de le-  
 gibus, & quia si dispense cum subdito, sine cau-  
 sa, subditus tamen agens contra legem principis  
 secum dispensans non peccabit, saltem mortali-  
 ter: ergo neque ipse princeps non seruando tale-  
 lem legem: quia censetur secum dispensare. Sed  
 dico (quid quid sit de alijs legibus, mere positi-  
 uis ecclesiasticis) tamen, quia non constat, an iei-  
 unium sit de solo mero iure ecclesiastico: nam  
 D. Augustinus & D. Ambrosius ieiunium saltē  
 quadragesimale inuentum fuisse diuinum aiunt  
 & quia saltem in iure diuino, & naturali funda-  
 mentum habet: ideo cum res dubia hæc quæstio  
 sit, illi relinquatur diffinenda, vt illam pro se de-  
 finiat Papa.

¶ Quæritur quarto. Vtrum omnes ad ieiunia  
 ecclesiæ teneantur. Respondetur autem, quod  
 statuta communia proponuntur secundū quod  
 multitudini conueniunt: & ideo legislator in  
 eis statuendis attendit id, quod communiter ha-  
 beretur & in pluribus accidit. Quo circa, si aliqua  
 specialis causa inueniatur in aliquo, quæ obser-  
 uantia statuti repugnet, non intendit talem le-  
 gislator ad obseruantiā statuti obligare, in quo  
 est discretio adhibenda. Nam si causa sit evidens  
 per se ipsam, licite potest statuti obseruantiā  
 præterire præsertim consuetudine interueniente,  
 vel si non posset de facili recursus ad superio-  
 rem haberi, si vero causa sit dubia debet aliquis  
 ad superiorem recurrere, qui habet potestatem  
 in talibus dispensandi. Et hoc est obseruandū in  
 ieiunijs ab ecclesia institutis, ad quæ omnes cō-  
 munitate obligantur, nisi in eis fuerit aliquod  
 speciale impedimentum. Vnde sequitur, pue-  
 ros vsque ad finē tertij septennij à ieiunijs ecclē-  
 stasticis excusari, ex euidenti, quæ in eis inueni-  
 tur causa, scilicet, tum propter debilitatem natu-  
 ræ ipsorum: tum quia indigent frequenti ci-  
 bo, & non multo simul assumpto: tum etiā, quia  
 indigent multo nutrimento propter necessitatē  
 augmenti, quod fit de residuo alimēti, quod qui-  
 dem augmentum, vt in pluribus durat vsque ad  
 21. annum. Interim tamen est conueniens vt ma-  
 gis, vel minus se exercent in ieiunijs pro modo  
 suæ ætatis. Nam in arctioribus tribulationibus  
 etiam pueris ieiunia indicuntur: sicut etiam de  
 iumentis legitur Ionæ. 3. (Ex prædictis etiam  
 sequitur, peregrinos excusari à ieiunio, si immi-  
 neat necessitas statim peregrinandi, & magnas  
 dietas faciendi, vel etiam multum laborandi, vel

**A** propter conseruationem vitæ corporalis, vel  
 propter aliquod necessarium ad vitam spiritua-  
 lem, & simul cum hoc non possunt ieiunia ecclē-  
 siæ obseruari. Quia in his casibus non obligatur  
 homo ad ieiunandum: quia non videtur fuisse in-  
 tentio ecclesiæ statuentis ieiunia, vt per hoc im-  
 pediret alias pias & magis necessarias causas. Vi-  
 detur tamen in talibus recurrendum esse ad su-  
 periorem, vt dispense nisi forte vbi est ita cō-  
 suetum, quia ex hoc ipso, quod prælati dissimū-  
 lant, videntur annuere.

¶ Sequitur etiam ex prædictis excusari etiam  
 à ieiunijs ecclesiasticis pauperes illos, qui frustra-  
 tim eleemosynas mendicant: quia non possunt  
 simul habere quod eis ad victum sufficiat. Sed  
 tamen pauperes, qui sufficienter habere possunt  
 quod eis sufficiat ad vnā comestionem, non  
 excusantur propter paupertatem à ieiunijs ec-  
 clesiæ. Item illud, quod dixit Dominus Luc. 5.  
 quod non possunt filij sponsi ieiunare quandiu  
 cum ipsis est sponsus, non excusat iustos, cum  
 quibus tanquā sponsus est Deus, à ieiunio: quia  
 Dominus ibi ostēdit quod cum imbecillibus &  
 nouitijs in ieiunijs, quales tunc erant Apostoli  
 magis conuenit dispensare, quam cum antiquo-  
 ribus, & in abstinentia exercitatis iuxta gloss. sū-  
 per illud psalmi: Sicut ablactatus super matrem  
 tua, vel secundum D. Hier. ibi loquitur Domi-  
 nus de ieiunio veterum obseruantiarum: in qui-  
 bus insinuat Dominus non fuisse detinendos di-  
 scipulos: quia oportebat eos gratiæ nouitate per-  
 fundi. Vel secundum D. August. loquitur Dñs  
 de ieiunio tribulante vel humiliante ieiunan-  
 tes per tribulationem. Et hoc ieiunium non con-  
 uenit viris perfectis qui dicuntur filij sponsi, sed  
 aliud ieiunium est, quod pertinet ad gaudium  
 mentis in spiritualia suspensæ, & talē ieiunium  
 conuenit perfectis.

¶ Circa prædictam doctrinam nota primò, re-  
 gulam generalem, quam videtur insinuare D.  
 Thomas in solutione ad. 3. huius quarti articu-  
 li, scilicet, quod non sunt ecclesiastica ieiunia,  
 quæ sunt obligantia ex præcepto, vel ex con-  
 suetudine dimittenda propter peregrinationē,  
 vel operis laborem, quando commode differri  
 potest, aut diminui absque detrimento corpora-  
 lis salutis & exterioris status, qui requiritur ad  
 conseruationem corporalis, vel spiritualis vitæ.  
 ¶ Secundo, vt ad multos casus in hac materia  
 decidendos fundamenta iaciamus, dicendū est,  
 quod necessitas vitandi aliquod notabile dam-  
 num, vel lucrum aliquod adquirendi, quod raro  
 lucriferi potest, & omnis alia necessitas, quæ  
 excusaret à festo seruando, excusat à ieiunio, si  
 ieiunium sibi non compatitur. Ita Caiet. in art.  
 4. & Nauarro in summ. cap. 21. num. 16. Pro  
 quo



quo facit caput licet, de ferijs. Ex quibus corollarie colligitur in generali, quod ieiunium, neque opera necessitatis, neque opera obligationis impedit, secundum Nauarrum: imo neque lucra etiam non necessaria sed vtilia, quae alias reparari non possunt secundum Victoriam.

¶ De peregrinantibus.

**I**am ex praedictis regulis iuxta ordinem D. Thomae ad particularia dubia explicanda descendere nos oportet. Et primo de peregrinantibus quaeritur, quando excusentur à ieiunio, & quando non. Dico ergo primo, quod secundum Victoriam, mercator etiam diues iter agere potest, & non ieiunare, causa captandi lucri: quod alias si non peregrinaretur amitteret, & si itinerando ieiunare non valet. Dixi notanter, si ieiunare non valet, quia secundum Victoriam itinerantes non excusantur, eo quod faciunt iter: sed tantum excusantur eo, quod non possunt commode ieiunare. Igitur secundum eundem equitates, dum sic equitando iter agunt communiter & regulariter non excusantur à ieiunijs. Tamen si iter sit multorum dierum, tunc videtur, quod excusentur post aliquos dies, cum iam sentiunt se lassatos, atque defatigatos. Boni tamen viri soliti sunt etiam equites iter agentes ieiunia ecclesiae seruare. At verò qui pedites iter agunt, iam ex consuetudine inualefcente habentur pro excusatis à ieiunio, etiam si causa recreationis isti pedites iter assumpserint.

¶ Ceterum iam illa quaestio se exerit, quae non nihil difficultatis praesertim videtur, scilicet, an qui ex causa illicita, nempe, causa inuisendi amicam iter arripuit, & post impotentem se effecit ad ieiunandum, si non ieiunet transgressor praecipit ieiunij sit dicendus. Igitur Metina in hoc casu in sua instruct. confell. §. 10. foli. 101. affirmat, hunc solum peccare contra praecipitum de non fornicando, sed non contra praecipitum ieiunij. Quod sibi hac ratione, sufficienter videtur probare, quia praecipitum ieiunij solum obligat potentes ieiunare, non lassatos, atque defatigatos, ac proinde ad id impotentes: cuiusmodi est iste: licet ad id impedimentum praestitisse culpa non caruit. Sed in contrarium videtur esse quod D. Thomas ait, quod non sunt ieiunia ecclesiastica relinquenda ob peregrinationem, vel operis laborem, quando commode differri potest. Igitur responsuri ad quaestionem, dicimus primo cum Victoria quod qui iter facit sibi non necessarium, neque sibi vtile: sed solum pro libito iter agit à ieiunio non excusatur. Atque hoc clare D. Thom. affirmat in solut. ad. 3. cui omnes assipulantur. Et patet, quia iste cum possit iter differre, nulla causa excusationis protegatur. Sed maior hic ratio vrget dubitandi an transgress-

**A** for ieiunij in hoc casu peccet mortaliter. in hoc ergo casu indulgentior se praebet huic Victoria, & forte plura par est, laxat sine causa peregrinantibus habenas ad violanda ieiunia, dicens hos non peccare mortaliter. Et si summissè (inquit) & S. Thomas scrupulose in hoc casu loquantur. Atque ideo hunc scrupulū peccati mortalis reiiciendum arbitratur: quia non est receptum in usu apud confessores in confessione interrogare poenitentes huiusmodi, an iter fuerit necessarium aut non, & sanct. Thomas (vt cetera Victoria) per hoc, quod ait ieiunia in tali casu non esse relinquenda, non ostendit transgressionē ieiunij esse mortalem sed tantum venialem. Sed certe ista assertionē Victoriae, licet non ausim propter autoritatē tati viri, reprobare, sed neque vrgo omnino veram audeo acceptare. Tum, quia contra eum munem, & contra mentem D. Thomae videtur esse. Tum, quia praecipitum ieiunij ex se habet obligare ad mortalem. Ergo quando non est causa excusans rationabilis pro libito inhabilem se reddere ad adimplendum ieiunij praecipitum, non videtur carere culpa mortali. Sicut qui pro libito proijciendo breuiarium in flumen, vel eum vendendo se impossibilitaret ad horas recitandas, quas tenetur recitare. Item, quia si quis videns ob ludum etiam gratia recreationis assumptum se praecipitum admittam de praecipito audiendam, certe à peccato mortali violationis praecipiti non excusaretur. Ergo videns se impediri à ieiunando ieiunium ecclesiae ob iter pro libito & sine causa necessaria, aut vtili, non est excusandus à mortali. Ex quo sequitur illud corollariū non esse certum, quod ex tua assertionē inferunt Metina & Victoria. Nam Metina infert iudentem ad pillam, dum sentit se postea defatigatū, & conquassatum excusari à culpa carnando. Quia si velit asserere, quod non sit peccatum, iam in se carnare, bene quidem. Si autem velit contendere, quod non sit peccatum in sua causa, non facile est id persuasum: quia contra doctrinam D. Thomae videtur esse si aduertit praestans eam non ieiunandi causam, per eam impedimentum se praestare ieiunio. Si autem de facto non aduertit, in hoc casu verum habet opinio contraria Metinae & Victoriae, & Paludis in. 4. dist. 15. & Syluestri, verbo, ieiunium. §. 24. Vbi ponit exemplū de infirmo, qui sua culpa in infirmitatem incidit & ex sua culpa durate infirmitate propter indigentiam carnaret in die ieiunij, non peccaret: quia ex inadvertentia isti excusantur à culpa, cum praestant impedimentum: & ita postea eorum fractio ieiunij nec culpa est in se, neque in sua causa. Hinc patet secundo quomodo sit glossandum illud dictum Victoriae, dicentis se non habere pro certo illud, quod omnes tenent, scilicet,

licet, quod iter agens ad aliquod malum mortale patrandum, scilicet, ad inuisendam amicam peccat postea mortaliter non ieiunando: quia intelligendum est, quod non est mortale in se, sed in sua causa. Et cum addit Victoria talē non fecisse contra obedientiam ecclesiae praecipientis ieiunare, verum id est, quando non aduertit à principio se iter superuacaneum agēdo se impossibilitare ad ieiunandum. Secus si aduertit. Nam tunc euentus ille, scilicet, impossibilitatis ad seruandum ieiunium à principio animaduertus addit ad malitiā suā causā, vt docet Diuus Thomas. 1. 2. q. 20. art. 5. Vbi ait, quod manifestum est, quod euentus malus praecogitatus addit ad malitiam. Vt cum aliquis cogitans, quod ex opere suo multa mala possuat sequi, non propter hoc dimittit. Cum ergo malum sit violare ieiunium, quia prohibitum si sit praecogitatum sequitur, quod qui causam dedit eius violationi inuisendi amicam causa, iter agendo, non fuit à principio à culpa huius transgressionis excusatus. Hinc patet, quid sit dicendum ad casum: vbi quis causa recreationis operam dat venationibus, vel lusu ad pilam, & propter hoc postea frangit ieiunium. Nam licet hos excuset Metina loco citato, quia inquit, neque ludere ad pilam, neque venari non est prohibitum. Tamen cautius & magis ad mentem D. Thomae loquitur Victoria in hoc casu, dicens, quod licet probabile sit, quod huiusmodi lutores, & venatores excusantur post à ieiunando, neque peccant mortaliter non ieiunando, tamen, quod à principio praestando impedimentum ieiunio, deliquerint mortaliter tutius & certius asseritur. Sed iam nos huiusmodi excusamus ab omni culpa mortali, quando nihil aduerterunt de ieiunio de facto, neque quod ei impedimentum per ludum huiusmodi, aut venationem praestabant. Secus si aduerterunt propter rationem D. Thomae. Adde vltimum, quod omnes in hoc conueniunt, quod si ludus hic, aut venatio, aut visio amicam assumitur in fraudem violandi ieiunium, vt post possint non ieiunare sic operantes peccant mortaliter, quia tunc fraudē machinantur, contra ieiunij legem, & fraus sua nemini patrocinari debet. Excusatur à ieiunio autem qui ieiunando non potest ire ad succurrendum absentem. Ad rationem Metinae in contra respondetur, quod sua ratio vim obtinet in casu, quo sic ludens venans inuisens amicam, non aduertit euentum impossibilitatis ad ieiunandum, quem sibi causat. Si autem talis euentus est prauius, tunc formaliter & specificè fractio ieiunij imputatur ad culpam in sua causa, & veluti in se, quia est prauius. ¶ Ad argumētum Victoriae in contra dicitur, pari ratione confessores non solitos esse interrogare, an iter assumptum impediat

Instruct. conc. Pars. 2.

**A** ieiunij, fuerit necessarium, vel superfluū. Tum, quia quod regulariter contingit arbitrantur, scilicet, quod nemo laboriosum iter praesertim pedester, assumit, nisi pro commoda sibi & expedienti causa, & non pro libito, aut superfluo. Tum, quia regulariter vulgares non hanc Theologiam intelligunt, scilicet, quod iter necessarium excusat, & superfluum non excusat à violatione ieiunij: sed indifferenter omnes itinerantes putant posse non ieiunare. Tamen homines periti, qui hanc regulam D. Thomae supra positam perspectam habent, sciunt non esse pro libito frangendam quod si frigerint, de hac culpa etiam non interrogati se accusant in confessione.

**B** ¶ Praeterea de peregrinis causa deuotionis peregrinantibus ad loca sancta visitanda, vt peregrinantes ad Compostellam, vel ad Dominam nostrā de Guadalupe, vel Rupis Francia, quorum peregrinationes Romerias Hispanice vocantur, an teneantur ad ecclesiastica obseruanda ieiunia, hic merito dubitari potest. Nam videntur à ieiunio eximi, quia opera pia & ad religionē Christianā pertinentia, quae incōpatibilia sunt cū ieiunio exercēt. Nihilominus respondetur in particulari ad quaestionem per hanc sequētia dicta. Dicitur ergo primo, quod si quis per acturus est iter ad subueniendū alicui proximo absentem in necessitate constituto, qui eius indiget praesentiali ope, & adiutorio, si id perficere nequit ieiunando, à ieiunio excusatur, secundum Metinam loco citato: sicut etiam ab obseruantia ieiunij liberatur, qui gratia praedicandi, aut interuendi infirmo non potest ieiunare. Sed hoc de praedicatione iam supra limitauimus. Patet, quia ieiunium dum maioris boni impeditiuum est, non obligat. Secundo ad punctum quaestionis dicitur, quod sola praedicta peregrinatio voluntaria non est iusta causa excusandi ab obseruatia ieiunij. Verum tamen in hoc casu, quia etsi voluntaria est talis peregrinatio & etiā si non multū iuuat ad comodū spirituale suū, vel ad exemplū aliorū: tamen quia pium est opus, & fere cum ieiunio aequale, vel paulominus inferius, ideo licet hic interueniat aliquis inordinatio, non tamen hac de causa praetermississe ieiunium erit peccatum mortale, sed solum veniale, secundum Metinam. Ceterum in his casibus causa praedictae pia peregrinationis praeterire ieiunium à culpa abest. Primo quando huiusmodi peregrinationem peragens tanta poller autoritate, quod propter personam suam autoritatē aliorum peregrinantium deuotionē auget, atque suo bono exemplo ceteros ad pium hoc opus excitat. Secundo quā ardor deuotionis, ex quo procedit sua peregrinatio, salubrior est animae peregrinantis, quam eius ieiunium.

Cc nium.

niū. Tertio quando talis peregrinatio est voto emissa, vel sibi præcepta, vel in poenitentia iniuncta, & differri commodè non potest, eo quòd tempus implendi accedit, & focij qui tūc ad id se offerunt necessarij postea deerunt. Ita Caietanus, Metina, Nauarrus, & Gabriel in. 4. distinctione 15. quæstione. 3. articulo primo. notabili. 4. Si autem vtrumque commodè facere potest, non excusatur secundum Syluestr. verbo, ieiunium. quæstione. 9. §. secundo.

CAP. CX.

¶ De operibus & laboribus excusantibus, vel non excusantibus à ieiunio.



**N** VNC indagandum est, quæ nam sint illa opera laboriosa, quæ à ieiunij obseruantia excusant. Respondetur autem ad quæstionem per hæc sequentia dicta. Dicitur ergo primo, quod opera misericordie tam spiritualia, quam corporalia, quando non compatiuntur secum ieiunium, excusant ab obseruantia ieiunij, secundum Caietanum supra artic. secundo. Quia misericordia, cuius actus sunt hæc opera, præstantior virtus est, quam abstinentia, cuius actus est ieiunium. Sed quid si hæc opera misericordie fiant ob mercedem, an tunc excusent ab obligatione ieiunij. Respondetur autem, quòd licet Syluester: hæc opera misericordie à ieiunio non excusare asserat, quando fiunt ob mercedem, absque alia ad id obligatione voti obedientie, aut beneficij: tamen melius distinguit Nauarrus in summa numero. 17. dicens, verum esse assertum Syluestri, quando ea opera misericordie, quæ faciunt ob mercedem aliqui ideò operantur principaliter, vt se excusent à ieiunio, argumen. l. & qui data opera. ff. ex quibus causis maio. Si autem causa sustentandæ vitæ principaliter, vel cultus Dei, vel misericordie, & minus principaliter ob mercedem ea opera exercerent ab ieiunij obseruantia excusarentur: quoniam in huiusmodi casibus attendenda est principalis operantis intentio. l. si quis nec causam. ff. de rebus credit. Sed rursus & hanc resolutionem Nauarri moderare oportet, scilicet, quòd opus misericordie exhibitum principaliter ob mercedem non excusat à ieiunio, quando merces illa non requiritur ad sustentationem vitæ, vel non pertinet ad lucrum alia die irreperabile.

¶ Secundo dicitur, quòd inter officiales, & operarios excusantur à ieiunio Faber ferrarius, Carpentarius, Agricola, agri fossiores, & aliqui, qui

**A** sine labore assiduo eos defatigante quoad corpus, non possunt se aut suam familiam sustentare, aut filias dotare, aut filijs studentibus necessarias expensas ad studiū præstare, aut decenter vitam agere: qui tamen non excusarentur à festis seruandis, nisi magna vrgeret eos necessitas, & de laborando in festo vitarent scandalum intra domum occultè laborando: à missa autem audienda in festo nullatenus excusarentur. Ex quo sequitur Eugeniam IIII. vt inquit Nauarrus, & Syluester. non tam priuilegium concessisse, quàm ius commune declarasse, dum decreuit, opifices suas artes exercentes, aut colonos colendis, serendisque agris, aut alijs operam dantes, siue sint diuites, siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non teneri, & à confessarijs absolui posse, consulendo illis, vt in elemosynis, alijsque operibus occupentur. Ita Metina. Etiam qui excipit ab hac regula officiales, qui citra fatigofum laborem corporeum sua solent exercere officia: cuiusmodi sunt iurisperiti, iudices, tabelliones, & aduocati, & huiusmodi. Nam hi ab obseruantia ieiunij non sunt immunes. Nisi fortè in aliquo eorum tanta concurreret debilitas, vt commodè suo officio non posset ieiunando fungi. Nam hic ad consilium medici, vel proprij parochi, aut confessoris posset deponere scrupulum, maximè commutando ieiunium, in alijsque pijs operibus se occupando. Cæterum vsu euenit hic dubitare, vtrum huiusmodi officia laboriosa exercentes, vt agricolæ, Carpentarij, Fabri ferrarij, & similes in diebus, in quibus non laborant, teneantur tunc occurrere ieiunia seruare. Hic autem loco supra allegato distinguit Metina, quia licet in hoc casu videatur cessare causa, id est, labor, qui eos deobligabat ab obseruantia ieiunij: tamen in diebus, in quibus feriatur à labore posunt aliter, vel aliter se inuenire, puta, dispositos ad ieiunandum, vel ad hoc indispositos. Si igitur se inueniant dispositos, & cum sufficientibus viribus ad ieiunandum, tenentur tunc ieiunare, quia eos excusans causa cessat. Si autem se inueniant lassatos & in corpore commolitos, sicut in diebus, in quibus insudat laboribus: vel si tunc in die festo, in quo ociantur ieiunent in idoneos se, & imbecilles inuenient ad in die sequenti subeundas illas laboriosas operas, à ieiunando poterunt cessare. Hoc autem magis ordinariè vsu euenire solet, vt ait Metina, scilicet, quòd sic cõquassatos corpore & imbecilles præcedentibus laboribus se inueniant, & ineptos ad sequentis diei operas, si die quo sibi ociandum est, ieiunio eis insueto se macerent. Igitur in his casibus adhibenda est discretio.

CAP.

CAP. CXI.

¶ De reliquis causis excusantibus à ieiunio, vel non, & de pueris, & infirmis & senibus, & reliquis.



**D**ORRO reliquis percurrere causas, quæ à ieiunij obseruatia deobligare possunt, vel non, hic oportet. Et primo de causa multum prouecta ætatis dicendum est, scilicet, an senes à ieiunij obseruantia excusentur. Respondetur autem, quod Syluester verb. ieiunium. q. 18. disputans hunc casum videtur cõcludere, quod maiores septuaginta annis, quia l. fin. C. qui ætate. libr. 10. iuncta lege. ij. §. fin. ff. de decur. excusantur ab oneribus personalibus, à fortiori excusantur à ieiunio, quod est maximum onus. A Syluestro autem variat Nauarrus in sum. num. 16. vbi ait, quod impotentia eximit à lege ieiunij senes sexagenarios, quam ait esse communem: & tandem arbitrio boni viri, ait hoc esse relinquendum. Victoria autem sexagenarios videtur excusare sine distinctione, quam alij ponunt scilicet, vtrum habeant vires, vel non. Quia inquit senectus, quæ secundum Caietanum computanda est à sexagenario anno, est quoddam genus ægritudinis ab hoc excusans. Igitur inter tam varias sententias nihil de hoc Diuus Thomas videtur determinasse, sed ex cõsulto quasi tacuisse, quia (vt ait Nauarrus) certam regulam circa senes non posse stabiliri vidit. Ne ergo suspensum lectorem relinquamus, dicimus primo, quod secundum Metinam, & Nauarrum, quæstio, an senes à ieiunio non excusentur vel à ieiunio excusentur, arbitrio boni viri ex eorum potentia, vel impotentia ad ieiunandum pendenda est. Nam (vt ait Metina) sunt aliqui prouectæ ætatis homines, qui cum nati fuerint quinquaginta annos iam omnino imbecilles ad ieiunandum esse videntur: & hi licet sexagenarij non sint excusantur. Alij autem cum sexagenarij iam sint adeò viribus vigent, vt ieiunium in nihilo eis obstat: & hi à ieiunij obligatione immunes non sunt. Hoc autem videtur fuisse de mente D. Thomæ, qui nihil de hoc determinans ad has considerandas circumsstantias videtur nos remississe. Secundo dicimus, quòd illa opinio Ricardi videtur pia & probabilis, scilicet, quòd senes decrepiti, cuiusmodi sunt, qui adepti sunt annos septuaginta excusantur, à ieiunio. Paret hoc etiam ex autoritate Syluestri, & ex eius rationibus. Primo, quia isti regulariter propter debilitatem caloris indigent crebro refici (vt aiunt medici) & glossa in proemio. 6. Item, quia pro hoc facit illud psalmi. An Instruct. cons. Pars. 2.

**A** ni nostri in ipsis septuaginta annis. Item, quia isti secundum supra citata iura ciuilia excusantur à muneribus & oneribus personalibus, & à fortiori ab onere ieiunij. Sed tamen ne omnino à tuta sententia Metinæ & Nauarri omnino recedamus, hoc nostrum secundum dictum limitamus, dum non constat euidenter, quòd prædicti robusti sint ad ieiunandum. Nam dum de hoc non constat in dubio præsumptio iuris ciuilis, quod eos tanquàm debiles ab oneribus personalibus eximit. Pro eis facit, vt dum de contrario non constat impotentes ad ieiunandum reputentur. Et ratio in contra Metinæ & Nauarri non conuincit in hoc casu: quia iudicium ferendum est de rebus, secundum quod regulariter contingit: & regulariter contingit, quod prædicti decrepiti septuagenarij ad ieiunium impotentes inueniantur.

**C** Secundo etsi de pueris dictum sit, quod vsque ad tertium septennium excusentur à ieiunio, quia id receptissimum est apud omnes doctores, nihil est opus in hoc amplius immorari. Quia præterquam, quòd ex consuetudine iam id cõstat regulariter impeditur augmentum, quod ad id vsque tempus solet perdurare. At vero in dubium solet hic reuocari, an pueri, qui nondum vigesimum primum annum attigerunt, si aliquam religionem sunt professi, vbi præceptum traditur, vt eius professores certo die ieiunent, sicut traditur in religione Diui Fræcisici eodem præcepto sub mortali culpa ieiunare teneantur. Igitur Metina in sua instructione negatiuam tenet. At licet ipse eam tenens ideo à fratribus minoribus malè audiat, id ei reputantibus ad audaciam, tamen Magister Victoria in lectura Anno Millesimo Quingentesimo trigesimo quinto, à se lecta super secunda secunda Diui Thomæ eandem negatiuam partem defendit, contra Syluestrum verbo, ieiunium. quæstione 18. tenentem, quòd professi regulam, in qua præceptum est aliquibus diebus ieiunare ad hoc obligantur ante dictam ætatem tertij septennij. Probant autem Metina & Victoria suam opinionem. Tum, quia lex ecclesiastica huiusmodi pueros non obligat: ergo neque præceptum religionis eos potest ad ieiunandum obligare: neque enim lex religionis maiorem vim ad eos obligandum obtinet, quàm lex ecclesiastica. Tum, quia lex naturalis, quæ propter indigentiam cibi ad augmentum eos à ieiunando deobligat, manet in suo vigore. His nihilominus non obstantibus ad quæstionem dicimus primo, quòd isti pueri assumpti ad religionem, etiam ante prædictum tempus tertij septennij exercendi sunt in ieiunijs ordinis, debent tamen prælati eorum necessitati

Cc 2 pro-

prospiciendo eis indulgere, vt carent: nā pos-  
sunt praelati cum illis dispensare. Ita Victoria.  
Secundo dicitur, q̄ pueri prædicti ratione vo-  
ti specialis à se ipsis emissi tenentur ad ieiunan-  
dum ante tertium septennium. Ita Metina cum  
Victoria. Super addit tamen, q̄ ratione specia-  
lis consuetudinis, si quæ in ordine aliquo inua-  
luit, vt pueri hi professi ieiunent, tenentur tunc  
quidem ad ieiunandum. Tertio dicitur ad pun-  
ctum quæstionis, q̄ verifimilior est sententia Syl-  
ueltri, q̄ isti pueri professi regulam, in qua est  
præceptum de certis diebus ieiunando, tali præ-  
cepto astringuntur. Patet primo, quia secundū  
Metinā ratione consuetudinis in religione præ-  
talis sunt obligati: ergo etiam ratione præ-  
cepti, si quod sit in religione: quia consuetudo  
in quantum quasi vim præcepti habet, eos obli-  
gat quos sua astringit obligatione. Tum etiam  
patet, quia ratione voti specialis secundum Vi-  
ctoriam, & Metinam se possunt hi ante prædi-  
ctum tēpus obligare ad aliqua ieiunia, sed ubi  
sunt in aliqua religione indicta præcepta de ie-  
iunio, siue in regula siue in cōstitutionibus, qui  
vouet illam regulam, vel illas constitutiones,  
obseruantiam illorum præceptorum, prout ibi  
continentur vouet, quia nihil excipit illorum:  
ergo ad illa obseruanda manet obligatus. Igitur  
ad rationes in contra ex parte Victoria &  
Metinæ allatas respōdetur, quod etsi tales pue-  
ri præcepto ecclesiæ non ligentur, quia ecclesia  
noleit suō præcepto eos constringere ad ieiun-  
andū: tñ sicut ipsi speciali voto se potuerunt  
obligare ad ieiunandum, ita scienter & sponte  
profitentes cōstitutiones & regulam conti-  
nentes huiusmodi præceptum de ieiunando vo-  
luntariè potuerunt & voluerunt hanc obliga-  
tionem super se inducere. Et ita habet consuetu-  
do apud minores, quæ interpret est legis. Ad se-  
cundam rationem dicitur, quod post professio-  
nem non perstat ius naturalè respectu ipsorum  
in suo vigore, quia per professionem regulæ cō-  
tinentis præceptum de ieiunio ei videntur re-  
nuntiasse: sicut per votum castitatis quod quis  
sponte emittit renuntiare videtur iuri naturali  
sibi indulgenti libertatem nubendi.

¶ Præterea, inquisitione opus est, an omnis in-  
firmus, qui ratione infirmitatis excusatur ab ab-  
stinentia à carnibus, excusetur ab obseruantia  
ieiunij, ita vt possit cænare. At certè in huius  
quæstionis resolutione parum conueniunt mo-  
dèrni doctores. Nam Victoria, ubi supra & Pe-  
draga in suo confessionario in. 3. mandato. §. 14.  
& Corduba in quæstionibus additis ad tracta.  
de casibus confitentia. q. 168. atq; Metina Cō-  
plur. C. de ieiunio. q. 5. tenent cōtra Caietanū,  
& Metinam Salmanticensin sua instruct. con-

A fessor. cum sequentem. Arbitrantur que prædi-  
cti licentiosam esse opinionem Caietani, dicen-  
tis absolute, & sine distinctione, vel limitatio-  
ne, quod qui dispensatus est super abstinentia  
carniū, vt carnibus vesci possit, per consequens  
immunis manet ab obligatione ieiunandi. Hæc  
autem opinio Caietani, & Metinæ non debili-  
bus suffulta est rationibus, quarum prima est:  
quia de essentia ieiunij est abstinentia à carni-  
bus: ergo qui ab hac est dispensatus de obliga-  
tus videtur manere à ieiunio. Secunda autem  
eorū ratio est: quia facultas vescendi carnibus  
in diebus vetitis & ieiuniorum ordinariè solū  
infirmis conceditur: qui tamen ab obligatione  
ieiunij sunt liberi.

¶ His tamen non obstantibus respōduri ad quæ-  
stionem dicimus primò, quod dispensatus à ie-  
iunio, vt pluries edere possit, si non ratione in-  
firmitatis sit dispensatus in hoc, non ideo cen-  
setur dispensatus vt comedat carnes: sicut neque  
qui est dispensatus, vt ante horam prandij co-  
medat, non per hoc censetur dispensatus à ieiun-  
ando. Ita Nauarrus in sum. cap. nūm. 22. quia  
necessitas, aut causa, quæ excusat ab integro ie-  
iunio, non videtur excusare ab omni parte il-  
lius: quia seruandum est, prout potest. Pro quo  
facit textus accommodus capit. cum dilecti. de  
dolo & contuma. cum citatis glossis, & docto-  
ribus ibi. Vt patet exemplo in operarijs labo-  
riosi, qui licet excusentur à ieiunio, quantum  
ad ientacula, & cænas, non tamen quantum ad  
abstinentiam à carnibus, & ouis, & lacticijs,  
quæ præcipua pars est ieiunij. Secundo dicitur,  
ad punctum quæstionis, quod si quis est excu-  
satus ab abstinentia carnis propter debilitatē no-  
tabilem, etiam videtur à ieiunando manere li-  
ber. Hæc est Victoria, Pedracæ, & Caietani &  
omnium. Et idem est dicendum, quado ratione  
præsentis, qua detinetur, infirmitatis concedi-  
tur alicui esus carniū, quod subinde concedi-  
tur sibi non ieiunare, sed pluries posse comede-  
re. In hoc autem omnes conueniunt. Patet hoc,  
quia regulariter ieiunium ecclesiæ nocuentū  
affert infirmis, etsi aliter in aliquibus infirmis  
accidat, id est de per accidens, & præceptum id  
quod est per se, id est, sanitate potientes respi-  
cit, quia istis non nocet ieiunium. Item quia ec-  
clesia (quia pia mater est) afflictis, quales sunt  
de præsentis infirmantes afflictionem nō inten-  
dit superaddere. Deinde oppositum esset inge-  
nerare scrupulos. Et in hoc casu vera est senten-  
tia Caietani, & Metinæ, & scrupulo carens. Ex  
quo sequitur corollarie, quod valitudinarij gau-  
dent hoc priuilegio infirmorū, vt cænare possint,  
quousq; vires recuperent. Imo secundum  
Magistrum Victoriam, licet qui debiles sunt  
tamen

tamen alia carent infirmitate propter debilita-  
tem excusentur à ieiunio, & non excusentur ab  
abstinentia carniū: tamen qui conualescens  
ab infirmitate est macilentus, vt restituatur citi-  
us & commodius ad pristinam valitudinem,  
& vires, excusatur, tam à cibo quadragesimali,  
tum etiam à ieiunio. Sed quid, si sint aliqui infir-  
mi, quibus nocet cœna, an tunc (licet possint ve-  
sci carnibus) teneantur abstinere à cœna. Respō-  
detur autē, q̄ si tunc nō abstineant à cœna, cum  
sibi est nocitura, non videntur tunc hi peccare  
cōtra præceptū ecclesiæ, quæ afflictis afflictio-  
nem dare renuit, sed peccabunt tunc cōtra præ-  
ceptū abstinentiæ, quatenus obligat consulere  
proprie eorū saluti. Sicut etiā qui in dubio sunt  
dispensati, vt comedant oua, quia videntur eis  
nocere piscatū aut pisces, si in ea quātitate nota-  
bili vescantur piscato, vt videatur sibi notabili-  
ter fore noxiū, peccabūt non cōtra prohibitio-  
nē ecclesiæ de comedendis ouis, sed cōtra præ-  
ceptū de cōsulendo suæ saluti per abstinentiā à ci-  
bis nociuis. Quod si sic in dubio dispēsatus plu-  
ries & in notabili quātitate vescēdo piscato ex-  
perimento didicisset per plures dies, sic etiam pi-  
scati nocuentō sibi nō esse, iam bona conscien-  
tia dispēsatione sibi data ex illa causa dubia, an  
sibi noceret piscatū, vti deinceps nō possit. Ter-  
tio dicitur, q̄ oēs, qui excusantur ab aliqua con-  
ditione ieiunij, & non propter infirmitatē præ-  
sentem, non excusantur ab alijs conditionibus  
ieiunij. Ita Nauarrus. Vt qui iusta de causa ex-  
cusatus à ieiunando, cum sustentari possit escis  
ieiunio congruis, carnibus, ouis, lacticijs ves-  
ceretur à culpa non excusaretur, secundū Na-  
uarrum & S. Antoninum, quem allegat in. 2.  
part. tit. 7. ca. 2. §. 7. quem ait esse communiter  
receptum, Diximus & non propter infirmita-  
tem præsentē: quia qui infecti sunt morbo galli-  
co, vel morbo Hispanicè bubas nuncupato, si  
præsentibus vexantur doloribus illius infirmi-  
tatis, sicut ratione huius morbi vesci carnibus  
possunt, ita quoq; ab obseruantia ieiunij viden-  
tur excusari. Tum, quia præsentibus afflicti-  
doloribus, & afflictis non est danda afflictio.  
Tum, quia sic doloribus morbi cruciati, vix  
possunt cum gustu, vel cum patientia vnam so-  
lam perficere comestionem sufficientem, & se-  
mel congruam sustentationem in die assumere.  
Si autem huiusmodi morbo antea infectus iam  
videtur sudoribus, vel alijs remedijs assumptis  
ab eo morbo conualuisse, si verifimiliter credi-  
tur nocebunt ei quadragesimales escæ, sicut ad  
expellendam illam infirmitatem ei licet vesci  
carnibus antea: ita ad cauendum recidiuū mor-  
bi & ad conseruandum restitutum sibi valitudi-  
nē, dum alijs aliquid sinistra timeretur, possit  
Instruēt. conc. Pars. 2.

A in esu carniū perdurare, vsq; dum talis iam  
abesset metus. Iste tamen propter istam licen-  
tiam vescendi carnibus, qua in hoc casu poti-  
retur non excusaretur à cæteris ieiunij condi-  
tionibus, neque posset in die ieiunij cænare. Et  
idem est de illo, qui sic est hoc morbo infectus,  
vt tamen robustus sit & non macilentus, & qui  
illius morbi dolores præsentialiter nō patitur.  
Quia in hoc casu licet opinio Caietani & Mei-  
næ non sit omninō reprobanda: tamen opinio  
aliorū puta Victoria Cordubæ, Pedracæ, Me-  
tinæ Complutensis videtur magis tuta, pro-  
pter rationem Nauarri, scilicet, q̄ causa excu-  
satis ab integro ieiunio, non excusat à parte il-  
lius, quæ possit impleri, argu. cap. cum dilectis  
de dolo & contumā. Tum etiam secundo: quia  
sicut de essentia & necessitate impletionis præ-  
cepti ecclesiastici de ieiunio, est abstinentia ab  
esu carniū sic de eius essentia, & necessitate vi-  
detur esse vna tantum per modum cibi come-  
stio: sed excusatus ab vna sola comestione, licet  
possit comedere pluries, tamen tenetur seruare  
abstinentiam à carnibus, imo ab ouis etiam, &  
lacticijs: ergo etiam excusatus ab abstinentia  
carniū non ideo liber erit ab obseruatiā vnus  
tantū comestionis, quando necessitas, vel impo-  
tentia bis comedere nō expōscit. Tum, tertio  
quia secundum alios ieiunium non componi-  
tur ex vnica comestione, & ex abstinentia à car-  
nibus tanquam ex partibus essentialibus, sed  
tanquam ex partibus integralibus, necessarijs  
tamen ad impletionem præcepti ecclesiastici  
de ieiunio. Sicut cor & corpus sunt partes inte-  
grales corporis humani, necessariæ tamen ad  
consistentiam hominis. Quod autem vnica co-  
mestio & abstinentia à carnibus non se habeat  
omnimodo sicut partes essentielles logica, pa-  
ret, quia non se habent vt genus & differentia,  
neque vt partes essentielles physica. Patet, quia  
non se habent inter se sicut materia & forma. Et  
sic patet solutio ad primam rationem Metinæ,  
& Caietani. Sed & ad secundam respondetur,  
quod indulgentia esus carniū non fit, aut con-  
ceditur solum infirmis auctualiter infirmantibus,  
sed etiam non auctualiter infirmantibus, vt pa-  
tet in liberatis à morbo contagioso timentibus  
recidiuum, & in sic infectis nō patientibus præ-  
sentem illius morbi angorem.

¶ Deinde de causis alijs leuioribus, puta, defe-  
ctus somni, vel defectus caloris in lecto, vel do-  
loris capitis, aut eius vertiginis, aut doloris sto-  
machi, aut deliquij cordis nunc dicendum est, an  
hæ causæ excusent ab obseruantia ieiunij eccle-  
siastici. Respōdetur autem, quod licet secundū  
Caietanum, & Nauarrum ca. 21. nu. 16. illi, qui  
adeo infirmam complexionem sunt sortiti, q̄



vacuo stomacho capitis dolorē, vel vertiginem sustinent, aut stomachi dolorem patiuntur, aut tota nocte calescere, vel dormire non possunt, excusentur ab ecclesiastico ieiunio: tamē admonitos esse hic volumus poenitentes a suis confessionibus, quod omnis levis causa, aut levis dolor capitis, aut cordis angor, aut iactura somni, aut defectus caloris modicus non excusat ab observantia ieiunij: quia ieiunium ecclesie propterea dicitur ieiunium afflictionis, quia aliqua incommoda afflictura corporis aptum natum est inferre, quae interdum magis sentiuntur a teneris, & delicatis effectis, magis ex vitio gulae & ex ingluvie assueti, quam ex infirma complexione. His autē dicendum est, ut caueat ne mentiatur suam iniquitatem sibi, & ne querat excusationes in peccatis. Si igitur leuia sunt haec incommoda, quae causantur, & ex ieiunio pati, aequanimiter ea oportet tolerare, & non propterea debent praetermittere ieiunium. Nam hoc intendit ecclesia, ut sic maceretur caro per ieiunium, ut non tam bene dormiat, neque tantum, sicut alias, & quod caro non tantopere calore incalcescat noctu, quod prorumpat in lasciviam. Si igitur non notabilia incommoda siue ad punctum temporis transientia, & leuia, toleranda sunt: neque ideo ieiunia ecclesiae sunt refutanda. Et sic sunt glossandi praedicti doctores, *de de causis omittendi ieiunium ecclesiasticum inter personas conjugatas solitis interuenire, nunc nobis agendum est. Et quando queritur, quae nam haec sint causae, dicitur primo, quod mulieres grauidae, & nutrices excusantur a ieiunio, eo quod non solum sibi, sed & foetibus, vel paruulis, quos lactant, eas comedere oportet, ita ut vna comestio eis non sufficiat. Ita cōter est vlti receptum secundum Nauar. c. 2. n. 16. & Gabriel in. 4. dist. 16. art. 1. not. 4. imo secundum Caiet. super art. 4. non essent immunes a peccato si cōtenderent ieiunare, nisi adeo essent robustae, quod iam experimēto didicissent vnam comestionē sibi & infantibus sufficere posse. Non autē huiusmodi praegnantes, vel nutrices excusantur ab abstinentia carnis ex genere suo, nisi cōstituerit ex licentia medici, quod propter propriam infirmitatem, aut infantium, quos nutriunt, esu carnis indigent. Secundo dicitur, quod excusatur vxor a ieiunij, quae sponte vouit, si maritus repugnat. Patet canon. manifestum & canon. noluit. 33. q. 5. Sed quid de ecclesiasticis ieiunij, an ad haec teneantur repugnātibz maritis. Respondetur, quod canonice ob hoc non excusari arbitrantur, non enim potest inferior eximere subditum a praecipio superioris observantia. Respondetur nihilominus, quod si repugnātia ex parte viri leuis sit, non propter hoc vxor ieiunia ecclesiae praetermittere debet in casu, quo nulla rationabilis alia causa a ieiunando eam excusat. Et in hoc casu verum ha-*

bet opinio canonistarum. Si autē ex vxoris ieiunio inter ipsam & maritum, notabilis rixa discordia, aut scandalum, aut odium, aut blasphemia, aut percussio timeretur, tunc excusabitur a ieiunio ecclesiae & marito haec culpa imputabitur. Ita Syluest. vbi supra & Nauar. Patet autē. Tunc, quia in hoc casu gratius est Deo cōferuare pacē, & praedicta haec mala cauere, quam ieiunare. Tum, quia ecclesia non intendit ad ieiunia sua obligare eum tanto detrimento. Tum, quia licet ieiunium omittere propter parandam lucram aliam periturum: ergo licet missa facere ieiunia ob euitanda praedicta damna. Tertio dicitur, quod causa sola generandi non licet cōiugatis ieiunium ecclesiasticum frangere, quia alijs diebus extra diem ieiunij poterunt generationi operam dare. Adde etiam, quod mulieres cōiugatae non ex ea ratione, quod ex ieiunio efficiuntur macilentae, aut minus gratae suis viris extra quadragesimam, praeterire possunt occurrence ieiunia ecclesiastica. Cuius potissima ratio est, quod ieiunia extra quadragesimam neque adeo plura sunt & continua, ut inde istas mulieres ex duobus tantum ad summam diebus, cōtinuis, quos ieiunant in aduentu quatuor temporum praesumendum sit contrahere maciem notabilem, aut non statim seipsas posse reformare, & vegetare pinguescendo. At quoniam in quadragesima tota ieiunantibus id posset eis evenire, tunc si propterea macie ex cōtinuo ieiunio multorum dierum, ac proinde deformes ac ingratae viris apparerent, possent hac de causa a ieiunando cessare, ne sui viri ipsis spretis alienas foeminas magis sibi placētes quererent. Idēque dicendum videtur de foemina, quae nubere parat: & tunc ex ieiunio quadragesimali sine interpollatione continuo, sic notabilem maciem ac faciei pallorē contraheret, atque sic deformis efficeretur, a tanto ieiunio tunc excusaretur. Sic contra alios & contra Nauar. nu. 16. non distinguunt. Accedit ad praedicta, quod secundum Nauarum. Maritus qui ieiunando, vxori suae debitum reddere non posset, hac de causa excusaretur a ieiunio, eo quod sicut ieiunium opera necessitatis non impedit, sic neque obligationis debita. Ita Nauar. n. 16. vbi supra. Oppositam autē sententiam tenent alij, scilicet, quod redditio debiti non excusat a ieiunio: maxime extra quadragesimam, vbi multum interpollatim dies ieiunij veniunt, & non cōtinuatim. Quod & probat, quod D. Paulus & decreta Pontificum cōsulerunt, ut aliquando cōtineant ab amplexibus maritalibus, ut vacent Deo, quod diebus ieiuniorum cōgruit: igitur cum dicitur, reddendum esse debitum vxori intelligitur secundum istos, quando oportet, & quomodo oportet. Neque omnino istis videtur contradicere D. Thomas, qui in addit. ad 3. partem. q. 64. art. 6. ait, quod etiam tempore festiuo

stiuo tenetur coniux alteri debitum reddere, quia sui corporis potestatem non habet quoad hoc: quia tunc nullum propter hoc occurrit in hoc casu diei festiui praecipuum ecclesiae praetermittendum, sicut occurrit hic praecipuum seruandum ieiunij, quod non videtur praetermittendum propter redditionem debiti, quae alio die potest expleri, & tunc in tempestiuē in die ieiunij petitur. Igitur ad hanc quaestionem dicitur, quod si accideret casus, ut immineret periculum incontinentiae in vxore expressē, vel tacite petente debitum si illi differretur, nec posset vir illud reddere ieiunando, excusaretur a ieiunio. Et in hoc casu vera est assertio Nauarri. Si autem huiusmodi periculum non instat, quia ipsa vxor honesta est: si tamen interpretatiuis signis tantum debitum peteret in die, quo ieiunandum est & precibus, vel verbis blandis, potest eam auertere a petitione debiti, male faciet vir, si ob redditionem debiti tunc praetermittat ieiunium, cum ex communi consensu etiam vxoris abstinere a complexu maritali possit tunc, & ieiunare. Si autē vir ex genio vxoris sibi noto persentiret ipsam valde aegrelaturam tunc negationē debiti, & in suspitionē venturam, quod ipsam maritus odit, & alteram diligit, neque eius verbis voluntarie acquiescere debere, tunc etiam sententia Nauarri, & in hoc casu verum habere videtur: qui tamen casus forsitan raro accidit.

## CAP. CXII.

## De Ieiunio.

*¶ Vtrum conuenienter tempora ieiunij ecclesiae determinantur: Et an requiratur ad ieiunium vna sola comestio: Et an collationes ieiunij frangant: Et de quantitate & qualitate collationis in die ieiunij: Et an collatio mane possit sumi de diffinitione ieiunij: Et an comestio in die ieiunij possit fieri mane: Et an in prima, vel secunda comestione frangatur ieiunium, si prima fiat mane: De hora conueniente ieiunantibus ad praedandum: Et an conueniente ieiunantibus indicatur abstinentia a carnibus, & ouis, & lacticijs: De cibis in die ieiunij in partibus Indiarum: Et an in Dominicis diebus in quadragesima liceat vti ouis, & lacticijs: Et an ferijs sextis in Hispania liceat vti lacticijs, & ouis: Et an religiosis in die Natalis Domini cadente in feria sexta liceat vesci carnibus: Et an pauperes non habentes nisi oua possint illis vesci tunc*  
Instruct. conc. Pars. 2.

*in diebus prohibitis: An consuetudo laicorum obliget religiosos: Et de alijs casibus, scilicet, dantium vel vendentium cibos in die ieiunij, & de voto populi circa ieiunium.*



**V**INTO queritur a D. Thoma in illa quaest. 146. Vtrum conuenienter determinantur tempora ieiunij ecclesiae. Respondetur autē, quod ieiunium ad duo ordinatur, scilicet, ad

deletionem culpe, & ad eleuationem mentis in superna. Quia ergo in paschali tempore resurrectionis agitur de deletionem culpe, quae fit per baptismum collatum in eius vigilia, & quia in ipso festo Paschae mens hominis per deuotionem eleuatur ad aeternitatis gloriam, quam Christus resurgendo inchoauit: ideo immediate ante solennitatem paschalem, ecclesia statuit esse ieiunandum, & eadem ratione in vigilijs praecipuarum solennitatum. Similiter in singulis quartis anni dum cōferuntur ordines instituit ieiunia, quibus ordinatores & ordinandi, & populus Christianus, pro cuius utilitate ordinantur, praeparantur per ieiunium. Quod faciendum esse monet D. Ambrosius, quando aliquod officium pietatis oportet nos adorari. Ieiunium autem quadragesimale suas rationes habet quoad eius institutionem, ut D. Gregorius tradit. Inter quas vna est, quia per id quadragesimale tempus ieiunando offerre contendimus Deo decimas die rum. Dum enim per tres & sexaginta dies annus ducitur, nos autē per triginta sex dies affligimur, quae sunt ieiunabiles in sex septimanis quadragesimae, quasi anni nostri decimas Deo damus. Christus quia non indiguit baptismo propter ipsum ideo non indigebat se ad baptismum praeparare per ieiunium. Sed neque nos ieiunia quatuor temporum ieiunantes Iudaeis cōformamur: quia neque omnino eisdem temporibus, quibus Iudaei, neque etiā propter causas easdem ieiunamus. Itē quia ieiunium exultationis ex instinctu Spiritus sancti procedit, qui est spiritus libertatis: ideo ecclesia, quae praecipuo suo magis ieiunia afflictionis instituit, quae non conueniunt diebus laetitiae in toto tempore Paschali nullum ieiunium instituit, neque in diebus Dominicis, in quibus si quis ieiunaret contra consuetudinem populi Christiani quae secundum D. Augustinum, est pro lege habenda, vel etiā ex aliquo errore, sicut Manichaei ieiunabant, quasi necessarium esse tale ieiunium arbitrantes, non esset a peccato immunis: quantum ipsum ieiunium secundum se cōsideratum omni tempore sit laudabile, secundum quod D. Hieronymus ait ad Lucinum. Vtinam omni tempore ieiunare possemus. ¶ Nota, quod quantum secundum Nauarum & Metinam Salmantienem

sem ieiunium ecclesiasticum sit de iure humano, tamen negari non debet, quin habeat fundamentum in iure naturali (vt ait Diuus Thomas) imo etiam in iure diuino positivo (vt insinuant Diuus Augustinus, & Diuus Ambrosius) præsertim quadragesimale ieiunium, vt supradictum est. Durat autem ieiunium ecclesiasticum à media nocte priori in mediam noctem sequentem, iuxta definitionem. l. more Romano. ff. de ferijs. sicque est ab omnibus vsu receptum.

¶ Quæritur sexto. Vtrum requiratur ad ieiunium, quod homo tantum semel comedat. Respondetur autem, quod ieiunium ab ecclesia instituitur ad concupiscentiam refræmandam, ita, quod natura saluetur. Ad hoc autem sufficere videtur vnica comestio, per quam potest homo & naturæ satisfacere, & tamen concupiscentiæ aliquid detrahit diminuendo comestionum vires. Et ideo ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur. Taxata autem est vna comestio, quia vt in plurimū omnes possunt naturæ satisfacere per vnica comestionem, non autem potuit taxari quantitas cibi, quia propter diuersitatem complexionū vnus majori, alter minori cibo indiget. Item cum duplex sit ieiunium, alterum, quod dicitur naturæ ieiunium, quod requiritur ad sumptionem Eucharistiæ, hoc soluitur per quælibet potum etiam aquæ. Et alterum ieiunium ecclesiæ, & hoc non soluitur per potum, quia abstinentiam potus, qui magis lumitur ad alterationem corporis, & digestionem alimenti sumpti, quæ ad nutritionem interdiceret ecclesia non intendit. Et ideo licet ieiunantibus pluries bibere. Si autem immoderatè quis potu vtatur, potest peccare & meritum ieiunij perdere. Sicut etiam si immoderatè cibū in vna comestione assumat. Insuper electuaria etsi aliquomodo sint nutritiua, tamen quia eorum assumptio non fit principaliter ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum, non solvunt ieiunium, sicut neque aliarum medicinarum assumptio: nisi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate assumat per modum cibi.

¶ Circa prædictam doctrinam inquirendū venit, an collationes, ciborum degustationes, anticipationes, quibus aliquid ante prandium sumitur sic vnitatem vnus comestionis tollant, quod ieiunium frangatur. Dicitur ergo primo cum Metina Salmantic. & cum Nauarro in sum. nu. 13. & 14. cap. 21. & cum Syluestro in sum. verbo, ieiunium. §. 9. & 10. & cum alijs doctoribus communiter, quod qui aliquid præsumunt causa medicinæ, aut causa prægustandi cibos dominorū vel infirmorum, quibus inseruiunt (etiam si fiat mane ante prandium & etiam si cibi prægustan-

di sint oua, vel carnes) etiam in quadragesima ieiunium non violant. Tum, quia in medicinā illud sumunt non in cibum, vel vt officio debito inseruiendi suis dominis non desint. Tum, quia neque propter hoc à ieiunio excusantur. Idem iudicium est secundum Syluest. & Nauar. de lectoribus, aut seruatoribus in conuentibus religiosorum, qui aliquid modicum cibi prægustant, vt possint sustinere dilationem prandij, quia lecturi sunt, aut inseruiuri in prima mensa. Non enim hi frangunt ieiunium, sicut neque qui resurgunt à mensa propter instantem necessitatem, de nouo regressuri, vt prandiant: quia tota est vna comestio & vna mensa: tum propter cōtinuum exercitium circa prædium, vel ex intentione interrumpētis. Neque qui sero aut mane bibunt vinum, aut ceruisiā. Sed de potionibus, quarum vsus est apud Indos qui chocolatæ dicuntur in noua Hispania & de potu, qui fit ex fructu arboreo, qui dicitur cacao, vel de potu qui dicitur chicha, qui fit ex grauis maycij cōmolitis & cōmassatis, dubitari hic merito poterit, an frangant ieiunium. Respondetur, quod regulariter per huiusmodi potus, siue potiones non soluitur ieiunium: quia potius sumuntur per modum potus, quàm cibi, & quia parua materia massæ seu farinulæ admiscetur ibi cum aqua, vnde quasi liquidus potus manet. Si tamen tanta admisceret massa, aut materia sicca, quod adeo spissus ille potus redderet, quod sufficeret ad sufficienter sustentandū hominem, ieiunium dissolueret videretur. Ex prædictis autem sequitur secundum Syluest. & Petrum de Palude, quod qui non propter sedandā famem, aut voluptatē, sed timore deficiendi præ anxietate in die ieiunij, sicut aut vvas passas, vel aliquid huiusmodi in modica quantitate prælibaret, ante horam comestionis ieiunium non solueret, quia quasi per modum medicinæ id assumeret. Frangeret autem ieiunium quicumque aliquid comestibile vel potabile extra prandium sumeret in fraudem, id est, ad subleuandā non quidem debilitatē, sed famem expellendā per satietatem. Ita Syluester, & Archidiaconus. Cuius ratio est, quia iste pluries cibatur, ex sua intentione sumendo aliquid per modum cibi. Diuus Thomas etiam in. 4. sent. dist. 15. in. q. de ieiunio art. 4. cui subscribunt Alber. & Petrus de Palud. & Ricard. expressè tenet, quod quia licitus est mane etiam potus vini sine fraude, licitus est etiam pro stramento potus, ne obsit aliquid fumere, modo cesset omnis fraus circa intentionem, & indiscretionem circa quantitatem. Ita etiam tenet Syluester. licet Diuus Thomas ibi non loquatur de pane, vel fructibus, vel herbis, quæ cōmuniter veniunt in cibum hominū, sed de electuarijs & huiusmodi medicinalibus.

¶ De

¶ De collatione quantum ad qualitatem, & quantitatem, quomodo moderanda sit, vt ieiunium non dissoluat nunc dicendum est. Primo, quod aliqui hanc materiam scrupulose pertractant arbitantes, nisi causa medicinæ vt non nocet potus tantum non licere aliquam collationem per modum cibi sumere, ac per cōsequens, neque in ea licere sumere panem, quia maxime cibatur, & nutrit, nisi in casu, quo potus quo ieiunans indiget, sine pane obesset, quia fructibus ad collationem faciendam caret, vel si habet, non habet stomachū fructibus accommodum. Ita cōcludit Syluester. §. 10. Metina autem in sua instructio ne confessorum tollit scrupulum quantum ad hoc, scilicet, quod vt licita sit collatio non est necessarium, quod solo eo fine sumatur, ne nocet potus. Quoniam etsi quis certus esset potum si bi non esse noxium, etiam si nihil aliud cum eo assumat, collatione vtens non malefaceret. Imo etiam si bibiturus non esset consueta collationem assumens transgressor ieiunij non esset, siquidem ratio legitima collatione vtendi non est illa scilicet, ne potus solus nocet: sed potissima ratio huius est consuetudo ecclesiæ, quæ citra peccati scrupulum has collationes admittit. Consuetudo autem est vera legum interpretis. Ita Metina, qui de qualitate, & quantitate harum collationum, nihil meminit.

¶ Nauarrus vero in sum. cap. 21. num. 14. magis in particulari in hac parte descendendo, etiam in frugibus & pane simul fieri posse collationem concedit, dicens, vsus comedendi aliquid solius fructus, vel panis, vel vtriusque iuxta morem regionis in symbolo seu collatione, die qua ieiunatur, licitum esse, modo ne tantum sumatur, vt ieiunium defraudetur, etiam si ad sustentandam naturam edatur, & quantum non bibatur iuxta mentem Innocentij, & Panormitani & communis in rubrica de obseruantia ieiunij. Ita Caiet. in sum. verbo ieiunium, & melius. 2. 2. quæst. 147. art. 6. Et patet, quia cum ieiunia sint de iure humano, saltem quoad determinationem temporis, & modi (vt tenet D. Thomas) possunt consuetudine rationabili præscripta duriora, vel blandiora fieri arg. can. final. de consecr. Victoria vero adhuc magis in particulari descendens, posse, ait, etiam diuites, cui suppetunt fruges modicum panis in collationem accipere, sed accipere vnum ouum, vel lactucam, vel raphanum cum pane licitum non esse putat: non tamen hoc culpæ mortali censet esse tribuendum. At si id iam induxerit regionis consuetudo sicut iam vsus inquit inuexit de multis fructibus parum aliquid accipere non erit illicitum. Circa vero quantitatem collationis seruanda est consuetudo bonorum, & timorata conscientia vi-

rorum. Nam etsi secundum Caiet. facientes collationem grossam, secundum consuetudinem Romanæ curiæ, vel tinelli non frangunt ieiunium (quia tales videntur generaliter dispensari postquam Papa scit, & tolerat, & quia seruant suam consuetudinem antiquam, quæ interpretis est legis. Quocirca, quod illis Romanis curialibus Papa scienter tolerante concessum est ab alijs regnis, & prouincijs in exemplum trahi non debet, iuxta Regulam iuris cap. quod alicui de regul. iur. in. 6. Vnde approbandæ non sunt illæ collationes, quæ potius cœnæ dicendæ sunt, vbi assumuntur duo oua, aut pisces cum alijs adherentibus esculentis confectis ex lactucis, vel herbis quæ ensaladas hispanice dicuntur. Nam etsi mos iste receptus esset in aliquibus populis etiā à maiori parte populi eos non excusaret à violatione ieiunij, si prædicatores, aut confessores reclamarent, huncque morem reprehenderet. Nā tunc neque Papa id tolerare videtur. Sit igitur regula generalis, quæ insinuat Syluester in sum. verbo ieiunium. §. 8. quæ multum conducit ad aliquos in hac materia, & in alijs decidendos casus, hic statuenda est, scilicet, quod consuetudo ieiunial solennia per ecclesiam indicta tollere non potest ex toto, sine rationabili causa, neque etiā quantum ad interpretationem, qualiter sint implenda, quoad horam, cibos, & collationem & huiusmodi duobus concurrentibus, scilicet, si Papa reclamat perse, vel per prædicatores, sicut vbi que facit de ieiunio quadragesimæ, quod seruatur à minori parte fidelium, & tamen consuetudo non excusat. Secundo si talis consuetudo sit recepta ab eis tantum, qui non ieiunant, credentes tamen & scientes ad ieiunium se esse obligatos, & non sit recepta apud timoratos, quia tunc non esset consuetudo, sed corruptela. Secus esset si talis consuetudo tolerata esset per Papam non reclamantem perse, vel prædicatores, & si etiam apud viros timoratos esset recepta: quia tunc excusaret. Hinc corollarie sequitur, quod quia tam confessores, quam prædicatores reclamant super excessibus prædictarum collationū grossarum, quia potius sunt cœnæ, quam collationes & quia viri timorati eas non admittunt, consuetudo earum etiam si præualuerit apud maiorem partem non excusat.

¶ Sed de collatione excessiua, quæ ex frugibus & fruxuris, vel ex saccharo confectis in vigilia Natiuitatis Dñi introducta in Castella & Lusitania est, non satis cōuenit inter modernos Doctores. Nam Nauarrus vbi supra num. 15. hanc consuetudinem reprobat, quia reuera inquit per eam fraudatur ieiunium, quia admittit veram cœnam nomine collationis palliatam. arg. ca. 2. iuncta glossa de consuetud. lib. 6. At vero Me-

Cc 5 tina

ina in sua instruct. lib. 1. §. 1. hanc consuetudinem saluat, dicens, quod qui in vigilia Natiuitatis quantum libuerit in collationem assumit, dum sit ex frugibus ieiunium non soluit: quoniam ut ipse ait, consuetudo hæc adeo inoleuit ut ipsi etiam prælati, & videant sic fieri, & consentiant, atque id ipsum ipsi facientes opere illam acceptent. Dicimus ergo, quod in diocesi fribus & prouincijs, vbi sic vtu receptum est, neque prælati reclamant sed potius eam consuetudinem sequuntur, illa consuetudo excusabit à transgressione præcepti ieiunij. At vero cū vsq; ad satietatem prædictis cupædijs vescantur dicendum sit ieiunium, alia quæstio est, quæ merito reuocatur in dubium. Nam Nauarro videtur quod per eam defraudetur ieiunium. At Metina existimat, quod per eam consuetudinem nõ soluitur. Si autem in aliquibus prouincijs huic consuetudini reclamant prælati, neque viri timorati eam acceptarunt, non omnino excusant à culpam: nam videtur potius corruptela quam consuetudo rationabilis.

¶ Consequenter hæsitare quis hic poterit, an liceat vti mane collatione vsitata vesperi. Respondetur autem cum Caietano, & Nauarro, quod certe non licet assumere manè collationem, quæ solita est assumi in sero. Tum quia nulla inuoluit de hoc consuetudo, quæ possit excusare: & consuetudo, quæ contra ius est non est amplianda cap. ad audientiam. de decimis. & cap. odia. de regulis iur. in. 6. Tamen causa debilitatis complexionis, vel medicinz, vel necessitatis iuste id fieri posset. Quocirca homines curiales, qui tot operantur negotijs, ut neque in die ieiunij, neque in alijs diebus serò reuertentes ad domum hora debita prandere possint, si mane modicas uvas passas cum haustu vini assumant, ne in negotijs à se gerendis deficiant, illicitum nihil faciunt. Nam hac de causa & seruitoribus in religionibus aliquid ante prandium prægustare licitum esse diximus, ne deficiant in seruiendo. Imo si ex nulla necessitate excusante fiat ad mortalem culpam id non venit imputandum, præsertim si sero secunda nõ assumitur collatio, & si quod sumitur in collationem mane adeo modicum est, ut vnicam, quæ de essentia est ieiunij nõ tollat comestione. Imo Victoria, ut refert Metina in sua instruct. confess. eius fuit opinionis, quod si quis pro libito cum collationem fecerit, secundam collationem adijcit facere, neque violat præceptum ieiunij, neque ultra culpam veniale committit, quia reuera semel dicitur comedere in hoc casu in die, si tamen ad preces amici post semel à se assumptam collationem, iterum ratione amicitiz buccellam ad potandum assumat, id omni culpa carebit.

A. ¶ Præterea diffinitio ieiunij secundum mentem D. Thomæ & prout colligitur ex Isidoro. Pannonitano & alijs est hæc, scilicet, Ieiunium est abstinentia ciborum, secundum ordinationem vel consuetudinem ecclesiæ, ita ut semel tantum in die naturali sumatur cibus, per modum cibi, id est, comestione satiantis, & sic, ut abstinetur à carnibus, & trahentibus feminalem originem ab ipsis, ut à lacte caseo, & ouis. Quæ quidem diffinitio elicitur ex distinct. 4. can. denique. Sed nota, quod quoad particulam vltimam, scilicet, quod abstinetur à lactinij, & ouis conuenit, soli ieiunio quadragesimali, alijs autem ieiunij competit secundum consuetudinem regionis.

B. ¶ Circa illam particulam prædictæ definitionis, scilicet, ut semel in die naturali sumatur cibus, notandum est primo, quod vnica comestio est de essentia ieiunij, nisi consuetudo permittat aliam paruam comestione, qualis est collatio. Quo circa, qui à prandio factò surgit à mensa intentione amplius non comedendi, & postea redit ad eam, & comedit ieiunium frangere videtur, secundum Archidiaconum cap. non licet, de consecr. dist. 1.

¶ Item circa eandem particulam de vnica comestione, dubium emergit, an qui mane comedit in die ieiunij per ignorantiam, vel inaduertentiam, quæ illum à violando excusauit, an postea comperito, quod dies ieiunij erat, peccet nõ ieiunando, sed secundo comedendo. Et videtur quod peccet secundo comedendo, quia videtur, quod qui ultra vnica comestione comedit, pluries, faciat contra præceptum de semel comedendo in die ieiunij. Itè in die veneris, vel feria sexta si quis vescitur carnibus toties peccat in die, quoties eas edit: ergo in die ieiunij toties, quoties quis comederit peccabit contra præceptum ieiunij. In hac igitur quæstione decisione non satis concordant. Nauarrus & Metina in sua instructione. Nam Nauarrus in summa. cap. 2. num. 27. ait, quod qui mane comedit in die ieiunij per ignorantiam, vel incogitantiam, quæ à violando ieiunio excusat, & ob id non ieiunat, peccat quidem, quia non obstante tali esu poterat, inquit, ieiunare, perinde ac si nihil comedisset & hora consueta vesci. In cuius gratiam citat Palud in. 4. dist. 15. quæst. 4. art. 4. §. Secus autem esse censet, si ignorantia, vel inaduertentia à violando ieiunio non excusaret, eo quod fractum ieiunium reparare non potest illo die, & alio nõ tenetur, secundum omnes cap. 2. de obseruat. ieiunij. Metina autem vbi supra indistincte tenet, quod in secunda comestione frangitur præceptum ieiunij, ita, ut si addat tertio comedere iam illa tertia comestio nõ erit peccatum: quia iam post secundam comestione impossibile est ser-

uare ieiunium semel fractum, quoniam præceptum ecclesiæ ieiunium ad vnica solam comestione restringit. Igitur pro resolutione quæstionis, dicimus primo, quod qui inaduertenter & per inaduertentiam, & ignorantiam, excusantem à culpa mane comedit vnica comestione sufficientem, qualis sit in prandio tempore ieiunij, præsertim si in ea abstinet à carnibus, tunc si comperito post, quod est dies ieiunij, hora consueta in prandio secundo comedit in ista secunda comestione peccat, quia frangit ieiunium, licet in comestione prima mane facta, ex ignorantia & inaduertentia cum excusante non peccauerit. Patet autem, quia, ut ait Metina, sententia est aliquorum Doctorum non violatur ieiunium eo quod quis mane hora octaua, vel nona comedit, dum illa die ab alia comestione abstinetur, quam ipse Metina non reprobatur. Imo neque est reprobanda, quando subest rationabilis causa ut quia iter imminet agendum, ergo illa comestio mane facta nõ abstrahit essentiam ieiunij, eo quod mane sit facta: ergo si non superaddatur in meridie secunda comestio, potest qui sic comedit, adhuc seruare ieiunium, ac per consequens secundo comedendo peccat, quia frangit ieiunium, quod adhuc poterat seruare. Quod est in parte contra Nauarrum. dicentem quod adhuc in hoc casu potest hora consueta vesci, perinde ac si nihil comedisset, quod nos negamus, quando mane comedit vnica comestione sufficientem pro sustentatione totius diei. Si autem illa comestio sufficiens non fuit, quæ fuit mane facta, tunc vera est opinio Nauarri, quam dicit esse Paludis in. 4. dist. 15. quæst. 4. art. 5. scilicet, quod potest prandere hora consueta, perinde ac si mane nihil comedisset. Et tunc, quia forte non addendo vltiorem comestione seruauit ieiunium, ut opinatur Nauarrus, ideo ait, quod peccat in hoc casu tertio comedendo. Neque obstat opinio Metinæ, dicentis, quod in secunda comestione frangitur ieiunium: quia hæc eius sententia intelligenda est, quando prima comestio iam facta sufficiens fuit pro sustentatione totius diei.

¶ Si autem non inaduertenter, sed de proposito in die ieiunij aliquis noluit ieiunare, in hoc casu dico secundo, quod in prima comestione, quæ mane ex ista intentione fecit, siue fuerit sufficiens vel insufficientis peccauit quidem, quoniam facta fuit cum intentione frangendi, & non seruandi ieiunium, in secunda autem comestione, scilicet, prandendo peccat, quando prima mane facta fuit sufficiens pro totius diei sustentatione: quia non prandendo poterat seruare ieiunium. Si autem comestio prima mane facta sic sufficiens non fuit, licet iam peccauerit in eo, quod à principio voluit non seruare ieiunium, sed ien-

tate & post prandere: tamen post prandendo non ex prima voluntate non obseruandi ieiunium, sed quia videt se iam non posse prima insufficiente comestione ieiunare, ideo superaddidit prandere, iam nõ peccat: quia iam impossibile est sibi per illam comestione primam insufficientem solam seruare ieiunium illius diei. Hinc iam patere poterit ad illam quæstione, quam proponit Syluester in sum. verbo. ieiunium. §. 2. An fractor ieiunij pro qualibet vice qua comedit in die ieiunij, ultra vnica vicem peccet mortaliter. Vbi respondet Syluester contra Ioannem de Neapoli quodlibet tenentem quod qualibet vice, qua comedit peccat mortaliter, quod verius est & communius tenetur secundum Durandum in. 4. sent. quod semel peccat mortaliter, scilicet, vice illa, qua se impotentem reddit ad ieiunandum, quia respondetur, quod cum prima comestio fuit sufficiens, vel insufficientis, quia per illam, & per prandium subsequens voluit à principio frangere ieiunium formaliter, ratione vnica volitionis totum est vnica peccatum. Sed si in secunda comestione aduertens, quod potest adhuc ieiunare, quia prima comestio fuit sufficiens, rursum renouat actum volitionis, quod nunc etiam in secunda vult comedere, si comedat renouatur peccatum. Patet ex ratione Syluestri, quia potest tunc ieiunare adhuc abstinendo à secunda quædam comestione, & nõ vult abstinere, imo vult comedere. Si autem prima comestio fuit insufficientis, sed tamen fuit assumpta cum intentione, violandi ieiunium, tum quidem semel peccauit, scilicet, in prima: sed iam in secunda, quam facit non peccat, quando, quia videt se cum comestione prima, ut pote insufficienti non posse transire totum diem, ideo secundo comedit. Et hæc (nisi fallor) est distinctior resolutio. Igitur ad argumenta in contra respondendo dicimus, ad primum negantes, quod toties quoties comedit qui frangit ieiunium, facit contra præceptum, sed solum in casibus iam declaratis. Secundo respondetur, quod si ut ait Syluester, nouo contemptu & noua volitione frangendi ieiunium, sic qualibet vice comederet, qualibet vice sic comedens in die peccaret. Si autem iste nouus contemptus, & repetitio volitionis non interueniat non in omnibus vicibus comestione peccabit, sed in his, in quibus interuenit ad modum explicatum. Sed an sint peccata distincta numero, nisi quando iuxta sententiam magistri Cani istæ volitiones interruptæ renouantur. Ad secundum vero argumentum respondetur, non esse eandem rationem de semel frangente ieiunium, & de frangente

gente



gente præceptum abstinendi à carnibus in die ieiunij, vel in feria. 6. Quoniam præceptum ieiunij cum importet vnicam comestionem, qui ultra eam transgressus est secundo comedens iam illo die impotens factus est ad ieiunandum. At vero præceptum non vescendi carnibus, quoniam non vnicam abstinentiam à carnibus in vna tantum comestione importat, sed per totum diem eam abstinentiam indicit, ideo toties interueniet peccatum in esu carnium, quoties illo die aliquis eo esu carnium usus fuerit.

¶ Quæritur septimo vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendū his, qui ieiunāt. Respondetur, quod quia ieiunium ordinatur ad deletionem culpæ, & ad eius cohibitionē, oportet in eo aliquid addatur supra communem consuetudinē: ita tamen, vt per hoc natura nō multum grauetur: ideo conueniens hora comedendi in tempore ieiunij est circa horam sextam. Tū, quia iam videtur tunc completa digestio per calorem reuocatum interius propter frigus noctis circumstantans. Tum, quia iam tūc humor diffusus est per membra cooperante ad hoc calore diei, vsque ad summū solis ascēsum. Tum etiā, quia natura corporis humani adiuuari tum indiget contra exterioris aeris calorem ne humores interius adurantur: conueniens ergo est talis hora vt ieiunans aliquam satisfactionem faciat pro culpa, per afflictionem, quam patitur per hanc dilationem comestionis. Tum etiā, vt conformetur Christo patienti, qui horā nona inclinatio capite expirans conpleuit passionē, vt sic suam carnem cum Christo videatur crucifigere, qui ieiunat, iuxta illud Apostoli ad Galat. 5. Qui autem Christi sunt carnem suam crucifixerunt cū vitijs, & concupiscentijs. In veteri autem lege, quia eius status comparabatur nocti, iuxta illud ad Roman. 13. nox præcessit dies autem appropinquauit, ideo tunc ieiunabatur vsque ad noctem; non autem sic ieiunatur in lege gratiæ, cuius status cōparatur diei. Neque requiritur hora comestionis punctualiter determinetur, sed circa horam nonam non multum subtiliter hoc examinando. Huiusmodi autem dilatio temporis nullis cuiuscumque cōditionis personis multum nocere potest, sed si propter infirmitatem, vel ætatem, vel aliquid huiusmodi hoc aliquibus personis in magnum grauamen cederet dispensandum esset cum eis in ieiunio, vel vt aliquantulum præuenirent horam.

¶ Circa doctrinam prædictam inquirendum est, primo, in nostris temporibus, quæ nam sit observanda hora comestionis in die ieiunij. Respondetur autem, quod secundum Syluestrum loco citato. §. 11. & 12. in iure scripto nulla est hora determinata comedēdi in die ieiunij, nisi ho-

ra vespertina tēpore quadragesimali, vt habetur de consecr. dist. 1. can. solent. Quæ quidem hora vespertina, est hora nona sed non punctualiter accepta. Sed iam nunc cum ipso secundo dicimus, quod consuetudo in hoc casu lex est, aut vicem habens legis, atque ideo consuetudini stādum est in omni ieiunio, vt in meridie, vel circiter non per astrolabium, sed grosso modo, pro vt cōsuetudo id computauerit, comedatur dist. 11. in his. Tertio adijcimus id, in quo omnes cōueniunt, quod si die ieiunij etiam de præcepto quis non hora consueta, sed mane comedat, siue ob iter arripiendū, siue ob hospites, siue ob aliā honestam, & iustam causam ieiunium non frangit. Ita Innocentius in Rubric. de obseruatione ieiun. & Syl. vbi supra. §. 13. & Gabriel in. 4. dist. 16. quæst. 3. art. 9. Et angelus verbo. ieiunium. §. 2. Sed quod magis in hac parte vrget, dubium est an prohibito & sine causa rationabili excusante in die ieiunij de præcepto anticipare horā prandij mane comedendo, sit fractio ieiunij, ac per consequens sit culpa mortalis. Videtur autem, quod mortali culpa non careat, quoniam D. Thomas in solution. ad. 3. ait, quod cum aliquibus personis in magnum grauamen cedit hora debita prandere in die ieiunij, vel dispensandū est cum eis in ieiunio, vel, vt aliquantulum præuenire possint horam. Ergo si ad præueniendā horam dispensatione opus est secundum D. Thomam, sequitur, quod præuenire horam mane plusquam culpa venialis sit. In hoc autem quæstionis puncto non satis videntur concordare Doctores. Nam Caietanus. 2. 2. quæst. 147. art. 7. & Palud. in. 4. dist. 15. quæst. 4. articulo. 4. contra Angelum insinuant esse mortale, quia per hoc frangi ieiunium arbitrantur. Pro quibus facit ca. solent de consecr. dist. 1. Vbi ex Cōcilio Cabilonensi habetur quod si in quadragesima ante horam nonam, & antequam celebretur diuinum officium, ieiunantes manducauerint, nullatenus ieiunare credendi sunt. Syluester vero vbi supra non satis se explicat. licet citans Paludem & gloss. dist. 25. §. alias ea demum, videtur tenere, quod talis anticipatio est mortalis. Victoria autem dubium se ostendit in hoc, licet magis inclinet in negatiuam partem. Igitur pro expeditione quæstionis dicitur quarto, quod probabile est, quod etiam si quis sine causa excusante in die ieiunij de præcepto mane manducat cum intentione nullum aliud prandium, aut cœnam per totum diem sumendi, secluso contemptu, & scandalo: nō peccat mortaliter. Hæc sententia probatur primo, quia Victoria, licet in hac parte hæsitet, tandem affirmat in sua lectione super. 2. 2. D. Thomæ à te lecta anno. 1535. quod forte ista anticipatio comestionis nunquā ex-

cedit

cedit veniale. Quod & probatur eius ratione, quæ in huius gratiam adducit, scilicet, quia si hora prima diei, id est, mane persoluat quis horam diei vespertinam, non videtur peccare mortaliter, sicut neque horam primam retardando sine causa vsque ad decimam horam noctis: ergo neque etiam peccare videtur mortaliter, qui anticipat horam ieiunij manducando mane solum. Secundo probatur: quia (vt habetur instit. de actionib. §. plus autem. plus soluit, qui ante tempus soluit) iste soluens debitum ieiunij de præcepto, licet ante tempus videatur præuenire implementationem ieiunij, manducando mane, cū intentione nullatenus amplius comedendi. Tamen ista præuentio non sic est in fraudem præcepti ecclesiæ præcipientis tali hora circa meridiem prandere vt constituat culpam mortalem. Quia, cum talis hora non sit de essentia ieiunij, vt omnes fere fatentur, quibus adheret in sua instructio. Metina, cum non dissoluatur in hoc casu essentia ieiunij, non videtur frangi præceptum ieiunij, quod principaliter essentiam ieiunij respicit, vt seruetur. Tum etiam tertio probatur: quia ecclesia sua ieiunia ordinat ad aliqualem afflictionem satisfactoriam carnisque macerationem. At vero nō minus, aut paulo minus, aut forte magis affligitur & maceratur caro manducando solum mane, & abstinendo deinceps per totum diem à sumptione cibi, etiam in meridie incalescente, & defatigante corpora tole, quam si in meridie vbi propter intemperiem caloris refrigeratione & refectioe prandij indiget corpus tunc non prandeat. Ergo vna sola comestio facta mane non ita videtur tollere finem præcepti ecclesiæ de ieiunio, vt constituat mortale, etiam si sine causa excusante tunc fiat. Huic sententiæ videtur accedere Metina vbi supra. Tum, quia ait esse opinionem aliquorum, quam ipse non reprobat. Tum, quia ipse tenet, quod de essentia ieiunij est vna comestio sola: & nihil dicit de hora, scilicet, quod sit de essentia.

¶ Ad argumentum desumptum ex illa solut. D. Thomæ, ad. 3. dicimus, quod per hoc, quod D. Thomas ibi insinuat, dispensatione opus esse vt in die ieiunij comedendi præueniatur hora, non indicat aperte talem præuentionem etiam notabilem esse mortalem: quia etiam vt videntur peccata venialia graua, solet dari & peti dispensatio & oportet ad vitandum veniale graue, vt petatur.

¶ Ad argumentum desumptum ex dict. can. solent. in gratiam Paludis & Caiet. respondetur, quod tunc erat præceptum strictum in quadragesima sic ieiunandi, vt non comederetur ante horam nonam, & vespertinam, id est, ante horā

vesperatū, quod iam recessisse ab vsu constat. Quoniam, vt ait Metina, iā consuetudo inoleuit apud Christianos, vt post vndecimam horam in die ieiunij prandeat ieiunantes. Quam quidem horam vndecimam etiam pro libito prolatum licitum est, modo sine superstitione fiat, secundum Nauarrum allegantem pro hoc D. Antoninum cōmuniter receptum. Quocirca iam illa consuetudo exoleuit. Vnde non censentur nūc secundum eundem Nauarrum frangere ieiunium qui ante vespertas quadragesimæ comedunt, vel in alijs ieiuniorum diebus ante nonam recitata, quanuis diuinis officijs additi id facere sine iusta causa non debent secundum D. Antoninum. 2. part. tit. 6. cap. 2. & Caiet. art. 7. quæst. prædict. Ex prædictis ergo sequitur can. solent, vt pote quantum ad horam per consuetudinem abrogatum nihil concludere contra nos.

¶ Quæritur deinde octauo, an conuenienter ieiunantibus indicatur abstinentia à carnibus, & ouis & lacticijs. Respondetur autem, quod vt supra dictum est, ieiunium ab ecclesia institutum est ad carnis concupiscentias reprimens, quæ sunt circa delectabilia, secundum tactum venerorum, & secundum gustum ciborum. Quocirca ideo ecclesia illos cibos ieiunantibus interdixit, qui in esu & gustu maximam excitant delectationem, & iterum, maxime hominem ad venerea prouocant, cuiusmodi sunt carnes animalium in terra nascentium, & respuantiū: & quæ ex eis procedunt, sicut lacticia ex gressibilibus, & oua ex auibus. Hæc etenim, quoniam magis conformantur humano corpori, plus delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum: & sic ex eorum comestione plus superfluit, vt vertatur in materiam seminis luxuriæ. Et ideo ab his cibis præcipue ieiunantibus ecclesia statuit esse abstinendum. Insuper cum ad tactum generationis tria concurrant, scilicet, calor, spiritus, & humor: ad calorem maxime cooperatur vinum, & alia calefacientia corpus: ad spiritum maxime videtur cooperari inflatiua: sed ad humorem maxime cooperatur vsus carnium, ex quibus multum de alimento generatur. Et quia alteratio caloris, & multiplicatio spirituum cito transit, sed substantia humoris diu manet: ideo magis interdicitur ieiunantibus vsus carnium, quam vini, & leguminū, quæ sunt inflatiua. Item, quia esus carnium magis est delectabilis cōmuniter, quam vsus pisciū, quanuis in quibusdam aliter se habeat, ideo ecclesia magis interdixit ieiunantibus esum carnium, quam esum piscium, principaliusque prohibent tam oua, quam lacticia in quantum ex animalibus carnes habentibus oriuntur. Atque ideo in quadragesima

dragesimali ieiunio, ut pote solenniori, non solum interdicitur esus carniū, sed etiam esus ouorū, & lacticianiorum. In alijs vero ieiunijs consuetudo ab unoquoque est obseruanda, quæ est inter eos inter quos conuersatur. Vnde D. Hieronymus, de ieiunijs loquens ait: Vna quæque provincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur.

¶ Circa prædictam doctrinā multa occurrunt dilucidanda dubia. Primo igitur hinc patet in regionibus Indiarum non contra ius esse vsum, qui inoleuit ibi, comedendi carnes, quorumdam animalium, quorum quædam vocantur icoteas, quædā yeguanas, quædā manati. Quia (licet eorū carnes multum accedant ad similitudinem animalium terrestriū) tamen animalia aquatica esse censentur, vel quia ex aquis fluminum, vel maris originem ducunt, vel quia ibi frequentius conuersantur: quia respirare non videtur. Similiter carnes limacum, & ranarum.

¶ Secundo est notandum, quod oua & lacticia in quadragesima esse prohibita habetur ex cap. denique. 4. distinct.

¶ Iam dubium declaratione dignum hic nobis obuiat, scilicet, an non habens votum speciale, vel generale abstinenti ab ouis, & lacticianijs in dominicis quadragesimæ possit comedere oua & lacticia. Et videtur certe, quod possit, quia ratione ieiunij quadragesimalis, ista sunt prohibita, sed ecclesia in prædictis dominicis ad ieiunandum non obligat: ergo neque ad abstinentiam tunc ab ouis & lacticianijs. Sed in contrarium videtur esse consuetudo populi christiani, qui secluso privilegio bullæ cruciatæ etiam in dominicis quadragesimæ ab ouis & lacticianijs abstinet. Igitur, quia non desuere in nostris temporibus qui opinionem Panormitani in rubrica de obseruantia ieiuniorum iam explosam reuocare voluerunt, dicentes in diebus dominicis quadragesimalibus esum ouorum & lacticianiorum non esse iure communi ecclesiastico prohibitum, dicendum esse videtur, quod opinio negativa contraria, scilicet, quod iure communi id prohibente non liceat prædictis cibis tunc vesci, est opinio antiquior, & tutior, & conformior capitulo demique distinct. 4. ex Gregorio. Et est verior contra nouam opinionem quorundam modernorū, & iam nostra vsu recepta est & probatur: quia consuetudo interpretatur ius in dubio. Ergo sic exstante hac consuetudine præsumitur id dictare ius. Secundo patet ex dict. can. denique. vbi Gregorius ait, quod laici in dominica carnis priuilegium, id est, in quadragesima ex mala consuetudine, se ingurgitantibus accuratis cibis carniū, venia danda est, scilicet, poenæ, licet non culpæ secundum glossam, ibi, Et subiungit statim. Par

A est, inquit, ut nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam trahunt originem carnis ieiunemus, à lacte, caseo, & ouis. Vbi Gregorius ibi non ait quod tantum in diebus ieiuniorum quadragesimæ abstinenti est à lacticianijs & ouis: sed quod in omnibus diebus, quibus in quadragesima abstinemus à carnibus abstinenti est ab lacticianijs & ouis. Sed sic est, quod etiam in dominicis diebus quadragesimæ à carnibus abstinemus: ergo ex hoc iure eisdem diebus dominicis abstinenti est ab ouis, & lacticianijs. Alioquin, si ratio illorum valeret, quod ideo illis dominicis diebus licet vesci ouis, & lacticianijs: quia dies ieiuniorum non sunt sequeretur, quod liceret vesci carnibus, si per hoc ius non prohibetur. Item patet ex exemplo adducto à Corduba in quæst. 168. ex additis ad tractatum de casibus conscientiarum se editum vbi hanc nostram defendit sententiam. Vbi ait, quod ideo oua reposita in torta panis, quæ hispanice hornazo dicitur reseruantur comedenda in paschate: quia neque in dominicis quadragesimæ hæc oua comeduntur: ideo sic reseruantur comedenda in paschate, igitur de consuetudine hac non est dubium.

¶ Sed quid dicendum est de his, qui voverunt ieiunare in quadragesima an teneantur ex voto ieiunare ad formam præcepti ecclesiæ abstinenti à lacticianijs, & ouis. Respondetur autem eodem Cordub. ibi, quod si quis votum emiserit ieiunandi in quadragesima, nisi expresse aliud intenderit, intelligitur se obligasse ad ieiunandum, iuxta formam præcepti ecclesiæ. Vnde de lacte vel ouis vesci non poterit, nisi dum emiserit votum bullam cruciatæ suscepit: quia tunc votum suum oua & lacticia comedendo adimplere forte poterit. Quoniam non videtur per votum priuilegio vescendi ouis & lacticianijs voluisse renūciare, nisi exterius, vel interius in mente explicuerit. Tum etiam, quia secundum Metinam, qui potitur priuilegio vescendi ouis & lacticianijs, vere dicitur ieiunare, atque etiam sic ieiunando præceptum ecclesiæ de ieiunando etiam in quadragesima adimplere. Vnde ex prædictis corollarie patet, quid sit dicendum ad illam, quæstionem, quæ idem Metina quærit, vtrum ieiunia indicta per iubileum vescendo lacticianijs, & ouis possint adimpleri. Quoniam respondetur secundum eundem, quod bene sic adimpleri possunt, si quidem tenor iubilei solum indicit tria ieiunia vera, quæ vera dicuntur, dum in illis abstineatur à carnibus: licet non fiat abstinentia ab ouis, & lacticianijs. Sic enim habet vsus ecclesiæ nihil distinguens, scilicet, quod tempore quadragesimali indulgentiam iubilei lucrantes qui carent bulla tunc lacticianijs & ouis non vescantur, &

tur, & qui bulla gaudent talibus vescentes iubileum lucrantur, secundo perpendendum est, quod communis doctrina est secundum Syluestrum, verbo ieiunium. §. 15. quod solum in quadragesima interdictus est esus ouorum, & lacticianiorum, ut habetur distinct. 4. capit. denique. Non autem in alijs ieiunijs talis esus est interdictus de iure secundum S. Thomam, & Palud. & Nauarr. & Cordubam, & communiter omnes Doctores, nisi consuetudo hoc habeat, quam vbiq; seruadam in ieiunijs ait D. August. D. Ambros. & D. Hieron. ut habetur distinct. 12. ca. illa. & distinct. 76. can. vti nam, quocirca lacticia & oua comedi possunt extra quadragesimam, vbi consuetudo est, quod comedantur. In his autem secundum Nauarrum cap. 21. num. 15. seruanda est consuetudo quadragesime annorū circa lacticia & oua comedenda arg. cap. finali de consuetudine. & l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Sed quid circa hoc obseruandum est in orbe nouo Indiarum, & in terris noue repertis, & alijs, in quibus non inualuit consuetudo vlla. Respondetur, quod ibi obseruandum est ius commune, scilicet, de non comedendis ouis, & lacticianijs in quadragesima. At in alijs temporibus anni, quia talis esus iure communi ecclesiastico non videtur interdictus, talis esus Indis nouiter conuersis erit licitus, etiam in vigilijs sextisque ferijs. Vbi notatu quoque opus est, quod pro vt constat ex priuilegio à Paulo tertio Indis nouiter conuersis concessio habito autentice in S. Dominico de Mexico, Indis solum tenentur ad ieiunium ecclesiæ in ferijs sextis quadragesimæ, & in vigilia Natalis, & in vigilia resurrectionis. Ad octo enim ieiunia tantum per totum annum tenentur. Sicut etiam ex priuilegio eisdem concessio ab eodem Paulo tertio, solum tenentur ab operibus seruilibus cessare in Natiuitate Domini, & in circuncisione, Epiphania & Ascensione, & in die Corporis Christi, & Pentecostes & 4. festiuitatibus virginis. nempe Natiuitate, Annunciatione, Purificatione, & Assumptione, & in festo Apostolorum Petri & Pauli, & omnibus diebus Dominicis.

¶ At iam de facto scitu opus est, an in Hispania, licet non ex iure, an saltem ex consuetudine in ferijs omnibus sextis anni, & in alijs vigilijs, & quatuor temporibus anni, alijsque ecclesiasticis ieiunijs, præter quadragesimalia ieiunia, prohibitum sit vesci ouis, & lacticianijs. Respondetur autem cum Metina vbi supra, dicente, quod in tempore D. Thomæ in ieiunijs quadragesimæ duntaxat interdictus erat esus ouorum, & lacticianiorum, in reliquis autem ieiunijs talis esus prohibitus non erat. Sed nunc inquit obseruanda est abstinentia ab ouis, & lacticianijs, propter consuetudinem receptam apud nos, saltem in re

A gno Castellæ. Consentit Nauarrus dicēs, in ieiunijs seruandam esse consuetudinem quadragesime annorum. Item quia etiam non raro & hic accidit casus, examinatione opus habet, an ecclesiastici, quibus in quadragesima dum non attigerint seragelimum annum solum diploma cruciatæ concedit ex licentia medici & prælati vesci lacticianijs, & ouis, hac obtenta licentia in quadragesima, quia nocet eis piscatum, possint vesci ouis simul & lacticianijs, non abstinenti ab esu piscati. Respondetur autem breuiter, quoniam, supra de hoc non nihil diximus, primo, quod si ecclesiasticus sic ex necessitate dispensatus ordinari in quadragesima comedat lacticia & oua, quibus ob necessitatem, & dispensationem eis vesci licet, si aliquando sine graui nocimento suæ salutis degustat paruum piscatum, etiam non tam salubris, aut aliquando allecutus piscatum aliquod salubre, aut certe non ita nocuum, ex eo simul cum ouis & lacticianijs comedit, præsertim ad excludendum fastidium, non est grauiter ob hoc culpandus, secluso scandalo, vel statuto episcopi contrario, si quod esset. Si autem vere indigens ad salutem elu ouorum & lacticianiorum, vel dubius de hoc, & propter hoc sic dispensatus piscatis se ingurgitaret simul cum ouis, peccaret quidem non contra præceptum ecclesiæ de non comedendis ouis, super quo iuste dispensatus est, sed contra virtutem abstinentiæ, & præceptum de seruanda salute corporis. Si autem sic se ingurgitando experimento didicisset, sibi non nocere piscatum, iam ex tunc tali dispensatione de esu ouorum, & lacticianiorum frui non posset: nam videtur cessare in eo causa dispensationis.

¶ Præterea & id dubij in præsentiarum dissimulandum non est, scilicet, An eo anno, quo dies natiuitatis Domini incidit in feria sexta veneris, vel in sabbato, vbi indulgetur per ecclesiā Christi fidelibus propter celebritatem & lætitiā tanti festi, posse tunc vesci carnibus, exceptis obligatis aliquo voto ad abstinentiā à carnibus talibus diebus, possit religiosus ordinis prædicatorum, qui solum ex suis constitutionibus obligatur ad poenam, & non ad culpam non comedere carnes in diebus, quibus alijs fidelibus licet eas comedere: possit, inquam, citra scrupulū culpæ mortalis eas comedere prædictis diebus. Videtur autem eas carnes tunc non posse edere, quin tales religiosi peccent mortaliter propter rationē Metine. Quia priuilegiū prædictū indulget esum carniū illo die omnibus fidelibus, exceptis his, qui voto, vel constitutione regulari vesci carnibus sunt prohibiti: igitur religiosi ordinis prædicatorum, quibus per suam constitutionem esus carniū est prohibitus, non suffragatur

fragatur priuilegium: ac per consequens ius commune, & antiquum respectu illorum remanet in suo vigore, scilicet, quod die veneris non edatur caro. In contrarium est autoritas Syluestri verbo, ieiunium, quæst. 27. & Victoriam, tenentium contra Metinam. Igitur pro decisione quæstionis dicitur primo: Probabile videtur, quod in illo die veneris, vel sabbati, in quo euenerit festum natiuitatis Domini, religiosi, qui dispensati fuerint super hoc in ordine sancti Dominici à suis prælatis possunt citra vllum peccatum comedere carnes. Hæc opinio probabilis esse probatur. Tum propter autoritatem Syluestri & Victoriam, qui huius sunt sententiæ. Tum quia (vt habetur de obseruatione ieiunij cap. fin. illi, qui neque voto, neque regulari obseruantia sunt astricti in sexta feria, si festum Natiuitatis Domine die ipso venire contigerit, caribus propter festi excellentiam vesci possunt secundum consuetudinem ecclesiæ generalis) sublata videtur prohibitio illa die comedendi carnes. Permanet ergo sola religionis prohibitio, super quam potest prælatus eiusdem ordinis, scilicet, prior dispensare. Ergo iam per prælatum sic dispensatus poterit illo die vesci caribus. Neque enim obstat, quod ecclesia cum prædictis religiosis non dispensat. Quia id verum est quoad obligationem voti & obseruantiam religionis, non quoad obligationem ecclesiæ. Tum etiam secundo magis explicatur & probatur: quoniam ratio, quæ mouit ecclesiam ad tollendum præceptum abstinendi à carnibus in illo die, est, vt ipsa ait, propter excellentiam tanti festi, in quo honeste lætari conceditur, tam spiritualiter, quam etiã corporaliter, scilicet, in cibis. Sed hæc ratio, scilicet, excellentia tanti festi communis est etiam ipsis religiosi: ergo cessat etiam obligatio præcepti ecclesiæ respectu illorum: & solum manet obligatio suæ religionis, qua manet astricti. Ergo illa sublata per dispensationem sui prælati, poterunt illo die carnes comedere. Tum tertio probatur ex glossa in margine, in dict. cap. finali asserente quod si quis vouit non comedere carnes in quinta feria occurrente, eo die festo. Natiuitatis, carnes comedere poterit, nisi etiam eum casum in voto includere intendisset: vt sic illud votum intelligatur de esu non licito. Facit ad hoc de iur. iur. c. petitio. Ergo pari ratione religiosi prædicti sic dispensati poterunt in die illo Natalis Domini in feria sexta incidente vesci caribus: quia non videtur in sua professione inclusisse, scilicet quod illo die Natalis prælatus non posset cum illis dispensare. Imo Victoria videtur insinuare, quod etiam non dispensante prælato ordinis prædicatum cum suo subdito, vt illo die comedat carnes, si citra dispensationem eas comedat

A non peccabit mortaliter, eo quod sua regula non obligat super hoc ad culpam, sed ad poenã. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, quod qui vouit non comedere oua in feria sexta, etiam includendo in suo voto expresse diem Natalis Domini, etiam si in illo die eueniret, tunc secundum Syluestrum si habitualiter in eo casu intendebat se priuare carnibus, vt quia si hoc memoriæ occurrisset, hoc deliberasset & intendisset, non potest carnes tunc comedere. Et in hoc sensu vera est sententia aliquorum affirmantiũ huc teneri tunc abstinere à carnibus: quia abstinentia ouorum includit abstinentiam carniũ & non ecõtra. Si vero tunc non intendebat se priuare carnibus, potest tunc comedere carnes: quia tantum obligatur quantum intendebat. Si vero nescit discernere, vtrum sic vel sic non comedet, tunc contra faciens non est iudicandus de mortali secundum Syluestrum. Tum, quia præsumitur, quod iste qui se per votum priuauit ab ouis & lacticijs, sibi gratis non se voluit priuare per id votum à carnibus sibi magis gratis. Tum, quia in dubio satis est eligere partem tutam: & hæc pars est tuta. Tum, quia in dubio melior est conditio possidentis, & vnusquisque tuendus est in sua libertate: & sic iste liber manet quo ad esum carniũ, postquam non constat ad abstinentiam à carnibus se voluisse obligare: ergo de posito scrupulo potest tunc eis vesci. Sequitur secundo corollarie, quod multo magis prædictis religiosi ordinis Prædicatorum licet, si dispensentur à suis prælatis, edere carnes in die sabbati, si tunc euenerit dies Natalis Domini, An vero vesci caribus in sabbatis anni inducat mortalem culpam in dubium hic verti potest. Respondetur autem, quod comedere carnes in sabbato, vbi non est consuetum, est mortale. Facit de consecrat. dist. 5. can. quia dies. Non tamen vbi est consuetudo eas comedendi, vt in Francia, & Cathalonia, & in alijs partibus. Standum est ergo in hoc consuetudini dist. 12. c. illa autẽ. D Sed iam & aliud obuiat affine dubium, an qui in die sabbati in suis partibus & locis carnes comedere consueuerunt, comedendo in partibus alijs, vbi non est consuetum peccent. Videtur autem, quod peccent. Nam, qui veniunt de patria, vbi in die sabbati, non est consuetum vesci caribus, ad patriam, vbi consuetum est eis in sabbato vesci, non peccant eis ibi vescendo, si cum animo ibi habitandi, scilicet, totaliter illuc commeauerint: ergo à contrario sensu venientes à partibus vbi comedendi est tunc vsus ad loca, vbi talis vsus non est, si ibi comedant, id non facient citra delictum. Igitur pro decisione quæstionis dicitur primo, quod is, qui animo alibi (vbi in sabbato assuetus non est vsus carniũ) habitandi com-

migrat, peccat quidẽ consuetudinẽ abstinendi ibi à carnibus violãdo. Patet, nã argumentũ præcedens à cõtrario sensu assumptũ secundũ Syluestrum. verb. ieiunij. §. 28. id sufficienter probat, ppter quod directoriũ eiusdẽ est sententiã. Secũdo dicitur, qd si quis viator in cuius patria in sabbato nõ abstinetur à carnibus per modũ trãstus se inuenit in patria, vbi in sabbato fit abstinentia à carnibus, secluso scandalo & voto, si quod de hoc emisit, non tenetur ibi abstinere à carnibus. Hæc est Syluestri loco citato, & summistarũ. Distinguentiũ sic, scilicet, qd si venit ad manendũ ibi permanenter, vt ciuis vt incola tenetur à carnibus abstinere; sicut incolæ illius populi abstinẽt si per modũ trãseuntis ibi se inuenit non tenetur abstinere. Victoria cõcedit hæc sententiã esse probabilẽ: quia ait posse nos trãfrire cũ illa, nos illi cõformãdo. Eandẽ sententiã videtur tenere Nauarrus in sum. c. 13. nu. 5. penes finem, vbi ait, se credere solũ transitũ nõ obligare viatorẽ ad audiendã missam in populo, vbi particulare festũ seruatur, quod in alijs locis nõ erat obseruandũ. Probatur autẽ hæc Syluestri & summistarũ sententia. Primo quia statuta particularia alicuius provincie qm nõ sunt alias de facto dãnato, & illicito, nõ vidẽtur viatores alterius provincie & iurisdictionis obligare, quia licet eis ea ignorare; neq; enim tenentur peregrini & exteri transeũtes de his particularibus statutis, & populorũ specialibus consuetudinibus cũ illac transeũt interrogare, vt illa seruẽt. Et de per accidens est, qd illac transeũtes forte audiãt ab aliquo illa esse statuta, & vsũ illius terræ. Facit pro hoc capit. à nobis. de sent. excõm. Vide Innoc. & Panor. ca. à nobis. eod. Item, quia iudex vnus populi nõ videtur accipere iurisdictionẽ supra subditos alterius illac transeũtes, nisi ratione delicti, aut in alijs casibus à iure expressis, de quibus nõ est iste casus: ergo si nõ potest eos punire, nisi ratione delicti, ergo statutũ populi, vel consuetudo de obseruantia festi, aut ieiunij, aut abstinentie à carnibus exteros illac trãseũtes, nõ obligat. ¶ Tertio dicimus cũ Victoria, qd licet prædicta opinio summistarũ sit probabilis: tamen tutior est assertio, qd consuetudo specialis loci ab exteris, dum illic permanent (licet non causa habitandi illud venerint) obseruetur. Ita Nauarrus vbi supra insinuat. Et hoc patet. Tum, quia ita narrat D. Ambrosius se fecisse, cui sententiã se cõformasse in facto ait Nauarrus vbi supra. Tũ, quia raro fit oppositũ sine scãdalo. Tum etiã, quia hoc videtur persuadere illud proverbiũ cõmune, quod sine distinctione profertur. Cũ fueris Romæ, Romano viuito more, nõ tñ propter has rationes volumus persuadere peccato mortali esse tribuendum, si viator in

Instruã. consc. Pars. 2.

A prædicto casu non se conformat cum his, cum quibus se inuenit, nisi forte ratione scandali cũ perferret suo facto contrario scandalum ingenerare.

¶ Hinc iam ex prædicta expeditione quæstionis patet, quid sit dicendum ad plures similes casus, scilicet, de festis particularibus, de ieiunijs specialibus, de votis à populis emisiss, circa abstinentiam ciborum, & de consuetudinibus singularibus locorum circa similia, quomodo exteri & viatores illac transeũtes se debeant habere circa horum omnium obseruatiã, & an possint ab hac obseruantia excusari vel non.

¶ Huc etiam attinet & illa quæstio, scilicet. An cõsuetudo laicorum ligat clericos, & religiosos ibi cõmorantes, circa obseruatiã ieiuniorũ, & an consuetudo clericorũ circa hoc liget religiosos. Respondetur autẽ primo, qd incolæ sicut dictũ est ad ieiunia consuetudinaria sui populi ligantur, etiam si talis consuetudo scripto mandata non sit arg. can. in his rebus dist. 11. Similiter, si episcopus ieiuniũ indiceret, tenentur, qui de illa diocesi sunt ieiunare, sicut etiam exteri, qui illuc accedunt animo illic habitandi: nõ autem si tantum illac transeunt, nisi ad vitandum scandalum, vt dictum est iuxta illud D. Pauli: quia si esca fratrem meum scandalizat, &c.

¶ Secundo dicitur cum Syluestri verbo ieiunium. §. 7. quod consuetudo particularis laicorum circa abstinentias & ieiunia, neque clericorum secularium consuetudo ligat religiosos, quia distincti sunt modi abstinentie inter hos tres status, & plures abstinentias habent clerici, quãm laici, & religiosi, quãm clerici seculares: vnde non oportet, quod ad eorum ieiunia ligentur, quorum etiam consuetudinibus à suis ieiunijs non absoluantur. Secundum regulam iuris, quem non honoro, neque onero. Ita Syluester ait. Cuius dictum limitandum esse censeo & verum esse vbi, vel quando clerici, vel religiosi illam consuetudinem laicorum amplexati non sunt. Secus est autem, si illam inter se iam acceptarunt in vsũ: nam tunc illa consuetudo, quatenus sic per acceptationem, aut vsũ ipsorum propria facta est eos ligabit.

¶ Sed quid, si vniuersitas populi voto aut iuramento vouit ieiunare in vigilia alicuius sancti sibi patroni, circa pestem, vel alias calamitates propellẽdas, an tunc clerici & religiosi inter eos cõmorantes teneantur ad huiusmodi ieiunium. Respondetur autẽ, qd si à principio clerici, & religiosi huic voto vel iuramento reclamãrũt, neq; super se acceptãrũt id onus, non videntur astricti ad illud votum, vel iuramentum ieiunij implendum, nisi forte ratione vitandi scandali in populo. Non enim senatus vel vniuersitas laica

D d lis &



lis & secularis potest gravare ecclesiasticos, vel religiosos huiusmodi iuramentis, & votis propter rationes allatas supra à Sylvestro. Si autē à principio non reclamarunt, sed illud votū acceptarunt, videtur quod ad observantiam illius teneantur. Tum, quia illud acceptarunt à principio, & iuxta regulā iuris in. 6. Quod semel placuit amplius displicere non potest. Tum etiam quia iuxta regulam aliam iuris in. 6. regula. 5. qui sentit onus, sentire debet & commodum, & e contra qui sentit commodum, oportet sentiat & onus: sed isti ecclesiastici gaudent isto patronio istius sancti, quem sibi in patronū assumit populus: ergo postquam acceptarunt, tenentur se conformare populo suo in exhibendo obsequium ieiunij Deo in vigilia illius sancti in honorē sancti. Tum, quia alias vix evitare possent scandalum populi, quod tamen tenetur vitare. ¶ Præterea huc spectat & illa quæstio, an qui gaudet licentia vescendi ovis, possit ea condire aut fruxa sagimine porcineo comedere in die prohibito. Respondetur autem cum Metina in sua instruct. confess, quod qui tali licentia edendi ova gaudet, facultate quoq; lacticia edendi potitur, etiam: & quia accessorium sequitur naturam principalis iuxta regulā iuris: ideo quia accessorium est ad esum ouorum, vt condiantur sagimine porcineo, quo solent ad comestionem præparari, probabile reputavit Victoria ea ova tunc posse comedi sagimine porcineo condita. Sed tamen quia contraria observantia est in Hispania, vbi quia abundantia est optimi olei oleo fruxa & condita solent comedi, opinio Victoria, vt mihi & Metinæ videtur in Hispania non habet locum. Possit tamen habere locum in aliquibus regionibus Indiarum recenter ad inuentis, vbi nulla suppeteret copia olei, aut alterius condimenti, quo possent cōdiri maxime id dissimulante papa, & conueniente terræ illius episcopis, quia necessitas caret lege, & vtile per inutile iuxta regulam iuris: vitari non debet. Ova enim veluti inutilia sunt gustui, nisi aliqua liter præparentur, & condiantur, ne vt insipida reiiciantur.

¶ Porro incidimus in quæstionem scitu necessariam, an illi, qui præ penuria non habent ad manum in diebus prohibitis, nisi ova, quæ sibi suæ gallinæ pariunt, aut pastores vagantes in pascuis, quibus non suppetit in promptu habere alios quadragesimales cibos, sed solum habent lacticia, ex ouibus, quas pascunt, licitè possint his alias prohibitis cibis vesci. Videtur autē qd possint, quia necessitas caret lege. Sed in oppositū est, quia duobus oblati argenteis possunt sibi assumere bullam, per quā licebit prædicta ova, & lacticia comedere: ergo illicitè comedunt

A hæc, quæ alias licitè assumpta bulla comedere possunt. Igitur, p decisione quæstionis dicitur primo, qd quando prædicti cōmodè possunt sibi providere alios cibos, non vetitos non excusantur, si non assumpta bulla cruciatæ prius, lacticijs & ovis, quia in promptu & ad manū habentur in domo, vescantur, nihil curantes de alijs emendis cibis non prohibitis. Secūdo dicimus, qd si sint filij familias, aut pastores, quibus alij cibi nō prohibiti nō suppediatur à parētibz, & heris, neque habent unde possint sibi assumere bullā, neq; parentes aut heri volūt, aut forte nō possunt pro eis bullā assumere, possunt præsertim consulto episcopo, vt tollatur scandalum vesci ovis & lacticijs, quæ illis suppediatur. Patet hoc primo, quia necessitas caret lege. Secundo, quia prædicti sine culpa sua nō sunt adigendi ad tam grauem poenitentia, vt in pane & aqua diē ieiunij, aut feriæ sextæ transigant. Nā hoc est genus poenitentia, quod completū in quadraginta diebus carena, seu carentena vocabatur, vt patet extra in cap. accepisti. de sponsa duorū. Item patet secūdo, quia inter religiosos poenitentia, quæ indicitur religiosi abstinenti in pane & aqua in die, non solet sine culpa aliqua, aut causa sufficēte dari. Ergo prædicti filij familias & pastores, quibus nō suppetit aliud comedendū, nisi ova, aut lacticia, quæ illis exhibentur excusantur, si illa comedant, quia aliās esset redigere eos ad eam miseriam, vt abstineāt toto die in pane & aqua, cum alias agricolæ sint, aut operarij laborantes, aut pastores huc illuc diuagantes vigilijs noctiū, gelu, aut æstu oppressi.

¶ Tertio dicimus, qd illi qui sunt sui iuris, licet pauperes sint, nihil habentes, nisi ova, vel caseū, vel lacticiū, quod domi occurrit ad manum, pro cibo si non sunt adeo inopes, quin eis suppetant duo argētei, quos sine magno incommodo possint dare in elemosinā pro bulla, tutius est dicere, imo sic dicendū est, qd nō possint comedere lacticia, & ova nō assumpta prius bulla. Primo, quia quod alias cōmodè & sine scādalo assumendo bullā possunt comedere licitè, sine bulla licitè eis comedere nō permittitur, maxime cū inde scandalum regulariter immineat. Tū secundo, quia cū his suppetūt ova & lacticia, quæ venalia sunt (si vendi possunt faciliter) ex eorū pretio possunt sibi cōmodè comparare sardinas, vel piscatum, vel alias non prohibitas escas ad comedendum. Quocirca multoties nō excusarentur prohibita alimenta edentes.

¶ Præterea attextitur supradictæ quæstioni & alia appendix quæstio, quæ in facti contingentia accidit. Huius autem quæstionis casus sic habet. In rusticanis quibusdam populis, & villis cuiusdam diocesis, vbi per episcopum erat reserua-

seruatus casus esus ouorum, & lacticiorum in diebus prohibitis, quidam rustici & rusticæ feminae, siue quia noluerunt sumere bullam, siue quia eam sumere præ penuria non potuerunt, bullæ facultate carentes lacticia, & ova comederunt: unde in casum reseruatum ab episcopo suo per synodales inciderunt. Rogati autem à suis curatis, quare non habentes bullam, lacticia, atque ova comedissent, responderunt, quia sui populi rectores, prout quotannis assueverant facere, missuri erant ad episcopum pro impetranda facultate, & licentia, vt ab ea culpa à confessoribus absoluerentur, quæ quidem facultas concedebatur & solita erat concedi. Igitur ratio dubitandi in præsentiarum occurrit, an prædicta impetratio licentia, cuius intuitu & sub cuius confidentia, illi delinquebant, vescendo vetitis sibi cibis, fuerit subreptitia, & inuvalida: an vero subreptione careat, & valida sit. Videtur autem, quod inuvalida sit, quia vt decernitur in Concil. Trident. Sessioe 24. capit. 5. de reformatio. matrimon. Si quis intra gradus prohibitos matrimonij scienter matrimonium contrahere præsumperit, vel qui intra eosdem gradus prohibitos matrimonium consummare ausus fuerit, separatur, & spe dispensationis caret: quia, scilicet, scienter & cum fiducia obtinenda dispensationis peccauit: ergo pari ratione isti rustici, qui scienter & sub spe obtinendi talem licentiam ab episcopo de casu illo reseruato, ausi sunt in illum incidere, spe carere debent obtinendi talem licentiam, & indigni sunt talis licentia concessione, & subreptitia fuisse videtur. Quia si episcopus suus nosset intuitu illius licentia obtinenda peccasse, illam nullatenus concessisset. Sed in contrarium est, quod prout habetur, extra. de rescriptis. capit. super literis. in impetratione huiusmodi literarum, & facultatum & licentiarū simpliciter subuenitur, & vt ait glossa, in margine, rusticitati est parcendum, vbi non interuenit malicia, quæ non interuenire, probatur, ex perspicuis indicijs, puta, ex qualitate personæ, & forma rescripti. Igitur pro decisione quæstionis, quia de his obreptionibus, vel subreptionibus alibi prolixius disputauimus, nunc quatenus attinet ad præsentem casum breuiter dicimus. Verisimilius de tali licentia sic impetrata ab episcopo, pro absoluedis illis rusticis ab illo casu reseruato quod non obstante, quod sub spe & confidentia obtinendi illam licentiam deliquerint, vescentes ovis & lacticijs, & non obstante, qd in supplicatione facta ad episcopum supplicata fuit metio istius confidentia, & non explicata, fuit valida, neq; subreptitia censenda est talis licentia concessio. Patet, quia verisimile est, qd si eiusdem confidentia

Instruct. conf. Pars. 2.

A tia mentio facta fuisset, nihilominus eam licentiam episcopus concessisset, neq; multitudinē popularium agreritium & simplicium ad se venire pro absolutione cogeret, quorū multi eorū forsatis bullam cruciatā sumere nō potuerunt, neq; aliquid aliud quod comederēt forte haberēt, quia subueniendū est simplicitati, & parcendum rusticitati (vt supradicta glossa ait). Tum secundo, quia vt ait Nauar. in tum. c. 2. n. 86. secundum Rot. in Nouis decis. 32. de rescript. & Bellam. decis. 698. & Felin. in. c. postulasti. col. 4. de rescript. quæcunq; expreltio falsi mouentis principem ad gratiam concedendam nocet, non autem quælibet taciturnitas veri idem facientis, sic nocet impetranti: sed solum ea taciturnitas, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi. Quæ quidem regula vere aurea est, quippe quæ conducit ad multos alias inextricabiles rescriptorum casus decidendos. Igitur, si taciturnitas veri mouens principem ad concedendam gratiam non nocet eam impetrati, sed sola ea taciturnitas veri nocet, qua tacetur verū, quod iura iubent exprimi, & ille casus, scilicet, sub spe obtinendi licentiam absolutionis de casibus reseruatis, peccasse, non connumeratur inter casus, quos ius iubet exprimi in supplicatione, vt est videre in glossa connumerante illos in dict. ca. super literis. de rescript. vers. literas. Ergo prædicta taciturnitas illius confidentia non nocet, ac per consequens non inuvalida, aut subreptitia efficit sic impetratam licentiam ab episcopo. Ad argumentum in contra dicitur, quod fuit specialis dispositio concilij in illo speciali casu arduo Matrimonij, vt scienter sic contrahentes in gradu prohibito, aut consummantes tali poena punirentur, vt spe dispensationis cōsequenda carerent. Et ideo dispositio hæc vt pote specialis & odiosa, non est ad alios casus extendenda. Quauis secūdo dici potest, quod non procedit hoc argumentum, & simili. Quia concilium nihil meminit, vtum sic contrahentes contraxerint sub confidentia obtinenda dispensationis, vel non, sed solum eos sic punit, quia scienter in gradu prohibito contraxerunt, aut consummarunt.

¶ Deinde quæritur, an pueris possint ministrari ova, & lacticia in diebus prohibitis. Respondetur autem cum Fratre Antonio Cordubensi in quæst. 60. in tracta. de casib. conscient. quod loquendo de pueris paruulis vniuersalis consuetudo interpretatur, seu declarat, qd pueri iam septennium excedentes, vel octo annos iam adepti, qui iam vsu rationis & aliquati discretione non carent, qua sciunt discernere, qd Christianis lacticia, & ova in diebus vetitis sunt prohibita, & qd Christiani ea tunc non comedūt, pec-

D d 2 cant

cant contra præceptum ecclesiæ, si ea comedunt. Similiter & parentes, si alios cibos habentes non prohibitos ea illis comedenda subministrant, peccant, & multo magis, si carnes istis pueris sanis tunc comedendas propinant. Si autem pueri eam ætatem prædictam non attigerint, ac proinde usus rationis & discretionis ad discernendum cibos vitatos expertes sint, iuxta consuetudinem patriæ, possunt eis propinari ova, & lacticia, imo & carnes in quadragesima, si sic ibi receptum est usu. Huius sententiæ est Caietanus. 2. 2. quæstione. 147. art. 8. cui subscribit Pedraza in confessionalibus in 3. præcepto. §. 14. & Syluester, verbo, ieiunium. quæst. 5. in fine. & quæst. 10. in principio. & Panormi. cum alijs doctoribus, ubi supra de obseruat. ieiunij, quia huiusmodi pueri non sunt communiter affecti ad obseruandas leges ecclesiæ, cum usu careant rationis. In huius rei gratiam Corduba ibi citat Victoriam. Sed tamen Victoria in lectione à se dictata anno 1535. mouens hanc quæstionem, an liceat pueris quinque aut sex annorum in diebus veteris præbere ova, aut carnes ad comedendum, solum respondit, quod non est benefactum eis ista comedenda præbere: licet inquit non sit mortale. Sed ego dico cum communi opinione, quod in spicienda est consuetudo terræ, super hoc, & obseruanda.

¶ Deinde alia dubia minutiora circa materiam ieiunij veniant enodanda. Et primo illud dubium, ubi quæri solet, utrum ieiunium iniunctum in poenitentiam à confessore, ubi nihil confessor explicuit de tempore possit impleri in vigilia sancti, ubi de præcepto ecclesiæ aliàs est ieiunandum. Respondetur autem primo cum Soto in quarto sentent. in materia de satisfactione. quia opera aliàs debita non sunt ordinario modo in poenitentia imponenda: ideo confessor, nisi aliud exprimat dum poenitenti præcipit ieiunare, si poenitens non sit ex aliqua causa excusatus à ieiunando in quadragesima, quia tunc ex debito præcepti tenetur ieiunare in quadragesima, intelligitur non tunc, sed post pascha ipsum teneri ad adimplerionem ieiunij: quia nomine poenitentiae intelligitur opus supererogationis, id est, aliàs non debitum. Secus est, inquit Sotus, si ex præcepto confessoris poenitens tenetur dare elemosynam: quia si occurrat tunc aliquis in extrema necessitate licet iare diuino aliàs teneatur illi tunc elemosynam erogare implet illud præceptum poenitentiae de elemosyna danda contra Palud. quia de per accidens est ad istam dationem elemosynæ, quod tunc occurrit illa extrema necessitas, quatenus attinet ad adimplerionem huius poenitentiae. Sed quid si confessor dixerit poenitenti, ieiunabis se

A riji sextis totius anni, an si aliquam tunc poenitens omittat, in qua non ieiunet teneatur ieiunium omittum in alia die supplere. Respondetur autem cum Mag. Fr. Ioanne à Peña Cathedralico olim Salmanticensi dignissimo, quod non tenetur alia die supplere. Sicut etiam si cum vouisset ieiunare omnibus ferijs sextis anni sic ommitteret aliquam, non teneretur in alia die supplere, sed de omissione poenitere. Et idem censet idem Magister de voto, dicendi psalmos aliquos, & orationes in ferijs sextis ex deuotione ad Christi passionem, vel in sabbatho ex deuotione ad matrem Dei, quia principaliter hic intentio uolentis intendit ad deuotionem temporis. Atque etiam confessor indicens poenitenti ieiunium in ferijs sextis videtur habuisse respectum ad sanctitatem diei. Secus est, si iniuncta esset poenitentia alicui de largienda elemosyna in ferijs sextis, vel si in ferijs sextis vouisset elemosynam pauperibus dare: quia in elemosyna de per accidens assignatur tempus & principale in ea est subuenire pauperi. Unde si eam omisit poenitens dare in feria sexta tenetur eam alio die pauperi largiri. At Nauarrus in summa cap. 12. numero 54. de poenitentia imposta implenda in sextis ferijs probabiliter dicit, quod poenitens eam omittens tenetur alio die illam implere, quia confessor in hoc non respicit principaliter ad diem.

¶ Item & ad hoc dubium opus est respondere. An iubileum indicentem ieiunia in tribus diebus, possit quis lucrari ieiunando in diebus ieiunij, in quibus ieiunare præcipit ecclesiæ. Videtur, quod non quia ieiunia supererogationis, & aliàs non debita videtur indicare papa in iubilæo, dum aliud non exprimit. Sed in contrarium videtur esse consuetudo cui astandum est. Respondetur autem, quod certe nihil videtur obstare ad lucranda iubileum, quod illam lucrans ieiunet in diebus ieiuniorum ecclesiæ, quia hic non ita requiruntur ieiunia erogationis, sicut diximus ordinario modo requiri in poenitentiae satisfactione iniuncta. Tunc etiã probatur ex ratione Metinæ in sua instructione, qui huius sententiæ esse videtur, quia papa in iubilæo, dum aliud non explicat, solum indicit tria ieiunia vera: qualia etiam sunt ieiunia debita aliàs: qualia sunt quadragesimalia, & quatuor temporum: ergo per ea satis fit iubilæo, quem ait etiam lucrari posse in quadragesima ieiunando, qui comedit tunc ova, & lacticia, dum tamē habeat bullam ad ea comedenda. Tunc etiam patet, quia beneficium principis ecclesiæ, quale est beneficium iubilæi, late est interpretandum, ut de quibuscunque ieiunijs sine aliàs debitis sine non intelligatur, capit. cum dilecti. de donat. & cap.

& capit. circa. de priuileg. in gloss. vlt. Et per Innoc. cap. olim. de verborum significatione. tum etiam patet: quia ieiunia etiam debita applicari possunt in satisfactionem debitam pro peccatis in poenitentia: ergo etiam applicari possunt pro causa condicionali, & dispositiua ad lucrandum iubileum.

¶ Item hic inquiri potest, utrum si duo ieiunia ecclesiastica coincident in vno die, ut si ieiunium aliquod quatuor temporum coincidat in vigilia alicuius Apostoli, aut sancti, si quis ieiunium illius diei, sine causa prætermittat, duplici peccato peccet, explicando in confessione. Respondetur autem, quod iam in primo Tomo nostri instructorij conscientiae conclusimus duo hic committi peccata formaliter. Nam sunt duæ transgressiones formaliter, licet vna sit materialiter, quia transgreditur ille duo præcepta, habentia rationes motiuas diuersas, scilicet, præceptum de ieiunando in vigilia, & præceptum de ieiunando in tribus diebus quatuor temporum. Secus est dum super eandem materiam concurrunt duo præcepta pontificum, ut si vnus pontifex præcepisset ieiunium in vigilia alicuius sancti, & post alius pontifex simplici alio præcepto id ipsum iterum præciperet: quia vtrumque reputatur vnum præceptum, & secundum est confirmatio quædam prioris. Sicut si quis postquam vouit ieiunare vna die determinata sabbathi, iterum voueret ieiunare eodem numero die, non essent duo vota, sed vnum: quia secundum votum tantum esse censetur confirmatio prioris voti.

¶ Ad hæc illa quæstio hic prætereunda non est, scilicet, an inuitare possit quis ad carnem in die ieiunij eum, quem nescit excusari à ieiunio, & probabiliter credit, aut dubitat, quod quia sic inuitatur ieiunium frangat, quod alias seruaturus esset. Videtur autem hoc esse licitum, quia sic inuitans solem subministrat materiam ciborum, quibus inuitatus potest bene & malè vti. Sicut (ut videtur) potest mercator inuitare ad aleas ex sua officina emendas eum, qui potest eis bene & malè vti: licet dubitet an illis malè vti. In contrarium est, quia qui sic inuitat dat causam propinquam inuitato peccandi mortaliter. ¶ Igitur respondentes ad quæstionem dicimus primò, quod qui inuitat ad carnem eum, quem scit alias non excusari à ieiunio, & ob eam inuitationem ieiunium esse fracturum, quod alias esset seruaturus, peccat quidem: quia inducit ad malum non paratum, & occasionem propinquam ei dat peccandi mortaliter. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 147. art. 4. & Nauarrus in sum. capit. 21. nu. 24. idemque censet Nauarrus esse iudiciu de sic inuitante ad carnem, quando probabiliter cre-

Instr. consc. Pars. 2.

A dit, aut etiam dubitat, quod ob eam inuitationem frangat ieiunium, quod alias esset seruaturus, quia in dubio dum non deponitur scandalum ruinæ præbere proximo illicitum est. Secundo dicitur cum Caietano ibi, quod potest quis inuitare alium iam paratum carnare, & non ieiunare causa vrbauitatis, vel familiaris hospitalitatis, ut cænet secum, dummodo non consentiat in illam carnem quatenus est fractio ieiunij, sed quatenus est sustentatio naturæ. Ita Caiet. ibi cui subscribit Nauarrus loco citato. Et in huius sententiæ gratiam, quam nunc vltimo amplexatur cum antea contrariam tenuisset plures eam fortificantes adducit rationes. Tum, quia Deus iuuat ad agendum aliqua, quæ sunt peccata non quatenus sunt peccata, sed quatenus sunt entia: quia quatenus sunt entia sunt ab eo, per quem omnia facta sunt Ioan. 1. Item, quia licitum est gaudere de re, quæ est peccatum, non quatenus est peccatum, sed ex alia bona ratione. Sicut gaudemus nos de occisione Christi, qua parte est nostræ redemptionis causa: sed eadem occisio gignit in nobis pium dolorem ex ea parte, qua fuit atrocissimum peccatum Iudæorum contra Innocentissimum patrem nostrum, & reproborem commissum, iuxta illud glossæ capit. 1. de consecr. ecclesiæ. libr. 6. Item, quia licet mutuum petere ab usurario parato sub usuris mutuari, & accipere mutuum sub usuris ab eo, non consentiendo in eius dationem, quatenus mala est & usuraria. Item, quia licet vendere & dare peccatoribus non excommunicatis publice, & nominatim vitia ad sustentationem, licet ipsi ex sua culpa illa vti ad peccandum. cano. pasce. dist. 86. Item, quia licet petere à Iudæo, vel Sarraceno iuramentum confirmatiuum contractus, licet credatur, vel sciatur citra superstitionem, & absque peccato non iuraturus esse can. mouet. 2. 2. quæstione. 1. Denique patet ex exemplo sanctorum Laurentij prouocantis tyrannum Decium aliàs paratum, dicens, assatum est, iam versa, & manduca: & Apostoli Andreæ prouocantis ad sui crucifixionem tyrannum iam paratum, & resistentis etiam suæ depositioni à cruce. Ad rationes verò, quæ in contrarium possunt adduci respondentes, dicimus, eas locum habere in eo, qui sine causa iusta alium inuitat ad carnandum, vel consentit in actum carnandi, vel cum causa eius quatenus peccatum est, vel est causa fractionis ieiunij illius diei. Unde ad argumentum supra positum de vendentibus aleas, respondemus, quod cum sciunt ementem aleas eis usurum, malè ludendo in præiudicium tertij, scilicet, familiæ, & vxoris & filiorum, & creditorum mercatores sic vendentes à culpa non excusantur. Sicut non excusantur artifices

D d 3 ven-

vendentes arma his de quibus constat, quod ad cædes iniustas patrandas ea emunt: sicut etiam diximus vina ladis in quâtitate vendi nō posse à cauponibus, scientibus inde fore inebriandos: quia eorū ebrietas in perniciem vxorū & filiorum, & aliorū solet cedere, dum furiosi fiunt ex vino: & furia arrepti soliti sunt percutere, & alia mala patrare: & quia ebrietas de se est dissona rationi. Sic autē ex se cæna in die ieiunij non est dissona rationi, quin possit à malitia sua denudata iuueniri ex dispensatione, vel causa excusante. At videri fucos licet mulieribus à matricibus iam ad malum paratis, quia non sic tam indirecte talis vsus fucorum in perniciem tēporalem aliorū cedit: & quia amalijs, qui iam sunt parati ad malum, & talibus fucis se capiunt alligi, nō fit iniuria. Et aliud est vendere paratis, & aliud est nōn paratos ad frangendum ieiunium inducere, & inuitare ad eius fractionem, quod non licet facere.

¶ Ex prædictis iam patet, quid sit dicendum ad illam quæstionē, vtrum tabernarij, & caupones possint indifferenter in die ieiunij obsonia prohibita vendere, vt oua, lacticia, & carnes. Quia respondetur, q̄ in talibus diebus habere carnes iam elixas, vel affatas indifferēter pro omnibus volentibus eis vesci, & habere eas sic in propatulo venales, forte non caret graui culpa: quia neque id caret scandalo. At vero in secreto habere aliquam carnem paratam, vt si aliquis hospes adueniat, qui propter infirmitatē se ostendat indigere esu carnū ad ei vendendū, ab omni culpa abest. Secūdo dicimus, q̄ si huiusmodi obsoniorum venditores in tēpore ieiunij, habeant oua & lacticia venalia indifferenter, quibuscunq; emere volentibus ea parati vendere non rem illicitam agunt. Quia, vt ait Victoria, isti non vendunt aliquid, cuius non possit esse bonus vsus: & quia sic vendentes subseruiunt potentia nutritiæ ementium in nallum eorū consentientes peccatū. Tum etiam, quia non tenentur scrutari necessitates, vel privilegia ementiū ad illa obsonia comedenda, neq; id sibi ex officio incumbit: & quia vnusquisq; ementium talia bonus esse præsumitur, & suæ salutis animæ esse memor, dum oppositum de eo non cōstat. Tertio dicimus, q̄ huiusmodi caupones, seu stabularij possunt ministrare cænā ei hospiti, quē sciunt non esse excusatum à ieiunio, quando est paratus cænare, & si hic non ministratur ei cæna alibi est eam inuenturus, & cænaturus: quia iam non est causa eius fractionis ieiunij. Ita de mente Caietani dicitur. Sed quid, si talis alijs seruaturus erat ieiunium, si ille non venderet ei cænam? Respondetur, q̄ securius dicitur & magis ad mentem Caietani, & Nauarri, q̄ via corre-

tionis, etiam si sit paratus cænare in hoc casu debet ei denegare cænā, quando ex tali denegatione mutauit propositū cænandi, & faciens de necessitate virtutē proponet ieiunare, & de facto ieiunabit. Secus est, si adeo est deprauata conscientia, vt credendum sit, q̄ perseverabit in suo proposito nunquam seruandi ieiunium: quia tunc via correctionis non tenebitur caupo ei denegare cænā, quia spes correctionis non subest. Igitur quia regulariter non constat, q̄ talis paratus cænare ex denegatione cænæ mutabit propositum: ideo regulariter caupones excusantur ista vendentes omnibus indifferenter: quia vendunt ea, quorū potest esse bonus vsus: sicut licitum est vendere agnum ludæo ad celebrandum pascha. Ita Victoria.

¶ Deinde quæritur, vtrum pater familiæ peccet in die ieiunij, famulis, aut filijs non excusatis à ieiunio subministrando cænā. Respondetur autem, quod pater familiæ via correctionis famulis, aut filijs alijs à ieiunio non excusatis, tenetur negare cænā, & commonefacere eos, vt ieiunent. Si autem negata illis cæna creditur, q̄ adhuc non ieiunabunt, sed aliunde suffarabuntur cibos ad ientaculum, & cænā, vel conquirentur apud vicinos, q̄ præ avaritia eos fame cruciat, ab alijsque mendicabunt cænā, vel ab eius seruitio discedent, poterit cum eis cōiuenire non negare cænā: quia nō tenetur cum nota sui honoris in hoc incorrigibiles contendere corrigere. Neq; valet argumentū Paladis in cōtra sic arguēris, scilicet q̄ nō licet dare gladiū furioso: ergo neque cænā fracturo ieiuniū. Quia secundum Victoriā dissimilis est ratio inter vtrunque: quia dare gladium furioso, est de se malum: quia moraliter & per se, hoc est, vt in plurimum est ordinatum ad homicidium: sed tamen propinare alimenta cænaturō, non est de se malum: quia tantum est ministrare potentia nutritiæ. Neque etiam videtur efficax ratio Nauarri, scilicet, quod alijs non cænaturō neganda est cæna: quia tunc licet propinatio cænæ peccati principium non sit: quia iam erat paratus cænare: est tamen causa actus, per quē peccatum exequitur, id est, est causa cænationis in die ieiunij. Quia respondetur, quod non est causa illius actus, quatenus illa cænatio peccatum est: sed quatenus nutritiæ potentia deseruit. Et quoniam ille ex officio habet vendere cibos, non tenetur vitare tale actum: quia vendere cibos non est de se malum, neque etiam in die ieiunij: quia qui emit eos sibi viderit. Nam potest, inquit Victoria seruare illos in aliū diem, si velit. Sicut etiam vxor, quæ marito astricto voto castitatis ad petitionem eius debitum reddit, licet reddendo sit causa illius actus quan-

quantum ad executionē, per quem maritus peccat: tamen ipsa nō peccat, quia solum persoluit debitum iustitiæ, quō maritus male vult vti: sicut neq; peccat qui creditori soluit debitas pecunias, quas exigit ad scortandum.

¶ Deinde quæritur, an monachus vel religiosus comedens carnes contra prohibitionem suæ regulæ peccet mortaliter. Respondetur autē primo, q̄ non peccat mortaliter, nisi propter præceptum, vel contemptum. Licet dicatur in canone, q̄ incarceretur, quia intelligitur de monacho contumaci, vel inobediente. ¶ Nota secundo secundum Victoriā, q̄ prælati in ordine nostro prædicatorum non possunt in cōmuni imponere præceptum, vt sui subditi abstineant à carnibus: quia esset adaugere eorū votū, quod contradicit D. Bernardus dicens, votum meum non adaugeat prælati. Item, quia esset abrogare constitutiones nostras, quæ nolunt nos obligare ad culpam, sed ad poenam. Sed bene inquit Victoria q̄ tales prælati possunt alicui religioso in casu aliquo particulari, vbi cōtumax esset, vel contemptor constitutionis in vescendo continuo carnibus, vel si scandalum ex hoc ingeneraret, præsertim quando, quia non timet poenas poenis ab esu carniū non posset cohiberi, imponere ei præceptum, vt ab eis abstineat, quando viderit eam in hoc refractarium esse, & contumacem. Patet, quia alijs si per præceptū non posset refranari, tolleretur obedientia: quæ præcipuum locum habet in obseruantia religionis. Sed quia aliquando & de hoc dubio sum dicere rogatus, scilicet, an prælati religiosorū, quando occultum aliquod delictum per aliquem religiosum est perpetratum de cuius autore nulla via iuridica potest constare, possint imponere præceptū, vt occultus autor delicti quisquis ille sit abstinentias aliquas occultas faciat, vel flagellis se percutiat secreto. Respondendū esse videtur, q̄ licet secundum Sotum iam condemnatus iuridice, & conuictus teneatur illarū poenarum, quæ causa religionis solent infligi, esse executor: tamen antequam iuridice sit conuictus, & damnatus, poenas excessiuas, poenis grauioris culpæ æquiparabiles, quāuis secreto pro delicto secreto faciendas per suum præceptum illi imponat prælatus, eas secreto subire, & exequi non tenetur. Præsertim in ordine prædicatorum: quoniam in prologo nostrarum constitutionum decernitur, vt poenis grauioris culpæ & carceris nullas puniatur, nisi cōfessus, aut cōuictus & in scriptis. Igitur similes poenas, vel secretas abstinentias ad præceptum prælati, talis occultus religiosus autor delicti subire non tenetur: Et multo minus, quando eas poenitētiæ secreto non ita cautē implere posset, quin veniat ad Instruct. conc. Pars. 2.

ret in notam suspicionis publicæ: etiam si tam graues poenitētiæ non essent. Si autem delictū fuit graue, vel scandalum publicum ingeneras, si poenitētiæ secreto peragenda quam indicit per suum præceptū prælatus, non sit adeo grauis, vt cum poenis grauioris culpæ possit æquiparari, sustinenda est à subdito, & adimplenda, si sine nota adimpleri possit: quia præsupposita culpa (licet sit autor illius culpæ secretus) nō immerito illi iniungit, vt secreto illius poenitētiæ adimpleat obedientiam.

¶ Porro iam quasi ad calcem huius materiæ accedentes, ne quid scitu necessariū prætereamus, quæritur, an si multitudo populi iurauit se seruaturam vigiliam alicuius sancti, scilicet, Diui Bernardi, in ea non vescendo carnibus, & ieiunando, an in omnem euentum tenentur in illa ieiunare, etiam si maior pars non assuescat iam in tali vigilia ieiunare. Respondetur autem, q̄ si non absolute iurauerunt, sed conditionaliter sub cōditione, q̄ omnes, vel maior pars seruauerunt, tūc si omnes, vel maior pars iuramentum non seruauerunt, alij dicuntur absoluti à iuramento, quia iuramentum cōditionale non tenetur quis implere, nisi extante cōditione, arg. de condit. apposit. ca. verum. Sed quid, si nullā expressam apposuerit cōditionē, cum id iurauerunt: tūc alijs nō seruantibus, an reliqui sint obligandi ad seruandū illud ieiuniū. Respondetur primo, q̄ in hoc dubio dū hæsitant, an illā interius in mente cōditionē apposuerint, vel non, melius est secundū Archiepiscopū Florentinū, & Verue. tenendo certū, & dimittendo incertū, illud iuramentū seruare. Secundo autē magis ad rem respondetur ad dubiū, q̄ si ista nō obseruatiā aliquorū talem reddit casum, q̄ si à principio affuisset nō iurassent ieiunare tali vigilia, alijs iam non obseruatiōibus ieiuniū, non tenentur reliqui ieiunare, & imputabitur culpa primis, qui violauerunt obseruatiā ieiunij. Patet hoc secundū assertū: quia hoc est pro regula generali secundū multos doctores habendum, quod iuramentum & votum interpretandum est secundū mentem iurantis: non enim ad plus obligat, quam iurans, vel vouens intenderit. Vnde qui iurauit, aut vouit, in aliquo die, non bibere vinum, toties frangit votum, aut iuramentum, quoties potat vinum in die, nisi aliud intenderit.

¶ Denique, qui non potest ieiunare totam quadragesimam, sed potest bis vel ter in hebdomada, tenetur id facere, eiusque satisfacit præcepto. Ita Caiet. in summa, & 2. 2. quæst. 147. art. 6. & Nauar. in summa capit. 21. numer. 20. Vbi ponit regulam; quod in dubio, an ieiunium ecclesiæ noceat saluti, confessarijs consulere debet, vt experiatur: Et si per id cognouerit poenitentiam



tens esse sibi notabiliter nocivum, iuste à ieiunando cessare poterit. Et si adhuc dubitauerit ad superiorem pro dispensatione confugiet, id est, ad episcopum, vel proepiscopum, id est, provisorum, vel vicarium eius, vel parochum, quorum disto acquiescat, secundum Caietanum ubi supra. Qui vero hoc in dubio noluerit facere, non est absolvens: quia non est satis contritus, cum videatur renuere obtemperare ecclesiae. Sic D. Anton. in decis. quarund. quaest. Pro hoc autem facit capit. ad audientiam. de homicidijs. & cap. iuuenis. de sponsalibus. Explicit materia de ieiunio.

## CAP. CXIII.

## De suscipientibus sacramentum poenitentiae.

*¶ Vtrum in innocentibus poenitentia esse possit: Et vtrum sancti omnes, qui sunt in gloria, habeant habitum poenitentiae: Et an angelus bonus, siue malus sit susceptivus poenitentiae.*



**M**A. postquam absoluimus materias Orationis, & eleemosynae, atque ieiunij, quae inter opera satisfactoria praecipue connumerantur, nunc de suscipientibus sacramentum poenitentiae reliquum est, ut agamus, quae quidem materia continetur in quaest. 16. in additionibus ad 3. partem Dicitur Thomae. Igitur quaeritur primo, vtrum in innocentibus poenitentia esse possit. Respondetur autem, quod habitus medius est inter potentiam & actum. Et quia remoto priori remouetur posterius, non autem e conuerso, ideo remota potentia ad actum remouetur habitus: non autem remoto actu. Et quia subactio materiae tollit actum, propter hoc, quod actus non potest esse sine materia, in quam transit, ideo habitus alicuius virtutis competit alicui, cui non suppetit materia, propter hoc, quod suppetere potest, & ita in actum exire. Sicut pauper homo potest habere habitum magnificientiae, sed non actum: quia non habet magnitudinem diuitiarum, quae sunt materia magnificientiae: sed potest habere habitum. Et ideo cum innocentes in statu innocentiae non habeant peccata commissa, quae sunt materia poenitentiae, sed possunt habere, actus poenitentiae in eis esse non potest, sed habitus potest: sed hoc si gratia habeat, cum qua omnes virtutes infunduntur. Igitur innocentibus habitum poenitentiae habere competit: sed tamen habitus iste nunquam in illis in actum exire potest: nisi

**A** forte respectu venialium peccatorum, quia peccata mortalia tollunt ipsum. Neque tamen est frustra: quia est perfectio potentiae naturalis, & quia innocentibus licet poena actu non sit debita, tamen possibile est in eis aliquid esse, pro quo eis poena debeat. At licet poenitentia sit quaedam vindicativa iustitia, innocentibus tamen conuenire potest secundum habitum, quia remanet in eis potentia ad peccandum: sed non remanet secundum actum, quando actu peccata in eis non sunt.

**C**irca praedictam doctrinam notandum est, primo cum D. Thoma 2.2. quaest. 63. artic. 3. quod virtutes morales de per accidens infunduntur cum gratia: sed poenitentia secundum D. Thomam non est infusa per accidens, sed per se: quia habet Deum pro intrinseco fine, contra Scotum & Durandum, dicentem non infundi morales virtutes, & poenitentiam esse adquisitam. Scotus tamen in 4. sent. sententiam D. Thomae probat: quia poenitentia suo Marte reponit hominem in gratia, quod non conuenit poenitentiae adquisitae. Ergo haec poenitentia simpliciter reponens hominem in gratia de per se est infusa, ut potest supernaturalis, & non de per accidens. Verum est tamen, quod in appetitu sensitivo ex redundancia rationis, & voluntatis generatur quidam habitus, qui dicitur poenitudo, qui secundum Mag. Canum non est habitus infusus. **¶** Secundo est aduertendum, quod in Christo domino non fuit virtus poenitentiae, sicut neque fuit in illo fides: quia repugnabat illi posse peccare. Quia ratione, neque in angelis beatis poenitentiae habitus inuenitur: quia postquam beatitudine aeterna Dei fruuntur repugnat eis peccare. Sed neque cum fuerunt viatores & in gratia creati habitum poenitentiae infusum cum gratia acceperunt, quia illo tempore, neque post lapsum si laberentur in peccatum, illi non indigerent ad se conuertendum in Deum. Quia si peccassent post peccatum essent inflexibiles ad poenitentiam: sicut fuerunt daemones, quocirca neque in daemonebus, neque in damnatis virtus poenitentiae inuenitur: quae tamen in innocentibus paruulis verè reperitur: quia infunditur illis cum gratia, sicut paruulis innocentibus occisis pro Christo domino infusa est: quia erant in statu, ubi si in vita hac perdurarent, possent peruenientes ad usum rationis peccare. Itè etiam in apostolis licet confirmati fuerint in gratia habitum virtutis poenitentiae infusa fuisse non est negandum. Tum, quia potuerunt peccare venialiter, licet ex privilegio reseruariantur. Praeterea, licet contra Paludem tenendum est cum Concilio Tridentino, quod non potuit beata virgo Dei mater neque venialiter peccare, quia ante conceptionem filij habuit religatum

fomitum, & post conceptionem filij totaliter extractum: tamen auctore Soto, si quis diceret eam poenitentiae habitum habuisse: quia erat viatrix & in statu peccandi, licet reseruatam fuit privilegio, nihil absurdi diceret. Caeterum Adā in statu innocentiae poenitentiae habitum habuisse secundum D. Thomam in 1. parte. quaest. 95. artic. 3. fatendum est: quia potuit Adam habere actum conditionalem, ut si peccatum praecessisset doleret de illo. Beati autem in gloria (& si nunquam elicitari sint ibi actum poenitentiae contristatiuae, nihilominus secundum D. Thomam habitus poenitentiae ibi manent insigniti ad ornatum, & ad insignem quoddam triumphum contra peccatum, & ad referendum gratias Deo, qui eis tale contulit donum. Tertio perpendendum est, quod licet D. Thomas in 4. sent. secutus communem opinionem tenuerit, quod poenitentia infusa est prior charitate: quia prior est poenitentia, quam gratia, & gratia, quam charitas: tamen post in 3. parte maturius re inspecta diffiniuit charitatem infusam priorem esse habitu infuso poenitentiae contra Paludem sequentem D. Thomam in 4. & contra Scotum dicentem solum praecedere charitatem adquisitam. Et ratione patet sententia posterior haec D. Thomae. Quia poenitentia est dolor de offensa Dei ad reconciliandum nobis Deum: cupido autem reconciliandi nobis Deum ex charitate nascitur: cuius rei gratia ait, quod actus fidei formatae per gratiam, scilicet, & charitatem antecedit actum poenitentiae iuxta illud: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et tamen tunc D. Magdalena poenitebat per lacrymas, quas ad pedes Domini fundebat. Neque argumentum, quo olim in 4. sent. motus est D. Thomas, sequi opinionem communem contrariam quidquam conficit: quia non valet dum sic arguitur: Actus poenitentiae est dispositio ad gratiam, ac subinde ad charitatem: ergo prior est habitus poenitentiae, quam habitus gratiae & charitatis. Quia omnis caeterua Thomistarum commodo exemplo hoc argumentum dissoluit, respondendo, quod sicut in genere causae materialis, & cuiusdam dispositionis apertio fenestram est prior, quam ingressus aeris: Sed in genere causae formalis, & efficientis, prior est in gressus aeris, quam apertio fenestram. Sic in genere causae materialis & dispositionis prior est actus poenitentiae, quam gratia aut charitas: tamen in genere causae formalis prior est gratia, & charitas. Sicut etiam in generatione dispositiones sequentes formam in genere causae materialis, & dispositionis sunt priores forma producta: & forma substantialis producta in genere causae formalis prior est praedictis dispositionibus. Neque inconuenit, aut intellectu difficile

est, quod per actum poenitentiae elicium ab habitu poenitentiae, disponatur subiectum ad eundem habitum suscipiendum: quoniam ille actus poenitentiae est simul tempore, id est, in eodem instanti cum gratia & charitate. & cum habitu poenitentiae, a quo elicitur. Et nihilominus quia ratione procedit à libero arbitrio cum auxilio speciali Dei, est prior natura, quam gratia, & quam habitus poenitentiae in genere causae materialis: & per consequens potest esse dispositio ad virtutes, scilicet, ad habitum gratiae, & ad habitum poenitentiae: quiquidem habitus est absolute & simpliciter poenitentia. Nam poenitentia adquisita, & informis, & alia poenitentia generalis, quae quis dolet de peccato, ut est contra rationem, quam ponit Scotus, non est poenitentia absolute & simpliciter.

**¶** Secundo quaeritur, vtrum sancti homines, qui sunt in gloria habeant poenitentiam. Respondetur autem, quod virtutes cardinales remanebunt in patria, sed secundum actus quos habent in fine suo. Et ideo cum poenitentia sit pars iustitiae, quae est habitus, & virtus cardinalis, quicumque habet habitum poenitentiae in hac vita habet in futura: sed non habebit eundem actum, quem nunc habet, sed alium, scilicet, gratias agere Deo pro poenitentia relaxante peccata. Sicque intelligitur illud dictum D. Gregorij dicentis in Moralibus, quod beati peccatorum recordantur, sicut & nos, sicut nos sani sine dolore dolorum memoramur. Et quando in vitis patrum dicitur quidam pater dixisse, quod Abraham poenitebit de hoc, quod non plura bona fecit, loquitur de voluntate antecedenti, in qua etiam conformantur sancti voluntati antecedenti Dei, quia Deus vult omnia esse bona, & per consequens nihil esse malum: non autem voluntate consequente. Et ita etiam est de beatis. Et talis voluntas antecedens dicitur ab illo sancto patre largo modo, poenitentia.

**¶** Queritur tertio, An Angelus bonus siue malus sit susceptivus poenitentiae. Respondetur autem, quod poenitentia in nobis dupliciter accipitur. Vno modo secundum quod est passio: & sic nihil aliud est, quam dolor, vel tristitia de malo commisso. Et quauis secundum quod est passio non sit, nisi in concupiscibili, tamè aliquis actus voluntatis similitudinarie poenitentia dicitur, quo quis detestatur quod facit: sicut amor & aliae passiones dicuntur in intellectu appetitu. Alio modo accipitur poenitentia secundum quod est virtus. Et hoc modo detestari malum commissum, cum emendationis proposito ex intentione expiandi, vel Deum placandi de offensa commissa, est actus eius. Detestatio autem competit alicui secundum quod habet ordinem natura-

ruralem ad bonum. Et quia in nulla creatura talis ordinatio totaliter tollitur: ideo etiam in damnatis talis detestatio manet, & per consequens poenitentiae passio, vel simile: ut dicitur Sapientiae. 5. Intra se poenitentiam agentes. Et haec quidem poenitentia cum non sit habitus, sed passio vel actus, nullo modo in beatis angelis esse potest, in quibus peccata commissa non praecesserunt: sed in malis angelis est, cum sit eadem ratio de his, & de animabus damnatis. Quia secundum Damascenum, quod homini est mors, est Angelis casus. Sed peccatum angeli est irremissibile: & quia peccatum ut remissibile est & expiabile, est propria materia ipsius virtutis, quae poenitentia dicitur: ideo cum materia non possit eis competere, non adest eis potentia exeundi in actum: & ideo neque habitus eis convenit: ideo Angeli subiectum virtutis poenitentiae esse non possunt. Igitur licet in daemone generetur aliquis poenitentiae motus ex timore, qui in eis est, iuxta illud Iacobi. 1. Daemones credunt, &

contremiscunt: tamen iste motus non est actus poenitentiae virtutis. Sicque intelligendum est illud dictum Aristotelis. 1. 0. Ethicor. scilicet, quod poenitudine replentur mali, si adaptetur daemonebus, scilicet, quod haec poenitudo in eis non est virtus, quoniam motus virtutis & vitij non sequitur inclinationem naturae, sed magis motu liberi arbitrij. Quod quidem liberum arbitrium cum in daemonebus sit in malitia obstinatum: ideo, quanvis naturaliter inclinentur ad bonum, non oportet, quod motus virtutis in eis sit, vel esse possit. Item non sequitur, quod si in animabus sanctis habitus virtutis poenitentiae est, quod pari ratione habitus virtutis poenitentiae in Angelis sanctis sit quia in animabus sanctis praesens sit, vel praecedere potuit peccatum remissibile, non autem in angelis: quia non sunt similes quantum ad statum praeteritum, quem poenitentia directe respicit: sed solum sunt similes quantum ad statum praesentem: quia ambo iam non possunt peccare.

L A V S D E O.




# DE CLAVIBVS ECCLESIAE.

## CAPVT PRIMVM.

*¶ Vtrum claves sint in ecclesia: Et de diffinitione clauium: Et an potestas clauium sit character: Et an clavis sit potestas soluendi &c. Et an Christus Dominus potestatem clauium contulerit Apostolis Ioan. 20. Et an acceperint eam a D. Petro: Et an Petro sit data vniuersalis potestas, & successoribus pontificibus summis Romanis: Et an omnis alia potestas ab hac vniuersali deriuetur immediate: Et an claves solum sint in euangelicis sacerdotibus solum: Et an potestas iurisdictionis ecclesiae in toto eius corpore immediate resideat: De abbatibus: An Papa possit errare, Et quando cognoscitur aliquid de fide, diffinire: Et de potestate Papae, & concilij.*

### ¶ Quaestio. 17. De potestate clauium.



**Q**UÆRITVR primò. Vtrum claves in ecclesia esse debeant. Respondetur autem, quod in corporalibus dicitur clavis instrumentum, quo ostium aperitur. Regni autem ostium nobis per peccatum clauditur, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum poenae. Ideo potestas, qua tale obstaculum remouetur dicitur clavis. Haec autem potestas est in diuina Trinitate per autoritatem: & ideo dicitur à quibusdam, quod habet clauem auctoritatis. Sed in Christo domino fuit haec potestas quatenus homo erat, ad remouendum praedictum obstaculum per meritum passionis, quae etiam dicitur ianuam aperire: & ideo dicitur habere secundum quosdam claves excellentiae. Sed quia ex latere Christi mortui in cruce sacramenta fluxerunt, quibus ecclesia fabricatur: ideo in sacramentis ecclesiae efficacia passionis manet, & per

**A** hoc etiam ministris ecclesiae, qui sunt dispensatores sacramentorum potestas aliqua ad praedictum obstaculum remouendum est collata, non propria, sed virtute diuina & passionis Christi. Et haec potestas metaphorice dicitur clavis ecclesiae, quae est, clavis ministerij. Neque obstat quod Ioanes Apocal. 4. ait: Vidi, & ecce in caelo ostium apertum. Quia hoc dixit, quia per passionem Christi amotum est impedimentum totius naturae humanae ad intrandum caelum, quod de te semper est apertum. Quod quidem impedimentum ex peccato primi hominis consecutum est. Sed nihilominus quotidie adhuc alicui manet clausum, propter peccatum originale, quod contraxit, vel actuale, quod committit: & propter hoc indigemus sacramentis & clauibus ecclesiae. Neque obstat, quod de Christo Domino dicitur apocal. 3. quod est clavis, quae aperit, & nemo claudit. Quia hoc intelligitur de Christo Domino quatenus claudit Limbum, ne aliquis ultra illum descendat, & aperuit paradisum remouendo impedimentum naturae per suam passionem. Praeterea, quia clavis inferni est potestas gratiam conferendi, per quam homini aperitur infernus, ut de peccato educatur, quod est inferni porta: & clauditur, ne ultra homo in peccatum labatur: & haec potestas solius Dei est, ideo clauem inferni sibi soli retinuit sed claves regni ad tollendum per sacramentum poenitentiae reatum culpae & poenae aeternae, & partem temporalis contulit ministris ecclesiae. Vel dici potest, quod eadem est clavis inferni & caeli: quia ex hoc ipso, quod alicui aperitur vnum, clauditur alterum sed, denominatur à digniori.

**¶** Circa praedictam doctrinam notandum est primo, nomen hoc, clauium, non secundum proprietatem, sed secundum metaphoram ab ecclesia usurpari, dum potestatem tollendi obstaculum ingrediendi caelum, claves vocat. Vnde nomine clauium designatur potestas spiritalis, & ecclesiastica ex Christi commissione ad tollendum peccata, & ad obligandum fideles sub reatu peccati, & ad excludendum homines per excommunicationem ab ecclesia. Omnis ergo

ergo spiritualis potestas ecclesie dicitur generali nomine, potestas clauis, ad differentiam potestatis civilis, quae non est spiritualis, sed naturalis & temporalis. Secundo notandum est, quod haec potestas spiritualis est duplex. Quaedam, scilicet, ordinis ad characterem sacerdotalem attinens, quae est potestas administrandi sacramenta, per quae gratia confertur in remissionem peccatorum. Sed alia est potestas iurisdictionis, quae ad hanc ordinatur, ut leges condere ecclesiasticas, dispensare in votis, indulgentias conferre, excommunicare & ab excommunicatione absolueret, quin verò & sacram scripturam exponere, iuxta illud Lucae. 11. Vae vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiae. Vnde & praedicare quodammodo ad clauis pertinet. Quo circa triplicem significationem regni caelorum triplex munus clauis assignatur à quibusdam. Appellatione namque regni caelorum nonnunquam intelligitur sacram scriptura, iuxta Originem, & Hieronymum. Aliquando intelligitur ecclesia militans, iuxta illud: Simile est regnum caelorum grano sinapis. Sed potissimum accipitur pro aeterna felicitate, iuxta illud Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam iporum est regnum caelorum. Caterum Christus Dominus cum clauis regni caelorum commemorauit, non intellexit, nisi regnum caeleste; quoniam ad illud omnia praedicta munia referuntur. Igitur dum concilium explicat articulum fidei virtute clauium, sensum sacrae scripturae dicitur aperire. Sed Doctor per privatam scientiam exponens scripturam virtute clauium, id non facit, quia non id agit, ut iudex: sicut etiam sacerdos sacramenta administrans virtute clauium, hoc facit. Sed laicus dum baptizat clauis, quia ea caret ad baptizandum, non videtur. At licet functiones condendi leges, & excommunicandi, non indigeant characterem, nihilominus iurisdictione illa generaliter nomine clauium intelligitur, quas Christus contulit Petro: & nihilominus nomine clauium per antonomasiam potestatem ordinis ad remittenda peccata intelligimus, quae dicuntur clauis sacramentales.

¶ Tertio statuenda est definitio clauium, quae ex praedictis colligitur. Est igitur secundum glossam super illud Matth. 18. Quodcumque solueritis, definitio huiusmodi: Clauis sunt discernendi scientia, & potentia iudicandi, id est, ligandi, & soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos debet excludere à regno. Est igitur potestas clauis secundum D. Thomam in Deo trino per auctoritatem primariam. In Christo autem homine per potestatem excellentiae: in omnibus autem sacerdotibus ministerialiter tanquam in eius ministris. Tantumque abest

A à blasphemia dicere, contra haereticos, quod Christus clauis reliquerit in ecclesia, ut hoc in Christi Domini magnam gloriam cedat, & conuincat magnam & amplissimam eius esse potestatem. Nam postquam Deus factus est homo, conuenientissimum fuit, ut deinceps humani generis spirituali saluti consuleret, per homines, scilicet, per sacerdotes, quibus contulit potestatem remittendi peccata. Cum ergo Christus clauis regni caelorum Apostolis tradiderit permansuras in ecclesia, & nullum obstaculum, aut seraculum claudat, nisi solum peccatum, planissimum est contra Vuitceff. & eius sequaces, potestatem remittendi peccata Matthaei. 16. Christum ad Petrum dicentem, Tibi dabo clauis regni caelorum, promississe, atque hanc promissionem adimpleuisse. Vnde aliquid egregium à Christo allatum de caelo, & super naturale significauit Christus per illa verba se Petro largiri, & non solum potestatem & munus indicandi ecclesiam secundum diuinas regulas, ut glossant haeretici. Nam etsi per praedicationes & iudicia humana mediate, & remote aperiat regnum caelorum: nihilominus immediate non aperitur regnum, nisi per absolutionem peccatorum, neque claudatur, nisi clauium iudicio, quo retinetur, ut probe arguit Sotus. In huius quoque gratiam facit illud thema praedicationis, scilicet, Agite poenitentiam, appropinquauit enim regnum caelorum. Vbi insinuat per poenitentiam adiunctam clauibus sacramentalibus remittenda esse peccata obstantia ad introitum regni caelorum. Accedit & in huius probationem apertissimus ille locus Ioan. 20. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, scilicet, remittendi peccata: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

¶ Quarto perpendendum est, scilicet, quod non vna tantum, sed duae sunt huiusmodi clauis, scilicet, potestatis & scientiae. Nam sic in euangelio clauis nominantur in plurali: quia distinguuntur hic penes auctoritatem cognoscendi causam, & auctoritatem ferendi sententiam. Et non designatur hic distinctio potestatis ordinis, & potestatis iurisdictionis per designationem clauium in plurali secundum Sotum. Patet hoc: quia Christus per traditionem potestatis clauium regnum caelorum aperientium, quae contulit Apostolis, & eorum successoribus, constituit eos iudices in condonandis, & retinendis peccatis. Ad hoc autem duo requiruntur, scilicet, potestas indulgendi peccata: & secundo potestas cognoscendi & examinandi, quis sit tali indulgentia & remissione peccatorum dignus, vel indignus. Illa igitur facultas, quam minister habet cogendi poenitentem ad dictum examen, & notitiam, ut sua ei pec-

ei peccata referat, quo poenitentis status & conditio confessori innotescat, dicitur clauis scientiae: & ea, per quam poenitentem, vel absoluit, vel ad aliquam poenitentiam ligat, vel prorsus repellit clauis potestatis dicitur. Neque valet argumentum, quod si vnum est impedimentum regni caelorum, nempe peccatum, ideo vna sufficiat clauis, quia respondetur, quod sicut iudex non nisi cognita causa potest sententiam ferre, ideo potestatem habet scientiae ad cogendos testes & accusatores & reum ad propalendam veritatem. Tum etiam potestatem habet ad cogendam partem, vel reum parere sententiae. Sic & confessor, qui est iudex spiritualis in foro Dei, & conscientiae vtraque auctoritate scientiae & potestatis pollet. Sicut in naturalibus agens naturale habet virtutem & disponendi passum, & inducendi formam, quorum vnum presupponit aliud. Neque enim inducit, formam, nisi prius praeparat. Cum autem confessor potestate ligandi vti tur imitatur Deum. Nam sicut Deus, autore D. Augustino, non dicitur obdurare peccatorem, eo quod positive malitiam & duritiam culpae ponat in eo sed ex eo, quod ei non confert gratiam sic peccatum retinere dicitur sacerdos non positive inducendo poenitentem in peccatum, sed non absoluendo quando eum indignum esse absolutione iudicat.

¶ Quinto aduertendum est contra Scotum dist. 19. art. 3. negantem potestatem clauium esse characterem sacerdotalem, sed dicentem, characterem sacerdotalem esse dispositionem ad clauis: & contra nominales negantes characterem distinguui ab anima hancque potestatem clauium asserentes non esse nisi essentiam animae, quae facultatem habet ligandi atque soluendi, quod uera potestas haec clauium pro ut nunc de eis loquimur, ut scilicet, est potestas remittendi & absoluendi peccata nihil aliud est, quam sacerdotalis character. Patet: quoniam character nihil aliud est, quam potestas, seu facultas suscipiendi, aut conferendi aliquod sacramentum. Cum ergo sacerdos peccata remittere, aut retinere non possit, nisi per applicationem sacramenti poenitentiae, fit ut idem character, qui est potestas administrandi sacramentum, sit haec potestas clauium. Nam alia potestas iurisdictionis, quippe quae non immediate ordinatur ad remittenda, vel retinenda peccata sacramentaliter non indiget characterem. Nam character dicit potentiam: sed iurisdictione non est potentia, sed applicatio veluti materiae est, dum character sacerdotalis operatur circa sibi factos subditos per iurisdictionem, eos absoluendo. Et quidquid sit de characterem, an sit res aliqua distincta ab anima, tanquam res à re (quae uis probabilius esse apparet sic distinguui) nihi-

A lominus non est negandum characterem imprimi in anima, & esse indelebilem quandam potentiam supernaturalem, esseque rem de fide. Ad primum argumentum, quo arguit Scotus potestatem clauium characterem sacerdotalem non esse, eo quod Christus prius uisus est Apostolis characterem sacerdotalem tradidisse in carnem, & postmodum potestatem clauium responderetur, Christum Dominum cum haberet potestatem excellentiae potuit diuisim illas facultates donare. Sed id non facit episcopus, dum ordinat: neque potest eas separare. Quia episcopus dum imprimitur character ordinis sacerdotalis, dum ordinat, simul confert potestatem clauium. Sed quia non potest omnia simul uerbis declarare, postmodum per haec uerba. Accipite Spiritum sanctum, imponendo manus, declarat facultatem characteris prius impressi, extendi etiam ad remittenda peccata in sacramento poenitentiae. Ita, sicut idem ignis calefacit, & rarefacit, & exiccac: sic idem character sacerdotalis est tum ad consecrandum corpus Christi uerum, & ad remittendum peccata in foro conscientiae. Quia, licet sint diuersi effectus: tamen posterior effectus, id est, remissio peccatorum ordinatur ad primum, id est, ad suscipiendum corpus Christi digne. At uero, cum Christus Dominus plures clauis in plurali loquendo, nominauerit, absurde asseuerat Mar-  
 C silius, quae dist. 12. quod cum non sit, nisi una potestas ligandi, atque soluendi, non sit, nisi una clauis. Quia, licet potestas ligandi, atque soluendi magis significetur nomine clauis, quia potestas cognoscendi peccatum, est ueluti dispositio ad illam, sed quia actus sunt diuersi habentes obiecta diuersa, duae ponuntur clauis, scilicet, scientiae ad cognoscendum, & potentiae ad absoluendum & ligandum. Insuper non obstat, arguere, quod character non sit potestas soluendi, atque ligandi. Tum, quia ad hoc munus character non sufficit, sed requiritur iurisdictione. Tum quia potestas clauium est potestas (ut ex eius definitione patet) qua iudex ecclesiasticus dignos recipit: at iudex nemo constituitur citra iurisdictionem. Quia, respondetur ad hoc, quod (ut praediximus) potestas clauium non est, nisi mera potentia: iurisdictione autem non est proprie potentia, sed applicatio materiae, id est, subditorum, quos sacerdos per potentiam clauium, & characteris possit absoluere. Sicut ignis, si poneretur in uacuo, potentia sibi suppeteret ad calefaciendum, non tamen calefaceret, nisi applicaretur sibi materia, in quam ageret: sic dum sacerdoti cura animarum alicuius populi committitur, non datur ei potestas clauium: quia iam per characterem eam habebat. Sed sibi applicantur subditi per iurisdictionem, quae sibi tunc datur, in quos illam exequatur:



quatur: igitur applicatione hac facta, ille est proprie iudex. Neque licet arguere, quod cum aliqui sacerdotes sint indocti, carent clauis scientiæ (vt perperam opinatur magister sent. dist. 19. cui subscripsit glossator decreti cap. de quibus, dist. 20. in quo deseritur magister) quia hæc eius opinio dissonat ab euangelio, vbi narratur Christus duas clauis numero promississe. Vnde intolerabile est dicere, sacerdoti, dum ordinatur, ambas non conferri. Nam clauis scientiæ non est habitus scientiæ: de quo philosophi tradunt, habitum esse cognoscituum, quem appellant scientiam: sed est potestas cogendi poenitentem ad confitenda peccata in ordine ad hunc finem, vt confessor sciat, an poenitens dignus sit absolutione, vel indignus. Qua quidem potestate, neque imperitus confessor caret: sicut neque prætor expers scientiæ iuris ob imperitiam suam, non dicitur carere potestate cogendi testes, vt sibi veritatem testificentur.

¶ Quæritur secundo, vtrum clauis sit potestas ligandi, atque soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere & indignos excludere debet à regno, vt ex glossa D. Hieron. 2. Mac. 16. habetur. Respondetur autem, quod secundum philosophum in. 2. de anima, potentia per actus diffiniuntur. Vnde cum clauis sit potentia quædam oportet, quod per actum, vel per vsum suum definiatur, & quod in actu obiectum exprimat, à quo speciem recipit actus, & modus agendi, ex quo apparet potentia ordinata. Actus autem potestatis spiritualis non est, vt cælum aperiat absolute: quia iam apertum est: sed quod aperiatur alicui eius idoneitate pensata. Et ideo in prædicta definitione ponitur genus, scilicet, potestas, & subiectum potestatis, scilicet, iudex ecclesiasticus, & actus, scilicet, excludere, & recipere secundum duos actus materialium clauium, scilicet, aperire & claudere, cuius obiectum tangit in hoc, quod dicit, à regno: modum autem in hoc, quod dicit, quod dignitas & indignitas in illis, in quos actus exercetur, est pefanda. Neque obstat, quod potestas spiritualis clauium sit character, quia solum est idem per essentiam, sed differt ratione character, vt est potestas consecrandi corpus Christi, & vt est potestas soluendi peccata. Quia ad duo, quorum vnus est causa alterius, vna potestas secundum rem ordinatur: sicut in igne idem calor est virtus ad calefaciendum, & dissoluendum. Sic igitur sicut ignis calor, quatenus est calefactiuus, ratione sola differt à se ipso vt liquefacit, quia ad illos duos effectus ordinatur, quorum vnus est causa alterius: sic dicendum est de character quatenus potestas est ad consecrandum, & etiam ad absoluendum. Item etiam, quia omnis potestas cum est spiritualis

A cum aliqua consecratione datur: ideo clauis cum ordine datur. Sed executio clauis indiget materia debita, quæ est plebs subdita per iurisdictionem: ideo ordinatus in sacerdotem ante quam iurisdictionem habeat, habet clauis, sed non habet actum clauium. Et quia clauis per actum diffinitur: ideo in diffinitione clauium ponitur aliquid ad iurisdictionem pertinens, scilicet, quia iudex dignos, & cætera. Insuper, cum aliquis possit esse dignus aliquo, dupliciter: aut ita, quod ipsum habendi ius habeat, & sic quilibet dignus habet iam cælum apertum: aut ita, quod insit ei congruitas ad hoc, quod ei datur: & sic dignos, quibus nondum est apertum cælum, sed congruum est, vt eis aperiatur per sacramentum, potestas clauium recipit. Quauis ergo ecclesia pro peccatoribus oret: tamen indignos, id est, non poenitentes excludit à regno: non quidem ponendo eis impedimentum ad intrandum, sed quia impedimentum impoentitiæ amouere non potest, nisi prius Deus amouerit. Ideo rogitur Deus, vt ipse absoluat, & sic sacerdotis absolutio locum habeat. Igitur, quauis ad Deum pertineat ad regnum admittere, tanquam ad finem supremum, hoc non obstat, quin sacerdos dicatur admittere dignos ad regnum, quia actus sacerdotis non est immediate super regnum, sed super sacramenta, quibus homo ad regnum peruenit.

C ¶ Deinde quæritur tertio, vtrum Christus Dominus clauium potestatem Apostolis contulit Ioan. 20. dum dixit: Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & cætera. Respondetur autem, quod quauis nullus alius locus in toto euangelio esset, quam vel ille Matthæi. 16. Tibi dabo clauis regni cælorum, & cætera, vel ille Ioannis. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, & cætera, satis ex vnoquoque convincitur Christum suæ ecclesiæ clauis tradidisse. Nam cum id promiserit Matth. 16. & Deus mentiri non possit fidem catholicam, inde colligimus esse, quod Christus id contulerit, quod promissit, vt bene concludit Turrecremata lib. 2. sum. eccles. cap. 77. Tum etiam cum Ioannis. 20. illa verba Dominus protulerit. Quorum remiseritis, certissimum est, vel tunc eam facultatem Apostolis impertiuisset, vel si antea in cæna eam contulerat, tunc insufflasse Spiritum sanctum eis ad idoneum eius exercitium. Vnde colligitur, non tam necessarium esse exploratum habere, vbi Christus clauis contulerit: cum iam ex prædictis locis constitutissimum euadat, eas iam contulisse. Imo & concilium Tridentinum session. 14. cap. 1. sic ait: Dominus autem sacramentum poenitentia tunc præcipue instituit, cum à mortuis, exciatus insufflauit in discipulos suos dicens: Quorum remi-

remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Quo tam insigni facto (inquit concilium) & verbis tam perspicuis potestatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse comunicatam, vniuersorum patrum consensus semper intellexit. Ita Concilium Tridentinum contra hæreticos Nouatianos hanc potestatem negantes.

¶ Secundo dicimus, quod cum ista potestas sit triplex, scilicet, sacerdotalis character ad consecrandum, & potestas in foro interiori & iurisdictione plenaria, quæ illis est annexa: longe probabilius est contra Armachanum asserentem, quod Apostoli Marci. 3. vbi leguntur esse assumpti ad apostolatam, ordinati fuerint sacerdotes. Probabilius est (inquam) quod fuerint ordinati à Christo sacerdotes in cæna. Quia sic omnes Doctores tenent, scilicet, tunc eos in sacerdotes instituisse, cum sacramentum eucharistiæ instituit. Atque ratio hoc persuadet, scilicet, quia prius debuit, sacramentum institui, quam eius ministri. Tum etiam quia autore Soto mysterium sacramenti eucharistiæ, ante quam in cæna contulisset eis suum corpus, & sanguinem in cibum & potum, non plene intellexerunt Apostoli, licet de hoc Ioannis. 6. aliquam mentionem fecerat Christus, tamen modum manducandi eos non docuerat. At dicere prius institutos esse sacerdotes, quam mysterium consecrandi edocti fuissent non admodum rationi est consonum.

¶ Tertio dicimus cum Concilio Tridentino loco citato sess. 14. cap. 1. & cum vniuersorum patrum consensu, ibi allegato, quod ista potestas remittendi, & retinendi peccata, fuit comunicata Apostolis, & eorum legitimis successoribus cum exciatus Christus à mortuis insufflans in discipulos dixit illa verba quæ habentur Ioannis. 20. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Neque licet verba hæc Concilij inuertere, aut immutare, scilicet, quod ex his verbis Domini consistet, potestatem remittendi peccata fuisse illis comunicatam. Sed an tunc fuerit comunicata, vel ante in cæna, varij circa hoc sunt modi dicendi. Propter quod Sotus in. 4. sent. dist. 20. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. licet opinionem dicentium potestatem clauium in foro poenitentia collatam fuisse Apostolis in cæna, tanquam probabilitate omni destitutam, non refutet, eo quod in cæna Apostolis fuit impressus character sacerdotalis, qui potestas clauium dicitur, esse tamen magis accedens ad mentem concilij & probabilius putat potestatem clauium, quod ad remittenda peccata in foro poenitentia eis fuisse collatam, vt insinuat Concilium Ioannis. 20. Et patet: quia

A verba ipsa, scilicet, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis &c. significantius sonare videntur, ibi hanc potestatem illis fuisse collatam. Huic sententiæ omnes Doctores videntur asipulari. Caiet. super hunc locum euangelij, & D. Thomas in. 4. dist. 24. quæst. 2. art. 3. & D. Hieronymus ad Hebdibiam. quæst. 9. & super eundem locum Ioannis, & D. Chrysosto & Ambros. 1. de poenitentia. Sed quomodo cõpatitur, quod potestas clauium sit character sacerdotalis, qui datus est Apostolis in cæna, & quod postea Ioannis. 20. post resurrectionem receperint potestatem ad remittenda peccata, si in recepto characteriam eam receperant.

B ¶ Argumentum autem hoc arguit opinionem illam, quæ asserit potestatem clauium in foro conscientia esse idem secundum rem cum characteri sacerdotali, potius esse coniecturam, quam omnino solidam sententiam. Quo circa, qui istam coniecturalem opinionem sustinent, varie ad hoc argumentum respondent. Primo, vt Sotus respondet, scilicet, quod Apostoli in characteri in cæna recepto receperunt potestatem clauium, alligatam tamen ne, scilicet, illa vti possent, quo vsque post resurrectionem Spiritum sanctum ad id muneris susciperent. Quo circa Ioannis. 20. datus est eis Spiritus sanctus, simulque facultas eadem potestate vtendi est sibi collata. Secundum Victoriam autem in cæna acceperunt potestatem ordinis, etiam ad remittenda peccata: sed Ioannis. 20. acceperunt potestatem iurisdictionis ad idem munus. Cui alludit Nauarrus dicens, quod in cæna data est Apostolis iurisdictionis in habitu, & Ioannis. 20. collata est eis iurisdictionis super omnem orbem in actu ad absoluendum, secundum alios autem in cæna receperunt potestatem clauium in radice, id est, in charactera, quem suscipere, qui quidem Ioannis. 20. extensus est ad remittenda peccata in foro poenitentia. Quo circa Ioannis. 20. non solum receperunt vsum, sed etiam potestatem remittendi peccata. Qui quidem modus dicendi, vt cumque persuaderi potest exemplo D. Thomæ dicentis in. 1. parte quæst. 67. art. 4. quod lux fuit prima die creata. Ita D. Dionysius. 4. ca. de diuin. nomin. quæ secundum ipsum fuit lux solis, sed adhuc informis, quatum ad hoc, quod iam erat substantia solis, & iam habebat virtutem illuminatiuam in communi: sed post modum data est ei specialis & determinata virtus ad particulares effectus. Sic aliquo modo intelligere possumus, quod ille character sacerdotalis impressus Apostolis in cæna, tunc fuit habens virtutem consecrandi Christi corpus, sed postea Ioannis. 2. eius virtus extensa est, vel ampliata ad remittenda peccata in poenitentia foro.

¶ De-

¶ Deinde quæritur, cum D. Petrus Ioannis ultimo plenissimam autoritatem in vtroque foro receperit, an alij Apostoli potestatem à Petro & per Petrum potestatem in vniuersum orbem acceperint. Respondetur autem contra Turrecrematam dicentem, Apostolos eam potestatem recepisse per Petrum reuera non à Petro, sed à Christo Domino eam immediate accepisse. Primo quia id insinuat D. Paulus de se dicens ad Galatas. 1. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, quasi dicat à Christo Deo qui Apostolatus immediate accepisse potestatem, & non à puris hominibus. Id etiam patet de omnibus Apostolis: quoniam immediate à Christo Domino sunt instituti Apostoli & ad munus Apostolatus assumpti, de cuius ratione est iurisdictionis. Item, quia Christus in omnes insufflans Spiritum sanctum omnibus dixit. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata. Itē hoc confirmatur ex eo, quod in actibus Apostolorum in Iudæa proditoris locum vacuum, neque D. Petrus cum caput esset, neque Apostoli insisterent alium Apostolum, sed per sortem sibi designari à Christo id petierunt. Item, quia Christus omnes ordinavit dicens. Accipite: hoc est corpus meum, hoc in mei memoriam facietis. Et omnibus Matthæi. 18. plenissimam iurisdictionem dedit, dum dixit. Quodcumque solueritis super terram & cætera. Sed si quis arguendo obijciat, quod Petrus inter Apostolos est à Christo Domino institutus, ut caput ecclesiæ, & quod capitis est influere virtutem ac per consequens Apostolos à D. Petro, ut à capite aliquam potestatem & virtutis influentiam accepisse. Respondetur ad hoc primò: quod excellentia potestatis ecclesiasticæ Petro collata à Christo consistit in his prærogatiuis, primò, quod Petrus est pastor vniuersalis ecclesiæ, tanquam Christi vniuersalis vicarius. Quod patet ex eo, quod sibi à Christo dictum est, pascue oves meas. Item, quia D. Petrus relictus est à Christo, ut suæ ecclesiæ caput, & ut præses inter Apostolos, ut Conciliū cōgregaret, ut patet actu. 15. & alijs fungeretur ut Apostolorum primatis, & prælati inter eos officijs. Tum in hoc, quod non solum tanquam Apostolus, sed tanquam Christi vicarius plenitudinem potestatis permansuræ in eis, qui suam sedem occuparent à Christo recepit. Licet verū sit, quod in munere Apostolico omnes fuerunt æquales Petro. Vnde secundum Caiet. Ioannis. 20. in ordine ad vniuersas homines acceperunt potestatem absoluendi super terram. Si autē curiosius quis sciscitetur, qualiter potestas Petri à potestate aliorum Apostolorum differentiam à Christo Domino accepit, sciat trifariam discrimen hoc considerari. Primo, quia autoritas Pe-

tri permansura erat in eos, qui in sedem suam succederēt, & successura erat, & duratura vsque ad finem sæculi. At verò potestas reliquis Apostolis data, quia tantum erat personalis, nō erat successura in alios, nisi per autoritatem Petri. Secūdo, quia si disceptatio esset inter Apostolos de rebus fidei, standum erat sententiæ Petri, cui à Domino ideò dictum est: Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: tu autem conuersus confirma fratres tuos Lucæ. 22. Tertio, quia Petrus habebat potestatem plenam super alios Apostolos, quam non sic Apostoli habebant super se ipsos inuicem. Vnde Petrus erat pastor etiam respectu eorum, quia pastor vniuersalis omnium. Igitur ad argumentum Armachani respondetur, quod quia Christus Dominus habuit potestatem excellentiæ, potuit successu temporum eis functiones Apostolicas obeundi potestatem impartire. Vnde necesse non fuit, ut tempore, quo ad Apostolatus gradū sunt assumpti, tunc facultatem consecrandi, & absoluendi sint assequuti, quia vsum consecrandi & absoluendi habituri non erant, nisi post passionem. Vnde potestas Apostolorum non omnino fuit completa, nisi post resurrectionem, vbi in die Pentecostes ad suum officium receperunt Spiritum sanctum, & linguarum dona. Vnde diuersas potestates characteris, ut præ diximus diuersis temporibus illis contulit, licet eis characterem in cæna imprefferit. Episcopus autem, quia potestatem habet sacramentis alligatam, eam diuidere non valet. Quo circa vbi imprimis characterem, ibi confert potestatem clauium. Quod si Apostoli, ut legitur Matth. 4. baptizabant, & curabant in firmos oleo, ante tempus cænæ Domini, non ex hoc contra Armachanum probatur, ante tempus cænæ Domini institutos fuisse in sacerdotes: quia neque tunc baptizabant ex officio, tanquam sacerdotes, sed iussu Christi. Neque illa curatio infirmorum applicato oleo, attinebat ad sacramentum vnctionis: quia istud sacramentum non confertur, nisi post sacramentum pœnitentiæ, & eucharistiæ: quæ quidem sacramenta citra dubium ante passionem non ministrarunt. Igitur illa simplex curatio sacramentum non erat, sed fiebat per gratiam sanitatum Apostolis collatam. Igitur collata fuit potestas consecrandi per illa verba: Hoc facite in meam commemorationem etiā Iudæa: quia Apostolus erat, licet sua culpa solum potestatem clauium in characterem sacerdotali tanquam in sola radice acceperit: & ideo sua culpa eadem potestate nō est donatus. At licet opinio quorundam sit, quod Apostolus Thomas post octo dies, cum, scilicet, misit in latus digitum receperit potestatem remittendi peccata: tamen verisimilius dicitur, quod tunc etiam

etiam absenti tanquam membro collegij, hæc potestas fuit collata. Concluditur ergo in illo verbo dicto Petro, scilicet, Tibi dabo claves regni cælorum, ei potestatem plenissimam, tum ordinis, tum iurisdictionis in vtroque foro fuisse promissam. Nam in his consistit tota ecclesiæ fabrica: sicut etiam Matth. 18. promissa est apostolis exterior iurisdictionis: ut quæ soluerent in vtroque foro essent soluta contra Turrecrematam. ¶ Præterea ex prædictis colligitur, esse propositio de fide, quæ Petro in sua persona singulari collata est potestas supra vniuersalem ecclesiā Christi, ut patet Matth. 16. Ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum. Vbi nota, quod licet aliæ expositiones huius loci possint admitti, scilicet, quod Petri confessio & Christus sit fundamentum: hæc tamen explicatio, scilicet, quod Petrus sit talis petra de fide tenenda est. Et cum dicitur, confessionem Petri esse fundamentum, sumitur actus pro obiecto. Quod patet ex Caiet. ex D. Tho. ad Ephes. ca. 2. in illud, supra fundamentum Apostolorum, in simili hanc expositionem suauente. Vt sit sensus, quod propter Christum creditum, & quem confessus est Petrus, qui quidem Christus est principale fundamentum participatione etiam cōuenit Petro ratio fundamenti. Et per hoc, quod dicitur ei. Tibi dabo claves regni cælorum, significat potestatis amplitudinem collatam Petro. Ex quibus verbis Dñi constat, Petro collatum esse totius ecclesiæ principatum in sua persona, & pro sua persona. Quod & confirmat illud Ioan. vlti. Simon Ioannis diligis me plus his: Pasce oves meas. Vide Rophensem art. 2. contra Lutherum. Quibus adde secundo etiam esse de fide, necessarium esse in ecclesia, hanc primam & vniuersalem Petri potestatem in aliquo particulari prælato permanere, & non solum in tota ecclesia. Quamquidem catholicam assertionem Diuus Thomas probat in. 4. contra gentes. cap. 76. Tum etiam id probat in additionibus. ad 3. partem. art. 6. & id probat ex vnitatis ecclesiæ: quæ cum tota sit vnum corpus, oportet in ea esse aliquem vniuersalem rectorem, & gubernatorem, qui eam colligat ad vnum bonum commune. Alias non posset ista vnitatis cōseruari, nisi supra episcopos specialia regimina habentes statueretur à Christo papa. Vnde negantes hanc vniuersalem & supremam papæ potestatem, præterquam quod schismatici dicuntur, utpote vnitatis ecclesiæ diuisores, hæretici sunt. Tum etiam 2. 2. q. 1. art. 10. ex vnitatis fidei probat necessarium esse in tota Dei ecclesia, esse vnum vniuersalem vice Christi præfidentem totam ecclesiam. Nam alias Deus non prouidisset bene ecclesiæ suæ, si schisma in fide oriretur, & nō esset vna firma regula, & caput,

Instruct. consc. Pars. 2.

ut est papa, cui in determinatione rerum fidei staret. Tum patet, quia regimen ecclesiæ est optimū, utpote ordinatum ab optimo, & sapientissimo rege Christo. Regimen autem optimū, id est, quod magis conducit ad pacem: quod fit cum per vnum supremum regitur ecclesia militans: sicut per vnum Deum regitur ecclesia triumphans. Quæ quidem potestas vniuersalis vsque ad finem seculi necesse est, ut duret in ecclesia: quia ouile Christi & oves eius in ecclesia militante vsque ad con summationem seculi durabunt. Oportet ergo præter cætera, tum ad cōuocanda concilia, tum ad cōfirmandas res fidei, tum ad cōponendos alios primates ecclesiasticos, & episcopos in litibus inter eos, ortis vnum esse supremum præfulem manifestum, & verum in sede Petri successorem. Quia cum Christus Dominus per præsentiam corporalem sit absens ab ecclesia hac sua (licet ipse sit vniuersalis pastor) oportuit, ut ait D. Tho. ut hanc curam alicui committeret, qui loco sui vniuersalem ecclesiam regeret. Accedit ad prædicta tertio, quod pōtifex Romanus est qui hanc primam & vniuersalem potestatem in ecclesia Dei habet, & hoc iure diuino. Patet tum primò: quia illa tria munia, cōgregare concilia, cōfirmationem & determinationem interponere infallibilem in cōcertationibus fidei, & alios prælatos dissidentes cōponere & iudicare ad summum pōtificem Romanum pertinet: ut patet ex vfu & autoritate sanctorum patrum, & doctorum ecclesiæ. Neque oportet in re certissima probata immorari. Et patet, quia Romanus pōtifex est successor Petri, ut patet ex multis concilijs, scilicet, Lugdunensi sub Gregorio, & Florentino, & extra de maioribus & obed. c. vnam sanctam. Item ratione patet: quia D. Petrus ecclesiam Romanam sibi appropriauit appropriatione hac morte firmata: inde est, quod illi succedat, qui in illa ecclesia succedit, & nō qui in Antiochena, quia recedens inde visus est appropriationem eius, quam antea fecerat, quam si abrogare. Sicut in testamenti mortuorum videmus, scilicet, quod ille loco defuncti succedit, qui testamento morte firmato declaratur, licet alius antea esset hæres institutus, quod persequens morte corroboratum, abrogatum est. Cum ergo Petro, non ut priuato homini, sed ut ecclesiæ capiti, dixit, & promissit Christus scilicet, super illum ædificatorem ecclesiam ad successorem eius planum est etiam fore extendendum, quoad potestatem illi collatam. Et non est extendendum ad omnia membra ecclesiæ, ut aiunt Lutherani, inde volentes concludere ex illo dicto Dñi Marcii 3. Quod vobis dico omnibus dico, omnes Christianos sacerdotes esse, & multa hinc absurda & hæretica inferunt. Igitur, quia ex peruersa intelligentia

Et gentia





clesiarum episcopi, & praelati ab ecclesia prima, id est, Romana vocati sunt in partem solitudinis, non plenarie potestatis, ¶ Igitur magister Bañes loco allegato respondens ad hanc quaestionem, sex praeiacit fundamenta. Quorum primum est, quod aliqua potestas spiritualis est in ecclesia, quae necessario dependet à visibili signo. Secundum autem est, quod aliqua potestas spiritualis est in ecclesia, quae non dependet ex consecratione, sed ex sola commissione superioris obtinetur. Qualis est potestas iurisdictionis, quam vicarij episcoporum ad excommunicandum, & causas ecclesiasticas determinandas ab episcopis accipiunt, & quam priores & abbates ex confirmatione superiorum acquirunt, citra ullam consecrationem. Imo episcopus electus & designatus à pontifice in pastorem ante consecrationem (vt vsu probatur) vim gubernatiuam obtinet. ¶ Tertium eius fundamentum est, quod omnis praedicta spiritualis potestas originem habet ex diuina institutione à Deo ipso, non solum vt autore vniuersi, & secularis potestatis, & regiminis: sed vt ab autore supernaturalis ordinis, & potestatis, qualis est potestas consecrandi, & ordinandi ministros, & alia, quae ad ecclesiasticam hierarchiam pertinent: quantum postea humano iure tradantur ex diuina institutione originem ducunt. Quartum fundamentum est, quod vna est vniuersalis ecclesia complectens omnes & fideles, & alia ecclesias: sicut corpus membra comprehendit. Quintum eius fundamentum est, quod in praelatis ecclesiae duplex potestas inuenitur, scilicet, potestas ordinis, & potestas gubernatiua, siue iurisdictionis: quarum duplex est differentia. Prima, quod potestas ordinis ad causandum effectum sacramentalem alligata est determinatis verbis, & indiget determinata materia, vt scilicet, determinata verba & panis triticeus requiruntur ad consecrationem corporis Christi: sed potestas iurisdictionis sine determinatis verbis, & sine praesentia materiae exercere suum actum potest: quae etiam scripto & verbis suum potest operari effectum interdum. Secunda differentia est, quod potestas iurisdictionis interdum aboletur. Potestas autem ordinis neque propria voluntate, neque crimine deletur, sed semper perseverat. Sextum eius fundamentum est, quod omnis praelatus ecclesiae tam supremus, quam inferior in sibi subditos potestatem habet non solum in particulari, sed supra totam multitudinem. ¶ Iam ex praedictis fundamentis has licet inferre conclusiones. Prima est, quam etiam ponit & probat Sotus in 4. sent. q. 1. art. 4. dist. 2. o. conclusionem. 2. scilicet, summam plenitudinem ecclesiasticae potestatis primum Christum Dominum con-

tulisse Petro, tanquam eius vicario, & ecclesiae capiti. Quocirca in Romano pontifice, qui est successor Petri, ac proinde solus est vniuersalis ecclesiae pastor, residet plenitudo potestatis, non tanta, quanta fuit in Christo, neque enim potest mutare, aut abolere sacramenta & materias, & formas eorum, sicut potuit Christus haec mutare sacramenta, & alia institueret. Sed haec plenitudo potestatis, quae inuenitur in papa est ministerialis, & tanta quanta requiritur ad regimen vniuersalis ecclesiae, & saluti fidelium. Quia gubernatio politica hoc exigit, vt in gubernatore supremo resideat plena potestas quae dilatetur & se extendat ad omnia, quae spectant ad commune bonum communitatis. Secunda assertio sit. Etsi aliorum episcoporum institutio sit de iure diuino, nullus tamen in ecclesia Dei legitimus potest esse episcopus, aut pastor sine Romani pontificis consensu, siue expresso, sicut eum praestat cum recurritur ad papam pro confirmatione in episcopum electi, aut nominati, qui ante praestitutum consensum per confirmationem vel aliter omni regendi autoritate caret, aut sine consensu papae implicito. Sicut si alicui per sedem apostolicam esset concessum, quod statim, vt nominatur vel electus esset à capitulo obineret auctoritatem. Patet autem assertio haec quoad primam partem, scilicet, quod institutio episcoporum sit de iure diuino, tum ex functione officij apostolorum, quia electi sunt à domino, vt docerent omnes gentes, & praedicarent in vniuerso mundo, iuxta illud Matth. 28. Euntes docete omnes gentes. Hoc autem munus impleri nequaquam potest, neque potest perseverare, nisi per multitudinem episcoporum apostolos representantium, igitur institutio episcoporum de iure diuino est. Tum, quia id videtur confirmari ex D. Paulo ad Ephes. 4. dicente, quod ipse Christus dedit alios pastores, & doctores, nempe episcopos. Tum, quia principatus hierarchicus ecclesiae iure diuino est, qui continet alios principes, praeter supremum, iuxta illud psalmi 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Quoad secundam vero partem, scilicet, quod nullus possit esse legitimus episcopus sine consensu summi pontificis, patet. Tum, quia sicut omnes causae naturales, quia dependent à motu caeli, si ne eius motione ad suos effectus moueri non possunt, sic neque aliquis promoueri in ecclesia potest ad pastorale, vel episcopale officium, nisi per motionem, id est, consensum summi pontificis. Tum, quia ipse est pastor vniuersalis omnium ouium Christi. Ergo ad eius munus spectat ex numero harum ouium quae sint pascendae, & quae ad pascendum eas assumendae decernere, & quibus, & qui sint praeficiendi ad curam spiritualem earum gerendam. Alias ecclesia

ecclesia consistere non posset, sed omnia plena essent horrore & confusione, sicut reuera sunt apud haereticos, haec potestatem summi pontificis negantes. ¶ Ceterum etsi de praedictis inter catholicos Theologos conueniat tamen vtrum episcopi suam episcopalem potestatem à summo rege Christo immediatè habeant, sicut is, qui à rege existente in regno suo gubernatoris immediatè accipit potestatem. An vero episcopi eam potestatem immediatè obtineant à vicario Christi, & mediatè à Christo, sicut cum Rex abest à regno, & dum recessit reliquit proregem suum cum plena potestate instituendi gubernatores, eosque deponendi, qui ab isto prorege praeficeretur in gubernatorem provinciae, ab hoc prorege immediatè acciperet potestatem gubernatiuam & mediatè à Rege absente: an sic contingat in casu, in ter doctores scholasticos dubitatur. ¶ Igitur inter doctores circa praedictam quaestionem non est omnimoda conuenientia. Nam Corduba in suo quaestionario lib. 4. q. 4. opinatur, quod episcopus immediatè habet à papa vtramque potestatem, scilicet, ordinis, hoc est consecrationis episcopalis, & iurisdictionis: sed à Deo principaliter quidem, sed mediatè papa. Castro vero etià de puni. haeret. lib. 2. cap. 24. asserit, vtramque potestatem à Deo haberi immediatè. Alij vero videntes, quod episcopus etiam haereticus si dispenseret ordines sacros, esto prohibitus sit à papa ordinare, veros ordines confert, licet non det eorum ordinum legitimam executionem, affirmant quod potestas episcopalis quoad ordines conferendos à Deo est immediatè, vt pote quae à papa tolli non potest. Potestatem autem episcopalem gubernatiuam pertinentem ad iurisdictionem, arbitrantur obtineri à papa immediatè, eo quod ea potestate potest episcopos priuare. Iam vero Magister Bañes inter Thomistas egregius loco citato per quaedam distinctionem de iurisdictione ex Diuo Thoma in 1. sentent. distinctione. 12. quaest. 1. arti. 3. & tertio contra gentes. capi. 70. de causa immediata contendit, hanc litem dirimere. Dicens, quod cum duplex sit causa, scilicet, alia immediata immediatione virtutis, scilicet, quae per propriam virtutem & non receptam ab alio attingit effectum, & alia sit immediata causa immediatione suppositi, id est, quae non operatur per alium intermedium suppositum, sed per suum tantum, potestas episcopalis iurisdictionis, quae residet in episcopis est, à Christo Domino immediatè immediatione virtutis secundum Turcrematam. 2. libr. summæ ecclesiae ca. 61. Quia sicut omnes effectus naturales sunt à Deo concurrere immediatè immediatione virtutis, sic omnes effectus spirituales ecclesiasticae hierarchiae dimanant à Christo im-

mediatè tanquam à primo fonte, & tanquam à prima & vniuersali causa. Tamen hoc non obstante concludit, quod absolute & simpliciter loquendo potestas episcopalis, iurisdictionalis, & gubernatiua, est immediatè à summo pontifice & episcopo Romano, & non immediatè à Christo Domino collata, & commissa. Post autem enarrationem largam opinionum aliorum, nitar hic, si quomodo possim, quod verisimiliter mihi videtur per haec sequentia asserere explicare, supposita prius distinctione, scilicet, quod tria sunt, quae complent, absolutam & plenam auctoritatem episcopalem, scilicet, sacerdotium, quod praesupponitur ad eius consecrationem, & ordinandi alios functionem: & consecratio, quae in episcopum consecratur, & iurisdictione gubernatiua. ¶ Sit igitur prima assertio, seu propositio. Potestas episcopalis, quantum ad sacerdotium, quod praesupponitur ad consecrationem episcopi, est de iure diuino. Patet, quia, vt probat Sotus in 4. sent. dist. 20. art. 4. sacerdotium est de iure diuino, & quantum ad potestatem consecrandi, & quantum ad vim clauium absoluendi in foro poenitentiae. Patet autem quoad primum, id est, quod ad potestatem consecrandi corpus Christi. Quia cum character & ordo sacerdotialis sit de essentia conficiendi Eucharistiam, & ecclesia non habeat auctoritatem immutandi ea, quae sunt de essentia sacramenti, planum est quod iure diuino sit haec potestas in omnibus sacerdotibus. Et confirmatur. Nam si hanc potestatem sacerdotij quoad consecrandum corpus suum Christus solis tribuisset apostolis, ecclesia non auderet, nisi solis episcopis eorum successoribus eam tribuere. Tum, quia cum Christus praeter Apostolos septuaginta duos discipulos elegerit, per quos discipulos auxiliares episcoporum presbyteri intelliguntur, sit sane, vt cum Apostolos sacris ordinibus initiavit, per id facti ordinandos fore presbyteros ostenderit. Quoad secundam partem, id est, quod sacerdotium etiam quoad potestatem clauium sit de iure diuino, nostram hanc primam assertionem vsus ecclesiae rerum diuinarum certus interpret, probat: quae docet, etiam eadem potestatem clauium sacerdotio iure diuino esse annexam. Nam postquam Episcopus ordinans sacerdotes, contulit potestatem consecrandi, ait. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. Vbi explicat quod Ioannis. 20. clauium potestas data sit omnibus sacerdotibus. Hanc insuper connexionem clauium cum potestate consecrandi esse de iure diuino in sacerdote, id maxime demonstrat, quod ecclesia efficere non potest, quod sacerdotali characteri non sit annexa potestas clauium. Nam consentaneum fuit, vt Christus Dominus presby-

teris, quibus tradidit potestatem supra corpus suum, verum, simul & potestatem clauium tradiderit erga corpus Christi mysticum, vt digne idem verum corpus possent plebi dispensare: alias soli episcopi non sufficerent ad audiendas confessiones poenitentium exigentium absolutionem.

¶ Secunda assertio. Sacerdotium quoad potestatem consecrandi, & quoad clauis ordinis ad absoluendum (non enim loquimur de potestate iurisdictionis) immediatè est à Christo in genere causæ principalis, solo episcopo, vel papa sacerdotij ordinem per sacramentum ordinis dispensante concurrente ministerialiter, immediatè etiam in ratione instrumenti. Ita quidem videtur D. Thom. sentire, qui ministros sacramentorum ad eorum effectus ministerialiter, & instrumentaliter concurrere docet: quia non propria naturali virtute sed accepta à Deo mouentur ad producendos sacramentales effectus. Ergo quia neque papa, neque episcopus possunt, nisi per administrationem sacramenti ordinis sacerdotes instituere: sequitur, quod sacerdotij potestas non auferatur ab eis immediatè, nisi in genere instrumenti, & ministerialiter. Et quod à Christo sit immediatè in genere causæ principalis, itaque omnes episcopi ordinantes & Christus concurrunt immediatè hic in suo genere. Sicut Diuus Tho. in. 1. par. q. 14. arti. 2. docet, quod cum multa causæ sint ordinate, necesse est, quod effectus dependeat in fieri, primo quidem & principaliter à causa prima, & secundario ab omnibus causis medijs. ¶ Ex qua assertionem corollarie inferimus, quod licet verum sit, quod apostoli sicut iurisdictionem erant super orbem accepturi à D. Petro, nisi eos praeuenisset Dominus, eis eam iurisdictionem per seipsum immediatè conferendo: sic iure ordinario potestatem ordinis accepturi erant à Petro, nisi ex speciali gratia Christus in hac parte praeuenisset Petrum, quantum attinet ad Apostolos ordinando illos sacerdotes, per se ipsum immediatè. Neque hoc derogat excellentiæ Petri: nihilominus tamen verum est, quod collatio sacerdotalis ordinis, non sic dependet immediatè à papa, vel episcopo illum conferente, vt possit hanc potestatem ordinis abolere, aut effectum consecrationis debitæ materiæ, qui est effectus characteris sacerdotalis impedire, ne de facto talis consecratio sortiatur effectum: sicut papa potest sic tollere potestates iurisdictionales omnes.

¶ Tertia assertio. Consecratio episcopi, quæ requiritur ad plenam functionem suæ potestatis, non sic dependet à summo pontifice, sicut dependet potestas iurisdictionalis, & gubernatiua episcoporum immediatè à summo pontifice. Patet, nam summus pontifex hanc iurisdictionalem potestatem potest reuocare, & tollere, & suspendere, ita, vt sine eius consensu sortiri non possit effectum. At papa impedimento sic esse non potest, neque obstare, vt episcopi consecrati iam, etiam hæretici, & degradati, & quomodocumque ab ecclesia præcisi, verum sacramentum ordinis conferant, si seruent materiam & formam, & intentionem habeant faciendi quod facit ecclesia.

¶ Quarta assertio. Potestas iurisdictionis, quæ residet in episcopis, non est immediatè à Christo Domino eis collata, & commissa, sicut potestas gubernatoris est immediatè à rege: quem proinde inferior nullus sine regis consensu potest amouere, aut eum deponere. Probatum autem ex capit. quis nesciat. ij. dist. & 2. q. 6. ca. de creto. & ca. qui se scit. Vbi dicitur ecclesiam Romanam vices suas reliquis ecclesijs impertiuisse, vt in partem sint vocatae sollicitudinibus, non in plenitudinem potestatis. Et patet ex capit. omnes. 22. dist. vbi loquens de Patriarchis, & Metropolitanis, primatibus, & episcopis ait, quod ecclesiarum cuiuscunque ordinis dignitatè instituit Romana ecclesia: illa vero solus ipse Christus fundauit. Item etiam patet ex Leone papa sermone. 3. ordinationis, & ex D. Thoma. 4. lib. contra gentes cap. 72. Vbi ait, quod soli Petro promisit Deus clauis regni caelorum, vt ostenderetur potestas clauium per eum ad alios derivanda ad conseruandam ecclesiae vnitatem. Vide Diuum August. tract. 124. in Ioannem. Rationes hæc hanc assertionem persuadent, quam tenet Sotus, & ait esse Maioris, scilicet, omnem iurisdictionem ecclesiasticam ab vno pontifice Romano derivari. Primo, quia in omni principatu monarchico potestas iurisdictionis ab vno monarcha, & principe ad cæteros gubernatores dimanat. Cum ergo Romanus pontifex sit monarcha totius ecclesiae, vt traditur in can. sacrosancta. 22. dist. & vt ecclesia insinuat, dum in officio Diui Petri canit, super plebem meam principem te constituit, sequitur, quod vt ait D. Cyprianus, & habetur 24. q. 1. can. loquitur Dominus ecclesiae particulares ad ecclesiam Romanam comparatæ, se habent ad eam sicut radij ad solem, & riuuli ad fontem, & rami ad radicem. Ac per consequens ex similitudinibus his constat ecclesias particulares ab ea virtutem, & auctoritatem participare. Sicut etiam inter ea, quæ sunt inter se ordinata in ratione causandi, illa quæ sunt secundaria in hoc ordine à primo illius ordinis recipiunt virtutem, vt in libr. de causis traditur propositione 1. Secundo id patet, ex exemplo caelestis hierarchiae, quam ecclesiastica hierarchia, vt ab ea exemplata repræsentat, vbi lux illa, qua spiritus superiores illuminant inferiores, ab ipso

Deo immediatè deriuatur, vt docet Diuus Thomas. 1. part. q. 106. art. 3. Vbi ait, quod Deus ordinatum per superiora influit in inferiora. Ergo pariter in ecclesiae militantis hierarchia potestas gubernatiua à Christo immediatè ad summum pontificem, & deinde ad cæteros inferiores episcopos deriuatur. Siquidem autore D. Dionysio lib. de eccl. hierarch. c. 6. nostra hierarchia militans caelestis hierarchiae triumphanti assimilatur, & conformatur. Item etiam patet ex excellentiori principatu ecclesiae sponsæ Christi, quam fuerit principatus synagogæ. Nam, si in illa ab vno Moyse, vt elicitur ex Numer. c. ij. & ex Exodo. 18. in septuaginta viros à se electos ad gubernandum populum potestas deriuata est, quam deriuationem & dependentiam potestatis illorum à Moyse voluit Deus significare in verbis additis, vbi dicitur. Auferamque de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi. Ergo potiori ratione prælati, seu episcopi peculiarium ecclesiarum in noua lege regimen quod habent assequuntur à pastore vniuersali ouium Christi. Id enim Dominus adubravit dum dixit Moyse. Auferam de spiritu tuo, & cætera. Item vltimo probatur ex inconuenientibus, quæ ex opposita assertionem sequerentur. Nam primo, sequeretur, quod episcopi inferiores electi, papæ confirmatione, non indigerent, si ab ipso non accipiunt gubernatiuam potestatem. Et secundo sequeretur, errare summum pontificem, cum in collatione episcopatum, & prouisione ecclesiarum, cum vt de more habet ait, Prouidemus tali ecclesiae, & præficimus in pastorem, & episcopum talem. Nam hoc veraciter non videretur asserere, si episcopi immediatè à Christo, & sine dependentia à collatione papæ eam reciperent potestatem. Tum tertio sequeretur, quod papa non posset aliquid immutare circa iurisdictionem episcoporum. Nam si eam acceperunt à Christo papa eius vicarius eam reuocare, aut immutare non posset. Sicut neque immutare potest numerum sacramentorum, neque formas, aut materias eorum: quia Christus fuit eorum immediatus autor. Hoc autem videtur esse & contra Canones de translatione episcoporum. c. 1. & seq. & contra vsum, quæ habet immutandi sedes episcopales. Tamen ad prædictam quartam assertionem, quo eam moderemus adijcimus hanc limitationem, quod etsi papæ tali plenitudine potestatis gaudet, vt ab eo omnis virtus gubernatiua in alios inferiores prælatos deriuetur: non tamen potest iure prohibere, ne consecrentur episcopi, neque potest consecratis eam potestatem subtrahere, quæ necessaria est ad pascendas oues sibi subditas, & creditas. Quia (vt Paulus 2. ad Corint. 13. ait) potestas summi pontificis, sicut & aliorum prælatorum

instruct. conf. Pars. 2.

Deo

rum in ædificationem est, & non in destructionem. Quia episcopis deficientibus populus nequit commodè gubernari: neque conuenientes ministri erunt, neque poterunt sacramenta ministrari: sed erunt populi sicut oues sine pastore, per anfractus, & præcipitia vitiorum errantes. Itè, quia naturalis ordo dicitur, vt si aliquis præficatur ad aliquod munus, ei necessaria media non subtrahantur cap. præterea. de offi. delegati. Quod confirmat Aristot. 1. libr. de celo. Vbi ait, quod si auter naturæ celo vim progressiuam dedisset, pedes ad ambulandum ei conuulisset.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur, papam ex rationabili causa posse potestatem iurisdictionis episcopis restringere, etsi opus fuerit penitus auferre. Nam supremus gubernator in subordinatis potest modum imponere. Vnde merito in signum vniuersalis suæ excellentiæ quædam grauiora sibi referuat, vt tradit Syluest. in sum. verb. dispensatio. §. 13. & verbo, casus. §. 1. casu 13. quoad quasdam censuras, & verb. papa. ferè per totum. Potest etiã dioceses diuidere episcopis & episcopos ab vna in aliam transferre. Sed quid, si de facto papa sine rationabili causa tollat ab episcopo pastorem curam, & eo inuito alteri tradat eius episcopatum? Respõdetur cum Magistro Fr. Ioane à Peña, quod licet aliqui oppositum sentiant, quia est veluti quoddam matrimonium contractum cum Matrice ecclesia, & alij eis subiectis; acceptatio episcopatus, quod sine causa separari non debet, tamen propter multa inconuenientia, quæ alias sequerentur, dicendum est cum ipso, quod talis amotio de facto sine rationabili etiã causa à papa facta, teneret. Nihilominus talis episcopus sic amotus in animi præparatione esse debet ad curandas oues, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. ad 3. Si tamen papa dispenset cum episcopo, sine causa, vt non relideat, non auferendo ab eo curam episcopalem, peccaret & factum non teneret. Sicut si papa dispensaret cum monacho, vt manente monacho duceret uxorem, facta sic dispensatio non teneret, salua eius censura. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, sententiã illam esse certam (vt ait Sotus) & non solum probabilè, quod quilibet sacerdos in articulo mortis absoluens de iure positio habet potestatem tunc absoluendi. Huic assentitur Durand. dist. 19. q. 2. Tamen, quia (vt probatum est) nemo habet iurisdictionem, nisi per auctoritatem ecclesiae, quia Christus Dominus iurisdictiones in ecclesia reliquit, distribuendas per Papam eius vicarium. Tamen etiã patet ex stylo concessione ecclesiae casuum referuatorum. Nam absolutio fit à sacerdote simplici, dum non suppetit alius in articulo mortis expositus confessor. Quod etiã ex suo modo loquendi ostendit ecclesia dum referuans casus ait. Præterquam in articulo mortis, quasi sua sit facultas.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur, papam ex rationabili causa posse potestatem iurisdictionis episcopis restringere, etsi opus fuerit penitus auferre. Nam supremus gubernator in subordinatis potest modum imponere. Vnde merito in signum vniuersalis suæ excellentiæ quædam grauiora sibi referuat, vt tradit Syluest. in sum. verb. dispensatio. §. 13. & verbo, casus. §. 1. casu 13. quoad quasdam censuras, & verb. papa. ferè per totum. Potest etiã dioceses diuidere episcopis & episcopos ab vna in aliam transferre. Sed quid, si de facto papa sine rationabili causa tollat ab episcopo pastorem curam, & eo inuito alteri tradat eius episcopatum? Respõdetur cum Magistro Fr. Ioane à Peña, quod licet aliqui oppositum sentiant, quia est veluti quoddam matrimonium contractum cum Matrice ecclesia, & alij eis subiectis; acceptatio episcopatus, quod sine causa separari non debet, tamen propter multa inconuenientia, quæ alias sequerentur, dicendum est cum ipso, quod talis amotio de facto sine rationabili etiã causa à papa facta, teneret. Nihilominus talis episcopus sic amotus in animi præparatione esse debet ad curandas oues, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. ad 3. Si tamen papa dispenset cum episcopo, sine causa, vt non relideat, non auferendo ab eo curam episcopalem, peccaret & factum non teneret. Sicut si papa dispensaret cum monacho, vt manente monacho duceret uxorem, facta sic dispensatio non teneret, salua eius censura. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, sententiã illam esse certam (vt ait Sotus) & non solum probabilè, quod quilibet sacerdos in articulo mortis absoluens de iure positio habet potestatem tunc absoluendi. Huic assentitur Durand. dist. 19. q. 2. Tamen, quia (vt probatum est) nemo habet iurisdictionem, nisi per auctoritatem ecclesiae, quia Christus Dominus iurisdictiones in ecclesia reliquit, distribuendas per Papam eius vicarium. Tamen etiã patet ex stylo concessione ecclesiae casuum referuatorum. Nam absolutio fit à sacerdote simplici, dum non suppetit alius in articulo mortis expositus confessor. Quod etiã ex suo modo loquendi ostendit ecclesia dum referuans casus ait. Præterquam in articulo mortis, quasi sua sit facultas.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur, papam ex rationabili causa posse potestatem iurisdictionis episcopis restringere, etsi opus fuerit penitus auferre. Nam supremus gubernator in subordinatis potest modum imponere. Vnde merito in signum vniuersalis suæ excellentiæ quædam grauiora sibi referuat, vt tradit Syluest. in sum. verb. dispensatio. §. 13. & verbo, casus. §. 1. casu 13. quoad quasdam censuras, & verb. papa. ferè per totum. Potest etiã dioceses diuidere episcopis & episcopos ab vna in aliam transferre. Sed quid, si de facto papa sine rationabili causa tollat ab episcopo pastorem curam, & eo inuito alteri tradat eius episcopatum? Respõdetur cum Magistro Fr. Ioane à Peña, quod licet aliqui oppositum sentiant, quia est veluti quoddam matrimonium contractum cum Matrice ecclesia, & alij eis subiectis; acceptatio episcopatus, quod sine causa separari non debet, tamen propter multa inconuenientia, quæ alias sequerentur, dicendum est cum ipso, quod talis amotio de facto sine rationabili etiã causa à papa facta, teneret. Nihilominus talis episcopus sic amotus in animi præparatione esse debet ad curandas oues, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. ad 3. Si tamen papa dispenset cum episcopo, sine causa, vt non relideat, non auferendo ab eo curam episcopalem, peccaret & factum non teneret. Sicut si papa dispensaret cum monacho, vt manente monacho duceret uxorem, facta sic dispensatio non teneret, salua eius censura. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, sententiã illam esse certam (vt ait Sotus) & non solum probabilè, quod quilibet sacerdos in articulo mortis absoluens de iure positio habet potestatem tunc absoluendi. Huic assentitur Durand. dist. 19. q. 2. Tamen, quia (vt probatum est) nemo habet iurisdictionem, nisi per auctoritatem ecclesiae, quia Christus Dominus iurisdictiones in ecclesia reliquit, distribuendas per Papam eius vicarium. Tamen etiã patet ex stylo concessione ecclesiae casuum referuatorum. Nam absolutio fit à sacerdote simplici, dum non suppetit alius in articulo mortis expositus confessor. Quod etiã ex suo modo loquendi ostendit ecclesia dum referuans casus ait. Præterquam in articulo mortis, quasi sua sit facultas.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur, papam ex rationabili causa posse potestatem iurisdictionis episcopis restringere, etsi opus fuerit penitus auferre. Nam supremus gubernator in subordinatis potest modum imponere. Vnde merito in signum vniuersalis suæ excellentiæ quædam grauiora sibi referuat, vt tradit Syluest. in sum. verb. dispensatio. §. 13. & verbo, casus. §. 1. casu 13. quoad quasdam censuras, & verb. papa. ferè per totum. Potest etiã dioceses diuidere episcopis & episcopos ab vna in aliam transferre. Sed quid, si de facto papa sine rationabili causa tollat ab episcopo pastorem curam, & eo inuito alteri tradat eius episcopatum? Respõdetur cum Magistro Fr. Ioane à Peña, quod licet aliqui oppositum sentiant, quia est veluti quoddam matrimonium contractum cum Matrice ecclesia, & alij eis subiectis; acceptatio episcopatus, quod sine causa separari non debet, tamen propter multa inconuenientia, quæ alias sequerentur, dicendum est cum ipso, quod talis amotio de facto sine rationabili etiã causa à papa facta, teneret. Nihilominus talis episcopus sic amotus in animi præparatione esse debet ad curandas oues, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. ad 3. Si tamen papa dispenset cum episcopo, sine causa, vt non relideat, non auferendo ab eo curam episcopalem, peccaret & factum non teneret. Sicut si papa dispensaret cum monacho, vt manente monacho duceret uxorem, facta sic dispensatio non teneret, salua eius censura. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, sententiã illam esse certam (vt ait Sotus) & non solum probabilè, quod quilibet sacerdos in articulo mortis absoluens de iure positio habet potestatem tunc absoluendi. Huic assentitur Durand. dist. 19. q. 2. Tamen, quia (vt probatum est) nemo habet iurisdictionem, nisi per auctoritatem ecclesiae, quia Christus Dominus iurisdictiones in ecclesia reliquit, distribuendas per Papam eius vicarium. Tamen etiã patet ex stylo concessione ecclesiae casuum referuatorum. Nam absolutio fit à sacerdote simplici, dum non suppetit alius in articulo mortis expositus confessor. Quod etiã ex suo modo loquendi ostendit ecclesia dum referuans casus ait. Præterquam in articulo mortis, quasi sua sit facultas.

Et 4 Idetiam

Id etiam insinuat Diuus Thomas distinctione 20. quaestione secunda artic. primo. Vbi ait, quod quia ecclesia acceptat, ut quilibet sacerdos possit absolueri in articulo mortis, ex hoc iurisdictionis habet usum quamuis iurisdictione careat. Haec est contra Palud. dist. 20. q. 1. cōcl. 1. & cōtra Capreolum dist. 19. q. si quis obijciat, quod si ista concessio iurisdictionis ad absolueudū in articulo mortis est de iure positivo, ecclesia, id est, papa, vel concilium possit eam reuocare. Respondet Sotus, quod si posse, dicat potestatem absolutam, id conceditur: si autem dicat id quod legitime fieri potest, id negatur. Intolerabilis enim esset res, si in articulo mortis constituto absolutionem negaret, reuocando iurisdictionem, vel ad absolueudum eam negando.

¶ Quocirca iam ex praedictis constat solutio ad argumenta in fronte quaestionis posita in contra. Nam respondemus ad primum, scilicet, cōcedentes, quod episcopi à Deo habent potestatem gubernatiuā non tamen immediate, ut eam immediate habuerunt apostoli de speciali gratia sic à Christo, sed ordinario modo mediante summo pontifice. ¶ Ad secundum argumentum ne gamus D. Thomam per ea verba intelligere, quod per solam consecrationem potestas iurisdictionis detur episcopis. Sed solum ostendit, quod per solemnitatem cōsecrationis designatur sublimitas status episcopalis, & potestatis amplitudo, & perpetuitas eius. Et licet episcopi secundum glossam. 1. ad Corinth. 12. numerentur inter supremas potestates, non tamen episcopi sunt summi simpliciter in hierarchia ecclesiastica, sed papa, qui est caput & vniuersalis pastor.

¶ Ad vltimum argumentum respondetur, quod licet summus Pontifex possit pro libito sui arbitrij vnum, aut alterum remouere nullum alium in locum eius assignando: non tamen, inquit Magister Bañes admittendum est, quod in tota ecclesia, aut in magna eius parte sua potestate tam temere abutatur: sicut adhibet exemplum secundum sententiam peritorū Theologorū, qui asserūt, necessarium esse summū pontificem praemissa consultatione res fidei diffinire. Atque cum eis obijciatur, quod si sine cōsultatione diffiniret poterit errare, hunc casum non admittūt, quod scilicet, sine consultatione diffiniat aliquā de factis. Sic neque admittendum esse censet in hoc quaestionis casu, quod summus pontifex, quamuis habeat potestatem remouēdi singulos episcopos, amoueat omnes, & nullos alios loco eorum deputet.

¶ Quæritur tertio, utrum clauis in solis euangelicis sacerdotibus existat. Respondetur autē, quod in ecclesia Dei est potestas sacerdotalis characteris, & duplex est iurisdictionis tam in foro interiori, scilicet, ad ligandum & absolueudū per sa-

cramentū poenitentiae, quā in foro exteriori, scilicet, ad excōicandū, ad concedendū indulgentias, & ad gubernandā ecclesiam. Quæ quidem potestates supernaturales sunt, ut patet ex eorū fine, qui est introitus regni cælorū. Ac proinde solum in lege euangelica est clauis potestas gratiae effectrix, quia ante Christū natum cælū cunctis hominibus clausum fuit. Neque in lege naturali, aut scripta fuere sacramenta gratiā per se conferentia. Quocirca Christus Dñs fuit primus, qui habuit clauis regni cælorū tanquā per se agens, qui eas tradidit sacerdotibus, tanquam instrumentalibus ministris, tradiditque ecclesiae potestatem hanc, non solū, ut in eis tēporaliter duraret, quibus eā cōtulit, sed ut perpetuo permaneret in ecclesia, quia fundauit ecclesiam vsque ad cōsummationem seculi duraturam, iuxta illud Matth. 28. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad cōsummationē seculi. Quod patet etiā per traditionē successiuā huius potestatis, quæ eius perpetuitatē designat. Igitur potestas clauis sacramentalis in solis sacerdotibus euangelicis existit: quia est personalis potestas, quā sacerdos dum sacro ordine initiatur, suscipit, quæ est sacerdotalis character. Non enim corpus ecclesiae suscipit in cōi ordinē sacerdotalē, sed personæ, quæ inchoantur sacerdotij ordine. Sicut in vnaquaque republica ad singula officia publica peculiares destinantur ministri: sic per sacramentū ordinis sacerdotes, ut ministri sacramentorū destinantur à Christo, tanquā in eminentiori loco constituti in republica christiana, ut oculi in capite. Quocirca institutio sacerdotū in noua lege à republica tēporali nequiuit esse, quā potestatem supernaturalem ad effectus supernaturales non potuit eis impertire. Vnde sacerdotes veteris legis licet carerēt spiritali potestate, quā tū ad effectū gratiæ producendū: quia tñ eorū ritus, sacrificia, vñctiones & vestes mystica erāt & figura rerū supernaturaliū legis euangelicæ, non potuerunt à republica creari, sed à Deo per ministeriū Moysi. Igitur quia Christo nondum passo sacramenta non cōferebāt gratiā in lege scripta, vel naturali: ideo in sacerdotibus illis nulla fuit potestas clauis. Non tñ sub lege naturæ hominū genus fuit omni remedio destitutum: quia per fidei radiū in eis subobscurū, quo poterant legē naturalem seruantes per diuinū auxiliū conuerti ad Deū poterāt obtinere salutis remediū. Neque obstat ad praedicta, quod Christiani omnes dicuntur sacerdotes: quia solū quadā generaliratione sicut dicuntur reges, sic etiam dicuntur sacerdotes: eo quod se & sua Deo in sacrificium offerunt. Nihilominus illi per antonomasiam dicuntur sacerdotes, qui ad sacramenta administranda consecrati sunt.

¶ Quæ-

Quæritur quarto, utrum potestas iurisdictionis in vtroque foro fuerit sic collata ecclesiae, ut in toto corpore immediate resideat. Respondetur autem, quod potestas iurisdictionis ecclesiastica non residet in toto corpore ecclesiae immediate, sed in praelatis. Nam hæc potestas non conuenit ecclesiae iure naturali, aut humano, sed solo diuino iure per Christum, qui est vnicus rex super vniuersalem ecclesiam, iuxta illud psalmi. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super montem sanctū eius: & qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: & qui fuit vnctus à Deo prae participibus suis, ut habetur psalm. 44. ut omnes sacerdotes, & antistites ecclesiae de eius iurisdictionis potestate non habent, nisi à solo Christo. Christus autem nullibi legitur eam tradidisse corpori ecclesiae, sed personis, & praelatis, iuxta illud dictum singulariter Petro: Tibi dabo clauis regni cælorum. Et ad Apostolos etiam singulariter dictum: Quaecumque solueritis super terram, & cetera. Ergo est in personis hæc potestas, quas dedit in opus ministerij. Quo circa dixit Paulus. 1. ad Corinth. 4. Sic nos exilitimet homo, ut ministros Christi, & non dixit ministros ecclesiae. Ut insinuet hoc ministerium participatum esse à Christo, non vero à corpore totius ecclesiae. Quod & Christus videtur insinuasse Ioann. 15. vbi ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quasi dicat, non respublica civilis constituit vos: sed ego elegi vos. Et etiam cum Ioannis. 20. dicit: Ego mitto vos, quasi dicit, ut ego à nulla republica potestatem habeo: sed data est mihi à patre potestas in cælo & in terra: ita à me sumēda est hæc potestas, & non à toto corpore ecclesiae, quasi in ipso sit, sumēda est, sed à me ipso est recipienda. Quod hinc etiā patet: Quia sacerdotes ecclesiae cōstituuntur per characterē ordinis sibi collatū cuius characteris Christus est autor, sicut etiam est auctor gratiæ per suos ministros. Sicut igitur character non est in tota ecclesia, sed in personis quibus per sacramentum ordinis characterem imprimunt: ita iurisdictionis, quæ ad clauis, quæ idē sunt realiter cum characterē, functionem est necessaria, non toti ecclesiae, sed certis personis tribuitur. Tum etiam patet, quia nunc Christus Dominus gubernat suam hanc ecclesiam de cælo, sicut cum in terris degerebat, sed ipso vitā agente in terris praelati non habebant auctoritatem à toto corpore ecclesiae, sed ab ipso Christo. Ergo etiam nunc per episcopos, & sacerdotes non à corpore ecclesiae institutos, sed à Christo gubernat ecclesiam. Quocirca iurisdictionis collata ecclesiae in vtroque foro non residet in toto corpore ecclesiae immediate. Vnde licet respublica civilis

à principio, cū non esset ei rex, creauit sibi suum regem: tamen ecclesiae rex Christus Dominus fuit Rex à patre cælesti constitutus, ut in psalmo citato ait David. Sicut ergo potestas gubernativa domus non est in tota domo, sed in patre familias domus, & in ministris, quos ipse ad id muneris voluerit eligere: ita Christus regit suam familiam ecclesiae, cui toti non dedit iurisdictionem, sed ministris, quos ipse elegit tanquā eius præsidentes. Item patet: quia si Christus toti ecclesiae prædictam iurisdictionem contulisset, ita ut in toto corpore ecclesiae immediate resideret, sequeretur magna inconuenientia, quæ conuincunt Christum Dominum id non fecisse. Nam primo sequeretur, quod sicut senatores nomine ciuitatis, aut regni congregantur in suo senatu ad respublicas & negotia publica pertractandum sic cardinales per potestatem omnium etiam laicorum opificum, & mulierum congregarentur ad eligendum Papam, Quod quidem adeo est absurdum dictu, ut multas absurditates secum afferat. Nam primo, quænam maior absurditas imaginari potest, quam quod personæ adeo inhabiles, cuiusmodi sunt mulieres, & pueri & opifices laici ad exercenda ecclesiastica officia admittantur. Tum secundo: quia vana esset illa potestas diffusa per totum orbem Christianum ad eligendum Papam, & res ecclesiae in concilio gerendas, si impossibile est totum christianum orbem ad hoc conuocari. Tum tertio: quia sequeretur, quod si Papa & episcopi aliquas leges ecclesiasticas conderent & totus populus reclamaret cum tanto excessu, ut sit maior pars ecclesiae reclamans, standum esset iudicio populi: quod tamen afferere non adest à nota hæresis. Igitur hinc planum fit, praelatos non habere iurisdictionem à toto corpore ecclesiae, sed à Christo mediante eius vniuersali vicario summo Pontifice Romano. Tum etiam patet: quia si hæc potestas ecclesiastica esset ab ecclesia, sicut potestas civilis est à republica civili, sequeretur, quod si tota ecclesiae congregatio sancire vellet, ut non gubernaretur per vnum summū Pontificem, sed per plures, sicut olim per consules Roma gubernabatur, & nunc gubernatur Venetia, id posset facere. Quod tamen esse hæreticum omnes cōcedunt, etiam Gerson in tract. de potest. ecclesiast. & Almain in libro de cōpar. Papæ & concilij cap. 6. qui contrariæ opinionis autores sunt, scilicet, quod potestas iurisdictionis sit in tota republica Christiana.

¶ Iam circa prædictam doctrinam quæritur, an potestas iurisdictionis, quæ sine characterē sacerdotali potest reperiri, possit omnibus Christianis conuenire. At vero, quod vnus potestas hæc possit conuenire, non ambigitur: si quidem

Ec 5 episco.



episcopus confirmatus antequam ordinetur iurisdictionem obtinet ad excommunicandum, & ad indulgentias conferendas, & præcepta indicenda. Sed id in præsentiarum in dubium vertitur, an fæmineus sexus capax sit huiusmodi potestatis. Nam pro parte affirmatiua D. Paulus videtur astare, dum ad Galat. 3. ait, q̄ in Christo non masculus, neque fæmina quoad differentiã. Sed in contrarium est q̄ ipsemet D. Paulus. 1. ad Corint. 14. ait. Mulieres in ecclesia taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse. Et subiungit, quod hæc sint Domini mandata. Respondetur autem ad quæstionem per sequentia dicta. Dicitur enim primo id, in quo conueniunt omnes, scilicet, mulierẽ non posse potestatem ordinis suscipere (vt tradit D. Thomas dist. 25. q. 2. Secundo dicitur, quod mulier non potest in dignitate constitui, cui sit spiritualis iurisdictione annexa. Patet: quia hoc videtur significasse Paulus loco citato & 1. ad Timot. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto. Itẽ hoc patet. 1. quia mulier cum incapax sit potestatis ordinis sit subinde, vt quia potestas iurisdictionis, licet non sit immediate potestas clauium ad remittenda peccata, tamen ordinatur ad illã, & ortũ habet ex illa mulieri congruere non possit. Præterea secundo cum natura sua sexus fæmineus subiectus sit virili sexui iuxta illud Genes. 3. sub viri potestate eris, mulierem non decet in ecclesia potestatem iurisdictionis habere, vt, scilicet, vim habeat coactiuã spirituale, cum id ad dignitatem sponsi ecclesiæ qualis est Christus pertineat. Deinde patet tertio: quia iurisdictionis vsus requirit scientiam, mulier autem scientiæ canonum, & theologiæ imperita est, vt possit munia iurisdictionis spiritualis obire: neq; literarum studio ideo est mancipanda: quia neque tutum est, neque decori ecclesiæ congruit eam præfici in potestatem spirituale, cui spiritualis iurisdictione sit annexa vnde animarum salus pendet. Vltimo palmario exemplo Christi domini & ecclesiæ id comprobatur, quia nusquam Christus Dominus, neque etiã catholica ecclesia hanc ecclesiasticã dignitatem mulieri commisit, vt Innocentius. 3. cap. noua de poenit. & remiss. subnotauit. Vbi ait re nouã & inauditã esse, quod abbatissæ moniales benedicant, aut confessiones audiant, aut prædicent, cum beatissima Virgo dignior & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, cui tamen Dñs clauis regni nõ comisit. Quo exẽplo nusquã in ecclesia, licet multæ præcellerint fæminæ sanctitatis splendore fulgẽtes eis potestas clauium est comissa, ita ex D. Ambrosio c. mulierẽ. 33. q. Patet etiã ex D. Thoma dist. 25. q. vbi ait, quod mulier cũ sit in statu subiectionis nõ potest aliquã

A iurisdictionẽ spirituale habere. Sed mulieri, inquit, comittitur aliquis vsus clauium, sicut Abbatissæ comittitur habere correctionẽ in subditas mulieres, propter periculum, quod imminere posset ex cohabitatione virorũ & mulierũ. Cui subscribit Durand. dist. 19. & Syluest. verb. abbatissa. §. 1. & Pal. dist. 19. q. 2. Neque obstat, q̄ Concilium Laodicense, vt refertur, dist. 32. can. mulieres. meminit mulierũ, quas Græci presbyteras vocant, idest, Matronas viduas, Quia Conciliũ inhibet, ne hæc tanquam ordinatæ in ecclesia constituantur. Neque obstat, q̄ vt habetur. 4. Regum, multæ mulieres fuerunt prophetissæ. Quia respondetur, quod donum prophetiæ potuit congrue eis donari: quia non est sacramentum, neque ad potestatem sacramentalem ligandi, & absoluendi attinẽs, vt spiritualis iurisdictione.

B Ex prædictis sequitur primo corollarie, q̄ abbatissæ, & priorissæ nequeunt monialibus, quibus præficiuntur indicere præcepta spiritualia, ratione officij: Neque enim ratione officij ad hoc potestatem habent, vt indicant præcepta decernendo ea obligare ad peccatum mortale, sicut Papa & ecclesiastici prælati, eo ipso, quod aliquid præcipiunt sub sententia excommunicationis obligant sub mortali, dum in præcipiendo nõ interueniat manifestus error. Et sicut prælati religiosorum sub his verbis, præcipio tibi in virtute sanctæ obedientiæ: præsertim si id faciãt in scriptis indicendo præceptum, censentur sub reatu mortali velle obligare. Sed solum prædictæ Abbatissæ, & priorissæ, quia non sunt spiritualium iudices, vt possint decernere suum præceptum obligare sub reatu mortali, aut veniali, possunt imponere præcepta ad instar potestatis secularis, constituendo opus mandatum in genere virtutis, cuius transgressio ex natura, & quantitate, & qualitate rei mandatẽ pensari debet, scilicet, an sit materia peccati mortalis, vel solũ venialis. Sic ergo Matrona, quæ in prælatã præficitur monialibus, potestatem habet ponendi eis præcepta isto secundo modo: quibus sic

D moniales tenebuntur obedire sicut matri familias aliquid præcipienti fæminę ei subditæ in domus gubernatione tenentur obedire: & multo magis moniales ratione professionis emissæ de obedientia, si igitur abbatissæ, vel priorissæ præcipiant monialibus sibi subditis, ne literas scribãt aut recipiãt, aut loquãtur cũ viris, aut ad hortos exeãt, quę sunt exẽpla posita à Soto, an hæc præcepta obligent ad mortale, vel veniale ex eorũ natura perpẽdẽdũ est. Si enim accidãt casus, vbi obseruatio horũ præceptorũ multũ ad custodiã domus, & bonæ extimationis cõuẽtus cõferret eorũ trãgressio posset esse mortale. Vt verbi gratia, si ex tubornationibus in electionibus inter

monia-

moniales magna simultas, & perturbatio pacis cõuentus oriretur, vel si monialis loqueretur cũ hominibus suspectis, & notatis à populo, vel à cõuentu cũ nota infamiæ cõuẽtus, aut scãdali in de imminentis: tũc si abbatissa his de causis mandatũ imponeret, certe obligaret ad mortale moniales ad nõ loquẽdũ cũ huiusmodi viris, vel ad non loquẽdũ in electionis præuio tẽpore. Si autẽ aliqua alia mandarentur, quæ non sic cõferret ad bonũ cõmune, eorũ trãgressio esset venialis. Hinc iam corollarie patet, quam temere aliqui monialibus absolute persuadeant, q̄ præcepta priorissæ aut abbatissæ nullo modo, aut nullo casu obligent ad peccatũ mortale. Nec tamen sequitur q̄ moniales in casu ratione voti obedientię emissi teneantur, sub reatu mortali obedire abbatissæ aliquid præcipienti. Quoniam moniales videntur obedire Abbatissæ secundũ potestatem, quam ipsæ habent præcipiendi, sicut si quis voueret obedire amico seculari, non propterea amicus potest ei imponere præceptũ spirituale, vt episcopus. Quia dũ quis vouet obediẽtẽ se esse alteri non intelligitur, nisi pro vt moris est parere seculari, vt seculari, & prælati vt prælati. Possunt quoq; prædictę abbatissæ, si iurisdictionẽ habent in aliquos vassallos eis præcipere quadã seculari autoritate. Possunt itẽ iuxta glossam in c. dilect. de maior & obediẽt. cui assentit Panor. mit. ibi. Imo glossa & Panor. mit. ibidem, quibus accedit Syluester verbo, abbatissa. aiũt, q̄ potest abbatissa conferre ecclesias, & beneficia sibi subdita. Quod Soto ait, se nescire, an habeãt ratione officij, vel ex Papæ cõmissione. Sed certe intelligẽdũ est hoc posse ex cõmissione Papæ, & nõ ex ordinaria potestate. Nõ tamẽ dat autoritatẽ absoluẽdi, vel alia quæ sunt clauium. Quia vt præ diximus) mulier clauium capax non est. Cui accedit etiã, q̄ abbatissa potest aliquo modo suspendere ab officio, & beneficio & ordine, puta, subiectis præcipiẽdo, ne celebrent, donec satis fecerint, & similia, secũdũ Panor. in dist. c. dilect. de maior. & obed. & ca. meminimus de accus. Nõ tamen secũdũ eundẽ Panor. potest proprie suspendere ita, vt contra facientes irregularitatem incurrant. Adde etiã, quod licet abbatissa nõ possit excommunicare, neq; ab excommunicatione absoluere, vt in dist. c. dilect. a dicit tamẽ secundum Rod. vt recitat Asten. lib. 6. tit. 26. suis presbyteris potest præcipere, vt excommunicent, & absoluãt moniales delinquentes, & illi tenentur obedire. Si tamen, hoc habeat ex concessione specialii, vel generali Papæ, vel episcopi, Papæ si sit exempta, vel episcopi, si non sit exempta, vel ex antiqua, & approbata consuetudine.

¶ Sed iã videre est, an abbatissa & priorissa ex cõmissione possit ponere præcepta spiritualia,

A eo ipso obligantia ad mortale peccatum: nõ solũ id ex officio eã facere non posse, hæctenus probauimus. Videtur autem, q̄ neq; ex cõmissione id possit facere: quia de iure diuino videntur esse huius cõmissionis incapaces. Quia postquam D. Paul. 1. ad Corint. 14. dixit, q̄ mulieres in ecclesia taceant, idest, non se ad aliquod munus ecclesiasticum exercendum intromittant, adiungit inferius, hoc simul cũ alijs, quæ ibi cõmonefacit, mandatũ Domini esse. Respondetur autẽ cũ Soto nõ esse negandũ, posse prælatam exẽptam ex cõmissione provincialis, & nõ exẽptã ex cõmissione episcopi, imponere præcepta spiritualia, obligantia ad mortale. Nã nulla ratio videtur prohibere, quin provincialis (vbi ei visum fuerit) ad honorẽ domũ, & monialiũ expedire possit priorissis & abbatissis cõmittere, vt possint in graui necessitate ea ponere citra tamen ex cõmunicationis censurã. Nã facultas ex cõmunicãdi nunquã mulieribus cõmissa est, neq; decet eis cõmitti: quãuis Pal. loco cita. & Archipif. Flor. 3. p. tit. 25. c. 7. c. 75. & Panor. in. c. decernimus, de iudic. col. 1. teneãt, Papã posse cõmittere puro laico: & etiam mulieri, q̄ ex cõmunicent, quia ista cõmissio solũ de iure positiuo laico & fæminæ fieri est prohibita. Ideo iã ad argumentum in cõtra positũ respondetur, q̄ D. Paulus nõ prohibet mulieres, nisi docere in ecclesia, quas iubet subditas esse viris. Neque vero id quod subdit hæc esse mandata diuina sic intelligit esse de iure diuino, vt non cadat dispensatio in illa. Sed hæc sunt de iure canonico.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie, q̄ si in cõstitutionibus alicuius religionis est præceptũ in dictũ in forma præcepti, quod in aliquo casu particulari obediatur abbatissæ, iam tunc moniales violando tale præceptũ in culpã incident mortalem abbatissę in illo casu non parendo: nõ propter præceptum abbatissæ, si non sit magni momenti, sed propter præceptum constitutionis sub reatu mortali ad id obligans.

¶ Sequitur secundo corollarie, q̄ si Prouincia lis solum dicat: approbo & confirmo omnia præcepta posita ab abbatissa, talia præcepta nõ ideo assumunt vim obligandi ad culpam mortalem arg. extra. cap. cum dilect. de confirmat. vtili vel inutili. Vbi glossa notat, quod per innouationem nullum ius nouum acquiritur, sed antiquũ conseruatur. Sic per istã approbationẽ Prouincialis ius nouum obligandi sub reatu mortali præcepta prædicta non acquirunt, sed approbantur, & confirmantur in ea vi obligandi quam antea habebant. Secus esset, si Prouincialis diceret: Præcipio monialibus huius cõuẽtus q̄ in hoc casu obediãt abbatissæ cõuentus. At verò licet concedamus cum Soto, q̄ ex cõmissione Prouincia-

incia-

vincialis prioriffa potest indicare præcepta spiritalia obligantia ad mortales: tamen non expe- dit genio cuiuscunque mulieris abatiffa genera- liter q̄ in omnibus casibus cōmittatur: quia mo- deramen & prudentiam debet, quia inperitæ sunt in omnibus casibus, & in multis casibus, adhibere non possunt. Igitur præfigere debet casus particulares, in quibus si Provincialis eam com- missionem faciat, prioriffa ea uti debet, & nō est amplius extendenda. Pōt autē Papa monialibus carentibus clausura, ad eam habendam obligare, quia sine ea in foeminis religio nequit cōseruari.

¶ Iam superest facere satis his argumētis, qui- bus Gerson, & Almain, & sui sequaces cōtrariā sibi videtur tueri opinionē, scilicet, q̄ potestas iurisdictionis ecclesiasticæ sit in toto corpore ec- clesiæ. Et ad primū, quod ex autoritate D. Pau- li dicitur ad Gal. 3. q̄ in Christo Iesu nō est Iu- deus, neq; Græcus, masculus, neq; fæmina, desu- mitur, respōdetur, q̄ intelligit, quoad susceptio- nē fidei, ad quā Chr̄s omnes mortales obligans omnes docet, esse ad eā admittēdos. Ad. 2. argu- mentū quo arguitur q̄ conciliū vniuersale dicit, vniuersalē ecclesiā repræsentare: ergo videtur, q̄ suam autoritatē nō habeat à Papa, sed à se, quasi illic assistant omnes Senatores, & procuratores ecclesiæ, cui alludit illud Mart. 18. Si te non au- dierit, dic ecclesiæ, respōdetur, q̄ licet Gerson, & alij dicāt, Papā à Cōcilio recipere autoritatē, & Caietanus & Turcremata e cōtrario Conciliū à Papa recipere autoritatē affirmēt: tamē Sotus sub correctione ecclesiæ vtrūq; saluum esse ex- istimat. Quia inquit Episcopi legitime cōgrega- ti in Cōcilio Præsidētē Papa, aut eius legatū, eo ipso q̄ sunt episcopi, dū publica autoritate con- gregatur, perse habēt autoritatē ecclesiæ, sicut tenatores in senatū. Quare, inquit, nullā alia indi- gēt Papæ autoritate, nisi q̄ ipse sit præses, tāquā caput. Sed certe si Papa in Cōcilio assitit tāquā caput: ergo ibi influit autoritatē, & virtutē, quā Conciliū habet ab ipso: quia capitis est influere. Tū etiā (vt tradit Magister Bañes supra. 2. 2. q. 1. art. 10. in Cōcil. Later. sub Leon. 10. cui interfuit Caietanus, qui eius refert diffinitionē, diffinitū est, Papā esse supra Cōciliū expresse. Neq; hanc diffinitionē videt infirmare temeraria appella- tio, qua à Gallia appellatum est ab illo, eo q̄ sui episcopi propter bellū imminēs nō potuere illi interesse. Quoniā Papa cum maiori parte cōcilij in o cōtra Cōciliū, cū peritorū patrū cōsultatio- ne, potest diffinire res fidei. Alioquin nō posset obuiare petulantiæ, & renitentia hæreticorū, & schismaticorū repugnantū viribus, vel armis, vel aliter cōgregationi Cōcilij. Quocirca & Conci- liū tūc videtur ab ipso Papa habere autoritatē. Nā teste Aristotele, qui dat formā, dat consequē-

A tia ad formā. Si igitur Papa per suam autoritatē cōgregando Conciliū, dat ei esse, id est, formam Concilij, quia alias sine autoritate eius cōgrega- tū nō esset Cōciliū, sed conciliabulū, ergo dat ei cōsequētia ad formā, scilicet, autoritatē ad legi- time ibi res pertractandas. Itē: quia episcopi ibi cōgregati repræsentant corpus ecclesiæ nō qua- si ab ecclesia accipiētēs potestātē (vt bene ait So- tus) ergo si ibi se habēt, vt corpus ecclesiæ, cuius Papa est caput, vniuersale sequitur q̄ ab ipso accipiūt potestātē ad res vniuersaliter toti cor- pori ecclesiæ attinētēs in Cōcilio pertractādas, ad quas pertractandas videt requiri iurisdic- tio, quā probamus à Christo in episcopos deriuari, nō tamē, nisi mediātē Papa, & eius cōsensu, ne in ecclesia schisma oriatur. Igitur, licet dicatur Cōciliū repræsentare ecclesiā, quod in antiquis concilijs nō legitur, sed est nouum dictū auto- re Sotus: tamen non sic id dictum accipiendū est, quasi illic totus christianus populus per suos, p- curatores, & legatos sit congregatus: quia popu- lus non obtinet talem autoritatē consuendi ad Conciliū, neque perse, neq; per alios. Imo omni populo reclamante posset Papa cum epi- scopis facere Conciliū. Vnde fit hinc nō proba- ri episcopos accipere in concilij cōgregatione autoritatē à populo, quasi eius procuratores.

C ¶ Ad vltimum vero argumentum, quo argue- batur, Cardinales nomine ecclesiæ eligere Papā ac per consequens in tota ecclesia immediate cō- sistere iurisdictionis vniuersalis autoritatem, re- spondetur, quod licet collegium eligat Papam: tamen Cardinales non eligunt eum nomine to- tius ecclesiæ, quasi totus populus christianus ha- beat autoritatē eligēdi Papam, sed ex eo, q̄ etfi electio papæ ad episcopos spectaret, non pos- sent sine magno dispendio, & sine magno inter- stitio tēporis cōuenire. Ideo cardinalib⁹ electio est cōmissa. Verū tamē Papa. Dū ab illis eligit ab eisdē nullā potestātē adquiret, sed à Christo, quia instituitur ab ipso, vt successor Petri.

D ¶ Præterea etfi hic de Papæ autoritate, & cō- cilij pertractare non sit animus tamen ne lector ab hac materia hinc omnino ieiunus discedat li- buit de vtraque potestāte aliquas summarias vé- ritates referre ab alijs longiori stylo disputatas, & primo de autoritate Papæ asserimus primo cum Magistro Bañes super. 2. 2. q̄ dogma valde temerarium est asserere, autoritatē Papæ ad pascendum & regendum ecclesiam non esse im- mediate à Christo, sed ab ecclesia, quæ eum eli- git Pōtificem contra Gersonem & Almainum: Secundo, quod neque Papa neque tota ecclesia possunt nouū articulum fidei, aut nouū dogma sacramentū constituere. Tū, quia fides est præci- puum

puum in ecclesia fundamentum. Tū, quia sicut omnes veritates scientiarum continentur in il- lo principio, quolibet est vel non est, sic nulla veritas fidei, est, quæ quantum ad substantiam non contineatur in illo principio proposito ab Apostolo ad Hebræ. 1. 1. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & q̄ inquirentibus se remunerator est. Vnde quando D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 10. diffinit, q̄ symbolū fidei cōponere per- tinet ad summū Pontificē, & nouam editionem symboli posse facere, intelligendū est quātū ad nouā explicationē iuridice faciendā, sed non ad inducendam nouam secundum substantiam fi- dē, vt obijciunt heretici ipsum facere nouā fidē.

¶ Tertio, Papa dupliciter potest aliquam ve- ritatē diffinire. Vno modo sicut Doctor, & per- sona priuata: sicut Innocentius. 3. edidit cōmen- taria super decretales, vt Doctor. Alio modo, vt pastor vniuersalis, & iudex ecclesiæ, quippe qui pollet vniuersali potestāte in causis fori ecclesia- stici ad diffiniēdas litēs, secundū allegata & pro- bata quæ ab ipso in alios episcopos deriuatur, & etiā potestāte iurisdictionis ad diffiniēdas res fidei & veritates catholicas, quæ quia altioris est ordinis conuenit Papæ ex assitētia Spiritus san- cti, quæ nulli alij promissa est. De qua potesta- te veritatur in dubiū apud theologos, vtrū possit à Papa subdelegari. Quarto, Ex prædictis sequi- tur, q̄ Papa in quantū persona priuata potest er- rare in rebus fidei, siue cū errore inculpato siue culpabili, etiā cū pertinacia, ita vt sic hæreticus. Est sententia omnium antiquorū & Pontificū Ro- manorū, & scholasticorū Doctorū contra Alber- tū Pighiū. Est Caiet. & Turcremate. Victorij & Soti & Cani, vt patet lib. 6. de locis c. vltimo & cōtraria opinio est noua & contra cōmunē: neq; si rectē inspicatur pia est, quin potius di- minuit pontificiā dignitatē: Est enim volūtarie dictū, q̄ eū primo quis creatur in Papam statim sic maneat cōfirmatus in fide, vt etiā si velit, nō possit errare errore priuato & personali. Quin- to, Papa etfi in hæresim incidat vt persona pri- uata, nō statim amittit Pontificiā dignitatē, an- tequā ab ecclesia deponatur. Est turcremata, & Caiet. Quia periculosum esset si totius eccle- siæ gubernatiō penderet ab vnius hominis fide. Igitur Papa dicitur esse caput ecclesiæ nō ratio- ne sanctitatis aut fidei, quā habet: sic enim nō in- fluit in reliqua mēbra. Sed dicitur esse caput ra- tione officij ministerialis ad gubernādā ecclesiā exterius. Vnde non valet cōsequētia, Papā per hæresim definit esse mēbrū Christi Domini, eo quod definit recipere ab illo influentiā spiritua- lē ad ppriā sanctitatē destinātā: ergo definit esse caput quantū ad ecclesiasticā gubernationē. Nā cū ratio mēbrū metaphoricè dicatur secundū

A diuersam rationē, quæ considerari potest in ista metaphora Papa hæreticus potest dici membrū Christi & ecclesiæ, secundū vnā rationē, & non dici membrum Christi & ecclesiæ, secundū alterā. ¶ Sexto, Papa hæreticus quādo fungitur of- ficio Pontificis, potest diffinire veritatē fidei cō- tra propriā sententiā ex instinctu Spiritus sancti, qui assitit officio summi Pontificat⁹, sicut Cai- phas prophetauit nesciens quid diceret, imo in- telligendo, quod id quod diffinit, est contrariū propriæ sententiæ, illud diffinit, ordinātē Spi- ritu sancto, qui eius officio assitit.

¶ Septimo, Papa & Conciliū nō possunt præ- terire diligentia præuia, quæ solent adhibere an- tequam diffiniant aliquid de fide: quia hoc pri- uilegiū cōcessum est Petro eiusq; successoribus. Vnde licet hæc condicionalis sit vera, scilicet, si Papa non adhibuerit sufficientē diligentia ad diffi- niēdas res fidei, errare poterit: sed antecedēs est impossibile, supposita doctrina euangelica: ideo non est admittendū. Sicut neque q̄ prædestina- tus à Deo finaliter in mortis articulo possit amittere gratiam, & discedere sine illa, etiam si li- bero potat arbitrio tūc ad peccādū mortaliter.

¶ Octauo, Papa & Cōciliū intelliguntur diffi- nire de fide sua decreta, quando hæc signa, quæ sunt certa apparent. Primum quidē si dicatur, qui oppositū senserit, aut dixerit, anathema sit. Secundū, si dicatur, qui cōtrariū senserit tanquā hæreticus habeatur. Tertium, si talis diffinitio tan- quā ab omnibus fidelibus acceptanda & credēda sicut dogma fidei expresse proponat. Quar- tū si dicatur de consilio fratrum hoc, vel illud diffinimus. Si autem nullū signorum fuerit inter- positum, autore Bañes, non est omnibus modis ipsa Pontificis diffinitio infallibilis, etiam si Pō- tificex aliquid absolute proferat, & volumini iu- ris suam pronuntiationem inserat cōtra Castro- libi. 1. aduersus hæreses ca. 4. arbitrantem, quod quando Papa iuri canonico suam sententiam in- ferit tunc loquatur ex autoritate Pontificia om- nino infallibili, qualis est autoritas eius Aposto- lica in diffiniēdis rebus fidei.

D ¶ Nonū, Summus Pontifex habet autoritatē cōuocādi Concilia generalia (vt habetur in syno- do Romana sub Symacho, vt habetur in bene- quidē. 96. dist. & in Lateranensi sess. 11. In Cō- cilio autē generali debent conuocari omnes epi- scopi omnium regnorum, & satis est, quod cum omnes fuerint vocati maior pars illorum adfit, vt vere sit Concilium generale. Decimū, Papa nō potest subdelegare, neq; com- mittere legatis potestātē diffiniēdi infallibiliter in materia fidei. Tū, quia hæc autoritas pertinet ad donum Apostolatus, ad donū prophetiæ, & ad dona gratiarum, quæ dicuntur gratis data, qualis

qualis est sermo scientiæ, atque sapiëntiæ, de quibus Paul. 1. Corint. 12. quæ quidem non possunt alijs cõmitti: & quia regimen ecclesiæ circa diffiniendas res fidei, non potest cõmode exerceri, nisi per vnũ monarchã vicariũ Christi. Tũ etiã, quia est priuilegiũ Papæ infallibilis autoritas in rebus fidei diffiniendis, quã alteri nõ potest legare: quia sicut est vna fides, ita vnus iudex in rebus fidei diffiniendis. Ita D. Thomas. 2. 2. q. 1. a. 10.

¶ Undecimũ: Papa aut ecclesia in ferendis legibus ad totius ecclesiæ necessarios mores spectantibus, non potest errare. Patet, quia Petro & successoribus eius collatae sunt clauis regni cõlorũ, quod nõ solũ clauditur ignorantia fidei, sed etiã ignorantia rerũ agendarũ, quæ pertinent ad mores ergo in ecclesia potestas clauis collata Petro deseruit etiã ad firmiter statuendum de moribus obseruandis à fidelibus, vt ecclesia statuit de cõmunicacione laicorũ sub vna specie. Et quia Dominus dixit Petro: Pasce oues meas, scilicet, doctrina fidei, & morũ: itẽ quia vt dicitur. 1. ad Timotheũ. 3. ecclesia Dei viuũ columna est & firmamentũ veritatis, ad hoc pertinent etiã explicaciones legis naturalis, vt circa vsuræ & simoniæ vitium vitandum, quæ proponuntur per modum legum.

¶ Duodecimũ, Papã possibile est ex ignorantia errare, aut ex malitia in moribus, non toti ecclesiæ cõmunibus, sed qui spectant ad priuatas personas. Nõ tamen potest errare in edendis legibus alicui ecclesiæ, puta, Tolentanæ, aut Hispalensi, Patet quoad primũ ex Alexan. 1. 1. de sententia ex cõm. c. à nobis. Vbi ait, q. iudiciũ ecclesiæ nõ nõ quã opinionẽ sequitur, quã & fallere sæpe cõtingit, & falli. Patet etiã ratione, quoniã iudiciũ ecclesiæ in ferendo sententiã in priuato casu, & ad priuatã personã pertinente, dependet ex humano testimonio, quod est incertum. Quare huius rei gratia in forensi iudicio ecclesiæ, potest deficere veritas ex ignorantia Papæ, qui decipitur à testibus. Secunda pars probatur. Quando fertur leges alicui ecclesiæ, huiusmodi legislatio nõ dependet ex testimonio hominũ, sed ex motu proprio Pontificis qui iudicat tales leges & præcepta conuenire. Sed hoc est verũ quando ad in formationem falsam sibi factã in aliquo casu nõ ferret statutũ pro gubernacione alicuius ecclesiæ ad instatiã eorũ, qui in enarracione supplicacionis Papæ pponunt factũ, nõ verũ aut circũstantias falsas. Sed ex proprio motu leges alicui ecclesiæ perniciosas, & iniqvas Papam dare posse, nõ est admittendum: quia hoc attinet ad mores. Vnde sicut perinde esset de fide, si Papa diffiniret aliquod dogma de fide interrogatus ab vna ecclesia particulari, puta Tolentana, ac si interrogatus esset à tota ecclesia vniuersali: ita etiã, si in

terrogetur de moribus, quia mores etiã boni ad salutem sunt necessarii. Vnde ex ignorantia tota ecclesia, vel summus Pontifex non potest errare. Quia si talis lex ex falsa informatione contingat quod perniciofa sit de facto, iam iuxta decretum canonis, si quãdo, de rescript. admonet Papa præcepta, quæ fert ex informatione facti dependentia non absolute esse seruanda, quando in perniciem communitatis cedunt, & falsa informatione informatus ea fert.

¶ Decimum tertium, Hæreticũ est negare esse autoritatẽ in ecclesia, & Papa ad canonizandos Sanctos, quod patet ex traditione & perpetuo vsu ecclesiæ catholiçæ, & cõmuni consensu omnium Conciliorũ & patrũ ab initio nascentis ecclesiæ: & quia de fide est Sanctos fore inuocandos de reliquijs & vener. sanct. lib. 6. & in Clement. & in extrauag. & in Concil. Trid. sess. 25. de inuocat. & reliquijs sanctorum. Quo circa temerarium est, & scandalosum ac sapiens hæresim, affirmare, quod Papa & Conciliũ possit errare in canonizatione sanctorum: ita vt Sanctus canonizatus non sit in celo. Quia in Concilio Const. damnatũ est Vvit eleph. eo quod dixerit D. Aug. & D. Benedictum & D. Bernardũ damnatos esse, nisi pœnitentiã egerunt in fine vitæ. Item patet: quia Papa & Conciliũ errare nõ potest perniciose in ferendis legibus circa mores toti ecclesiæ cõmunes. At verò perniciosus esset error contra mores cõmunes ecclesiæ, si ecclesia in hoc erraret. Ita D. Thomas quol. 9. hanc propositionem, scilicet, quod ecclesia in hoc possit errare prædicta censura notat, & Caiet. in opus. de indulg. c. 8. Quod autem sapiat hæresim, cõfessura est, quæ à recetiorib. theologis merito decernit.

¶ Decimum quartum, Papa habet autoritatẽ decernendi & diffiniendi modos conuenientes quibus religiosorum status promoveatur & conseruetur in ecclesia: quia alias in ecclesia nõ esset pulchritudo, sed confusio ordinũ. Vnde neq. errare potest in confirmanda aliqua religione speciali, quantũ ad hoc, quod pertinet ad veritatem doctrinæ, & instituti & constitutionũ, quæ sibi ab aliquo proponuntur, vt confirmentur: & oppositũ est hæreticũ: quia Pontifex nõ potest diffinire aliquid contrariũ veritati: alioquin nõ esset certa regula in rebus fidei diffiniendis. Vnde leges perniciosas & nociuas prædicta approbando approbare non posset. Quod si Papa aliquando in approbatione pluriũ religionũ, quã opus erat in ecclesia excedat, nunquã tamen talis excessus cedit in perniciẽ ecclesiæ, quãuis quibusdã personis possit esse nociuus: quia potest tollere excessum, illumque reformare ex celsiorem numerum religionũ, si viderit expedire. Papa solitus erat olim vocari vniuersalis episcopus.

¶ De

¶ De potestate quoque Concilij, & quasdam summarias veritates perstringere nos hic oportet sicut fecimus de potestate Papæ, & ecclesiæ. Igitur dicimus primo, q. Cõciliũ generale cõgregatũ & confirmatũ autoritate pontificis errare non potest in rebus fidei diffiniendis, quia ibi tunc interuenit tota autoritas ecclesiæ, quæ secũdũ D. Paulũ est columna & firmamentũ veritatis. Secundo dicitur, q. neque Conciliũ provinciale autoritate summi Pontificis confirmatum, imo etiam si episcopale sit in diffiniendis rebus fidei errare potest. Hæc assertio citra errorem negari non potest. Tum, quia talia Concilia in nomine Christi congregantur. Tũ, quia in Concilio Hierosolymitano, vbi nõ interfuerunt, nisi quatuor Apostoli Petrus, Iacobus Paulus & Barnabas, dixerunt, Visum est Spiritui sancto & nobis. Item, quia Papa nõ potest errare in diffiniendis veritatibus fidei, dũ adhibeat diligentiã: sed dũ cõfirmat Cõcilia Prouincialia, aut episcopalia iã sufficentiã diligentiã adhibuisse videtur: ergo tale Cõciliũ confirmatũ à Papa nõ potest errare. Et patet, quia Pelagius & eius errores damnati sunt in synodis prouincialibus, scilicet, Mileuitana confirmata ab Innocetio primo, & in Carthaginensi & Arausicana à Leone primo, & Bonifacio confirmatis. Sed notandũ est Conciliũ Carthaginense sub Cypriano, & Mediolanense, quod Ario consensit (vt refert Rufinus lib. 1. histor. eccles. c. 1.) & Antiochenũ, quod etiã Ario consensit (vt refertur lib. 4. histor. tripart. c. 9.) & Elibertinum seq. Granatense, quod errauit, diffiniens imagines sanctorum non esse pingendas, Concilia non fuisse confirmata.

¶ Tertio dicitur, q. Conciliũ, quod cum legatis celebratur, non diffinit quicquã in materia fidei priusquã Papã consulat. Et tamen in Concilio generali legitime congregato omnes simul patres congregati errare nõ possunt in fide, etiã ante Pontificis confirmationem. Patet, quia ad bonã gubernacionẽ ecclesiæ plurimũ refert ista Concilia errare non posse: & quia omnes pastores ecclesiæ simul in rebus fidei errare non possunt: sed ibi in tali Concilio cõgregantur omnes pastores ecclesiæ: ergo tale Conciliũ errare non potest. Sed tamen concilia huiusmodi nõ faciunt certã fidẽ ante Papæ cõfirmacionẽ, quando omnes patres illic congregati non cõsentiunt, etiam si maior pars patrũ ibi congregatorũ consentiat: quia maior pars patrũ errare potest: quia soli Petro dictũ est, & eius successori. Matt. 16. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & non super legatos. Et Luc. 22. Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Et Ioannis vltimo Petro singulariter dicitur: Pasce oues meas. Patet ex vsu. Nam omnia Concilia celebrata non

præfente Papa, petierunt postea confirmationẽ à Papa, c. sancta Roman. dist. 15. Adde vltimò, quod omnis, qui contradixerit diffinitionibus Concilij autoritate Papæ congregati, & delegatis præsentibus, suspectus erit de hæresi, Patet, quia legati tunc gerunt in Concilio vices Papæ: ergo, qui diffinitionibus fidei coram ipsis factis à Concilio contradicit aliquomodo Papæ contradicere contendit. Tum, quia hætenus nullũ huiusmodi Conciliũ errasse in fide cõprobatur: ergo signum est quod errare non potest. Tum, quia Papa videtur in legatos suos præfidentes Concilio transferre omnem potestatem iurisdictionis: sed potestas confirmandi fratres in fide est potestas iurisdictionis. ergo. Item Sifus 4. in bulla, in qua confirmauit Complutense Concilium contra Petrum Oxoniensem congregatum, inquit: Licet ea quæ de nostro mandato rite fiunt plenam obtineant roboris firmitatem, & cetera. Vbi loquitur etiam ante Pontificis cõfirmacionem. Et patet etiam ex Iulij Papa ad episcopos Orientales, & refertur. 17. distinct. can. regula, dicente, quod canon quidam non habebat firmam autoritatem, propterea quod quidam legatus non interfuerat Concilio. Vbi videtur sentire, quod si interesset legatus ille Concilium firmam autoritatem haberet. Item patet ex actis in Calcedonensi synodo actiõne. 4. Vbi cum episcopi decem Ægyptij, nolent subscribere sententiã Concilij, excitatus est tumultus in Concilio, & contendebar, vt Anathematizarentur. Cæterum et si Soto & alijs Thomistis visum sit, tale Concilium ante confirmationem Papæ rite congregatum in suis diffinitionibus facere certam fidem: sed Magistro Cano, cui magis adhæret Magister Bañes videtur, quod non sit certa regula fidei, quo vsque summi Pontificis confirmatio accedat. Verum tamen non solum valde temerarium est, verum etiam errori proximam huiusmodi diffinitiones Conciliorum negare. Sicut secundum Canũ Theologorum omnium concordiam sententiã de fide, aut moribus contradicere, si hæresis non est, tamen proximum est hæresi: quia Deus in ecclesia prouidet, vt non deficiat theologiæ periti. Quod autem omnes isti in vna re tanquam de fide concordent, nisi diuino spiritu fieri non potest. Cui adde, quod idem Canus libro de locis ait, scilicet, quod si ecclesia, vel Concilium, vel sedes Apostolica, vel sancti omnes, fidelibus aliquid tanquam de fide prescripserint, hæresis erit illud negare. Quia non est credendum omnes sancti cum in ea sententia fidei concordarunt, omnibus Spiritum Dei non eam inspirasse. Neque enim sine spiritu Dei potuerunt omnes in eandem sententiam fidei



fidei alias obscuram conuenisse. Si autem secundum eundem Canonem, aliqui sancti, licet pauci repugnent in re, quæ non est diffinita per ecclesiam, etiam si alij sancti in ea consentiant, eorum consensus non est satis firmus. Accedit ad prædicta, quod secundum eundem Canonem, temerarium est aliquid à fidei, vel scripturarum lege eximere, sine idoneo testimonio, aut probabili ratione. Ut si etiam articulis in materia fidei fixis decisus ab aliqua vniuersitate celebri, quis contraret, temeritati ei esset ascribendum.

## C A P. II.

*De usu clauium, & de expositione religiosorum: Et à quibus possint absolueri: Et an absentem: Et de modo absoluendi.*



**V**INTO quæritur, vtrum quilibet sacerdos possit vti clauibus in quælibet. Respondetur autem, quod nullus sacerdos absque potestate iurisdictionis potest vti clauibus ordinis absoluendo, aut ligando. Cuius ratio est, quia character est mera potestas, quæ agere non potest, nisi passum applicet ei, vt agat. Subijcitur autem per iurisdictionem sacerdoti materia, per quam poenitentes ei fiunt quoad hoc subditi. Tum etiã patet: quia summa ouium Christi notitia, & iudicium per confessionem sacramentalem sumitur. Quod quidem iudicium Papa & episcopi, quia perse illud sumere non possunt, committunt sacerdotibus parochialibus parochijs præpositis. Quia in sacramento præcipue poenitentia non decet, vt liberum sit vnicuique ad quem cuique voluerit sacerdotem confugere: sed vnus quisque oportet, vt suo proprio sacerdoti parochiali sit alligatus: vt non nisi illi aut de eius licentia confiteatur. Hoc autem ligamentum fit per iurisdictionem: ergo absque iurisdictione nemo sacerdotum potest quenquam absolueri. Nam multo congruentius in hoc foro necessaria est iurisdictione, quam in foro exteriori, vbi tamen nullus sine iurisdictione potest quenquam iudicare. Quocirca licet sacerdos non subditum absolueri tentet, nulla est absolutio, nisi in articulo mortis, vbi sacerdos parochus proprius vel expositus non adesset. Iamque conclusimus supra de iure diuino esse requisitam hanc iurisdictionem in absoluente quocirca præscribi nullo modo potest cap. si episcopus, de poenit. & remiss. lib. 6. Accedit ad hoc exemplaris ratio id confirmans. Quia, sicut clauis materialis non potest aperiri, nisi propria seram, & in causis naturalibus nulla potest agere, nisi in subiectam sibi materiam (non enim potest ignis calum inflamare, aut hominis natura-

**A**lis calor petram digerere) sic neque sacerdos per clauem, nisi sibi subditum per iurisdictionem absolueri: quam iurisdictionem iam habitam sacerdos per peccatum mortale non amittit, nisi fuerit schismaticus, vel hæreticus, vel suspensus, vel degradatus, aut excommunicatus nominatim, vel per manifestam clerici percussione. Nam in hoc casu ecclesia subtrahit illis materiam necessariam sacramenti, id est, subditos quoad hoc. Sed in sacramento eucharistia quia per Christum dominum sacerdotibus fuit determinata materia & forma: ideo si sacerdos contra prohibitionem & censuram omnem ecclesie attentet sacramentum eucharistia conficere, factum tenet. Sic etiam si attentet baptizare: quia ista non consistunt in actu iudiciario, vbi cognoscenda est causa, & ferenda sententia: sicut fit in sacramento poenitentia. Quocirca in sacramento poenitentia necessaria est iurisdictione, vt sacramentum teneat: non autem vt sacramentum consecrationis eucharistia teneat, aut baptismus, aut extrema vntio, aut confirmatio, aut ordinatio alieni subditi sit valida. Sacramenti autem poenitentia administrationi valida, iurisdictione in absoluente magis est necessaria, quam in ipso existens gratia, contra hæreticos, & contra Armachanum lib. 1. r. Vtrum autem de licentia proprii sacerdotis possit poenitens confiteri simplici sacerdoti, non approbato per episcopum post diffinitionem Concilij Tridentini, diffinientis; quod nullus ad confessiones audiendas idoneus reputetur, nisi approbatus per episcopum; hic dicere præmittimus: quoniam supra de hoc egimus. Hoc tantum repetentes, primo, quod quia in his, quæ pertinent, præsertim ad administrationem sacramentorum, tenendum est, certum & dimittendum est incertum. Tenendum est plane in hoc casu cum Magistro Cano in relectione de poenitentia, parte quinta, quod iam præsertim post Concilium Tridentinum. sessio. 23. cap. 17. Vbi diffinitur, quod nullus presbyter etiam regularis possit confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire, neque ad id idoneus reputari: nisi parochiale obtineat beneficium, aut sit approbatus per episcopum privilegij, & consuetudine, quacunque etiam immemorabili non obstantibus. Non potest sacerdos non approbatus per episcopum ex commissione, & licentia parochi eius parochianorum confessiones audire. Tunc, primo, quia licet extra de sepult. cap. omnis vtriusque sexus. §. si quis autem, de licentia proprii sacerdotis poenitentem alteri, scilicet, alieno sacerdoti confiteri posse Innocentius tertius concedat, tamen vt vbi ait glossa verbo alieno, cui citato loco accedit Cano, per hanc concessionem solum conceditur de licentia pro-

proprii curati alieno sacerdoti executionem habenti confiteri posse qualis est, qui ab episcopo populo præficitur in parochum, vel confessarium. 6. q. 1. can. ad iurisdictionem. §. ecce in hoc. Tum etiam, quia cum hic sit casus grauis & arduus, parochus non potest sacerdotem simplicem idoneum ministrum ad audiendas confessiones facere: ergo neque committere sacerdoti simplici executione ordinis carenti, vt suarum ouium confessiones audiat. Item tertio probatur ex vfu, quia summus pontifex in concessione iubilæi, vel bullæ Cruciatæ, quia volens alias seruare id quod censet esse de iure, non concedit facultatem eligendi confessorem, nisi idoneum, explicando, idoneum vocari approbatum per episcopum: ergo non est concedendum parochum id posse facere, quod papa in bullis, & iubilæis non concedit, scilicet, committere alias non idoneo, neque approbato per episcopum confessiones suarum ouium. Item quarto, probatur ratione Cani. Quia parochus excommunicatus nominatim non potest hanc commissionem facere: ergo neque sacerdotibus non probatis per episcopum, neque per ipsum expositis potest id committere: quia isti sic non approbati certis legibus arcentur à sacramento poenitentia administratione. Tum quia non censentur esse idonei: & Concil. Tridentinum vbi supra ad id muneris idoneos reputari prohibet. Neque obstat argumentum aliquorum in contra, scilicet, quod parochus est ordinarius minister sacramento poenitentia, & quod de iure plano sit, quod ordinarius suas vices delegare potest: ergo & simplici sacerdoti audientia confessionum suarum ouium committere potest: quia Concil. Tridentinum expresse huic iuri, quod habet ordinarius ad confessionem hanc faciendam non videtur derogare. Nam, licet dicat, non obstantibus privilegij & consuetudine in contrarium: non tamen ait, non obstante quocunque iure in contrarium. Quoniam respondetur. Primo, concedendo maiorem, & distinguendo minorem, iuxta sententiam Cani & glossæ, scilicet quod cum duplices sint homines ad vices delegationis subeundas, alij ipso iure inhabiles, & non idonei: & his ordinarius non potest vices suas committere, nisi dispensando cum eis, eos idoneos & habiles ad id ministerium possit facere. Alij sunt ad id iure ipso habiles, & idonei, & his tantum poterit vices suas delegare ordinarius ipse. At simplices sacerdotes, id est, per episcopum non approbati, quia non sunt idonei, neque parochus eos idoneos facere potest, ideo commissio si qua eis fecerit non erit valida. At quid si contraria consuetudo sit in vfu, eo quod aliqui auctores graues persuaserint posse committere? Respondetur, quod an hæc consuetudo (si alicubi sit in

Instruct. conc. Pars. 2.

**A**troducta) det ius absoluendi simplici sacerdoti ex commissione parochi, incertum est. Quonia vt ait Cano sola ea consuetudo hoc præstat, quæ prælati vident, & tacent. At consuetudinem hanc episcopos approbare velle non possum mihi persuadere. Sed quod papa huic consuetudini velit conuincere, non est credibile. Primo, quia præterquam, quod eam forte nescit in suis iubilæis, & concessionibus hunc abusum corrigit, dum solum ex approbatis, & expositis per ordinariū eligere confessorem concedit. Quamobrem in sacramento adeo necessario existimo cum Cano non esse tutum huic periculo nos committere, quia satagendum est per certa media, certum facere, & vocationem, & salutem nostram, & nostrorum proximorum. Quocirca parochus me auctore, aut consultore, hanc commissionem simplici sacerdoti per episcopum non approbato non faciet. Quæstio alia necessaria scitu, & hic suum locum vendicans occurrit, scilicet, an episcopus postquam semel examinauerit religiosos mendicantes, eorumque in suo episcopatu ad audiendas confessiones approbauerit possit eos ipse vel suus successor iterum examinare, & approbare & reprobare. Et quidem quæstio hæc mihi difficultatem ingessit eo quod Pius V. in quodam proprio motu, qui incipit: Et si mendicantes declarat, quod religiosus semel in vna diocesi per episcopum admissus ad prædicationes, & confessiones semper in eadem habeatur pro admissis in ordine ad hæc ministeria, sine alia presentatione, vel examinatione. Et idemmet in alia bulla ad instantiam aliquorum episcoporum expedita, quæ est tempore posterior, reuocat priorem proprium motum, concedens episcopis, vt si pro sui animi quiete, & consolatione velint iam antea religiosos in eodem episcopatu expositos rursus examinare, & approbare, id facere possint, non obstante gratia in illo proprio motu illis concessa. Igitur ad quæstionem dico primo, quod fratres prædicatores presentati à suis prælatibus episcopo diocesis secundum Clem. dudum de sepult. si simpliciter fuerint deputati ad confessiones in illa diocesi audiendas, durat etiam post mortem episcopi: quia secundum Syluest. verb. confessor. 2. q. 5. de effectibus commissionis confessionis. effectus. 7. si commissio confessionum audientia, fiat fratribus prædicatoribus, & Minoribus secundum formam dictæ Clem. dudum non expirat post mortem concedentis, quia est papalis. Ita ait Directorium & Cardinal. Sed aduertendum est valde, quod episcopus non potest non simpliciter eos deputare inuitis fratribus religiosis: quia est auctoritas papalis, quæ durat. Vnde si ista commissio fiat simpliciter, sicut necessario fit, si ipsi religiosi velint, arg. de transact. cap. veniens in re ipso durat post mortem episcopi. Sicut etiam durat

Ff durat

durat post eius mortem, quoad fratres prædicatorum & minores, quando ista commissio alias fit ab episcopo, non secundum formam, ca. dudum. de sepul. Patet, quia fratres prædicti hoc privilegio sunt privilegiati, quod episcopis mortuis, qui illis suam auctoritatem dederunt, vel commiserunt ea possint uti donec ecclesie prouisum sit de pastore. Si vero deputati sunt ad beneplacitum usque; deputantis secundum Card. post eius mortem non durat commissio, quia hoc extinguitur morte, ut in c. si gratiose. de rescript. in. 6. Secundo dicitur, quod huiusmodi religiosi expositi secundum formam, ca. dudum. de sepul. secundum Sotum & Victoriam (quia illa Clem. dudum. pares facit religiosos sic expositos cum curatis in ordine ad audiendas confessiones) poterunt parochianos illius diocesis in alia diocesi inuentos in foro conscientie audire, sicut & curatus hoc facere potest, si inueniat suum parochianum in alia diocesi. Sed hoc non consulo ut faciant tales religiosi: quoniam non est omnino tutum. Quia Syluest. verbo, confessor. 2. q. 2. §. 4. tenet, quod opinio contraria supplementi, est contra Cardinalem, Summam Rosellam, & Angelum, & contra omnes doctores, & contra textum dudum. de sepul. Vbi expressè dicitur, quod prædicti religiosi extra ciuitates, & dioceses, in quibus fuerint deputati confessiones, nullatenus audiant. Vbi per illud aduerbium, nullatenus audiant, videtur irritare factum in contra. Huic sententiae Syluestri tam consonæ textui accedit Nauarrus in sum. c. 27. nu. 265. Vbi ait, quod non possunt prædicti religiosi si præsentati extra loca, ubi sunt præsentati audire. Adiecit tamen Syluester ubi supra duplicem limitationem ad prædictam suam sententiam: quam videtur admittere Nauarrus in summa Hispanica loco citato cap. 27. nu. 265. Prima limitatio seu exceptio est, quando fratrum prædictorum loca sunt vicina diocesi, in qua, vel per qua præsentantur, & in qua non sunt sua prædicta vicina loca: quia tunc in ipsis locis possunt audire personas talis diocesis, ut patet in textu. Alioquin oporteret confessores accedere ad poenitentes, & non è conuerso. Secunda limitatio, seu exceptio est, quando episcopus sine dicta forma, & solennitate Clement. dudum. de sepul. fratribus religiosi simpliciter istam auctoritatem audiendi confessiones suæ diocesis omnium committeret. Nam tunc possent extra diocesim eorum confessionem audire, sicut possent vicarius simpliciter deputatus ab episcopo secundum Archiepiscopus. Neque obstat contra prædictam sententiam Syluestri & Nauarrus ratio Soti & Victoriam, scilicet, quod Clem. dudum. pares facit fratres præsentatos, & curatos, dicens ibi §. per huiusmodi. non intendere papam per hoc potestatem impende

re ampliore talibus religiosi, quam in eo curatis, vel parochialibus sacerdotibus est à iure concessa, nisi episcopus ubiorem illis gratiam in hac parte concedant. Quia responderetur, quod cum papa antea in eodem textu interdixerit aperte, ne fratres prædicti extra diocesim, pro qua deputati sunt, confessiones audiant subditorum illius episcopi, de cuius gratia & licentia, & beneplacito audiunt, ut dicitur in textu, nullatenus est credibile, per illam clausulam inferius positam, scilicet, non ampliore auctoritatem religiosi, sic præsentatis dare, quam curati habent à iure, qui habent facultatem audiendi suos subditos extra suam parochiam, imò extra diocesim papam voluisse derogare prohibitioni antea expressè factæ, ne scilicet, villo modo audirent eos extra diocesim. Minusque coheret textui expositio Soti, si rectè inspiciatur, quam Syluestri. ¶ Dicitur secundo, quod prædicti fratres religiosi, per privilegium Sixti Quarti, possunt audire confessiones omnium, qui ad sua loca, ubi sunt præsentati pro confessionibus, confitendi causa venerint, licet non sint ex episcopatu, ad quæ fuerunt præsentati. Ita Nauarrus, qui citat pro hoc supplementum folio 58. c. c. 159. Imò dicimus nunc, quod etià extra istud privilegium possunt hoc facere, si vera est concessio Eugenij, quæ Caietanus in sum. testatur fecisse viue vocis oraculo. Vbi concessit, ut peregrini, & viatores quo ad confessionem censeantur adepti incolatum in terris, ubi se inuenerint, ita ut subijciantur quantum ad hoc legibus, quibus subijciantur incolæ terræ, & ut cõfiteri possint cum curatis, vel expositis, cum quibus confitentur incolæ terræ. Quam concessione, et si Caietanus restrinxit ad solam annualem confessionem, Sotus tamen in 4. sent. ait, se non videre causam rationabilem istius restrictionis. Quocirca gratiam hanc Eugenij extendi censet ad omnes confessiones, aliàs non necessarias. ¶ Dicimus tertio cum Nauarrus in summa Hispanica ca. 27. nu. 264. quod etià si religiosus sit extra formam dudum. de sepul. expositus ab episcopo, etià si discedat ab illa diocesi multoties, & regrediatur etiam post mortem episcopi illius, potest in illa diocesi confessiones audire, si episcopus mortuus nomine dignitatis ei concessit licentiam, id est, si illam concessit ad beneplacitum sedis episcopalis, secundum omnes. Secus est autem post mortem episcopi concessio huiusmodi licentiam ad beneplacitum personæ. Ita Cardin. in capit. dudum. de sepul. turis. §. et si ijdem. ¶ Quarto ad punctum questionis à principio positæ, cuius non sumus obliti, respondentes dicimus, quod illa reuocatio Pij Quinti illius proprii motus sui, in quo istam declarationem fecerat, quod

quod religiosus semel in vna diocesi per episcopum admissus ad prædicationes & confessiones illic audiendas, habeatur pro admissio sine alia præsentatione, vel examinatione, potest concessioni proprii motus, & eius fauorabili huic declarationi non nocere, & de facto videtur non nocere: maxime in casu, quod licet prælo sit iam excusa, tamen non est legitime promulgata. Nam, ut ait Sotus de iustitia & iure. libr. 1. questione. 1. artic. quarto. circa tertiam conclusionem. leges reuocatoriæ (privilegiatorum nullam vim habent reuocandi privilegia, quoad usque promulgata sunt, non solum in provincia, verum etiam in diocesi: quod pro certissimo habendum esse ait Sotus. Igitur, si sic non est promulgata in diocesi, ut ad notitiam religiosorum possit venire, nihil obest: nam suum privilegium sibi concessum per declarationem Pij Quinti, non videtur reuocatum, vel dum originale reuocatum, vel eius transumptum legitime authenticatum, nõ fuerit eis legitime intimatum. Secundo dico, quod in casu, quo tale reuocatorium breue esset intimatum, inspiciendus esset tenor eius, & non obstantia eius. Nam, si satis memini, videtur ibi reuocare illam declarationem circa expositos solum per suos provinciales, & non per formam Clementinæ. dudum. Et licet ibi dicatur, quod semel approbatus possit pro sua animi quiete episcopus iterum examinare, oportet attendere tenorem reuocationis prædictæ, an loquatur de approbatis ab antecessoribus, vel ab episcopo præfente. Nam alias de iure videtur esse, quod semel præsentatus secundum Clementinam. dudum. non amittat licentiam audiendi confessiones: quia talis commissio secundum Syluestrum est papalis, quam glossa ibi verbo, concesserint. ait non posse sine causa reuocari. de regul. iuris. capit. decet. libro sexto. Ita Sotus in quarto sententiarum, distinctione. 18. questione quarta. articulo. tertio. Sic enim extrauag. Benedicti, quam concil. Trident. in hac parte non reuocauit, concedit. ¶ Nunc vero ab illa questione valde scitu necessaria super sedemus. Vbi queritur, an semel in aliquo episcopatu approbatus religiosus ad confessiones audiendas possit in alijs diocesibus, ubi non est approbatus, & expositus virtute bullæ Cruciatæ electus, eos poenitentes, qui se elegerint in confessorem, audire in confessione, & absolueret: quoniam de hac questione in magis sibi proprio loco post agemus cum de indulgentijs, & de expositione bullæ Cruciatæ sermonem inibimus. ¶ Porro hic questio illa prætereunda non est, scilicet, an religiosi expositi secundum formam Clementinæ, de sepul. turis iure, vel privilegio

possint absolueret à casibus episcopalibus, & an possit episcopus, qui eos approbavit pro libito eis casus reseruando sibi limitare auctoritatem, videtur quod non possit episcopus potestatem eorum restringere, quia hoc esset auferre & decurtare eis privilegium absolueret, eis in hac Clementi. concessum à papa, quod fieri non potest etiam indirectè. de privileg. capit. quanto. Sed in contrarium est, quod papa ibi §. per huiusmodi. per concessionem hanc Clementinæ. dudum. (ut ipse ait) non intendit prædictis religiosi expositis in hoc ampliore potestatem dare quam curatis, vel parochialibus sacerdotibus, à iure est concessa: sed parochialibus sacerdotibus potest episcopus restringere potestatem reseruando sibi casus: ergo etiam sic reseruando sibi casus, poterit potestatem prædictorum religiosorum coartare. Pro decisione questionis dicimus primo, cum Soto in quarto distinctione. 18. questione quarta. articulo. tertio. quod non est tuta opinio Syluestri, neque eum seruatur, qui verb. confessor. 1. §. quinto. ait cum Gabriele distinct. 17. quest. 2. artic. 3. atque alijs, quod expositi fratres possunt à casibus reseruatis episcopo absolueret. Patet autem opinio hæc Soti, cui tandem accessit Nauarrus in summa latina, capit. 27. nu. 262. ubi mutat sententiam, quam tenuerat ante in summa Hispanica. Tum, quia hoc inquit, est tutius dicere secundum Diuum Antonium. 3. partitu. 17. cap. 2. contra Syluestrum. Tum secundo, quia secundum Soto, textus id aperte ostendit dicto. §. per huiusmodi. ubi declarat non maiorem potestatem dari fratribus expositis, quam curatis, quibus episcopus ex rationabili causa, non tamen sine illa, quia iure ordinarij sunt, potest restringere potestatem aliquos reseruando sibi casus. Tum tertio, quia licet privilegium audiendi confessiones religiosi expositis concedatur à papa, & concilio, nihilominus vult religiosos facultatem recipere ab episcopo, ut sint tanquam eius coadiutores. ¶ Quocirca in hoc non conferunt eis amplius ius quam habent curati. Tum quarto patet ex Clementina religiosi. de privilegij, ubi excommunicantur religiosi, si attentauerint absolueret à casibus excommunicationis reseruatis sedi apostolicæ, vel à sententijs per statuta synodalia aut provincialia promulgatis, scilicet, sententijs excommunicationis, vel suspensionis, vel iuris dicti. Ponitur illic illud verbum, si præsumpserit. Vnde ab hac excoicatione, quæ ibi sibi reseruatur papa excusantur ignoranter absolueret, quia non præsumunt tunc. Cæterum, ut bene ait ibi Sotus, si episcopus vult plures casus reseruare religiosi quam curatis, tunc, quia censetur facere id in fraudem, & in odium ipsorum, si aperta sit hæc

fraus, non est illi in hoc obtemperandum: quia pari forte sunt tractandi ut plebani. Secundo, quia quatenus potest, an esto iure ipso non possint religiosi absolueri à casibus episcopalis, an ex privilegio id possint facere, dicitur (ut ait Metina in sua instructione confessorum. §. de casibus referuatis episcopis) quod huiusmodi solent esse ordinariè, sacrilegium, superstitiones, fascinoes, diuinationes, matrimonium clandestinum, & testes eius, blasphemia publica, homicidium voluntarium, incendium, ex proposito, ordinatio per saltum, vel cum licentia falsa, vel furtiuè, falsatio scripturarum, retentio decimarum, & primitiarum, incestus, manus violentæ in clericum, cum percussio non fuit enormis, Sodomia, & bestialitas. Qui quidem casus non sunt iure, vel actu referuati, nisi episcopus eos referuauerit. Metina ergo ibi concedit religiosos ordinum Mendicantium expositos per Episcopos hoc privilegio sibi concessio gaudere, ut possint absolueri ab omnibus casibus, à quibus potest episcopus, & tamen papam confessorem huius privilegij non citat. Tamen Bartholomæus Fumus in sua summa Armilla verbo, absolutio. §. 26. hoc privilegium concessum fuisse, ait Canonicis regularibus per Eugenium Quartum. Et similis gratia concessa est monachis sanctæ Iustinæ & Minimis minorum, ut quidam tenent, quorum privilegia participat fratres Prædicatores per gratiam concessam. Thom. Caiet. Vnde colligitur, quod fratres Prædicatores eadem possunt diuimodo non reuocentur. Vbi aduertendum est, quod quauis privilegium hoc esset in obseruatiã in nostro ordine, quod certè non constat, quoniam nonnulli religiosi, & cautè quidem, & prudenter carentes bulla Cruciatæ poenitentes nõ absolunt sine licentia episcopi, conformantes se in hoc fratres ordinis Prædicatorum ordinationi capituli generalis apud Viennam 1282. & ordinationi capituli generalis Bononiensis 1564. Vbi ordinatum fuit, quod fratres huius ordinis non debent se à casibus de iure ordinarijs referuatis, & etiam à casibus quos præfati ordinarij ex rationabili causa duxerint referuandos, vllomodo introumittere, nisi de licentia & beneplacito ipsorum, ut ait Bandellus in glossa super constitutionibus eiusdem ordinis prædicatorum distinctione secunda. de itinerantibus capit. 13. quod est conforme textui suarum constitutionum in dicto capit. numero. quarto. Vbi dicitur, Cum fratres nostri, diocesim alicuius episcopi ad prædicandum intrauerint, primo si poterunt visitabunt episcopum, ut secundum consilium eius faciant fructum, quem facere intendunt. Hac ergo de causa antequam expe-

**A** directur bulla hæc moderna Cruciatæ in multis conuentibus nostri ordinis, vidi pendentes in charta fixa sacrillæ parietis casus episcopales, ut ab eorum absoluteione fratres cauerent, vel peterent licentiam ab episcopo ab eis absolendi. Et certè ratio dicitur, ne hæc licentia sit tam communis, nisi papa in bulla Cruciatæ, pro bono communi expedita eam concedat, sicut de facto concedit. Vnde cautè in omnibus his est ambulandum. Sed si quærat aliquis vtrum prædictum privilegium concessum fratribus expositis ad absolendum de omnibus de quibus episcopus de iure absolueri potest, sit nunc reuocatum, dicimus tertio, quod si quis attente inspiciat tenorem bullæ Cruciatæ nunc expeditæ, videtur tale privilegium per totum annum à promulgatione bullæ manere suspensum, respectu poenitentium bullam Cruciatam non assumentium: ita ut isti virtute prædicti privilegij nequeant absolui à fratribus expositis gaudentibus alijs hoc privilegio à casibus episcopis referuatis. Patet, quia in bulla Cruciatæ sic in forma dicitur. Item prædicto commissario & receptori generali, scilicet, Cruciatæ datur facultas, ut suspendere possit dicto anno durante omnes similes, aut dissimiles indulgentias, & facultates ab eisdem, vel sede apostolica, vel eius auctoritate, quibusuis ecclesiæ monasterijs hospitalibus, pijs locis confraternitatibus concessas, ut cuius omnino comuniter, vel diuisim non suffragentur.

**¶** Quæritur deinde, an parochus, vel religiosus expositus possint absolueri ab aliquibus excommunicationibus, vel casibus referuatis. Respondetur autem breuiter, quoniam ad materiam de excommunicatione, & hoc quoque pertinet. Et primo dicimus, quod tam curati, quam expositi religiosi, absolueri possunt poenitentes ab excommunicatione minori, etiam extra confessionem, quia ista absolutio tantum requirit iurisdictionem, quam isti habent. Secundo dicimus, quod prædicti curati, & expositi religiosi possunt absolueri à quacunque excommunicatione lata à iure, siue à papa, siue à concilio, nisi fuerit specialiter papæ, vel episcopo referuata. Est conclusio Diui Thomæ (ut ait Sotus) in quarto sententiarum distinct. 22. quæstione secunda. articulo tertio. conclusione tertia. vbi addit, quod hæc assertio eoductur à multis dissoluendas ambiguitates, cui ipse ibi adhæret. Syluester quoque huic sententiæ quæ est Diui Thomæ in quarto sententiarum distinct. secunda. articulo quinto. quæstione prima. & distinct. 18. quæstione. 2. articulo secundo. quæstione. 1. Diuo Thoma subscribit, & etiam Nauar. in summa capit. 27. nu. 257. subscribit in sum-

ma

ma. verbo, absolutio. §. quarto. Patet, quia e. dudum de sepulturis, §. per huiusmodi religiosi presentibus & expositis conceditur facultas absolendi ab his, quæ sunt eis iure concessa. At id videtur esse concessum, quod nulla lege prohibetur. ff. ex quibus causis maior. nec non vide ibi gloss. Sed non videtur iure aliquo prohibitum parochos, & religiosos expositos, qui in potestate sunt pares absolueri posse ab excommunicatione cuiuscunque iuris nulli referuata: ergo poterunt ab ea absolueri. Secundo probatur ratione Soti, quoniam si excommunicatione, propterea, quod esset lata à iure concilij vel papæ esset ei referuata, non opus esset, ut exprimeret dicens, cuius absoluteionem referuamus, & cetera, Sed quia aliquis forte hæsitabit, an si episcopus excommunicationem à iure papali, vel à iure concilij latam, & ab ipso iure papæ, vel episcopo specialiter non referuatam sibi specialiter referuet, possint religiosi expositi secundum Clementinam, dudum. ab ea absolueri. Respondetur, quod diffinitio huius quæstionis ex illa dependet, an possint religiosi expositi à casibus, quos sibi referuat episcopus, absolueri, ex iure, vel privilegio. Igitur inde petenda est solutio quæstionis. Nam diximus cum Nauarro & Soto, iure eos non posse absolueri à prædictis casibus, scilicet, episcopalis, sine licentia episcopi: sed neque ex privilegio absolueri ab illis esse in obseruantiã contra Metinam Salmantinam huiusmodi privilegium quotannis per bullam cruciatam id mandantem commissario, ut privilegia suspendat, suspendi diximus respectu poenitentium, non assumentium bullam Cruciatæ. Vnde si episcopus casum papalis iuris in iure non referuat alicui ipse sibi per suas synodales referuaret, & religiosus etiam expositus ab illo præsumeret absolueri citra bullam Cruciatæ poenitentem ea carentem, videtur non euadere incurtionem excommunicationis latæ contra sic absolueri præsumentes, ut habetur in Clemen. 1. cap. religiosi. de priuileg.

**¶** Præterea huc spectat etiam hoc dubium explicare, vtrum subditus alterius episcopi cum casibus referuatis ad aliam diocesim, si accedat, absolui possit ibi ab illis, & quid si ibi sint casus alij referuati, qui in sua diocesi non referuabantur, an in referuationem illorum incurrit. Quæstio est, cuius meminit Metina in sua instructione confess. libro primo. §. tertio. de casibus referuat. Igitur, quia in hac quæstione variant doctores, id diffiniemus, quod eorum varijs sententijs perpensis, atque libratis nobis videbitur esse probabilius. Igitur Metina ibi primo ait, quod poenitens, qui irretitus casibus re-

Instruct. conc. Pars. 2.

**A** feruatis suo episcopo, ad alium accedit episcopatum, ibi ab eis absolui non potest, si licentiam sui episcopi in particulari secum non deferat, ut ab illis possit absolui. Secundo ait, quod si huiusmodi peregrinus poenitens alterius diocesis in diocesi aliena, transgressus est, ibi casus & præcepta, quæ ibi erant referuata, quæ in sua diocesi non referuabantur, licet per huiusmodi transgressionem deliquerit mortaliter, nõ tamen respectu illius talis transgressio est referuata. Et quidem, si solum attendamus ad ius commune expressum, multum iuridica est hæc Metinæ, & Fr. Manuælis Rod. resolutio. Cæterum concessio Eugenij. III. viua. notis. articulo facta (ut Caietanus verbo, absolutio. in summa sua refert) istam resolutionem Metinæ nobis ambiguum facit. Nam in ea concessione (ut meminit se legisse Caietanus) concedebatur, viatores, vbi se intenerint in pace hæc censendos esse tanquam adeptos incolatum, quantum ad sacramenta poenitentiae & Eucharistiæ. Quocirca (ut Sotus, & Caietanus notant) peregrini etiam quoad casus referuatos subdantur legibus eius diocesis, cui applicuerint. Igitur pro resolutione quæstionis, quia ista sunt quotidiana, dicimus primò, quod peregrini, si dum se inueniunt in diocesi aliena in casus incurunt, qui ibi sunt referuati, sed si nõ sunt referuati in sua propria diocesi, non incurunt, referuationem illorum casuum, quia respectu illorum non sunt referuati. Hæc est Metinæ, & hanc puto esse probabilem opinionem contra Sotum in quarto, distinctione. 18. quæstione quarta, articulo secundo. dicentem, quod quia peregrini etiam quoad casus referuatos, subdantur legibus eius diocesis, cui applicuerint, ideo à casibus, qui illic sunt referuati episcopo, non possunt absque eius licentia absolui. Sed tamen probatur opinio Metinæ primò. Quia licet statutum ordinarij, vel synodale liget omnes factos subditos ratione delicti: tamen si feratur per modum sententiæ generalis, sic videtur, quod non liget, nisi subditos sententiantis, respectu delicti committendi, secundum Paternitanum. Post Innocentium capit. à nobis. de sententia excommunicationis. el. 1. Item, quia qui sunt de alia provincia, vel diocesi regulariter ignorant istam referuationem casuum illius diocesis, per quam transeunt: ergo ista referuatio casuum non ligat externos, quibus publicata non est. 82. distinctione. capit. propositi. & decima sexta distinctione. capit. quod dicitur. Deinde patet, quia referuatio casuum, ideo legitime fit, scilicet, ut prælati & Episcopi cognoscant vulgum pecoris sui. At vero, alieni, qui illac transeunt non sunt proprie pecus suum.

Ff 3 suum.



suum: Vnde suis casibus synodalibus reservationum non videntur alienos subditos vel irritare, vel ligare. Item patet, quia isti viatores alienae dioecesis non tenentur, in aliena dioecesi confiteri, neque ad id compelli possunt, etiam si deliquerint peccato eiusdem speciei, cum casibus reservatis ubi peregrinantur: ergo respectu istorum illi casus non sunt reservati. Adhuc ultimo patet: quia ideo aliquis fit subditus ratione delicti, ut ibi satisfaciat per poenam scandaloso, ubi delictum scandalizatum commisit. At ista ratio non videtur habere locum in foro conscientiae, ubi multoties peccatum fit occulte, & in confessione reuelatur secrete, & imponitur poenitentia poenitentia secrete. At licet Caietanus ubi supra dicat ex concessione Eugenij III. haberi viatores censendos esse adeptos incolarum, quoad sacramenta poenitentiae, & Eucharistiae in paschate suscipienda, ibi, ubi se inuenerint, vnde infert etiam a reservatis posse absolui, prout epus illius loci disposuerit, vnde Sotus illam opinionem hauit, quod casus reservati in aliena dioecesi comprehendunt viatores: tamen certe, neque ex concessione illa Eugenij III. neque ex praedictis verbis Caietani id aperte colligitur. Quia Caietanus potest intelligi de casibus reservatis, quos non ibi, sed in sua dioecesi, ubi erant reservati, incurrit viator, qui in aliena dioecesi confitetur. Nam de his debet absolui, prout episcopus illius loci, ubi de eis confitetur disposuerit. Secundo dicimus, quod si talis viator alienae dioecesis affert casum reservatum in sua propria dioecesi, quem incurrit dum ibi esset, licet non sit hic casus reservatus in aliena dioecesi, ubi vult confiteri, ab eo absolui potest sine licentia proprii episcopi, non tamen sine licentia illius episcopi, in cuius dioecesi confitetur. Hae est Soti loco citato, & Nauarri in summa latina, capit. 27. numero 255. Et videtur esse de mente Caiet. in summa verbo, absolutio. ut colligitur ex eius verbis. Est tamen expressè contra Metinam in sua instructione confessio loco citato. Hanc tamen Sotus non probat, licet dicat, quod iste absolui non debet, sine licentia saltem illius episcopi alieni in cuius dioecesi confitetur. Probat tamen: quia Nauarrus ibi ait, quod parochus habens facultatem absoluendi a casibus reservatis episcopo suo potest absolui poenitentem alterius episcopatus, cum iusta licentia sibi concessa a peccatis reservatis, suo episcopo: ergo sine licentia proprii episcopi cum sola licentia illius episcopi dioecesis poterit absolui a praedictis casibus. Patet quoque primo, ex glossa capit. placuit. 16. quaestione prima. & clarius patet ex Panormitano in capit. cum contingat.

A numero 29. de foro competenti. Nam ex his habetur confessarium legitimum vnius parochiae posse absolui confessum a peccatis ubique commissis: & episcopi videntur tacite velle debere, ut idem sit de peccatis eis reservatis, quando confessio fit habenti facultatem absoluendi a reservatis suo episcopo. Tum secundo probat id Nauarrus: quia id videtur habere consuetudo, ut tales viatores non remittantur ut absolui a proprio episcopo de peccatis illi reservatis, sed quod absoluantur ex licentia episcopi, ubi confitentur ab illis casibus, vel ab habente eius auctoritatem ad absoluendum de casibus illi reservatis. Tertio patet, quia consuetudo haec ampliari potest iurisdictionem, imò dare eam non habenti capit. duo simul. cum glossa. de offic. ordinar. Vnde stando in solo iure, vera videbatur assertio Metinae. Secus est stando in consuetudine rationabili & acceptata, dante iurisdictionem, in qua fundat Nauarrus hanc nostram, & suam, & Soti sententiam. Quauis possit etiam fundari in illa concessione Eugenij, quantum attinet ad sacramentum poenitentiae in paschate. Adde vero, quod tertio dicendum est cum Soto ibidem, quod vagabundi cum nullibi habeant domicilium, non tenentur, nisi legibus & reservationibus casuum Episcopi, ubi sunt, cum alibi non habeant domicilium. Hinc corollarie sequitur, quod ut postea latius dicetur, qui excommunicatus est in alia dioecesi, puta, a suo iudice, si iam satisfecit iudicis praecipio satisfaciendo, scilicet parti, cui praecipiebatur satisfacere, videlicet, furtum, aut debitum, si se inuenit in alia dioecesi, episcopus vel vicarius eius potest ibi eum a praedicta excommunicatione absolui: saltem si fuit excommunicatio generalis, ut quicumque fecerit furtum, vel retinuerit scripturas, vel quicumque alienum aliquid sit excommunicatus: tunc expleto mandato secundum Sotum in quarto, distinctione vigesima secunda, quaestione secunda, articulo tertio, circa secundam conclusionem, potest ab alio episcopo absolui, quia nulla proprio irrogatur iniuria. Secus est, si est lis contestata inter partes in tribunali proprii iudicis: tunc enim per ipsam, vel per pontificem debet lis peragi. ¶ Deinde scire operae pretium est, cum episcopus praebet a se expositis & approbatis licentiam audiendi confessiones, & absoluendi ad quid vel quantum se extendat haec eius licentia. Respondetur ergo primo cum Nauarro in summa capi. vigesimo septimo. num. 255. quod dum episcopus alicui exposito, vel alteri concedit omnem suam facultatem, & omnem suam auctoritatem ad audiendas confessiones, & ab-

& absoluendum poenitentes, non per hoc censetur concedere casus sibi reservatos iure communi, aut suo particulari, aut consuetudine generali, vel speciali, argum. capit. fin. de offic. vicar. libr. 6. & secundum Ioan. Andre. capit. tua. eodem titulo. Secundo dicimus, quod quando episcopus concedit omnes suos casus, videtur concedere casus sibi reservatos. Patet, quia iuxta communem modum loquendi, & consuetudinem, quae attendenda est iuxta caput, ex literis. de sponsalib. & l. librorum. 6. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. per suos casus, peccata illi reservata intelliguntur. Sicut etiam quando episcopus ait, quod concedit suam facultatem omnem, excepto tali casu reservato, omnes casus sibi reservatos videtur concedere. Facit pro hoc capit. Dominus. 32. quaest. 7. Et suffragatur Decius in regula. 1. ff. de regul. iur. Item etiam, si cum praelatus totam suam facultatem concedit, constat de eius intentione, scilicet, quod per hanc verbalem formam intenderit, casus sibi reservatos concedere, tunc satis est ut per eam possint a casibus ei reservatis absolui hi, quibus id conceditur: & de hac intentione constat, argum. capit. intelligit. de verbor. significatione. Hinc sequitur corollarie, quod confessores expositi pro fratribus ordinis praedicatorum cum praelatus eorum in capitulo in praecipuis solennitatibus, solitus est dicere, impendo omnem meam auctoritatem, ut confessores expositi pro fratribus possint absolui de omni eo, quod ego possum virtute huius formalis concessionis, possunt absolui ab omnibus casibus ei reservatis: nam iam patet ex vius interpretatione, hanc esse eius intentionem. Tertio dicitur, quod quia casuum nomine intelliguntur tantum peccata reservata, proprie loquendo, ideo si episcopus concedat absolutionem a casibus, & nihil aliud dicat, propter hoc non concedit facultatem absoluendi ab excommunicationibus sibi reservatis, vel ad vota commutanda, vel ad dispensandum super irregularitate, nisi aliter de mente eius constet: vel nisi, ut dictum est in concessione casuum aliquam excommunicationem, vel votum, vel aliquid huiusmodi excipiat, quia per hanc exceptionem alios casus non exceptos videtur concedere. Patet hoc, quia exceptio firmat regulam in contrarium. 32. quaest. 7. can. Dominus, pro quo facit Panormit. in capit. quoniam. de coniug. leprosi. Quod tamen solum intelligendum est in his, quae sunt eiusdem generis. Nam quia excommunicatio est alterius generis, quam votum, si in concessione totius suae auctoritatis, reservauit sibi vnam excommunicationem, visus est absolutionem omnium aliarum excommunicationum sibi reservatarum concessisse. Non tamen

A per hoc visus est concedere dispensationem voti seu irregularitatis, quia sunt diuersorum generum. Quarto dicitur, quod quando papa in gratijs concedit omnes casus papales, tunc casus extenditur ad censuras. Vnde per hanc formam concessionis censetur concedere absolutionem a censuris sibi reservatis: quia nullum peccatum est adeo graue, quod papae referuetur, nisi ratione censurae. Ex quo sequitur corollarie, quod si absolutus est quis a censura reservata papae, vel per papam, vel eius ad hoc commissarium, iam tunc Curatus proprius, vel religiosus expositus ibi, ubi confitetur, poterit eum a peccato, pro quo incurrit excommunicationem absolui. Ut si quis poenitens excommunicatus prius ob simoniam obtinuit absolutionem a tali censura, a praedictis potest post absolui. Et sic de alijs patet: quia ratio reservationis cessat. Et qui semel est absolutus a reservatis, quauis fuerit factus, quia sine contritione fuit confessus, potest post hoc a legitimis confessoribus, de dictis reservatis absolui, quia satis est semel fuisse iudicatum ante tribunal eius, cui erat reservatum crimen secundum Caietanum verbo, casus. Imò si poenitens tenetur aliqua excommunicatione, vel casu reservato, & confessus est iam habenti facultatem absoluendi ab his, & oblitus ea confiteri, si absolutus est ab omni excommunicatione, & peccato, quatenus potuit confessarius (quia id interpretatiue voluit efficere, quod de iure, aut ex commissione poterat) absoluitur etiam ab his, ita, ut si post sit factus memor eorum & confiteatur illa (prout tenetur) ei qui talem potestatem non habet ab eis possit ab eo absolui. Ita Palud. in quarto sententiarum distin. 8. quaestione quinta. quem allegat Nauarrus in summa capit. 26. numero. 13. cui consentiunt S. Anton. Syluest. Gabriel. Patet, quia ratio reservationis per primam absolutionem, cessauit, & peccata illa manent solubilia. Vnde admonitos ibi esse curat Nauarrus poenitentes, ut dum confitentur habenti facultatem absoluendi ratione iubilaei, vel bullae, ut modo supra dicto generaliter, si teneris aliquo vinculo, excommunicationis, vel alterius censurae a quo ego possum, & caetera, se absolui curent. Imò, quia, ut praediximus, etiam si sic praemonitus non fuit confessarius habens facultatem absoluendi a censuris reservatis, si illa praemisit generalem, & conditionalem absolutionem, scilicet, si teneris aliquo vinculo excommunicationis, & caetera, quia intendit virtualiter & interpretatiue, vel implicite ab omnibus his, de quibus iure vel commissione, vel privilegio potest absolui: si postea in mentem venerit poenitenti, satisfaciet alteri confitendo

peccata, nulla obtenta absolutione à censuris. Imo, si sic generaliter, & conditionaliter absolutus quis fuerit, vel dispensatus super irregularitatibus ab eo, qui super eis poterat dispensare, si post meminerit alicuius irregularitatis incursum iam tempore prædictæ dispensationis, nõ indiget alia bona dispensatione. Hoc autem ait Nauarrus esse notandum ab his qui in visitationibus, vel capitulis festiuitatum solenniū ab irregularitate, & alijs censuris generaliter sic absoluitur à superioribus. Nam, esto tunc nõ meminerit illas, sublatæ censentur, neque tenentur aliam absolutionem querere ab eis: sed satisfaciunt simpliciter confitendo peccata, ob quæ incurrerunt illas. Ita Syluester verb. confessio. 1. quæst. 4. & Rosel. verbo, confessio. 2. §. 9. & Angelus verbo, confessio. 1. §. 12.

¶ Quoniam circa illum articulum, scilicet, vtrū quilibet sacerdos possit vti clauē in quolibet multis excitauimus quæstiones. Superest etiā & hanc examinare, scilicet, an confessarius possit vti clauē in absentem. Quæstio autem hæc ab aliquibus in controuersiam adducitur, quæ certè quasi dubia sit, non esset in disputatione vocanda, postquā consuetudo ecclesiæ eius ambiguitatem explodit. Igitur Nauarrus in sum. cap. 26. nu. 14. allegat Anton. dicentem multos insignes Theologos congregatos super hoc fuisse in concilio Basiliensi, ibiq; conclusisse huiusmodi pœnitentem absentem posse absolui in absentia, etiam si præsentia eius haberi possit: sed scandalum immineret, dicendo ei, quando iam confessor obtinuit facultatem absoluendi eum à reseruatis, qua antea carebat, dum eum absoluit, quod non fuit absolutus, & propterea oportere ipsum iterum confiteri. Vbi concludit Nauarrus, quod talis confessor post habitam facultatē absoluet eum præsentem, si præsentiam eius habere potest: sin minus absentem ab excommunicatione, quando voluerit, & à peccato reseruato, quādo ille in gratia esse videbitur. Quam opinionem se refellere minimè audere fatetur, etsi nonnullis contra videatur. Huic sententiæ applausisse videtur Palude in. 4. sent. dist. 17. quæst. 2. Vbi tenet, quod per literas potest homo sacerdoti confiteri absenti, licet non teneatur. Vt si peccator esset in carcere, vel vbi non posset confessarium accersere. Igitur responsuri ad quæstionem dicimus primò cum Soto in quarto sentent. distinct. 18. quæstione tertia. articulo primo. & cum Soto ei fauente, quod confessio hæc per literas facta confessario absenti, non solum non cadit sub obligatione, verum certè neque est valida. Patet autem hoc primo, quia confessio est actus personalis, quo homo præsentem sacerdoti loquitur. Quocirca licet per literas

possit homo absolutionem ab excommunicatione, & ab alijs censuris à summo pontifice obtinere, & petere: tamen absolutionem sacramentalem peccatorum, non nisi præsentem per confessionem obtinere potest. Tum secundo patet: quia confessio talis esse debet, vt per eam sacerdos possit fieri certus pœnitentem talia peccata commisisse, & per quam possit conuinci pœnitens, quod ea fecerit. At verò cum pœnitens, vel alius nomine eius possit confingere illas literas, imò postea pœnitens possit negare esse suas, non satis certus fit confessor de certitudine dispositionis pœnitentis, quæ requiritur, vt in sacramento confessionis habeatur à confessore. At hoc confirmatur etiam, quia quando eum per rescriptum absolueret, fortasse pœnitens, vel in aliud denuo incidisset mortale peccatum, quod sine præuia confessione absolui non potest, vel iam vita defunctus esset, vel ex accidenti casu mutatus esset à priori proposito abstinendi, vel restituendi. Tum etiam probatur, quia hoc confirmat sententia Canonis, quem pœnitent distinct. prima. de pœnitent. vbi exemplo eorum, qui à lepra curati iusi sunt à Christo se ostendere sacerdotibus, docetur corporali præsentia confitenda esse sacerdoti peccata, non per nuntium, non per scriptum, aut per epistolam manifestanda, sed facie ad faciem. Hoc etiam patet, quia ex definitione Concilij Basiliensis, etiam si nota non legitime congregati concilij laborat, nihil certi habetur. Ergo cum consuetudo ecclesiæ extet contra prædictos Theologos, cui consuetudini secundum Dm̄ Thomam secunda secundæ. quæstione. 10. articulo. 12. magis standum est, quam auctoritati cuiuscunque sancti etiam Diui Hieronymi, & Diui Augustini, non est omnino tutum & sanum opinionem Paludis contrariam in populo christiano infeminare.

¶ Ex prædictis autem corollariè sequitur, quod si quis pœnitens in præsentia sacerdotis scripto confiteatur dupliciter id fieri posset. Primò modo, vt pœnitens scriptum tradat sacerdoti, qui legat, nihil pœnitente signo, aut voce affirmante. Et tunc hæc quidem confessio ob prædictam rationem, auctore Soto, est inualida, quoniam per illas literas nihil pœnitens affirmat. Si verò secundo modo sic fiat, quod dum sacerdos singula peccata legit, pœnitens dicat se illa fecisse, vel nutu capitis, si mutus est annuat: tunc vera est confessio: quia locutioni æquiualeat. Sic secundum Scotum glossandus est canon. qualis. 30. q. 5. Vbi habetur, quod adulteræ pœnitenti per scripturam recipienda est. Sed secundum Sotum non loquitur Canon hic de pœnitentia sacramentali, quæ fit in confessione, sed de pœnitentia

tentia, qua à viro separata debet in habitu pœnitenti viuere, de qua eius pœnitentia, si per scriptum confiterit, poterit iterum maritus in domum recipere. Scribebantur enim olim peccata eorum, qui publicam pœnitentiam agebant. Cõcluditur ergo ex prædictis, quod qui in memoria subsidium proprio ore legit peccata sua coram sacerdote absque dubio legitime confitetur. Non tamen debet mero legitimo officio fungi: quia per hoc verecundia confessioni affinis minueretur: sed debet postquam inspexit papyrū ore confiteri. Sicut etiam qui confitetur per internuntium, id est, interpretem in præsentia sacerdotis valida est confessio: nam vere loquitur sacerdoti: nam nutibus potest & debet significare se illa asserere, quæ interpretes refert. Valida tamen eius confessio non esset, qui per internuntium absenti confessori confiteretur: quia in hoc casu pœnitens peccata sua nūcio, cui narrat peccata sua, confitetur, nuncijs vero nemini.

¶ Nunc vero postquam, in quos sacerdos vti clauibus possit, differuimus, pro materia complemto, non erit ab re hic adnotare modum, quo taliter confessarius vtatur clauibus, vt nullum committat abusum. Dicitur ergo primo, quod confessores, ne sua potestate abutantur tenentur, præsertim si sint parochi tam diuino, quam ecclesiastico præcepto scire omnia, quæ pertinent ad articulos fidei, vt pœnitentes possint erudire, & corrigere, si errauerint. Debentque confessarij admonere patres familias, vt antequam mittant suos domesticos ad confessores, examinent an domestici sui sciant doctrinam Christianam. Neque enim sine aliquo nota violationis sigilli confessionis, fit, si confessor postquam deprehendit domesticū alicuius patris familias, puta, filiū famulū, aut seruū ignorare ea, quæ sunt rudimenta fidei, puta, articulos, & mandata, & orationes, si se excuset, apud patrem familias se eos nõ audisse in confessione, neque absoluisse, quia doctrinæ christianæ erant ignari: quia hoc est prodere eorum culpam ignorantiam, quam nouerunt in confessione, vel in ordine ad confessionem. Quod non satis aduertunt quidam incauti & ignorantes confessores. Debent tamen confessores interrogare pœnitentes, an sciant articulos fidei, nisi probabiliter possit credi, quod illos sciāt, quod si inuenerint pœnitentes ignorantes fidem tenēt eos docere explicate articulos, & mandata, aut certe non audire confessiones eorū: ita Magister Bañes super. 2. 2. Sed quia in tomo. 1. nostri instructorij cõscientiæ plura de hoc diximus, hoc tantum hic repetimus, quod non oportet sciant pœnitentes rudimenta fidei eo ordine, quo continentur in chartula christiana, neque sub eisdem verbis, sed sub æquiualentibus. Nam

alias raro est inuenire christicolos rusticos, qui nouerint rudimenta fidei dicere eo stylo, quo continentur in puerorum Charta. Satis est ergo explicite sciant ad interrogata respondere si interrogentur, vtrum sit vnus Deus, & quot sint personæ in Deo, & quod nouerint eas nominare, & quamnam earum homo factus sit, & quo sine, & quid egerit pro salute hominum, scilicet, quod sit passus & resurrexerit, & in cælum ascendit, & quod venturus sit ad iudicium præmiaturus bonos sui perpetuam visionem, & puniturus malos vita æterna. Igitur quando confessor citra magnam difficultatem istorum mysteriorum rudes agrestes pastores, & mancipia potest edocere, ita vt ad ista interrogata quatenus attinent ad substantiam iam semel, & iterum atque iterum sciant respondere, quod non est difficile, non eos abiciat à suis pedibus, sed eos instruat & in confessione audiat, præsertim, quādo alias sunt inculpabiles aliquo modo: quia occupati seruitijs dominorum suorum non inueniunt qui eos rudimenta fidei doceant: & si repellantur à pedibus confessorum discedent sine remedio, & omnino desperati: quia sui heri de salute animæ eorum nihil curant.

¶ Secundo notandum est, quod cum confessores teneantur pœnitentes in foro conscientiæ compellere ad Dei præcepta adimplenda, ideo diligentes esse debent inquirendo, an præceptū correctionis seruetur, vt aduertit Bañes. Sicut etiam etsi diuites pœnitentes, quos audiunt ad dandam elemosynam de superfluis ad statum compellere debeant, tamen interdum ab hoc excusantur, quia huiusmodi diuites nolunt cõfiteri habere se superflua.

¶ Item tertio, confessarius ne præcipiet pœnitentem in graue periculum tentationis, si nouerit in confessione pœnitentem ignorantiam inuincibili illum excusante omnino à culpa laborare, maxime si est ignorantia facti, nõ debet docere ignorantem, si probabiliter existimat, quod ille adhuc permanebit in suo facto, & amplius peccabit: quia vt ait D. Augustinus, Si scirem tibi non prodesse non te monerem. Quarto aduertendum est, quod regulariter periculosum est, si confessarius exigat à pœnitente, vt dicat sibi extra confessionem, quænam sit persona complicis, vt ipse confessarius procedat ad correctionem, vel denunciationem, quoniam sic odiosam contingit fieri cõfessionem, quæ debet esse amabilis: & huiusmodi confessarius solet arceri pœnitentes à confessione, vel certe præbet eis occasionem, & ne sincere & sine inuolucris confiteatur ei sua peccata, aut ei audeant reuelare. Quo circa confessarius, qui alia via non nouerit delictum complicis, quam ex confessione sacramentali,

tali, semper erit sacrilegus, si procedit ad correctionem tertie personae, ex qua correctione persona poenitentis manifestatur. Atque subinde confessores periculose, & imprudenter errant, si praedicatorum admonent, ut praedicent, aut si ipsi etiam praedicant contra peccata quaedam in particulari, quorum notitiam ex confessione poenitentium acceperunt. Non enim hoc medium cum sacramenti poenitentiae dispendio & scandalo, ut saepe fit assumendum est ad correctionem peccatorum. Sic etiam, in sacramentali confessione aperire quolibet alium peccatorem non est medium proportionatum ad fraternam correctionem illius, vel ad denunciationem ante illius iudicem, vel ut praelatus si ipse confessarius sit, possit melius saluti illius proximi prospicere, aut ut melius suae communitatis gubernationi possit consulere, sicut neque tertie personae peccatum in confessione aperire efficax est medium, aut sufficiens ad praedictos fines.

### C A P. III.

#### De effectu clauium

*An clauis remittant culpam, & poenam: Et an sacramentum poenitentiae attrito conferat gratiam: Et an virtute clauium poenitens possit ad aliquam poenam ligari: Et an absolutio ex proprio arbitrio sacerdotis possit impendi: Et de errore accidenti in impositione poenitentiae: Et de satisfactione imponenda: & quali & quanta.*



**Q**UAE RITVR deinde primo. Vtrum effectus clauium se extendat ad remissionem peccati, quoad culpam, & poenam. Respondetur autem, quod solus Deus est qui, tanquam agens principale, & per naturalem & propriam auctoritatem remittit culpam, quoniam peccatum contra ipsum solum committitur, iuxta illud psalmi: Tibi soli peccavi: & ita ipsius est proprium peccata remittere. Item etiam, quia per gratiam quae est acceptatio ad gloriam, remittitur peccatum. Vnde sicut dare gloriam, quae Deo est propria, illi tantum conuenit: ita etiam dare & gratiam, iuxta illud psalmi: Gratiam & gloriam dabit Dominus. Atque per consequens illi ut principali agenti, tantum competit dare remissionem peccatorum. Nam qui dat super naturalia finem, dat & media supernaturalia ad ipsum. Quocirca, & si sacerdoti tribuatur remittere peccata, id solum ei competit, tanquam ministro, & instru-

mento Dei: sic enim dum absoluit, peccata remittit. Cum enim sacramenta evangelica conferre gratiam ex sacris scripturae locis liquido colligatur, paratione Concilium Constantiense hinc colligit aperte sacramentorum ministerium per ipsa sacramenta gratiam conferre. Quod & locus ille euangelicus ubi Christus ait: Quaecumque solueris super terram, & caetera, & quodcumque remiseris, & caetera, clare probat. Id quoque ipsa forma sacramenti declarat. Non enim illa vera esset, si sacerdos peccata non dimitteret.

¶ Circa praedictam doctrinam, omittis haereticis, efficaciam sacramentorum negantibus, nobis subeunda est disputatio cum Magistro sent. qui dist. 18. negat sacerdotem unquam vere absolueret. Sed ait duntaxat ostendere poenitentem absolutum, quia putauit neminem digne accedere ad sacramentum poenitentiae, nisi existat iam in gratia, habuit tamen, si in hoc sequace Alexandrum. 4. part. q. 80. membro. 1. & Bonauentur. dist. 18. quaest. 2. & ibidem Richard. Abulens. 1. part. sui defensorij ca. 6. & Gabriel. dist. 14. q. 2. & Almain dist. 18. q. 2. & Maioris distinct. 14. quaest. 2. & 18. quaest. 1. Qui omnes in vnam hanc conuenerunt sententiam, quod sacramenta nunquam conferant primam gratiam. Ex quo omnes isti inferunt, sacramentum poenitentiae, nunquam remittere, nisi solam poenam. Caeterum D. Thomas dist. 18. quaest. 3. art. 3. contrariam tenet sententiam. Vbi docet: quod si quis accedat non bene dispositus ad poenitentiam, si obicem non opponat, recipit primam gratiam, sicut per baptismum. Eiusdem sententiae est Scotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 3. & Palud. & Durand. eadem distinct. & Marsilius in 4. dist. 12. & Rosensis art. 5. contra Luth. & Adrian. quaest. 2. de clauibus, ait opinionem. S. Thomae vniuersaliter esse acceptam.

¶ Igitur praemisso, quod homo tripliciter potest accedere ad sacramentum poenitentiae, primo modo, quando ad sacramentum accedit contritus, secundo modo e contrario, quando accedit cum obice, ne gratiam suscipiat, licet putet, se digne accedere, & confessor idem putans illum absoluat, sed frustra: tertio modo, quando accedit attritus putans bona fide se esse contritum: Respondetur ad quaestionem dicendo primo, quod in nullo casu tenenda est opinio magistri, scilicet, quod interpretatio formae sit: ego te absoluo, id est, absolutum ostendo. Nam in primo casu ubi poenitens accedit iam contritus, licet tunc sacerdos non conferat primam gratiam, nihilominus vere absoluit, & remittit, sicut qui in gratia iam constitutus baptizatur, vere baptizatur, & spiritualiter abluatur. Nam veritas formae seruatur, ut D. Thomas. quaest. 84. docet in hoc sensu illic

su illic explicato ego te absoluo, id est, ut idem sonet, quod, ego sacramentum absolutionis tibi impendo, cuius virtute si in peccatis existeres, si obicem non opponeres, remissionem obtineres. Et patet, quia in primo casu per eandem absolutionem datur augmentum gratiae, qui per se sufficeret ad remittendum peccatum: Similiter quoque & in secundo casu, quo quis cum obice gratiae accedit, veritas formae saluatur in hoc sensu: ego te absoluo, id est, sacramentum absolutionis impendo, quod, nisi obicem ei tu ex parte tua opponeres, remissionem peccatorum tibi conferret, licet non opus sit illas condiciones exprimere. Sic etiam Canus in Relectione sua, de poenitentia, ait, quod quando quis absoluit alium non habentem sufficientem attritionem, ut ex attrito fiat contritus, tunc sensus, dum talis absoluitur, est: Ego te absoluo, id est, iudicalem absolutionem impendo, quae vi sua potens est te absolueret, si tu velis fructum eius obtinere. Quod & per exemplum hoc accommodum explicat. Quae admodum, inquit, si absolutionis sententiam proferret iudex, qua tu liberareris a carcere, in quo postea tua voluntate manere vis, iudex vere dicitur te absoluisse a carcere. Sicut etiam, si ego clauem ianuae seram aperire, & tu intus obicem opponeres, ego vere dicor ianua aperuisse. Et sic soluitur argumentum Metine Complutensis, in suo Codice de poenitentis & arguetis, quod tunc non est vera absolutio: sicut neque est vera apertio ianuae, quando quis interius occludit ianua. Sed certe fallitur, nesciens distinguere, ut Cano distinguit, Quoniam duplex est absolutio, & remissio peccati, vna quae habet annexam iustificationem, & alia iudicialis, quae quantum est ex parte iudicis, id est, confessoris absoluit. Ideo verba Magistri sent. dicentis, quod idem est dictum: Ego te absoluo, quod te absolutum ostendo, in nullo casu sunt sustinenda. Quia verba formae sacramentalis sincere & in proprio sensu sunt accipienda. Quocirca verbum, absoluo, non potest exponi per verbum, ostendo. Tunc etiam, quia si talem redderet sensum, non esset sacrilegus sacerdos, si commutando verba formae diceret: Ego te absolutum ostendo.

¶ Sed nunc quoque inquirendum est, Vtrum sacramentum poenitentiae poenitenti attrito conferat primam gratiam faciens eum ex attrito contritum. Videtur autem, quod non quia si accedit cum idonea dispositione, iam accedit in gratia, quia facienti quod in se est Deus non denegat gratiam. Si autem non accedit cum sufficiency, idonea que dispositione iam ponit obicem sacramentum: ergo per illud non recipit primam gratiam: quod alludit ad argumentum Maioris. Igitur pro illudicatione quaestionis huius, dicitur, quod nunc

iam post Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 4. non potest sustineri opinio afferentium, sacramentum poenitentiae, non posse conferre primam gratiam: Huius sententiae est Soto, qui ait vix posse sustineri. Cui suffragatur Navarrus in additionibus ad summam Hispanicam. Qui affirmat Concilium Trident. loco allegato iam declarasse sententiam ante communiem, esse de fide, nempe, quod ex attrito per sacramentum fiat quis contritus, & quod attritio sit ex motione & impulsu Spiritus sancti, est dispositio ad Dei gratiam in sacramento impetrandam, licet perse sine sacramento poenitentiae ad iustificationem perducere nequeat. Ita Concilium ibi. Haec est D. Thomae, scilicet, quod si sacramentum poenitentiae conferat primam gratiam, ut insinuat Concilium contra praedictos Alexandr. Bonauent. Richard. Abulens. Gabriel. Et patet, Tunc quia fundamentum illorum plusquam falsum est, quod praesupponunt, scilicet, quod nulla attritio sit idonea dispositio ad gratiam per sacramentum poenitentiae impetrandam, quia hoc est contra verba supradicta Concilij. Trid. Tom, quia qui se putat contritum cum reuera contritus non sit coram Deo, non accedit in gratiam, ut obijcit Maior: quia peccata non tolluntur per actum intellectus putantis se habere contritionem, sed per actum voluntatis eam contritionem elicientem. Item patet secundo ex nomine clauium, quarum virtus est aperire, hoc est conferre gratiam ea carentibus, dispositis tamen: alias esset diuertere in errorem clauis negantium. Deinde, 3. patet: quia Christus potuit conferre per sacramentum absolutionis primam gratiam, iuxta illud Ioan. 20. Data est mihi omnis potestas, & caetera. Et hanc potestatem contulit sacerdotibus ibi, dum ait: Quorum remiseris: ergo absoluendo possunt conferre primam gratiam. Item quarto patet, quia si sacramentum poenitentiae non conferret primam gratiam faciendo ex attrito contritum, plus oneris, quam emolumenti praecipuum confessionis secum afferret, magisque turbaret confidentium animos, si requireret accessum in gratia ad absolutionem percipiendam. Item quinto potest sacerdos ligare per clauis ad poenam satisfactionis: ergo & absolueret accedentem solum cum attritione. Alias Deus magis rigidus, quam misericors appareret in officio clauium commisso. Praeterea, 6. patet, quia baptismus remittit peccatum, iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, quia institutus est in remissionem peccatorum, Sed etiam iuxta illud Luc. 24. poenitentia est instituta in remissionem peccatorum actualium, ut ibi dicitur: Oportuit Christum pati, & praedicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes: ergo sacramentum poeni-



penitentia remittit peccata, tribuens primam gratiam. Accedit septimo quod Concilium Florentinum diffinit, sacramenta nostra conferre gratiam quod aliud est quam eam augere. Nam conferre gratiam nihil aliud est quam hominē ad iudicium Dei ad eius amicitiam reducere, & in eius gratia constitutere.

¶ Denique ultimo patet, quia nisi penitentia non conferret primam gratiam per absolutionem peccatorum non possent esse sacramenta: non enim in eodem habetur penitentia, vel aliud quidpiam esse sacramentum, nisi quia ibidem habetur conferre gratiam. Unde patet ad objectionem oppositam in contra: quia negatur, quod attritus, praedicta attritione, non sit idonee dispositus ad impetrandam gratiam per sacramentum, licet illa attritio per se non sit sufficiens ad eam conferendam, vel per se solum impetrandam.

¶ Ex praedictis sequitur corollarie, quod virtus clauium se extendit ad remittendam poenam aeternam, tam damni, quam sensus. Hoc autem planissimum est. Quia cum per clauis remittentes culpas aperiatur regnum caelorum, per gratiam, quam conferunt, per quam poenitens fit dignus diuino conspectu, fit sane, ut liber fiat per clauis ab poena inferni quae uelut quae aeterna est, sequitur etiam secundo, quod virtus clauium se extendat ad remittendam poenam temporalem debitam pro peccatis. Quod patet ex eo, quod plus est conferre gratiam, & remittere peccatum, quam remittere poenam. Si ergo clauis primum efficiunt ergo & secundum etiam operantur. Quae cumque enim causa potest primum, potest & secundum. Item etiam: quia remissio peccati, tam culpae, quam poenae remissio importat: non tamen sacramentum habet semper totam poenam temporalem remittere, sed magis, vel minus de illa remittit, habita ratione dispositionis poenitentis, & grauitatis peccatorum. Sicut autem baptismo, quia regeneratio est in noua uita tribuitur ista uirtus condonandi culpam, & tota poena. Sed de his dictum est supra.

¶ Adde etiam quod D. Ambrosius, quando, ut habetur de poenitentia dist. 1. can. uerbum ait, quod in remissione peccati sacerdos, licet ibi suum officium exhibet, nullius potestatis iura exercet, intelligendus est, quod non exercet sacerdos propriae potestatis ius, sed potestate ministri diuinitus suscepta utitur. Sicut etiam cum D. Hieron. super uerbum Matthaei. 16. Tibi dabo clauis regni caelorum ait, quod apud Deum non sententia sacerdotum, sed uita reorum quaeritur. Vbi uidetur dicere, sententiam sacerdotum non esse absolutionem, intelligendum est in hoc sensu, quod presbyteris non licet, ut libet, absolvere, sed cum iudicio clauis scientiae. Ideo, si suo iniquo arbitratu in-

**A** nocentes condemnent, aut indignos absoluant, eorum sententiam Deus tunc non approbat. Nota etiam ultimo, cum Soto, quod D. Thomas illam opinionem, quam secutus est in 4. sent. dist. 18. quaest. 1. art. 3. quaest. 2. ad tertium, certe retractasset, si tertiam partem consummasset. Vbi tenuit, semper poenam aliquam per satisfactionem soluendam post absolutionem restare. Quia non remittitur, inquit, nisi pars aliqua de eo, quod debetur remissa poena aeterna, id est, pars proportionabilis, & non certa remittitur. Sed contra hanc eius sententiam est, quod uidetur certus esse gradus gratiae, quem sacramenta ex opere operato conferunt: ergo etiam certus est gradus poenae, quem sacramentum poenitentiae remittit: quia nulla est discriminis ratio. Et quia alias melioris esset conditionis, qui grauiora peccata commisit, quam qui leuiora, quia uirtute clauium plus poenae remitteretur ei, quam leuius peccanti: igitur citra dubium dicendum est, quod absolutio semper aequalem partem poenae delet, siue poenitens parua siue magna reus sit poenae. Licet uerum sit, quod magis disposito uirtute clauium maior poena dimittitur, sicut supra docuit D. Thomas & quaest. 69. art. 8. & id asseruit de gratia baptismali, scilicet, quod maior gratia in baptismo magis disposito datur. Neque ex praedictis sequitur, quod sacerdos aliquando nullam deberet imponere poenitentiam, nepe quando uideret poenitentem ualde dispositum, quoniam nunquam constat tantam esse contritionem, quae nullum reatum poenae soluendum relinquat: unde semper est aliqua poenitentia imponenda.

¶ Quae ritur secundo, Vtrum uirtute clauium possit sacerdos poenitentem ad poenam ligare. Respondetur autem, quod sicut in sacramento poenitentiae absolvere potest, ita & ligare & quantum ad culpam & quantum ad poenam, quia Deus per auctoritatem suam per clauis non solum absoluit quantum ad culpam sed & ligat quantum ad poenam: ergo hoc etiam agit sacerdos, ut minister eius. Nam Deus parcens, poenam tollit directe, & directe etiam eam infligit: ergo similiter in sacramento aliquam sacerdos partem poenae remittit, & pro parte remanente ligat ad aliquam poenam. Directe quidem ad hanc, uel illam poenam, quam imponit soluendam indirecte quidem, si consideretur tota quantitas remanentis poenae, ad quam non ligat directe, quia non obligat, ut in hac uita satis fiat pro illa, sed indirecte ligat ad illam, quia ab illa non absoluit.

¶ Nam circa hanc doctrinam quaeritur primo, Vtrum confessor sub reatu mortali possit obligare poenitentem ad acceptandam aliquam poenitentiam, & ad eam adimplendum sub reatu mortali. Videtur quod non: primo, quia respectu poenae im-

nae imponenda, uidetur iudex ordinarius confessor non esse: quia poenitens potest Deo se subijcere ad soluendam poenam debitam pro peccatis hic in hac uita, uel in purgatorio. Tum etiam secundo arguitur: quia hic non constat sacerdoti post absolutionem sacramentalem remanere reatum poenae in poenitente, ut possit pro eo obligare ad aliam poenitentialem poenam: ergo non potest ligare ad illam. Nam qui iudicat super id, quod non nouit, iudex iustitiae non est. Item tertio: quia nullum ex tat satisfactionis praecipuum diuinum: ergo cum satisfactio non sit de essentia sacramenti, quare neque imponitur in articulo mortis, sacerdos non potuit praecipuum satisfactionis imponere. Item quarto: quia fauor est misericordiae Dei, quod poenitens per leuiiores poenas, & poenitentias toleratas in hac uita, possit pro poena debita pro peccatis satisfacere: ergo potest poenitens huic fauori, & gratiae Dei renunciare, eligens magis soluere poenam debitam in purgatorio. In contrarium est usus ecclesiae.

¶ Igitur pro decisione quaestiones dicimus primo, quod sacerdos sic potest poenitentem ad aliquam poenitentiam obligare, ut, nisi interueniat in ea manifestus error, teneatur poenitens acceptare, ac sub mortali eam implere, nisi paruitas materiae poenitentiae excuset. Haec conclusio est Magistri Cui. in relect. de poenitentia part. 5. Est Soti in quart. sent. dist. 20. quaest. 2. art. 2. Est D. Thomae dist. 16. & 18. & Magistri Sent. ibi, & Richardi. art. 1. quaest. 5. & Palud. dist. 20. quaest. 2. contra Caiet. quaest. 2. de satisfactione, dicentem, poenitentem, neque teneri sub mortali poenitentiam acceptare, neque acceptam adimplere. Et contra Scotum dist. 18. & 19. circa finem dicentem, non teneri poenitentem eam acceptare, sed si acceptauit ratione promissionis teneri implere. Cui accedit Gabriel dist. 16. quart. quaest. 2. sed sententiae oppositae, quod teneatur eam acceptare, & implere, quae est D. Thom. in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. quaest. 3. & dist. 20. art. 2. quaest. 2. ad 2. & 3. part. quaest. 84. art. 8. subteribit Durandus dist. 17. quaest. 3. ad 2. & Syluest. uerbo confessio. 1. §. 26. probatur. 1. Quia sacrilegium est, sacramentum mancum relinquere: uero mancum relinqueretur, si tertia pars eius integralis, id est, satisfactio iniuncta non impleretur. Tum secundo. Quia in foro contentioso habet iudex potestatem poenam pro delictis imponendi, quam reus subire tenetur: ergo etiam iudex ecclesiasticus in foro conscientiae: hanc habebit potestatem. Item tertio. Quia ridicula est potestas, quae uiam non habet coercendi. Si ergo potestas clauium a Christo Domino sacerdotibus collata uel ligandi ad poenam rationa-

**A** bilem careret, proculdubio potestas ei data de culpis iudicandi ridicula appareret. Haec sunt probationes Cui. Itaque quarto probat probatio Soti. Quia absolutio sacramentalis fit in iudicio interiori, in quo per scientiam clauium aliquis cum poenitentia sibi iniuncta, & acceptata inuenitur dignus absolutione, alias non: sicut contingit in seculari iudicio, ubi dignum iudicatur, uel aliquis reus absoluitur a culpa delicti aliqua illi imposita poena, & alias non: ergo sacerdos potest ligare ad poenam. Praeterea quinto patet: Quia sacerdos absoluit tanquam minister Dei, & ut eius uices gerens: ergo sicut Deus potest ligare ad poenam, absolueno a culpa, sic & sacerdos. Deinde. 6. quia sacramentum poenitentiae non solum est iudiciale, sed etiam medicinale: ideo in eo iudicatur luctus, ut Pater Ioelis. 2. sed poena Purgatorij non est medicinalis: ergo haec poena medicinalis hic a sacerdotibus est imponenda, & sic imposita ab poenitentibus adimplenda est. Ad haec. 7. patet: Quia eodem tenore capitulum uis utriusque sexus de poenit. praecipitur poenitenti, ut confiteatur, & ut iniunctam sibi poenitentiam proprijs uiribus studeat adimplere, quae omnia sunt declaratoria iuris diuini: ergo sicut poenitens sub reatu mortali tenetur confiteri sic & poenitentia sibi indicta adimplere. Et circa hoc Rossensis multa citat testimonia sanctorum contra Lutherum. Accedit ad hoc octauo quod olim ecclesia sanxit canones poenitentiarum, quas tenebantur imponere presbyteri, de poenit. dist. 1. can. mensuram, ex D. Hieronymo, & cap. Deus qui de poenit. & remiss. sed istae poenitentiae relictae sunt ad arbitrium sacerdotis: ergo potest sacerdos ad aliquam poenitentiam obligare, sicut ante illae poenitentiae obligabat. Imo & Concilium Florentinum decernit, quod pars poenitentiae est satisfactio secundum arbitrium sacerdotis. Item etiam Concilium Tridentinum sess. 14. canon. 15. diffinit, quod si quis dixerit, clauis ecclesiae esse datas tantum ad absolueno non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes, dum imponunt poenas confitentibus agere contra finem clauium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod uirtute clauium sublata poena aeterna, temporalis plerumque exoluenda remaneat, Anathema sit. Ex quibus Concilij manifeste colligitur, quod sacerdotes auctoritatem habent poenas poenitentiales imponendi obligandique poenitentes ad illas exolendas. Quocirca, una inter conditiones confessionis ponitur, quod sit parere parata. Et tandem concludimus cum Soto, quod reuera nos latet, quomodo ad haec argumenta possit commode responderi. Igitur et si nisi haec argumenta pro nostra sententia aperte concludissent, plus appa-

rentiæ haberet opinio Caietani, quam Scoti (quoniam etiam si acceptasset poenitens poenitentiam, non sub maiori obligatione eam videtur acceptare, quam antea habebat) nihilominus tamen opinionem vtramque, scilicet Caietani, & Scoti probabilem non esse puto, licet Sotus vtraque non omni probabilitate esse destitutam concedat.

¶ Igitur ad argumenta in contra respondetur, & ad. 1. Scoti dicitur, negando, quod confessor sit iudex arbiter, quem religit poenitens, ita ut eius sententiam possit repudiare, sed est iudex vice Christi, id est, vicarius in hoc Christi ad ligandum ad poenam aliquam, sicut etiam ad absoluendum. Vnde poenitens, licet ex privilegio & licentia Papæ elegerit eum, tenetur sic electo, se submittere quoad poenitentiam. Imo, dum caret licentia alterum eligendi parochi suo, ut pote ordinario tenetur se subijcere, quo ad poenitentiam peragenda. Vnde negatur consequenter, quod possit poenitentiam hic in vita iniunctam a sacerdote refutare, & eligere magis in purgatorio illam subire, quia illa poena Purgatorij non est medicinalis, & propter alias adductas rationes.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quod quia iudicium de rebus fieri debet secundum id, quod regulariter contingit: & quia magis regulariter contingit, ut contritio poenitentis non sit tanta, ut debeat omnem poenam ei debitam pro suis peccatis, ideo confessor iudex iustitiæ, est, si semper liget poenitentem ad aliquam poenam, quia constat ei regulariter deberi: & non constat ei, omnem poenam per suam contritionem poenitenti fuisse dimissam. Imo (ut ait Sotus contra secundum argumentum Scoti) ex prædicta nostra sententia non sequitur, quod confessor possit obligare poenitentem ad implendum omnem poenam, quæ post absolutionem relinquitur. Tum, quia quanta sit constant non potest. Tum etiam, quia possent esse tam graua peccata, ut homo per totam vitam non posset quantum poenarum debet persolvere. Et ideo error esset clavis, si tunc totam imponeret: quia poenitentia sacramentalis non solum secundum peccata, sed secundum humanam fragilitatem moderanda est.

¶ Ad tertium arg. negatur non esse diuinum præceptum satisfactionis. Imo secundum magistr. sent. dist. 16. verbum illud Ioan. Matthæi. 3. Facite fructus dignos poenitentiae, præceptum est satisfactionis à Christo institutum, cuius Ioannes solum fuit enunciator. Secundo respondetur, quod illud præceptum fuit latum à Christo Domino de agenda poenitentia ad arbitrium sacerdotis imponenda: quia alias nesciret poenitens arbitrari, quantum pro suis peccatis poenam sustinere mereretur. Quia nemo præsumitur arbi-

**A** ter rectus ad arbitrandum in propria causa. Vnde, licet forte ante confessionem præceptum istius satisfactionis non obliget, non sequitur, quod sacerdos virtute illius non possit poenitentem obligare.

¶ Ad. 4. arg. respondetur, quod licet ad misericordiam Dei referendum sit, ut leuius in hac vita satisfaciamus, quam sunt in purgatorio tormenta: sed ista Dei misericordia habet admixtam iustitiam, qua compellamur illas poenas soluere in hac vita, atque in hac compulsionem Dei misericordia magis manifestatur. Quo circa non possumus in hac parte iuri nostro cedere, nisi clauibus iniuriam inferendo. Neque sequitur (ut respondeamus ad objectionem) quod sicut potest homo renunciare indulgentiæ subsidio, eas non accipiendo: ita quoque possit non acceptare poenitentiam, quia hic interuenit iustitiæ obligatio illic autem sola inuenitur libertas.

¶ Nam tertio, vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium ligare possit, & soluere, explicandum superest. Sed ante quam id explicemus ad argumenta etiam illa, quibus probari contenditur, quod sacerdos non possit obligare ad poenam, respondendum nobis prius est. Vnde ad. 1. vbi arguitur, quod clauium potestas ex virtute passionis Christi efficax est, sed effectus passionis, non est ligare, sed ignoscere: ergo neque sacerdos in sacramento ligare potest. Respondetur, quod passio etiam Christi, quæ virtute clauium operatur, requirit secundum D. Paulum ad Rom. 8. ut cum eo compatiamur, ut simul conglorificemur.

¶ Ad secundum vero, vbi arguitur, quod sicut absolueret est obstaculum amouere: ita ligare est illud opponere: obstaculum autem cæli est peccatum, quod sacerdos poenitenti in sacramento imputare non potest: ergo neque potest ligare. Respondetur, quod non solum peccatum, sed & poena peccati est obstaculum regni cælorum: ad quam exoluendam ideo sacerdos ligat, ut aditus regni pateat.

**D** ¶ Ad tertium vbi arguitur: Quia si sacerdos posset ad poenitentiam ligare, sequeretur, quod si poenitens illius esset oblitus, teneretur confessio iterare: ut poenitentia ei iniungeretur, quod tamen falsum esse videtur: quoniam peccata semel virtute clauium dum sunt dimissa, non tenentur confessor iterato confiteri. Respondetur contra Syluest. verbo, confessio. §. 1. concedentem sequelam, scilicet, quod tenentur talis iterum confiteri, & hanc opinionem impingentem D. Thomæ & Paludii, cum tamen neuter eorum, eam tenere insinuarit. & contra Richardum dist. 17. quæst. 8. art. 2. quod D. Thomas dist. 16. quæst. 3. art. 3. quæst. 5. ad. 4. videtur insinuare contrarium

rium, dicens in vniuersum nullum teneri confiteri peccata, quæ non habet; ac per consequens neque illa, quæ semel confessus est, & à quibus est legitime absolutus. Et Paludius ibi in hac sententia quam ait multis placere tandem videtur persistere. Ergo proculdubio tenendum est oblitum poenitentiam citra culpam suam liberum fieri à præcepto eam implendi, manereque obnoxium ad eam in Purgatorio soluendum. Sed si ex culpa sua oblitus est poenitentiam sibi iniunctam, hanc solum culpam confiteri tenetur.

¶ Quæritur tertio, Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium ligare possit, & soluere. Respondetur autem, quod nequit sacerdos poenitentiam secundum arbitrium pro libito suo imponere: sed arbitrari illam debet habita circumstantiarum consideratione: quoniam non absoluit propria autoritate, sed Dei, qui hac ratione contulit ei clauem scientiæ, ut secundum rationem perpendat, quem debet absolueret, & quomodo. Item cum sacerdos in confessionis sacramento se habeat, ut instrumentum Dei non debet moueri, nisi ad motum agentis principalis, id est, Dei: ideo Ioannis. 2. dictum est: Accipite Spiritum sanctum quorum remisistis & cæterum. Ut insinuetur, illa potestate remittendi non proprio arbitratu, sed secundum iudicium Spiritu sancto regulatum eis esse vtendum. Vnde si quisquam in purgatorio dignus est ignis poena vnius anni, non liberabitur à tota poena purgatorij per septem psalmos poenitentiales, quos in poenitentiam iniungunt sacerdotes. Neque exemplum Christi in hoc est imitandum à confessoribus: qui ut legitur Ioannis. 8. commonefaciens, ne amplius peccarent, poenitentibus nulla imposta satisfactione peccata dimittebat, quo ad culpam, & poenam. Quoniam ipse in hoc vt abatur potestate excellentiæ: sacerdos vero debet esse sacramenti legibus astrictus. Neque exemplum villici, qui laudatus est à Domino obstat: quia non est laudatus de hoc, quod propria autoritate, quæ domino debebantur remisisset largiveret: imo etiam in hoc fuit iniquus, sed laudatus est, quod secundum prudentiam huius sæculi sibi consuluit. Prudentia ergo sacerdotis astringenda est legibus Dei, quibus se debet regulare, ita, ut neque etiam ad maiorem poenam poenitentem liget, quam illa sit, quam peccator debet Deo pro peccatis: alioquin clavis erraret, ad quam poenam maiorem, ideo ligare non potest, secundo dicitur ad quæstionem, quod in poenitentis arbitrandis sacerdos non tantum grauitatis peccatorum debet habere considerationem, sed simul possibilitatem, atque commoditatem implendi pensare debet, ad qualitatem personæ poenitentis, & circumstantiarum respiciendo.

**A** Nam, quia in inferno & in purgatorio poena, quæ illic exigitur, non est medicinalis, sed vindictiua infligitur ad iustum. At in sacramento poenitentiae poenitentia iniuncta, quia medicinalis est, & non solum vindictiua, ideo ad iustitiam prudentis, & periti medici, qui rigorem medicaminum, quem alias exigebat infirmitas cum debilitatem aegroti attendit, remittit sacerdos, commonefaciens prius poenitentem, de quantitate satisfactionis debite alias illius peccatis, si cum eum animauertit ad dignam subeundam poenitentiam suam imbecillitatem poenitens explicuerit, videritque sacerdos propter animi teporem, & languorem poenitentiam non esse impleturam, debet poenitenti se accommodare remissior poenitentiam imponendo. Hoc item docet D. Thomas quolib. 3. art. 28. vbi ait, quod videtur satis conueniens, quod sacerdos non oneret poenitentem graui pondere satisfactionis. Quia sicut paruus ignis multis lignis suppositis facile extinguitur: ita posset contingere, quod paruus effectus contritionis in poenitente nuper excitatus, propter graue onus satisfactionis extingueretur, peccatore totaliter desperante. Vnde melius est, quod sacerdos poenitenti indicet quantam poenitentiam sit sibi pro peccatis iniungenda, & iniungat sibi nihilominus aliquid, quod poenitens tolerabiliter ferat, ex cuius adimplerione assuefiat, ut maiora impleat: quæ etiam sacerdos sibi iniungere non attetasset. Itæ etiam, illa regula obseruanda est, quam tradit Sotus, scilicet, quod etiam poenitenti paratissimo ad omnes acceptandas poenitentias, poenitentia non imponatur, nisi accommodata qualitati personæ. Non enim homini ex sua conditione status pauperi, & amenti magnam familiam, copiosa elemosyna est in satisfactionem iniungenda: sed neque labore & sudore vultus sui velcens pane suo ad ieiunia plura est astringendus. Item, quia honori quoque est prospiciendum, illæ poenitentiae iniungenda non sunt, quas personam implere non deceat. Insuper & contritionis poenitentis & eius bonorum operum sic habenda est etiam ratio, ut quanto maiorem ostenderit contritionem, tanto minus poenitentiae ei iniungatur. Imo si peccata poenitentis sint graua, quando poenitens est religiosus, aut alia persona quæ quotidie vacare solet exercitio bonorum operum, remissior poenitentia ei iniungi potest, cum iniunctione illa, qua confessor generaliter illi expresse indicat in poenitentiam, quidquid boni fecerit, & malis sustinuerit. Vnde inquit D. Thomas quolibet citato, quod hoc laudabiliter consuevit à multis sacerdotibus dici. Nam licet remedia hæc non habeant maiorem vim medicinæ contra futuram culpam: tamen satisfactio illa per assuetam bona ope-

opera sic generaliter iniuncta, quia est sacramentalis virtute clauium commissæ culpæ est expiatiua. Secunda regula prudentialis in iniunctione poenitentiae est attendenda, ut scilicet, cum causa medicinalis remedij applicatur poenitentia qualitas personæ pensetur: ita ut ubi maius est incontinentium peccati, poenitentia maior apponatur. Quocirca pro eadem fornicatione, iuueni maior est imponenda poenitentia, quam seni. Quoniam etsi iuuenis minus peccet, in hac materia, quam senex: tamen quia iuuenis vehementius in stimulat ad luxuriæ malum, acriori indiget medicinali poenitentiae remedio. Sicut etiam homini tenaciaturoque, amplior indicenda est elemosyna, ut assuetus liberalitatis virtuti à morbo suæ tenacitatis curetur.

¶ Circa prædicta notandum est primo, ut magis illucescant, quod licet ut dictum est, poena in purgatorio, quia illic vindicatiua est ad vnguem exigat: tamen in hac vita poena, quæ iniungitur à sacerdote, quia non potest attingere punctum illius arbitraria est: atque proinde in indivisibili puncto non consistit, sed latitudinem habet. Igitur si poena quæ alicui debetur in purgatorio pro peccato homicidij, sit, verbi gratia, ut decem (quod Deus nouit, & nobis non innotescit) tunc si sacerdos virtute clauium taxet ad septem ratum habebitur in caelo. Quo circa hac poenitentia hic impleta, nihil poenæ restabit soluendum in purgatorio. Atque identidem consequenter sequitur, quod si tres poenitentes æqualia peccata confiteantur sacerdotibus diuersis, si vnus sacerdos imponat sibi confitenti, ut quinque, & alius ut sex, & alius, ut septem, nullius clauis errabit. Quia propter omnes hi tres tenentur implere poenitentiam sibi iniunctam: neque quousque quisque eorum taxatam sibi poenitentiam impleat à poena purgatorij liberabuntur. Quod si in hoc casu sacerdos taxauerit ultra septem, quauis clauis forte erret & non teneatur acceptare, quia excedit vires poenitentis, nihilominus, nisi poenitens eam impleverit liber non euadet à purgatorij poena: quæ est, verbi gratia, ut decem: quoniam virtute clauium nihil poenæ remittitur, nisi si poenitentia acceptetur. Secundo advertendū est, quod sententia illa Durandi, qua asserit, quod clauis errante per defectum, nihil sit, & nihil remittit, tum duritiam, tum falsitatem præferre videtur: quoniam etsi clauis erret non imponendo poenitentiam ad iustum, non tamen totaliter errat, neque in totum. Et ideo licet non tota illi poena remittatur, tamen ei aliquid de poena remittitur, secundum quod illi gradui poenitentiae respondet. Alioquin, ut bene ait Sotus, cum imponantur poenitentiae leuissimæ, nihil virtute illarum in purgatorio de poena diminueretur.

**A** ¶ Adde tertio, quod sacerdos ligare non potest ad poenam, quæ in purgatorio debitam poenam excedat, nisi ratione medicinalis remedij poenitenti adhibendi ad cauendum reciduum peccati in futurum. Igitur si in casu præfenti, in quo (ut supponimus) poena debita in purgatorio est ut decem, sacerdos eam imponendo taxet ad vnde decem, vel duodecim, si eam poenitens acceptet, & partem illius soluat vsque ad decem, liber euadet à purgatorij poena. Quocirca id, quod illi de illa poenitentia excessiua superauerit thesaurus ecclesiæ accedet.

**B** ¶ Accedit quarto ad prædicta, quod ut poenitens non sit obnoxius ad acceptandam poenitentiam, non est necesse, ut poenitentia, quæ illi imponitur poenam purgatorij excedat, sed satis est, si excedens sit respectu qualitatis personæ, aut grauitatis peccatorum, alijs quoque circumstantijs pensatis. Sed certe hic pluries contingit error per defectum, quæ per excessum. Ex quo sequitur sæpissime post impletionem poenitentiae aliquid restare soluendum in purgatorio: quia clauis errat per defectum, vel quia ratione qualitatis personæ, quia imbecillis erat, poenitentia digna & iusta ei non est imposita. Vnde infert Sotus culpæ confessorum tribuendum esse, quod poenitentes non animant ad cõdignas poenitentias acceptandas, per quas, quia alicuius ponderis essent, acerba purgatorij supplicia experiarentur, aut certe ex magna parte relaxarentur. Nā quæ modo sunt in vsu poenitentiae adeo modicæ sunt, & improporcionatæ ad debitam poenam pro peccatis, ut potius ut ludibria poenitentiarum extimentur, quam poenitentiae.

**C** ¶ Porro superest & nostram sententiam dicere de quaestione illa, Vtrum quando pensatis omnibus circumstantijs peccatorum, & qualitatis personæ, error accidit in imposita poenitentia, possit secundus confessor eam immutare. Videtur autem, quod non: quia par in parem iudicem potestatem non habet: ergo secundus confessor qui solum est par priori confessori, eius sententiam latam super tali poenitentia immutare non potest. Sed in contrarium est vsus, quem inoleuisse ait Soto, sed nescit qua ratione.

**D** ¶ Igitur pro decisione quaestionis dicimus primo, id, in quo omnes conueniunt, quod Doctor aliquis aut magister extra confessionem, si ei in generali narrentur peccata potest declarare poenitentiam non fuisse validam, & clauem, errasse. Item prælati iurisdictione superior ad illum, qui illam imposuit, potest bona de causa corrigere illam poenitentiam impositam ab inferiori, dum poenitens in generali ei enarret peccata. Item & sacerdos, qui eam imposuit, potest eam commutare & moderare mitigando, si in tē

pore,

pore, quo durat eius iudicium de confessione, id est, post vnum, vel duos, aut tres dies recurrat ad eum poenitens. Quoniam in hoc casu adhuc in memoria sunt peccata, & ideo cõsuetur manere idem iudicium. Post hoc autem non potest secundum Sotum, quia iam transiit negotium in rem iudicatam: sed rigide profecto loquitur in hoc postremo puncto. Secundo dicimus, quod stando in rigore iuris verior est ista opinio Soti, quæ opposita opinio Syluestri verb. confessio. 1. §. 27. Vbi citans quosdam canonistas, quos sequitur, ait, scilicet, quod si crimine, pro quo imposita fuit poenitentia non sit superiori referuatum, potest secundus sacerdos poenitentiam ab alio impositam mutare. Patet, tum, quia primus confessor fuit absolutus iudex, qui clauis non errante potuit obligare ad poenam (ut supra probatum est). Cum ergo ille sit iam suo officio perfunctus, non videtur, quo iure alter possit eius sententiam mutare. Tum etiam secundo patet. Quia in foro exteriori non potest vnus iudex alterius iudicis sententiam irritare, aut reuocare, nisi sit superior: ergo nulla permittit ratio, ut id fieri possit in foro poenitentiae. Tum tertio patet. Quia canon placuit. Urbani de poenit. dist. 6. pro hoc videtur facere. Quia ibi cauetur, ne vllas sacerdos commissum alteri poenitentem ad poenitentiam suscipiat, nisi de illius consensu, nisi pro ignorantia illius prioris. Neque obstat, quod hic videtur haberi sermo de poenitentia publica: quia eadem est ratio de priuata & secreta poenitentia. Tertio dicimus, quod non inuitendo rigori iuris, sed æquitati, & vsui, tenere possumus, quod secundus confessor in prædicto casu, scilicet, quod iniunctam iam & acceptatam poenitentiam poenitens bona fide, putat non posse se implere, aut non sine difficultate, aut periculo salutis animæ, vel corporis, si confessorius, qui eam imposuit facile adiri non possit alius, etiam eo inferior eam mutare potest, ut scilicet, episcopus sic impositam à papa & parochus impositam ab episcopo. Ita Nauarrus in sum. cap. 26. nu. 22. Sed hanc opinionem Nauarri sine limitatione illa Syluestri nullatenus fore admittendam ducimus, scilicet, ut vera sit, nisi crimen, pro quo fuit imposita poenitentia sit superiori referuatum. Nam si referuatum non fuit, poterit eam mutare secundus. ¶ At hoc assertum tertium sic limitatum, quod est glossæ singula. & recept. ca. tempora poenitudinis. 26. quaest. 7. Ita Decius capit. art. 5. de adulterijs. de iudic. & Syluestri loco citato, & Rosel. verb. confessio. sacramentalis. §. ij. intelligitur, dummodo secundus confessor possit absolute à peccatis, pro quibus à primo imposita est. Probatum autem primo, quia si sic est in vsu, ut fatetur Sotus, cõsuetudo autem legitima & derogat legi, & habet vicem legis, & interpre-

Instruct. cons. Pars. 2.

**A** tatur ius & præbet iurisdictionem. Tum secundo, quia consuetudo hæc interpretatur ius quod allegat pro se Soto, ut non intelligatur huiusmodi ius habere locum, nisi in foro exteriori, ubi si hæc permutatio sententiæ per æqualem facta permitteretur, perturbatio, quæ inter ipsos iudices excitaret lites oriretur, quod non contingit in foro conscientiae secreto. Tum tertio: quia necessitas hæc propter occurrentes causas mutandi poenitentias iniunctas multoties occurrit sicut necessitas dispensandi in abstinentijs & ieiunijs: ergo oportet, ut habeat facile & opportunum remedium. Quod certe sæpe non haberet, si cum non potest occurri ad primum confessorum, secundus confessor eam commutare non valeret, etiam non iterata confessione eorum peccatorum, ob quæ imposita fuit (ut ait Nauarrus) quod certe multum cõforme est sententiæ Diui Thomæ supra allegati à Soto dicente: Si Thomam affirmare, nullum peccata semel legitime absoluta, & confessata teneri amplius confiteri. Et per prædicta patet responsio ad rationes in contra, quæ sunt Soti. ¶ Quarto dicimus, quod confessorius poenitentiam ieiunij aliquorum dierum, aut precum imponens, in dubio dum non se explicat, censetur imponere de non debitis alijs à poenitente: vnde tali ieiunio non potest satisfacere per ieiunia vigiliarum, aut quatuor temporum, ad quæ alias tenetur. Hæc est Soti & Nauarri, & omnium. Quia in dubio opera supererogationis intelliguntur iniungi in poenitentia, & non alijs debita, nisi id confessor exprimat, qui ex rationabili causa opera alias debita in poenitentiam imponere potest contra Scotum, Paludem & Maiorem in. 4. sent. dist. 15. Ex quo corollariè sequitur cum Nauarro, quod cessatio à peccato, & commendatio vitæ potest imponi in poenitentiam: ut quod clericus recitet horas, quas non recitabat, vel quod quis ieiunet ieiunia ecclesiæ, quæ violabat, cum ab eis non esset excusatus. Patet autem hoc primo, quia Sanctus Antonius 3. parte, tit. quarto, capit. secundo, videtur id tenere referens Aegydiū, & Richardum id tenuisse, sed & Diuus Thomas, idem sentit distinct. 15. quaestione secunda. artic. tertio. & copiosius distinctione. 19. quaestione. 2. artic. 1. & Gabriel quaestione secunda. Et probatur, quia per opera alias debita secundum hos doctores, potest fieri satisfactio: ergo possunt imponi in poenitentiam aliquando ex causa, licet id ordinariè fieri non debeat. Hoc autem & concil. Trident. videtur confirmare Sessione 14. cap. nono. Vbi determinat nos posse satisfacere pro peccatis per poenas à Deo inflictas, vel alias naturales, vel violentas, etiam necessario patiendas, si patienter ferantur & acceptentur.

Gg

¶ Præ-



¶ Præterea circa satisfactionem poenitentiae iniungendam, aliqua notata digna occurrunt. Primo secundum Metinam in sua instructione lib. secundo, §. secundo. quod satisfactio non imponatur in prauidicium tertij. Non enim seruo iniungenda est peregrinationis poenitentia cum prauidicio Domini sui. Sed neque satisfactio imponenda debet esse publica, ne detegatur confessio. Non tamen hinc sequitur, quod habitatio periculosa sit a confessore toleranda, praesertim quando ex malitia sua, vel fragilitate poenitentes in illa cohabitationis periculosa se reposuerunt occasione. Vbi iuxta illud preceptum Domini, dicentis: Si pes tuus, vel manus tua scandalizat te, abscinde eos, & projice, abs te, separationem oportet fieri, consulendo magis saluti animae, quam honori, & famae poenitentis. Vnde corollarie infert Metina ibi, sacerdotem, qui quotidie offert castus referuatos contendens extorquere absolutionem, allegans in suam defensionem, quod nisi celebret, aut communionem recipiat, in manifestationem suum delictum perueniet, non fore absolueundum, quando occasiones peccati non aufert. Non tamen cogere debet confessarius poenitentem, ut deserat officium licitum, in quo solitus est sepe peccare, si illo omisso, necessario ad vitam transigendam sibi assumendum est aliud, in quo pluries delinquet, & deterius ruet, & periclitabitur. Quem quidem casum explicatius & fusius & moderatius in prima parte nostri instructoris conscientiae. tomo. 1. pertractauimus. Secus est, si officium sit illicitum: quia prius est defendendum actu vel firmo proposito. Monendus est insuper poenitens a confessore, ut fugiat occasiones peccandi, imo ad eas vitandas, quas de precepto tenetur cauere compellendus est. Ita Nauarrus in sum. cap. 26. nu. 24. & 25.

¶ Adde etiam, quod secundum Metinam Salmanti. ubi supra, si viderit id poenitenti fore necessarium iniungat illi in poenitentiam, ut in festis Dominae nostrae confiteatur, si effrenis est peccator, vel aliquoties intra annum, si tam deprauatus non sit. Neque obstat inquit Metina, quod huic iniungatur in poenitentiam sacramentum confessionis, quod est principalius, quam ipsa satisfactio sacramentalis. Quia respondetur, quod non iniungitur ei tunc sacramentum poenitentiae, tanquam magis principale, vel minus principale in poenitentiam, sed in medicinam, id est, in poenitentiam medicinalem pro remedio salutis animae suae. Similiter poenitens comendendus est, ut indulgentias iubilaeorum, & bullarum studeat lucrari, ut poenitentiae debitae oblitae, vel neglectae vel in gratia non impletae possit iacturam resarcire, & per indulgentias assumptas Deo recompenare. Admonendus insuper est a confessore

A ei dicente, sic, ut intelligat, & acceptet: Ego applico tibi quidquid bonorum feceris, vel malorum sustineris in poenitentiam, & remissionem poenitentiae debita pro tuis peccatis. Et sic fatius est fieri, quam eo modo, quo aliqui confessores id faciunt per modum orationis, & deprecationis id totum applicantes. Applicanda est praeterea poenitentia accommodata ad medicandum morbo animae, si fieri possit superbis opera humiliationis applicando, inhonestis autem opera maceratiua carnis iniungendo, ut quod cilicia intra vestes iuxta carnem portent, & ut ieiunij suum corpus castigent. Ita Metina. Cui addit Nauarrus, quod cauendum est confessori, ne ineptas poenitentias imponat poenitentibus, quales sunt elemosyna pauperi, ieiunium perpetuo laboranti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito, & qualis est, quae imponitur uxori, filio, seruo, aut famulo in notabile obsequiorum debitorum impedimentum, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti. Qualis etiam est peregrinatio mulieribus, praesertim coniugatis, & quae non sunt sui iuris. Qualis est etiam poenitentia panis, & aquae, & solitudinis melancholico, qualis est etiam multa recitatio pralectorij, & ad longas preces obligato, iuxta caput, consideret. s. ponat. de poenitent. distinctione quinta. At ut repentinae mortis poenitens caueat laqueos, confessor, si viderit peccatorem procliuem ad malum, persuadeat illi, ut firmiter proponat cauere, & si viderit expedire, ut interdum voueat illam vel illam poenitentiam se subiturum, si relabatur in illud peccatum. Nunquam autem confessor debet ei consulere, ut iuret, vel voueat se id peccati non admissurum, argum. capit. clericos. de cohabitatione clericorum & mulierum. & multo magis cauendum est, ne ex consilio confessoris voueat poenitens se ingressurum religionem si in id delictum iterum fuerit lapsus. Est enim res haec, quae ut refert Nauarrus sacrae poenitentiarie magnum facecit negotium, eamque male cruciat.

D ¶ Adde vltimo, quod poenitenti non est iniungenda illa poenitentia, quam aliqui inaduertenter soliti sunt iniungere, scilicet, ut in poenitentiam recitet aliquid, pro animabus purgatorij, puta, vespers defunctorum, aut nouem lectiones, aut responsum, aut simile: quia satisfactio huius poenitentiae applicatur pro animabus purgatorij. At vero satisfactio sacramentalis, quia ordinatur ad expiationem poenitentiae, quam poenitens proprijs peccatis debet, non pro poenitentibus debitis ab alijs, applicanda est, quae est ratio plana. Et tamen in hoc multi confessores errant. Sicut etiam non satis prudenter tempore absolutionis, ubi monendus

## CAP. IIII.

## De indulgentijs.

¶ Virum potestas clauium relaxet aliquid de poena satisfactoria. Et an hoc sit de fide: Et an indulgentiae tantum valent, quantum sonant: Et an vsus indulgentiarum sit antiquus: Et an pertineat ad potestatem iurisdictionis, ita ut sit non solum solutio, sed absolutio: Deinde relaxationes poenitentiarum tot annorum quomodo intelligantur: Et an indulgentiae valeant solum de iniunctis: Et quid intelligatur per quadragenas: Et quid per plenarias & plenissimas: Et an dare operam indulgentijs suscipiendis, sit perfectio.



Virum potestas clauium se extendat ad aliquid de poena satisfactoria relaxandum. Respondetur autem, ab omnibus concedi indulgentias aliquid valere. Quia impium esset dicere ecclesiam aliquid vanum efficere. Neque dici potest, ut aliqui dixerunt, non eas valere ad absolueundum a reatu poenitentiae purgatorij, quam quis sibi secundum iudicium Dei meretur. Quia si ad hoc non valerent, sed tantum ad absolueundum ab obligatione explendi poenitentiam, quam sacerdos imponit, vel canones poenitenti imponenda esse ordinant, hoc falsum esset. Tum, quia est contra privilegium Petro collatum, ut quod in terra dimitteret in caelo remitteretur. Vnde remissio, quae fit ad forum ecclesiae valet etiam quantum ad forum Dei. Tamen etiam patet. Quia si ecclesia per concessionem indulgentiarum, solum absolueret poenitentem ab obligatione adimplendi poenitentiam, magis, indulgentias faceret, neceret poenitentibus, quam eis adiuuaret, qui sic absolueundo eos a praedicta obligatione illos ad grauiiores poenas, scilicet, purgatorij luendas remitteret. Igitur dicendum est indulgentias valere, & quantum ad forum ecclesiae, & quantum ad iudicium Dei ad remissionem poenitentiae residuae post contritionem, & absolutionem & confessionem, siue sit iniuncta, siue non. Ratio autem, quare sic valere possunt, est, unitas corporis mystici, in qua multi in operibus poenitentiae supererogaueunt. Nam meritorum sanctorum tanta est copia, quod nunc omnem poenam viuentibus debitam excedunt, quibus poenitentiae possunt expiari: & praecipue pro merito Christi. Quod etiam in sacramentis operatur: non tamen efficacia eius in solis sacramentis includitur: sed sua infinitate excedit efficaciam sacramentorum. Igitur, quia vnus pro alio satisfacere potest, ita sancti, in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur: quia non determinate pro isto, qui remissione indiget huiusmodi opera fecerunt, alias absque omni indulgentia consequeretur remissionem, sed communiter pro tota ecclesia, sicut

A dus est poenitens, ut se per dolorem & detestationem peccatorum, quae confessus simul concipiendo propositum actualem emendationem vitae se praeparat, & disponat ad recipiendam gratiam remissionem peccati per sacramentalem absolutionem, ipsi nihil de hac commotione curantes aliquam, Ave Maria, vel Pater noster dicendum a poenitente interim dum absoluitur ei iniungunt. Qui dum ad recitandam illam orationem attendit dispositionis praedictae, quam tunc praecipue habere debebat interdum penitus obliuiscitur.

B ¶ Ad argumenta, quae pro principali quaestione in partem eius affirmatiuam proponi solent, iam nos respondere oportet. Ad primum igitur argumentum, quod desumitur, ex can. mensuram. ex Diuo Hieronymo, de poenitent. distinctione prima. Vbi dicitur, quod canones non praescribunt mensuram poenitentiae, quae imponenda est poenitentibus, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt: ergo sacerdotes possunt pro suo arbitrio ligare, & soluere: respondetur, quod poenitentiae sic imponendae sunt arbitrio sacerdotis, ut tamen illud sit diuino instinctu & ratione regulatum.

C ¶ Ad secundum argumentum, quo sic arguitur, quod si confessor non posset suo arbitrio poenitentiam imponere, sequeretur, quod teneretur imponere iustam & aequalem, quod tamen rigidum est, & impossibile factum: quoniam sacerdos quantitatis iustae est ignarus. Respondetur, negata sequela, scilicet, quod teneatur, vel debeat imponere poenitentiam ad aequalitatem delicti. Quoniam ratio est habenda, ut talis sit poenitentia iniungenda, quae sit poenitenti in medicinam.

D ¶ Ad tertium argumentum, ubi arguitur, quod si liberum non esset sacerdoti ex propria sententia poenam taxare, sequeretur, quod teneretur adaequare quantitatem poenitentiae quantitati delicti, ut arguebatur in secundo argumento, vel quod non semper poenitentia iniuncta sufficeret ad omnem poenam purgatorij excludendam, idque citra culpam poenitentis & sacerdotis. Quod tamen non videtur esse concedendum: quia cum non interueniat error clauis, cum imponitur modica poenitentia, quia non potest maiorem poenam sustinere, clauis videntur plenae suum consequi effectum. Respondetur concedendo id, quod istud argumentum concludit, scilicet, quod clauis non errante, non semper oportet poenitentem fieri immunem ab omni purgatorij poena. Quia conditioni poenitentis se attemperare decet confessorem si condignae poenitentiae onus hic in hac vita non valet poenitens portare.

Apostolus ait se implere ea, quæ defunt passio- nis Christi in corpore suo pro ecclesia ad Col- lossen. 1. Et sic prædicta merita sunt communia toti ecclesie. Igitur sicut ea, quæ sunt multitudi- nis communia distribuit singulis ille, qui comu- nitati præstita, sicut aliquis consequeretur remissionem poenæ, si alius pro eo satisfecisset: ita si ei satisfactio alterius sibi per eum, qui potest distribuatur. Neque obstat contra prædicta, quod dicitur Deuterono. 25. secundum mensuram de- licti erit & plagarum modus, quem scilicet, pec- cator ipse debet sustinere. Quia respondetur, quod remissio, quæ per indulgentiam fit, non tollit poenæ mensuram quoad culpam, expiando poe- nam: quia pro culpa vnus alius sponte poenam sustinuit. Neque obstat secundo dicere, quod Deus absoluendo à culpa ligat ad poenam, à qua non videtur inferior eo posse absolueri. Quia respondetur, quod indulgentias suscipiens non absoluitur, simpliciter loquendo à debito poe- næ, sed datur sibi, vnde debitum soluat. Neque obstat tertio, quod papa non habet potestatem ex- cellentiæ, sicut Christus Dominus, qui effectum sacramenti extra sacramentum poterat dare. Ne- que licet hinc arguere, quod papa extra sacramen- tum effectum satisfactionis, quæ est tertia pars sacramenti non possit operari conferendo indul- gentias. Quia respondetur, quod effectus sacra- mentalis absolutionis est diminutio reatus. Et hic effectus non inducitur per indulgentias, sed pro eo faciens indulgentias soluit poenam, quæ ab alio, cui concedit, est debita: & hoc facit de communibus bonis ecclesie. Neque obstat quarto, obijcere, quod potestas ministris ecclesie tradi- ta est, non in destructionem, sed in ædificatio- nem, ac subinde, quod non possint tollere, à nobis satisfactionem faciendam, quæ cedit in utilita- tem, & in ædificationem nostram: Quia respon- detur, quod maius remedium præbetur contra peccata vitanda ex gratia, quam ex assuetudine operum nostrorum. Igitur quia affectus ad cau- sam, pro qua indulgentia datur, disponit ad gra- tiam: ideo concessio indulgentiarum non est in- destructio, sed in remedium ad peccata vi- tanda datur, si ordinatè indulgentiæ concedan- tur. Tamen consulendum est suscipientibus in- dulgentias, ne propter hoc ab operibus poeni- tentiæ iniunctis abstineant, vt etiam ex his re- medium consequantur, quanuis à debito poenæ essent immunes, & præcipue, quia quandoque maiores poenas debent, quam credunt se debere.

¶ Circa prædictam doctrinam notandum est primò, quod licet indulgentiæ nomen sæpè usurpetur pro eo, quod est alteri nimiam licen- tiam facere ad aliquid, quod non licet, perpe- trandum: in quo sensu dicimus indulgere gula,

A & veneri: nihilominus tamè inter Latinos Theo- logos, & peritissimos nomen indulgentiæ ad hanc significationem tractum est, vt significet id, quod ignoscere cuiquam, quod fecit. Vnde non est cur ab hoc nomine abhorreamus, quan- uis indulgentiæ istæ ecclesiasticæ concinnius re- laxationes, & remissiones, & veniæ vocari pos- sunt. Et hoc quantum ad significationem nomi- nis dictum sit.

¶ Secundo præfigenda est diffinitio indulgentiæ ecclesiasticæ. Indulgentia enim ecclesiasti- ca definitur esse relaxatio poenæ peccati debita, quæ extra sacramentum fit. At vero quoni- à in diffinitione cuiusque rei ea debet poni dum taxat, quæ sunt veluti per se nota, quia debet esse communis animi conceptio definitio ipsa: ideo hic non apponimus particulas illas de in- iunctis, vel non iniunctis positas ab alijs: quia hæ non in communem animi conceptionem ca- dunt, sed in quæstionem vertuntur. Dicitur ergo indulgentia relaxatio, quia est opus miseri- cordiæ id quod debitum est condonantis. Quo circa cum dicitur esse relaxatio non intelligitur in foro iudiciario, dum fit remissio à debito pec- uniario, aut ibi absolutio ab excommunicatione impenditur. Sed pertinet per extensionem ad forum poenitentiale, excepto, quod ibi fit hæc condonatio extra sacramentum poeniten- tiæ, vbi remittitur poena remissione sacramen- tali. Tertio pro certo, & de fide tenendum est, potestatem clauium, quas Christus commisit ec- clesie, extendi ad relaxandum poenas peccato- rum quoad culpam remissionem, etiam illas re- laxando extra sacramentum, quod est indulgen- tias conferre. Patet primo, quia Christus Do- minus absolutè dixit Petro: Tibi dabo clauem, quodcumque solueris, erit solutum. Et Ioannis 20. Quorum remiseritis, non restringendo in sa- cramento siue extra. Ergo per virtutem clauium, etiam extra sacramentum, remissio poenæ potest fieri. Item secundo patet. Quia ecclesia ha- bet potestatem dimittendi peccata quoad cul- pam, & poenam simpliciter, vtrunque iuxta na- turam suam: sed natura culpæ mortalis est, quæ remitti non possit, nisi per gratiam, quæ conferri non potest à ministris ecclesie extra sacramen- tum: ergo potestas remittendi culpam alligata est sacramentis. Sed poenæ ad sui remissionem non indiget infusione gratiæ: ergo potestas re- mittendi poenam non est sacramentis alligata. Ergo satis est ad remissionem poenæ, quod the- saurus ecclesie per clauium potestatem ad hoc applicetur. Præterea tertio patet: quia ecclesia habet autoritatem extra sacramentum remit- tendi culpas veniales, per aquam lustralem, & sacramentalia, & sunt alia remedia ad remis- sionem

fionem poenarum vt. elemosyna, iuxta illud Lucæ. ij. Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis: ergo pariter ecclesia per sanctorum merita potest easdem poenas relaxare. Postre- mo confirmatur. Quia non minori autoritate pollet ecclesia catholica, quam Dominus Paulus: sed Paulus. 2. ad Corinth. secundo. illi incestuo- so, quem tradiderat prius Satanæ, iussit poenam relaxari: ideo adiungit. Si quid donastis, & ego donauit propter vos in persona Christi: ergo & ecclesia potest relaxationes poenarum extra sa- cramentum facere. Quæritur secundo. Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum sonant, & pronunciantur. Respondetur autem, quod quantitas remissionis non est in indulgentijs mensuranda, secundum deuotionem tantum suscipientis. Quia sicut in sacra scriptura secundum Diuum Augustinum in epistola ad Hieronym. non inuenitur falsitas: sic neque in diffinitione ecclesie: & tamen ecclesia pronunciat multas indulgentias maiores, quam sit mensura deuotionis eas lucrantium: non ergo secundum deuotionem suscipientis quantitas indulgentiæ est mensuranda, vt quidam malè sunt opinati. Sed neque etiam est mensuranda secundum quanti- tatem absolutam, & absolutam æqualitatè eius, quod datur, vt opinabatur alij. Quia si hoc esset verum indulgentiæ non valerent ad remissio- nem, sed magis ad commutationem quandam. Tum etiam, quia ecclesia sic non excusaretur à falsitate, cum concedat indulgentias maiores, quam sit id, quod pro ea fit. Sicut papa, quan- doque dat indulgentiam, quæ pergens ad vnam ec- clesiam habeat septem annos indulgentiæ: cui- usmodi etiam indulgentiæ à Beato Gregorio in stationibus Romæ institutæ sunt. Igitur dicè- dum est, quod quia quantitas effectus sequitur quæ- titatem suæ causæ principalis: & quia causa hæc principali in indulgentijs concedendis est abun- dantia meritorum ecclesie: inde deuotio, aut la- bor, aut datum recipientis indulgentias, tanquæ causa, pro qua fit indulgentia reputatur: quæ nõ requiritur, vt adæquet absolutè quantitatem re- missionis: sed quod proportionabiliter se habeat ad illam, secundum communem doctorum sen- tentiam, vt in toto valeat. Igitur dicendum est, quod indulgentiæ simpliciter tantum valeant, quan- tum prædicantur: dummodo ex parte dantis sit autoritas, & ex parte recipientis sit charitas: & ex parte causæ pietas, quæ comprehendit hono- rem Dei, & proximi utilitatem. Neque in hoc fit nimis magnum forum de misericordia Dei, vt quidam dicunt, neque diuinæ iustitiæ derogatur: quia non de poena dimittit, sed vnus poena alte- ri computatur. Neque contra prædicta obstat di- cere, quod indulgentiæ habent effectum ex vi clauium,

Instruct. conc. Pars. 2.

A sed virtus clauium non dimittit in sacramento poenam, nisi considerata contritione poeniten- tis, etiam si sacerdos aliud velit: ergo neque con- cedens indulgentias in ea, quantitate, qua vult eas pronuntiare, eas non concedit, nisi iuxta di- spositionem eas suscipientis. Quoniam respon- detur, quod clauis ordinis, quia sacramentalis est eius effectus est determinatus, non ab homine, sed à Deo. Et ideo in sacramento confessionis tantum dimittitur, quantum ordinauit Deus, & non quantum sacerdos ordinat. Sed clauis iuris di- ctionis, quia non est quid sacramentale, effectus eius arbitrio hominis subiacet. Ideo in arbitrio dantis indulgentias est taxare, quantum per in- dulgentiam de poena dimittatur. Si tamen inor- dinatè remittat, ita quod homines, quasi pro ni- hilo ab operibus poenitentiae reuocentur, pec- cat faciens tales indulgentias: nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur. Neque va- let secundo obijcere, quod si indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, expedit et alijs operibus dimissis, in lucrandis indulgentijs hominem occupari, vt per eas ab omni reatu poenæ tem- poralis liberatus recto tramite tenderet in glo- riam. Quia respondetur, quod licet huiusmodi indulgentiæ multum valeant ad remissionem poe- næ: tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmij essentialis, quod in- finitum est melius, quam dimissio poenæ tem- poralis: & ideo non sunt relinquenda alia bona satisfactoria. Neque obstat tertio dicere, quod si indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, cum aliquando detur indulgentia tertiar partis remissionis peccatorum danibus auxilium ad aliquam fabricam ecclesie erigendam: sequitur, quod qui daret modo vnum denarium, & secun- do daret alium & tertio alium, consequeretur ple- nam absolutionem ab omni peccatorum poenæ: quod tamen videtur absurdum. Quia responde- tur, quod quando datur indulgentia determinatè his, qui dant auxilium ad fabricam ecclesie in- telligitur tale auxilium, quod sit conueniens ei qui auxilium dat, & secundum quod accedit ad hoc secundum hoc plus vel minus de indulgen- tia consequitur. Vnde aliquis pauper dans vnum denarium, consequitur totam indulgentiam, non autem diues, quem nõ decet ad opus tam pium ita parum dare: sicut non diceretur Rex alicui homini auxiliari si ei obulum daret. Neque ob- stat quarto obijcere, quod si indulgentiæ tan- tum valent, quantum sonant, sequeretur, quod si darentur septem anni remissionis visitantibus aliquam ecclesiam, tantum lucrarentur vicini, & clerici, qui quia ibi iuxta ecclesiam habent domum de propè eam visitant, quan- tum lucrantur, qui eam visitant aduertes ad

Gg 3 illam

illam ex remotioribus partibus: quod tamen videtur iniustum: & iterum pluries indulgentiam consequerentur, si pluries in die ad illam ecclesiam vadant. Quoniam respondetur, quod ille, qui est vicinus tali ecclesie, & ecclesie sacerdotis, & clerici consequantur tantam indulgentiam, sicut illi, qui venirent à mille dietis, quia remissio non commensuratur labori: sed correspondet meritis dispensatis in illa quantitate: sed ille, qui plus laboraret acquireret plus, de merito. Sed hoc intelligitur, quando indistinctè indulgentia datur. Secus quando distinctè datur. Sicut in generalibus absolutionibus, his, qui transeunt mare papa dat quinque annos alij, qui transeunt montes tres. Neque tamen quotiescunque vadit intra tempus indulgentie toties eam consequitur, quando ad determinatum tempus datur. Vt cum dicitur, quicumque vadit ad ecclesiam talem, vsque ad tale tempus habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantum: sed si in aliqua ecclesia, sit indulgentia perennis, sicut in ecclesia Beati Petri qua draginta dierum, tunc quoties aliquis vadit toties indulgentiam consequitur. Neque obstat arguere, quod si indulgentie tantum valerent, quantum sonant, valerent remissiones poenarum facte sine causa, quia aliquando predicantur ultra iustam estimationem, quod perinde est. Ac si remitterent sine causa totum, vel partem. Quia respondetur, quod causa non requiritur ad hoc, quod secundum eam debeat mensurari remissio poenae, sed ad hoc, quod intentio illorum, quorum merita communicantur ad ipsum peruenire possint. Bonum autem vnus communicatur alteri dupliciter. Vno modo per charitatem. Et sic etiam sine indulgentijs aliquis est omnium bonorum particeps, quae fiunt si in charitate sit. Alio modo per intentionem facientis. Et sic per indulgentias, si causa legitima adsit, potest intentio illius, qui pro utilitate ecclesie operatur, ad istum continuari.

¶ Circa praecedentem doctrinam notandum est, primo, cum Soto, quod indulgentiarum nomen, licet non tanta antiquitate praestet, quantum res per ipsum significata: res tamen ipsa à tempore Apostolorum semper fuit in vsu. Nam Paulus, vt praediximus. 2. ad Corinthios secundo. illi incestuoso relaxauit poenam. Et in canonibus sacris commemoratur tanquam res antiqua.

¶ Sed quaeri hic solet de modo, quo indulgentiae concedantur, scilicet, an concedantur per modum solutionis, aut absolutionis, & an sit thesaurus ecclesie, ex quo concedantur. Igitur, ad quaestionem primo, ad secundum quod tanquam fundamentum praesupponitur respon-

dentibus dicimus, contra Mayronem in quarto distinctione decimanona, quaestione secunda. de medio tollentem huiusmodi thesaurum, non solum sanctorum, sed etiam Christi, quod praesupponendum est tanquam fundamentum in ecclesia, esse thesaurum tam Christi, quam sanctorum, qui ope Dei muniti multa opera satisfaciendi efficacia coaceruarunt. Id autem patet primo de thesauro Christi Domini: quia in illo non fuit fati praemiata sua merita, sed in nobis. Nam per illa meruit gratiam & gloriam, id est, praemium essentialis gloriae promeruit nobis, sed non sibi. Quoniam gloria haec essentialis ratione vnionis hypostaticae sibi plenissime debebatur. Igitur illud praemium accidentale sibi promeruit, vt quia Redemptor orbis fuit, sibi sit datum nomen super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur. Illud autem nomen super omne nomen non pertinet ad gloriam essentialem eius, quae est Dei visio, sed ad accidentalem, cuius praemium sua merita infinita distantia excessere.

¶ Item secundo patet, quia si Christus Dominus nobis meruit remissionem peccatorum, & per consequens gratiam, & gloriam: ergo nullatenus negari potest in ecclesia esse thesaurum meritorum eius. Praeterea tertio patet, quia sacramenta ecclesie conferunt gratiam in virtute passionis Christi. Cum autem virtute passionis illius nobis conferri gratiam & remissionem peccatorum nihil aliud sit, quam eius passionis thesaurum nobis applicari, sequitur contra Mayronem, quod in ecclesia sit thesaurus meriti passionis Christi Domini. Secundo per se probatur contra Durandum distinctione vigesima, quaestione tertia, reuertentem sanctorum thesaurum concedere. Quoniam, cum omnes simus vnus corporis membra, vnusquisque potest pro altero satisfacere iuxta dictum Pauli ad col. 1. Gaudeo nunc in passionibus meis pro vobis, & impleo ea, quae desunt passionis Christi, id est, satisfactionibus Christi meas quoque pro vobis adiungo: ergo thesaurus satisfactionis sanctorum est in ecclesia, vt nobis tanquam commembris eorum in Christo communicetur. Praeterea secundo confirmatur, magisque declaratur. Quia sicut in omnibus operibus factis in gratia est meritum gloriae, & ultra hoc habent, quod sint satisfactoria pro poena peccati: sic etiam in operibus sanctorum ista duo meritum, & satisfactio pensanda sunt. Igitur, quia multi sancti plus satisfactionis impenderunt, quam propria eorum peccata exigerent, iuxta illud Iob 6. Vtinam appenderetur peccata mea, quibus ira merui & calamitas, quam patior i statera, quasi arena maris haec grauior appareret, licet huiusmodi

modi merita in sanctis remunerata fuerint quoad praemium essentialis: tamen dicuntur aliquo modo irremunerata quoad solutionem poenae: quia prima remuneratio non tollit, neque minuit vim satisfactoriam eorum, ergo mansere, vt thesaurus in ecclesia ad satisfaciendum pro nobis. Nam & pro nobis quoque pati & satisfacere sanctos intendisse, patet ex Diuo Paulo supra allegato ad Col. 1. dicente: Adimpleo ea quae de sunt passionis Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

¶ Igitur restant soluenda argumenta Mayronis & Durandi contra praedicta. Ergo quando arguit Mayron, quod tam sancti (quoniam singuli eorum gloriam pro suis meritis ultra condignum susceperunt) abunde praemiati sunt, & quod Christo Domino sufficiens fuit praemium suorum meritorum collatum, vbi datum est ei nomen super omne nomen, respondetur quoad primum, de sanctis distinguendo. Nam concedimus quod quoad praemium essentialis gloriae debitum eorum meritis sufficienter & abunde praemiati sunt. Tamen eorum opera bona, quae satisfactoria etiam erant, sicut & meritoria, quoad satisfactionem aliquomodo irremunerata mansere in ecclesia applicanda pro satisfactione aliorum. Et in quantum arguit de Christo, quod praemium sufficiens suorum meritorum ei fuit collatum in hoc, quod datum est ei nomen super omne nomen, negatur quoad praemium essentialis, quod meruit nobis, & quoad satisfactionem, quam pro nobis meruit esse sufficienter remuneratum Christum, sed quo ad hoc thesaurus passionis eius manet in ecclesia ad recompensandum efficaciter pro fidelibus dum illis applicatur.

¶ Ad primum argumentum Durandi, quo arguit sanctos plene remuneratos esse pro suis operibus, & quoad meritum, & quoad satisfactionem, quia etsi tanta satisfactione non indigebat, nihilominus satisfactionis ratio, quae fuit in eorum operibus commutata est eis in remuneratione gloriae iuxta illud. 1. ad Corinth. 3. vnusquisque propria mercedem recipiet iuxta suum laborem. Respondetur, quod vt supra probatum est, in bonis operibus ratio meriti seernitur à ratione satisfactionis. Vnde propter augmentum meriti nunquam ratio satisfactionis minuitur. Quia licet ego pro amico aliquid in satisfactionem offeram, nihil mihi decrescit meriti. Vnde opera sanctorum illis redundantia, quoad eorum satisfactionem in ecclesia pro nobis applicanda manent.

¶ Ad secundum argumentum, quo Durandus arguit, opus vnus alteri in satisfactionem non concedere, nisi ille pro alio satisfacere proponat, sanctos autem nullibi legitur proposuisse per

A sua opera satisfacere pro nobis; & per consequens, quod eorum opera applicata nunc non sunt satisfactoria pro nobis, respondetur, quod licet sancti dum in illis bonis operibus se exercebant non habebant speciale propositum suam satisfactionem applicandi ad hunc vel ad illum: tamen per Dei ordinationem, ne suo defraudentur satisfaciendi fructu, sunt in bonum ecclesiae reseruata, vt inde papa & ceteri suo ordine prelati pro causa legitima remissionem poenarum concederent. Nam sancti hac intentione in generali non caruerunt, dum opera sua Deo offerrebant: in qua oblatione includitur, vt ipse, & ecclesia sua de illis disponderet.

B ¶ Ad tertium argumentum, vbi sic arguitur. Quoniam thesaurus meriti passionis Christi est infiniti valoris, ad satisfaciendum pro poenis peccatorum omnium: ergo superflue ad hunc finem ei in ecclesia accumulatur thesaurus meritorum sanctorum: item quia hoc videtur derogare sufficientiae infinitae meriti passionis Christi: Respondetur, quod concessio antecedenti negatur consequentia. Quoniam, quemadmodum Deus per se ipsum potuit absque aliquo instrumento, & citra alicuius ministri consortium iustificare homines, eisque charitatem, & potestatem clauium impertire, nihilominus ad dignificandos homines eos in ministerium suae operationis diuinae assumere dignatus est, quatenus sic maiori vinculo charitatis eos vniret inter se, dum alij, vt ministri Dei, spiritualia ministrarent, & alij ea reciperent: sic quo nobis maior charitatis affectus, & deuotio esset ad sanctos statuit; & sanctorum merita in thesauro ecclesiae reposita, & nobis inde applicata in satisfactionem cedere, iuncta cum merito Christi, vnde valorem satisfaciendi traxerunt. Vnde per hoc sufficientiae infinitae passionis Christi non derogatur.

¶ Ad quartum argumentum, quod nobis obijci potest, scilicet, quod sancti vere & ex animo quotidie dicebant: Dimitte nobis debita nostra, vt habetur definitum in Concilio Mileuitano: ergo nullo modo sibi persuasum habebat, quod affluerent satisfactorijs operibus, quibus possent in alijs eorum debita poenalia expiare. Respondetur, quod sancti ratione culpae venialis (nam septies sic venialiter in die cadit iustus, ait scriptura) poterant dicere vere: Dimitte nobis debita nostra: & non solum ratione poenae, quia culpa non dimittitur per indulgentias: sed per dolorem.

¶ Ad 5. argumentum, quo quis sic posset arguere, quod clavis ecclesiae operatur remissionem in culparum in sacramento poenitentiae ex solo merito Christi, & non ex merito sanctorum: ergo



cum clavis ecclesie operetur in concedendis remissionibus poenarum, eas ex solo merito Christi impertire videtur. Responderetur, quod est differentia. Primo, quia ad remittendas culpas in foro poenitentiae potissimum requiritur clavis sacerdotalis ordinis, ultra iurisdictionem: sed ad remittendas poenas per concessionem indulgentiarum satis est potestas iurisdictionis. Nam episcopus confirmatus, licet sacerdotio non iniunctus, potest indulgentias sibi permissas concedere. Secunda quoque differentia, per quam diluitur argumentum est, quod quia culpa mortalis, quae remittitur per sacramentum poenitentiae, non remittitur sine gratia, quam sola passio Christi nobis meruit de condigno: ideo solo merito de condigno passionis eius, nobis remittitur culpa in sacramento per clauem ordinis applicantem hoc meritum, & in virtute eius culpam instrumentaliter remittentem. At vero remissio poenae temporalis, quae conceditur per indulgentias gratiae infusione non eget: atque ideo ad hoc opera satisfactoria sanctorum conferre possunt.

¶ Praeterea & illa quaestio huc pertinere videtur, qua quaeritur. Vtrum indulgentiarum concessio sit solum eiusdem concessionis applicatio, vt inde ex thesauro ecclesiae fiat solutio poenae: an vero sit actus iurisdictionis, id est, vera absolutio. Videtur autem, quod hic non interueniat absolutio. Primo, quia poena poenitentiae, rata sit apud Deum: ergo ecclesia non habet auctoritatem absoluendi ab illa, sed solum applicandi thesaurum, vt inde soluat. Secundo. Quia ecclesia non solum pro viuus, sed etiam pro defunctis indulgentias largitur. At vero defunctos, vt pote iam non sibi subditos a poenis, absolute non potest, sed tantum illis applicare thesaurum: ergo eodem modo confert indulgentias viuus per modum solutionis, & non per modum absolutionis. Tertio patet. Quia in extrauaganti. v. nigenitus, inserta in extrauaganti. dudum. de poenit. non aliud indulgentiarum fundamentum assignatur, quam thesaurus meritorum Christi, & beatae virginis, & sanctorum, qui per ecclesiam dispensatur: ergo indulgentia est solum solutio, quae inde fit. Sed in contrarium est, quod nomina indulgentiarum, qualia sunt remissiones, relaxationes, & veniae, absolutionis rationem importare videntur.

¶ Igitur explosa hic primum opinione illa, quam refutauit Diuus Thomas falsio asserente, indulgentias nihil conferre ad remissionem poenae purgatorij, sed solum ad absoluendum poenitentem ab obligatione, qua ex praeepto confessoris satisfacere tenebatur, & exclusa opinio-

ne Mayronis dicentis, sicut Christus, ita & papa potest ex causa condonare poenas purgatorij sine vlla applicatione thesauri, quod est abijcere thesaurum Christi, & sanctorum tanquam impertinentem: & omnia tertia opinione asserentium communiter concessionem indulgentiarum, solum esse applicationem thesauri ecclesiae, quo soluitur poena illius, qui illas recipit, vt Bonauentura & alij doctores communiter affirmant, statuuntur sequentes conclusiones, per quas satis fir quaestioni.

¶ Igitur sit prima conclusio. Negari non debet, quod indulgentiarum concessio sit vera absolutio, & remissio poenae, quae virtute passionis Christi & sanctorum fit. Quae quidem conclusio multipliciter probatur. Et primo ex definitione quid nominis indulgentiae. Nam indulgentia est idem, quod relaxare, quod importat opus misericordiae, iuxta indulgentiarum formam, quae sic habet: Misericorditer indulgemus: ergo non est tantum opus iustitiae, sicut si poenitens per se satis faceret. Item secundo, si in concessione indulgentiarum non interueniret absolutio, sequitur, quod conferre indulgentias, non pertineret ad potestatem clauis fundatam in illo: Quodcunque solueris. Consequens tamen est falsum, quod conferre indulgentias non pertinet ad clauem, & est contra omnes. Tertio patet. Quia alias nulla esset differentia inter indulgentias, quae conferuntur viuus, & eas, quae conferuntur defunctis, si in concessione indulgentiarum facta viuus nulla interueniret absolutio: quia non differunt aliter, quam, quod defunctis, vt pote a iurisdictione ecclesiae iam liberis conceduntur indulgentiae per modum suffragij & solutionis: viuus autem conceduntur per iurisdictionem clauis, quia illi sunt subditi.

¶ Item quarto. Si hic non interueniret absolutio: sequitur, quod ad conferendas indulgentias, nulla requiritur esset iurisdictione: sed posset episcopus Salmantinus Segouienibus indulgentias conferre. Imo si largiri indulgentias nihil aliud est, nisi applicare thesaurum, & inde solvere ad nullam iurisdictionem pertineret: quod tamen est falsum, & contra caput. autem. de poenit. & remiss. vbi Alexander declarat conferre indulgentias esse iurisdictionis actum, & contra caput. cum ex eo. eodem titulo. Vbi Innocentius ait, quod per indiscretas, & superfluas indulgentias clauem ecclesiae contemuntur, & poenitentialis satisfactio enervatur. Deinde quinto patet, quia ecclesia extra sacramentum absoluit a venialibus, per aquae iustitiae asperersionem, & sacramentalia: ergo etiam per indulgentias, qui eas recipit, potest absolui a poena, & a satisfactione, iuxta illud. 2. ad Corinth. secundo.

Si quid

Si quid donastis, & ego in persona Christi, quod autem talis remissio fiat virtute meritorum sanctorum patet. Quia, sicut passio Christi, & qui libet vitae eius labor licet infinita fuerint, quoad sufficientiam ad merendam pro nobis, quia erant infiniti suppositi actiones, & passionis, tamquam maior nobis fructus accrescit ex accumulatione aliorum bonorum operum, quae per totam vitam obtulit patri, quam si sola eius passio nobis applicaretur: sic ex isto exemplo clarescit, quod licet passio Christi fuerit infiniti meriti, quoad sufficientiam tamen (quia applicatur limitato modo per sacramenta & opera nostra) ideo, quo plures passionis sanctorum thesauro accedunt, plus nobis applicatur iuxta illud ad Coloss. 1. vbi ait, se implere pro illis ea, quae defunt passionis Christi.

¶ Secunda conclusio, quae est etiam Soti, sicut & prima sit: Indulgentiarum concessio non est ita pura absolutio, quin in ea interueniat solutio. Haec conclusio patet: Quia etsi accipienti indulgentiam de praesenti non suppetat, vnde soluat: nihilominus in primis Christus & suo ordine sancti solunt pro illo. Quia iuxta illud: prima Ioannis, ipse est propitiatio pro peccatis, non solum nostris, sed totius mundi, soluendo pretium pro nostris delictis, iuxta illud Ebrae. 53. Infirmittates, & langores nostros ipse portauit. Ergo Papa vices Christi gerens applicando thesaurum Christi & sanctorum, & pro eorum poena inde soluit, qui indulgentiam suscipiunt, eosque etiam a tali poena debita absoluit, intellige vel in totum, vel in partem. Dixerim in parte: quia in concessione indulgentiarum, qui eis potiri debet, semper iubetur, quidpiam soluere aut facere, vnde non nihil commiscetur solutionis ab eo, qui a poena absoluitur. Verum tamen plus ibi interuenit relaxationis.

¶ Ex praedictis sequitur corollarie, contra Durandum distinction. 20. quaest. 3. dicentem, quod in sacramentis baptismi, & poenitentiae non fit mera condonatio culpa. Quia ibi a Christo per suum meritum in parte fit solutio. Et contra Paludanum. ead. distinct. quaest. 4. e contrario affirmantem in sacramentis fieri meram condonationem, & non solutionem, ita vt illic remissio non procedat, inquit, ex satisfactione, & solutione Christi, sicut in indulgentijs. Quia secundum ipsum liberaliter ex amore culpam vel poenam condonat Christus, quod reuera hallucinantur isti in rebus, quae negari non possunt. Neque enim Durandus inficiari potest, quod in sacramentis fiat vera remissio, & condonatio culpa iuxta illud verbum: Quorum reuolueritis, & cetera. Neque Paludanus negare potest quod condonatio culpa, & poenae ex virtute passio-

nis Christi, fiat, quae est eius applicatio. Igitur concluditur contra Durandum dicentem, quod in sacramento partim condonatur, & partim soluitur, quod reuera haec eius assertio est falsa. Imo totum condonatur: quia gratis nobis applicatur passio, & totum soluitur, non a nobis, sed a Christo: & in hoc eius liberalitas consistit contra Palud. Igitur melius Caietanus in opuscul. 21. quaest. 1. attingens veritatis punctum ait, quod indulgentiarum concessio est quidem absolutio, & remissio respectu illius, qui indulgentias suscipit: quia ille non soluit, sed est solutio respectu Christi, & sanctorum, qui soluerunt pro eo. Vnde Caietanus in tract. ad Iulium Medic. cap. 6. post largam disputationem ait, quod principalis indulgentiae concessio est absolutio, quae dispensatio.

¶ Sequitur secundo ex praedictis corollarie, discrimen esse inter indulgentiarum concessionem, & inter satisfactionem, quas quis facit pro alio. Primo, quia quando quis satisfacit pro alio est simplex solutio pertinens ad iustitiam. Indulgentia vero fit auctoritate publica, estque remissio & gratuita condonatio poenae. Adde etiam secundo, differentiam esse inter indulgentiam, quae conceditur defunctis per modum suffragij, & suffragiorum applicationem, quae soliti sunt facere praelati ordinum, quia effectus istius indulgentiae applicatae defunctis est determinatus. Vt cum animae purgatorij remittuntur. 7. anni de iniunctis, vel iniungendis poenitentijs: quia indulgentiae tantum valent, quantum soluant. At effectus suffragiorum, quae applicantur a praelatis ordinum, non ita determinatus est.

¶ Sequitur tertio corollarie hac differentia discerni absolutionem a poena, quae fit in sacramento ab ea, quae fit per indulgentias extra sacramentum. Primo: Quia licet utrobique applicetur Christi passio: tamen differenter. Quia passio Christi applicatur in sacramento, tanquam per instrumentum a Christo ad hoc institutum: sed indulgentiae non sunt media instituta a Christo, quibus instrumentaliter vtatur ad remissionem poenae. Secundo: Quia absolutio, quae fit in sacramento fit ex solo merito Christi, & non potest fieri ex thesauro sanctorum, eo quod sacramenta conferunt gratiam, quam solus Christus Dominus, & non sancti, prouit nobis mereri, & meruit de condigno. At sancti etsi possint pro alijs satisfacere, sed non possunt illis mereri gratiam de condigno. Tertio: Quia in sacramentis fit remissio commutando poenam aeternam in temporalem, aliquid etiam illius temporalis poenae remittendo. Per indulgentias vero poena aeterna remitti nequit, neque minuitur temporalis ex vi clauis (vt ait D. Thomas in so-

lut ad. 3.) sed tollitur tota vel pars secundū proportionem causæ, propter quam indulgentia confertur. Est ergo concessio indulgentiæ absolutio à pœna temporali virtute passionis Christi non applicatæ per suum instrumentum, sed per peculiarem facultatem ecclesiæ concessam. Unde patet, perperam errasse Marfilium in. 4. sent. quæst. 1. ad. dum nullum constituit discrimē inter vtranque absolutionem. Sed ait, sacerdotem dum in sacramento absoluit, perinde indulgentias conferre, atque Romanum Pontificem extra sacramentum. Quia perinde dicere posset, sed tamen falso, per alia sacramenta, scilicet, per baptismum, & extremam vnctionem conferri indulgentias: quod contra communem animi conceptionem est.

¶ Iam ex prædictis patet, quam impudens fuerit obiectio Lutheri dicentis, per has indulgentias plurimum detrahi diuinæ iustitiæ: siquidem abunde ex prædictis liquet, quomodo Deus, qui pœnæ sibi debita ex iustitia exactor est, solutionem, quæ ex meritis passionis filij sui dilectissimi fit, ratam habeat.

¶ Ad. 1. argumentum supra positum respondetur, quod licet pœnitens pœnam sibi taxatā, & per confessorem impositam teneatur solvere ex iustitia tamen ea est misericordia, & clementia Dei, vt per suos ministros tam in sacramentis, quam extra aliquid de ista pœna condonare dignetur.

¶ Ad secundū iam responsum est, vbi quo ad indulgentiarum concessione inter viuos, & viros factos assignauimus differentiam. Nam de sanctis, quia de iurisdictione ecclesiæ non sunt, per modum absolutionis indulgentiæ conferri non possunt, sed tantum per modum suffragij.

¶ Ad extrauagantem vnigenitus, dicitur, ibi de thesauro ecclesiæ, ita esse in ecclesia, ad satisfaciendum pro pœnis debitis pro peccatis, vt tamen non neget, quod virtute illius thesauri fiat absolutio.

¶ Circa quæstionem à principio positam. Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum sonant, licet iuxta sententiam D. Thomæ responderimus, sic in generali: tamen, quia multa super sunt dubia explicanda in particulari, circa hoc, dicimus primo, quod varietas expositionum est inter Doctores, circa istud proloquium: Tantum valent indulgentiæ quantum sonant: Quia alij exponunt, quod quantum sonant intelligendum est negatiue: id est non plus valent, quam sonant. Vel intelligitur secundum alios de indulgentijs discretis quoad causam. Vel quod intelligitur in foro exteriori, in quo statuer præsumptioni iuris. Et sic, inquiunt, populus non

A decipitur ab ecclesia, sed à dante, vel aliunde, si falsæ sunt. Nihilominus tamen veritas certa est, quod indulgentia si modo causa pia adsit, tantū valet, quantum sonat, non solum in foro ecclesiæ, sed apud Deum. Ita vt, si imposita fuit alicui pœnitentia quadraginta dierum, & postea eidem concedatur indulgentia quadraginta dierum, vere per eam absoluitur non solum ab obligatione eam implendi, verum etiam à pœna purgatorij, cuius veniam per impletionem pœnitentiæ illius, si eam impleisset obtinisset.

¶ Sed quia dubitari à quibusdam solet, quomodo intelligantur huiusmodi pœnitentiarum relaxationes, scilicet, indulgentiæ vnus anni, aut septem annorum, aut quadraginta dierum pœnitentiæ, an intelligantur de pœna in purgatorio toleranda, aut de pœnitentia, quæ fit in hoc seculo, dicimus ad id dubij secundo, quod licet prima facie appareat, quod sint intelligenda de pœna in purgatorio pendenda, quia indulgentia debet esse certa: & tamen si intelligerentur de pœnis huius sæculi impositis, vel imponendis in pœnitentia non essent istæ indulgentiæ certæ, aut determinatæ, quia non fieret omnibus æqualis remissio, quia non omnibus æqualis pœnitentia esset imposita, vel imponenda, nihilominus veritas huius rei sic se habet, quod prædicta tempora non intelliguntur de diebus, aut annis durationis pœnæ purgatorij, sed de pœnitentijs in hoc sæculo iniunctis, vel iniungendis, & de pœnis purgatorij illis respondentibus. Quod multipliciter patet. Primo: Quia forma antiqua sic cōtinebat, scilicet, quod de pœnitentijs iniunctis concedebat remissionem: ergo de pœnitentijs iniunctis in hoc sæculo & quādo nō fit restrictio, etiā de iniungendis in seculo, id venit intelligendum. Itē secūdo. Quia forma ipsa concedendi indulgentias hoc persuadet. Nam sic habet: Remittimus tot annos pœnitentiæ, & non ait, tot annos pœnæ. Pœna autem purgatorij non est proprie pœnitentia: quia non assumitur vltro, sed à Deo iudice & vindice infligitur.

¶ Deinde tertio patet: Quia credibile est, cum pœna purgatorij sit acerbissima, nullam animā ibi detineri, aut cruciari per viginti annos, aut si assentiendum est Soto forsitan neque per decem annos. Et tamen interdum conceduntur indulgentiæ mille annorum, aut plurium. Ceterum, quia in dubium reuocatur modus ille, quo indulgentiæ valent ad remissionem pœnæ purgatorij, ad id dubij explicandum dicimus tertio, (præsupponentes istas annorum relaxationes, & remissiones fieri secundum formam antiquorum canonum, quibus statuebatur, quod pro quocunque peccato mortali, si esset

grauis

grauis, imponerentur septem anni pœnitentiæ & pro grauissimo etiam decem, & plures) quod certe hoc sic intelligendum est, quod per illos septem annos in purgatorio non fiebat quoque remissio septem annorum, neque forsitan vnus mensis. In quo ait Sotus multos fuisse Doctores deceptos. Nam etsi pœnitentia huius sæculi (quia spontanea est, plus valet ad remissionem pœnæ, quam æqualis in purgatorio) tamen hoc intelligendum est cæteris paribus. Igitur si pati posset quis hic per vnum diem pœnam adeo grauem, vt est illa, quæ luitur in purgatorio, facile concederemus, quod per hoc expiaret pœnam vnus mensis purgatorij. Sed quia per septem annos dicere quæpiā quotidie Ave Maria vel ieiunare semel in mente, vel recitare psalmos pœnitentiales, comparisonem ad remissionem pœnæ vnus mensis purgatorij videtur non habere, cum pœna purgatorij extra omnem comparisonem sit intensior, & acerbior: ideo videtur dicendum, quod pœna vnus mensis in purgatorio soluenda per prædictam pœnitentiam non remittitur, non enim sufficit ad tantæ durationis vnus mensis purgatorij pœnam remittendam. Igitur remissio septem annorum pœnitentiæ est remissio pœnæ, quæ in purgatorio respondet pœnitentiæ septem annorum assumptæ, si imposita fuisset, vel ei, quæ esset iniungenda, quando in concessione non fit expressa restrictio ad iniunctam. Hanc ergo expositionem Soti, ideo, vt gratiorem accepto: quia Gersonis Cællarij Parisiensis in suo tractat. de absolut. sacrament. atque in alio de indulgentijs audaciam reprimit: qui inibi ait, quod quinque annorum millia, aut plura pœnitentiæ concedere portensum est: neque id dimanare à Papa. Nam isto modo intelligendo atque interpretando concessiones indulgentiarum, non videtur superfluum aut frustrar eum, aliquando concedere indulgentias centum, aut mille annorum, aut plurium. Quoniam posset homo centum vel bis, vel ter centū commisisse peccata mortalia, ob quæ obnoxius esset tot annis pœnitentiæ. Quoniam etsi homo per tot annos vitam prolongare non valeat, vt decimam partem istius pœnitentiæ implere possit: tamen in purgatorio ad perpendicularum æqualitatis luenda est illa pœna, quæ omnibus illis annis responderet. Neque obstat, quod plurimi sint, qui nō sunt rei pœnæ purgatorij vnus anni. Quia respondetur, quod si isti fecerint quod pœnitentia iubet, sua merita non amittent, sed ratio satisfactionis rursus referuabitur in ecclesiæ thesauro. Igitur ad rationem in contra respondetur, quod indulgentia septem annorum de pœnitentia iniungenda, etiam in hoc sensu est certa, quod pro concessione istius in-

A indulgentiæ septem annorum, plus dimittitur in purgatorio illis, quibus asperior pœnitentia est iniuncta, vel veniret iniungenda. Nam Papa ex causa iusta id potest facere. Itaque vnique certa conceditur remissio secundum quod apud Deum certa est pœnitentiæ quantitas, quæ rationabiliter suscipienti hanc indulgentiam per illos septem annos erat indicenda.

¶ Iam quarto ad prædicta, quasi corollariè adijcimus, quadragenas indulgentiarum, quæ solent prædicari, & concedi originem duxisse ex numero dierum quadagesimæ, quod satisfactio nis est tempus. Ideo in Concilio Lateranensi potestas episcoporum limitata est in commemoratione ædificati templi ad quadraginta dies.

B ¶ Præterea, quia etiam in dubium venire solet, an indulgentiæ valeant solum de iniunctis, an vero de non iniunctis, sed iniungendis concedantur. Respondentes dicimus quinto, contra Caietanum in tractatu de indulgentia ad Iulium Medic. capite. 7. & contra Adrianum. in quæst. de indulgentia ei adhaerentem, quod si in forma ipsa indulgentiarum non fiat restrictio de iniunctis, absolute etiam intelligitur de non iniunctis. Est autem hæc sententia D. Thomæ Distinct. 20. contra etiam Paludan. distinct. 20. quæst. 4. in oppositam sententiam Caietani magis inclinantem. Patet: quia concedere indulgentias pertinet ad beneficium principis: beneficium autem principis, nisi per ipsum restringatur, late est intemptandum capite quia circa, de priuilegijs, in glossa vltim. Ita Innocentius in capite olim. de verborum signific. & capite cum dilecti de donation. Vbi diffinitur, quod in contractibus fit plena interpretatio in testamentis plenior, & in beneficijs plenissima fit interpretatio. Ergo gratia indulgentiæ nō est restringenda ad iniunctas pœnitentias, sed est extendenda ad iniungendas etiam, nisi restringatur. Tum etiam secundo patet: Quia Papa potest remittere pœnas, quæ non sunt impositæ in pœnitentiam in sacramento: ergo dum Papa id non exprimit in ipsa indulgentia cum possit, non videtur eam coartare ad pœnitentias iniunctas. Tum tertio patet: Quia ratio Caietani & aliorum sequacium, nihil concludit, cū dicunt Papam semper intelligere se indulgentias in forma iuris concedere & secundum antiquum morem, vbi de iniunctis pœnitentijs concedebantur. Quia propterea, quod antiquitas id fuerit in vtu, non proinde lata est lex, ne de iniungendis indulgentiæ conferantur. Neque alicubi scripta est lex vt de iniunctis solum intelligantur concedi. Tum quarto: Quia ratio temporis prisca id postulabat, vt solū de iniunctis indulgentiæ concederentur: quia tūm pœnitentiæ condi-

condignæ ad mensuram delicti, si pœnitens eas scire possit, iniungebantur. Nunc vero in nostro tempore, si de iniunctis pœnitentijs indulgentiæ conferantur, cum adeo tenentur sint pœnitentiæ, quæ nunc imponuntur, parum emolumentum eas suscipientes, ex eis reportarent. Non ergo consilium Paludis ad rationem consonum est, scilicet, ut suscepturus indulgentias prius confiteatur, & graues pœnitentijs sibi acceptet, ut pœna purgatorij sibi remittatur per indulgentias post susceptas in ea quantitate, qua sibi remitteretur si eas impleret. Quia commentitia res esse videtur eo solo sine onere pœnitentiæ graui se grauari velle, sine animo eam implendi, ut ab eo postea per indulgentias soliberet.

¶ Tum quinto, quia Bonifacius Octauus inextravaganti, antiquorum, de pœnit. & remiss. plenissimam remissionem peccatorum in anno iubilæi Apostolorum limina visitantibus largitus est, quam Clemens sextus ampliauit ad annum. 50. Et Paulus ad annum. 25. At verò plenissima indulgentia non solum de iniunctis pœnitentijs, sed etiam de iniungendis intelligitur. Neque satis sobria est illa responsio Caietani, quod fecerunt isti Papæ, ut Doctores, quia sic (vobis bene contra Caietanum infert Sotus) possemus inuvalidare omnia Pontificum decreta.

¶ Deinde, quia in quaestione vertitur, quid intelligatur per indulgentiam plenariam, & plenior, & plenissimam ad id dubij dicimus sex to quod licet Palude ubi supra, cui adhærescunt Adrianus & summistæ sic fecerunt inter istas indulgentias, scilicet, quod indulgentia plena sit de pœnis peccatorum mortalium remissorum, plenior autem sit de ipsis vna cum culpis venialium, plenissima verò sit de omni pœna & veniali culpa: nihilominus tamen, quia ista differentia commentitia veròque carens fundamento, est, dicendum est, quod non est maior indulgentia plenissima, quam plenaria. Sed indulgentiarum conuentiones aliqui exaggerationis gratia illos gradus positiui, & comparatiui & superlatiui excogitarunt. Concludentes ergo, dicimus se primo plenissimam remissionem, qua homo à purgatorio liberetur, non deberi crebro, sed raro & grauisimis de causis fieri, ne (ut ait Sotus) abusus dispensandi beneficia Dei eius iustitiæ præiudicare videatur. Sed tamen si causa legitima id exposcentes occurrant, tunc non cedit in præiudicium iustitiæ Dei, etiam si per indulgentias à purgatorio liberemur.

¶ Octauo, quia disputare nonnulli solent, sicut Caietanus disputauit, an dare operam suscipiendis relaxationibus, sit perfectio, dicimus ad

A id breuiter, quod tantum abest, ut id sit imperfectionis opus, ut certe asserendum sit, quod opus religionis importet: quia est vii remedij ecclesiæ ad soluendas pœnas, quas homo debet. Hoc nihilominus non obstante ex genere suo perfectius opus est, perse quenque proprijs operibus satagete pro debitis pœnis satisfacere. Quia hinc maius meritum perse satisfaciendo reportat, quam si indulgentias ad hunc finem suscipiat. Licet negandum non sit susceptionem indulgentiarum, quia virtutis est actus, meritoria quoque esse. Hinc quoque corollarie patet, nec dum falsam, sed etiam ridiculam esse quorundam prædicationem, qui inter euulgandas indulgentias dicere sunt soliti, tantum meriti reportare quencunque contribuentem duos argenteos ad consequendas indulgentias, quæ peregrinantibus Romam decreta sunt, ac si illic personaliter iret. Quod patet esse falsum. Quia Pontifex potest per indulgentias liberare à pœna purgatorij quæ pœnitentiæ respondet. At tamen Papa cum rationem meriti non possit mutare, quia ex ratione operis ex gratia facti sumitur, non potest concedere, imo neque concedere cogitauit, quod tantum mereatur, qui prædictam suscipit indulgentiam, sicut si personaliter Romam peregrinaretur. Quoniam ex natura operis personaliter peregrinari ad sancta inuisenda loca, per longa spatia terrarum illuc iter agendo, magis meritorium est, quam duobus argenteis recipere indulgentias, quas soliti sunt lucrari ea loca sancta inuisentes. Igitur cum abundantioris sit meriti, ieiunij crebris se macerare, orationibus continuis vacare, vberes elemosynas erogare, quam suscipere indulgentias, sit sane, ut auctoritate Pontificis istud meritum mutari non possit: quanuis meritum sumendi indulgentiam augeri ex causa & necessitate ecclesiæ non sit ne gaudum. Vnde patet, quod possunt homines se eximere ab omni opere satisfactionis, dum modo alia legis mandata seruent. Quod si ab aliquibus inde occasio sumatur remissius se exercendi in operibus meritorijs, ista culpa ipsis negligentibus imputanda est, non ipsis indulgentijs ascribenda. Neque enim propter indulgentias negligentiores, se debent exhibere homines circa opera meritoria ampliora, & maiora exercenda: cum constitutissimum sit, quod pluris æstimandum est, minimum augmentum gratiæ, quam à maxima pœna purgatorij liberatio. Quia, ut, recte ait Sotus, longe incomparabiliter maioris æstimationis est cum maiori merito, & gratia in purgatorio etiam per vincti annos detineri, quam cum minori merito illic vna duntaxat commorari die, imo quam sine purgatorio in cælum recta via migrare.

¶ Tan-

¶ Tandem, ut omnia dubia exhauriamus, huic dubio oportet nos facere satis, Vtrum maioris dilectionis Dei speciem præse ferat, velle hominem pro offensis Dei quo ad pœnam hic in hac vita perse ad iustum per pœnitentias satisfacere, aut eligere pœnas purgatorij ad vnguem perferre, quam eligere hic indulgentias accipere, quibus ipse à pœnis purgatorij eximatur. Videtur autem ex maiori amore Dei procedere, quod quis hic perse, vel in purgatorio ei eligat satisfacere, quæ suscipere ad hoc onus satisfactionis deponendum indulgentias. Quia hoc magis ad propriam commoditatem, quam ad Dei amorem videtur respicere. Propter hanc rationem Sotus ait, sibi visum esse, consultius esse eligere hic pati pœnas, pro peccatis perse, aut in purgatorio, quam suscipere indulgentiam, ut à pœna purgatorij eximatur. Sed tadem nunc in contrariam inclinatur sententiam, nihil distinguens. Sed hic nos citra distinctionem commode huic quaestioni satis fieri posse non putamus. Igitur pro illucidatione quaestionis distinguimus. Quia si loquamur de electione, qua quis in hac vita eligit magis perse satisfacere per opera bona, & meritoria, quam ab his cessando satisfacere per indulgentias, sic planum est, non esse consultius his omisis indulgentiam ad eximendum se à satisfactione suscipere. Quia, ut prædiximus ex mente etiam Soti, magis æstimandum est minimum augmentum gratiæ, quam liberatio à maxima pœna purgatorij. Sed si consideretur anima defuncti iam constituta in purgatorio, huic animæ consultius est, & maioris dilectionis Dei signum est, in illa velle per indulgentias & bullas pro defunctis à suis testamentarijs pro se sumptas à pœna purgatorij statim liberari, quam perse ipsam ibi per decursum temporis satisfaciendo velle liberari. Quia in hoc casu vim habet ratio Soti scilicet, quod propter pœnam damni, quæ non hic in vita, sed in purgatorio magis consideratur, quæ est à diuino conspectu retardari, melius est illi animæ (maxime cum ibi pœnæ & pangsiones; quas ibi patitur, non sint meritoria gratiæ, & gloriæ) velle per indulgentias ab illo carcere breuissime dissolui, & esse cum Christo. Sic etiam cum aliquis esset in articulo mortis, cui nulla iam subesset spes vitæ, consultius esset ei per indulgentias velle tunc liberari, quam velle tunc in vita satisfacere, quando de facto Deus iam à villicatione opera meritoria exercendi cum amouet. Neque obstat, quod Paulus etiam in hac vita degens aiebat: Cupio dissolui & esse cum Christo. Quia, sicut, Paulus, licet hoc desiderabat, tamen dum superstes erat, nihil magis illi gloriosum erat, quam pati cum Christo, & in cruce Christi gloriari: sic

A dum viuit Christianus & hac vita fruitur, nihil perinde illi gloriosum accidere potest, quam perse opera meritoria & satisfactoria offerre Deo, quibus tum pœnam euadat, tum etiã maiorem coronam gloriæ adipiscatur.

## C A P. V.

### De requisitis ad indulgentias causis.

¶ Vtrum ad valorem indulgentiarum requiratur pia, & iusta causa illas conferendi: Et an quacunque causa sufficiat ad quacunque magnam indulgentiam: Et an debeat esse equalis, aut proportionabilis: Et an in causis indulgentiarum possit accidere error de indulgentijs obtentis pro recitando in calculis: Et an ad eas lucrandas requiratur gratia: Et an requiratur, ut bulla sumatur in gratia, vel opera pro iubileo fiant in gratia. De indulgentijs pro defunctis, an Papa solus, vel alij prælati etiam religiosorum possint facere indulgentias. Et de differentia inter indulgentiam, & applicationem suffragij: Et de literis confraternitatum, Et quid si omittatur aliqua pars operis iniuncti pro indulgentia. An per opus ex circumstantia malus iubileus possit lucriferi, vel per opera alias debita.



VÆRITVR deinde primo, Vtrum ad valorem indulgentiarum requiratur iusta, & pia causa illas conferendi. Respondetur autem primo, quod præter auctoritatem dantis, & charitatem suscipientis, requiritur ex parte conferentis causa pia, & iusta conferendi, ut indulgentiæ valeant. Quoniam Christus thesaurum suum & suorum sanctorum Papæ eius vicario dispensandum commisit, ut dispensatori, & ministro iuxta illud D. Paul. 1. ad Corint. 4. & 9. Sic nos existimet homo, ut ministros Dei, & dispensatores mysteriorum eius. Dispensator autem, si bona domini sui effundat sine causa, potius dissipator & dilapidator bonorum domini sui dicendus est, quam dispensator. Tum etiam secundo id patet: Quia sicut absolutio sacramentalis à peccatis impendi non potest, nisi digno, neque commutatio pœnæ temporalis potest in sacramento fieri pro libito ministri, nisi pensatis causis circumstantiarum, & qualitatis personæ: ita neque minister potest pro libito & sin



finē causa poenas, quæ extra sacramentum relinquuntur, ut solvantur, relaxare, nisi causa pia adfit, quæ in bonum ecclesiæ cedat. Item tertio: Quia minister Christi in dictis remittendis poenis Christo Deo, cuius minister est conformari debet. At Christus, licet sit misericors, ut aliquē locum suæ iustitiæ faciât, non gratis omnes poenas condonat, sed per causas, id est, per satisfactiones temporales, quibus poenitentem à culpa absolutum reliquit obnoxium, eas poenas remittit. Ergo sic etiam ministri eius cum causa satisfactionis Christi, & sanctorum dispensare tenentur, ut Dei iustitiæ nulla irrogetur iniuria. At vero in iniuriam iustitiæ Dei vergeret si sine causa virtute thesauri Christi homines absoluerentur à purgatorij poena, & sic purgatorium sine causa relinqueretur vacuū passim prohibito sine causa, quibuslibet has poenas per indulgentias relaxando. Deinde quarto: Quia maior causa requiritur ad dispensandum thesaurum ecclesiæ, qui est commune bonum, quo absoluantur homines à vinculo, quo astringebantur ad solvendas Deo poenas pro culpis, quam ad dispensandum in votis, quippe quæ ex voluntate votantis originem obligandi habent: sed super votis non potest Papa sine causa dispensare, ergo neque sine causa indulgentias conferre. Adde quinto, quod usus ecclesiæ, & indulgentiarum forma satis aperte indicant ad earum largitionē causam esse requisitam: quoniam nunquam indulgentiæ, nisi aduersus infideles, vel in fabricā alicuius ecclesiæ, aut in subsidium alicuius hospitalis, aut in aliquod simile pium opus conceduntur à Papa, adijciente quoque in forma hæc verba: In quantum facultas nobis concessa se extendit. Vnde consequitur, quod sola charitas, qua Papa afficitur erga viuos, vel defunctos, non est sufficiens causa, ut existimat vulgus ut indulgentias conferat. Tum, quia Deus maiori charitate suos amicos prosequitur, quam Papa viuos, & defunctos. Si ergo charitas ista Deū non mouet, quo minus leges iustitiæ suæ custodiat: ergo etiam eius ministri charitatem hanc, qua feruntur in proximos spiritualibus remissionibus poenarum subleuandos, non nisi pro causa Deo grata exercere debent. Tum etiam, quia utilitas illa eximendi animas à purgatorio effectus est, & finis ipsius indulgentiæ. Atque ideo ad conferendas indulgentias præuia aliqua causa, quæ cedat in commune bonum ecclesiæ, requiritur, quæ Papam ad earum collationem merito excitet.

¶ Porro circa prædictam sententiam: quæ cū prius fuerit Altifiodorensis quæst. 1. iam communis est omnium Doctorum in. 4. distinct. 20. ut Alberti, Bonauenturæ, & Richardi, & Caiet.

**A** & Adriani locis citatis, dubium emergit, utrum quæcunque causa ad qualescunque, & quantas cunque, indulgentias conferendas sufficiat, an vero requiratur causa æqualis, vel proportionabilis. Igitur contra aliquos Thomistas proculdubio dicendum est, primò, causam quamcunque minimam, quibuscunque indulgentijs non sufficere. Patet primo: Quia si causa requiritur ad qualescunque indulgentias, ut probatum est, eadem ratione, & requiritur proportio causæ ad effectum, ut minoribus indulgentijs minor causa sufficiat, & maioribus maior sit necessaria. Sicut etiam in causalitate rerum naturalium causa maioris virtutis requiritur ad maiorem producendum effectum. Tum etiâ confirmatur: Quoniam, si minoribus indulgentijs minor causa est iusta, iam si pro eadem causa maiores indulgentiæ impendantur, causa illa minor non extenditur ad excessum, in quo excedunt minorem: & per consequens ille excessus maiorum, sine causa dabitur. Item secundo patet: Quia magis dissipator esset, qui magna bona absque causa proportionabili distraheret, quam qui parua sine vlla causa spenderet: ergo magis est contra rationem rationabilis, & fidelis dispensationis maiores indulgentias sine causa proportionabili conferre, quam minores sine vlla causa concedere. Ergo si minores absque vlla causa concessæ non valent: ergo neque maiores, sine causa proportionabili collatæ in totum valebunt. Et confirmatur: Quoniam legitimus ecclesiæ usus id obseruat, ut grauitatis causæ in largitione indulgentiarum attendat rationem. Sic enim ex cap. cum eo concilij Lateranensis conceditur episcopis, in dedicatione templi vnus anni posse conferre indulgentias, & non vltra, & quadraginta dierum in commemoratione eius. Vbi videre est clare, quomodo secundum proportionem causæ permittuntur indulgentiæ. Tertio patet: Quia sicut ex parte conferentis requiritur pia causa: ita ex parte recipientis requiritur ut aliquid faciat in subsidium illius causæ, quod ad illius indulgentiæ quantitatem aliquam proportionem habeat. Nā secundum D. Thomam, causa pia requiritur ad applicandum thesaurum huic, vel illi. Applicatio vero hæc non fit, nisi in præmium alicuius pij operis, quod iste præstat, scilicet, orando, vel ieiunando pro ecclesiæ Dei incolumitate, vel visitando ecclesiam aliquam in honorem Dei, & sancti alicuius dicatam, vel eleemosynam erogando in eius fabricæ subsidium. Ergo si ille nihil præstat de se, quod alicuius peni sit in proportionem ad indulgentiam, quæ sibi conceditur, proculdubio illi non tantum proderit, quantum sonat. Ex quo corollarie sequitur, quod si concederet Papa indulgentiam plenariam cuiuscunque reci-

recitanti vnam Ave Maria, vel vnum parter nofter, proculdubio, quia hoc nullam habet proportionem ad indulgentiam, illam plenariam, quasi pro nihilo fieret ista amplissima remissio.

¶ Ex prædictis sequitur hæc propositio, quasi corollaria, scilicet, quod non requiritur ad indulgentiam consequendam, quod causa, pro qua confertur ex parte suscipientis eam, sit æqualis ad indulgentiam: sed satis est, quod ad illam habeat proportionem. Vnde causa proportionabilis: & non æqualis requiritur. Et hæc videtur fuisse opinio Sancti Thomæ aduersus Altifiodorem. Nam D. Thomas multoties concludit tantum valere indulgentiam, quantum præcitur, si modo adfit causæ pietas. Solumque ostendit contra Altifiod. non requiri causam æqualis æstimationis ex parte suscipientis. Et hoc est quod concludit D. Thomas, dum ait, sæpe concedere ecclesiæ maiores indulgentias, quæ sint iste causæ: quia non ex ipsis sed ex thesauro ecclesiæ assequuntur valorem. Sat ergo est causa sit sufficiens: non enim requiritur sit æquiualens secundum Adrianum. Nam si causa æquiualens exigeretur, concessio indulgentiarum non esset absolutio, sed vera commutatio illius obsequij pro concessione indulgentiæ: quocirca autoritas conferentis indulgentiam, nihil videretur facere. Sequitur secundo corollariè, quod indulgentiæ debent conferri in utilitatem ecclesiæ: quod intelligitur in bonum commune eius: Est D. Thomæ & communis assertio omnium Doctorum. Cuius ratio redditur: Quia cū thesaurus ecclesiæ, vnde conferuntur indulgentiæ: sit bonum commune, non nisi pro alio bono communi dispensari valet. Quod etiam secundo confirmatur ex usu ecclesiæ, nam publicas indulgentias non prædicat nisi ingruente aliqua communi ecclesiæ necessitate. Vnde infert Sotus, quod conferre indulgentias nulla intercedente causa communi (ut cum conferuntur in tuitu & precibus alicuius personæ nobilis, ob affectionem particularem, qua afficitur ad aliquod suum altare, vel ad exaltandam suam auctoritatem, sine aliquo respectu principali boni communis ecclesiæ, quod inde sequatur) non est res antiqua, neque solidam habet valoris certitudinem: quia non tam in utilitatem ecclesiæ conferuntur, quam ex mera supplicatione petentiū. Quam suam sententiā Sotus, pro ut est Doctor egregius, & pius ecclesiæ debitæ obedientiæ subiicit.

¶ Igitur ad argumenta in contrarium, quibus solet probari, causam proportionabilem non requiri, respondententes primò ad primum, quo sic arguitur, quod solent indulgentiæ æquales in æqualia facientibus conferri: ergo non requiritur

**A** illa proportio causæ ut maior indulgentia pro maiori causa detur, & minor pro minori. Antecedens patet: Nam æqualis indulgentia datur visitantibus limina Apostolorum, siue parum siue multum laborent in veniēdo de prope, siue à remotioribus regionibus. Item etiam antecedens patet: Quoniam bullæ cruciatæ indulgentiæ pares conferuntur tam diuitibus, quam pauperibus contribuentibus duos argenteos. Et tamen ditissimus quisque contribuendo duos argenteos, minus in proportione suæ conditionis personæ cōfert, quam homo tenuis fortunæ & pauper. Dicimus, quod quando indulgentiæ dantur per modum legis, quoniam lex omnibus debet esse æqualis: tunc nulla habetur ratio maioris laboris, vel itineris, quod assumitur pro lucrando indulgentiā. Sed si indulgentiæ non per modum legis vniuersalis, sed priuatim concederentur huic vel illi, ratio efflagitare videtur, ut habeatur ratio maioris laboris, & maioris obsequij, ut maior indulgentia maius obsequium, siue laboris, siue subsidij præstari conferatur. Similiter in forma antiqua à locupletioribus suscipientibus indulgentiam, amplior eleemosyna exigebatur, quam à pauperibus. Sed si nunc æqualis ab omnibus exigeretur, iam esset lex vna omnibus de contribuendis duobus argenteis, sicut de visitando vno sancto loco, siue veniendo de longinquo, siue de prope: quia iam tūc contributio duorum argenteorum sufficiens & proportionabilis esse causa reputatur in ordine ad indulgentias in bulla concessas, attento quantum referat ad expeditionem contra infideles illam eleemosynam erogari, à singulis, & omnibus simul. Sed tantum posset eleemosyna diminui, ut temeritati tunc non esset tribuendum in tali casu non valere tantum, quantum sonat asserere.

¶ Ad secundum argumentum, quo arguitur, quod solet Papa etiam priuatim & in particulari eā indulgentiā, quam confert pro maiori causa isti, alteri etiam pro minori causa conferre: ergo non requiritur proportionabilis causa, Respondetur, quod in hoc casu censendum est hæc minorem causam etiam habere sufficientem proportionem ad illam indulgentiam, quæ data est alteri pro maiori causa. Tum, quia ista proportio latitudinem habet, & in diuisibili non consistit. Tum etiam: quia illa maior causa potuit esse æqualis, vel superexcedens causam proportionalem.

¶ Præterea & hic illa quæstio absoluenda venit, Vtrum Papa indulgentias magnas si conferret sine proportionabili causa, solum peccaret infideliter dispensando, an vero collatio & dispensatio earum teneret facta, & valorem sortiretur. Videtur autem quod quauis talis concessio

celisio peccato non careret, tamen valida esset. Si cut etiã collatio beneficij parochialis facta indigno per Papã, validitatis robur habet etsi à peccato non absit. Alioquin si valida nõ esset omnes ab eo impensã absolutiones in ambiguo essent. Item secundo: Quia contrahere cum nouerca aliquem; matrimonium contra ius naturale, & diuinum esse, videtur. Et tamen si in hoc casu Papa dispensaret (quidquid sit de peccato videtur, quod matrimonium teneret. Sicut etiã præficere indignum ministrum & officialem iustitiã in republica civili contra ius naturale, & diuinum esse videtur: & tamen validam accipit iurisdictionem. Unde valida est institutio illius. Sed in contrarium est, quod dispensatio votorum etiã per Papam facta, sine causa est inualida: quia dispensare non potest in iure diuino, sine causa, ita, vt dispensatio teneat: ergo, quia de iure diuino tenetur dispensare beneficia Dei, qualia sunt indulgentiã cum causa, si ea dispense sine causa, aut sine sufficienti causa, talis dispensatio coram Deo rata non erit.

¶ Igitur pro illucidatione quæstionis præmittenda est distinctio Caietani in quæstione adiectã 3. partem, scilicet, quod duplicia sunt, quæ dispensationi Papæ subduntur. Alia enim sunt, quæ quoniam de iure positio sunt, super eis dispensando sine causa, etsi peccet, tamen valida erunt dispensationes. Cuiusmodi sunt elusio ororum, & lactationum in diebus prohibitis, concessiones, eligendi que confessorem, à quo absoluamur plene concessã in bulla cruciatã licentiã: quæ quoniam dispensationes sunt positio iuris, validæ sunt, etiã factæ sine causa. Quoniam in iure positio Papa valide dispensare potest, etiã sine causa. Alia vero sunt, quæ dispensationi Papæ subduntur, cuiusmodi sunt indulgentiã, quas potens est concedere.

¶ Igitur hac præmissa distinctione, adijcimus & aliam distinctionem, scilicet: Quædam sunt de iure diuino instituta propter bonum commune publicum, vt quod ministri digni, & idonei eligantur, tam in republica civili, quam in hierarchia ecclesiastica. Alia sunt de iure diuino, vt reddere vota Deo, & implere emissã iuramenta, quæ honorem Dei respiciunt, vt pote ad religionis virtutem, per quam seruamus fidelitatem Deo & ei exhibemus reuerentiam, pertinentia.

¶ His ergo præmissis distinctionibus statuitur prima propositio: Papa si dispense sine causa in his, quæ sunt de iure diuino primo modo propter bonum publicum cõmunitatis instituta, vt est institutio dignorum ministrorum in ecclesia, factum tenet: etsi deliquerit indignos parochos instituendo. Patet: Nam æquitatis natu-

alis ratio non permittit, vt sic iura ista diuina, quæ directe concernunt bonum publicum, rigide interpretentur, vt propter culpam Papæ, aut prælati ius istud diuinum violantis & præficientis indignos, bonum publicum in ambiguo, & in periculo salutis ponat. Non enim quod iure diuino, siue naturali pro bono publico institutum est in eius maius dispendium est retorquendum. Quale esset exponere periculo iurisdictiones spirituales, quæ requiruntur ad absolendum à peccatis in foro cõscientiã, si talis indigni institutio valida non esset: quia sic neque coram Deo verus curatus esset. Secundo patet: Quoniam populus, cui talis indignus minister præficatur, contribuit illi stipendium: ergo ius naturale, & diuinum nõ vult irritare ministerium, pro quo populus contribuit sacerdoti indigno, sine culpa populi instituto sustentationis subsidium. Et confirmatur: Quoniam dare elemosinam huic magis, quam alteri, directe concernit bonum priuatum elemosinam recipientis, ideo licet ius naturale & diuinum dicat per largitionem elemosinæ magis esse subueniendum parentibus, quam extraneis, nihilominus, si peruerso ordine subuentio fiat extraneo donatio elemosinæ tenet, ergo multo magis institutio indigni parochi tenebit, licet sit contra ius naturæ, ne bonum publicum detrimentum spirituale deteriori pariat. Imo secundum ius civile, si quis merces promissit vendere vni, si eas iam de facto vendit post alteri, venditio tenet, licet contra ius naturale egit violando fidem datam: sic etiã contra ius naturæ facit, qui post sponsalia matrimonium de facto contrahit: quia fidem sponsaliorum fregit, & tamen matrimonium tenet.

¶ Secunda propositio: Si Papa indulgentias sine causa sufficienti, hoc est, proportionabili dispense in ea parte, qua illa causa sufficiens, & proportionabilis deficit, tales indulgentiã non tantum valent, quantum sonant. Patet hæc propositio. Primo Quia sicut dispensatio votorum, est de materia concernente directe honorem, & cultum religionis, sic dispensatio indulgentiarum directe est, quid attinens ad cultum, & honorem Dei, quia eas suscipere opus est virtutis religionis: sed super voto valide sine prædicta causa Papa dispensare non potest: ergo neque, etiã valide sine causa sufficienti indulgentias pro vt excedunt proportionabilem causam dispensare potest. Item secundo probatur: Deus sine causa quod sibi debetur, non remittit: ergo neque homini per indulgentias concessas à Papa sine causa, poena, cuius est debitor Deo, non remittetur. Itẽ tertio: Christus absolutionem sacramentalenum, quæ clauæ errante sit non

habet

habet ratam: ergo neque dispensationes thesauri Christi factas inde sine causa approbat, quatenus sine causa dispensantur per clauas ecclesiæ in hoc errantes. Item quarto patet: Quoniam si considerentur indulgentiã quatenus dispensationes & distributiones sunt communis thesauri ecclesiæ sine causa factæ non tenent. Sicut economi alicuius domini sine causa bona eiusdem domini dilapidantis prodiga donatio alteri facta non teneret. Deinde quinto patet: Quoniam Christus & sancti eius, qui bona sua in illum thesaurum contulerunt, nihil minus in animo habuerunt, quam vt sine causa sua distraherentur bona. Sexto patet: Quia bonorum ecclesiæ distractio facta sine causa in temporalium donatione prodiga non tenet: ergo neque distributio thesauri spiritualis, quæ sit sine causa tenebit. Patet consequentia, quam firmat Caietanus contra alios dicentes, quod non est eadem ratio: quoniam ecclesia tunc minus habet in bonis temporalibus: non autem minus habet in bonis spiritualibus. Quoniam (vt bene ait Caietanus) discrimen hoc est accidentarium: quia solum est hic respiciendum ad naturam distributionis, quæ si fiat sine causa iniquior est in bonis spiritualibus, quam in temporalibus: Ergo bene concluditur, quod si distributio bonorum ecclesiæ facta sine causa non valet in temporalibus eius bonis: ergo neque etiã tenebit sine causa bonorum spiritualium illius distributio. Septimo patet: Quoniam, si distributio indulgentiarum sine causa facta valida esset, sequeretur, quod etiã si ob iniquam causam concederentur, scilicet, ob spectaculum ludorum facta teneret, licet Papa peccaret, si prohibito suo, sicut de proprijs bonis patrimonialibus, sic de thesauro ecclesiæ posset dispensationes facere.

¶ Tertia propositio, quæ est Soti, & aliorum, In causis indulgentiarum discernendis potest error accidere, neque ob id fides ecclesiæ infirmatur. Patet primo: Quia fides, quæ debetur ecclesiæ catholicæ indulgentias concedenti est in genere, scilicet, quod autoritas suppetit ei à Deo collata ad indulgentias conferendum, & quod si ex legitima causa eas contulerit, tantum valent: quantum sonant. At vero, quod hæc vel illa indulgentia collata fuerit ob legitimam causam, non est de fide catholica: sicut exemplificare idem possumus in sacramento eucharistiæ & confessionis ad probationem istius propositionis. Etenim de fide est, quod sub speciebus consecratis sit Christi corpus: tamen quod hæc vel illa hostia sit consecrata, non est de fide. Sicut etiã de fide est, quod absolutio sacramentalis rite lata dispositio conferat gratiam: tamen non

Instruct. conc. Pars. 2.

est de fide, quod huic conferat gratiã in particulari in sensu diuino: quia potest hic in tali sensu, nõ esse dispositus, & decipere cõfessorẽ. Sic etiã in concessione indulgentiarum potest Papa decipi in relationibus, quæ ei fiunt, & in causis, quæ à petentibus allegantur. Sicut etiã contingit in dispensationibus votorum, super quibus dispensare posse tenemus de fide. Et tamẽ, quæ hæc aut illa dispensatio sit legitima, nõ est de fide: quia potest circa particulares casus dispensationum decipi ob relationem falsam causarum. Tamẽ circa indulgentias soliti sunt Pontifices faciliores se exhibere, quã circa dispensationem votorum: Quia in indulgentijs conferendis sine sufficienti causa & legitima minus inest periculi. Quia si sunt validæ fructu inde eas suscipientis reportat. Si autem non eis tantum valent vt sonant, tamen aliquid fructus capiunt iuxta laborum suorum, & elemosynarum suarum quantitatem, etsi non fuerit proportionabilis. Tum, quia meritis suorum operum non defraudantur.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie, quod nõ est discutendum à nobis, an causa sit legitima: & rationabilis, an nõ, nisi error manifestus appareat, & quoad causam, & quoad quantitatem indulgentiã. Patet: Quia sententia lata à legitimo iudice, non est discutenda, à quolibet priuato: quia in iure præsumitur pro illa, nisi contineat manifestum errorem. Quo circa, quado error nõ est manifestus licet à parte rei possit de facto causa nõ esse legitima: tamẽ tanta reuerentia debetur vicario Christi vniuersali, vt sit præsumenda legitima. Atque ideo nõ est indulgentijs huiusmodi detrahendum, nisi si error sit adeo toti mundo manifestus, quod ad virtutem religionis pertineat tunc veritatem docere.

¶ Sed iã de calculis benedictis, in quibus recitantes aliqui dicunt hac nostra tempestate ex concessione Papæ haberi pro vna Auemaria, vel Paternoster ibi recitato, vnã animã à purgatorio quãtuncq; tẽpore ibi alias cruciãdã, & detinendam, statim posse eripi, vt inde recta via sine mora euolet in celum, dicendum nobis restat. Dicim⁹ ergo primo cū Soto, quod iure posset populo dissauderi ille error, quo detinet, scilicet, quod per vnã solã Auemaria vel Paternoster, ibi in calculo benedicto recitatum, infallibiliter vna anima à purgatorio sic eripiatur. Patet primo. Quia audiui publice huiusmodi calculos benedictos recolligi, & mādari exhiberi ab eis videntibus ad hunc finem, nescio, an id mandato ordinariorum, an inquisitorum factum fuerit. Quod si ita est, hoc arguit, eos calculos subreptitios esse, aut falsos. Atque id factum ingratiam Sententiæ prædictæ Soti cedit, quam apparenter satis probat multipliciter. Tum primo, quia in hac indulgentia pro vna

Hh Auc.

Aue Maria sola in calculo benedicto recitata cōcessa, nulla interuenit causa pia, quæ in communem ecclesiæ utilitatem referatur. Nam pia deuotio in animas purgatorij non reputatur causa, quoniam Deus maiori affectu dilectionis erga illas est affectus. Tamen hic affectus, quia nō derogat suæ iustitiæ, non est causa, sine alia causa ad eas inde liberandum. Tum secundo. Quia Papa, ut dictum est, non potest defunctis indulgentias conferre per modum absolutionis, ut uiuis, sed per modum suffragij, & solutionis excusa. Atque ideo non citra admirationem est, dicere, quod per recitationē vnus Paternoster in illo benedicto calculo, tam ingens applicatio ex thesauro ecclesiæ fieret, quod anima à purgatorio statim eriperetur. Nam dicere vnum solū Paternoster, quam proportionem habet, aut quid refert ad tam magnum effectum? Cum tamen, ut probauimus, proportio aliqua sit seruanda inter ipsam indulgentiam, & obsequiū, quod præstatur pro illa obtinenda. At quanti momenti, aut penitentiæ obsequium dicendi vnā solam Aue Maria præstitum Deo, ad tam ingentem effectum. Confirmatur tertio: Quia esset notam insignis fauoritæ & inmanitatis inurere Deo, si tribus annis in purgatorio vnā animam tam acerbissima pœna velle torquere, crederetur, cuius tamen liberatio tam modicum exigeret remedium, sicut est dicere vnum Paternoster, quod vno momento dicitur. Sicut Rex notaretur quidem crudelitatis, si per tres annos carceri horrido manciparet ream, cuius liberatio ex duorum argenteorum solutione penderet. Probat quarto: Quoniam præter quam, quod ista opinio vulgaris falsitati videtur subiacere, hæc incommoda spiritalia præferre videntur. Tū, quod excutit metum purgatorij radicatus ab ista vulgari opinione munitis. Non enim pœnam purgatorij, quæ præter infernum maxime à peccato deterret, formidabunt illi, qui credunt tam facile habere remedium, quod solum ex recitatione vnus Paternoster in calculo benedicto pendet. Igitur omnem à se propulsarent purgatorij metum, si putarent, tam facili remedio eius posse euadere pœnam. Tum etiā: Quia sacrificia missarum pro defunctis, quæ in ecclesia Dei magno ad eorum liberationem eis sunt adiumento, parui penderentur: si tam prompto remedio, vnus, scilicet, calculi recitatione animas liberari à purgatorio, à vulgo certo crederetur. Adde quinto, quod isti vulgares sæpe cum in peccato mortali sint constituti magnificiunt orationem illam Dominicam, scilicet, Pater noster, vel Aue maria in calculo benedicto recitare, pro animabus purgatorij: quæ quidem

recitatio proinde ante Deum nullius est valoris, neque quoad satisfactionem, neque quoad meritam. Accedit sexto quod Adrianus, qui fuit Papa in quæstione de clauibus in gratiam huius sententiæ Soti, ait, quod prælatus, si pro exili causa, scilicet, pro contributione vnus stufri, det omnibus omnium peccatorum remissionem, dissipatio est, & non dispensatio indulgentiarum, & tenet solum in ea parte, in qua rationabilis fuerit.

Sed quid dicemus, quod multi supplicatores, quibus morem gerere voluerunt summi Pontifices, ostendunt multas indulgentias, ob recitationem in calculis benedictis impetratas à Papa, Respondetur primo, nunquam me exemplaribus, quas vidi, vidisse aliquam huiusmodi indulgentiarum gratiam de calculis benedictis autenticam, cui fidem adhiberi iubet Papa. Ideo verisimile esse arbitror, quod dum indulgentiæ concessæ pro recitatione in benedictis à patre sancto calculis ex suo originali à vulgaribus in idioma Hispanum transferuntur, neque attenditur integra originalis forma, sed multa, quæ pertinent ad conditiones, sub quibus Papa illas gratias concedit, saltem si non ex malitia, ex imperitia transferentium truncantur, & refecantur, ablato omni ordine & dependentia subsequentiū respectu antecedentium: ex quibus intelligentia privilegij, vel rescripti secundum Hilarium sumenda est. Secundo dico, quod si originalia vera & integra horum calculorum benedictorum inspiciantur non est credendum Papam ob solam recitationem Aue maria vnus in calculo benedicto à se concessisse, cuiuscunque animæ liberationem à purgatorio: sed huic deuotioni: scilicet, recitandi in calculis benedictis ab vniuersali vicario Christi, quæ nostris temporibus maxime pendenda est à Christicolis, quippe quæ maxime nunc grata est Christo, vbi nostri tēporis hæretici Lutherani has benedictiones, & consecrationes factas à Papa irridēt, potestatem eius abnegātes, solitus est Papa superaddere alia obsequia præstada, scilicet, recitationes rosariorū in honorē Dominæ nostræ Dei matris Mariæ, insuper & adiūgens, siue iniungens recitantibus in illis calculis, ut orationes suas dirigant ad impetrandum à Deo pacem, & tranquillitatem pro ecclesia sancta eius. At quidem omnes isti tres respectus, scilicet, ostendere deuotionem ad auctoritatem apostolicam, vnde benedictiones horum calculorum dimanant, & in eis deinde recitando rosaria exhibere obsequium Deiparæ matri, item ibi etiam ecclesiam Dei recommendare proportionem causæ videntur habere ad indulgentias,

tas, quas in suis originalibus literis Papa concedit. Quo circa sic non apparet manifestus error, si recitantibus rosaria, ut habetur in more præsertim in calculis benedictis ter in septimana, gratia liberationis animæ à pœna purgatorij aliquando concedatur. Insuper & hæc reuerentia debetur tanto Pontifici, ut si non apparet manifestus error indulgentijs super recitatione calculorum, non sit detrahendum, sed suscipiendæ sint deuote, atque reuerenter.

Ex prædictis etiam liquet, quod etiam si constaret euidenter causam, pro qua conferuntur indulgentiæ, non esse proportionabilem ad eas assequendas, non propterea inficiandum est esse alicuius valoris. Nam licet indulgentia, vbi causa non est legitima, non tantum valeat, quantum sonat, tamen nihil obstat, quin valeat secundum proportionem causæ. Ut si causa, pro qua datur indulgentia, vnus anni, nō habet proportionem ad tantam indulgentiam vnus anni, saltem indulgentia valebit pro ratione quadraginta dierum.

Clam ad argumenta, quibus solet probari, ad indulgentias conferendas non requiri causam, respondentes dicimus. Ad. 1. quod illud proverbium commune, indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, non probat, quod non requiratur ad earum collationem causa. Quia istud axioma commune, scilicet, quod tantum valent, quantum sonant, intelligitur non absolute, sed si causa legitima adsit.

Ad secundum, quo arguitur, quod potestas conferendi indulgentias, non alligata est sacramento ac per consequens, quod libere & sine causa per eam valide possint indulgentiæ concedi, Respondetur, quod licet prædicta potestas non sit alligata sacramento, quia largitio indulgentiarū sit, sine sacramento, nihilominus hæc potestas non est tam libera, quin sit causæ subdita, quæ in bonum commune referatur. Ad tertium, quo arguitur quod si causa aliqua requireretur, cum illa interdum sit temporalis, ut largitio pecuniæ pro fabrica ecclesiæ, aut pontis structio, sequeretur, quod simonia committeretur, Respondetur, quod pecunia, quæ à suscipientibus indulgentiæ erogatur, non habet rationē pretij, quasi sit indulgentiarū emptio, sed est elemosyna data in subsidium operis ordinati ad bonum commune spirituale. Nam, etsi prædicta structio potis appareat esse finis tēporalis, ad quem ordinatur largitio elemosynæ pecuniariæ, quæ fit pro indulgentia obtinenda: tamen satis est, quod sit bonum publicum illius congregationis fidelis, in qua verus cultus religionis Deo vero exhibetur. Vnde hic non interuenit simonia, sicut

Instr. conf. Pars. 2.

neque in largitione stipendij, quod datur in sustentationē sacerdoti pro dicenda missa. Tamen cauendum est ab omni specie mala iniquæ extorsionis, ut hæreticis occasio auferatur aduersus sanctas indulgentias blasphemandi. Iam ad argumenta alia ex prædictis solutio patet.

Deinde secundo quæritur. Vtrum indulgentiæ illis etiam valeant, qui sunt in peccato mortali. Videtur autē illis etiā suffragari posse Papā per indulgentias: Quia huiusmodi peccatores magis indigent his spiritualibus remedijs, vnde illis magis hæc misericordia est impendenda. Itē, quia is, qui est constitutus in gratia potest de cōgruo peccatori mereri bonū motū conuersionis in Deum, sicut Stephanus dicitur memisse Paulō: ergo cū indulgentiæ sint ex meritis Christi, & sanctorū, sequitur, quod peccatoribus applicatæ eis remediū erunt ad salutē animæ. Sed in contrariū est, quod peccatores sunt veluti mēbra mortua, quæ nullū influxū participant à capite, neque ab alijs mēbris viuis: ergo neque isti peccatores mortui in peccatis vllā huiusmodi remissionem pœnarum possunt participare à Christo Domino, atque eius sanctis.

Igitur: quia quæstio hæc duplicē implicat difficultatem, primā, scilicet, vtrum, ad suscipiendas indulgentias, requiratur gratia. Et secundam vtrum præter gratiam requiratur aliquid aliud: ideo illa distinctio Caietani in quæstione illa de suscipientibus indulg. post tertiam partē, utpote quæ ad vtramq; extricandā difficultatē magnā lucem affert præmittenda est, scilicet, quod indulgentiarum tenores possunt dupliciter exprimi. Quādoq; enim tenor indulgentiæ nihil aliud sonat, quā quod qui hanc susceperit bullam eo ipso talē, aut talē indulgentiam consequatur, nempe, virtute elemosynæ, quæ erogatur dum bullam sumit. Et in hoc quidē casu idem est tempus suscipiendi indulgentiā, & tēpus percipiendi fructū indulgentiarū, quæ in ista forma conceduntur in assumpta bulla. Aliquando verō sub alio tenore & forma solet exprimi indulgentiarū concessio, nempe sic, ut qui talē susceperit bullam visitando postea talia altaria, vel dicendo tales orationes, vel largiendo talē elemosynā, istas, vel illas consequatur indulgentias. Et in hoc casu aliud est tēpus suscipiendi indulgentiā, & aliud est tēpus percipiendi fructū eius. His præmissis statuitur prima propositio: Adeo gratia est necessaria ad percipiendū fructū indulgentiarū, ut certissimū sit, quod gratia carētib; quales sunt actualiter existētes in peccato mortali, nihil indulgentiæ profunt, est hæc propositio D. Thomæ & communis contra Mayronem. Patet primo, Quia applicatio thesauri non fit per solam auctoritatem conferentis.

Hh 2 tis,



ris, sed requiritur in genere dispositionis opus sci-  
fipientis. Si ergo opus peccatoris, quia factum  
est extra charitatem & gratiam non est gratum  
Deo, quia iuxta illud D. Pauli. 1. ad Corin-  
thios. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ar-  
deam, charitatem autem non habuero, nihil mi-  
hi prodest, parui momenti est, imo nullius valo-  
ris ad promerendam gloriam, vel ad poenarum  
satisfactionem esse dicitur, sequitur, quod pro  
tali opere tanquam ingrato sibi Deus non di-  
gnatur ratam habere talem indulgentiam. Item  
secundo probatur ex forma antiqua ecclesie,  
qua utebatur in conferendis indulgentijs: Quo-  
niam non nisi vere contritis, & confessis confe-  
rebantur. At forma noua licet addiderit, vel ha-  
bentibus propositum in hoc proposito, quod  
includit contritio comprehenditur, ut iam per  
contritionem sint constituti in gratia.

¶ Præterea tertio probatur: quia Christus  
Dominus & sancti, qui autores fuerunt thesau-  
ri indulgentiarum, eius intentionis non fuerunt,  
ut opera satisfactoria sua efficaciter applica-  
rentur, nisi pro membris viuus corporis Christi,  
Quales sunt illi, qui iam per gratiam habentes  
remissas iam mortales culpas idonei sunt, ut  
per indulgentias illis remittatur peccatorum  
pœna. Ergo contra propositum Christi, & san-  
ctorum thesaurus ecclesie membris mortuis  
expertibus gratiæ efficaciter applicari non po-  
test. Deinde quarto patet: Quia dum vnus satis-  
facit pro alio necesse est ambos esse in gratia:  
quoniam satisfactio est actus iustitiæ, & iusti-  
tiæ nulla est ratio inter nos & Deum, nisi quæ in  
eius gratia & acceptatione fundatur. Ergo cū in-  
dulgentiarum fructus sit sicut fructus satisfac-  
tionis Christi, & sanctorum, fit sane, ut exis-  
tenti in mortali crimine applicari non valeat.  
Neque obstat argumentum hoc, quo impeditur  
dicta propositio, dum sic arguitur, quod qui est  
in gratia potest de congruo mereri existenti in  
mortali culpa bonum motum conversionis in  
Deum: ergo multo magis poterit pro illo satis-  
facere. Quod si hoc iste constitutus in gratia po-  
test facere: ergo merita sanctorum existentibus  
extra gratiam poterunt applicari, Respondetur,  
quod propter hoc argumentum, ut refert  
D. Thomas, quidam affirmarunt indulgentias  
applicari posse existentibus in culpa mortali,  
non quidem per modum satisfactionis, sed per  
modum meriti de congruo. Et tamen istorum  
sententia hinc liquido apparet falsa esse: quo-  
niam opera Christi & sanctorum per indulgen-  
tias non applicantur in ratione meriti, sed so-  
lum in ratione satisfactionis. Non enim sancti in  
ratione meriti de congruo reuertunt opera sua

A ad merendum huic, vel illi peccatori in particu-  
lari, conversionis motum: sicut suam orationem  
retulit D. Stephanus ad conversionem Pauli: &  
sicut qui sic merentur de congruo conversionem  
alijs, ad hoc referunt suarum orationum & actio-  
num meritum in particulari. Unde etsi vera  
esset illa opinio Scoti, quæ tamen veritate ca-  
ret, quod existens in mortali posset satisfacere  
pro pœna peccati alias remissi: tamen ex illa  
non sequeretur (ut infert Mayrones, quæst. 19.  
quæst. 2.) etiam si sic esse admitteretur quod  
thesaurus Christi possit applicari peccatori.  
Quia sancti carere intentione applicandi, nisi  
his, qui ad gratiam Christi essent admisi. Nam  
non sunt Margaritæ proijciendæ ante porcos.

B ¶ Iam affinis prædictæ conclusioni subsequi-  
tur quæstio, an requiratur, quod homo sit in gra-  
tia, dum bullam suscipit contribuendo duos ar-  
genteos, vel obligando se ad eos soluendos, ut  
postea fructus indulgentiæ iubilæi, dum confite-  
tur confessori, vel implet quod bulla dicitur, esse  
faciendū pro alijs indulgentijs ibi concessis lu-  
crandis, possit reportare: vel an satis sit, quod tē-  
pore consecutionis fructus indulgentiarum bul-  
la sit in gratia. Igitur quia qui bene distinguit  
bene soluit quæstiones, quæ laborant æquioca-  
tione, præmittendam esse duximus hic hæc di-  
stinctionem. Inter ea ergo, quæ continentur in bul-  
lis cruciatæ, quædam habent propriam rationem  
indulgentiarum: qualia sunt illa, quæ spectant  
ad remissionem poenarum, quæ in purgatorio  
debentur: & alia continentur ibi, quæ indulgentiæ  
non sunt, sed mera privilegia esse censentur, ut  
licentia eligendi confessorem, qui absoluat à re-  
seruatis, & licentia vescendi ouis & lacticijs in  
diebus prohibitis.

C ¶ Sit igitur secunda suo ordine propositio:  
Licet ad potiendum prædictis privilegijs postea  
non necesse sit, quod sumens bullam sumat eam in-  
gratia: tamen quod quoad indulgentias postea  
lucrandas non sit necesse sumere bullam in gratia  
non est tã certū, licet id probabilitate non careat.  
D Hæc propositio patet quoad primam partem: quia  
illa sunt mera privilegia, quæ quibuscunque cō-  
cedi possunt, scilicet, tam iustis, quam peccatori-  
bus. Signanter autem in secunda parte huius pro-  
positionis diximus non esse id tã certum, quoad  
indulgentias: quia, ut inquit Sotus, fortasse est  
vera opinio Caietani sentientis, quod si bulla susci-  
piatur in mortali, postea nihil prodest quoad in-  
dulgentiam plenariam, & quoad alias indul-  
gentias, licet prodesset sic suscipienti quoad  
absolutionem à reseruat, quod est privilegium.  
Sed probatur quoad tertiam partem, scilicet,  
quod probabilitate non careat, quod etiam ad indul-  
gen-

gentias postea lucrandas non sit necesse suscipere  
bullam in gratia. Patet primò, quia bulla non  
dicitur, quod per ipsam solam pretij solutionem  
præuiã, quæ fit dum sumitur bulla, indulgentia  
conferatur. Nam si hoc exprimeret proculdu-  
bio tunc gratia exigeretur. Sed solum ait, quod  
tunc eam lucrabitur quando hoc, vel illud fece-  
rit. Tum secundo patet: Quia si Papa euntibus  
ad bellum contra Turcas sic concederet indul-  
gentiam plenariam, ut si post in die ascensionis  
tempore profectionis ad bellum confiterentur  
illam lucrarentur, profecto etsi tempore huius  
præuiæ concessio essent in mortali si repo-  
nerentur postea per confessionem in gratia,  
illam lucrarentur: sed ad istam formam concedit  
Papa sumentibus bullam, quod si post confi-  
teantur indulgentiam plenariam lucrarentur: ergo  
satis est si tempore lucrandi hæc indulgentiam  
sumens bullam in mortali per confessio-  
nem reponatur in gratia. Præterea tertio patet:  
Quia ille, qui est in peccato mortali potest sumere  
bullam, pro alio, qui est in gratia, etiam con-  
tra Adrianum, si illam non sumat, ut procurator  
alterius, sed sua sponte illam sumat pro amico  
ille, qui est in peccato mortali proderit amico  
existenti in gratia, si fecerit amicus quod bulla  
præcipit: quoniam hoc non est nisi donare pecu-  
niam alteri pro sumptione bullæ: ergo idem erit  
si existens in mortali eam bullam sumat pro se:  
quoniam tunc proderunt illi indulgentiæ si tem-  
pore assequendi fructus earum reponatur in gra-  
tia. Secus est, si existens in mortali culpa sume-  
ret bullam pro defunctis, verbi gratia, quæ præ-  
cipit, ut ad indulgentiam ibi concessam pro  
defuncto lucranda daret elemosynam, vel  
oraret: Quia tunc si ista faceret in mortali exis-  
tens indulgentiam pro defuncto non lucraretur.  
Sicut neque si pro se sumens bullam hæc præ-  
cipientem fieri, illa in peccato mortali faceret in-  
dulgentiam pro se lucraretur.

D Ex prædictis corollarie sequitur, quod pro-  
babiliter dici potest, si iubilæi concessio die do-  
minica prædicatur, ubi conceditur indulgentia  
plenaria cunctis, qui proxima hebdomada ora-  
uerint, ieiunauerint, elemosynas erogauerint,  
& tandem dominica sequenti communionem  
repperint licet quis feria. 4. & feria. 5. & feria.  
6. in peccato mortali prædicta, scilicet, oratio-  
nes, & ieiunia & elemosynæ opus expleuerit,  
sit tandem die dominica confessus in gratia susci-  
piat sacramentum sufficit, ut indulgentiam con-  
sequatur. Sed merito hoc subreptus Soto cō-  
mittit Doctiorum censura. Quoniam etsi hoc  
pie credi possit: quia beneficium principis lar-  
ge & non stricte est interpretandum: tamen

Instruct. consc. Pars. 2.

A cum Papa omnia illa opera cum confessione, &  
communione simul tanquam causam propor-  
tionabilem ad tantam indulgentiam, quanta est  
plenaria exigat, videtur quod sola communio,  
& confessio, quæ potius videntur esse dispositio-  
ne ad lucrandum iubileum, quam opera præsti-  
ta in obsequium boni communis ecclesie non  
sint perse sola sumpta causa proportionabilis:  
sed quod causa ista proportionabilis in hoc ca-  
su integretur ex prædictis præuijs operibus si-  
mul cum confessione, & communione. Ac pro-  
inde cum magna pars causæ proportionabilis,  
quia impleta est extra charitatem, fuerit, ut  
opus mortuum, fit sane, ut coram Deo tan-  
quam nihil esse reputetur in ordine ad lucranda  
indulgentiam plenariam. Nisi dixerimus  
confessionem & communionem solam factam  
in gratia esse sufficientem causam & propor-  
tionabilem ad iubileum. Quod tamen non  
ostendit Papa: sed oppositum indicat usus ec-  
clesie, qui magnæ autoritatis est in hoc, sicut &  
in reliquis casibus, qui præter communionem  
& confessionem ieiunia & orationes, & ele-  
mosynas indicit: taliter, ut qui aliquid horum  
præstare non potest, non possit pro parte arbitrio  
sed arbitrio confessoris in aliud commutare.  
Ergo non est secura assertio Soti dicentis,  
satis esse communicare in gratia, etsi omnes  
alias condiciones impleuerit in peccato mor-  
tali. Non tamen volo in hac parte tam rigidus  
esse censor, ut si aliquid modicum, puta, vnam  
solam orationem, vel solam vnam ieiunium  
vnius diei illorum trium expleuerit extra gra-  
tiam, quod ideo à fructu iubilæi integro defraudetur,  
iudicem: quia quod parum est etiam  
in defectu, quasi pro nihilo reputatur. Sed sen-  
tentiam prædictam Soti, sicut volumus omnino  
reprobare, sic neque ut certam & omnino secura  
audemus affirmare.

¶ Porro hic etiam & quæstio hæc statim  
obuiat. Vtrum ad perceptionem fructus indul-  
gentiæ satis sit hominem esse in gratia, an  
vero ut Caietanus ait in quæstione illa adie-  
cta post tertiam partem præter gratiam requi-  
ratur in potituro indulgentia sollicitudo, &  
cura per se satisfaciendi pro poenis peccato-  
rum suorum. Videtur autem, quod in illo  
hæc etiam cura exigatur. Respondetur ergo,  
quod quicumque in gratia existens fecerit quod  
indulgentiarum forma pro eis lucrandis facien-  
dū esse prædicat, ipsas consequitur, etiam si ne-  
gligens, & vacors in acceptandis dignis poeniten-  
tijs eisque adimplendis fuerit, contra Caietani  
qui Altifiodorensis opinioni adhæsit, cui etiam  
prius consenserat Paludanus. Probatur primo:

Hh 3 Quia

Quia indulgentiarum usus ideo inualefcere cepit, quia iam homines tepelcentes non tam seduli circa poenitentias graues adimplendas erant ideo ecclesia hominibus indigna poenitentia adimplerone deficientibus suppetias ferre studet, vt pia mater manus adiutrices illis per indulgentiarum concessione tribuendo: Secundo patet: quia autore D. Thoma concurrentibus autoritate conferentis, & charitate suscipientis, & pia causa sufficienti, tantum valent indulgentia quantum sonantur: quia cum auctori- tas Papae indulgentias has conferentis nihil aliud exigit, quam ieiunare, & orare, vel elemosynam erogare, vel ecclesiam aliquam visitare, pro vt ipse praescribit dicere, quod requiritur aliquid, scilicet, cura acceptandi & exequendi poenitentias, est dicere Papam nobis causam deceptiois praestare. Tertio patet: Quia indulgentia confertur veluti in remunerationem obsequij praestiti in bonum commune ecclesiae: sed oratio, vel elemosyna illius, qui alias fuit negligentis circa poenitentiam, tantum confert ad utilitatem boni communis ecclesiae, sicut confert elemosyna alterius diligentis: ergo nulla ratio prohibet, quod indulgentia sibi concessa non potiat. Quarto potissima ratione fundamentali probatur: Quoniam cum omnis existens in gratia sit membrum Christi, ac proinde capax cuiuscunque influxus ex passione Christi dimanantis, sequitur, quod cum per indulgentiam ille influxus deriuetur non est cur omnis gratiae particeps effectus illum non possit participare sine alio obstaculo. Neque obstat contra hoc argumentum, quod sic arguit Caietanus, scilicet, quod sicut indignus est subuentione amici sui ad soluendum debitum proprium quis eum per se illud soluere potest, sic indignus est communicatione satisfactionis sanctorum & Christi Domini sibi faciendae, qui cum possit per se satisfacere, id facere renuit. Quia responderetur negligendo antecedens. Quoniam propterea quod amicus meus fuerit negligens in suis negotijs, non propter hoc fit omnino indignus, vt ego ei subueniam. Quoniam & intra amicitiae verae leges & hoc continetur, scilicet, quod amicus amicus defectus suppleat etiam spiritalia. Atque sic etiam sola gratia, quae amicos Dei constituit eos dignos facit, vt subuentionum spiritalia ecclesiae participes fieri mereantur. Secundo responderetur, quod amicus Dei eo ipso quod indulgentiam suscipiendo facit, aut soluit quod indulgentia praescribit, iam per hoc videtur purgare aliquomodo praeteritam circa hoc negligentiam: quoniam iam adhibet diligentiam ad remissionem suorum debitorum.

A **C**eterum, quia diximus constitutum in gratia lucrari indulgentias, si faciat quod pro eis obtinendis sibi praecipitur, alias non, circa hoc nos aliquis sic redarguere potest, scilicet, quod apud Deum, vbi possibilis est bene operandi alicui non suppetit voluntas, pro facto reputatur. Et per consequens videretur, quod apud Deum debiles, qui nequeunt per se praestare opera ieiuniorum, peregrinationum, vel elemosynarum, quae indulgentia inducit, nihilominus eam indulgentiam lucrabuntur: quia non sunt isti defraudandi participatione thesauri communis, qui in reliquos distribuitur. Ad hanc ergo redargutionem responderetur, quod illud axioma scilicet, apud Deum voluntas pro facto reputatur, est vera respectu praemij essentialis gratiae, & gloriae. At vero remissio poenitentiae, quae per indulgentiam fit ad praemium accidentale pertinet, ad quod assequendum voluntas non reputatur pro facto. Vnde sicut ille, qui in hac vita voluit per se satisfacere pro poena suorum peccatorum, sed tamen ob debilitatem, vel paupertatem, vel occupationem aliorum negotiorum in hac vita non satisfecit, licet in purgatorio satisfactionem quam hic superstes non fecit sic etiam, quia indulgentiam sub praedictis conditionibus conceduntur & non aliter, qui eas conditiones de facto non impleuerit etiam per implicitam praepeditus, eis non poterit: non tamen merito suae bonae voluntatis defraudabitur, sed pro eo apud Deum praemium reportabit.

**I**nsuper & de indulgentijs pro defunctis non erit ab re & hic meminisse, scilicet, an indulgentiae hic pro defunctis concessae eis prodesse possint. Et ratio id inquirendi est: Tum primo, quia indulgentiae conferuntur per claves: At defuncti clavibus ecclesiae non sunt iam subiecti. Tum secundo quia non apparet de hoc lex: sicut neque, quod via impetrationis, vel via meriti de congruo possint viui mortuis suffragari, est res, quae fundatur in lege certa. Sicut neque etiam fundatur in lege certa, quod viuis impetret per suam orationem pro viuo: aut quod mereatur de congruo pro viuo. Tum tertio: quia cum defuncti sint extra viam, neque sint in statu merendi, aut satisfaciendi, sed solum sunt in statu satis patiendi in carcere detrusi, non videtur lex certa, vt Deus acceptet satisfactiones, quae pro illis in hac vita fiunt: & per consequens, neque quod illis profint indulgentiae: Sed in contrarium est visus ecclesiae, applicandi suffragia, & indulgentias defunctis, & autoritas D. Gregorij, vt refertur canone animae i 3. quae 2. Vbi ait, quod animae defunctorum quatuor modis soluantur, aut oblationibus sacer-

dotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.

**I**gitur pro decisione quaestionis dicimus primo, quod suffragia viuorum profunt existentibus in purgatorio: quia opera viuis possunt valere alteri ad satisfaciendum, si ambo sint vniti in charitate. Ergo etiam cum defunctus in purgatorio sit vnitus cum viuis in charitate, eadem participantibus, sequitur, quod suffragia horum viuorum pro eis oblata possint eis prodesse ad solutionem pro poena (vt docet D. Thomas in addition. quae 701 art. 6.) Et licet haec suffragia viuorum pro vno defuncto facta alijs defunctis existentibus in purgatorio profint, secundum quandam anteriorem consolationem qua de bonis alterius & eius poenae diminutione delectantur ratione charitatis, qua bona fiunt bonis communia: sed tamen ratione intentionis magis ei, pro quo ex intentione fiunt profunt, imo ei sic solum valent ad satisfactionem. Vnde ad dimissionem poenae praecise valet suffragium ei, pro quo ex intentione fit. Et sic inquit D. Thomas eadem quae 12. concordantur opiniones diuersorum Doctorum. Sed haesitari hic solet, vtum satisfactiones istae viuorum applicatae defunctis valeant defunctis de condigno, hoc est de iustitia & lege certa. Sicut viuis de lege certa existens in gratia per opera bona satisfacit pro se, & etiam pro alio existenti in gratia, si opera sua satisfactoria illi applicet: an ita sit de lege certa, quod Deus satisfactionem acceptat, si viuis pro defuncto satisfaciatur. Ad hoc responderetur secundo cum Soto, quod licet de hac quaestione nihil, vt omnino certum, diffinire possimus: tamen pie magis credimus in hac parte, quod talia suffragia viuorum de condigno defunctis profint. Nam hoc sic persuadet cura offerendi suffragia quotidiana pro defunctis, quae habetur inter fideles, quos ad id excitat ille sacrae scripturae locus primo Machabaeor. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, & caetera. Item & hoc confirmat ratio D. Thomae, scilicet, quod cum existentes in purgatorio eadem nobis sint charitate coniuncti, ratio istius charitatis, & amicitiae ex postulat, quod eodem modo satisfactio amicorum profint defunctis, sicut prodest & viuis. Neque obstat, quod defuncti sint extra viam, cum charitas, quae viuos cum defunctis coniungit, quae ista suffragia comunicat inter viuos, etiam inter viuos & defunctos existentes in purgatorio perseveret. Sed iam ad punctum quaestionis propositae accedentes, dicimus tertio, quod ecclesia militans concedere nequit indulgentias defunctis per modum

A **ad**solutionis, sed solum per modum suffragij, & solutionis. Patet quoad primum: Quia absolutio indulgentiarum, quae virtute clauium impenditur viuis, est actus iurisdictionis, qui solum exercetur in subditos. At defuncti cum iam extra viam sint non sunt ecclesiae subditi, vt ab ea per absolutionem indulgentiarum absolui possint. Secunda pars probatur: Quoniam tripliciter viui possunt suffragari defunctis existentibus in purgatorio. Primo via impetrationis per orationem pro illis fusam. Secundo modo per modum meriti de congruo, non quo possit viuis defuncto mereri augmentum gratiae, sed quo possit viuis suo bono opere praestito in gratia mereri, vt Deus liberet animam a purgatorio. Et hi duo modi non fundantur in lege certa: vt sit infallibile semper, quod animae istis duobus modis liberentur. Atqui autore Caietano quae 5. opuscul. 21. quae 1. neutro istorum modorum indulgentiae valent defunctis: quoniam indulgentia neque oratio est, neque meritum. Tertio autem modo suffragantur viui defunctis per viam satisfactionis, per sua bona opera soluendo pro illis. Igitur isto tertio modo, scilicet, per viam satisfactionis suffragantur indulgentiae defunctis, dum per illas illis applicatur thesaurus ecclesiae per modum solutionis. Sed canon Gregorij in contra allegatus reducit ad praedictos tres modos. Sed an indulgentiae de condigno id est, eadem infallibili certitudine, qua profunt viuis, profint & defunctis, restat dicendum. Pro quo dicimus quarto, quod verisimilius est, & magis pius est in fauorem animarum, affirmatiuam sententiam tenere. Nam haec ratio pia eam persuadet, scilicet, quod parem auctoritatem Deus ecclesiae tribuisse videtur ad applicandum thesaurum per modum suffragij defunctis, & per modum absolutionis viuis, sicut & sacrificia offerre pro viuis & defunctis. Vnde infallibiliter profunt indulgentiae concessae pro animabus purgatorij, si causa, pro qua eis dantur a viuis, qui pro eis eas impetrant impleta fuerit in gratia, siue ipsi defuncti magnam deuotionem habuerint ad claves ecclesiae, dum viuerent per quas indulgentiae conceduntur, siue non magnam habuerint. Contra commentitiam opinionem Caietani in quaestione illa. 5. dicentis, quod qui non multum deuotos se exhibuerunt circa indulgentias ecclesiae, dum viuerent, eas non merentur assequi iam mortui. Quoniam, si, vt probatum est, viui, quia in gratia sunt constituti indulgentiarum capaces sunt omnes, quae ratione defunctos, qui etiam in gratia sunt, imo in ea confirmati omnes, tanquam incapaces secludemus a

participatione fructus indulgentiæ, quæ illis impenditur? Tum secundo: Quia cum animæ purgatorij Christi membra viva sint, influxus sanguinis eius, qui per indulgentiam dispensantur; capaces sunt, item, prædicti defuncti, quia amicitia Christi nobiscum confederati sunt, indigni non sunt nostris suffragijs. Quocirca nulla ratio est, ob quam indulgentiæ ecclesiæ sint eis subtrahendæ. Neque obstat ratio Caeterani, scilicet, quod quia aliquæ fuere animæ, quæ carere speciali deuotione erga clauces concedentes indulgentias, illas assequi non merentur. Quia respondetur, quod postquam animæ istæ potestatem clauis ad absoluendum dum superstites erant in hac vita, suspexerunt, & coluerunt, se sacramentis subiiciendo, sufficientem deuotionem habuisse ad clauces ecclesiæ censendæ sunt, quatenus ope clauium in concessione indulgentiarum facta eis mereantur adiuuari.

¶ Ad argumenta in contra posita ex prædictis elicita solutio: Quia concedimus, quod talibus animabus per modum absolutionis, quia ecclesiæ militanti iam non subiiciuntur: indulgentiæ suffragari non possunt. Bene tamen per modum solutionis pretij pro poenis earum. Ad secundum iam concludentes respondimus, quod quia indulgentiæ non per viam impetrationis, vel meriti de congruo applicantur defunctis, sed per viam satisfactionis: ideo huius sententiæ magis pia Soto adherentes sumus, quod de condigno & infallibili certitudine indulgentiæ legitime eis applicatæ illis prosint. Et ad tertium respondetur, quod licet sint extra viam, quia tamen istæ animæ sunt vnitæ ecclesiæ per charitatem, quæ amicorum bona facit communia, ideo dignæ sunt, quibus indulgentiæ communicentur.

¶ Nam etiam ad argumenta posita in fronte præcipuæ quæstionis contententia probare, quod indulgentiæ sint conferendæ peccatoribus, respondentes ad primum, quo allegabatur, magis indigentibus magis esse subueniendum, dicimus, quod licet peccator sit indulgentiarum indigentior: sed tamen incapax est ad earum fructum participandum.

¶ Ad secundum respondetur, quod quia indulgentiæ applicantur non per modum meriti, aut impetrationis, sed per modum satisfactionis: ideo, licet possit homo mereri alteri primam gratiam de congruo, & Christus de condigno: tamen satisfacere pro illo, qui est in peccato, nemo potest, quia est incapax talis satisfactionis.

A ¶ Deinde tertio quæritur, Vtrum solus Papa & reliqui prælati possint indulgentias conferre. Videtur autem, quod etiam parochus possit indulgentias dispensare, siquidem in sua parochia est suorum parochianorum thesaurus meritorum, ex quibus possit impertire alijs satisfactiones remissionis peccatorum, quas competit presbyteris facere, sicut & peccata remittere. Item e contra videtur, quod conferre indulgentias soli Papæ competat: quoniam ipse solus, qui vniuersalis ecclesiæ princeps est, & gubernator, thesaurum meritorum Christi & sanctorum qui toti ecclesiæ communis est videtur esse dispensator, & non episcopus. Non enim dispensatio thesauri vniuersalis ecclesiæ pertinet, nisi ad eius vniuersalem curam gerentem. In contrarium est, quod ad dispensandas indulgentias requiritur potestas iurisdictionis, quæ in solis prælatis residet. Respondetur autem ad quæstionem primò, quod solus summus Pontifex, & Concilium, & reliqui episcopi potestatem habent conferendi indulgentias. Quod primo patet ex capitul. quod autem. & capitul. cum ex eo, de poenitentia & remissione. & capitul. accedentibus, de excess. prælat. Patet etiam: Nam tripliciter stat vnum pro alio posse satisfacere, scilicet, applicando suam satisfactionem in singulari, puta, singulari indiuiduo, scilicet, Petro, aut in speciali ex intentione satisfaciendo pro sua parochia, aut pro sua domo. Et hoc non est indulgentias conferre. Tum, quia merita personæ satisfaciens non dicuntur thesaurus. Tum, quia sunt finita & deficientia, & non certa. Tertio modo satisfacit aliquis in generali, vt dum quis sua opera ad bonum commune ecclesiæ dirigit. Nam tunc ista opera, licet infolidum quatenus ad meritum eorum sibi soli referuntur, iuxta illud D. Pauli, vnus quisque recipiet secundum proprium laborem: tamen quantum ad satisfactionem solum ex his operibus sibi referuntur, quod sibi necessarium est ad propriam satisfactionem, nisi id etiam volens à se tollere alteri per intentionem applicet specialiter. Quod autem ex operibus ea in gratia operantibus fit reliquum, Christi & sanctorum thesauro accedit, qui generalis thesaurus ecclesiæ est, & indeficiens. Vnde concluditur, quod conferre indulgentias, nihil aliud sit, quam hunc dispensare thesaurum. Sicut ergo dispensatio bonorum reipublicæ ad eius principem & gubernatorem attinet: ita dispensatio thesauri communis totius ecclesiæ principi vniuersali ecclesiæ, id est, Papæ competit, & secunda

rio

rio episcopis, qui veri spōsi sunt suarū ecclesiarū in cuius signum dū ordinantur, annulo insigniuntur. Quos ideo papa fratres appellat: & qui quoniam præficiuntur diocæsis per quas distribuitur ecclesiæ Dei subiecta papæ propriè prælati & gubernatores dicuntur, quippe qui suarum diocesium, quæ singulæ imaginem vnus politia habent, gubernatores sunt in foro exteriori, habentes iurisdictionem etiam spiritualem ad dispensandum thesaurum. Qua quidem iurisdictione parochiales presbyteri ideo carent, quia parochia non habet istam imaginem vnus politia. Vnde parochijs præfecti propriè prælati non sunt. Non enim in foro exteriori aliquam iurisdictionem exercent: sed tantum in administrandis sacramentis, & in pascendo spiritualiter populum auxiliares Episcoporum sunt. Quod indicat Episcopus dum ordinans presbyteros sic ait: Quanto fragiliores sumus, tanto magis his auxilijs indigemus. Ergo non curatis, sed prælatis ecclesiæ competit dispensatio thesauri, id est, potestas inde conferendi indulgentias. Secundo patet. Quoniam cum indulgentiarum collatio sit vera absolutio à poenis peccatorum in foro exteriori, extra sacramentum impensa: ita vt nullus eam possit conferre, nisi subditis: sequitur, hanc iurisdictionem non parochialibus sacerdotibus competere, sed in solis episcopis inueniri.

¶ Secundo dicitur, quod episcopi iure diuino potestatem habent conferendi indulgentias: quam tamen presbyteri parochiales nullo modo habent. Patet. Nam episcopi iure diuino succedunt Apostolis tanquam prælati & gubernatores in suis diocæsis, iure diuino in eis habentes iurisdictionem in foro exteriori: ergo per eam iure diuino competit posse conferre indulgentias. Secunda verò pars huius nostri secundi asserti probatur. Quoniam licet parochi, quatenus ad eorum sacerdotium attinet, iure diuino instituti sint sacerdotes: tamen forte non est de iure diuino, sed solum de iure ecclesiastico, quod sacerdotes præficiantur parochijs tanquam animarum curati: sed hoc forte instituit ecclesiæ. Si autem dicamus, id quod verisimilius est, id scilicet, à iure diuino habuisse ortum: tamen ad animarum curam, quam ipsi subeunt ista iurdictio exterior ad conferendas indulgentias nentiquam suis proprijs functionibus est necessaria. Neque obstat dicere, quod facultas remittendi peccata, quæ collata est Apostolis Ioannis vigesimo. eodem modo presbyteris videtur esse collata ad remittendum etiam peccata quo ad poenam extra sacra-

A mentum, quod est conferre indulgentias. Quia respondetur, quod non eodem modo potestas illa data Ioannis vigesimo. collata est presbyteris, quo collata est Apostolis, & quo eorum successoribus Episcopis, est concedita. Quia presbyteris collata est potestas remittendi peccata, non quomodocunque, sed alligata sacramentis: ita, vt absque illis peccatorum poenas remittere non valeant, quia non est concessum eis per talem potestatem iurisdictionem in foro exteriori exercere. Quoniam ad exercitium huius exterioris iurisdictionis maior scientia & prudentia simul coniuncta cum experientia exigitur, quam in tanta copia sacerdotum in singulis solita est inueniri. Vnde parochiales non ideo indulgentias concedere non possunt, quia per ecclesiæ eas concedere sunt prohibiti: sed quia de se talixarent facultate. Neque obstat argumentum hoc, quo quis etiam arguere posset contra primam nostri dicti partem sic. Sequeretur, si episcopis conuenit iure diuino potestas conferendi indulgentias, quod hæc eorum potestas non possit per papam limitari: neque enim inferior limitare potest potestatem traditam alicui à superiori. Quia respondetur primo, quod licet Christus Dominus contulit hæc potestatem Episcopis tamen dedit eam papæ suo vicario subiectam, sicut etiam alias fori exterioris iurisdictiones, ita, vt ex causa eas papa possit limitare: imo per papam in alios prælatos ecclesiæ voluit eas deriuari (vt supra probatum est.) Secundo respondetur, quod thesaurus vnus episcopatus, non est tam locuples, vt inde indulgentiæ in tanta amplitudine fieri possint. Quocirca merito si interueniat in hac parte abusus, sedes apostolica moderamen eis apponit. Vt patet in prædict. capitul. cum ex eo, vbi præcipitur episcopis, ne in dedicatione ecclesiæ ampliores indulgentias, quam vnus anni concedant, neque in anniuersario dedicationes ampliores, quam quadraginta dierum largiantur. Atque authore Diuo Thoma contra glossam in illo dicto capitul. si episcopi excedant istam sic præfixam taxam, non solum culpæ rei erunt, sed etiam ille excessus non sortietur valoris effectum, sicut decernitur capitulo. indulgentiæ. de poenitentia & remissione. libro sexto.

¶ Ex prædictis corollarie sequitur ad conferendas indulgentias, characterem sacerdotalem nõ esse necessarium. Vnde subinde inferitur, quod (sicut supradictum est) electus & confirmatus in episcopum, antequam ordinetur, potest eas largiri. Sed an capitulum cathedralis ecclesiæ sede vacante possit indulgentias conferre, meri

Hh 5 toquis



to quis hic dubitabit. Nam hic dissentiunt aliqui moderni doctores, Sotus scilicet, in quarto sententiarum, distinctione vigesima, quaestione prima, articulo quarto. & Bartholomaeus Fumus in sua summa Armilla, verbo, capitulum. §. octavo. Ibi enim iste tenet contra Sotum, Capitulum cathedralis ecclesiae sede vacante, posse conferre indulgentias illas, quas capitulum, cum ex eo, de poenitentia & remissione, permittitur posse largiri episcopo. Idque probat, quia cum iura dicant capitulum succedere episcopo in iurisdictione, & non distinguant inter voluntariam & contentiosam, sequitur, quod cum conferre indulgentias ad iurisdictionem pertineat, ut communiter tenetur, & Dicitur Thomas tradit in quarto distinctione vigesima, quod Capitulum id possit. Sed his nihilominus non obstantibus, opinio contraria Soti videtur verisimilior, scilicet, quod Capitulum sede vacante non pollet hac auctoritate: quia haec auctoritas est potestas episcopalis pertinet ad dignitatem episcopalem. Sicut neque etiam Capitulum tunc succedit in potestate alienandi bona ecclesiae episcopalis, quae servando servari possunt, argument. in capitulum primo de rebus ecclesiae non alienand. libro sexto. Quia potestas alienandi concedita est à iure dignitati episcopali: sicut etiam indulgentias largiri in dicto capite limitatas. Sicut neque etiam Capitulum sede vacante succedit episcopo in privilegijs indultis dignitati episcopali: quia privilegium non excedit personam capituli. sanè de privilegijs. Non tamen contra hoc obstat dicere, quod si Concilium generale, quod est veluti quoddam Capitulum vniuersale totius reipublicae Christianae habet auctoritatem conferendi indulgentias, quod etiam eam habet Capitulum ecclesiae cathedralis, sede vacante. Quia respondetur, quod cum Concilium generale sit congregatio legitima Episcoporum christiani orbis sub suo vniuersali capite, id est, papa iure diuino habet plenam iurisdictionem, ut indulgentias concedere possit. Capitulum vero cathedralis ecclesiae iurisdictionem habet limitatam secundum limitationem ecclesiae: quae Capitulum, sicut neque alienandi bona ecclesiae episcopalis sede vacante potestatem concedit: ita neque auctoritatem dispensandi indulgentias, ex thesauro ecclesiae ei auctoritatem impertit.

¶ De Abbatibus etiam ex praedictis patet, quod quoniam praelati simpliciter non sunt, ideo ratione propriae dignitatis ad eos concedere indulgentias non attinet, nisi eis haec facultas committatur, ut capit. accedentibus. de excess. praelati. stabilitur. Caeterum licet glossa ibi ex con-

uetudine Abbates, hanc auctoritatem posse obtinere affirmet, ob illam particulam contentam in textu, scilicet. Vel aliam legitimam causam: tamen Sotus hanc sententiam glossae, tanquam non habentem firmum fundamentum in textu respuit, dicens, quod mera consuetudo hoc ius eis tribuere non sufficit. Sed potest esse, inquit, signum antiqui privilegij. Et ideo, licet non compareat, valebit tanquam iudicium legis. Sed certe dicimus, quod licet inter utramque sententiam glossae, & Soti quaestio sit, veluti de nomine: quia tam glossa, quam Sotus concedit, quod stante consuetudine hac in Abbatia, Abbas indulgentias conferre possit: tamen cum consuetudo solita sit dare iurisdictionem praesertim non in capaci illius capituli, cum contingat de foro competenti, & §. quaest. 3. cano. conquestus. & capitulum dilecti de arbitrijs. & C. de emancipat. l. prima. & vltima. & ff. de officio ordin. l. irrefragabili. & argument. in Concilio Tridentino, Sessione vigesima secunda, capitulum vigesimo tertio. & Abbas non sit incapax huius iurisdictionis, cum dicatur gerere in sua Abbatia, quasi potestatem episcopalem: sequitur, quod per consuetudinem legitimam possit praescribere iurisdictionem largiendi indulgentias: maxime, si talis consuetudo fuit seita, & approbata per papam, sicut ex ea potest consecrari ecclesias, vel altaria: quia haec non sunt tam stricti iuris episcopalis, ut per papam non possint etiam sacerdoti committi.

¶ Praeterea de praelatis religionum explicandum venit, an indulgentias aliquas concedere possint. Respondetur autem contra Vviticellum, tanquam commentitium irridentem applicationem suffragiorum, quam faciunt praelati religionum, quod licet praelati religionum, praelatorum nomine appellentur respectu suae congregationis: tamen quia non censentur esse ecclesiae praelati, licet excommunicare possint sibi subditos: ideo indulgentias largiri nequeunt, absoluendo à poenis peccatorum extra sacramentum. Tamen potestatem habent applicandi sacrificia & oblationes subditorum per viam suffragij his, quibus applicare libuerit. Patet, quia subditi ad exemplar Christi Domini, qui tulit dolores nostros, possunt dolores aliorum portare pro eorum poenis satisfaciendo: ergo praelatus eorum, in cuius manu voluntas eorum est, poterit eorum satisfactiones benefactoribus impertiri: sicut & eis praecipere potest, ut pro tali, aut tali persona sacrificium, & orationem offerant. Quam formam suffragandi benefactoribus in religionibus antiquam esse demonstrat Valdensis, tomo tertio, de sacramentalibus.

libus, titulum. Vbi refert historiam Iuonis Carnotensis episcopi antiquissimi, & Anselmi, & aliorum patrum, qui literas concedebant, per quas suorum subditorum suffragia benefactoribus, quorum temporalia secundum Diuum Paulum mererentur, in remunerationem spiritualem gratuitam impertiebant. Ex praedictis autem colligere licet, huiusmodi suffragiorum applicationem non solum de congruo, sed etiam de condigno valere, quatenus attinet ad rationem satisfactionis: quia per illa fit solutio poenae pro his pro quibus applicantur, ac si vnus pro alio satisfaceret, qui de condigno satisfacere censeatur, iuxta illud Diui Pauli ad Colossenses. i. Gaudeo in passionibus meis pro vobis.

¶ Porro non erit praeter propositum hic assignare differentiam, quam forte scire cupiet lector, si qua est inter collationem indulgentiarum, & illorum suffragiorum, siue orationes sint, siue ieiunia, siue vigiliae sancti, aut alij plures pij labores, applicationem, quorum meritum certum est remanere poenas ea facientes, & quod ad satisfactionem alijs ea applicari. Respondetur ergo dupliciter distare suffragiorum applicationem ab indulgentiarum concessione. Quonia primo, indulgentia est absolutio poenae debita, mediante clauis ecclesiae impensa, in qua applicatur passio Christi contenta in thesauro ecclesiae, fitque subinde ex thesauro ecclesiae simul cum absolutione solutio. At vero suffragia ista applicata benefactoribus per praelatos religionum, nullam absolutionem, aut relaxationem continent, sed meram solutionem, & satisfactionem praelati per ea fieri concedunt. Quae quidem solutio, & satisfactio non per applicationem passionis Christi fit: ac per consequens, neque fit per clauis ecclesiae vsum, sed solum labores suae congregationis sibi subditi praedicti praelati applicant. Ex quo discrimine, quasi corollarium sequitur, & aliud secundum, scilicet, quod suffragia haec, quae conceduntur à praelatis religionum, non conceduntur ex aliquo thesauro suorum religionum ad hanc finem reposito: quia nequit praelatus religionum thesaurizare sic in communi sibi, sicut neque persona priuata potest satisfactiones suas in thesauro particulari sibi reponere. Quocirca, dum praelatus ait, se benefactores ad beneficia ordinis recipere intelligitur ad ea, quae ex inde subsequutura sunt. Non enim suffragia praeterita, quae antequam fierent, non applicauit, iam applicare poterit: cum iam in quantum superfluum subditis in thesauro communi ecclesiae sint reposita, cuius distributores iam sunt papa, & episcopi. Ex quo sequitur, quod neque praelatus religionum potest ho-

die sacrificia heri aut pridie à subditis oblata, cuiquam applicare. Quocirca vsu receptum est, apud religiosos, sacrificia antequam fiant, vel dum celebrantur applicare, & non post. At vero indulgentiae ex praedictis Christi, & sanctorum meritis repositis in communi thesauro ecclesiae iam praeteritis conferuntur per papam, aut episcopos.

¶ Sed ex praedictis statim pulsatur animus, & dubium istud. Nunquid possit praelatus subditorum orationes, labores, & sacrificia, quibus subditi indigent, alijs impertire. Videtur autem id non licere, neque valide fieri. Quoniam in thesauro communi ecclesiae non recondantur, nisi illa, quae facienti supersunt: ergo neque praelatus religionum alijs impendere suffragia subditorum potest, nisi quatenus illis supersunt. Nam charitas bene ordinata ab ipso homine: charitatis opus exercente incipere debet. Unde videtur iniuria irrogari subditis, si opera charitatis sua, quibus ad suam satisfactionem propria indigent, illis subtrahantur, & quasi suis laboribus necessarijs pro salute animae propriae spoliarentur. Nam subditi hi possunt dicere alijs indigentibus, quibus vult ea suffragia applicare praelatus, id, quod dixerunt prudentes virginum prudentibus postulantibus ab eis oleum: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis: Ite potius aduendentes, & emite vobis. His nihilominus non obstantibus, primo dicimus, quod nusquam praelatorum intentio est, defraudare subditos suis laboribus, neque quoad meritum: quia eos tali merito proprio licet locupletissimum sit spoliare non potest suus proprius praelatus: sed neque quoad satisfactionem inde illis prouenientem, si ea tota indigent: sed de eis superfluis intendunt benefactoribus contribuere. Secundo dicitur, quod non est opinio omni desinita probabilitate, quod praelatus in aliquo raro euentu vrgentis necessitatis & causae, possit opera, quibus subditi indigent, alicui egregio benefactori ordinis applicare. Tum primo, quia, si ipse subditus ex propria charitate inductus potest sua propria satisfactione ex opere, quod intendit facere, obuentura, se priuare, & alteri applicare, etiam si ea indigeat: ergo cur inficiandum est ad praecipuum praelati ex causa legitima non tene ri istam applicationem facere: maxime cum pro iactura satisfactionis suae, qua indigebat fructu meriti obedientiae reportet? Tum etiam maxime: quia in hoc casu subdito suum meritum essentiale remunerandum apud Deum manet. Tum secundo, quia praelatus potest subdito aliquod opus supererogationis iubere, per se alicui applicandum: quod quidem subditus, licet eo indigeret,

geret, citra præceptum non erat paratus facere, A neque nisi iussus faceret.

¶ Ad argumenta verò in principio quæstionis obiecta respondentes, ad primum dicimus, quòd licet in parochia sit partialis thesaurus, tamen, quia parochus non est propriè prælatus, nõ potest illum distribuere: quia non habet potestatem remittendi peccata, etiam quoad poenas, nisi alligatam sacramentis: sed ille cumulus accedit cumulo thesauri episcopatus, vel ecclesiæ totius. ¶ Ad secundum argumentum, respondetur, solum probare, in papa residere plenariam potestatem totius thesauri ecclesiæ, ad concedendas indulgentias plenarias, etiam in vniuersum christianum orbem. Nihilominus tamen, B quia reliqui episcopi gubernatores sunt politicæ congregationis, scilicet, ciuitatum & diocesis: ideo ibi possunt eandem facultatem concedendi indulgentias erga subditos exercere. Neque obstat tertium argumentum, quòd hic posset obijci, scilicet, quòd maius videtur esse indulgentias conferre, quàm percipere: ergo si episcopus existens in peccato mortali fructu indulgentiarum priuatur: ergo multo magis, si existat in peccato mortali, potestate eas largiendi priuatur. Quoniam respondetur, quòd est differentia inter indulgentias dare & earum fructum percipere: Quia conferre indulgentias pertinet ad iurisdictionem, quæ per peccatum mortale non amittitur: & quia prælatus per hanc iurisdictionem non ex merito proprio, sed ex merito Christi confert indulgentias alijs. Vnde non obstat malitia sua ad frustrandum earum valorem, & fructum in alijs bene dispositis. Vnde non sequitur, quòd ipsemet prælatus in mortali existens possit earum fructu gaudere. Quia licet, plus sit indulgentias conferre, quatenus attinet ad potestatem: sed maius est earum fructu gaudere, quatenus attinet ad animæ utilitatem. Atque ideo plus exigitur ad fructum ex indulgentijs capiendum: quia exigitur charitas, & gratia ex parte suscipientis.

¶ Præterea epilogantes. ea quæ de indulgentijs copiose dicta sunt hæcenus, dicimus primo breuiter circa illam quæstionem. Vtrum per indulgentiam aliquid possit remitti de poena satisfactoria, quòd quia indulgentiæ fiunt ex meritis Christi, & ex meritis supererogationis sanctorum, ideo valent, quantum ad forum ecclesiæ, & quantum ad iudicium Dei ad remissionem poenæ remanentis, post dimissam culpam per confessionem, siue sit de poenitentis iniunctis concessio earum, siue de iniungendis. Et hoc propter vnitatem corporis mystici iuxta illud ad Colossen. 1. Adimpleo ea, quæ desunt passio-

nis Christi. Et quia opera Christi & sanctorum sunt communia toti ecclesiæ, ideo papa, qui multitudini ecclesiæ præest potest illa dispensare. ¶ Circa vero illam quæstionem, vbi quæsitum est, vtrum indulgentiæ tantum valeant, sicut sonant, dicitur secundò, quòd reuera tantum vt sonant valent, dum ex parte dantis sit auctoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas, honorem & ecclesiæ utilitatem comprehendens. Neque in hoc fit magnum forum de misericordia Dei, ita vt derogetur iustitiæ Dei contra alios: quia Christi & sanctorum poenæ hic alijs computantur.

¶ Item, circa illam quæstionem, qua quæritur, B Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia dicitur tertio, quòd pro temporali subsidio ad spiritualia ordinato indulgentias conferre licet: nõ autem pro temporali subsidio simpliciter.

¶ Circa verò potentes facere indulgentias, dum quæritur, quinam hi sint, respondetur primò, quòd præter papam, in quo potestas plena & vniuersalis indulgentias concedendi residet, id etiam secundum formam præfixam ab ecclesiâ competit episcopis, qui præsunt congregationi politicæ: quoniam propriæ prælati sunt ecclesiæ, in cuius signum annulum gerunt: ideo indulgentias facere possunt. Eas tamen abbatibus facere non competit, nisi ex commissione papæ: aut episcoporum. Idemque dicendum est de Curatis: non enim hi sunt prælati simpliciter, sed quasi coadiutores episcoporum, atque ideo indulgentias conferre non possunt. Diaconi vero indulgentias concedere possunt, si iurisdictionem ad hoc habeant commissam, vt delegati, vel si habeant iurisdictionem ordinariam, vt Diaconi electi, & confirmati in episcopos, antequàm sacerdotio initiarentur. Quia conferre indulgentias ad iurisdictionem pertinet, etiam si tales Diaconi in foro poenitentiæ absoluere nequeant. Vnde, quia conferre indulgentias ad iurisdictionem pertinet, & iurisdictionem non amittitur per peccatum mortale: ideo prælatus, etiam si sit in peccato mortali, indulgentias validas conferre potest. Non tamen ex hoc sequitur, quòd indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali: quoniam nulli potest remitti poena non remissa prius culpa mortali. Nam indulgentiæ non propter merendam gratiam dantur, aut dispensantur ab ecclesiâ, sed quando prælatus alicuius congregationis religiosæ, vel prælatus ecclesiæ, ait in hac forma: Facio te participem meritorum, seu suffragiorum meæ religiosæ congregationis, vel meæ ecclesiæ, valere possunt ex intentione sic applican-

tium

tium prælatorum ad mercedem de congruo pro existentibus in peccato mortali. Aliter autem non solent dari indulgentiæ, nisi contritis, vel simul confessis. Item indulgentiæ quoque religiosi possunt valere, si seruent normam præceptam pro indulgentijs consequendis: quoniam non sunt peioris conditionis, quam alij sæculares, quibus conceduntur.

¶ Sed vtrum indulgentiæ valeant eas facientibus ob aliquas rationes, dubitari solet. Primo: Quia conferre indulgentias pertinet ad iurisdictionem: sed neque papa, neque alius prælatus potest exercere iurisdictionem erga se: ergo neque sibi ipsis conferre indulgentias valët. Tum secundo. Quia indulgentia pertinet ad remissionem peccatorum, & conceditur per modum absolutionis: & tamen nemo potest sibi peccata remittere, neque seipsum à peccatis absoluere. Propter hæc argumenta, quæ sunt Durandi 20. quæstione quinta. Caietanus in opuscul. ad Iulium Medic. capit. quinto. concedit, quòd cum prælatus confert indulgentias, non fit illarum particeps. Nihilominus tamen Diuus Thomas, vt in additionibus ad eius tertiam partem continetur, contrariam sententiam tenet, dicens, quod licet prælatus non possit sibi ipsi soli facere indulgentiam, quia non habet causam, vt se ad actum prouocet, qui in honorem Dei, & in utilitatem ecclesiæ Dei vergat, quia prælato hæc cura propagandi honorem Dei & utilitatem ecclesiæ est commissa: tamen vt potest indulgentiam, quam pro alijs facit, quia alijs subest causa faciendi. Diuus Thomæ accedit Palud. Patet autem contra Durand. & Caiet. Primo. Quia princeps distribuens bona communia potest inde suam portionem suscipere: ergo & prælatus distribuens alijs bona communia indulgentiarum, potest inde sibi suam partem capere. Tum secundo. Quia dum fert legem omnibus generalem, puta, ieiunij, vel festi seruandi, eadem lege ipse tenetur, licet non vi coactiua, bene tamen vi directiua, iuxta illud: Patere legem, quam ipse tuleris: ergo eadem ratione in fauorabilibus, si confert indulgentias, fit earum particeps. Nam etiã D ratio dicitur, vt qui sentit onus, sentiat etiam & commodum. Item Tertio patet: Quia, si papa confert lege communi visitantibus talem ecclesiam, vel erogantibus talem elemosynam indulgentias, indignum esset prælatum & potissimùm caput ecclesiæ à tanto beneficio excludere, eo quòd caput ecclesiæ est. Quarto, Quia si dispensat cum omnibus populis in aliquo ieiunio, potest ipse papa eadem dispensatione gaudere: ergo paritate dispensans indulgentias communes, potest & ipse eadem dispensatione gau-

A dere. Ad argumenta in contra respondetur: quod iurisdictionem per modum vis coactiua non potest quis in se exercere, sicut nemo prælatorum se potest excommunicare, neque etiam in sacramento poenitentiae: quia absolutio illa est actus personalis vnius in alterum, vbi poenitens subijcere se debet sacerdoti, cui parere tenetur. Tamen, quia indulgentiæ conferuntur extra sacramentum, nihil obstat quominus eas conferens, tanquam pars communitatis, eodem beneficio potiarur.

¶ Præterea circa illam quæstionem. Vtrum ei, qui non facit id, pro quo indulgentia datur, valeat indulgentia, vel ei possit indulgentia dari, respondet Diuus Thomas negatiue: quoniam non existente conditione non consequitur aliquis id, quod ei sub conditione datur: ergo cum indulgentia detur sub hac conditione, quòd aliquis aliquid faciat, vel det, sequitur, quòd si illud non impleat indulgentiam non consequatur. Neque obstat, vt supra dictum est, quòd aliquis potest esse impotens ad faciendum quod sibi præcipitur ad lucrandum indulgentiam, & paratus esse toto animo ad illud implendum, si posset: ergo cum voluntas apud Deum pro facto reputetur, apud Deum lucrabitur indulgentiam. Quia respondetur, quòd voluntas apud Deum pro facto reputatur quoad premium essentiale: sed non quoad accidentalium aliqua præmia: sicut est dimissio poenæ, vel aliquid huiusmodi. ¶ Circa prædictam doctrinam, quæ est Diui Thomæ notandum est primo, quod literæ cõfraternitatum, quæ conceduntur à generalibus ordinibus, licet non dentur per modum indulgentiæ: tamen, quia generales & prælati ordinum eas non solent concedere, nisi benefactoribus: ideo, nisi qui eas literas recipiunt, se & affectu prouident, beneficos & bene affectos se exhibent erga ordinem, cuius generales literas confraternitatis accipiunt, communicatis in eis suffragijs, non gaudebunt: quia hic etiam locum habet ratio Diui Thomæ, scilicet, quia deficit conditionis impletio. Secundo est aduertendum, quòd licet iuxta prædictam doctrinam Diui Thomæ non lucratur indulgentiam is, qui prætermittit aliquid de his, quæ pro ea consequenda mandantur impleri: tamen si modicum aliquid de prædictis ex iusto impedimento omittat, non ideo à fructu prædictæ indulgentiæ defraudatur: quia paruus defectus, & citra culpam accidens, quasi pro nihilo reputatur. Vnde quando quis ex inculpabili obliuione oblitus est ieiunare, aut orare aliquo trium dierum, quibus pro consequenda indulgentia plenaria iubileus mandatur ieiunare, & orare: nihilominus indulgentiã plenã

plenariā, seu iubilii fructum cōsequetur. Quia, si reliqua omnia impleuerit simul confitendo, & eucharistiam die Dominico sequenti sumendo, causam proportionabilem iubilii lucrando nō defuisse, tunc existimandum est: quia extante papa, alias inculpabilem in modica omisione fructu iubilii defraudare non intendit. Cæterum maior difficultas in hac parte vrget. Vtrum, qui cætera iniuncta pro consequenda indulgentia iubilii in tribus præcedentibus diebus septimanæ impleuit: orauit enim in illis diebus, ieiunauitque & eleemosynam largitus est: tamen non est confessus, aut subinde non communionem recepit in die Dominico, prout tenor iubilii disponebat: tamen sine culpa sua in utroque sacramento confessionis, & communionis percipiendæ defecit, quia non fuit confessor, qui illum vel let audire, aut posset præ inuititudine poenitentium tunc concurrentium ad confessiones, aut si confessor cœpit illius confessionem audire, & non potuit usque ad finem audire: vnde neque absoluerit, quia fuit aliter præoccupatus, an iste talis in hoc casu lucrabitur iubilium. Frater Manuel Rodriguez Minorita in expositione bullæ Cruciatæ piè arbitrat hunc fructu iubilii non defraudari. In cuius piæ opinionis gratiam allegare possumus caput. imputari. de regulis iuris. in sexto. Vbi dicitur, quod imputari non debet ei, per quem non stat, si nō faciat quod per eum erat faciendum. Ergo neque huic imputandus est defectus confessionis, & communionis, quo minus lucratur iubilium. Nihilominus tamen et si pia videatur prædicta sententia, duabus de causis illam tanquam incertam relinquimus. Primo. Quoniam menti Diui Thomæ dissona esse videtur. Is enim in additio. ad. 3. partem, quæ post eius mortem ex eius septentario collectæ sunt, & additæ, ait, quod non potenti operari pro indulgentijs consequendis, voluntas pro facto non reputatur apud Deum quoad præmiū accidentale, cuiusmodi est indulgentia: ergo neque isti non potenti confiteri aut communicare voluntas communicandi, aut confitendi reputabitur pro facto in ordine ad consequutionem fructus iubilii. Tum secundo. Quia dum omittitur confessio, & communio, licet citra culpam, non modica pars conditionis & causæ lucrandi iubilium omittitur: quia ista duo sunt potissimæ, & fortassis sine illis duobus reliquarū conditionum adimpletio non est causa sufficiens, aut proportionabilis ad tam grandem indulgentiam, qualis est indulgentia plenaria iubilii, siue confessione & communionem. Nam cōfessio particularis, quæ conceditur in bulla Cruciatæ facit in gratiam nostræ opinionis: vbi concedi-

atur expressè, quod si durante anno sumptionis bullæ acciderit, eam sumentem repentinā mortem obire, vel propter absentiam confessoris, si ne confessione discedere ex hac vita, dum in exitu vitæ contritus inueniatur & dum etiam tempore statuto per ecclesiam fuerit confessus, &c. consequatur indulgentiam plenariam, quæ contritis & confessis in articulo mortis conceditur sumentibus bullam. Nā si papa id expressè non concessisset sine confessione morientem, quantumuis contritum lucrari illum iubilium non esset concedendum, cum alias ab alijs ad illum lucrandum exigatur confessio. Igitur ad argumentum in contra ex cap. imputari. de regul. iuris. Respondetur, quod imputari non debet ad damnum & culpam ei, per quem non stat, si non faciat quod per eum erat faciendū: tamē bene imputat ei quoad utilitatē, quæ gratis solita est cōcedi, vt illa nō potiat, neque potiri possit, quādo sub conditione fuit concessa, quam non adimpleuit, etiam si per impotentiam inculpabilem omiserit adimplere. Sic & in præsentī casu indulgentiarum accidit secundum Diuum Thomam.

¶ Deinde iam ex prædictis patet ad illud dubium, quo quæritur. Vtrum qui per obliuionē non adimpleuit rem minimam ex his, quæ mandantur impleri pro cōsequendo fructu iubilii: vt si in aliquo trium dierum non est recordatus orare: an si confessus est, maneat valide absolutus à reueruatis. Quoniam respondetur, quod quia, vt dictum est, qui illam solam orationem illius diei citra culpam ex naturali obliuione dimisit verè lucratur iubilium, quia quod parum est etiam in omisione, quasi pro nihilo reputatur ideo nihil vetat, vt in cōfessione, quam fecit pro lucrando iubilium, verè & validè maneat absolutus à reueruatis, quæ ibi est confessus. Imo, vt prædiximus, nihil prohibet, vt si aliquē casum reueruatum ibi confiteri fuerit oblitus, quo minus illum cuius confessario approbato & exposito possit confiteri, & ab illo percipere absolutio-

tionē: quia iam non mansit reueruatus. Sed quid, si in irrita confessione & inualida, quam quis ordinavit ad lucrandum iubilium, quæ irrita fuit, & inualida, quia sine vilo dolore fuit facta, aut sine absoluto proposito emendandi vitam: aut quia ex consulto tacuit ibi aliquod peccatum mortale poenitens ipse, an maneat absolutus à peccatis reueruatis, quæ ibi cōfessus est, & à quibus ibi est absolutus. Videtur autem, quod hi defectus non obsint, quoad absolutioem censurarū reueruatarum: quia ecclesia non se intromittit, neque iudicat de interioribus defectibus confessionis. Sed in contrarium est, quod ideo in cōfessione iubilii conceduntur casus reueruati, quo vali-

da &

da & pura integraque fiat confessio: ergo absolutio casuum reueruatorum in confessione sic inualida, & irrita impotentia, non videtur esse valida. His nihilominus non obstantibus, dicimus ad id dubij secundo, quod licet alias extra casum istum iubilii, quando quis confitetur peccata reueruata in confessione irrita & inualida, si ab eis fuit ibi absolutus, licet inualida iam illa peccata non maneat reueruata, si ea confessus est ab eis valenti absoluerit ex officio, vel confessione, ac proinde ab alio confessore exposito iam ab eis possit absolui, si ea ei iterum confiteatur: tamen in confessione irrita, quam quis fecit ad lucrandum iubilium, si confessus est aliqua peccata reueruata, videtur sanè, quod ab illis validè non sit absolutus, etiam si sint cœnturæ & per consequens adhuc reueruata videntur manere. Huic nostræ sententiæ accedit Frater Manuel Rodriguez Minorita in expositione bullæ Cruciatæ. Probat autem: Quoniam ad iubilium requiritur confessio valida cum confessionem exigit, quia non petit confessionem nullam: qualis est illa, quæ valida non est. Cum ergo absolutio à reueruatis tunc concedatur ratione confessionis validæ, quam exigit, sequitur plane, quod confessione extante facta tanta fictione, vt sit irrita, absolutio quoque à casibus reueruatis inibi facta irrita sit censenda, ac si non præcessisset. Item confirmatur: Quia reueruatio casuum non conceditur, vt ab illis possit absolui, nisi adhibenti media necessaria, & adimplenti conditiones necessarias ad consequendum fructum iubilii, sed prædictus sic fictè & simul inualidè confessus, non adhibet hæc media, vel conditiones necessarias ad prædictum finem, quia inter eas conditiones, vna & potissima est valida confessio: ergo per absolutioem inualidam, & super inualidam confessionem cadentem, peccata reueruata absoluta non manent, sed adhuc reueruata manent, postquam defuit ratio, ob quam absolutio casuum reueruatorum concedebatur. Ad argumentum vero in contra respondetur, quod licet ecclesia non iudicet de puris actibus interioribus, super illos exercendo iurisdictionem: bene tamen, vt ait Sotus, potest absoluta potestate reueruare sibi actus interiores peccatorū: quia hoc non est exercere iurisdictionem in mentales culpas: sed ad eas absoluendas eam negare, & non concedere: licet actus purè mentales malos nusquam ecclesia sic reueruat. Neque etiam ecclesia dicenda est iudicare de occultis, quando peccata reueruata per confessionem, & absolutioem inualidam ad lucrandum iubilium factam absolui posse non concedit.

¶ Porro deinde quæritur. Vtrum per indulgen-

tiam plenariam exigentem præuiam confessionem, dimittatur poena peccatorū, quæ ex obliuione confessæ non sunt. Ad hanc quæstionem Frater Manuel Rodriguez vbi supra, indistinctè tenet, quod non dimittatur in hoc casu poena peccatorum, quæ cum mortalia sint ex obliuione confessæ non sunt, licet per confessionem ex consequenti quoad culpam dimissa manent. Nihilominus distinctius & resolutius dicimus primo, quod quando aliqua indulgentia datur restrictè de iniunctis poenitentijs tantum his, qui confessi sua peccata fuerint, tum locum habere videtur Fratris Manuelis prædicta assertio: quia indulgentia hæc est de iniunctis poenitentijs tantum, & iniunctæ poenitentia non videntur extendi, nisi ad peccata cōfessa: quoniam iuxta eorum gravitatem taxatæ sunt & impositæ: ergo de primo ad vltimum indulgentia hæc non extenditur, nisi ad remittendas poenas peccatorū, quæ confessæ sunt & non oblita. Secundo dicitur cum Syluestro, quod si indulgentia aliqua datur de peccatis ore confessis, & aliqua ex obliuione non fuerit confessæ, tunc indulgentia non extenditur ad remittendas poenas debitas his in confessione oblitis. Ita Syluester verbo. indulgentia. quæst. 3. §. 10. videtur sentire. In cuius gratiam citat Archidiaconum, intelligentem hoc esse verum, quando prædicta peccata mortalia oblita non sunt confessæ specialiter, neque generaliter: quia quoad oblita sufficit confessio generalis. ¶ Tertio dicimus cum eodem Syluestro eodē titulo §. 27. Venialium poena dimittitur per indulgentiam petentem confessionem, etiam si prædicta venialia confessæ non fuerint: si tamen mortalia sunt confessæ, & dolor de venialibus adest. Qui si non adsit impeditur remissio poenarum pro venialibus debeat. Quia poena etiam veniali culpæ debita non remittitur culpa etiam remanente veniali in affectu: quia non est per contritionem virtualement, quæ est motus feruoris charitatis in Deum, saltē ablata. Sed quia quæri etiam potest, cum papa pro quinque Ave Maria dicenda concedit aliquam indulgentiam, an si ex negligentia vel impossibilitate omittatur vna sola Ave Maria quis consequatur illam indulgentiam, aut partem illius. Respondet Corduba in suo quæstionario. quæst. 24. quod quia indulgentia est stricti iuris, & ideo non plus valet, quam sonat, ille, qui amisit vnam Ave Maria ex illis quinque non lucrabitur illam indulgentiam, neque in toto neque in parte. Nihilominus tamē rigidam existimamus esse hæc opinionem. Ideo cum prædicto Fratre Manuele eam limitauimus supra, veram esse, quando ex culpa vnā Ave Maria ex illis quin-

que



que omiffisset. Quoniam alias, si non ex culpa, sed ex obliuione naturali, aut ex aliqua impossibilitate, quia obmutuit, illam solum omisit recitare (quoniam concessio indulgentiarum ad beneficium principis ecclesie pertinet, quod late est interpretandum) non ideo a tota indulgentia, si alia quatuor Ave Mariae, quas recitauit sine causa sufficiens, & proportionabilis defraudabitur. Vel certe secundum Sotum partem indulgentiae participabit iuxta causam adhibitam, id est, quatuor Ave Mariae sufficientiam. Sicut episcoporum indulgentiae, quando in eas concedendo excedunt sibi praefixam summam, etsi non valeant in toto primo quantum ad excessum, sed tamen valent secundum Syluest. quoad taxam, in qua iure eas concedere poterat, & non amplius. ¶ Deinde, quoniam obseruandam esse formam indulgentiae, sub qua datur diximus, & quia pro operibus pijs tanquam pro causa solet dispensari, dubitari merito potest, an opus pium, pro quo indulgentia datur ex aliqua circumstantia vel ex vano fine si contingat fieri veniale, tunc sufficiat ad consequendum fructum indulgentiae. Videtur autem id hunc fructum non impedire, sicut neque confessio facta ob vanam gloriam videtur impedire fructum gratiae, qui confertur per absolutionem. Igitur respondentes ad quaestionem dicimus primo cum Nauarro, quod si opus ipsum pium, pro quo conceditur indulgentia, sit veniale ex defectu alicuius sibi debita circumstantiae, aut finis: vt quia sit principaliter ob vanam gloriam: quia ob vanam gloriam visitat ecclesiam, vel orat ibi ad consequendam indulgentiam: certe licet sit in gratia, eam non consequitur: quoniam illud opus licet de genere suo sit pium: tamen in individuo exercitum peccatum veniale est: ac per consequens non est causa proportionalis, aut sufficiens ad aliquam indulgentiam consequendam. Secus est, si aliquod peccatum veniale comitetur ipsum opus pium, vt distinctum opus ab eo, quia tunc illum non vitiat, neque impedit, quominus sufficiens causa possit esse consequendi indulgentiam. Vt si quis, verbi gratia, dum sana mente causa lucrandi iubileum, visitat ecclesias, inter eas visitandas aliqua intermiscet colloquia vana, solum venialia. Secundo dicimus, quod multo minus lucraretur iubileum, qui opus alias visitandi ecclesias exequeretur ex fine mortali, scilicet, causa insidendi ibi & osculandi amicam. Sed maius dubium isthinc emergeit, scilicet, si opus pium, pro quo sic conceditur iubilei indulgentia, partim mortaliter sit malum, partim mortaliter sit bonum, vt quia prima & secunda vice visitauit ecclesiam gratia lucrandi iubileum, &

A causa alloquendi, & tangendi ibi lasciuie amicam: si tertia vice & postrema, scilicet, iam poenitentia ductus, & contritus & confessus pergit in Sabbatho ad visitandas ecclesias, & altaria gratia lucrandi in die Dominico sequenti communicando fructum iubilei, an illum consequetur, iam id dubium ad eam quaestionem nos reuocat, cuius supra meminimus, scilicet, complens opera pia in tribus diebus perficienda indicta pro fructu iubilei consequendo; si ea compleuit in peccato mortali, & iam tempore communionis, & fructus praedicti percipiendi per confessionem reponatur in gratia, an illum consequetur. Certe inficiari non possum Syluestrum verbo, indulgent. §. 20. in partem affirmatiuam inclinare, cum Archidiacono, quibus Sotus accedit. Quae quidem opinio fuit etiam Felini tractat. de indulg. contra Caiet. Rationes autem, quae huic affirmatiuae parti fauere videtur, sunt huiusmodi. Primo: Quia possibile est, & ex voluntate concedentis dependens, quod is, qui impleuit opera pia, pro quibus impenditur indulgentia plenaria iubilei in peccato mortali, si tempore consequendi eius fructum sit iam reuocatus ad gratiam illo fructu potatur: ergo pium est dicere, quod id sit verum. Confirmatur etiam hoc ex gloss. in Clem. vnica. de reliq. & ven. sanct. dicente, quod huiusmodi concessiones indulgentiarum non decet, neque expedit, amare interpretari. Item secundo probatur: Quoniam etiam verisimile est, quod papa concedens, virtualiter sic intendat, & sic exprimeret: si de hoc cogitaret. Quoniam verisimile est, quod intendat his, qui faciunt id, pro quo datur indulgentia eam valere omni modo, quo est possibile. Ex quibus concludit Syluester, quod nullus quantumcumque in mortali existens cessare debet ab indulgentia capienda, quia forte aliquando conteretur, & illam consequetur. His nihilominus non obstantibus, licet non sint exanimandi peccatores, qui praedicta opera praestiterunt iam in peccato mortali a consecutione fructus iubilei: si tempore participationis fructus se constituerint per contritionem & confessionem in gratia, ne desperati in deteriora labantur: tamen cum se praeparant ad illa opera orationum, elemosynarum, & ieiuniorum pro lucrando iubleo adimplenda, commonendi sunt, vt curent ea perficere in gratia: tenentes certum & dimittentes incertum. Secundo dicimus, ne opinionem affirmatiuam omnino explodamus, quasi amare intentionem pontificis, alias fauorabilem interpretantes, quod certe eam admittimus cum ea moderatione, & grano salis, vt vera sit & pia non simpliciter, sed in eo duntaxat casu, quo iudicio & arbitrio papae concedentis, vel arbitrio aliorum pru-

prudencium, & peritorum merito iudicandum sit illum lucraturum iubileum impleuisse aliqua opera de praedictis in gratia: quae sufficientia & proportionabilia iudicantur ad consequendam tantam indulgentiam, quanta est plenaria haec moderatio. Patet: Nam sufficientissime supra probauimus, quod & de communi sententia est omnium, scilicet, ad indulgentias, vt tantum valeant, quantum sonant, necessariam esse causam proportionabilem, & sufficientem, qualis impletio illorum operum in peccato mortali non est: quae proinde quasi mortua opera apud Deum, vt proportionabilis, & sufficiens causa pro qua detur indulgentia poenarum, non reputantur.

¶ Ex praedictis corollarie sequitur, quod multo magis quando illa opera sic exhibita propter extrinsecum finem oppositum fiunt mortalia, vel venialia omnia, taliter quod non relinquitur aliqua pars in individuo bona & facta in gratia, quae proportionem habeat ad iubilei indulgentiam plenariam, qui fecit ea indulgentiam plenariam in illo pleno gradu non consequetur. Et per haec supra dicta argumenta contraria Syluestri, quae solum fundantur in pietate, & possibilitate concedentis diluta manent. Quia respondemus primo, quod non est pium asserere, quod pro causis nullius momenti ad merendum & satisfaciendum apud Deum, Deus magnum faciat forum sui thesauri, quasi nihil sit estimandus. Secundo respondetur, quod possibilitas conferendi indulgentiam praesertim tam amplam, quanta est plenaria, non est absoluta, sed supposita causa sufficienti, & proportionabili. Neque ex hoc sequitur, quod peccatores, qui aliquid eorum operum in mortali implerunt, auertendi sunt ab spe lucrandi indulgentiam, si confiteantur & communicent & se reponant in gratia. Quia praeterquam, quod suae conuersionis meritum, quoad gloriam inde reportabunt, aliquam etiam portiunculam indulgentiae, licet non totam assequantur, sed solum iuxta proportionem partis causae, quam implerunt in gratia.

¶ Ex praedictis etiam sequitur in hoc amplectendo sententiam praedictae glossae, scilicet, quod (quia secundum ipsam huiusmodi concessiones indulgentiarum non sunt amare interpretandae, sed benigne) ideo satis est, quod qui gratia lucrandi indulgentiam visitat ecclesiam eam visitat intentione principali lucrandi indulgentiam, quam intentionem tenetur habere, simulque cum hoc, quod eam ecclesiam extrinsecus visitet si praesertim multitudine gentium ad eam confluentium & intus existentium ad eam ingredi non valet.

¶ Secundo etiam ex praedictis sequitur, quod

Instru. conf. Pars. 2.

A licet non sufficiat, quod intrans ecclesiam ad visitanda altaria causa lucrandi indulgentiam, mentaliter solum se moueat de vno altari ad aliud: quia requiritur, quod si possit de vno altari ad aliud motu locali, & corporaliter se moueat: tamen si praesertim multitudine populi ibi congregati totam replentis ecclesiam id facere non possit, satis erit mentaliter se tantum de vno altari ad aliud mouendo, sic ea visitare, ibi recitando. Ex quo etiam sequitur, quod Papa & Episcopi facientes indulgentias, easque alijs concedentes, quia non possunt ipsi interdum commode implere ea, quae alijs pro lucrandis indulgentijs iniungunt pia opera possunt secum dispensare in modo & conditione eam commutando in aliam, sicut possent facere cum alijs ex rationabili causa. Eadem quoque ratione, quia religiosi mendicantium non possunt commode peregrinari ad loca sancta, semper concessum est eis, quod indulgentias stationum vrbs consequantur recitantes quinquies orationem Dominicam, & salutationem angelicam illa die, & recitando psalmum, Miserere mei Deus. Quocirca etiam mutus, qui non potest aliter confiteri, quam nutibus, aut signis, si sic confiteatur fructum iubilei concessi contritis, & confitentibus, reportabit: quoniam ista confessio per nutus & signa sufficiens est pro illo, qui non potest aliter confiteri.

C ¶ Praeterea etsi de illa quaestione, scilicet, an per ieiunia ecclesiastica alias obligatoria ex praescepto ecclesiae possint impleri ieiunia indicta pro lucrando iubileum, iam supra meminimus in materia de ieiunio, sed tamen magis in generali, tanquam in suo loco hic oportet hanc quaestionem enodare, scilicet, an per opera pia alias ex aliqua obligatione voti aut praescepti ecclesiae debita, possit quis operibus similibus indictis lucraturis iubileum satisfacere, ita, vt per ea fructum iubilei consequi possit. Videtur autem, quod per opera alias debita iubleo satisfieri non possit. Nam primo auctore Bonauerura allegato a Syluestro, verbo, indulgentia. §. 18. pro remissione iniuriarum indulgentia dari non potest. Nam in hac datione debet attendi, quod sit merae voluntatis, & non necessitatis causa: cuiusmodi non est praedicta iniuriarum remissio. Ergo simile erit de alijs operibus alias obligatorijs, & necessarijs ex praescepto, vel voto, scilicet, quod pro eis non potest dari indulgentia. Tum etiam secundo: Quia secundum Sotum ieiunium iniunctum in poenitentia a confessore, nisi aliud explicuerit confessor, intelligitur fore ieiunium supererogationis, & non alias ex aliqua obligatione debitum. Ergo pari ratione ieiunia pro iubleo lucrando indicta, ieiunia de-

Ii bent

bent esse supererogationis, & non alias obligatoria, sicut obligatoria sunt ieiunia quatuor temporum, & quadragesimalia, aut ex voto promissa. Item tertio: sacerdos orationibus trium dierum, quæ præcipiuntur in iubilæis pro eis lucrands, si pro eis solum applicaret horas canonicas, quas solitus est recitare ex obligatione quotidiana, certe non satisfaceret: ergo neque aliquis satisfaceret ieiunijs iubilæi per ieiunia alias à se debita. Sed in contrarium esse videtur, quod si poenitens ex præcepto confessoris tenetur dare eleemosynam sibi iniunctam in poenitentiam si occurrat tunc aliquis ei in extrema necessitate, & largiatur illam eleemosynam alias illi pauperi extreme indigenti debitam de iure diuino satisfaciit per illam præcepto confessoris: ergo etiam per ieiunia alias debita, & per orationes alias obligatorias poterit iubilæo hæc indigentia opera satisfacere.

¶ Igitur pro decisione quæstionis, quæ difficultatem non modicam præferre videtur, quæ nobis verifimiliora videntur, dicemus à clarioribus incipientes. Dicitur ergo primò, quod lucraturus indulgentias indicentes aliquam orationem pro eis lucrands, si loco huius orationis applicet orationes, vel horas canonicas, quas ex præcepto ecclesiæ, vel ex voto à se emissio dicere tenebatur, non videtur per hoc satisfacere formæ iubilæi orationem imponentis. Ita frater Manuel Rodriguez in expositione bullæ cruciatæ. Et probatur: Quia duplici ratione oratio alias debita non videtur idonea esse ad satisfaciendum pro oratione iniuncta in iubilæo. Primo: Quia oratio alias debita, siue sit hora canonicæ, siue oratio ex voto, regulariter ad alium finem, siue ad alios distinctos etiam fines ex intentione ecclesiæ, vel recitantis est destinata. At vero iubilæus regulariter orationem specialem exigit specialiter & principaliter ad finem iubilæi relatam, scilicet, ad impetrandam pacem vniuersalis ecclesiæ, & concordiam inter principes Christianos, & victoriam contra hostes fidei. Tum secundo: Quia in iubilæis opera supererogationis videntur mandari, quando commode impleri possunt, vt contingit in recitandis orationibus. Quoniam nouum motiuum mouendi Deum, vt postulata pro bono communi ecclesiæ concedat, per orationes supererogationis nouas, & distinctas, & speciali & principali intentione ad hoc ad Deum directas Papa iubilæum concedens fidelibus præbere contendit. Secundo dicitur, quod si lucraturus iubilæum eleemosynas sibi indictas conferat pauperibus tunc sibi occurrentibus, & extreme egentibus, per eas satisfaciit formæ iubilæi. Patet: Quia licet tunc ex debito charitatis teneatur alias subuenire eis:

tamen de per accidens fuit, quod tunc extreme indigentes pauperes illi occurrerent, quibus illas eleemosynas erogaret. Id autem, quod est per accidens, non mutat naturas rerum. Tunc etiam: Quia illa eleemosyna ratione extreme necessitatis collata Deo, gratissima est: ergo nihil vetat, quominus ad finem iubilæi idonea sit & sufficiens. Sed quid dicemus de habentibus superflua ad statum, quæ tenentur largiri pauperibus, & non largiuntur, vtrum si ea superflua largiantur in eleemosynam pro iubilæo an illam lucraturus. Respondetur, quod licet ista superflua sint debita ex debito charitatis pro pauperibus, aut pro operibus pijs, tamen, quia non potest constare sæpe, aut sæpissime, quod illa bona sint superflua, aut quod non possint referuari in alias commoditates communes, siue temporales, siue spirituales: ideo Papa regularem legem ponit, vt qui dederit eleemosynam lucretur iubilæum, nihil curans, an detur de superfluo, aut de necessario. Nam lex siue ordinatio, quæ communiter imponitur secundum D. Thomam. 1. 2. quæst. 95. art. 3. manifesta debet esse, & possibilis, & vt secundum consuetudinem patriæ loco & tæpori congruat.

¶ Tertio dicimus, quod per eleemosynas alias debitas ex voto, si quis velit satisfacere pro eleemosynis indictis in iubilæo, videtur quod non satisfaciit formæ iubilæi. Quoniam per eleemosynas speciales cõiunctas specialibus orationibus, videtur ex intentione exigere Papa specialem finem concessions iubilæi obtinendum, & impetrandum à Deo, scilicet, pacem ecclesiæ. Nam orationes speciales, & eleemosynæ specialiter ex intentione eas facientis ad hoc directæ ad Deum cæteris paribus magis impetrant, quam in generalifacitæ. Quarto dicimus ad punctum quæstionis difficilius respondentes, quod probabilitate non caret, dum aliud non explicat Papa, quod si iubilæus exigens ieiunium trium dierum, scilicet, feriæ. 4. & feriæ. 6. & sabbati promulgetur in hebdomada quatuor temporum anni, vel in quadragesima etiam nihil super hoc determinate disponente Papa, scilicet, circa tempus promulgationis, certè tunc per illa ieiunia alias debita, & ex obligatione ecclesiæ obligatoria suppleuntur ieiunia iubilæi, dummodo tunc ieiunantes ad finem iubilæi, & ad eius fructum impetrandum ea ordinent. Hæc nostra quarta assertio probatur multipliciter. Primo, quoniam si iubilæus in hebdomada quatuor temporum, vel in quadragesimali tempore promulgetur de facto, licet forte eius promulgatores contra intentionem Papæ errassent illum in prædicto tempore promulgantes: tamen ex quo iam promulgatio sic facta est, non est cre-

est credendum Papam velle, si deus tanto fructu iubilæi defraudariac per consequens ea ieiunia illorum dierum alias obligatoria & debita, videtur quod intendat virtualiter acceptare: postquam post factam promulgationem in illo tempore alia ieiunia, nisi debita alias ex præcepto ecclesiæ non possunt pro lucrando iubilæo ieiunare.

¶ Tum secundo: Quia ista lex conditionalis de ieiunando in illis tribus diebus pro lucrando iubilæo omnibus volentibus illum lucrari imponitur. Ergo, quia lex conditionalis debet esse possibilis, sicut & alia leges, ita vt à maiori parte possit obseruari, vt insinuat D. Thomas. 1. 2. quæst. 96. art. 2. non est ab intentione Papæ alienum, quod iubilæus promulgetur in illo tempore, vbi populus christianus per ieiunia, quæ alias tunc tenentur seruare satisfaciit ieiunijs mandatis per formam iubilæi, ne populus grauetur, & obligetur ad extra ordinaria, & supererogatoria ieiunia, quæ forte maior pars populi nequibit implere. Quo circa à quibusdam fide dignis accepit in aliquibus diocesisibus causa alleuiandi populum, & non aggrauandi eum duplici onere ieiuniorum, & vt ad illum lucrandum animarentur omnes, ex consulto huiusmodi iubilæum referuatum fuisse, vt tempore quatuor temporum, aut quadragesimali propinquo promulgaretur, vt ab omnibus commodius lucriferet. Tum tertio, quia secundum glossam prædictam in Clem. vnica de reliq. & vener. san. & Syluestrum, verbo, indulgentia. §. 20. huiusmodi concessiones indulgentiarum non decet, neque expedit amare, sed benigne interpretari, qualiter eas interpretaretur eas concedens. Et certe videtur, quod sic expressisset Papa, si de hoc cogitaret, scilicet, quod tunc promulgaretur iubilæus in his temporibus proximis, scilicet, quadragesimali, vel. 4. temporum, si hæc tempora instarent, ne populus extraordinarijs ieiunijs grauetur. Quia verifimile est, quod Papa intendat, quod forma iubilæi impleatur eo commodiori modo, quo omnibus sit possibile, vt omnes ad illum lucrandum animentur. Tum quarto: Quia nihil vetat, quod ieiunijs ecclesiæ, quæ instituta sunt (vt in præfatione quadragesimali dicitur) vt vitia repriment, mentem eleuent, & per ea Deus virtutem largiatur, & præmia lucraturus gratiam, id est, fructum iubilæi, suppleat ieiunia per iubilæum in dicta, & eis satisfaciit, postquam etiam satisfactiua sunt pro peccatorum poenis. Et etiam talia obligatoria ieiunia præparant animam, eamque eleuant ad deuotam fundendam ad Deum orationem pro pace & bono communi militantis ecclesiæ: sicut, si essent ieiunia, non debita, sed supererogatoria. Tum: Quia eodem actu possimus implere duo præcepta secundum Caieta-

num, quando idem actus potest deservire ad finem vtriusque præcepti: ita quod non impeditur vtriusque finis assecutio: quia est idem finis. Ergo pari ratione in hoc casu, vbi per ieiunia debita potest anima præparari ad deuotè orandū pro intentione Papæ in illis tribus diebus. Tum quinto: Quia concessio iubilæi est beneficium principis quod sine causa verifimili, & rationabili (qualis hic non est) non est restringendum ad ieiunia supererogatoria tantum, propter prædictas rationes.

¶ Iam ex prædictis elicitur solutio ad tria argumenta obiecta in contra. Ad. 1. ergo, vbi obieciatur, quod pro remissione iniuriarum, quia de se est obligatoria quoad Deum, non potest conferri indulgentia: ergo neque pro alijs debitis obligatorijs, respondetur, quod non est eadem ratio de remissione iniuriarum, & de ieiunijs ecclesiæ alias obligatorijs. Quoniam remissio iniuriarum, quia præsupponit malum, id est, illationem iniuriarum, licet ipsa sit bona, non ita de se directè est ordinabilis ad bonum commune ecclesiæ, in cuius bonum vniuersale conferuntur indulgentiæ. At oratio, eleemosyna, & ieiunium, licet alias sint obligatoria, quia de se sunt opera bona per se, & nullo supposito malo culpæ ordinabilia sunt in honorem Dei & in bonum commune ecclesiæ eius: ideo licet alias sint obligatoria, si vult Papa, potest pro eis concedere indulgentias, dum ad finem indulgentiarum applicentur: sicut intendit concedere per ieiunia quadragesimalia, quando tunc promulgatur in quadragesima iubilæus.

¶ Ad secundum autem argumentum, quo arguitur, quod ieiunium iniunctum in poenitentiam, intelligitur fore ieiunium supererogationis: ergo eodem modo sunt intelligenda ieiunia iubilæi, respondetur, quod sicut concedit Sotus, quod confessor, si velit, potest indicare ieiunia ecclesiastica alias debita in poenitentiam, licet id facere non debeat ordinario modo, sed aliquando ex rationabili causa, sic etiam Papa potest pro ieiunijs quadragesimalibus, vel Quatuor temporum alias debitis ea ad finem indulgentiarum ordinando, concedere indulgentias, si velit. At vero, vt probatum est, virtualiter videtur hoc velle, quando iubilæus in his temporibus promulgatur, ea intentione, vt commodius & facilius ad illum lucrandum animeatur populus.

¶ Ad tertium verò respondetur, quod horas canonicas, vel orationes alias ex præcepto, vel voto aliquo debitas, Papa non acceptat pro orationibus suppleendis, quas in forma iubilæi pro iubilæo lucrando indicit. Quia cum orationes speciales debeant esse & breuiter: & faciliter

citra magnum laborem, in diebus illis tribus possint exolui, nulla ratio subest credēdi, quod Papa velit, aut rationabiliter debeat velle, quod per horas canonicas, vel alias ex voto debitas suppleantur orationes speciales in tenore iubilaei pro eo laerando iniunctae.

¶ Præterea notandum est, quod in confraternitatis Rosarij bulla multa priuilegia conceduntur confratribus rosarij in forma ibi expressa recitantibus rosarium: quibus non possunt gaudere, si illud non recitent: quoniam sub ea conditione illis illa priuilegia sunt concessa. Attamen qui negligentiores fuerunt in illud recitando, si post animo & proposito vero illud deinde recitandi inceperint recitare, iam ex tunc, quasi purgantes culpam præteritam, poterunt eisdem priuilegijs gaudere.

¶ Præterea notandum, quod licet Papa de iniunctis pœnitentijs indulgentias concedat, & etiam de non iniunctis, sed rationabiliter iniungendis, quando concessione ad iniunctas pœnitentias non restringit: tamen regulariter non soliti sunt concedere episcopi indulgentias, nisi de pœnitentijs iniunctis.

¶ Adde etiam secundo: quod licet opus proprium possit quis applicare per intentionem cuiusque voluerit: sed tamen nemo indulgentiam concessam potest applicare ad alterum, nisi concedens eam indulgentiam, eam concedat tali intentione, vt ad alterum applicare possit ille, qui eam impetrauit. Vnde si concedens indulgentiam ipse applicet eam ad dantem, vel facientem hoc, aut illud, ille, qui hoc dat, aut facit, non potest ad alterum hanc intentionem transferre. Si tamen indulgentia concederetur sub hac forma, vt si quis fecerit pro alio orationem vel eleemosynam requisitam ad lucranda indulgentiam, eam alteri lucretur, & aliquis hoc implet pro alio, scilicet, pro Petro: iam tunc Petrus lucraretur indulgentiam: quam tamen si bi non facit, aut concedit qui pro eo orauit, aut eleemosynam erogauit: sed ille, qui indulgentiam sub tali forma fecit. Vnde potest quis lucrari pro defunctis indulgentias, quando id sibi expresse conceditur à Papa. Igitur, qui recitat ad lucranda indulgentias pro defunctis, quas concedit Papa, si eas impetrantes pro suis defunctis recitauerint aliquid pro causa indulgentiæ, necesse est, vt id munus recitandi præstet in gratia existens. Sic Sorus, & Caietanus contra Cordubam in suo quæstionario quæst. 26. dicentem, quod in hoc casu prodest indulgentia animæ existenti in purgatorio, etiam si qui eam impetrauit preces iniunctas pro tali indulgentia consequenda impleat in peccato mortali. Quia, inquit, indulgentia ex opere operato remittit pœ-

nas viuis, & soluit pretium solutionis pro pœnis debitis à defunctis. Sed certe hæc Cordubæ assertio est contra D. Thomam in additionibus ad 3. partem, quæst. 61. art. 10. Vbi in solu. cuiusdam tacitæ obiectionis in fine corporis articuli ait, quod non sequitur, quod si prælatus ecclesiæ possit defunctis indulgentias concedere, quod possit pro suo arbitrio animas à purgatorio liberare. Quia ad hoc, quod indulgentiæ valeant requiritur causa conueniens indulgentias faciendi. At vero opus præstitutum in peccato mortali, quod præstat viuens ad lucranda indulgentiæ pro defuncto, siue sit oratio, siue elemosyna, nõ est causa conueniens, pro qua fructus indulgentiæ siue à viuo, siue à defuncto participari possit. ¶ Addit vero Corduba ibi, quod solus Papa potest dare indulgentiæ per modum suffragij animabus purgatorij, quoniam dispensatio thesauri communis ecclesiæ ad Papam pertinet. Sed licet ista ratio non conuincat, quia secundum commissionem Papæ, & iuris ex thesauro ecclesiæ possunt concedere indulgentiam vnius anni Episcopi ipsi in dedicatione ecclesiæ, & quadraginta dierum in eius anniuersario, vt patet. cum ex eo de pœnit. tamen in hoc standum est consuetudini, aut Papæ cõmissioni, quæ hanc probant facultatem. Alias ista potestas ex iure concessa episcopis ad prædictas indulgentias conferendas limitanda videtur, vt insinuat Corduba, ad viuos, qui subditi sunt episcoporum, & possunt directe potiri indulgentijs, faciendo quod pro illis iniungitur faciendum. Non autem ad defunctos videtur extendenda: quibus, vt ait D. Thomas in additionibus, quæst. 71. art. 10. indulgentiæ directe valere non possunt: quia nequeunt facere aliquid horum, pro quibus indulgentiæ dantur.

## C A P. VI.

### De expositione bullæ Cruciatæ modernæ.

¶ Quid bulla significet: Et an sumens bullam post 6. menses à promulgatione ea gaudere possit per totum annum. In bulla continentur priuilegia, commutationes votorum, & indulgentiæ. Religiosi & clerici ex dispensatione bullæ euntes, an fiant irregulares, pugnando, vel exhortando ad pugnam: Et an his sint beneficiati fructus in absentia recipere possint. Et an milites excusentur à ieiunando in bello hoc: Et concessio, qua concedit bullam.

la tempore interdicti, audire missam in oratorio proprio, vel extra, quomodo intelligatur: Et quid de famulis, & pedissequis: Et qualia sacramenta bulla gaudentes tempore interdicti possint suscipere: Et quid de tempore cessationis. Et concessio bullæ circa comedendas carnes vel oua vel lacticia, quomodo intelligatur.



ostquam de indulgentijs in communi plura sunt explicata ad expositionem bullæ Cruciatæ modernæ, quæ præter priuilegia ibi concessa multas continet indulgentias, nos accedere oportet. Nam quanuis aliqui moderni in hac materia laudabiliter insudauerint: tamen domino propiciante aliqua scitu digna cognituque necessaria perstringemus hic, ea breuiter proponendo, & absoluendo. Igitur, vt à significatione, quid nominis exordiamur, hoc nomen, bulla, multipliciter est usurpatum. Primo ad significandum illam tenuem inflationem quæ super aquam solet causari ex eius motu, quæ Hispanice dicitur, burbugica, quæ cito formata super aquam citissime euaneſcit. Vnde in proverbium exijt, Homo bulla. Secundo bullæ nomen significauit olim, vestis formulam, quam patritiorum filij utebantur ad certam vsque ætatem, de qua meminit Plinius lib. 33. cap. 2. Tertio bulla significabat quoddam insignem, quod præferebant in pectore triumphantes inclusis in illo remedijs contra inuidiam. Quarto significat, consistorium vbi aliqua statu ta eduntur maturo consilio habito, indeque translatum esse videtur hoc nomen ad bullas indulgentiarum, & priuilegiorum significandas, eo quod multo maturo præuio consilio debeant concedi & expediri. Quinto, significat bulla illud sigillum, quo signatur bulla, quæ expeditur quod quidem sigillum, est apud Commissariū. Et hinc forte transumptum est hoc nomen bullæ ad significandum ipsam bullam signatam.

¶ De nomine quoque cruciatæ sciendum est, inde hoc nomen habuisse ortum: quod antiquitus aliter ista bulla cruciatæ concedebatur. Nam olim à principio non conferebatur pecunia in eleemosynam pro bullis, sed vnusquisque suscipiens bullam se ipsum tradebat mancipabatque in militiam contra hostes fidei, in cuius traditionis quasi solennitatem & testimonium, bullam hanc suscipientes insigniebantur cruce Christi. Vnde originem duxit, vt bulla quæ sic concedebatur, Cruciatæ, vocaretur.

¶ Igitur circa bullæ cruciatæ expositionem particulas in ea contentas suo ordine explicamus.

Instru. conf. Pars. 2.

res: dicimus ad primam illam particulam, in qua continetur, quod sua sanctitas primo concedit omnibus fidelibus christianis regnorum Hispaniæ, & insularum eis adiacentium, & regnorum Sicilia, & Sardinia ibi commorantibus, stantibus, & habitantibus in eis, vel ad ea venientibus vel in illis se inuenientibus, & cætera: quod per eam clausulam patet, quod extranei aliarum nationum viri fideles, & exteriorum regnorum, incolæ, si ad prædicta loca regnorum & insularum venerint, & ibi se inuenientes, bullam Cruciatæ sumpserint, etiam si statim ad suas terras recedant, in suis terris gaudent ea bulla, & gratijs per eam concessis. Patet hoc primo ex regulis iuris in 6. regula. 7. cap. priuilegium. Vbi habetur, quod priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. Secundo patet, quia in hac clausula expresse habetur, quod si tales exteri habitauerint, vel venerint ad prædicta regna, & insulas, & sumpserint bullam, ea gaudeant. Quoniam etsi prædicti fideles exteri non sint subditi regi Hispaniæ: tamen omnes sunt subditi summo Pontifici, vt patet ex canone cuncta per modum. 9. quæst. 3.

¶ Præterea pro intelligentia sequentium clausularum bullæ cruciatæ prænotanda est hæc distinctio, scilicet, quod ea, quæ continentur in bulla cruciatæ sunt in triplici differentia. Nam alia sunt priuilegia, quæ sunt dispensationes iuris communis ecclesiastici, super quo per bullam dispensatur. Cuiusmodi sunt in diebus prohibitis vesci posse lacticijs: & ouis, & posse eligere confessorem, & alia huiusmodi. Alia vero sunt, quæ sunt dispensationes iurisdicini, Cuiusmodi sunt dispensationes votorum & iuramentorum.

¶ Tertio loco sunt ea, quæ pertinent ad indulgentias & remissionem pœnæ.

¶ His igitur præmissis, animaduertendum est concessione huius bullæ, quantum attinet ad ea, quæ ibi sunt contenta & concessa sumentibus bullam, solum durare per annum: quod patet per illam clausulam, contentam in bulla, scilicet, durante anno, quæ est concessione bullæ cruciatæ restrictiua quoad tempus. Igitur annus iste incipit à die promulgationis bullæ in quocunque oppido, vbi promulgatur. Sed iam istinc emergit dubiū. Siquis, verbi gratia sumit bullam post quinque aut sex menses, post diem promulgationis factæ lapsos, an possit bulla gaudere vsque ad finem anni: non quidem à die promulgationis bullæ in suo oppido factæ: sed à die sumptionis bullæ, in quo eam sumpsit. Videtur autem, quod ei valeat tunc vsque ad complementum anni à die, quo sumpsit bullam. Quoniam cum æqualem iste contribuerit ele-

li 3 mosy



mosynam, puta, duos argenteos sicut alij, qui à die promulgationis eam sumpserunt, & quitatis ratio exposcere videtur, vt per integrum annum ea bulla potiat, sicut & alij. His nihilominus non obstantibus, non est nobis recedendum à forma concessiois bullæ, quæ solum eâ concedit durante anno à die promulgationis: quoniam indulgentiæ tantum valent, quantum sonant. Item, quia sic consuetudine, quæ interpretatur legem, receptum esse videtur, quod dicta bulla suscepta post aliquos menses à promulgationis die, completo promulgationis anno censeatur expirasse. Sicut etiam consuetudo interpretatur, quod si quis extra patriam, dum esset, verbi gratia, Toleti, vbi tunc promulgabatur bulla eam ibi recepit: si post reuertus ad suam patriam ibi videt aliam promulgationem fieri, valeat ei bulla antea Toleti recepta à die promulgationis factæ Toleti vsque ad completum annum, & non à die promulgationis in sua patria factæ.

Præterea circa illam clausulam, scilicet, quod clerici seculares, qui cum licentia suorum ordinariorum, & regulares, qui cum licentia suorum superiorum, scilicet, prouincialium, vel generalium verbum Dei prædicauerint in exercitu contra Turcas & infideles, & alia ministeria ecclesiastica, & pia ibi exercuerint, quæ eis in exercitu licere facere declaratur, citra alicuius irregularitatis incurSIONem & cætera, que ritur qualiter intelligatur ista gratia, vel declaratio, scilicet, quod prædicta pia & ecclesiastica ministeria possint citra irregularitatem exercere. Quoniam nihil aut parum per hoc videtur bulla eis concedere: siquidem exercere hæc ecclesiastica, & pia ministeria in exercitu christiano gerente bellum iustum, etiam citra declarationem hanc bullæ, constat esse licitum & absque nota irregularitatis. Respondetur autem secundum Metinam in sua instruct. confessorû lib. 1. §. 1. & secundum Couarruiam secunda parte relectionis de homicidio. §. 3. & secundum omnes quod clericus, qui ex licentia Papæ pergit ad bellum ad bellandum, siue occidat ibi siue mutilet irregularitatem non contrahit: quoniam eo ipso, quod per Papam licentiam accipit ad pugnandum Papa super irregularitate incurrenda ne eam incurrat dispensare videtur. Sicut si Papa venderet beneficium, eo ipso in pœnis simoniæ cum eunte dispensare videtur. Secundo dicitur, quod ex prædictis verbis bullæ non colligitur, quod liceat prædictis clericis, & regularibus in bello prædicto propria manu pugnare, Patet: quia tantum dicitur, quod liceat eis sine incurfu irregularitatis concionari, & ecclesiastica, & pia ministeria exercere. Inter quæ pia mi-

isteria non videtur proprie includi actus pugnandi.

Tertio dicitur, quod vt patet ex iure ecclesiastico capite. petitio. de homicidio, clericus in sacris constitutus, licet non sit ei licitum propria manu pugnare: tamen irregularis non fit, si pugnauerit in bello iusto: si tamen quenquam non occiderit, aut mutilauerit. Secus est si occiderit, aut mutilauerit. Est autem hæc sententia communis, scilicet, Metinæ & Couarruiæ locis citatis, & Victoriz & Nauarri.

Quarto dicimus ad punctum difficultatis, quod prædicti clerici, & religiosi in tali bello, quia iustum est possunt exhortari ad pugnam ante citra irregularitatem, etiam si circa hoc nihil declarasset bulla. Non tamen si bulla hoc non declarasset immunes essent ab irregularitate, si in ipso conflictu belli hanc exhortationem ad pugnam, animando tunc milites facerent, secundum Innocentium Hostiensem, & Syluestrum, verbo, bellum. 3. §. 2. & Henric contra Couarruiam, & alios oppositum sentientes. Quia iuxta prædictum caput, petitio. de homic. vt clerici initiati sacris in bello iusto pugnantibus fiant irregulares, requiritur, vt aliquem ex hostibus propria manu mutilent, aut occidant. Et tamen non potest quis ad pugnam exire, quin in ipsa pugna eius socios ad strenue pugnandum hortetur. Ergo etiam si intra bellum in ipso conflictu belli prædicti milites animent, & ad pugnandum hortentur, secundum hanc veriore opinionem Couarruiæ eiusque sequacium irregulares non fiunt. Tamen, quia hoc punctum sub lite variarum opinionum est, in hoc habet locum declaratio bullæ, scilicet, quod hoc liceat eis facere citra irregularitatem. Quia & hoc pium ministerium est animare, scilicet, milites in ipso conflictu belli ad Victoriam. Imo citra declarationem bullæ, si in tali bello iusto prædicti clerici, & regulares solum percuterent hostes, non tamen illorum aliquem mutilarent, aut occiderent irregularitatem euaderent, iuxta cap. petitio.

Deinde circa id, quod in tali clausula sequitur, scilicet, quod prædicti clerici beneficiarij simplices, qui cum licentia episcoporum suorum perrexerint ad prædictum bellum, dum modo non sint curati, aut curam animarum habentes (nam hi quibus animarum cura incumbit licentia Papæ indigent ad pergendum ad hoc bellum) possint per vicarios idoneos suis beneficijs inferuire, quæritur, vtrum hi in absentia non residendo per se, sed assistendo bello fructus beneficij faciant suos: nam hoc hæc clausula non videtur exprimere. Respondetur ergo dicendum esse eos prædictis fructibus posse potiri, dum modo vicarijs, per quos suis beneficijs inferuiunt,

ex præ-

ex prædictis fructibus congrua stipendia sui feruitij consignent, & persoluant. Patet autem ex regula iuris cap. quod ob gratiam in. 6. Vbi de cernitur, quod id, quod in gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. Ergo, si bulla his clericis beneficiarijs causa interbelli bello, & ibi ministrandi à suis simplicibus beneficijs requirentibus residentiam posse abesse concedit, & eis per vicarios posse deseruire, hæc gratia concessiois non est in eorum dispendium retorquenda sicut vere retorqueretur si in hoc casu fructibus suorum beneficiorum priuarentur. Secundo patet etiam cap. imputari, de regul. iur. in. 6. quod imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat quod per eum erat faciendum: sed in hoc casu per prædictos beneficiarios non stat, quod non resideant in suis beneficijs: quia iuste ex licentia bullæ & suorum episcoporum absunt à suis beneficijs, vt ministeria pia & ecclesiastica exerceant in bello: ergo eis imputari non debet ad iacturam, sicut reuera imputaretur, si ideo fructibus suorum beneficiorum spoliarentur.

Præterea circa illam sequentem clausulam, scilicet, vbi conceditur, quod milites bello prædicto interessentes ab obligatione ieiunadi ieiunia, ad quæ vel ex voto, vel præcepto alias tenerentur, si non essent in bello, sint liberi: notandum est, quod ab his ieiunijs non eximuntur per hanc bullam clerici, vel regulares causa ministrandi ministeria ecclesiastica bello prædicto interessentes: quia gratiam hanc bulla ad eos non extendit.

Deinde perpendendum est circa illam sequentem clausulam, scilicet, quod eadem indulgentia plenaria & remissio omnium peccatorum, quæ conceditur pergentibus ad expugnationem terræ sanctæ, conceditur à sua Sanctitate omnibus supradictis & etiam his, qui non perrexerint ad prædictum bellum, neque miserint aliquem, vel aliquos ad illud: si tamen de suis bonis liberaliter contribuerint, & ad hoc pium opus adiuuerint cum infra scripta elemosyna, & cætera: quod licet aliquomodo sub reuerentia debita nostro sancto Patri, atque sub eius censura posset in controuersiam verti, vtrum ista summa elemosynæ, quæ infra scribitur sufficiens causa esset & proportionabilis ad indulgentiam plenariam, quæ hic in bulla conceditur si extra bullam & finem bullæ in aliquo casu particulari alicui, vel aliquibus priuatim concederetur: sed tamen in casu bullæ non licet id in disputationem vertere. Quoniam constitutissimum est & patens, quod talis summa duorum argenteorum est sufficiens, & proportionabilis ad tam amplam indulgentiam, si consideremus quod licet quora hæc per se sumpta non tanti mo-

Instruct. confc. Pars. 2.

meti sit: tamē magna summa, quæ ex innumeris quotis sumentium bullas constat, ingens præstat subsidiū ad expeditionem prædictam contra hostes fidei in catholica ecclesia & fidei defensionem.

Circa clausulam sequentem, scilicet, quod sumentibus bullam, & contribuentibus prædictam infra scriptam elemosynam conceditur, vt possint tempore interdicti Apostolici, vel ordinarij audire missas in ecclesijs vel monasterijs, vel in oratorio particulari signato, & visitato per ordinarium, dicere missam, & alia diuina officia per se ipsos personaliter, si fuerint presbyteri, vel vt fiant, per alios facere in præsentia sua suorumque familiarium, & consanguineorum. Item sacramentum eucharistiæ & alia sacramenta, præter quam in die paschatis, recipere: dum modo ipsi tali interdicto causam non dederint, vel per eos non steterit, quominus amoveatur, & dum prædicto oratorio ad præmissa vti voluerint quoties id fecerint toties recitent & aliquas preces faciant, iuxta vniuscuiusque deuotionem, pro cōseruatione vnionis principū christianorū, & pro victoria contra infideles: Notandum est primo, quod peccatum mortale est in locis priuatis rem diuinam agere, & non in templo, vt patet ex can. nullus, & ex can. vnicuique, de consecratione dist. 1. Conceditur ergo per prædictam clausulam hanc sumentibus bullam, posse facere celebrari in prædicto oratorio. Sed hoc intelligitur concedi in loco decenti & idoneo. Et ideo ad hunc locum limitatur hæc concessio, dū dicitur in hac clausula: In oratorio particulari designato & visitato per ordinarium. Nam alias scelus esset in eo loco, vbi sternitur mensa ad comedendum, & vbi cubant homines, & præsertim coniugati Christum immolari. Cum de holocaustis veteris legis, que neque à longe cum sacrificio missæ erant comparanda, Deuter. 12. dictum sit: Non offeras holocausta in omni loco, quem videris, sed in illo, quem elegerit Dominus Deus tuus. Et Amos. 2. quasi quid execrabile dicitur, quod accubabant super vestimentis suis iuxta altare. Secundo est notandum, quod licet per bullam Cruciatæ eam sumentibus concedatur, missam audire, & facere celebrari in dicto oratorio intra domum, sine limitatione vlla, de die festo, vel feriali: nihilominus tamen non decet in festis principalibus paschatum, & alijs huiusmodi vti isto priuilegio diplomatis, ad peragenda missam in dicto oratorio intra domum. Quia oportet in prædictis præcipuis festis frequentare ecclesias, & solennia officia, quæ ibi celebrantur nobiles & magnates sua personali præsentia venerari. Atque circa hoc episcopus debet informare, & cōsiliū dare: quia hoc intendit ecclesia, vt patet cap. si quis, de consecr. dist. 1.

li 4

Circa

¶ Circa illam particulam istius clausulæ propositæ, vbi exprimitur, quod in tempore interdicti possint in dicto oratorio facere celebrari in præsentia suorum familiarium, & consanguineorum, quæritur, quid bulla hic intelligat per familiares, & per consanguineos & quales consanguineos designet. Respondetur igitur ad primum, quod pro vt Bonifacius explicat in capite, sicut de verborum significatione in 6. quod est vltimum: s. verum per familiares intelliguntur illi, qui non sunt quæriti, vel recepti per fraudem ad gaudendum hoc priuilegio, vel alijs, sed reuera familiares sunt, quia expensis sumentis bullam, & habentis illud oratorium continue sunt domesticæ, & commensales, etiam si aliquando pro negotijs gerendis illius, abesse ab eius domo contingat. Itaque familiares dicuntur, vt patet cap. in sinuante de officio de leg. habitantes in domo, licet aliquando absint. Vnde corollarie sequitur quod mulieres pedisequæ, quæ solent diebus festiuis comitari dominâ aliquâ, dū prodit foras ad audiendâ missam in ecclesiâ, vel ad aliud opus, quæ non sunt domesticæ, comensales, neq; cū prædicta domina domi habitâtes, sed aliquando solitæ sunt venire de foris ex suis proprijs domibus solū ad præstādū illū comitatū, stando in rigore iuris, & huius cōcessionis non possunt in proprio oratorio huius dominæ cū illa, & in præsentia illi<sup>o</sup> audire missam, tpe interdicti. Patet, quia istæ pedisequæ foranæ non sunt domesticæ & comensales, sicut sunt, quæ in domo dominæ illius manent: vnde neq; familiares proprie dicuntur. Veritatem si prædicta nobilis domina præ sui status decetia non solita est prodire foras, neq; ad ecclesiâ, nisi comitata huius pedisequis mulieribus, extra domū eius manentibus & habitantibus, tūc habet bullâ, si prodeat ad ecclesiâ foras ad audiendam missam interdicti tēpore, bene poterit eas secū ducere ad ecclesiâ, & in præsentia eius poterunt eâ comitâtes in ecclesiâ audire missam, etiâ si ipsæ pedisequæ careât diplomate cruciatæ. Patet: Quia si illa domina non potest interesse missarū celebrationi sine decore comitū taliū, ne suum priuilegiū audiēdi missam tēpore interdicti sibi reddatur inutile, poterit tūc audire eâ in præsentia pedisequarū, & comitū eâ comitantū. Patet hoc ex cap. licet, de priuilegijs. Vbi diffinitur, qd singularis persona priuilegiata tēpore interdicti suos familiares admittit. Vide ibi glossam. Et ratio est, ne reddatur ei inutile priuilegiū, & diploma. Et patet per. c. vtile. de regi. iur. in 6. Vbi dicitur, qd vtile per inutile non debet vitari. Ita Nauarrus, qui ait, qd licet per familiares alibi intelligatur domestici sub potestate patris familias constituti, sed in priuilegio de audiēda missa tēpore interdicti, intelliguntur hi, sine quibus de

ce tēpore non potest assistere missæ priuilegiatus, ne sibi priuilegiū inutile fiat. Ad secūdā partē quæstionis respondetur, qd sub nomine consanguineorū intelligitur per istā clausulam bullæ ille, qui est cōiūctus habenti hoc priuilegiū oratorij consanguinitatis vinculo, vt qd. 4. gradum: item & eius ascendentes & descendentes. Vnde sub hoc nomine non comprehenduntur qui tantū sunt illi affines, nisi aliud vsus, qui interpretatur etiâ gratias, inuenerit.

¶ Præterea nota, qd additur in bulla, qd qui ad id a cōmissario generali habuerint licentiā etiam per horā antequam illucescat dies, & per horam post meridiē possint celebrare, aut facere celebrari in præsentia, & cætera. Vbi si quæras, vbi celebrare antequam illucescat, vel post meridiē sit prohibitū vt hęc gratiā a cōmissario generali obtineri opus sit: respondetur id esse prohibitū in. c. nocte sancta. & in can. solem. de cons. dist. 1. Nā id ibi vetatur, ne missa ante lucem celebretur, Quod autē post meridiē celebretur ex consuetudine inuenimus prohibitū. In triplici autē casu potest missa celebrari ante lucē, scilicet, in nocte Natiuitatis Domini, & secūdo quādo infirmus est iā constitutus in extremis, & non est hostia consecrata, vt possit ministrari viaticum, ne sine illo discedat. Tertio autem, quando virtute bullæ cruciatæ id posse fieri, concedit commissarius generalis cruciatæ.

¶ Circa illam particulam prædictæ clausulæ, vbi dicitur, quod in prædicto oratorio possint gaudentes bulla domi, tempore interdicti recipere sacramenta: notandum est, quod in iure prohibitum est, ne sacramentum eucharistiæ conficiatur domi ad communicandam infirmos, vt habetur canone presbyter, de cons. dist. 2. & cap. sane. de celebratione missarum. Atque ideo per hanc clausulam bullæ conceditur ad ibi suscipiendum sacramentum eucharistiæ in prædicto oratorio posse celebrari. Sed quæritur, quomodo hęc clausula bullæ concedat in plurali in prædicto oratorio posse recipere sacramenta. Ratio autem circa hoc subest dubitandi: Quoniam penitentia potest impendi in domibus infirmis, citra vllam cōcessionem: quoniam ibi vsu est receptum quod in domo sua infirmi confiteantur, & absoluantur, vt patet cap. infirmis, de poenit. & remis. Et idem de extrema vnctione. Domi enim suscipitur ab infirmis, vt patet ex vsu, & vt significatur Iacobi. 5. & cap. vnico de sacr. vnct. Respondetur autem, quod baptismus prohibetur in iure administrari in domibus, nisi sit extrema necessitas, vt patet in Clementica vnica de baptif. & eius effect. vbi conceditur solum filijs regum, & non alijs domi extra ecclesiā suscipere ba-

re baptismum. Igitur quia in tempore generalis interdicti loci interdicitur sacramentum extremæ vnctionis etiâ clericis non interdictis, vt patet cap. quod in te. de poenitent. & remis. Et similiter cōferri sacramētū ordinis in loco interdicto est prohibitū: quia prohibetur ecclesiastica sacramēta administrari, exceptis baptismo paruulorū, & etiâ adutorū, & sacramēto cōfirmatiōis, & sacramēto poenitentię: tū pro sanis quā pro infirmis: licet olim secūdū iura antiqua infirmis tēpore interdicti duntaxat cōferebatur sacramētū poenitentię: ideo per prædictā clausulā bullæ, scilicet, & alia sacramēta recipere, cōceditur qd etiâ præter eucharistiā, quā tēpore interdicti impendi infirmis est concessum: possit ipse gaudēs bulla in suo oratorio tēpore interdicti, etiâ in sanitate recipere eucharistiæ sacramētū, atq; etiâ sacramētū extremæ vnctionis, si sit infirmus, recipere. Et forsūtā, quia beneficiū principis late est interpretandū, etiam qn est contrarius, qn verba illud exprimūt, quia à propria significatione verborū recedere non debemus, nisi de mēte aliter cōstet, vt habetur in cap. olim. & cap. in his. de verb. signif. ideo per alia sacramenta cōcedit hęc clausula bullæ ordinis sacramētū, & matrimonij, & cōfirmationis, etiam in suo oratorio posse tempore interdicti suscipere & etiam solēnitatē nuptiarū, id est, velationes, si ducat vxorē, ibi suscipere cū licentiā sui parochi, ne illi fiat in velandi iure præiudiciū. Sed hoc de velationibus non tam assertive dixerim: sed quia videtur hoc cōcedi posse: quia velationes accessorie sunt ad sacramētū matrimonij: vnde cui cōceditur principale cōcedi videtur & illud, quod est ei accessorium. Sed in contrariū esse videtur, qd matrimonij, quod est sacramētū, tēpore interdicti bene pōt cōtrahi vbiq; qd, vt patet in cap. deinde. dist. 26. Imo etiâ per excōicatos iam in gratia per cōtritiōē cōstitutos, vt patet in. c. significasti. de eo, qui duxit. Vbi notat glossa, qd excōicatus matrimonij cōtrahere pōt, licet alia sacramēta denegētur eidē. Bñdictiones autē tempore interdicti impendi non pōt, quia est cæremonia ecclesiastica. Igitur dicendū videtur, qd si vsu receptū est gaudentibus bulla tēpore interdicti bñdictiones impendi in sua parochia cū licentiā sui parochi in tēpore interdicti, poterit, eas bñdictiones in suo oratorio recipere. Et credo hoc posse fieri: maximè accedente vsu. Quia vt prædixi, bñdictiones hęc & velationes sunt accessorie ad matrimonium, quod tunc contra hi non prohibetur. Sed & benedictiones habentibus bullam impenduntur: non tamen in temporibus per ecclesiā prohibitis.

¶ Nota deinde circa illam exceptionem positam in hac clausula, scilicet, quod possint re-

cipere gaudentes bulla tempore interdicti sacramentum Eucharistiæ in monasterijs, vel in suo prædicto oratorio, præterquam in die paschatis, qd Frater Manuel Rodriguez in expositione bullæ Cruciatæ allegat priuilegiū Clementis Septimi, quod incipit: Dum fructus vberes cōcessum Anno 1523. Vbi conceditur, qd cōmunionis præceptum in Hispania possit impleri cōmunicando à principio quadragesimæ. Addit autem hoc priuilegiū non suspendi per bullam. Sed mirū est, qd Nauarrus curiosus doctor, qui in sua sum. cap. 21. nu. 45. citat declarationē Eugenij Quarti, quam citauit Maior in. 4. dist. 17. q. 2. vbi Eugenius declarauit præceptum cōmunionis in Paschate vel per octo dies ante, vel post dictum Pascha per octo dies sequentes, posse à fidelibus impleri, non meminit ibi huius priuilegij Clementis VII. quod allegatur ab isto Minorita. Existimo autem Nauarrum illud non allegasse, vel quia illum id latuit, quod vix crediderim, vel quia illud per non vltimū, vel per vsum contrarium exoleuisse vidit in Hispania. Quia solum ait in Cantabrica, & in aliquibus alijs locis vsu receptum esse, vt huius præcepto satisfiat quolibet die quadragesimæ, cōmunicando. Igitur quia priuilegia per abulum, id est, non vsu, vel per vsu contrarium solent inualidari, can. priuilegium. ij. quæstio. 3. sic istud Clementis priuilegium per non vsu, vel per vsu contrarium in multis locis Hispaniæ videtur inualidatum. Quocirca cordata est & circumspecta sententia Nauarri ibi, scilicet, quod vbi viget hęc consuetudo satisfaciendi præcepto ecclesiæ quolibet quadragesimæ die cōmunicando, tunc in illis locis degens sufficit, quod se conformet illi. Aliàs declaratio Eugenij Quarti, quæ magis est in vsu, est obseruanda. Sed aduerte secundum eundem Nauarrum, qd neque etiam per bullam, vel per aliquod priuilegium hæcenus concessum potest aliquis communicare in die Paschatis resurrectionis extra propriam parochiam, etiam ex deuotione sine licentiā sui parochi, saltem rationabiliter præsumpta. Alias religiosi eodem die paschatis impendentes communionem, illam excommunicationem incurrunt, quæ in Clem. religiosi. de priuileg. contra religiosos fertur, qui præsumunt clericis, aut laicis ministrare sacramētū Eucharistiæ, aut extremæ vnctionis, vel matrimonij solennizare, non habita super his parochialis presbyteri licentiā. Excepto autem solo die paschatis: ex priuilegio Leonis, religiosi mendicantes possunt cōiōnem impendere laicis, etiâ ad satisfaciendum præcepto communionis, vt insinuat Nauarrus in sum. eod. cap. 21. nume. 52. Sed certè, quia ratio dicit, vt parochus cogno-

scat vultum pecoris sui, non obstante hoc priuilegio sic late intellecto à Nauarro videt quatenus attinet ad communionem de præcepto oportet laicus ad eam recipiendam à suo parochio remittatur.

¶ Præterea circa illam particulam, tempore interdicti, perpendendum est secundum Metinā in sua instruct. lib. 1. §. 13. de interdicto, & secundum alios, quod quia cessatio à diuinis, est poena ecclesie rigidior, quam interdictum tempore cessationis, ex concessione hac diplomatis Cruciatæ non potest quis interesse missæ secretæ, si quæ ad renouandum sacramentum diceretur: neque ad missas secretas, quas tunc aliqui religiosi secreto possent celebrare. Patet autem hoc: quia in iure aliud est interdictum, & aliud cessatio à diuinis: & bulla tantum loquitur de interdicto. Tum etiā, quia sic receptum est vsu, vt tempore cessationis à diuinis gaudens bulla Cruciatæ non admittatur ad aliquam missam, quæ tunc secreto dicatur. Admonet autem ibi Metina, quod si aliqui gaudeant bullis, & priuilegijs, quæ in tempore cessationis à diuinis audire posse missam concedant, vt priusquam illis vtantur, consulant super eis viros doctos, vt edoceantur ab eis, vtum talia priuilegia sint reuocata per bullam Cruciatæ, vel ad quid se extendunt, vt eis sine scrupulo vti possint. Quibus accedit, quod extra priuilegium celebrantes tempore generalis cessationis à diuinis, secundum Sotum in 4. sent. dist. 22. quæst. 3. art. 2. & secundum Syluestr. verb. cessatio. §. 5. clerici atque religiosi, non incurrunt irregularitatem, tunc celebrando, contra alios, asserentes, quod quia tunc omnes sacerdotes quodammodo sunt suspensi, ideo efficiuntur irregulares celebrantes. Sed probatur opinio Soti & Syluestri ex illa celebri regula, de senten. excommunic. capit. is qui. in libr. 6. Vbi decernitur, quod nunquam fit quis irregularis, nisi à casibus à iure expressis. At hic casus non est in iure expressus: quoniam etsi tunc sacerdotes omnes mādentur cessare à diuinis, sed hæc cessatio non est proprie eorum suspensio: quia, vt ait Nauarrus, in sum. cap. 27. nu. 188. cessatio non est censura: sed tamen suspensio, interdictum, & excommunicatio sunt censurae ecclesie. Vnde adhæret opinioni Soti & Syluestri cum Innocen. & Anton. & Panor. Perul. & Præposit. à se allegatis. Adde etiam, quod secundum Nauarrum ibi, habens priuilegium audiendi diuina officia, & missam tempore cessationis generalis, virtute huius priuilegij, non poterit ea audire, tempore cessationis particularis, seu specialis, arg. can. priuilegia. 3. dist. & capit. porro. & capit. lanè. de priuileg. quauis verum sit, quod interdictum generale & cessatio generalis æquantur, quoad modificationem prædictam,

dicto ca. alma. & quoad rigorem prædictæ Clement. 1. de sent. excom. Ita Nauarr. Secus est, si cessatio sit specialis deinde veniens, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorum, etiam ianuis clausis: quoniam tunc non æquantur quoad dictam modificationem. Aduertit vltimo ibi Nauarrus, quod quando feruntur simul interdictum, & cessatio specialis prædicta, tunc poterādæ sunt literæ, & quando sic simul feruntur transgressor censentur irregularis, ea ratione, qua est interdictum, & non ea ratione, qua est cessatio. Quibus addimus, quod licet tam sacerdotes seculares, quam regulares propter violationem puræ cessationis à diuinis specialis, irregulares non fiant: tamen religiosi secundum Sotum vbi supra, eam violantes excommunicationem incurrunt contentam in Clem. 1. de sent. excom. vbi censuram istius Clementinæ extendit textus in fine ad cessationes à diuinis indictas per provincialium conciliorum statuta, vel ipsorum autoritate.

¶ Præterea circa illam clausulam, qua cōceditur in bulla Cruciatæ, quod corpora eorum, qui hanc bullam susceperint, possint sepeliri tempore interdicti in loco sacro cum moderata pompa funera li, queritur, quid intelligatur hic, dum conceditur sepultura ecclesiastica cum pompa moderata. Respondetur breuiter, quod sepeliri aliquem, quatenus attinet ad hanc gratiam, cum pompa moderata est, quod si vir sit sepeliendus sepeliatur cum tribus pulsationibus, siue clamoribus campanarum, & si foemina defuncta est, vt cum duobus tantum clamoribus sepeliatur cum alijs officijs, excepto, quod missa de defunctis non canitur. Et in hoc standum est consuetudini episcopatus, atque etiā episcopi declarationi. Vbi aduerte, quod neque etiam infantes in prædicto tempore interdicti, sine bulla admittuntur ad ecclesiasticam sepulturam. Quibus adde, quod tempore interdicti pro eo tempore, in quo suspenditur interdictum propter aliquod priuilegium tunc sepultura potest dari ecclesiastica his, qui ibi sepeliuntur: quæ etiā potest tunc etiam dari excoicatis morientibus cum cōtritione, vel signis eius, dum prius absoluantur.

¶ Deinde circa illam clausulam istius bullæ moderatæ, vbi dicitur, quod cōceditur fumentibus hæc bulla, vt durante supradicto anno, possint ex consilio vtiusque medici spiritualis, & corporalis vesci carnibus in quadagesima, & in alijs temporibus ieiuniorum & diebus, quibus prohibetur carniū esus. Queritur, quid hic per hanc clausulam concedatur. Nam videtur nulla gratia cōcedi, Nam si consilium medici dicentis, me egere esu carniū interuenit, iam bona fide bonaque conscientia carnibus prædictis diebus vesci poterō. Quid ergo mihi confert bulla? Respondetur autē primo, quod esus carniū prohibitus est

in cap.

in capit. denique. & in can. statuimus. distincta quarta. Igitur si causa est euidentis meæ infirmitatis, neque ego indigeo consilio medici, neque indulgentia bullæ ad comedendum carnes. Similiter, si ex probabilitate morali, & ex experiētia iam compertum habeo, quod si non vtor carnibus, statim incido in euidentes infirmitates, etiam in hoc casu neque consilio medici, neque indulgentia bullæ ad vescendum carnibus opus habeo. Secundo dicitur, quod quando est dubium, tunc necessarium est consilium medici. Sed si roges quid in isto dubio casu vbi consilio medici est opus, confert bulla, respondetur, quod ad dispensandum in iure necessaria est autoritas episcopi: tam etiā causa rationalis. Hæc autem causa, an sit ratio rationalis ad dispensandum relinquatur ab episcopo, arbitrio medici corporalis. Bulla ergo ad hoc confert, quod si tam medicus spiritualis, quam corporalis viderint in aliquo aliquam causam ad comedendum carnes, si habeat bullam, se debet habere largius circa hanc concessionem, dubium in benigniorem partem interpretando. Frater autem Manuel Rodriguez Minorita arbitratur, bullam in hoc nullum concedere priuilegium, aut gratiam, quia inquit, non omne quod conceditur in bullis est priuilegium, vt quod ex licentia vtiusque medici possint comedi carnes. Sed certe iste fallitur, quoniam gratia & priuilegium est, quod in præstato consilio circa esum carniū in tali arbitramento ratione bullæ cum ea gaudente se possint gerere benignius, & largius arbitrari. Deinde circa hoc in dubium reuocari potest, an qui ratione bullæ, vel aliter dispensatur ad vescendum carnibus in diebus prohibitis, sine iusta & rationabili causa, peccet mortaliter vtendo tali dispensatione, & arbitramento vtiusque medici spiritualis, & corporalis. Respondetur tertio, quod non est dubium, quod peccent mortaliter, tam eam dispensationem impetrantes, quam ea vtentes, qui eos sua conscientia redarguente de falsa relatione, quam præbent de sua infirmitate vtique medico spirituali, & corporali licentia sic obtenta vescendi carnibus vtuntur. Tum, quia rem mortaliter prohibitam per obreptionem, vel subreptionem obtinere conati sunt. Tum, quia vsus illius dispensationis cum dispensatio nulla sit, est de actu prohibito sub mortali. Cui adde, quod simili mortali culpa implicatur vterque medicus, quando scienter, sine causa rationabili causa morem gerendi petenti dispensationem tale consilium & arbitramentum præstant, scilicet, quod possit & liceat illi carnibus vesci. Secus est si bona fide & dispensatio petatur, & licentia confertur: quia aliqua re vera apparet causa rationalis. Licet non careat dubio an de se sit suffi-

ciens ad comedendas carnes sine bulla indulto. Quoniam vt prædictum est ratione bullæ poterunt largius arbitramentum facere. Quoniam priuilegium contra ius, licet strictè sit interpretandum, non tamen ita strictè, vt nihil operetur: quia semper priuilegium debet aliquid operari capit. si papa. de priuilegijs in sexto. Verumtamen si quisnam sit iste medicus spiritualis, qui super hoc consuli debet, aliquis querat, respondetur, quod is est episcopus, aut eius vicarius, & in absentia eorum parochus. Quoniam necessitates hæc cum multoties & sæpissimè de repente emergant, & præsentaneum hoc arbitramentum & consilium vtiusque medici requirant, non semper habet episcopum, aut eius vicarium præsentem. Igitur in hoc, sicut & in alijs, seruanda est consuetudo, quæ est optima etiam priuilegiorum, indulgentiarum, & statutorum interpretis, sicut & legum. capi. cum dilectus. de consuetud. & habet locum, vbi viget, vt notat Panormit. de consuetud. capit. cum olim, Præterea & illud vltimo perpendendum est, quod ex prædictis quasi corollarie sequitur, quod si quis bona fide vtique medico proponit aliquam causam, de qua dubitat, an sit sufficiens ad dispensandum in esu carniū, non molitur aliquid illicitum, illam petitionem illis proponendo. Quoniam ad ipsum proponentem non pertinet examinare, an causa illa sit sufficiens: sed ad vtunque medicum spectat id aduertere: quia petitionis propositio in nihilo cogit vtunque medicum.

¶ Circa illam clausulam, scilicet, quod sententes bulla possint pro libito & liberè vesci ouis, & lacticijs, ita, vt qui carnes non comederint, si in reliquis formam ecclesiasticæ ieiunij seruēt, implese ieiunium & ei satisfecisse videantur, censeanturque ieiunium implese: quod intellige quantum ad præceptum ecclesie: excitantur aliqua dubia. Et primo dubitatur, vtum infanti indigeant bulla Cruciatæ ad comedenda lactinia, & oua. Respondetur autem ad hoc breuiter, quoniam in materia de ieiunio de hoc lactinus dictum est, quod pueri excedentes septennium non possunt vesci ouis, & lacticijs sine bulla. Ita Corduba in tract. de casibus conscientie: & quia hoc tenetur communiter. Deinde secundo queritur, Vtrum dum promulgatur iubilæus indicens ieiunia trium dierum, qui illam sunt lucraturi, si habent bullam Cruciatæ concedentem illis esum ouorum, & lacticiorum possint in his tribus ieiunijs vesci lacticijs, & ouis, sicut in alijs ieiunijs quadagesimæ id facere possunt. Sunt autem quidam, qui asserunt tunc oua & lactinia à lucrantibus iubilæum comedi non posse, etiam si bulla Cruciatæ gau-

ta gau-



ta gaudeant. Hoc autem hac ratione sibi persuadent, quia huiusmodi iubilium prædicta tria indicens ieiunia, exigit non quæcunque ieiunia, sed ieiunia secundum ius commune, scilicet, ieiunia antiqua excludentia esum onorum, & lacticiuorum. Vnde inferunt, quod ovis & lacticiuorum vescentes, & sic ieiunantes non assequuntur fructum iubilii. His nihilominus non obstantibus dicendum est cum Metina in sua instructio. confessorum hanc quæstionem mouente, quod sine dubio isti falluntur. Quoniam satis est, si habens bullam illa tria ieiunia iubilii ieiunet abstinendo à carnibus. Tum, quia non est de essentia ieiunij, non vesci lacticiuorum, aut ovis, neque vniuersaliter est prohibitum per ius commune ita vesci ovis, & lacticiuorum in ieiunijs de præcepto ecclesiastico. Veruntamen in eis abstinentia ab ovis, & lacticiuorum obseruanda est propter consuetudinem receptam, saltem in regno Castellæ vt ait Metina. Tum secundo: Quoniam qui privilegio vescendi lacticiuorum & ovis gaudet, vere ieiunat, completque præceptam ecclesiæ in ieiunijs quadragesimæ: ergo sic etiam ieiunando assequetur fructum iubilii, postquam iubilium tantum indicit ieiunia vera trium dierum. Sicque perpetua consuetudine ecclesiæ receptum est: quæ nihil discriminis assignat inter illos ieiuniorum tres dies, & inter dies ieiuniorum quadragesimalis, nisi tantum in hoc, quod qui bulla gaudet comedendo ova assequitur fructum iubilii sic ieiunando, & qui bulla caret piscato vescitur: sicque rigore seruatur suum ieiunium ecclesiasticum. Ex prædictis inferitur, veram esse sententiam Fr. Manuelis Minoritæ in sua expositione bullæ Cruciatæ, dicentis, quod fratres minores in ieiunijs anni, & sui aduentus possunt comedere lacticia & ova, exceptis ieiunijs quadragesimalibus, si non attigerint sexagesimum annum. At iste Minorita licet verè affirmet tibi, scilicet, quod bullam habentes implent ieiunium ecclesiasticum: quia hoc clausula bullæ prædicta satis aperte explicat: sed tamen falsè sibi asserit, scilicet, quod vescentes carnibus non ieiunant: & tamen virtute bullæ sic vescentes carnibus, meritum ieiunij lucratur. Tum, quia hoc nulla clausula bullæ exprimit. Tum, quia papa per bullam, vt ait Sotus in quarto, distinctione 2. quæstione secunda. articul. primo. in solut. ad tertium. rationem meriti permutare non potest, neque permutare intendit: quoniam ex ratione rei pensanda est. Igitur virtute bullæ vescentes carnibus, cum verè sic non ieiunent, quia de essentia ieiunij (vt tradit Metina, & sic est communis animi conceptio) est abstinentia à carnibus, sequitur quod non reportant meritum ieiunij, quoniam meritum propriè, actus bonus est

ab intrinseco, id est, à voluntate personæ merentis, & ex eius gratia dimanans. Hoc autem nequit implere bulla. Imo si iste Minorita abutendo vocabulis per meritum hic velit intelligere satisfactionem correspondentem ieiunio, quæ cõ distinguitur contra meritum gloriæ: neque hæc satisfactionem sic vescens carnibus virtute bullæ sibi acquirit: quia neque verè ieiunat, neque bulla talem satisfactionem in particulari ex thesauro ecclesiæ illi se velle impartiri aperte exprimit. Verum tamen est, quod apud Deum voluntas efficax quoad meritum præmij essentialis profecto reputatur, si desit possibilitas ieiunandi. Sed hoc est præter propositum. Quoniam etiam citra bullam hac præditus efficacis voluntate, & alias impotens ad ieiunandum id præmij mereretur. Igitur Minorita hic præterquam quod in supradicta sua assertione non satis sibi constat, addit & aliud quod grano salis indiget, scilicet, quod papa potest dispensare vt ieiunetur cum esu carniarum, licet nunquam sic dispenset, essetque tunc ieiunium ecclesiasticum. Nam si per hoc primum quod ait, quod Papa potest dispensare, vt ieiunetur sine abstinentia à carnibus, hoc tantum velit affirmare, quod papa sic vescens carnibus semel in die, & abstinentes à cæna, id est, à comestione secunda, possit dispensando deobligare à reliquis conditionibus requisitis ad impletionem ieiunij ecclesiastici, quarum vna potissima est abstinentia à carnibus, in hoc ei non repugnamus. Licet aliqui, & non pauci repugnent, qui tenent per viam redemptionis non posse aliquem cum papa pecunijs collatis in bonum publicum ecclesiæ redimere ecclesiastica ieiunia, ad quæ tenetur: atque ideo illam bullam de ieiunijs redimendis non esse publicatam aiunt. Tamen contra ipsos est, quod propter bonum commune ecclesiæ in eius defensionem, contra fidei hostes contribuentibus duos argenteos pro bulla, conceditur indultum de ovis, & lacticiuorum comedendis in die ieiunij ecclesiastici. Ergo eadem ratione, si vrgeret necessitas ecclesiæ, & defendendi, fidem posset papa eximere ab obligatione ieiunandi eos qui contribuerent eleemosynam pro bello contra Turcas. Sicut etiã milites huic bello interestes à ieiunijs ecclesiasticis per bullam Cruciatam excusat: & sicut ex causa intrinseca infirmitatis, vel debilitatis posset cum aliquibus dispensare. Licet hoc de redimendis ieiunijs indultum (ne tantum bonum exercitium ieiuniorum, quo solet sæpè Deus iratus cõtra nos placari, tollatur de medio reipublicæ Christianæ) nõ nisi urgente magna ecclesiæ necessitate, & cum multo grauiori, & maturiori cõsilio præcedere, esset cõcedendũ. Verũtamen si papa dispensaret, quod

quod comedendo quis carnes posset ieiunare, quod illud esset proprium & perfectum ieiunium, Metina negat, eo quod de essentia ieiunij duo esse asserit, scilicet, abstinentiam à carnibus, & vnã solam in die comestionem. Hoc autem confirmat definitio ieiunij Isidori, quam ipse tradit dicens, quod ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum: quod si non abstinetur in proprio ieiunio à carnibus, nescio à quo cibo sit abstinentum.

¶ Præterea & hic explicare non erit ab re: An papa possit super ieiunijs ecclesiæ dispensare sine causa, videtur autem, quod non. Quia lex etiam positua fertur ex causa, & pro bono communi, vt docet Diuus Thomas. 1. 2. quæst. 9. artic. 2. & 3. quoniam bonum commune est finis legis: ergo stante ista causa boni communis, & non extante alia causa rationabili ad dispensandum videtur, quod legislator non possit in suis legibus dispensare: sed in contrarium esse videtur quod tales leges mere posituæ ex voluntate & intentione ipsius legislatoris videntur habere vim obligandi. Respondetur igitur ad quæstionem breuiter, cum Caietano. 1. 2. quæst. 96. & cum Nauarro in summa, in præludio. 10. nu. 12. quod peccat quidem superior in dispensando, & relaxando suam legem erga aliquem sine causa. can. iustum est distinct. 9. Tamen peccatum quod sic committit & peccatum, quod dispensatus petendo eã dispensatione sine iusta causa facit, solum sunt peccata venialia, si scandalum & damnum notabile alterius cessent. Nam hoc quod est dispensatum sine causa in iure humano nõ se cõformare cum alijs in obseruatione legis, si prædicta cessent, solũ est quædam difformitas, quæ non est contra charitatem in re graui.

¶ Præterea circa illam clausulam, vbi habetur, quod sub hoc indulto vescendi ovis atque lacticiuorum liberè & pro libito non comprehenduntur Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, neque alij prælati inferiores, neque quælibet regulares personæ, neque ex secularibus clerici presbyteri quantum ad dies quadragesimales duntaxat. Tamen ex his sic nominatis excipiuntur, qui sexaginta annorum iam fuerint, & omnes equites ordinum militarium: quia vtrique tam sacerdotes sexagenarij quàm equites ordinum militarium poterunt pro libito & libere, si sumant bullam vesci ovis & lacticiuorum, & potiri prædicto indulto. Notanda sunt hic plura. Primo, quod regulares ordinum, neque etiam presbyteri seculares possunt ratione bullæ Cruciatæ edere ova & lacticia in tẽpore quadragesimali, excepto nisi sint sexagenarij. Quæ quidem exceptio est multum consona iuri. l. finali. C. qui ætate. libro. 10. iuncta. l. ij. §. finali. ff. de decurionib.

A vbi maior sexaginta annis excusatur ab oneribus personalibus. At verò diaconus, & subdiaconus virtute bullæ Cruciatæ bene possunt vesci ovis & lacticiuorum, etiã in quadragesima, quia clausula bullæ eis non restringit hanc potestatem, sicut neque eam restringit equitibus ordinum militarium. Eam tamen facultatem restringit Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & regularibus, & presbyteris secularibus, qui sexagenarij non sunt. Quoniam ratio ipsa dicitur, quod hi, quia in ecclesia atque in republica christiana tanquam stellæ fulgentes sunt, bono abstinentiæ odore fragrent, & alijs exemplar singulari abstinentiæ sint, & non subterfugiant subire onus abstinentiæ, quod inferioribus subeudum imponitur.

B ¶ Secundo aduertendum est, quod virtute bullæ ab vtroque medico spiritali, & corporali licentiati ad comedendas carnes in diebus prohibitis non possunt cænare, nisi in casu, in quo in materia de ieiunio id admittimus, scilicet, quando ratione debilitatis, vel infirmitatis notabilis ad id sunt licentiati. contra Caieta. & Metinam Salmantic. absolute affirmantes, quod excusatus ab abstinentia carniarum, excusatur à ieiunio: quorum opinio aliqua probabilitate non caret. Neque sic licentiati virtute bullæ ad vescendum carnibus possunt vesci piscato, nisi semel, aut bis, aut ita modico, quod non noceat morbo, ratione cuius est dispensatus.

## C A P. V I I.

¶ Quod ad lucranda indulgentiam bulla non satis est eam reconditam habere in arca, nisi &c. Remissio quindecim annorum de penitentijs quomodolibet debitis cõcessa in bulla, quomodo intelligatur: Et quid intelligatur per quadragesimas: Et quomodo intelligatur, quod certis diebus visitantes quinque altaria lucrentur indulgentias concessas visitantibus basilicas Romæ.



I R C A illam clausulam bullæ vbi habetur, quod contribuentibus ex bonis suis ad expeditionem prædicti belli contra infideles, si ultra dictam contributionem ieiunauerint voluntariè ex deuotione in diebus, qui non fuerint de præcepto, & fecerint orationem implorantes auxilium Dei pro victoria contra infideles, & gratiam eius pro vnione, & confederatione principum Christianorum, quod si propter aliquod legitimum impedimentum ieiunare non possint, si tunc ad arbitrium

trium confessoris sui, vel parochi aliud pium opus fecerint, toties quoties id fecerint, durante prædicto anno, eis conceduntur, & misericorditer relaxantur quindecim anni, atque quindecim quadragenæ remissionis de poenitentis sibi iniunctis, & quomodolibet debitis, sintque participes omnium orationum, elemosynarum, peregrinationum, etiam Hierosolymitanæ, & reliquorum bonorum operum, quæ in vniuersali ecclesia militante, & in quolibet vno suorum membrorum fiunt. Multa occurrunt hic dubia explicanda, quæ antequam explicentur prænotanda sunt aliqua. Primo, quod plerique sumentium bullas nihil aduertunt ad has indulgentias amplas, & certas, quæ in diplomate Cruciatæ sibi conceduntur: & his quasi omisissis & obliuionitraditis aspirant ad alias indulgentias, quæ interdum sunt incertæ, quia non constat eas à papa dimanare. Insuper errant & hi exultantes, satis esse duos contribuiffe argenteos pro bulla sumenda ad omnes eas indulgentias, quæ ibi conceduntur ipso facto lucrandas: non aduertentes, quod multæ earum, vel quasi ferè omnes pro aliqua etiam speciali causa superaddita ad contributionem duorum argenteorum pro bulla conferantur. Cuiusmodi sunt indulgentiæ, quæ conceduntur per istam prædictam clausulam, quæ ultra prædictam elemosynam pro bulla requirunt ieiunium voluntarium, & ex deuotione, quod alias non sit debitum de præcepto, exigitque auxilium Dei implorantem orationem fieri pro prædicta victoria, & vnione principum Christianorum ad lucrandas indulgentias prædictas. Et tamen plures sumentes bullas satis sibi consultum putant ad lucrandas indulgentias earum, si bene plicatas & reconditas seruent in arca per totum annum. Incuria ergo est suorum confessorum, & parochorum de his maximè simplices & ignorantibus populares non admonere, vt hanc causam ieiunij voluntarij & prædictæ orationis ad impleant aliquoties in anno cum commodè id facere potuerint, ne tam magno fructu indulgentiarum defraudentur, qui toties quoties id fecerint illis conceditur, sine alicuius numeri dierum ieiunij, & orationis limitatione. Vbi perpendendum est hic ad has lucrandas indulgentias coniungi non absque pia ratione, ieiunium, & orationem, quæ simul confociata magnam virtutem solita sunt habere ad impetrandum piorum desideriorum completionem à Deo. Igitur vtrumque tam oratio, quam ieiunium requiritur ad hanc lucrandam indulgentiam, si vtrumque præstari possit. Alioquin, vt non potentes ieiunare hanc indulgentiam lucrentur oportet, vt legitimam habeant impedimen-

tum excusans eos à ieiunio, & quòd ieiunium per confessorem, vel curatum in aliud opus pium commutetur. Necessè est etiam, vt hoc opus in quod commutandum est tunc ieiunium, fiat actualiter, vel virtualiter sine assequendi indulgentiam, & iuxta intentionem papæ eam concedentis. Sicut etiam omnia opera iniuncta ad indulgentias lucri faciendas eadem intentione & sine fieri debent, alias de per accidens se haberent ad assequendam indulgentiam. Aduertendum est etiam, quòd huiusmodi quindecim anni, & quindecim quadragenæ de poenitentis iniunctis conceduntur, & non solum de iniunctis, sed etiam de rationabiliter iniungendis. Nam hoc significatur per illam particulam, scilicet, & quomodolibet debitis, illic contentam. Secundo quæritur, qualis sit ista remissio quindecim annorum de iniunctis poenitentis, vel quomodolibet debitis. Respondetur, quod hæc concessio alludit ad illum antiquum morem, vbi iuxta canones poenitentiales pro quolibet peccato mortali imponebantur septem anni poenitentia, pro quolibet peccato mortali. Igitur conceditur hic illa remissio poenæ Deo nota, quæ de poenis debitis in purgatorio fit, quæ responsura erat poenitentia iniuncta, vel rationabiliter iniungenda, quæ in hac vita in quindecim annis, iuxta morem antiquum, veniret complenda iuxta saniorum interpretationem Soti. Similiter etiam per illas quindecim quadragenas remissionis, quæ hic per prædictam clausulam conceduntur, auctore Soto in quarto sententiarum distinctione 21. quæstione secunda, articulo primo, conceditur illa remissio poenæ debita in purgatorio, quæ corresponderet poenitentia quadraginta dierum quindecies repetita in hac vita, quæ merito esset iniuncta, vel rationabiliter esset iniungenda. Quoniam, vt ibi ait Sotus, ista prædictio tot aut tot quadragenarum indulgentiarum ortum habuit ex numero dierum quadragesimæ, quod est satisfactionis tempus. Quocirca in Concilio Lateranensi limitata est potestas episcoporum ad conferendam indulgentiam in commemoratione ædificati templi ad quadraginta dies. Tertio quæritur quid concedatur per illam prædictam particulam clausule vbi dicitur, sintque participes omnium orationum, elemosynarum, peregrinationum, & cætera, & reliquorum bonorum operum, quæ in vniuersa ecclesia militante, & in quolibet vno suorum membrorum fiunt. Respondetur, quod vt supra dictum est, hæc participatio omnium bonorum, quæ hic conceditur in hoc à pura indulgentia differt. Scilicet, quod indulgentia quæ proprie dicitur talis, fit, & conceditur per modum solius satisfactionis id est,

id est, per modum absolutionis, & solutionis pretij pro poena debita pro peccato iam remisso ex thesauro Ecclesiæ applicato per clauas extra sacramentum. At vero concessio istius participationis fit per modum suffragij & solutionis: & duplicem obtinet effectum, scilicet, quòd omnia opera bona & meritoria, quæ fiunt in vniuersali militante ecclesia, per hanc communicationem participantur, & quantum ad meritum tantum de congruo, & quoad satisfactionem per modum solutionis poenæ debita à gaudentibus bulla Cruciatæ. Itaque hæc participatio, cuius videtur meminisse David dum ait, Participes ego sum omnium timentium te, videtur consistere ad duo. Primo ad merendum de congruo illi, cui hæc participatio communicatur, bonum motum, & conversionem in Deum, per quam exeat à peccato, ac etiam assecutionem bonorum temporalium: qui quidem effectus non est infallibilis, sed in liberalitate Dei fundatur. Secundo eadem participatio vt prædictum est, confert ad satisfactionem debite poenæ pro peccatis. Hinc iam patet, quomodo hæc gratia participationis omnium bonorum ecclesiæ fiat, & ad quid deferuiat. Hinc etiam colligere est illum morem, quem seruatur prælati ordinum in applicando opera subditorum, duo beneficia benefactoribus, cui applicantur, conferre, scilicet, quod applicantur illis, vt meritoria bonorum spiritualium & temporalium merito de congruo, quod merentur pro benefactoribus, qui eorum participes fiunt, prædicta bona, & quòd applicantur vt satisfactoria: quia per ea satisfaciunt eorum participes. Quauis verum sit, quòd talia opera subditorum quatenus per suos prælatos benefactoribus applicantur, vt satisfactoria cum præiudicio communitatis, & subditorum, vt sic, applicari non possunt, vt prædiximus de mente Soti, nisi forte in aliquo casu particulari, & valde vrgenti.

¶ Circa illam clausulam sequentem bullæ Cruciatæ, vbi conceditur, quòd illi, qui in diebus quadragesimæ, & in alijs diebus anni, in quibus sunt stationes Romæ, visitauerint quinque ecclesias, vel quinque altaria, & si non fuerint quinque ecclesie, vel quinque altaria, si quinquies visitauerint vnam ecclesiam, vel vnum altare, & ibi deuotam fecerint orationem pro vnione & victoria prædictis, lucrentur & consequantur omnes indulgentias & remissiones, quas lucrentur & consequuntur qui personaliter visitarent ecclesias ciuitatis Romæ & extra muros illius, sicut eas lucrentur, si personaliter visitassent prædictas ecclesias, Notandum est, quòd licet Corduba in suo quæstionario in materia de indulgentijs asserat, quòd non habetur in originali

bullæ Cruciatæ, quòd per prædictas visitationes ecclesiarum, vel altarium, & orationes ibi factas lucrentur indulgentias vrbis Romæ, sed solum indulgentias stationum, per quas inquit, secundum regulas cancellariæ, non intelliguntur indulgentiæ plenariæ: sed profecto asserendum est, per hanc clausulam bullæ concedi sumentibus eam & visitantibus ecclesias, vel altaria, & orantibus ad finem prædictum, prout hic exprimitur indulgentias de diebus in quibus in Roma sunt stationes. Quocirca existimo iniuriam esse in bullam Cruciatæ, qui summarium indulgentiarum ibi contentum, in quo etiam plures indulgentias plenarias lucriferi exprimitur opinaretur esse commentitium, & falsum. Dicitur enim ibi sic: Summarium stationum, & indulgentiarum Romæ, quas sua Sanctitas concedit omnibus personis sumentibus hanc bullam, & facientibus, & implentibus circa hoc in ea contentum. Et sequitur statim: In primo die quadragesimæ in Sancta Sabina indulgentia plenaria. Et sic prosequitur commemoratio plures dies, in quibus Romæ conceduntur indulgentiæ plenariæ. Ne fas est ergo credere, quòd bulla Cruciatæ in hoc totum populum christianum fallat. Neque aliquo modo est credibile, quòd forma huius summarij indulgentiarum in calce Cruciatæ vulgari Hispanico transumptæ ipsummet Papam, & Patrem sanctum lateat. Nec mirum sit alicui, si tot spirituales gazas sumentibus bullam impertiat papa, tum, vt excitentur ad spirituales fructus conquirendos, tum ad animandos fideles, ad contribuendum aliquid pro defensione fidei & ecclesie. Nam licet capit. cum ex eo. extra de poenitent. & remiss. dicatur per superfluas, & indiscretas indulgentias clauas ecclesiæ contemni, & poenitentialem satisfactionem eneruari: tamen indulgentiæ, quas concedit sua Sanctitas in diplomate cruciatæ, neque superflue sunt, aut indiscretæ, sed multo prudenti, & maturo consilio concessæ. Nam si sufficiens causa esse reputatur ad lucrandas Romanas indulgentias, ea ibi visitare sancta loca, in quibus conceduntur, & ibi orationes signatas fundere, siue visitantes veniant de longe, vel de prope: similiter vt causa sufficiens reputanda est ad easdem lucrandas, vt qui ad eas lucrandas Romam adire nequeunt, visitantes altaria & orantes, & insuper de suis bonis contribuentes in defensionem fidei, & ecclesie easdem indulgentias lucrentur. Quoniam hæc causa magni momenti est, considerata magna summa, quæ ex his omnibus contributionibus conflatur ad expeditionem belli pro defensione fidei, & vniuersalis ecclesie.

## CAP. VIII.

**¶ De electione confessoris ratione bullæ Cruciatæ: Et an talis confessor satis sit, sit semel approbatus per quemcunque ordinariū, ut possit sic electus confessiones ubicunque audire. Est questio moderna scitu necessaria. Et an talis confessor semel examinatus, & approbatus per episcopum, poterit per eundem iterum examinari: Et quid si talis confessor sit religiosus. Et an post concilium Tridentinū possit conferre licentiā sacerdoti simplici non approbato per episcopum, ut confessiones suorum subditorum audiat. Et an prelati suis religiosis expositis, vel non, possint prohibere audientiam confessionum. Et a quibus possit quis absolui virtute bullæ: Et quomodo intelligatur satisfacta parte. Et an hereticus, vel nominatim excommunicatus virtute illius possit absolui, vel irregularis, vel qui peccauit cum bullæ confidentia. Et quid intelligatur per articulum mortis. Vel quid si lapsus est quis in phrenesim, & de alijs casibus.**



**I**RC A illam clausulā bullæ Cruciatæ, vbi sic habetur: Item quo maiori puritate conscientiarum suarū possint orationem facere sua Sanctitas concedit omnibus supradictis, ut possint eligere in confessorem quēlibet presbyterum sæcularem, vel regularem ex approbatis per ordinariū, qui eos possit absoluerē semel in vita, & iterum in articulo mortis, a quibuscunque peccatis, & censuris, etiam referuatis Sedi apostolicæ, & declaratis in bulla cœnæ Domini, excepto crimine, & delicto hæresis, & consequantur, & lucentur plenariam indulgentiam illorum, & a censuris, & a peccatis non referuatis Sedi apostolicæ possint absolui toties, quoties ea confessi fuerint cum poenitentia salutari, iuxta culpas commissas: & in casu quo necessaria sit satisfactio ad dictam absolutionem consequendam, eam per se ipsos faciant. Quod si impedimentum aliquod interuenierit per suos hæredes eam satisfactionem facere possint, vel alij pro illis. Circa prædictā clausulā particulās multa occurrunt dubia explicanda. Et primo potissimum nobis facit negotium questio illa, quæ nostris temporibus agitata est etiam in vniuersitatibus præcipuis Hispaniæ, scilicet, vtrum presbyter seu Religiosus tantum in vno episcopatu expositus, & approbatus per ordinariū virtute bullæ Cruciatæ

**A** possit eligi in confessorem in alio episcopatu, vbi non est expositus neque approbatus per ordinariū eiusdem episcopatus. Videtur autem, quod possit talis confessor confessiones subditorum alterius episcopi electus in confessorem per bullam in diocesi, vbi non est approbatus, audire. Tum primo: quoniam istud beneficium bullæ concedentis, scilicet, posse eligere cōfessorē eā sumētes, est beneficium principis, quod late est interpretandum in dubio: sed hæc clausula bullæ non restringit habentem bullam ad eligendum in confessorem presbyterum, aut religiosum, qui fuerit approbatus per episcopum suum, scilicet, suæ diocesis: quia solum clausula bullæ indeterminatè dicit, quod possint gaudētes bulla eligere sibi in confessores ex approbatis per ordinariū: ergo hoc late interpretandū est, ut intelligatur de semel approbato per quemcunque ordinariū. Præterea cōfirmatur: Quoniam in expositione legis, aut priuilegij seruanda est mens seu intentio legislatoris. capit. intelligentia. de verbor. signific. Quia verba deseruiunt intentioni, & non è conuerso. can. is autem. 22. quæst. secunda. Sed mens seu intentio papæ in istis verbis indeterminatis istius clausulæ videtur fuisse, quod sufficeret talem confessorem fuisse approbatum per aliquem vnū ordinariū: quoniam sic satis fit intentioni papæ, qui per illa verba, scilicet, ex approbatis per ordinariū, voluit succidere occasionem eligendi imperitum, aut non idoneum in cōfessorem. At verò hæc occasio cessat cum eligitur ex semel approbatis per aliquem ordinariū, etiam alienum. Quia talis sic semel approbatus per alium etiam extraneū episcopum iam præsumitur idoneus, & peritus ad confessiones audiendas. Ergo cū in beneficijs principis, quale est hæc concessio, interpretatio plenissima fieri debeat cap. cum dilecti. de donationib. & hæc interpretatio nō fit aliena à mente summi pontificis, sequitur ipsam esse legitimam, & tenendam. Secundo etiam patet: Quoniam in originali bullæ Cruciatæ expeditæ à Gregorio XIII. die 15. Iulij anno 1573. sui pontificatus Anno II. sic habetur, ut suscipientes bullam possent eligere confessorem sæcularem, vel regularem ex his, qui ab ordinario & quoad regulares, semel tātum approbati fuerint, & cætera. Ergo si mens istius pontificis hæc fuit quod vt regulares semel expositi ab ordinario virtute bullæ possent in confessores eligi, quod fat fuisset ad hoc, vt semel essent approbati ab ordinario: sequitur, quod satis fuerit semel ab alio ordinario quemcunque approbatus. Nam si rursus approbatione illius ordinarij illius diocesis, vbi eliguntur, indigerent, iam nō semel esse approbatos sufficeret, vt ait papa: sed alia

alia approbatione secunda opus haberent: quod videtur esse contra intentionem Pontificis. Tertio arguitur: Quoniam priuilegium aliquid debet operari: & ita debet interpretari, vt aliquid operetur cap. si Papa, de priuileg. in. 6. Si ergo eligere confessorem ex approbatis per suummet episcopum gaudens cruciatæ bulla opus haberet, iam diploma Pontificis nihil in hoc operaretur: quoniam nihil ei daret. Nam eligere confessorem iam expositum & approbatum per suam Episcopum, id est, fratrem ei præsentatum & ab eo approbatum sine tali diplomate poterat: Ergo conceditur facultas eligendi alias non probatos per suum episcopum, dum sint approbati per aliquem alium ordinariū. Sed in contrarium esse videtur primo, quod priuilegium hoc eligendi confessorem ex approbatis per ordinariū, si interpretemur de semel approbato per aliquem Episcopum, etiam alienum & extraneum, & non per episcopum illius, qui confessorem illum eligit id in præiudicium proprij episcopi cedit. Ergo non sic late est interpretandum, vt ad eligendum semel approbatum per alium episcopum extendatur. Præterea in contra parte negatiua est, quod Pius quintus in quodam proprio motu, qui inter eius proprios motus connumeratur, decreuit, quod religiosus semel in vna diocesi admissus semper in eadem habeatur pro admissio ad prædicationes, & confessiones sine alia præsentatione, vel examinatione. Ergo à contrario sensu arguendo ex hoc loco, quod quidem argumentum fortissimum est apud canonistas, sequitur, quod si religiosus semel admissus in vna diocesi semper habetur pro admissio (vt hic declaratur) à contrario, qui semel non fuit admissus in diocesi, vbi virtute bullæ in confessorem eligitur, licet fuerit admissus & approbatus in alia diocesi, non satis fit, vt in confessorem, vbi non est approbatus, eligi possit.

**¶** Igitur questio hæc adeo perplexa visa est esse in nostris temporibus, vt eius difficultas in causa fuerit, quod tam theologi, quam iuristæ celeberrimi vniuersitatum Hispaniæ, scilicet, Salmanticensis & Complutensis (vt refert frater Manuel Rodriguez in sua expositione bullæ cruciatæ) in contrarias sententias secesserint. Nā in vniuersitate Salmanticensi communis opinio theologorum, & iuristarum fuit affirmatiua, scilicet, quod confessor semel approbatus in aliqua diocesi per episcopum illius, poterat virtute cruciatæ sine alia approbatione audire confessiones in alijs diocesis, si ibi per bullam eligeretur in confessorem. At vniuersitas Complutensis fertur in contrariam abisse sententiam, scilicet, negatiuam. Inter hæc autem opinionum

**A** disidia narratum est archiepiscopum ciuitatis Valentia apud Consilium Cardinalium Romæ instasse, vt super id dubij sententiam declarationis iuridicam proferrent, quam pro parte negatiua protulerunt, scilicet, quod virtute cruciatæ eligi non possit confessor, nisi ex approbatis per eligentis proprium episcopum. Cuius declarationis, si satis memini, legi breuem tenorem citatum à prædicto fr. Manuele in prædicta exposit. Quam declarationem refert per eundem archiepiscopum Valentia fuisse promulgatam. Sed iam inter tam varias sententias, si quis sententiam mei tenuis ingenij & exilis exposcat: ad hanc questionem dico primo, præmittens illam regulam Magistri Cano in. 5. parte relect. de poenit. scilicet, quod in sacramentis necessarijs, cuiusmodi est hoc sacramentum poenitentia, non est tutum eo nos committere periculo, vt eligamus in confessorem sacerdotem, cui forsitan Summus Pontifex auctoritatem absoluedi minime concesserit, cuiusmodi forsitan est confessor tantum approbatus in alieno episcopatu. Quoniam satagendum est nobis per media certa certam facere, & vocationem, & salutem nostram. Secundo dico, quod sequendo hanc regulam, & rationes sequentes quæ mihi sententiam negatiuam veriore esse persuadent, puto extante iam hac declaratione Consilij Cardinalium super hoc edita, non esse tutum affirmatiuam sententiam in vsu tenere, sicut hætenus aliqui bona fide vsi sunt ea. Probatum autem hoc multipliciter. Primo: Quoniam si talis declaratio à consilio Cardinalium dimanauit præterquam quod credendum est ad faciendam declarationem hanc auctoritate Apostolica illis commissa fuisse, credendum est etiam talem declarationem à Papa emanasse. Quoniam non est verisimile questionem hanc arduam Cardinales Papæ non proposuisse, & super illam illū nō consuluisse. Neque obstat, quod in sola diocesi Valentia fuerit promulgata. Quoniam si verisimiliter de ea constat, etiam in alijs diocesis seruanda videtur. Nam cum (vt statim probabimus) sit declaratio iuridica, & iuri ipsi declaranti priuilegia omnino conformis, etiam si in alijs diocesis non sit promulgata, sine alia promulgatione videtur obligare, maxime vbi res hæc geritur in foro conscientia. Secundo probatur. Quoniam priuilegium, quod est contrarius, debet strictè interpretari, vt minus deroget iuri communi, quam possit cap. cū dilectus de consuetudin. Vnde si cum illegitimo dispensetur, quod possit promoueri ad ordines, intelligitur tantum de minoribus ordinibus, secundū Panormit. in cap. si quisquam. de cohabit. cler. & mul. & quia talis dispensationis gratia est con-



trius sic restringitur. Sed sic est quod ista gratia, scilicet, quod eligatur confessor ex approbatione, per ordinarium, sic interpretata, pro ut patris affirmatiue assertores eam sic interpretantur, est contra duplex iustum ius apertum, scilicet, 1. contra ius clem. dudum de sepult. §. deinde ubi decernit religiosos ad audiendas confessiones in aliqua dioecesi episcopo illius dioecesis fore presentandos, ut de gratia & beneplacito eiusdem episcopi possint ibi subditorum eius confessiones audire: & secundo est contra ius commune contentum in Concil. Trid. sess. 23. cap. 1 §. ubi omnem sacerdotem etiam regularem ad audiendas confessiones secularium non esse idoneum reputat, nisi ab episcopis per examen, si videbitur necessarium, idoneus iudicetur, & probationem accipiat, quae quidem constitutio Concilij Trid. palam ostendit, quod ab episcopis illarum dioecesium, ubi audituri sunt confessiones, debent approbati regulares eis presentandi: nam constitutio haec videtur excepta ex constitutione praedicta antiqua, scilicet, in clem. dudum. de sepult. §. deinde, & constitutio excepta ex alia debet regulari cum intelligentia illius, a qua excepta est: si ergo praedicta gratia est contra hoc duplex ius, restringenda est, taliter, ut huic duplici iuri non deroget sicut derogaret certe, si sic large interpretaremur istam gratiam bullae. Tertio patet: Quoniam rescriptum, quod ius tertij tollit, stricte debet interpretari. Et idem est de privilegio tollente ius tertij, ut patet in 6. de praebend. cap. quauis nisi verbis aliud exprimat. Quia a propria significatione recedere non debemus, nisi de mente cedentis aliter constet cap. olim & cap. in his de verbor. signific. Sed sic est, quod istud privilegium seu gratia bullae, quod possit eligi confessor ex approbatione per ordinarium, si illud interpretemur sic, quod sufficiat esse approbatum per unum ordinarium tollit ius, quod habent alij ordinarij ad approbandos confessores suarum ouium: ergo non est sic late interpretandum, ut ad ubique audiendas confessiones ratione bullae sufficiat semel per aliquem unum solum episcopum fuisse approbatum. Quoniam neque significatio verborum praedictae clausulae hoc exprimit, neque de mente Papae circa hoc constat. In quo oppositum constat, si verum est, illam declarationem supra memoratam ab ipso, & ab suo Consilio Cardinalium dimanasse. Tenendum est ergo hic, certum & dimittendum est incertum. Igitur ad obiectiones, & argumenta posita in principio huius quaestionis respondentem, ad primum dicimus, negando, quod haec gratia proprie dicenda sit beneficium principis. Quoniam beneficium principis proprie est tantum illud, quod conceditur praeter ius. Quod pro-

pterea venit late interpretandum, nisi sit in praedictum ius tertij. Sed haec gratia eligendi confessorem virtute diplomatis sic large intellecta, ut ea interpretatur pars affirmatiua, dicens sufficere approbationem unius episcopi & est contra ius (ut probatum est) & contra ius approbandi, quod habent episcopi, & ideo negatur quod sic late sit dicta gratia interpretanda.

¶ Ad confirmationem etiam respondentem negamus, eam fuisse intentionem Papae, quod sufficeret, ut talis eligendus in confessorem esset approbatus per unum tantum alienum episcopum. Quia non est intentio Papae per suas literas derogare iuri communi, aut alicui tertio praedictum ius inferre in sua iurisdictione, nisi id exprimat: Vnde negatur subinde replica, qua obijcitur quod Papa per istam clausulam, quod possint eligere unum ex approbatione per ordinarium voluit solum succidere occasionem eligendi imperitum, & inidoneum: quoniam simul cum hoc voluit non derogare iuri communi, neque iuri episcoporum, volens ut suscipientes bullam hac gratia essent contenti eligendi confessorem approbatum ab ordinario eum eligenti, qui post electionem sortiretur potestatem quam antea per solam approbationem episcopi non habebat, scilicet, ad absoluendum de peccatis & censuris referatis.

¶ Ad secundum argumentum desumptum ex originali praedicto Gregorij. 3. ubi declaratur, quod sufficit quod regulares semel tantum fuerint approbati respondemus dupliciter, quod non licet hinc arguere contra negatiuam a contrario sensu. Primo quia haec declaratio Gregorij. 3. bene compatitur secum nostram intelligentiam, scilicet, quod debet talis regularis esse approbatus per episcopum eum eligentem, & quod cum hoc simul satis est, quod ab eodem episcopo, scilicet, eligenti sit semel approbatus, ne per alias, quas intentarent episcopi secundas, aut tertias approbationes, aut si primam reuocarent sic coarctarent hanc gratiam eligendi ex approbatione. Secundo, quoniam arbitramur in hac forma moderna bullae cruciatae expressa idioma te vulgari Hispanico, iam ex consilio illam declarationem Gregorij. 3. esse ademptam, ne finitram intelligentiam partis affirmatiuae, quae est contra ius ingeneraret, & sic daret occasionem errandi & existimandi, quod sufficeret unam solum approbationem per unum solum episcopum, etiam alienum factam fuisse.

¶ Ad tertium argumentum, quod plus alias vrgetur, ubi arguitur, quod si gratia haec intelligeretur de confessoribus approbatione per ordinarium eos in confessores eligentium, iam gratia nihil operaretur, & nihil eis conferret, quoniam iam tales

tales sine bulla eligere poterant. Respondetur cum Magistro Cano. in 4. part. relect. de poenitentia negando sequelam, scilicet, quod tale privilegium nihil operetur, aut conferat. Quia ut respondet ibi Cano, ad hoc eis confert, primo: quia aliquis presbyter secularis potest esse examinatus, & probatus per meum episcopum & non per hoc tantum est iudex meus, quem statim sine bulla possim ego eligere in confessorem. Nam multi clerici saeculares sunt examinati, & approbati & praefecti in confessores, non pro omnibus dioecesis ciuitatibus, aut populis per episcopum illorum, sed pro specialibus locis dioecesis dumtaxat, quos tamen non omnis subditus illius episcopi sine bulla posset eligere, sed tantum ille cuius populo dati sunt ab episcopo in confessores. Igitur haec gratia bullae hoc videtur operari, & conferre, scilicet, ut gaudens bulla non solum cum suo paroco, aut cum caeteris expositis confessoribus a suo episcopo pro suo tantum populo possit confiteri: sed quod etiam alios omnes expositos ab episcopo suae dioecesis possit per bullam eligere in confessores, quod antea citra bullam facere non poterat. Et forte hoc concedit bulla, praesertim quando, etsi non pro omni loco episcopatus sunt expositi, approbati tamen sunt ab episcopo sine limitatione solum audiendi confessiones talis generis personarum. Quia si examinati, forte non sunt inuenti habiles & idonei ad audiendas confessiones eorum, qui intricatioribus dant operam negotijs, & propterea limitatam habent approbationem non tute eos eligeret in confessores, etiam virtute bullae, qui intricatioris esset conditionis & status. Quoniam secundum ius commune, limitata causa limitatos parit effectus. Secundo respondetur, quod talis gratia multum sane confert. Quoniam, etsi non conferat licentiam eligendi, nisi ex approbatione per suum episcopum: tamen praebet licentiam eligendi non qualemcunque confessorem, sed confessorem, qui per talem electionem accipit auctoritatem commissariam ad absoluendum a referatis, & qui auctoritate bullae sibi commissa possit ei impendere indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum, quo ad culpam & poenam, & possit absolvere in ea plena forma, quae continetur in bulla. Neque concessio absolutionis a referatis, ut quidam autumant, ita est distincta gratia, quin sit determinatio illius gratiae, scilicet, eligendi confessorem ex approbatione ab hac finem, ut si indigeat gaudens bulla absolutione a referatis, ab illis possit absolui. At facultas eligendi confessorem, non ut cunque, sed ad praedictum finem magni momenti

Instruct. cons. Pars. 2.

ti gratia est. Item, quia privilegia, quae contra ius conceduntur, solita sunt continere non obstantiam talis iuris, quam quidem non obstantiam non exprimit clausula bullae. Vnde non videtur derogare velle iuri approbandi confessores, quo potiuntur episcopi in suis dioecesium. Vltimo dicimus, quod etiam si praedicta gratia non operaretur tam excellentes effectus, sicut operatur, etiam iuri episcoporum de approbandis confessoribus non derogando: tamen si nihil tam aperte operari videretur, non erat ita inconsiderate contra ius commune interpretanda. Quoniam privilegium, quod solum continet ius commune aliquid prodest, secundum Hostiensem. Quoniam magis solet timeri quod specialiter prohibetur, quam quod generaliter can. quanquam distinct. 23. Vel quia magis sciuntur privilegia, quam iura, vel quia cum ius male seruetur, per privilegium innovatur can. 2. de treug. & pace.

¶ Praeterea quaeritur pro complemento quaestionis praecedentis, an satis sit ut ille presbyter, qui virtute bullae cruciatae eligitur in confessorem in aliquo episcopatu, sit semel expositus ibi per episcopum illius: an vero episcopus possit illum iterum examinare: & si appareat sibi in sufficiens iterum reprobare, quod antea approbatum: ita ut iam post istam reprobationem virtute cruciatae non possit eligi. Videtur autem quod si iterum examinatus reprobetur, non possit eligi, licet per eundem episcopum post eum reprobantem fuerit antea approbatus. Patet primo de confessoribus laicis, id est, presbyteris saecularibus. Quoniam medicus corporalis semel approbatus, potest iterum reprobari, ut patet ff. de muner. & honor. l. ut gradatim, §. reprobari. Et hoc est speciale propter hominum sanitatem, ut ait glossa in 6. cap. quod semel placuit, de regul. iur. Ergo pari vel fortiori ratione medicus spiritualis, qualis est confessor, semel approbatus, potest iterum reprobari propter hominum spirituales salutem. Secundo probatur, quod de religiosis semel approbatus sit idem, scilicet, quod post hoc possint iterum reprobari per episcopum eiusdem dioecesis, ubi fuerant antea approbati. Nam certe vidimus hifce oculis proprium motum Pij quinti posteriori tempore ad illum proprium motum, quem ipse antea ediderat, de religiosis semel admisis ad confessiones audiendas in aliquo episcopatu: ubi decreuit non indigere alia praesentatione, vel examinatione ad audiendas confessiones in illo. Vbi reuocans istum priorem concedit episcopos pro sui animi consolatione, & quietatione posse religiosos examinatos, & approbatos per suos antecessores, iterum examinare, &

Lk 2 caetera.

cætera. Et huius proprii motus meminit frat. Manuel Minorita in expositione bullæ cruciatæ. In contrarium est, quoniam, si hoc licitum esset episcopis iam concessione bullæ circa eligendum confessorem ex approbatis per ipsos multum possent coarctare episcopi, sic iterum reprobando semel approbato.

¶ Legitur pro decisione quæstionis dicimus primo quod si loquamur de presbyteris sæcularibus semel approbatis per episcopum, præsertim carentibus beneficio cum cura animarum, manifestum est, quod post prædictam approbationem præsertim ex rationabili causa, potest eis episcopus licentiam datam ad audiendas confessiones in suo episcopatu omnino tollere, & iterum coarctare, & prohibito limitare, imo iterum eos examinare, & si visum fuerit iam antea à se approbato iterum reprobare. Patet: Tum primo, quia facultas horum circa audiendas confessiones ex episcoporum libera commissione solum dependet: Tum etiam secundo, quia potest eos episcopum ex causa rationabili iterum examinare, & reprobare est multum consonum iuri allegato in dicto. §. reprobari. Vbi licet ius loquatur de medicis corporalibus à fortiori currit ratio legis in medicis spiritualibus, cuiusmodi sunt confessores. Igitur, si confessores hi sacerdotes laici, qui antea erant approbati per episcopum, iterum in eodem episcopatu per episcopum reprobandi, iam ex tunc virtute diplomatis cruciatæ ibi in confessores eligi non poterunt: quoniam iam non sunt proprie ex approbatis, ex quibus bulla eligere concedit quoniam non sunt iam approbati sed reprobat.

¶ Secundo dicimus, quod si loquamur de religiosis, semel approbatis per episcopum in sua diocesi, est maior difficultas. Igitur de his loquendo dicitur, quod religiosos ordinum mendicantium, & alios religiosos eorum privilegijs gaudentes episcopo diocesis legitime præsentatos, si fuerit requisitus episcopus, ut secundum formam clem. dudum, de sepulturis. §. deinde, illos approbet, & exponat, si eos inueniat per examen idoneos, & sufficientes, ad omnis generis personarum confessiones audiendas, non potest eos exponere secundum quid, id est, ad beneplacitum suum, vel ad beneplacitum episcopalis sedis: sed tenetur eos exponere & approbare simpliciter, ita ut durent etiam post mortem episcopi: quia est autoritas papalis, quæ durat. Accedit huic sententiæ Navarrus in summa ca. 27. num. 262. Vbi ait, quod religiosus semel præsentatus & admissus, non indiget noua præsentatione, etiam si aliquoties exierit diocesim, ad quam fuit præsentatus dicta clem. §. si vero. Vbi ait glossa super verbum, recusauerint,

A quod si episcopus sufficientibus notorie & bene meritis religiosis sibi legitime præsentatis secundum istam formam clem. dudum, prædictam licentiam impendere recusauerit, eam gratiose, ut ait textus eis impendit Papa. Imo secundum eandem gloss. ibi, si non recusat, expresse, sed non dat, vel negligit eam dare episcopus, videtur, quod locum habeat hoc privilegium post trinam monitionem, vel requisitionem episcopofactam per decret. 1. de supplenda negl. prælat. & facit capit. ab eo de appell. lib. 6. & cap. quando de appellat. Tertio dicitur, quod quia episcopus sic requisitus inuitis fratribus non potest eos deputare, nisi simpliciter, ideo si admittat fratres sine solennitate clementinæ, dudum, taliter tamen ac si esset seruata, quia ei solennitati, quæ in gratiam eius indicitur vult renunciare, eandem autoritatem habent religiosi ac si esset seruata. Si autem episcopus iuxta formam clem. dudum non fuerit requisitus in supplicatione ei facta, ut admittat fratres, sed ipse sua sponte simpliciter concedit eis licentiam audiendi confessiones: tunc non possunt absolueri, nisi in quantum episcopus eis concedit: quia tunc non absoluerent autoritate clem. dudum, sed ex mera commissione episcopi. Prælati ergo debent esse cauti, ut faciant fratres acceptari secundum formam capituli, dudum. Quoniam Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. licet omnia privilegia, & consuetudinem quancunque etiã immemorabilem tollit circa audiendas confessiones, sine approbatione episcopi: tamen ius antiquum istud clem. dudum, non tollit expresse, sed neque est sibi contrarium: quoniam constitutio noua non derogat antiquæ, nisi in eo, quo illi expresse contrariatur, secundum D. Antoninum.

¶ Quarto dicitur ad punctum quæstionis, quod quando religiosi prædicti legitime secundum formam clem. dudum, sunt expositi & simpliciter, iuxta illam admissi per episcopum, iam in eodem episcopatu non indigent alia examinatione, vel præsentatione vel approbatione, etiam si episcopus succedens velit eos examinare, & denovo approbare vel reprobare. Patet: quia talis eorum expositio facta secundum cap. dudum, fuit perpetua, quia est papalis concessio, & quia, ut prædictum est Concilium Trident. expresse hanc gratiam iuris non tollit. Quod & confirmatur ex autoritate allegata Navarrus. Neque obstat proprius motus Pij. 5. à me visus, & à prædicto frat. Manuele allegat. Quoniam præterquam, quod non videtur ritè promulgatus, ut antiqua possit tollere privilegia, præsertim in iure contenta, etiam (ut bene subnotauit idem frater Manuel) videtur quod proprius iste

iste motus & posterior Pij quinti (vbi concedit episcopo religiosos approbato per suum antecessorem, posse iterum examinare & cætera) certe fuit reuocatus post per Gregorium. 13. in bulla inserta à Navarrò in fine suæ summæ, quæ incipit: In tanta negotiorum mole. Vbi reuocauit omnia indulta Pij quinti, quatenus contrariabantur Concil. Trident. & reliquit nos in iure pristino. Insuper & illic specialiter his specialibus verbis reuocat quæ circa confessoriorum regularium approbationem Pius quintus declarauerat. Vnde ex prædictis corollarie sequitur, quod non obstante quacunque contradictione, aut reprobatione noua episcopi præsentis, si antea religiosus sic simpliciter secundum clem. dudum, semel fuit approbatus ab aliquo suorum antecessorum, potest ibidem audire confessiones, & multo potiori iure eligi per bullam cruciatam in confessorem, ut absoluat à reseruat. Quinto dicitur: quod quando prædictus religiosus non est præsentatus secundum formam clem. dudum, neque secundum eam approbatus, sed solum est approbatus ad beneplacitum episcopi, sicut & alij episcopatus sui sacerdotes, durante tali approbatione poterit ibi audire confessiones, & virtute bullæ cruciatæ eligi in confessorem ad absolendum à reseruat, & cætera, sicut & possunt sic eligi ceteri ibi sic approbati sæculares sacerdotes. Tamen in hoc casu, si episcopus huiusmodi religiosum antea à se approbatum postea reprobari: videtur certe, quod iam is sic reprobatus religiosus non possit per cruciatam in confessorem eligi: sicut neque reliqui sacerdotes ibidem antea approbati, & postea reprobat: quoniam horum omnium approbatio & concessio licentiæ ad confessiones audiendas ex mera voluntate episcopi dependet. Cumque tunc iam essent sic iterum reprobat, non possent dici proprie approbati, ut ex eis posset fieri electio.

¶ Sexto dicitur, quod fratres regulares non tenentur episcopus exponere simpliciter, quando in examine non inuenit eos sufficientes personarum generibus personarum, ut patet in dicta clem. dudum. & secundum glossam ibi, verbo. nollent. & verbo. subrogari. Si tamen Episcopus hos religiosos insufficientes ad omnis generis personarum confessiones audiendas ad beneplacitum suum quod tunc potest facere exponeret, & approbaret tantum pro personis simplicioris vitæ, & non ita intricatæ conscientiæ, ut pro solum mulieribus, aut rusticis personis villarum, tunc certe (ut prædiximus) tantum personarum hæ simplices pro quibus tantum sunt expositi, & approbati, possent eos eligere virtute bullæ ad absolutionem casuum reserua-

A torum ab eis percipiendam. Non autem sic intricatiorum homines, pro quibus non sunt expositi, & approbati ab episcopo possent eos in confessores eligere, etiam per bullam quia (ut prædiximus) isti non sunt simpliciter approbati. Atque ideo ista limitata limitatio limitatū parit effectū, iuxta regulam allegatā à Navarro, & à iuristis, scilicet, quod limitata causa limitatum parit effectum.

¶ Sed iam hinc non mediocre exurgit dubiū, scilicet, religiosus, qui non propter insufficientiam literarum, quia abunde peritus repertus est in examine, sed quia iuuenis est, & leuis corde, & parum modestus apparet episcopus eius approbationem restringens, eam approbat pro omnis generis personarum audiendis confessionibus, exceptis confessionibus sæmularum: an possit hac limitatione non obstante, virtute bullæ cruciatæ à sæmularum eligi in confessorem. Videtur autem quod possit eligi. Nam religiosus, qui proponitur episcopo examinandus, examinandus proponitur in scientia, non autem in moribus, & vita, ut propter leuitatem morum præsertim non probatam, sed præsumptam possit religiosus limitare licentiā, ut sæmularum non possint audire, sed tantum viros: Sed in contrarium esse videtur, quod ius canonicum clementina illa, dudum, de sepulturis. sex conditiones exigit, & requirit in religiosis præsentandis episcopis, scilicet, quod religiosi electi, ut episcopo præsententur sint primo sufficientes. Secundo, quod sint idonei. Tertio, quod sint vita probati. Quarto, quod sint discreti. Quinto, quod sint periti ad tam salubre officium, & ministeriū exequendum. Sexto, quod sint modesti. Ergo si aliqua harum conditionum desit, episcopus non tenetur eos acceptare, vel approbare ad confessiones audiendas. Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod si episcopus ex causa iusta, quia deest aliqua harum conditionum non vult aliquos religiosos sibi præsentatos approbare simpliciter secundum formam cap. dudum, de sepulturis. tunc illi neque virtute bullæ cruciatæ poterunt eligi in confessores: quoniam isti non sunt approbati per episcopum: sed neque per Papam: quando (ut ibi ait glossa) si non recipiuntur & non approbantur per episcopum, est ex iusta causa, scilicet, quia non sunt quales supra describuntur, scilicet, sufficientes, idonei aut vita probati, aut discreti, modesti, aut periti. Patet autem hoc: Quia in his non succedit licentia Papæ secundum glossam. Quoniam id impurandum est prælati eos præsentantibus, qui religiosos prædictas habentes conditiones non præsentarunt: neque in eis succedit licentia episcopi per approbationem. Ergo nullo modo possunt

sunt audire confessiones: neque virtute cruciatę ad eas audiendas eligi. Dicitur secundo ad punctum quęstionis, quod si episcopus aliquibus religiosis sibi presentatis alias literatis, quoniam eorū adolescentiam occasionatam esse videt ad audiendas confessiones mulierum, eos tantum approbat, dum sic adolescentem sunt pro confessionibus faminarum, verisimilius est dicere, quod tunc virtute bullę cruciatę in confessores non possint eligi a feminis. Probatur ex Concilio Tridentino sessio. 23. can. 15. vbi omnis presbyter, etiam regularis, non esse idoneus reputatur ad audiendas confessiones, qui probationem non acceperit ab episcopo. Sed isti religiosi adolescentes, quibus episcopus interdixit audire confessiones dictarum faminarum, approbationem non acceperunt ad eas audiendas: ergo non putantur idonei ad id: ergo eligi non possunt ab eis in confessores. Neque enim Papa per illam facultatem bullę cruciatę, idoneos, intendit facere ad eam functionem, quos non approbat ad eam episcopus. Quia ad id idoneos eos adolescentes esse non arbitratur, sicut reuera regulariter ad id ministerij audiendi confessiones mulierum adolescentes presbyteri, & nimirum iuvenes, idonei non sunt. Quod & probatur tum cautio, qua cautum est, & ordinatum Bononię in quodam capitulo generalis Prędicatorum fratrum (pro vt tradit Bandeli. glossa super eorum cõstit. dist. 2. cap. 13. lit. C.) quod religiosi dicti ordinis non debent audire confessiones maxime mulierum ante trigessimum annum. Tū etiam cautela illa hoc arguit, qua mulieres graues, confessores respuunt, iuniores & prouectiores ætate quærunt. Tum secundo patet: Quoniam hos sacerdotes religiosos adolescentiores non tenetur (vt apparet) episcopus simpliciter exponere, & approbare: quia non secum afferunt omnes conditiones supra in illa clem. dudum. relatas. Quia saltem ista conditio eis deesse videtur, quod non esse videtur tam idonei ad audiendas mulieres. Vt interim omittamus, quod mulierum pro eorum immatura ætate, non ita sunt discreti, vt cauere nouerint occasiones scandali quas nisi caute se gerant feminis possunt dare, vel ab eis accipere inter audiendas eas in confessione. Ergo non sine causa, si aliquando viderit expedire, poterit episcopus aliquem, vel aliquos ex his a confessione faminarum audienda arcere. Ac subinde poterit eos non simpliciter approbare iuxta formam clementinę. dudum. sed iuxta suam bene placitum limitando eis approbationem solum pro viris. Et quia vt dictū est, limitata causa limitatum parit effectum, tales solum virtute bullę poterunt eligi in con-

confessores a viris, sed non a feminis. Neque factum tenebit si feminas audiant. Hoc autem sub censura aliorum, qui meliores rationes. attulerint & istas soluerint, dixerim: aduertens lectorem in materia de sacramentis necessarijs ad salutem antore Cano opiniones tutiores esse sequendas, Ad argumentum in contrariam patet ex prædictis conditionibus solutio. Quoniam clementina. dudum. in approbando per episcopum religioso, non solum requirit sufficientiam literarū, sed etiam, quę spectant ad mores, scilicet, idoneitatem, probitatem, vitę modestiam, discretionem. Quoniam, vt ibi ait glossa, ista functio audiendi confessiones, ars est artium multa requirens.

Ad argumenta autem in contra allata in fronte principalis quęstionis respondentem, ad primum, quod adducebatur ex exemplo medici corporalis, qui ex iure etiam si sit semel approbatus, potest iterum reprobari, respondetur, quod loquendo de medico spirituali, idest, de confessore semel approbato distinguendum est, Quoniam, si est approbatus simpliciter secundū formam clem. dudum. quoniam secundū glossam concessio licentię tunc etiam est papalis, sic approbatus semel, reprobari non potest per inferiorem, idest, per episcopum. Si autem sic simpliciter secundum prædictam formam non sit approbatus, sed ad bene placitum episcopi, poterit iterum per eundem episcopum reprobari.

Ad secundū argumentum desumptum ex proprio motu Pij Quinti, vbi concedit episcopis approbatos antea religiosos per suos antecessores, posse iterum examinare, iam responsum est, istud proprium motum fuisse per Gregorium tertium decimum reuocatum. Vbi indulta etiam, quę concesserat Pius quintus super declarationem præsentationis religiosorum reuocat. Tum etiam respondetur, quod si danda est fides fratri Manueli in expositione bullę Gregorius. 13. in illa bulla reuocatoria privilegiorum, quę concesserat Pius quintus, quę quidem bulla sic incipit: In tanta negotiorum non videtur reuocare illud indultum Pij quinti viue vocis oraculo concessum religiosi ad instantiā & supplicationem fr. Aloyfi Patei generalis ministri ordinis Minorum, quo cõcessit, vt omnia privilegia concessa nobis a Paulo. 4. & suis prædecessoribus, etiā cum singulis clausulis, etiam quoad illa, quę sunt derogata per Conciliū Tridentinum, nobis suffragarentur in foro conscientię, vt eis tātū in foro conscientię vti possimus, sicut antea. Ratio autē qua frater Manuel hoc sibi persuadet, hæc est (quia inquit) ex vsu istorū privilegiorū in solo foro cõscientię nō oritur illa perturbatio inter religiosos & episcopos, cuius

ius meminit Gregor. 13. in sua bulla reuocatoria, quę mouit illū ad eadem reuocationē faciendam. Vnde interpretatur illā reuocationē fecisse Gregoriū in foro exteriori tantum. Sed licet ista ratio nō nihil apparentiæ præferat, tamen duæ rationes dissuadent illā reuocationē privilegiorū Pij. 5. factā per Grego. 13. restringendā esse tantū quoad forū exterius, ita vt in foro exteriori eis vti non possimus. Primo. Quia certe ibi meminit Gregorius de confessionibus audiendis. & de pœnitentijs iniungendis a religiosis, quę attinent ad forum conscientię. Et tamen, quoniam non fiunt tam secreto, quin factum in publicum prodeat, & ad aures episcoporum deueniat, vnde oriuntur perturbaciones & lites, has cupiens Papa vitare, & confessiones & iniunctiones pœnitentiarū, quę in foro cõscientię fiebant ex indultis Pij quinti cõtra decreta Cõcilij cõcessis, voluit reuocare. Secundo: Quoniam neque illa ratio fratris Manuelis quidquā cõficit, qua cõtendit ostendere, quod Gregor. 13. solū indulta Pij quinti scripto mandata, quę cõtraria erant Cõcilio Tridentino reuocauit, non vero reuocasse istud indultū concessum ad supplicationē prædicti fratris Aloyfi Putei affirmat, eo quod non scripto, sed viuę vocis oraculo fuit cõcessum. Sed certe in hoc fallitur. Tū, quia post quā Greg. 13. ibi meminit de literis privilegiorū a Pio quinto datis in gratiam religiosorū, adijcit sic: multaq; præterea privilegia eisdē. 17. kal. iunij Põtificatus sui anno secūdo. Et deinde illa, diuersis ordinibus & cæt. cõcesserit ibi, infra ait, prædictas literas & reliqua indulta, etiā sine literis (nā sic intelligēdū est, nā alias esset idē bis repetere, si sic non intelligeretur) se abrogare. Deinde secūdo patet. Quoniam idē Gregor. ibi, vt omne subterfugiū aliter glossandi suā reuocationē, aut eā limitandi tolleret in fine suę bullę reuocatorię sic addit: Quin etiā abrogamus omnia irritatiā, & alia decreta, & quęcunq; alia nostris statuto ordinationi, & reductioni aduersantia. Ecce vbi ait, & quęcunq; alia se abrogare. Vbi satis aperte includit per istā particulā, & quęcunq; alia, indultū etiā a Pio quinto nobis ad supplicationē prædicti fr. Aloyfi cõcessum viuę vocis oraculo. Vnde per hæc verba, & per superiora videtur fuisse reuocatum in vtroq; foro & in foro cõscientię, in quo solū cõcessum erat. Quo circa caute in hac parte religiosos oportet ambulare, & supra re tã maximi momenti glossas incertas istas fratris Manuelis non admittere.

Ad hæc quoniam omnia nobis occurrētia oportet dissoluere dubia & huic satisfacere dubitationi, non erit abre, an gaudēs bulla cruciatę possit cõfiteri presbytero simplici, ab episcopo nō exposito, neq; approbato, sed tātū sibi a suo parochio, Instruct. consc. Pars. 2.

cho in cõfessore assignato? At quęstio hæc illius quęstionis resolutionē ex postulat, scilicet, an iam post Conciliū Tridentinū parochus possit licentiam suā subditū, vt confiteatur cū simplici sacerdote, cui illius cõfessionis audientiā cõmittit, Videtur autē, quod id possit facere parochus, sicut ante Conciliū Tridentinū poterat. Nā Cõcil. Tridentin. sess. 23. c. quauis de reformat, per hoc, quod quilibet sacerdotē etiā regulare nō idoneum reputat ad audiendas confessiones seculariū, qui ab episcopo probationē non acceperit, nō reuocat ius antiquū, scilicet, capitis, omnis vtriusque sexus, de pœnitentijs, & remiss. §. si quis autem. Vbi decernitur, quod si quis alieno sacerdoti voluerit iusta de causa confiteri peccata licentiā prius postulet, & obtineat a proprio sacerdote. Quod autē istud ius antiquū nō reuocet ex eo probatur, quoniam ius antiquum istud nō videtur Cõcilio Tridentino contrariū. Item etiam quoniam Conciliū non ponit non obstantibus aliterius iuris, sed solū ait, quod etiam regularis ad audiendas confessiones seculariū idoneus non reputetur, neq; eas possit audire, nisi ab episcopo probationem acceperit, non obstantibus privilegijs, & consuetudine quacunque immemoriali. Vbi solum tollit privilegia, & cõsuetudinē in contrarium, & non meminit de alio iure. Secundo arguitur: Quoniam cum parochus sit ordinarius, vt pote per institutionē præfectus in Curatū, & cū secūdū ius cõmissarius non possit subdelegare, bene autē ordinarius possit suas vices alteri cõmittere, sequitur, quod & nunc parochus possit subditū licentiam, vt cum simplice sacerdote, confiteatur. Nō enim Conciliū Tridentinū huic iuri antiquo videtur voluisse derogare. His nihilominus nō obstantibus in hac quęstione, quoniam eā supra circa eam quęstionem, de clauibus, vbi quęsitum est, Vtrum quilibet sacerdos possit vti clauē in quemlibet seis numeris absoluit, nō est hic multū immorandū, ne nauseam lectori, eadē sæpius inculcando moueamus. Ideo ad prædictum locū eum remittimus, breuiter perstringentes hic, quod illic latius quatuor rationibus, & autoritate glossę super caput omnis vtriusq; sexus. de pœnit. & remiss. & ex autoritate Magistri Cano in relect. de pœnit. part. 5. probauimus. Respondentes ad argumenta hęc posita in contra, scilicet, quod plane nunc maximeque post Conciliū Tridentinum parochus eam licentiam suo subdito non potest dare, vt simplici sacerdoti, alias non approbato per suū episcopum confiteatur. Quoniam parochus idoneum per suam commissionem non potest facere ad audiendam confessionem sui subditi simplicem sacerdotem, quem alias Conciliū non idoneum reputat, nisi fuerit per episcopum appro-



probatus. Vide ibi alias rationes, & solutiones argumentorum in contra. Quoniam in capite omnis vtriusque sexus, non datur secundum glossam licentiam subditum facultas parochi, vt confiteatur, nisi alias idoneo. Neque ordinarius, præsertim inferior, potest delegare vices suas, nisi idoneo, qualis non reputatur per Concilium, qui approbationem ab episcopo suo non acceperit. Secundo dicitur, descendendo particularius ad punctum quaestionis, quod licet post Concilium Tridentinum non possit parochus simpliciter sacerdoti confessiones suarum ouium committere: tamen secundum Cano in loco allegato, si episcopi eas fieri commisiones à parochis viderent, & tacerent, vt si viderent simplices sacerdotes ex commissione parochorum audire confessiones, validæ essent tales confessiones: quia tunc episcopi interpretatiue, & implicite censerentur concedere huiusmodi iurisdictionem. Secus est, si ignorantibus episcopis, aut contradicentibus eis, & inuitis talis commissio simplicibus sacerdotibus per parochos fiat. Sed in hoc casu, quo episcopi coniuerent, & ex consulto sponte tacerent consentientes has commisiones fieri, an tunc simplex ille sacerdos datus in confessorum, à curato habentis bullam, possit eligi virtute bullæ ad absoluendum à casibus referuatis, dubitatur. Videtur autem, quod possit eligi ad hunc finem. Tum: quoniam bulla in gratiam auctoritatis episcopalis videtur restrinxisse facultatem eligendi confessorum solum ex approbatis per ordinariū. Huic autem fauori & gratiæ videntur renunciare episcopi illi, qui tacentes, videntes & consentientes interpretatiue concedunt iurisdictionem his, quibus prædicta commissio fit à curatis: ergo videtur, quod implicite sint iam approbati per episcopum. Sed in contrarium est, quod si hæc clausula bullæ, scilicet, ea gaudentibus cõcedit posse eligere confessorum ex approbatis per episcopum, id videtur sic restricte cõcedere, non tantum gratia deferendi auctoritati episcopali: sed etiã sic id restrinxit Papa causa consulendi suæ conscientiæ & saluti quoniam, cuius est vniuersalis pastor. Quoniam vidit non esse negotium tutum ad absoluendum à casibus & censuris referuatis, & ad salutarem poenitentiam pro eis imponendam, quosunque obuios & simplices sacerdotes, etiã ex tacito consensu episcopi, signatos à curatis eligere in confessores. Et ideo voluit referuatorum casuum absolutio nem fieri à confessoribus electis, ex verè & proprie examinatis, & approbatis per episcopos: qui præsumuntur ad id muneris esse sufficientiores. Quocirca, si quis stante isto tacito episcoporum consensu, quem puto raro, aut nunquam eos velle præstare, si tamen illum præstarent confiteretur simplici sacerdoti sibi à suo parochi in

A confessorem dato, certe confessio esset valida, propter rationem factam. Tamè si eundem vellet eligere in confessorem ad percipiendam absolutectionem ab eo à casibus referuatis virtute cruciatæ, certe me consule, non faciet: quoniam id non est tutum, vt ratio allata persuadet. Eligat ergo ad id virtute cruciatæ ex approbatis ab ordinario, vt ait bulla, qui præsumuntur peritiores esse ad dandum ei remedium salutare super censuris referuatis. Neque obstat aliud argumentum, quod obijcitur, scilicet, ex capite omnis vtriusque sexus. §. si quis autem. Vbi conceditur, vt ex licentia proprii possit quis alieno sacerdoti confiteri. Quoniam possumus primo ad hoc respondere, quod hoc ius derogatur per Concilium Tridentinum. 23. cap. quoniam ei directe contrariatur. Tum secundo dicere possumus, quod non derogatur per Concilium. Quoniam si intelligatur istud ius secundum glossam ibi, & secundum Magistrum Cano, consonat diffinitioni Concilii Tridentini. Quoniam secundum glossam, sic intelligitur, quod proprius parochus suo subdito potest conferre licentiam, vt confiteatur alieno sacerdoti, non cuiunque, sed electo à populo ex consensu episcopi in curatum, vel præfecto populo incuratum per episcopum, quorum vterque censetur ab episcopo approbatus.

Deinde quaeritur, an religiosi iam per suos prælatos legitime præsentati episcopis, & ab ipsis approbati contra voluntatem suorum prælatorum, possint audire confessiones secularium: & an possint prælati eos punire, si ipsis inuitis & contradicentibus, electi virtute cruciatæ, aut iubilæi audierint confessiones secularium. Videtur autem, quod prælati possint religiosi sic expositis prohibere audientiam confessionum, & quod possint contra eorum voluntatem confessiones secularium audire contententes punire. Patet: quoniam per talem expositionem & approbationem factam ab episcopo non tollitur votum obedientiæ, quo tenentur religiosi subditi obedire suis prælatis, circa obseruantiam religionis. Item: quia Papa per bullam, per quam concedit, vt possint regulares eligi in confessores, non cogit ipsos subditos religiosos, neque præcipit, vt audiant confessiones secularium, qui eos per bullam eligunt, sed per eam electionem facultatem eis facit absoluendi à referuatis. Ergo bene poterit prælatus ex aliqua causa prohibere suis subditis expositis, ne confessiones audiant, & punire contra faciētes. Secundo patet ex privilegio Iulij tertij concessio prælatis ordinis Prædicatorum ad instantiam seu supplicationem fr. Stephani Vfusmaris generalis eiusdem ordinis, vbi Iulius. 3. reuocat licentias & immunitates

nitates datas religiosi eiusdem ordinis ad confessores eligēdos, & confessiones audiendas quas ipse magister ordinis reuocandas iudicauerit: & deinde vndeunque emanaturas gratias, sine consensu superiorum cõcedendas annullat, nisi manu papæ, vel de consensu Cardinalis protectoris, vel vice protectoris fuerint signatæ. Ponitque fortissimas non obstantias. Datum Romæ 17. Ianuarij 1555. Ergo religiosi ordinis prædicatorum videtur, quod licet sint approbati per episcopos, & electi per bullam Cruciatam habentem, sine consensu suorum superiorum non poterunt confessiones audire, & quod si audiant digna poena plecti possint. Sed in contrarium est, quod Cano in part. 5. suæ relect. de poeniten. insinuat scilicet, non posse prælatos religionum punire subditos, præsertim iam expositos, si contra suam prohibitionem electi virtute bullæ Cruciatæ audiant laicorum confessiones. Quia, inquit, si generalis ordinis, aut provincialis faceret me iudicem alterius religiosi, non intelligo, quo pacto inferior possit id prohibere. Quod & exemplo confirmat dicens: Quemadmodum si daret mihi Provincialis facultatem cõcedandi, aut constitueret me vicarium monasterij, ignoro prorsus, inquit, qua auctoritate prior illud impediret.

¶ Igitur pro decisione quaestionis, dicitur primo, cum Soto in. 4. sent. dist. 18. quaest. 4. arti. 3. quod prælatus ex rationabili causa in aliquibus casibus particularibus, potest religiosi sibi subditis probatis, etiam per episcopos & expositis, ne (etiam si eligantur virtute Cruciatæ in confessores) audiant confessiones præcipere, & sibi in hoc non obtemperantibus poenas infligere. Patet hoc etiam ex Palude, & Syluestro. Quorum ratio est, quod quoniam religiosi non habent velle, vel nolle sine consensu prælati, non decet eos, sed neque debent, absque eius licentia huiusmodi privilegiatorum confessiones audire. Secundo patet: quia secundum omnes possunt episcopi, & prælati monasteriorum optime ferre leges, quippe necessarias, ad rectam & populi Christiani, & Monasteriorum institutionem. Inter quas vna est, vt etiam approbati & expositi, semel inconsultis prælatis, vel contra eorum prohibitionem non audiant confessiones. Ergo cum hoc prohibent, ex rationabili causa in aliquibus casibus possunt transgressores punire. Patet tertio, quoniam aliquis religiosus die Veneris ratione bullæ potest comedere oua: & nihilominus tamè talis comestio potest prohiberi ei per Priorem, vel per prælatum. Ergo à simili, licet talis religiosus virtute diplomatæ possit eligi in confessorum, & audire confessiones: tamen ex rationabili causa in casibus particularibus id sibi potest prohibere prælatus. Et ad argumen-

A tum in contrarium statim patebit solutio. Pro integra ergo expeditione quaestionis adijcimus secundo, cum eodem Soto loco citato, quod qui in consulto prælato talem confessionem audiret, virtute Cruciatæ licet posset à prælato tanquam inobediens puniri, nihilominus sacramentum & absolutio teneret: quoniam per electionem poenitentis religiosus à papa iurisdictionem adquirat. Sed, vt omnia obuiantia dubia dissoluamus, si quis sciscitetur, vtrum religiosus legitime præsentatus, & ab episcopo approbatus, si in aliquo casu interdictus sit à suo prælato audire confessiones, an si eas audiat sint validæ, dicitur, vt videtur, quod non. Quoniam Iulius Tertius licentias audiendi confessiones emanantes ab episcopo, siue aliunde, sine consensu suorum superiorum, & eo durante concessas religiosi annullat. In contrarium est autem, quod per approbationem legitimam factam ab episcopo, videntur dicti religiosi accipere iurisdictionem, non solum ab episcopo, sed etiam à papa iuxta Clem. dudum. de sepult. Ergo confessiones prædictæ, vt pote factæ religiosi ad id habentibus iurisdictionem, validæ erunt, licet contra prohibitionem particularem suorum prælatorum fuerint factæ. Igitur pro resolutione quaestionis dicendum est primo, quod quando iam religiosus est legitime episcopo præsentatus à suis prælatis, & ab episcopo legitime est approbatus iuxta Clem. dudum. si per prohibitionem extrajudicalem sui prælati, in aliquo casu, vel casibus particularibus prohibeatur audire confessiones secularium, licet malefaciat, & propterea merito sit puniendus: tamen huiusmodi confessiones validæ erunt. Patet autem hoc: Quoniam per huiusmodi legitimam præsentationem, & approbationem adeptus est religiosus hic officium confessoris in suo ordine. At vero in ordine prædicatorum, de quo nunc loquimur, officio confessoris & prædicatoris priuari quis non potest, nisi per sententiam in conuictum. Quoniam priuatio hæc ad poenas grauioris culpæ pertinet: quæ nisi in conuictum non feruntur. Ergo per simplicem prohibitionem prælati tali officio confessoris non priuatur: ergo gesta per ipsum absoluendo, & confessiones audiendo tenent. Quoniam per illam præsentationem, & approbationem iurisdictionem accepit, à papa & ab episcopo, quam non irritat Iulius Tertius per prædictum breue. Quoniam non vndeunque hæc iurisdictione, & licentia à particularibus dimanauit, sed ab ipso iure in Clem. dudum. de sepult. cõtento. Secundo dicimus, quod si talis religiosus sic legitime præsentatus à suis prælatis & approbatus ab episcopo, post inhibitionem, vel suspensionem iudiciale legitime factam contra ipsum per prælatum

suam in iudicio, qua prohibitus est per sententiam iudicalem exercere officium confessoris, confessiones aliquorum intentet audire, inuvalida certe erunt. Ita Syluester videtur sentire simul cum Panormit. in sum. verb. confessor. 2. §. 15. Vbi ait, qd si suspensio, vel priuatio sit notoria, vel si præcessit superioris inhibitio, scilicet, iudicialis, confessiones factæ à sic notorie suspensio, vel priuato, vel iudicialiter inhibito eas facere non tenerent, arg. cap. veritatis. de dolo & contumacia. quoniam iam hic non concurrat superioris autoritas. ¶ Hinc sequitur corollarie, quid dicendum sit ad illud dubium, quod Metina in sua instruct. confess. proponit. scilicet, lib. 1. §. 3. de effectibus excommunicationis, an confessiones fuerint validæ, quas audiuit quidam religiosus iam professus, qui dimiserat habitum, ac propterea excommunicatus erat. Qui huius excommunicationis mentionem, non faciens, neq; declarans se esse religiosum per quendam episcopum approbatus est in confessorem, atq; etiam in curatum cuiusdam populi institutus, vbi sacramenta administrans sibi subditos parochianos in confessione audiens absoluit. Post autem respiciens est conuersus ad poenitentiam. Dubium ergo exortu est inter viros doctos, an huiusmodi confessiones ei factæ fuissent validæ, vel quid remedij tunc esset adhibendum. Igitur cum in suis sententijs prædicti doctores discordarent (nam quidam opinabantur inuvalidas fuisse eas confessiones, monendumque fore populū, vt eas iteraret, alijs contrarium sentientibus, scilicet validas fuisse) hæc postrema sententia ipsi Metinæ tanquam magis vera magis placuit. Igitur ad id dubij puro dicendum in casu Metinæ eius sententiam veram esse, scilicet, qd illæ confessiones validæ fuerunt. Nam huic sententiæ fauet Caiet. in super & Syluester loco supra citato. ei stipulatur. Quoniam iuxta legem Barbarius. ff. de offic. præsid. quando concurrat communis error facti, & superioris autoritas, gesta per eum, qui non de iure obtinet beneficium, tenent. Secundo dico, qd si talis religiosus, quia apostata fuerat, vel dimiserat habitum per sententiam iudicalem prælati sui ordinis suspensus fuisset, vel inhibitus ab officio confessoris, in hoc casu si acceptasset prædictum curatum, ab episcopo eum esse presbyterū secularem putante, forte contraria sententia aliorum est vera, qd illæ confessiones validæ non fuere. Quoniam hæc sententia videtur esse de mente Panormi. & Syluestri, dicentium, qd vbi præcessit superioris inhibitio, scilicet, iudicialis facta per sic inhibito, non tenent. Quod & probant ex cap. veritatis. de dolo & contumacia. Præterea dubiū prædictis affine esse videtur, scilicet, si aliquis religiosus per præ-

latum suum non præsentatus episcopo, neq; expositus ad confessiones audiendas, si iter agens se inuenit in episcopatu, vbi rogans episcopum, vt sibi daret licentiam, ibi audiendi confessiones eam ab episcopo obtinuit, vel ab episcopo ad id ministerium est inuitatus, an confessiones, quas ibi sic audierit, sint validæ. Profecto nõ est questio hæc tam soluta facilis. Nam pro parte affirmatiua arguendo videtur, qd fuerint validæ. Nam ad validitatem sacramenti absolutionis sufficiunt duo, scilicet, potestas ordinis, atque potestas iurisdictionis. Atqui vtrinq; in hoc casu videtur iste religiosus habere. Nam & sacerdos præsupponitur esse & ab episcopo per licentiam ab ipso obtentam iurisdictionem videtur adquisisse. Sed in contrarium est, qd quoniam religiosus non habet velle, neque nolle, citra consensum sui prælati non potuit ab episcopo illam iurisdictionem acquirere, sicut neque episcopus alienis subditis nequit conferre indulgentias. Quoniam secundum D. Thomam caret iurisdictione super illos. Ergo neque hæc iurisdictionem religiosus exemptis, quippe qui non sunt sui subditi citra consensum suorum prælatorum non potest impertiri. Igitur responsurus ad questionem dico primo, qd loquendo de religiosis aliorum ordinum (quoniam eorum constitutiones statuta, vel ordinationes super hoc satis cognitæ non habeo) ideo nihil certi in hoc casu affirmare possum. Verum tamen de religiosis nostri ordinis prædicatorū loquendo in hoc casu extante breui Iulij Tertij prædicto, dicendum esse videtur, qd confessiones prædictæ nõ fuerint validæ. Patet hoc. Quoniam, præterquam, qd in suis constitut. distinct. 2. cap. 12. cauetur, ne confessiones audiant extraneorum sine licentia sui prælati, & cætera, prædictum breue Iulij Tertij in Capitulo Salmantiniensi generali intimatum, annullat omnes licentias obtentas ab episcopis, vel ab alijs ordinarijs ad audiendas extraneorum confessiones, sine consensu suorum superiorum, & eo durante illis cessas. Quod quidem breue dicitur Salmantino prædicto generali capitulo fuisse acceptatum, quoad irritationem illarum licentiarum sic obtentiarum & obtinendarum quæ in præiudiciū iurisdictionis prælatorū ipsorū cedunt. Cū autem ad iurisdictionem prælatorū nostri ordinis pertineat præsentare religiosos episcopo, vt ab ipso approbentur, contra hanc iurisdictionem suorum prælatorū fecisse videtur religiosus ille, qui cum nõ esset præsentatus à suo prælato, vt ab episcopo approbare, ipse se præsentauit, vel sine præsentatione prædicta ab episcopo obtinuit prædictam licentiam. Quocirca illæ omnes confessiones ei factæ fuerunt irritæ: quippe quæ fuerunt factæ virtute licentiæ episcopalis per dictū breue Iulij Tertij an-

tij annullatæ. Igitur caueant religiosi, ne sint nimis audaces cum confidentia hac quod ab episcopo obtinuerint licentiam suas in confessione audiendi ones. Et sic ex prædictis patet solutio ad arg. in contra. Nam concedimus cum Nauarro, qd religiosi indulgentijs, si quas sibi episcopi impartiri voluerint, gaudere possunt. Quoniam cum hoc nõ sit contra iurisdictionem suorum prælatorum ita, vt sit in eius iurisdictionis perniciem ad id vel expressam, vel saltem præsumptam licentiam suorum prælatorum habent, ob quam rationem cum religiosi ante eorum exemptionem episcopis deberent de iure ordinario esse subiecti, cum à iurisdictione episcopali exempti sunt noluerunt per hanc exemptionem alijs quibus favorabilibus, quæ in præiudiciū suū, vel iurisdictionis suorum prælatorum non erant, renunciare. Cuiusmodi est fauor iste, qd dum se inueniunt in regionibus remotis, vbi religiosi recursum habere non possunt ad suos prælatos ad dispensationem obtinendam, super aliquam irregularitatem, vel suspensionem, super quam potest dispensare episcopus possint tunc eam dispensationem ab eodem episcopo, vbi pro tunc resident, obtinere, & sic in similibus. Ino si satis memini, licet nunc de præsentati illud non inueniam, priuilegium, super hoc est religiosis concessum, cum consensu suorum prælatorum impetratum.

¶ Nam superest ad argumenta in principio principalis questionis posita respondere, quatenus à nobis hic diffinitis videntur aduersari. Ad primum igitur nihil occurrit respondendum: quoniam iam factum pro nostro primo dicto.

¶ Ad secundum autem argumentum desumptū ex Iulio Tertio nihil superest respondendum. Quoniam illud breue Iulij Tertij, quomodo sit intelligendum, & quatenus fuerit in prædicto capitulo generali acceptatum explicuimus.

¶ Ad argumentum tertium, quo Magister Cano in prædicta relectione arguit, prælatos non posse punire religiosos sibi subditos citra eorū consensum audientes in confessione, eos eligentes virtute bullæ Cruciatæ. Respondetur, qd licet verum sit breue Iulij Tertij nõ impedire religiosos legitime approbatos per episcopos, quo ad confessiones audiendas eorū, à quibus eliguntur per balliam: tamen nõ obstante hoc, qd papa per bullam eam eis facultatem cõcedit, possunt prælati, sine eorum consensu se ad hoc intromittentes punire. Quia papa, vt ait Sotus, nihil illis religiosi iubet contra suorum prælatorum voluntatem. Quod si aliquid contra voluntatē eorum prælatorum iuberet, vera esset argumentatio Magistri Cano, quoniam iam id non concederet, salua obedientia debita prælati. At quia

id facere religiosi expositis nõ iubet, salua obedientia suorum prælatorum eos id facere vult, neque eos in hoc ab obedientia debita prælati eximere intendit.

¶ Sed iam incidenter queritur, vtrum religiosi, qui approbati prius debent esse ab episcopo, vt possint eligi in confessores, ratione bullæ Cruciatæ in ipsa approbatione examinandi sint ab episcopo. Videtur autem, qd non omnes debeant examinari. Tum, quia Pius Quintus ab hac examinatione subeunda lectores & in Theologia graduatos exceptit. Tum secundo: quoniam concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. dicitur, examinandos fore huiusmodi approbandos, si episcopo videbitur esse necessarium, aut nisi alias idonei iudicentur. Sed multi religiosi: etiam extra examen idonei iudicantur ad audiendas confessiones: quoniam extra examen constat se ipse eos esse sufficientes: ergo ante approbationem non sunt omnes necessario examinandi. In contrarium esse videtur, qd si episcopis videbitur, necessarium esse examen, concilium eos episcopi subdit examini, nisi alias episcopus idoneos esse iudicauerit. Igitur ad questionem dicitur primo, qd stando in rigore episcopus omnes prædictos religiosos, si vel it potest examinare, nisi velit cum aliquibus examen istud omittit: quoniam eos alias idoneos esse iudicat. Patet hoc.

¶ Nam priuilegia Pij Quinti super præsentationem religiosorum. Vbi ab examine eximebat lectores, & graduatos in Theologia, Gregorius XIII. renouauit, vt prædiximus. Vbi in illa sua bulla, quæ incipit. In tanta. in his, & omnibus alijs à Pio Quinto concessis nobis gratijs, religiosos prædictos reducit ad dispositionem, & decisionem, quæ futura erat, siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti concilij Triden. decretis, siue quæ alias legitime ante concessionem dictorum priuilegiorum Pij Quinti religiosi concessorū futura fuisset. Ergo stando in rigore concil. Trid. omnes religiosos potest episcopus examinare.

¶ Maxime, quia hoc sibi conceditur à concilio, nõ obstantibus priuilegijs, aut consuetudine, etiam immemorabili. Probatur secundo. Quoniam ceteris reuocatis ad approbationem prædictam secundum Clem. dudum. de sepult. inter quas potissima cæremonia erat examen, non est derogatum per concil. Triden. Quoniam secundum Panormit. in cap. ex parte. cl. 3. de verb. sign. nu. 1. lex prima non derogatur per secundam, nisi in ipsa lege secunda caueatur expresse de tali derogatione, vel nisi ipsa secunda lex sit prorsus contraria legi primæ, quod hic non contingit inter legem Clem. dudum. Et inter legem prædictam Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. Quoniam ista dispositio Concilij Tridentini in examinatione faciendâ,

cienda, si episcopo videbitur necessaria conuenit cum Clem. dudum, quæ eandem requirebat. Differant autem solum istæ duæ dispositiones in hoc, quod Clementina dudum non exigebat simpliciter approbationem episcopi. Quoniã quãdo episcopus religiosos sibi legitime presentatos sine causa legitima refutabat, papa tunc ex plenitudine potestatis eos approbabat, eisq; licentiam ad confessiones audiendas dabat. Hanc tamen approbationem, quam non ita expresse exigebat Clem. dudum, exigit nunc expresse concilium Tridentinum. Sed iam hic, si quis inquirat, si nunc post concilium Tridentinũ episcopus presentatos sibi religiosos legitime secũdũ Clem. dudum, sine causa rationabili, & legitima refuset, neq; suũ beneplacitum velit eis præstare, neq; eos approbare velit, an statim autoritate Clementinæ fiant confessores. Videtur autem, quod non. Nam expresse concil. Tridentinum loco citato ait, quod nullus regularium reputatur idoneus ad confessiones, neque possit eas audire, nisi approbationem, quæ gratis detur, obtineat. Vbi concilium exigat, quod eam approbationem, quæ gratis detur de facto ab episcopo obtineat, non obstantibus priuilegijs, & consuetudine immemorabili. Ac per consequens insinuat, non satis esse petitionem, & præsentationem neq; examẽ præcessisse, nisi de facto obtineatur. Sed in contrarium est. Quia, ut dicit glossa notabilis in cap. 1. de rescript. litera. I. ius commune non tollit priuilegium, nisi faciat de priuilegio mentionem particularem, vel generalem, ut etiam ait Syluest. verb. priuilegium. §. 10. Ergo multo minus hoc ius concilij Tridentini, licet tollat priuilegia hæc particularia, & consuetudinem, sed non tollit nobis priuilegium nobis concessum per Clementinam dudum. Quoniã facultas hæc nobis concessa per hanc Clem. non tam dicenda est priuilegium, sed verius dicitur, esse ius commune, ut pote in corpore iuris indultum nobis religiosis concessum. Propter hanc autem rationem, quæ non parum apparentiæ habet, non auiam hanc postremam sententiã damnare, scilicet, quod si sine causa legitima episcopus neget suum beneplacitum, scilicet, quod statim autoritate Clementinæ fiant confessores, si tamen constet eos sic presentatos habere omnes illas sex conditiones, quas Clementina illa dudum, in eis requirit, & dummodo in casu, quo tales conditiones omnes in eis euidenter concurrunt episcopus recuset eis dare suum beneplacitum, vel si non recuset expresse, sed non dat, vel negligit, ut ait glossa, trina præmittatur monitio, vel requisitio propter Decretal. 1. de suppl. negligentia prælatorum.

¶ Ad argumentum in contra respondetur, quod

**A** episcopi non debent esse critici censors religionum, quando constat eis eos esse peritos, & idoneos. Si tamen rigidè velint uti iure suo examinando fratres, quos alias idoneos esse constat, ut id patietur ferant oportet, iuxta id, quod adiectum est in glossa nostrarum constitutionum distinctione secunda. capit. decimotertio. litera. C. super illud. ne confessiones extraneorum audiat, ubi dicitur, quod propter Concilium Tridentinum, sic statutum fuit, quod scilicet, diligenter attendant prælati nostri ordinis, & quicumque alij fratres omnia, quæ circa reuerendissimorum Episcoporum obseruantiam à sancta Synodo Tridentina fuerant statuta. Et si examinare velint expositos ad confessiones audiendas, aut promouendos ad ordines humiliter pareant, neque ipsis cõtradictibus etiam in nostris ecclesijs prædicare præsumant. Ceterum, si non ferenda grauamina interim occurrant, consulatur Reuerendissimus generalis, vel Prouincialis prælatus, ut secundum eorum consilium de opportuno remedio provideatur.

¶ Præterea hic & illam quæstionem illucida re operæpretium est, quoniã ad expositionem bullæ Cruciatæ, de qua nunc agimus, spectat, scilicet, an Religiosi virtute Cruciatæ possint eligere sibi confessores, qui eos à referuatis possint absoluerẽ. Videtur autem, quod non. Primo. Quoniã breue Iulij Tertij allegatum omnes licentias, etiam deinceps impetrandas à religiosis circa eligendos sibi confessores, annullat. Tum secundo. Quoniã in ipsomet diplomate Cruciatæ habetur, quod per bullam non suspenduntur facultates concessæ prælati ordinum mendicantium respectu religiosorum sibi subditorum: ergo à fortiori eisdem prælati non suspenditur ibi hæc facultas sibi concessa à iure, scilicet, assignandi suis subditis confessores, & referuandi sibi casus. Tum tertio, Quoniã, ut fertur secundum usum curiæ Romanæ, nomine regularium, non intelliguntur religiosi, nisi exprimat. Nam cum bulla concedit aliquid regularibus solet addere, & etiam religiosis, etiam si sint ordinis mendicantium. Ergo cum bulla expresse non dicat, se concedere facultatem eligendi confessorem religiosis, etiam ordinis mendicantium: videtur, quod virtute Cruciatæ confessores sibi non possint eligere. Et confirmatur. Quoniã quando aliquis religiosus, in particulari petit à papa facultatem sic eligendi sibi confessorem sæpè solet talis facultas, seu gratia illi denegari: ergo signum est, quod antea in bulla hanc licentiam generaliter non cõcesserat papa. Tum quarto. Quoniã etsi bulla Cruciatæ impendat facultatẽ omnibus sumentibus eã uelcendi ouis, & lacticijs in ferijs

in ferijs sextis: tamen si aliquis frater minorũ sumat bullam non propterea, ut videtur potest in ferijs sextis, in quibus uouit, non uti lacticijs, ea comedere: quoniã illa concessio bullæ generalis non tollit particulare & speciale uocum: ergo neque etiam illa generalis concessio bullæ circa eligendum confessorem, nõ tollit uorum obedientiæ, aut obligationem specialem suarũ constitutionũ, qua obligantur religiosi confiteri suo prælato, aut his confessoribus, quos illis deputauerit. In contrarium est, quod ea est concessio generalis, qua conceditur omnibus sumentibus bullam, scilicet, ut possint sibi cõfessorem ex approbatis eligere, &c. Ergo cum ipsi sumunt bullam, non debent esse peioris conditionis, scilicet, ut tali gratia priuentur.

¶ Igitur pro decisione quæstionis, notandum est primo, quod quæstio hæc non est adeo peruia, & patens, quin pro utraq; parte suos habuerit fautores. Nam primo fertur, quod ad petitionem Archiepiscopi Valentini congregatio Cardinalium Romæ pronunciauerit pro parte negatiua. Tamẽ hæc pronuntiatio non est intimata, ipsis religiosis à suis prælati. In auditorio autem Cruciatæ, ut dicitur, practicatur contrarium, id est, pars affirmatiua, scilicet, quod uirtute Cruciatæ religio si etiam mendicantes possint sibi confessorem eligere, & per sic electum à referuatis casibus & censuris absolui. Secundo ad punctum quæstionis dicitur: quod interim dum per suos prælatos religiosis etiam mendicantibus non intimatur aliqua reuocatio, aut declaratio papalis, aut autoritate papali expedita in contra, non debent inquietari prædicti religiosi sumentes bullam, neque impediri à facultate sibi concessa in bulla eligendi confessorem, &c. Hæc nostra assertio probatur primo autoritate Soti in. 4. sent. dist. 18. quæst. 4. artic. 3. in solutione ad. 1. Vbi sic ait, quod licet frequentia horum priuilegiorum aliquid detrimẽti religioni (ut prælati aiunt) solita sit afferre (nam uidetur, quod libera facultas infcio prælato confitendi alteri non nihil incommodi regimini soleat inferre) nihilominus postquam papæ placet parendum est: vel aliter si hoc iactura religionis est per eius autoritatem huic iacturæ providendum est. Secundo patet. Quoniã postquam multi uiri docti huic parti affirmatiuæ suffragantur, non est sic condemnanda & improbanda. Tertio probatur: Quoniã satis apertè bulla Cruciatæ exprimit se concedere omnibus religiosis, etiam ordinum mendicantium eos hoc nomine nominando, quod si illam sumpserint contribuẽtes pro ea prædictam infra scriptam in bulla elemosynam possint sibi eligere confessorem, qui etiam à casibus & censuris referuatis possit eos absoluerẽ, prout ibi disponitur. Nam postquam

**A** ipsamet bulla expresserat sic in forma, scilicet, quod capitula ecclesiarum, & monasteriorum religiosorum, & religiosarum, etiam si sint ex mendicantibus, si iuxta ordinem ibi prædictum miserint militem contra infideles, cõsequatur indulgentiam, &c. Ecce quomodo nominatim hic exprimit religiosos suo nomine, etiam mendicantium. Etiam subdit infra, quod concedit sua sanctitas omnibus supradictis, etiam si non ipsi perrexerint ad bellum, ut si contribuerint infra scriptam elemosynam, ut purius possint fundere preces & orationes ad Deum pro victoria supradicta, & unione principum Christianorũ, quod possint eligere cõfessorem, &c. Si ergo, ait tenor bullæ, se hoc concedere omnibus supradictis, inter quos etiam nominatim expresserat religiosos, quomodo consequens fit, ut religiosis per hanc bullam licentia eligendi confessorem non concedatur? Igitur ad argumenta in contra parte negatiua respondentes, dicimus ad primũ, quod quid in hac parte congregatio Cardinalium pronunciauerit non satis legitime constat. Neque enim (ut dicitur) religiosis, id est intimatum, Quoniã si id in Hispania intimatum fuisset, forsitan auditorium Cruciatæ super eadem declarationem, seu pronuntiationem reuocandã supplicationem misisset ad suam Sanctitatem. Ideo religiosi non sunt super hoc inquietandi: imo si sumant bullam sine licentia prælatorum, gaudeat eorum indulgentijs.

**C** ¶ Ad primum argumentum desumptum ex breui Iulij Tertij annullantis omnes licentias etiam in posterum concedendas, eligendi confessorem, si concessæ fuerint religiosis ordinis prædicatorum. Respondetur, quod breue hæc reuocat omnes prædictas licentias, easque annullat, nisi manu summi Pontificis, aut protectoris ordinis fuerint signatæ. At bulla Cruciatæ expedita Romanu papæ fuit signata: ac per consequens, etiam si non posuisset, non obstantibus hinc illud Iulij non obstasset religiosis, quoniã talis licentia gaudere possent, sicut de facto gaudent.

**D** ¶ Ad secundum argumentum desumptum ex illa clausula bullæ Cruciatæ, ubi dicitur, quod non suspenduntur per eam facultates concessæ prælati religionum respectu suorum fratrum, respondetur primo, quod per hoc solum bulla insinuat, per illam non subtrahi prælati religionum facultates illis concessas absoluendi suos subditos à casibus & censuris, à quibus per priuilegia apostolica antea illis cõcessa poterat eos absoluerẽ & dispõsare poterat cum ipsis super aliquibus irregularitatibus, & suspensionibus. Vnde nunc etiã his facultatibus respectu subditorũ gaudeat. Nõ tamẽ bulla, cum exprimit se non suspendere gratias indulgentias, & facultates, per facultates intelligit facult-



facultates ordinarias, quibus prelati religionum funguntur in subditos. Quocirca cum bulla concedit religiosis facultatem eligendi confessorum, non obstantibus his facultatibus ordinarijs, quas obtinent prelati predicti, ad deputandum confessores suis subditis; & ad referuandum sibi casus, eam facultatem & licentiam concedit. Alias hæc concessio nihil operaretur, aut conferret predictis religiosis: eum tamen priuilegium semper debeat aliquid operari, vt predictum est.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, q. quid sit de vsu Romano, vtum iuxta ipsum per regulares intelligantur religiosi, etiam mendicantes, vel non, tamen per bullam, vt practica ipsa demonstrat, per regulares, intelliguntur etiam religiosi mendicantes. Quoniam virtute illorum verborum bullæ, scilicet, quod possint eligere sumentes bullam presbyterum etiam regularem in confessorem, intelligitur posse eligi religiosos etiam mendicantes. Secundo dicimus, quod satis aperte bulla, cum supra religiosos sub nomine mendicantium nominauerit, postea eisdem concedit hæc licentiam, cum infra addit omnibus supradictis se concedere licentiam eligendi confessorem, & cætera.

¶ Ad confirmationem autem respondetur, q. si aliquando papa Romæ aliquibus religiosis supplicantiibus pro hæc licentia consistendi, cui uoluerint etiam casus referuatos, eam denegauit, nõ hinc licet colligere, quod eam in bulla religiosis sumentibus bullam non concedat. Quoniam hæc licentiam eis concedit papa in bulla propter bonam communitatem ecclesiæ: quoniam contribunt oleum ofynam in bulla præscriptam ad eius contra hostes fidei defensionem. At verò cum aliquis religiosus ei in particulari supplicat pro ea licentia, nulla subest ratio boni communis, ob quam ei concedi debeat.

¶ Ad quartum argumentum, ubi arguebatur, q. bulla non tollit speciale votum nõ uescendi ouis & lacticijs in ferijs sextis: ergo neq; tollit obedientiam præmissam obtemperandi constitutionibus suis, ubi continetur, quod prelati possint illis consignare confessores, quibus cum debeant confiteri: respondetur, quod iam papa probe nouerat, religiosos vi suarum constitutionum astrictos esse ad consistendum suis prelati, vel confessoribus ab eis deputatis: & tamen hoc non obstantem in bulla concedit eis predictam licentiam: ergo, ne hæc gratia & licentia frustranea sit, per eam intelligitur papa ab obligatione consistendi suis prelati, aut confessoribus ab eis deputatis, eos exemisse. Ex quo etiam corollarie sequitur (vt etiam Frater Manuel in sua exposit. bull. tenet) q. fratres minores sumentes bullam Cruciatæ possunt uesci ouis, & lacticijs in ieiunijs an-

ni, & sui aduentus: quoniam hæc licentiam eis expressè bulla concedit. Ne ergo frustranea sit hæc licentia intelligitur eis concedi, non obstantibus præceptis suæ regulæ, aut constitutionum. Nam præcepta hæc respectu omnium fratrum minorum generalia erant: ideo in casu ouorum & lacticijs abstinentia illis indicta ab hac obligatione bulla eos eximit, ne gratia hæc illis concessa videatur frustranea. At ab obligatione particulari, quam per votum super se induxit aliquis, bulla eum eximere non intendit: quoniam ipse per votum speciale ad hoc se uoluit obligare, super quo voto non intendit papa dispensare per bullam, cum ignoret motiuum, quod habuit uouendi; & causam specialem dispensandi.

¶ Porro iam & dubitatio hæc examinanda uenit, scilicet, an confessores electi per bullam Cruciatæ virtute illius possint absolueri pœnitentes ab hæresi exteriori, occulta tamen. Videtur autem quod per bullam cruciatam id eis facere concedatur. Quoniam hæresis secreta per concilium Tridentinum fessio. 24. cap. 6. iam non est referuata papæ, sed episcopo: sed virtute bullæ Cruciatæ potest quis absolui à confessore electo, non solum à casibus referuatis episcopis toties quoties petierit, sed etiam semel in uita, & iterum in morte durante anno à casibus papalibus, etiam cœnæ Domini: ergo poterit absolui à confessore ab hæresi occulta. Item etiam arguitur secundo pro parte affirmatiua. Quoniam secundum opinionem communem, quam sequitur Nauarrus exceptiones de percussoribus clericorum extenduntur ad alias materias referuatas papæ: ergo etiam concessiones, quas facit bulla ad absoluendum à casibus referuatis papæ extendendæ sunt ad casum occultum hæresis. In contrarium est, q. in concessione generali non ueniunt ea, quæ delegans uerisimiliter, non concessisset cap. in generali. de regul. iuris. sed papa si concederet in iubileo, vel in bulla Cruciatæ facultatem percipiendi absolutionem à casibus omnibus referuatis generaliter, nullo excepto, uerisimiliter creditur non concessisset absolutionem à casu hæresis, si aduertisset: ergo virtute iubilei, aut Cruciatæ hæc generalem licentiam concedentis ab hæresi occulta absolui non possent.

¶ Igitur antequam bulla Cruciatæ illam restrictionem apposuisset in illa concessione generali absoluedi ab omnibus referuatis, excepto crimine hæresis, duæ opinioniones circa hæc prædicta quæstionem versabatur, vt meminit Cordub. in quæst. 8. de casib. consc. Prima fuit Syluestri. verbo, excommunicatio. 7. casu. 2. & 39. & Soti in 4. dist. 22. quæst. 2. artic. 3. & aliorum doctorum, quos citat Couarruias in tractatu de excommunicat. part. 1. §. ij. num. 15: qui affirmarunt, in foro sa-

cramen-

cramentali tantum virtute iubilei, aut bullæ cedentis omnes casus papales generaliter posse aliquem ab hæresi occulta etiam exteriori absolui. Secunda autem opinio fuit Felini in capit. postulasti. de rescript. & in capit. apostolicæ. de except. Et Simancæ de catholicis institutionibus. & Couarruiæ ubi supra, & aliorum doctorum asserentium partem negatiuam. In quorū gratiam facit can. Frater noster. 16. quæst. 1. Et hæc quidem opinio uerior erat, & nunc est. Patet ex textu optimo capit. frater noster. 16. q. 1. ubi delegatio generalis papæ nõ extenditur ad causas fidei. Item patet ex diffinitione Innocentij in regula Cancellariæ (vt ait Felinus) absolutio generalis concessa pro eo, cui conferendum est beneficium, nõ extenditur ad ipsum si sit hæreticus. Sed illa exceptio bullæ Cruciatæ, ubi ait, hæresis excepto crimine, iam omnem tollit controuersiam, & ambiguitatem. Vnde nunc hæresis exterior etiã occulta, virtute Cruciatæ absolui nõ potest, neq; etiam in foro exteriori vel interiori. Si igitur inquirat aliquis, crimen hæresis à quo absolui possit, ad hoc dico secundo id dubij explicari à Couarruias in Regul. peccatum. 2. part. nu. 5. Verum (vt tradit Bañes super 2. 2. D. Thomæ quæst. 1. r. super artic. 4. episcopi per semetipsum in foro cõscientiæ tantum absolueri possunt ab hæresi, signo etiam expressa exteriori, si sit occulta. Patet ex concessione Concilij Tridentini. sess. 24. cap. 6. de reformat. Occulta autem dicitur secundum Nauarrum, quando nõ est publica per infamiam, vel deducta ad iudicium. Mentalis autem hæresis pura, id est nullo expressa signo exteriori, non referuatur alicui. Corduba in illa quæst. 8. in tract. de conscientiæ idem affirmat, cui etiam accedit Frater Manuel in sua exposit. bullæ. Nauarrus anceps est in hac parte, licet dicat posse defendi, quod per bullam cœnæ gratia concessa episcopis per concil. Trident. vt possint per se ipsos absolueri ab hæresi occulta exteriori, non sit ablata: tamen dubitat de hoc, propterea q. neq; suo pœnitentiario papa solutus est nunc concedere hunc casum absoluendum. Nihilominus tamen non obstat obiectio, quæ forsitan dubium hoc ingenerauit Nauarro, scilicet, q. in bulla Cœnæ Domini edita à Pio. V. post concilium Tridentinum hæresis etiam occulta referuatur Summo pontifici. nõ obstantibus concessione etiam à concilio generali factis. Vnde prædicta facultas concessa episcopis uidetur fuisse reuocata. Quoniam respondetur, q. certè non uidetur reuocata. Nam, vt circumspecte subnotauit Bañes, bulla cœnæ (vt patet ex eius forma) non reuocat prædictam facultatem concessam à cõcilio episcopis ad absoluedum per se ab hæresi occulta in foro con-

scientiæ duntaxat. Quoniam solum reuocatur illic priuilegiū concessum ipsis personis in hæc incidentibus hæresim. Vt patet ex tenore bullæ Cœnæ: ubi dicitur, q. non vadant pro absolue ne nisi ad Summum pontificem, nisi in articulo mortis, scilicet, intuitu priuilegiorum. Ceterum qui vadit ad episcopum, vt absoluat, non ex priuilegio sibi concessa absoluitur: sed episcopus habet auctoritatem absoluedi iure diuino non ex aliquo priuilegio pontificis. Quoniam si episcopus non coarctetur: quoad suam auctoritatem per papam ex auctoritate sui officij ab omnibus peccatis suos subditos absolueri potest, à quibus summus Pontifex vniuersos fideles absolueri potest.

¶ Sed tertio est aduertendum q. inquisitores etiam tam in foro interiori, quam exteriori possunt absolueri à crimine hæresis ex priuilegio. Tamen nolent huiusmodi crimen audire, nisi cum testimonio tabellionis. Verum tamen postquam pronunciarint sententiam reconciliandi aliquem hæreticum, absolunt illum ab excommunicatione, vel concedunt facultatem absoluedi cuilibet confessario. Neque hoc priuilegium est reuocatum per bullam cœnæ, quæ solum reuocat priuilegia concessa hæreticis pœnitentibus. At istud priuilegium concessum Inquisitoribus, nõ est priuilegium concessum ipsis hæreticis in fauorem suum: sed indultum est ministris sancti officij in fauorem fidei. Quocirca sine dubio nõ est illis reuocata hæc facultas. Igitur licet omnis hæreticus si sit pertinax & exteriori signo se prodens, si sit occultus pro absolutione opus habeat recurrere saltem ad episcopum: si tamen sit iam publicus per infamiam, ad papam, vel Inquisitores pro ea absolutione recurrere necesse habet. Ceterum in casu, quo aliquis hæreticus hæsitans in fide interrogat doctorem aliquem ad sequendum quod ille dixerit, licet ei explicet uerbis suam dubitationem in fide, si in animo suo paratus corrigi illum quærit, & interrogat catholicum doctorem, vt doceatur ab illo, quid oporteat facere, non incurrit hanc excommunicationem latam contra hæreticos. Quoniam tunc cum prodit hæresim nõ exercet actum exteriorum protestantium assensus erronei, quem uelit protestari, sed potius iam illū detestatur. Secus esset, si ille homo dubius in fide adhuc cum interrogat doctorem, est pertinax sciens & prudens se dubitare de auctoritate ecclesiæ Romanæ. Etiã si interroget doctorem christianum ad sequendum quod ille dixerit. Quoniam tunc certè incurret excommunicationem. Quoniam tunc non est paratus corrigi ab ecclesia, quin potius præfert iudiciū vnius hominis iudicio totius ecclesiæ. Ita Bañes ubi supra, ubi aduertit duo. Primo, q. nõ dicitur

dicitur hæreticus, qui ex ignorantia etiam affectata errat, quando non eligit errorem contra fidem. Quod ego limitarem, quantum ad forum conscientiarum. Secus quoad præsumptionem fori exterioris, quando interueniret lata culpa, quâdo, scilicet, ignorare vellet ea principia, & rudimenta fidei, quæ omnes sui status & conditionis homines communiter norant, licet non sciret ea esse de fide. At si admoneretur ea esse de fide & dissentiret, pertinax esset. Imo ante istam monitionem factam à iuridicè potente eam facere præsumeretur hæreticus, si à talibus principijs fidei dissentiret. Secundo aduertit, hæreticum non posse esse, qui iudicat se esse hæreticum, quoniam intus in animo certò tenet, quòd quidquid concepit in animo est contra fidem, & non est tenendum. Quod notatu opus est pro melancholicis, qui perturbata phantasia ad eam insaniam rediguntur, vt sentiant, & profiteantur se esse hæreticos. Quibus adde cum Soto in quarto, sententiarum distinct. 2. quæst. secundo, arti. tertio, quòd hæresis exterior, quæ subicitur excommunicationi ecclesie est illa, quæ est pertinax. Pertinax autem tunc hæresis esse dicitur, si sit assertio, quam homo scit, vel sacre pagine contrariam esse, vel ab ecclesia esse damnatam, vel quam ignorantia crassa ignorat. Secus est autem si sit ignorantia inuincibilis, quoniam hæc cum excuset à peccato excusat etiam ab excommunicatione. Hoc autem quod hic Sotus affirmat, scilicet, quòd ignorantia crassa, qua quis ignorat aliquid esse contrarium sacre scripture, aut diffinitioni catholice ecclesie, &c. sicut & illud quod asseruit Bañes, scilicet, quòd affectata ignorantia, qua quis ignorat idem, &c. quantum ad causandam pertinaciam, vel eam non causandam, diuersimodè est intelligendum. Nam quâdo ait Sotus quòd ignorantia prædicta crassa causat pertinaciam, fortè intelligendus est secundum præsumptionem iuris, secundum quam præsumitur in foro exteriori sic ignorans esse hæreticus, & incurrisse excommunicationem. Quâdo verò Bañes ait, quòd affectata prædicta ignorantia, quæ peior est, quam crassa, non facit hæreticum intelligendus est, quando homo sic affectatè ignorans paratus est corrigi ab ecclesia, quantumvis vix cõtingat, vt ipse ait, quòd cum ignorantia affectata promptus sit animus ad recipiendam doctrinam ecclesie. Si tamen iste habet talem animum nõ est hæreticus. Sicut neque hæreticus est ille, qui crassa ignorantia ea, quæ sunt fidei ignorat: paratus est autem corrigi in omnibus ab ecclesia. Nõ ergo ausim eos in foro conscientiarum & coram Deo excõicatos esse excõicatione ecclesie, quæ contra verè pertinaces fertur, affirmare. Quoniam cum verè hæretici non sint, neque pertinaces esse sunt

A censendi. Nam quantumvis ex ignorantia prædicta affectata error ortus reducatur ad speciem hæresis, sicut etiam error ortus ex ignorantia crassa: non tamen uterque iste error ad speciem hæresis formaliter reducitur: sicut embrio ad speciem hominis reducitur, non tamen formaliter, ita vt embrio sit formaliter homo. Neque obstat axioma cõmune hoc, scilicet, quòd per ignorantiam affectatam reducitur actus in naturam suæ formæ. Quoniam hoc intelligendum est, quando ille actus est contra virtutem, aut habitum, qui necessariam habet connexionem cum prudentia. Vt si fuerit contra iustitiam actus. Vt puta cum quis ex ignorantia affectata ignorare aliquem esse hominem, aut clericum, formaliter est homicida, & sacrilegus, si occidat: sed tamen fides est vera fides, sine prudentia & charitate, quantumvis non habeat veram rationem virtutis. Et ita tale peccatum ex ignorantia affectata sufficiens est ad destruendam rationem virtutis. Videtur autem, quòd non propriè esset hæreticus, qui reuelationi specialis, quam scit esse Dei, certò non credit. Quoniam illa reuelatio, non esset reuelatio catholica & vniuersalis, recepta ab vniuersali ecclesia. Secus est si iste sentiret, & crederet certò non esse assentiendum veris reuelationibus Dei. Quoniam iam iste haberet errorem contra fidem vniuersalem ecclesie, qua credit veris & certis reuelationibus Dei, vt pote ab prima & infallibili veritate dimanantibus certò esse assentiendum & credendum.

¶ Ad argumenta verò in contra respondentes dicimus breuiter. Ad primum negâtes, quòd postquam bulla fecit exceptionem hæresis expressam possit confessor electus virtute Cruciatæ ab hæresi occulta absolueret quoniam sibi excipitur à bulla. Possunt autem episcopi, & Inquisitores ab ea absolueret. Quoniam inquisitores ex priuilegio, & episcopi ex facultate sibi concessa à concilio, possunt ab ea absolueret: inquisitores quidem in vtroque foro: episcopi autem in solo foro conscientiarum tantum. Quam facultatem, vt prædiximus, neque bulla ista, neque bulla cœnæ Domini eis suspendit, aut tollit.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, de mente Couarruie loco citato, quòd licet concederemus, quòd concessio absoluendi percussores clericorum cum enormiter percusserant, & quando eorum accessus ad papam est difficilis, extendatur ad alias materias papæ reseruatas (licet Sotus dubitauerit, an extendatur ad materiam hæresis) tamen nõ ideo sequitur, quòd hæc extensio bullæ cruciatæ, aut iubei ad hæresim absoluendâ sit amplianda, in casu, quo sit difficilis accessus ad papam. Quia illa concessio absoluendi percussores prædictos clericorum (quia fuit concessio iuris) nihil

nihil mirum si potuit in simili casu difficilis accessus extendi ad alias materias & casus, in quibus adest eadem ratio, & datur impedimentum. At de extensione cruciatæ & iubei, quæ non sunt iura, sed priuilegia non est eadem ratio, quòd debeant extendi ad alios casus præter ibi expressos, neque ad maiorem casum qualis est casus hæresis, maxime cum bulla cruciatæ illum excipiat expresse.

¶ Præterea tanquam ad superiora consequens & hic hæc dissoluenda est quæstio, scilicet, An nunc post Concilium Tridentinum possit Episcopus alicui sacerdoti committere, vt possit absolueret ab hæresi occulta monialem sibi subditam. Videtur autem, quòd id sic committere possit. Quoniam commissarius ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis sibi concessio, potest alteri committere secundum Doctores communiter, vt refertur à Syluestro absolutio. 4. quæst. 6. dubio. 2. & tit. commissarius: ergo à fortiori hoc poterit facere Episcopus: quippe qui ad hanc absolutionem præstandam est commissarius ex priuilegio iuris, id est, Concilij Tridentini, & est ordinarius, cui ex iure subdelegare competit. Sed in contrarium est, quòd in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. cauetur, scilicet, quòd absolueret, & in hæresis crimine in eodem foro conscientiarum episcopis tantum non eorum vicarijs sit permissum: ergo videtur quòd Episcopo solum per se tanquam res ardua sit commissa absolutio ab hæresi occulta in foro conscientiarum, ac per consequens quòd non possit ad id vicarium aut commissarium, cui committat suas vices subdelegare. His nihilominus non obstantibus dicitur ad quæstionem, quòd re vera post Concilium Tridentinum licet Episcopus non possit deputare vicarium, qui in omni euentu & casu possit sibi subditos absolueret ab hæresi exteriori occulta: tamen in casu particulari saluo meliori iudicio, postquam de eo casu notitiam habuerit, licet de illa particulari persona hæresis reatitia careat, poterit committere alicui sacerdoti approbato dictæ hæresis occulta absolutionem, scilicet, in illo casu particulari tantum. Vnde committere potest alicui sacerdoti, vt absoluat monialem sibi subditam ab hæresi occulta, in quam secreto est lapsa. Hoc autem probatur quo ad primam partem. Quoniam intentio Concilij fuit, vt ad prædictum munus (quia negotium erat, ubi oportebat prælatum cognoscere vultu pecoris sui) non institueret vicarium, qui in omnibus casibus se inconsulto posset ab hæresi occulta absolueret, in ipso ignorantia huius facti manente. Secunda autem pars multipliciter patet, primo, quoniam Concilium non prohibet

Instruct. consc. Pars. 2.

A episcopo expresse commissionem prædictam in casu particulari posse facere. Quoniam tantum Concilium Tridentinum hanc facultatem absolutionem ab occulta hæresi impendendi voluit committere Episcopis, non autem eorum vicarijs. Et confirmatur: Quoniam de iure est, quòd delegatus ratione delegationis sibi factæ à principatione dignitatis in priuilegio perpetuo, possit eam autoritatem subdelegare: ergo licet episcopi ad hoc non possint deputare vicarios, quia id sibi interdicit Concilium: tamen poterunt hanc facultatem absoluendi ab hæresi occulta habita prius criminis notitia, licet non personæ huius criminis reatitia alicui sacerdoti in aliquo particulari casu demandare: quoniam hoc non sibi expresse prohibet Concilium. Secundo probatur, quia ad hoc alludunt plures Doctores dicentes, quòd cum alicui est impossibilis accessus ad Papam pro absolutione obtinenda à casu Papæ reseruato, per suum episcopum absolui potest cum certa modificatione, non tamen per alios inferiores (vt refert Syluester absolutio. 4. quæstio. 7. dubio. 4.) In quo quidem casu potest Episcopus præhabita notitia huiusmodi casus Papalis & impedimenti legitimi personæ, secundum prædictos Doctores hanc absolutionem faciendam alicui sacerdoti demandare: qui audita eius confessione eum absoluat. Ergo sic etiam in casu præsentis videtur absolutionem hæresis occulta posse committere, præsertim circa monialem absoluendam, quæ iure communi non debet exire extra monasterij claustra ad obtinendam absolutionem, neque id sibi permittitur: sed neque Episcopus personaliter huius rei gratia tenetur accedere ad illam, præsertim cum est absens: quoniam id non fieret sine indecentia, neque contingeret fieri sine nota: Ergo vt hæc videntur inconuenientia, glossandum est Concilium iuxta æquitatem prædictam, pensata mente Concilij, quæ talis non fuit, vt ad obtinendam prædictam absolutionem ab episcopo fiat aliquid quod nec commode à moniali, neque decenter ab episcopo fieri potest. Nam & etiam inconueniens est, quòd monialis diu maneat inabsoluta à sua excommunicatione, expectans donec episcopus ad eam possit accedere. Hanc autem praxim seruari posse, ait Corduba loco citato, quando Papa super hoc non declarauerit, quid sit agendum: licet putet magis esse tutum à Papa huius casus declarationem expectare. Hanc autem sententiam Cordubæ approbat fratermanuel Rodriguez in expositione bullæ dicens, quædam episcopum sic in particulari hæc commissio- nem fecisse, & sic per eam absolutam fuisse quan-

Ll dam

dam monialem ab hæresi occulta.

¶ Ad argumentum autem in contra iam ex prædictis patet. Solutio.

¶ Præterea prædicta clausula bullæ de eligendo confessore, qui satisfacta parte possit absolueri à censuris, & cætera, hanc quoque præferunt difficultatem specialem: An non potentes satisfacere possint absolui virtute cruciatæ. Videtur autem, quod non. Quoniam bulla solum hanc absolutionem fieri posse concedit satisfacta realiter parte, per se, aut per hæredes, vel amicos debentis satisfactionem. Sed in contrarium est, quod secundum ius, quando debitor est impotens ad soluendum debitum per se, vel per alios, satis est si præstet idoneam, & sufficientem cautionem, ut si sit excommunicatus pro aliquo debito, possit absolui: sed sufficiens & idonea cautio est pignoratitia, vel fidei iussoria, ut patet. ff. de fidei iuss. l. ergo quando, & glossa capite ad nostram. el. 1. de iure iurando: ergo.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis dico primo, quod Sotus in 4. distinct. 22. quæst. 2. art. 3. post 2. conclusionem, aduertit tanquam maxime ab omnibus notandum, quod quia facultas in bulla cruciatæ concessa ad absoluendum à censuris non est amplior, quam verba sonant, ideo virtute cruciatæ nemo potest absolui, nisi satisfacta parte. Adhibet exemplum, verbi gratia, si aliquis esset excommunicatus pro furto, vel alio debito, licet non esset soluendo, ita ut quantum ad Deum esset absolutus, nihilominus virtute privilegij cruciatæ non potest absolui: quia illud arbitramentum, an excommunicatus possit soluere nec ne, Papa nemini sacerdotum committit, sed soli iudici excommunicanti reservatur. Tum secundo id confirmatur: Quoniam virtute cruciatæ confessor non potest absolueri ad reincidentiam, quia solum concedit bulla confessori ut possit absolueri ab excommunicatione simpliciter, & tamen qui modo non habet unde soluat, licet quo ad Deum non sit excommunicatus, si fuit exteriori iudicio excommunicatus, recidit tamen in excommunicationem, coram Deo, quando habet unde soluat, & non soluit: ergo non potuit virtute cruciatæ absolui à censura non satisfacta parte, etiam si non sit soluendo, secundo dicimus, quod certe esse videtur hæc opinio Soti rigorosa, si sic absolute & vniuersaliter intelligatur, scilicet, quod in nullo casu, nisi realiter & de facto satisfacta parte prius per actualem debiti solutionem (etiam si pro furto, vel debito, cui non est soluendo tempore absolutionis, sit aliquis excommunicatus) non possit absolui virtute cruciatæ. Atque ideo moderatior est illa opinio fratris Antonij Cor-

A dubéis in tractatu de casibus cōscientiæ quæst. 18. & Nauarri in summa cap. 27. num. 37. & 48. & Syluestri in sum. absolutio. 3. notabili. 2. & 3. & dubio. 12. & excommunicatio. 8. notabil. 2. & titulo cautio. Qui omnes sentire videntur, quod excommunicatus pro illato damno, vel pro furto, vel pro offensa, vel pro expensis potest absolui virtute cruciatæ à tali censura, quando præstat cautionem pignoratitiam & in defectu, quod eam dare non possit, si præstet cautionem fideiussoriam: quod si hanc dare non valeat, si det cautionem iuratoriam in casibus, in quibus non potest soluere commode sine notabili damno sui honoris, vel citra notabile scandalum, vel iacturam, quam patietur in suis temporalibus bonis, si viliori pretio valde vendantur, vel distrahantur pro actuali satisfactione facienda, quando alias satisfactio hæc sine graui detrimento creditoris, cui facienda est, prolatari potest. Nam in hoc casu secundum istos in foro dumtaxat conscientiæ virtute iubei, aut cruciatæ absolui poterit. Alias autem in hoc casu absolutio data à confessario, vel à quocunque commissario in cuius commissione sibi indicitur, ut absoluat satisfacta parte, Etiam in casu, quo debitor excommunicatus non sit soluendo si sine prædictis cautionibus, aut ordine earum non seruato absoluat, delinquit grauius, & citra illas absolvens, absolutio est inualida. Probatum autem opinio istorum: quoniam non est verisimile, quod Papa, vel alius prælatus committens suas vices ad absoluendum à censuris satisfacta parte alicui commissario, velit sic excommunicatum impotentem ad satisfaciendum per actualem solutionem excludere à beneficio iuris concedentis tunc posse satisfacere per idoneam cautionem, & quod velit in conscientia manere eum illaqueatum in excommunicationis censura cum tunc præstet quod potest, & quod in se est faciat. At quia etiam opinio hæc grano salis & limitatione eget, dicitur tertio, quod opinio prædicta Syluestri & Nauarri & Cordubæ contra Sotum ut apparet probabilis est, in casu, quo quis excommunicatus est à iure, pro damno aut debito ut satisfaciatur, vel quando per generalem excommunicationem latam à iudice est excommunicatus secreto taliter, quod talis excommunicatio non est deducta ad iudicium iudicis sic generaliter excommunicantis: & quando conllat confessori alias etiam extra confessionem certo, quod poenitens sic excommunicatus dicens sic in confessione non posse realiter soluere, verum dicit: quoniam nouit eum esse egenum, & pauperem. Nam tunc in hoc

hoc casu præstata cautione, quam possit dare, absolui potest in foro conscientiæ virtute cruciatæ. Quoniam in hoc casu neque sit iniuria iudici excommunicanti, cum in dubio non vsurpetur iudicium eius, cum constet confessori etiam extra confessionem, se non decipi à poenitente, dicente se non esse soluendo. Neque etiam sit iniuria parti, cui pro tunc realiter satisfieri non potest: imo eius consulitur securitati, per nouam cautionem datam à poenitente. Si autem confessarius dubius sit extra confessionem, an possit poenitens satisfacere realiter, aut non, licet poenitenti in confessione tam pro se quam contra se credendum sit: tamen quoniam sæpe poenitentes, ut illis videtur confiteri solent se esse impotentes ad soluendum, qui sæpe sic falluntur, quando permittuntur esse iudices, sic in propria causa, ideo ne iudices fori exterioris ecclesiastici, & eorum censuræ eludantur, non debet absolueri sic excommunicatum, nisi de facto satisfecerit prius. Quoniam in hoc casu verum habet sententia Soti, scilicet, quod poenitens remittendus est, ut absoluat ad iudicem excommunicantem propter eius rationem, scilicet, quoniam, an excommunicatus possit soluere, vel non, Papa nemini sacerdotum committit, sed solum iudici excommunicanti reservatur contra Metinam in aliud extremum declinantem, scilicetque, quod non potens satisfacere absoluendus est virtute cruciatæ. Quoniam inquit, intelligitur bulla quod satisfaciatur si possit. Similiter etiam vera est sententia Soti in casu, quo aliquis est nominatim excommunicatus à iudice pro furto, aut damno, aut debito restituendo: quia nisi præuia satisfactione prius facta per se, aut per suos hæredes, aut amicos ut ait bulla cruciatæ non est absolvens: quoniam esset eludere iudicem eum nominatim pro prædictis excommunicationem: cui iudicare incumbit, an possit satisfacere, vel non.

¶ Quarto dicitur, quod iam ex perpetua & generali declaratione Pij quinti, quæ sic incipit: Grauisima, quæ inter eius proprios motus circumfertur habetur, quod excommunicati virtute iubilæi absoluti ab excommunicatione, sine præuia satisfactione, quia confessi sunt, se non habere bona, quibus sint satisfaciendo, intelliguntur absoluti in foro interiori, ad effectum consequendi fructum iubilæi: non vero censentur esse absoluti in foro exteriori, nisi debita præcesserit satisfactio. Hanc autem declarationem Pij quinti Corduba sic glossat: quia ubi conceditur principale conceditur etiam & accessorium: ergo Pius quintus eo ipso, quod per hoc declarat prædictum excommunicatum, in-

Instruct. conf. Pars. 2.

A telligendum esse absolutum in foro interiori in ordine ad consequendum iubilæi effectum videtur etiam declarare, quod etiam tempore consecutionis iubilæi, dum ad eum lucrandum accedit ad eucharistiam sumendam, quando iubilæus conceditur confitentibus & communicantibus in foro exteriori, pro tunc non censetur esse excommunicatus. Alioquin, si maneret tunc excommunicatus quoad forum exterius, posset prohiberi à sumenda communionem, et si eam sumeret posset in tali foro exteriori puniri pro tali facto. Igitur cum iubilæus conceditur in foro conscientiæ non potentibus satisfacere absolutionem à censuris posse impendi ad reincidentiam, prodest pro tunc absolutio illa, etiam in foro exteriori. Sed tamen post assecutionem effectus iubilæi reincident in illam statim quoad forum exterius. Sed quatenus attinet ad forum interius non reincident in illam, nisi postquam iam factus est compos ad soluendum & reuinit soluere, & incipit esse in culpabili mora restituendi.

¶ Porro quæstio hæc non indigna scitu est, scilicet, an satisfacta parte absolutus virtute cruciatæ, aut virtute iubilæi in foro interiori censetur absolutus etiam esse in foro exteriori. Respondetur autem, quod quæstio hæc non vniuersalem habet resolutionem apud Doctores. Nam Metina in sua instructione libro. 2. §. 12. poenes finem, aucter affirmat, quod virtute bullæ, vel privilegij potest aliquis absolui non solum in foro conscientiæ sed etiam in foro exteriori. Sed tamen circa hoc animaduersum esse vult poenitentem, ut ne iudex calumniæ ei tribuat, quod audierit nullam in excommunicatione, obtinere debet schedulam à confessore absolvente eius nomine signatam, per quam testimonium ferat se illum absoluisse per bullam, vel privilegium, iam prius facta satisfactione parti. Quod si prouisor episcopi replicauerit dicens, id iure confessorem facere non potuisse, respondendum est ei, quod bulla cruciatæ eam contulit confessoribus per eam electis potestatem, dum ibi continetur, quod possint absolueri ab omni excommunicatione lata à iure vel ab homine, satisfacta prius parte. Per partem autem satisfactam non intelliguntur iudices excommunicantes, neque eorum officiales. Sed per partem hic accipitur ille cui res est debita, & ad cuius instantiam lata est excommunicatio. Ita Metina Couarruuias tamen in Commentarijs super alma mater titul. de excommunicatione. parte. 1. §. 11. oppositam videtur tenere

L1 2 senten-



sententiam, dicens, quod à censura reservata absolutio virtute iubei facta in foro conscientiae non prodest in foro exteriori, nisi iubeus exprimat, quod quoad id prodest, quoniam si esset publice denunciatus in contemptum esset iudicis, cui congrue satisfactum non est, si sic absolutus se ingereret diuinis, etiam si satisfecerit partibus. Couarruuiæ videtur suffragari, Nauarrus in summ. capit. 27. numero. 272. penes finem. Vbi ait, quod excommunicato denunciato & absoluto à confessario siue simpliciter, siue quoad cautelam, non tenentur alij communicare, praesertim publice, sed neque possunt, nisi probabiliter credant esse absolutum, quando absolutus est tantum in foro conscientiae.

¶ Igitur his nihilominus non obstantibus pro absolute quæstionis dicimus primo, quod confessarius electus per bullam cruciatam, vel per iubileum, vel per confessionalia, vel per alias bullas Apostolicas, non potest absolute ad reincidentiam, neque ad tempus. Ita Nauarrus in summ. cap. 27. numero. 272. Et patet: quoniam absolute ad reincidentiam est absolute pure & excommunicare sub conditione, si postea non satisfaciatur aut soluat, quod nequit facere confessarius cum auctoritate iurisdictionis careat ad excommunicandum. Secundo dicimus, quod per bullam cruciatam & per iubeos, & confessionalia, potest confessor absolute ab excommunicatione, quæ dubitatur esse lata. Patet etiam hæc assertio, quæ est Nauarri ibidem, quoniam passim confessarij confessum ignorantem se esse excommunicatum absoluunt, per illa verba, si teneris aliquo vinculo excommunicationis, & cetera, per quam absolute ab ea censura, vel ab eis, in quas potestas eorum extenditur, dum modo præmiserit satisfactionem, vel aliud, quod bulla requirit, vel certe eo sit animo, quod faceret illud si meminisset, se esse excommunicatum, & faciet cum primum meminerit. Tum, quia attentata sua ignorantia, satis videtur facere quod potest, ideo non est ei neganda absolute. Tum, quoniam sic soliti sunt absolute confessores, quorum usus, ut prædictum est, commendatur à peritis. Tertio dicitur, quod quando scitur excommunicatio esse lata: sed tamen dubitatur an sit valida, tunc confessor per bullam, vel confessionalia non potest absolute, sine præuia satisfactione, si confessarius cognitum habet interuenisse veram offensam, ob quam est excommunicatus poenitens. Quoniam cum offensam est manifesta non potest quis absolute etiam cum cautione sufficienti, nisi præcedat præuia satisfactio capit. solet,

A de sent. excommunicata. in. 6. Si autem poenitens se dicat in nihilo offendisse, poterit absolute. Si autem dicat se dubitare de offensa, an offenderit, vel non secundum Nauarrum, videtur quod absolute non possit. Tum, quia commissa simpliciter absolute, non videtur commissa absolute ad cautelam, ut insinuat glossa singularis cap. capitulum, de rescriptis. Quoniam vera est hæc glossa, cum committitur commissario sola absolute. Secus autem est, si delegato committatur causa, quæ sine absolute partium commode non potest tractari: quoniam tunc in hoc dubio pars ad cautelam absolute potest, secundum Aret. & Decium, & usum.

¶ Quarto accedendo ad punctum quæstionis dicitur cum Couarruuiæ & Nauarro, ubi supra contra Metinam Salmanticensem, quod cum aliquis excommunicatus est iam nominatim denunciatus in foro iudiciali pro offensa commissa reparanda, etiam si iam eam reparauerit satisfaciendo parti, & propterea virtute cruciatæ absolute in foro conscientiae, hæc absolute non prodest illi in foro exteriori, etiam si, ut ait Metina, per suam schedulam suo nomine subscriptam confessor testimonium ferat, se illum absolute satisfactam parte per bullam. Hoc autem probatur à Couarruuiæ. Tum primo: quia bulla cruciata non exprimit, quod talis absolute prodest & valeat etiam in foro exteriori. Quoniam in alijs Apostolicis literis, ubi intendit Papa, ut absolute in foro conscientiae facta prodest etiam in foro exteriori, id solet exprimere. Tum secundo: quoniam in contemptum veniret iudicis, si sic publice à se denunciatus sine congrua satisfactione, quæ etiam debet fieri iudici sic absolute tantum in foro conscientiae, se ingereret diuinis. Tum tertio: quoniam uterque forus maxime distat. Item quarto: quoniam absolute in foro interiori potest in foro exteriori pro eodem crimine accusari, & puniri glossa. cap. de his de accusationibus. Quoniam utriusque fori diuersi sunt fines. Nam fori conscientiae finis emenda est: finis autem exterioris fori est etiam satisfactio publica debita reipublicæ, & publica vindicta. Tum quinto quia per bullas & iubeos confessarijs non conceduntur ea, quæ ad forum contentiosum concernunt, sed tantum quæ ad conscientiam. Quod & usus poenitentiarie confirmat. Quia negotium animæ in poenitentia, committitur confessori, ut expediat, nullis testibus interuenturis, & literis lacerandis. Neque in hoc casu vlla fit compositio pecuniaria cum Romanæ curiæ datario, quæ

quæ tamen solet fieri, & fit, quotiescunque aliqua dispensatio expeditur in curia, quoad iudicium exterius & contentiosum. Tum sexto quoniam testimonium solum confessoris per schedulam datum, quod absolute, poenitentem satisfactam parte, non est sufficiens contra Metinam, ut ei credatur in foro exteriori. Quoniam est testimonium vnius & sine iuramento latum: quod non sufficit, cum agitur de causa veritate in detrimentum tertij.

¶ Ex quo corollarie inferimus cum Nauarro ubi supra, quod confessarius, cui committitur absolute specialis alicuius ad cautelam in utroque foro, debet absolute coram notario & testibus, vel saltem testibus, ut absolute possit probare suam absolute coram alijs, quæ non præsumitur, nisi probetur cap. sicut nobis. de sent. excommunicata. & glossa capit. proposuisti. de cleric. excommunicati. min. Et patet, quoniam alias excommunicato denunciato & absolute à confessario simpliciter, siue quoad cautelam quoad forum conscientiae tantum, non tenentur alij communicare, praesertim publice: neque possunt nisi probabiliter illud credant: quia limitata causa limitatum producit effectum. I. in agris. ff. de acquirend. rer. domin. neque absolute quoad utrumque forum, nisi legitime id ostendatur, vel nisi iuxta cap. sicut nobis. de sent. excommunicata. & glossa capite proposuisti. de cler. excommunicati. min. probabiliter credatur esse absolute. Quinto dicitur quod sententia Metinæ si non loqueretur de excommunicato nominatim denunciato, sicut reuera loquitur, sed de solo excommunicato à iure vel à iudice in generali intelligatur, vera videtur. Ut in casu, quo statutum vel iudex ecclesiasticus sic in generali proferret excommunicationis sententiam contra eos, qui de bonis ecclesiasticis, vel alterius personæ usurpauerunt aliquid. Quoniam tunc absolute virtute cruciatæ in utroque foro intelligitur absolute, si absolute fuerit reuera satisfactam parte. Quoniam in hoc casu non videtur illud sententia iudicis excommunicantis: tum, quia res est secreta: tum, quia hic non intenditur emenda publica, sed sola satisfactio partis, quæ iam facta est. Vnde qui per literas ordinariorum, vel paulinas obtentas contra furantes, vel detinentes bona aliena excommunicatus erat, & per bullam cruciatæ est absolute, parte prius satisfactam, in utroque foro censetur absolute, quoniam nulla congrua satisfactio hic debetur iudici sic generaliter excommunicanti: quia sic non intendit, nisi satisfactio partis.

¶ Sequitur ex prædictis secundum corollarium instruct. consc. Pars. 2.

rius, quod est Nauarri loco citato, scilicet, quod confessarius, cui sacra poenitentia, vel alius superior committit, ut absolute latorem ad cautelam in foro conscientiae tantum, non tenetur seruare formam dict. capit. solet de sent. excommunicatione. sed satis est quod constet ei per confessionem partis, preces veritati inniti. Sequitur tertio corollarium, quod si confessario, ut simplici confessario committitur absolute ad cautelam in utroque foro, debet huiusmodi confessarius antea accipere cautionem sufficientem iuxta dictum capit. solet, licet non debeat partem citare, neque audire excipientem de manifesta offensa, salvo, nisi ei aliquid amplius, vel minus obseruandum in dicta commissione indicatur. Imo, si in hoc casu excommunicatus agnosceret offensam esse veram, deberet eum cogere ad prius satisfaciendum. Si autem prædicta commissio ad cautelam solum committatur in foro conscientiae tantum, sufficit autem Nauarro, quod poenitens propositum gerat firmum satisfaciendi debito, vel offensa, si apparuerit excommunicationem fuisse validam si illam satisfactionem se debere compertum post fuerit. Quoniam quoad hoc magis respiciendum est coram ipsa actualis satisfactio in hoc casu. Igitur seruanda est forma commissionis iuxta capit. dilecta. de rescript. Licet onus citandi partem tantquam in congruum foro poenitentiae tollatur. Tamen satisfactio, vel cautio sufficiens, quæ etiã illi foro congruit non videtur tolli, quando in forma commissionis exprimitur, imò etiam non exprimitur.

¶ Præterea & huic dubitationi nos satisfacere oportet, scilicet, an virtute cruciatæ absolute coram suis iudicibus comparere teneantur. Videtur autem quod ad id teneantur. Nam cap. eos. de sententia excommunicationis lib. 6. cauetur quod hi, qui à sententia canonis, vel hominis ob impedimentum aliquod absolute sunt ab alio si cum commode poterunt contempserint se præsentare ei iudici, à quo alias absolute erant in eandem sententiam recidunt ipso iure. Idemque statuitur de his, quibuscunque quia Sede apostolica, vel legato ipsius absolute beneficium à quibusuis sententijs consequuntur. Sed qui absolute à censuris reservatis virtute bullæ autoritate apostolica absolute: ergo si post non se præsentat coram iudice excommunicante, videtur, quod virtute huius canonis reincidat in eandem censuram. Sed in contrarium est, quod sicut dictum est, confessarius virtute cruciatæ absolute non potest absolute ad reincidentiam: ergo sic virtute cruciatæ absolute (etiam si non compareat coram iudice, à quo alias erat absolute

soluendus) non reincident in censuram, à qua est iam absolutus. Igitur pro decisione quæstionis notanda est sententia Metinæ in sua instruct. libro. 2. cap. 12. vbi sic respondet ad hanc quæstionem, scilicet, quòd virtute prædicti canonis, absolvens in articulo mortis à censuris excommunicationis reseruat superioris, teneret sic à se absoluendum commonere, vt si sanus euadat, se præsentet iudici excommunicanti, nõ vt ab illo absoluat, quoniam iam est absolutus, sed vt eius mandatis prout iustitia suadebit pareat. Si autem, inquit, virtute alicuius priuilegij, vel bullæ concedentis, quòd semel in vita, & iterum semel in morte possit quis absolui à qua libet censura aliquis absoluat, non opus habet etiam si sanitati sit iam restitutus prælato se excommunicanti antea, postea se præsentare. Quoniam bulla, inquit, hoc non exprimit. Sed profecto hæc ratio Metinæ non omnino satisfacit, Quoniam licet bulla hoc non exprimat, sed tamen canon supradictus capit. eos. videtur illud exprimere, & sub poena reincidentiæ mandare. Imo, vt supra diximus, demente Couarruuiæ, vbi intendit Papa, vt absolutio in foro conscientiæ facta in foro exteriori profit, id solet exprimere. Igitur pro resolutione quæstionis dicimus primo, quòd hæc sententia Metinæ verum videtur habere in casu, in quo (vt supra diximus) aliquis fuit generaliter excommunicatus ab statuto, vel à iure, vel à iudice pro sola emenda faciendâ parti, & recompenfando debito, & damno, si iam sine fraude vere & realiter satisfecit, & præuia hac satisfactione absolutus est virtute cruciatæ à censura reseruata, iam si non se præsentet post hoc iudici excommunicanti, aut ei, à quo alias absoluendus erat, non reincident in illam. Patet, tum, quoniam sæpe iste sic absolutus est secretus: ergo postquam satisfecit non debet se prodere, se iudici præsentando. Tum, quia in hoc casu deest ratio, propter quam conditus est prædict. canon. eos. Quoniam in hoc casu non illuduntur censuræ ecclesiasticæ, quæ fuit ratio canonis, ne scilicet tales censuræ illuderentur. Siquidem per illam præstitam satisfactionem & solutam, iam parti, satisfactum est intentioni iuris, aut statuti, aut iudicis excommunicantis pro illa recompenfâ faciendâ. Tum, quoniam in prædicto canone dicitur, quòd sic absolutus se debet præsentare iudici, vt humiliter recipiat mandatum eius, & satisfaciât pro vt iustitia suadebit. Sed iam in hoc casu præstita iam reali satisfactione iustitia non suadet aliam satisfactionem coram iudice fore faciendam: ergo non tenetur sic absolutus comparere, neque reincident si non compareat. Tum

ultimo, quoniam sic videtur recepta vsu hæc sententia Metinæ in casibus præcedentibus. Sed secus esset, quando in foro exteriori esset nominatim denunciatus & publice, & esset in articulo mortis etiam satisfacta parte virtute etiam bullæ absolutus ab illa censura reseruata. Quoniam tunc virtute prædicti canonis reincidenter in illam, si talis esset casus, pro quo fuit publice in foro exteriori excommunicatus: qui vltra satisfactionem partis requireret satisfactionem etiam fieri ad mandatum iudicis pro poena criminis, aut contumaciæ, aut pro emenda publica pro satisfaciendo scandalo publico, & pro similibus, pro quibus iustitia suadet satisfactionem debere fieri. Quoniam tunc, si non se præsentaret reincidenter. Quoniam alias illuderentur censuræ ecclesiasticæ, quod canon cupit vitare. Ita ergo ego sentio, sub aliorum censura. Addit vero ibi Metina animaduertendum esse, quòd si poenitens absoluendus virtute Cruciatæ obtulit sufficientem, & veram satisfactionem parti læsæ, absolui poterit, etiam si pars læsa eam admittere respuat. Quoniam poenitens hic omne id, quod de se tenebatur præstare, iam præstitit. Quoniam vere paratus erat parti satisfacere, nisi satisfactionem refutaret. Si autem fide, & solis verbis, vt regulariter fit, poenitens obtulit parti læsæ satisfactionem, non est absoluendus.

Ad argumentum vero in contra, scilicet, quòd virtute bullæ confessarius non potest absolute ad reincidentiam, ex quo inferebatur, quòd virtute illius absolutus in nullo casu reincidenter, respondetur, quòd in casu illo, in quo sic absolutum diximus reincidenter, si non se præsentet iudici, ei parendi gratia, illam reincidentiam nõ causat absolutio confessoris facta, sed canon ille capit. eos. supra allegatus.

Iam etiam quæstionem illam ab hoc loco non alienam, difficilem tamen expedire hic operæpretium est, scilicet, an virtute bullæ cruciatæ, confessarius electus ab irregularitate contracta per culpam absolute possit. Videtur autem quod possit. Quoniam in bulla cruciatæ cõceditur, quòd confessarius electus possit absolute poenitentem ab omni censura: sed licet irregularitas, quæ contrahitur propter significationem, aut indecentiam non sit censura: tamen illa irregularitas quæ contrahitur propter culpam censura esse videtur: ergo ab illa virtute cruciatæ poenitens absolui potest. Sed in contrarium est, quòd post clausulam bullæ cruciatæ, vbi cõceditur confessario electo posse absolute poenitentem ab omni censura, infra conceditur cõmissario bullæ cruciatæ dispensandi, & cõponendi super qualibet irregularitate, nisi homicidij volun-

voluntarij ratione aut simoniz aut apostasiæ à fide, aut hæresis, vel propter malam ordinum susceptionem contracta fuerit. Ergo nullatenus est verisimile, quòd bulla concesserit facultatem confessarijs absoluendi ab irregularitate illa, super quam dispensandi, & componendi commissario cruciatæ statim per bullam facultas committitur. Quoniam per illâ facultatem, si commissaria esset confessarijs, hæc expresse facta commissario in magna parte & maiori frustraretur facultas.

Igitur pro decisione quæstionis prænotandum est, quòd hanc quæstionem esse difficilem arguit ea discordia, quæ inter aliquos Theologos est ex vna parte, & inter Nauarrum & aliquos canonistas, & prouisores Episcoporum ex alia. Nam Metina in sua instructione confessori. libro. 1. §. 9. de irregularitate, proponens hanc quæstionem tanquam grauem & difficilem inter doctores, pro parte affirmatiua, quam ipse sequitur allegat Sotum & Canum, & alios viros doctos & eis videtur adhærere Corduba in tractatu de casibus cõscientiæ. quæstione. 37. Vbi ait, quòd virtute illorum verborum bullæ cruciatæ, quæ suo tempore fuit expedita, vbi concedebatur facultas absoluendi ab irregularitate mentali, poterat absolui quis ab irregularitate contracta per culpam, si fuisset occulta. Frater quoque Manuel Rodriguez in sua expositione bullæ prædictis subscribit, dicens, quòd irregularis absolui potest virtute bullæ ab irregularitate, quæ nascitur ex delicto: quoniam in bulla ista dispensatio committitur commissario in foro exteriori, & etiam interiori, exceptis his quæ nascuntur ex homicidio voluntario, vel ex simonia reali & perfecta, & ex hæresi & ex mala ordinum factorum promotione.

Igitur respondentes ad quæstionem dicimus primo, quòd si autoritas Theologorum tenentium partem affirmatiuam, nempe, Soti & Cani & Metinæ pensetur maximè hinc videtur firmari pars affirmatiua. Si autem vis suarum rationum, quibus eam salciunt expendatur fere nulla est. Quoniam, vt ait Metina vbi supra, in hac duplici duntaxat ratione suam fundant sententiam, scilicet, primò, quòd bulla cruciatæ cõcedit absolutionem ab omni censura, & quòd irregularitas contracta per culpam vera censura sit. Et secundo quia concedit absolutionem à poenis, & quòd irregularitas hæc poena sit. Quæ vtraque ratio valde infirma est & dissona iuri canonico, ac per consequens parui pensis est. Cū ergo in hac quæstione magis innittendum sit iuri canonico & rationibus ex eo deductis, quâ

foli autoritati prædictorum Theologorum, præsertim, quòd Nauarro & canonistis, qui negatiuam tenent, in materia poenarum ecclesiasticarum, vtpote illis propria, in qua illis vsu euenit magis insudare, cæteris paribus magis assentiendum est. Statuitur ergo responsiua conclusio. Longe verisimilior, atque tutior est opinio negatiua Nauarri & canonistarum; & præsertim modo si consulatur, & expendatur teneor bullæ modernæ, & sui originalis, scilicet, quòd virtute bullæ cruciatæ non possit confessor electus absolute poenitentem ab irregularitate contracta per culpam. Quæ quidem conclusio fortibus est munita rationibus & non paucis. Primo igitur probatur, quoniam prima ratio, in qua affirmatiua pars contraria fundatur, falsa est & infirma, & contra ius. Nam fundatur in hoc, quòd prædicta irregularitas sit censura. Et tamen ex cap. quærenti. de verborum significat. à contrario sensu arguendo, quòd quidem argumentum est fortissimum in iure, colligitur irregularitatem etiam cõtractam per culpam, non esse censuram ecclesiasticam. Nam ibi interrogatus Papa quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum in literis Apostolicis huiusmodi clausula apponitur. Respondet, quòd per censuram nõ solum interdicti, sed suspensionis, & excommunicationis sententia valet intelligi, nisi iudex discretus ferat, quâ magis videatur expedire. Ecce vbi solum has tres esse cõsuras ecclesiasticas esse declarat, de irregularitate nullam faciens mentionem. Neque de ea distinguit hoc ius, sicut distinguunt prædicti Theologi. Ergo iuxta axioma commune, si ius non distinguit, neque nos distinguere debemus. Neque obstat quod aduertit ibi Marginalis gloss. in dict. cap. quærenti. ex deductione pulchra Hostiensis, scilicet, quod censura ecclesiastica nõ est tanquã odiosa restringenda, sed tanquã fauorabilis amplianda. Quoniam vsus non ampliat censuram ecclesiasticam saltem inter iudices inferiores Papa ad irregularitatem. Nam nulli eorum cū eis occurrat necessitas coercendi aliquem contumacem per censuram ecclesiasticam vtuntur hac forma, scilicet, sub poena irregularitatis mandamus, vel inhibemus. Sed bene vtuntur his formis. Sub poena excommunicationis, vel sub poena interdicti, vel suspensionis. Quoniam prædicta irregularitas species est poenæ multū differens ab istis. Tū secundo patet: Quoniam stylus Curie habet, quod per hæc clausulam, scilicet. Cõcedimus facultatē absoluēdi à quibilibet cõsuris, & poenis nõ intelligitur data facultas dispensandi super irregularitate, nisi exprimat. Quod quidē colligitur ex eo, quod aliquoties eã exprimit. Tū tertio patet: Quoniam,

quia quoties stylus curiæ irregularitatem exprimit, solet excipere illam, quæ est ex bigamia & homicidio, vel ex hæresi, vel apostasia, vel ex mala ordinum susceptione. Vt patet ex cõmissione facta in originali bullæ cruciatæ commissario cruciatæ ad dispensandum, & componendum super qualibet irregularitate, vbi prædictæ ei excipiuntur. Tum quarto patet, Quoniam in bulla, vt prædictum est, committitur facultas bullæ commissario dispensandi super qualibet irregularitate nascenti ex delicto, exceptis prædictis irregularitatibus. Ergo si per facultatem supra datam in bulla commissario absoluendi ab omnibus censuris, per censuras intelligantur etiam irregularitates, fit consequens quod cum hic nullæ ei excipiantur irregularitates, possit confessor ab omnibus, & etiam ab illis commissario exceptis absoluere. Vnde infertur istud incredibile corollarium & falsum, quod maior facultas data sit confessorio, quam commissario bullæ circa has absoluendas irregularitates. Maxime cum Fr. Manuel Rodriguez dicat, quod in utroque foro commissario tributa est facultas dispensandi super qualibet irregularitate, exceptis prædictis. Tum quinto patet: Quoniam facultas illa absoluendi à censuris, & pœnis, quæ in aliquibus iubilæis & bullis ponitur, illas solum censuras respicere videtur, & illas pœnas, quæ impediunt absolutionem à peccatis: quoniam ad huc finem datur: vt id ex verbis concessione colligere licet. At vero cum absolutio à peccatis (vt ait Caietanus) recte fieri possit, sine ablatione irregularitatis, quippe quæ non impedit perceptionem sacramentorum, non videtur concessa facultas confessorio absoluendi ab irregularitate cum ibi non exprimitur. Patet hæc consequentia: quoniam ex sine sumenda est intentio autoris. l. et si non sint. §. perueniamus. ff. de aur. & argent. legat. arg. lege. & lege final. de hæred. instit. Tum. 6. patet: Quoniam per hanc intelligentiam iuri dissonam, quam præsupponunt fautores partis affirmatiuæ, derogatur maxime expeditioni bullæ cruciatæ, cui maximæ voluit fauere Papa. Quoniam omnes habentes irregularitates, quæ vt in plurimum sunt occultæ ad confessorem certe confugerent, vt ad facilius remedium omisso remedio obtinendi dispensationem à commissario, vel cum eo se componendi. Tum septimo patet: Quoniam si prædicti Theologi firmabant se vt ait Metina in hoc, quod prædicta irregularitas est pœna, & in antiquis bullis dicebatur, quod confessores possent virtute illarum non solum à censuris sed à pœnis absoluere, contra illos est. Tum primo,

quod vt loco citato ostendit clare Nauarrus per pœnas non intelligebantur irregularitates, sed vel pœnæ pœnitentiales, quas potest ponere confessor, vt ibi exemplificat: vel intelligebantur pœnæ, quas iam incurrisset ob crimen ad quas damnatus esset pœnitens. Quarum solutio post condemnationem sic obligat, quod si non soluerentur impedirent sacramentalem absolutionem. Tum secundo: Quoniam iam in bullis modernis, ne tam sinistra intelligentiæ daretur locus illa particula, & à pœnis quibuslibet possint absolui, sublata est, vt est videre in tenore cruciatæ modernæ, ne per absolutionem à pœnis intelligeretur absolutio ab irregularitatibus. Iam post tot tamque mortaliter certas rationes nescio, quis tute possit consulere partem affirmatiuam. Igitur qui sic irregularis est, si velit virtute bullæ ab sua irregularitate contracta ob solam culpam (de hac enim solum controuertitur inter Doctores) absolui à confessore, me consule non faciet, sed potius ad commissarium bullæ cruciatæ super hac obtinenda dispensatione recurrat. Vel certe si est irregularitas occulta recurrat ad episcopum suum pro hac dispensatione irregularitatis obtinenda: quoniam episcopi ex concessione Concilij Tridentini sessi. 24. cap. 6. habent facultatem dispensandi in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta illa quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum. Parcat letor prolixitati, si causa dissuadendi partem affirmatiuam non tutam, neque vlla firma ratione suffultam, hic multum sum immoratus. Iam vero ad argumentum in contra ex prædictis patet solutio. Negamus enim, quod in iure atque in vsu atque in stylo curiæ Romanæ irregularitas sit computanda inter censuras propter. 7. rationes adductas, sed neque Metina, neque alius sufficienter soluit has rationes. Quoniam Metina solum soluit illam rationem, quæ non tanti momenti est, ac propterea dedignati sumus hic illam in probationem nostræ partis negatiuæ adducere. Sed neque sufficienter eam soluit, ita, scilicet, vt vim eius omnino eneruet. Nā et si (vt ipse respondet quod irregularitas & suspensio possint tolli de facto per quæcūque verba, siue dicatur absoluo, siue dispense: tamen stylus & vsus curiæ Romanæ indicat, quod verbum dispense, & non verbum, absoluo, appropriatur & accommodatur ex vsu ad tollendas irregularitates. Quod patet tū ex bulla cruciatæ quæ vbi expresse commissario cruciatæ committitur facultatē tollendi huiusmodi irregularitates non vtitur isto termino, absoluendi, sed isto termino

termino dispensandi, dicens: Concedimus commissario prædicto facultatem dispensandi super irregularitate, & cætera. Sed & ordo noster prædicatorum qui antiquitatis est obseruator, præfixit formam prælati iuxta stylum pristinum, vt dum absolutionem generalem religiosi impendant in solennitatibus & dum super irregularitatibus dispensant, vtantur isto verbo, dispense vobiscum super irregularitatibus, & non vtuntur hoc verbo, absoluo vos, scilicet, ab irregularitatibus.

¶ Porro circa prædictam clausulam eligendi confessorem per bullam aliqua superiunt extrinseca dubia. Quorum primum est, an absolutio à censura, quæ facienda est virtute bullæ cruciatæ possit fieri extra sacramentum confessionis. Respondetur breuiter cum Nauarro in summa cap. 26. num. 31. quod tutius est dicere, quod virtute bullarum nemo absolui possit communiter, nisi concurrente confessione sacramentali. Patet autem hoc. Tum: Quia communiter bullæ concedunt licentiam eligendi confessarium, qui absoluere possit & cætera: requiritur ergo, vt confessio cum absolutione concurrat. Quod probat Nauarr. argumentum. l. in delictis. §. si de tracta. ff. de noxal. Tum secundo patet: Quoniam hæc facultas absoluendi à censuris impenditur vt quoddam præambulum necessarium ad absolutionem peccatorum percipiendam, quæ dari non potest sine præuia confessione. Patet tertio ex cap. prudentiam. de officio, deleg. vbi exijt Regula canonistarum, scilicet, quod forma mandati seruanda est. Quod si contra vel præter eam sit nullius momenti esse est censendum. Et patet vltimo ex Regula iuristarum dictante, quod causa limitata, effectus parit limitatos, sed absolutio ab censuris limitatur in confessione: ergo fieri non potest extra confessionem. Vnde soluitur ratio Victoriz, qui dicitur tenuisse contrarium, hac persuasione ratione, quod absolutio ab excommunicatione solum requirit, & petit satisfactionem & non confessionem. Quoniam hoc est verum, nisi talis absolutio per formam commissionis restringatur, vt fiat in confessione, sicut bulla cruciatæ id restringit. At propter istam rationem Victoriz forte est vera illa opinio fratris Manuelis Rodriguez in expositione bullæ dicentis, quod confessores approbati per ordinarium possunt absoluere à censura excommunicationis, non reseruata extra sacramentum. Atqui minus est debitandum de curato quod hoc possit facere extra sacramentum confessionis. Sicut etiam, licet tutius sit dicere cum Caietano, quod sacer-

dos simplex carens iurisdictione non possit absoluere ab excommunicatione minori, tamen sacerdos habens iurisdictionem etiam extra confessionem ab ea absoluere potest. Non est autem in vsu, vt ait Metina, quando famina aut viri confitentur in publico, & ibi absoluuntur ab excommunicatione quod inter eos absoluendum, vtatur confessor virgæ aut disciplinæ percussione. Imo fratres Mendicantes privilegio hoc gaudent, vt absoluentes ab excommunicatione in foro interiori, cæremônias illas, scilicet, absoluendi cum recitatione psalmi Miserere mei, atque cum flagelli, aut virgæ ictibus possint omittere. Secundo dubitari contingit, vtum Religiosi Mendicantes possint vti suis privilegijs ad absoluendum à reseruatis carentes bulla. Respondetur breuiter, quod quia bulla cruciatæ durante anno suspendit omnes gratias & privilegia, quæ contrariantur expeditioni bullæ ideo nostris privilegijs nos fratres Mendicantes, vt non possumus respectu secularium ad eos absoluendum à reseruatis, si non susceperint cruciatæ diploma. Sed non suspenduntur mendicantibus regularibus privilegia sua respectu suorum nouitiorum. Vnde sicut prælati eorum potest absoluere professos sibi subditos à reseruatis, etiam si careant bulla: sic etiam nouitios suos carentes bulla à reseruatis absoluere possunt. Licet verum sit, quod (quia nouitij nondum professi sunt perfectam obedientiam) possunt absolui à reseruatis casibus, quos reseruauit sibi prælati ordinum citra eorum licentiam.

¶ Tertio scitu opus est: An confessores electi per bullam absoluere possint à peccatis commissis, cum confidentia bullæ sumendæ, aut bullæ iam sumptæ. Videtur autem, quod non. Nam Papa non intendit præbere incertium & occasionem mali. Et quia privilegium amittitur per abusum. Item: quia Laurentius libr. 6. de diuinis institutionibus capit. 13. ita de elemosyna ait, Elemosynam non abolentur peccata, si fiducia largiendi pecces: ergo neque per bullam remittentur peccata virtute illius absoluta, si cū fiducia eam sumendi pecces. In contrarium est: quod qui peccat, intuitu misericordiam Dei & remissionem peccatorum assequendi, per confessionem factam mediante bulla minus peccat, quam si sine spe assequendi veniæ & misericordiam diuinam per absolutionem bullæ peccat: ergo assumptio bullæ, vel animus eam sumendi, non est sibi causa maioris reatus, ita, vt propter hoc ei prodesse non possit.

¶ Igitur quoniam de hac questione superius largi-



memini me disputasse, breuiter nunc, ne in hoc etiam sibi proprio loco eius explicatio desideretur, aliquid de hoc dicendum sperest. Igitur, quod hæc quaestio difficilis sit ostendit varietas opinionum, quæ est circa illam. Nam Corduba in tract. de casibus conscientiarum, quæst. 22. expresse tenet, quod absolutio facta virtute bullæ aut iubilæi non prodest ei qui cum confidentia bullæ, vel iubilæi perpetravit reſeruatam delictum. Vt si cum animo iniuriam inferendi clerico præſumpſiſſet bullam. Sicut, inquit, neque absolutio impensa virtute bullæ suffragaretur illis, qui post susceptam bullam cum confidentia obtinendi absolutionem per illam clericum percuterent. Quia, inquit, nullatenus Papa intendit sic præbere incentiuum peccandi. Eandem autem sententiam tenet Couarruias in tractatu de varijs reſolut. lib. 21. capite. 20. de eccles. immunit. Vbi agit de eo, qui deliquit prope ecclesiam, spe immunitatis ecclesie, an gaudeat tali immunitate. Vbi allegans Ioann. Lupum in capit. per vestras. §. 10. de donat. sic ait, quod peccans spe consequendæ absolutionis virtute & ratione indulgentiarum, & Apostolicarum literarum, non potest ex vi ipsarum absolui. Quod & probat per textum in cap. quando in. 1. de consecratione distinct. 4. & in cap. illud. de cleric. excommunicatus min. & in l. 1. §. hæc autem actio. ff. si quis testamento lib. esse iuss. In cuius gratiam allegat auctoritatem Lactantij supra citatam.

Igitur difficilem absoluturi quaestionem, dicimus primo, quod si bulla vel iubilæus non fuit causa principaliter motiua, & positue mouens, & causa sine qua non sed solum concomitans, quia et si non habuisset bullam, vel in animo habuisset illam sumere, ad id effectus nihilominus paratus erat, illud reſeruatam perpetrare delictum: sed tamen spe sumendi bullam, vel iam assumptæ bullæ magis animatus est, & cum intentione consulendi post suæ conscientie per poenitentiam, & absolutionem illud delictum aggressus est, certe nullum vetat ius, aut ratio, quod absolutio tunc virtute bullæ suscepta ei sit proficua. Patet: quoniam tunc bullam concedens Papa non præbet per illam incentiuum culpæ. Quoniam bulla in hoc casu non fuit causa, sine qua non: quia etiam sine bulla paratus erat perpetrare delictum arg. cap. si vere. de sententia excommunicat. vbi Papa excusatione eorum admittit, qui sub spe poenitentie communicauerant cum excommunicatis in nauis, quod alioquin facturi erant. Secundo dicimus, quod quando iam post sumptionem bullæ cum confidentia obtinendi absolutionem per illam, alias

non peccaturus, si non haberet illam, committit delictum reſeruatam, si absoluitur, tunc virtute bullæ valida erit absolutio, contra Cordubam & Couarruiam. Probarur multipliciter. Primo: quoniam hic solum interuenit abusus privilegij bullæ. At qui abutitur privilegio non eo ipso illud amittit, sed meretur illud amittere, & eo priuari dignus est per reuocationem concedentis, vt patet per glossam super caput decet. de regul. iuris in. 6. Vbi ait, quod privilegium amittitur per abusum, non tamen ipso iure. Sed abusus est iusta causa inducendi principem ad reuocandum suum privilegium aliquibus concessum. Ideo iura dicunt, quod qui privilegio abutitur meretur privilegium perdere. Ex quo sequitur solutio ad omnia prædicta iura, quæ Couarruias allegat contra hanc nostram assertionem. Quoniam exacte perpensa, vt nos ea perpendimus, solum videntur probare, quod sic abutens bulla vt eius confidentia peccet, eius gratia & concessione meretur priuari, non autem quod ipso iure sit ea priuatus, ita vt ei non possit post per poenitentiam delicti suffragari. Secundo patet: Quoniam, vt ait D. Thomas. 2. 2. quæst. 2. r. art. 2. ad. 3. peccare cum proposito perseverandi in peccato sub spe veniæ non dimittit, sed auget peccatum: quoniam ad præsumptionem pertinet. Sed peccare sub spe veniæ aliquando percipiendæ cum proposito abstinendi à peccato, & poenitendi à peccato non auget peccatum sed dimittit: quoniam per hoc videtur habere voluntatem minus firmatam ad peccandum: ergo qui peccat cum confidentia poenitendi, & obtinendi absolutionem per bullam minus peccat. Ergo nulla subest ratio ob quam absolutio post impensa ei poenitenti per bullam non sit valida. Tertio dicimus, quod si quis ad perpetrandum scelus assumeret bullam, sic secum in animo tractans. Volo sumere prius bullam ad aggrendum hoc peccatum, vt postquam illud perpetraro poenitentiam mihi absolutio impendatur per bullam: in hoc casu adhuc distinguendum videtur. Nam si alias sic paratus erat in hoc casu ad illud patrandum crimen, quod etiam si ista confidentia bullæ non occurrisset animo, nihilominus iam destinarat illud delictum aggredi: tunc certe absolutio data per bullam post ei poenitenti valida esset, etiam facta ab illo casu reſeruatam. Patet hoc tertium assertum: Quoniam confidentia bullæ in hoc casu causa solū cōcomitans est, neque est causa positua, aut causa, sine qua non. Quarto dicimus in quo est maior difficultas, q̄ in casu, in quo alias non erat paratus crimen reſeruatam admittere,

mittere, nisi sub spe sumendi bullam, per quam absolueretur, vt si secum sic conciperet intus in animo suo. Ego certe si remedio bullæ sumenda carerem Ioannem sacerdotem non percuterem baculo: sed quia tam facile est remedium absolutionis, volo sumere bullam ad hanc iniuriam inferendam ei, vt statim per bullam possim absolui: in hoc casu videtur vera prædicta sententia Cordubæ, & Couarruiæ. Quoniam certe in hoc casu per nouam concessionem bullæ (quidquid sit de abusu bullæ iam prius susceptæ) Papa non intendit præbere nouum incentiuum deducendi scelus iniuriosum, & sacrilegum ad executionem & exterius opus. Ac per consequens videtur intendere, quod bulla in hoc casu post ei non suffragetur. Hæc assertio est contra Fr. Manuelem Rodriguez in sua expositione bullæ dicentem absolute, & sine distinctione, quod cum confidentia bullæ sumenda, vel sumptæ etiam si bullæ confidentia fuit causa positua delicti, & non solum concomitans potest quis per bullam absolui. Sed contra hoc vrget prædicta ratio, quod papa per nouam concessionem bullæ & eius receptionem non vult ei præbere nouum motiuum peccandi, & inferendi iniuriam alteri quam alias non inferret: quoniam non vult patrocinium dare eius peccato, quod ne videatur dare absolutionem bullæ, non vult ei suffragari. Et hoc est tutius dicere in hoc casu, scilicet, quod absolutio per bullam ei non valet. Atque sic est cōsulendum. Tamen si quis isto quarto modo dispositus sumpsit bullam, alias non paratus machinari delictum, vel post delictum assumptam cupit iam facta præuia satisfactione absolui, si nulla alia suppetit via obtinendi absolutionem, & abiit desperatus, & sine remedio nisi virtute Cruciatæ absoluat, profecto si à confessore virtute eius absoluat, non ausim dicere, quod non maneat verè absolutus. Tum, quia papa hunc non vult relinquere desperatum, & sine remedio propter illam circumstantiam sumendi bullam ad finem malum cum spe absolutionem consequendi per illam. Quia hæc spes (vt dixit Diuus Thomas vbi supra) non adauget, sed minuit peccatum. Tum, quia in antiquis bullis ponebatur illa exceptio, scilicet, quod non posset absolui, qui intuitu bullæ peccaret. Sed modo in ista bulla moderna Cruciatæ ista exceptio expresse non ponitur. Sed bene ponitur illa exceptio, scilicet, nisi fuerint negligentes in procuranda confessione ex confidentia istius gratiæ illi, qui ob repentiam mortem, vel ob absentiam confessoris moriuntur sine confessio

ne, si moriantur contriti, & dummodo statuto tempore per ecclesiam confessi fuerint, consequantur indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum suorum. Ergo postquam in absolutione impendenda per bullam à peccatis reſeruatam nulla exceptio fit, poterit prædictus valide absolui. Nam in huius rei gratiam facere videtur regula iuris. 1. 5. c. contra eum. de regulis iuris. in sexto. Vbi decernitur, quod contra eum, qui legem potuit dicere apertius est interpretatio faciendæ. Sed hic in bulla papa excipiendo sic, nisi cum confidentia bullæ eam sumens peccasset, potuisset concedere hanc gratiam absolutionis, sed hanc exceptionem aperte non posuit: ergo potius contra ipsum, quam contra ex ea confidentia sumentem bullam faciendæ est illius clausulæ interpretatio. Huic tandem sententiæ in quaestionario in tracta. de indulgentijs, quasi mitigans rigorem, accedit Corduba. Sed quia hæc rationes suam possunt habere solutionem, quando aliunde iste habet non multum difficile absolutionis remedium, securius est aliunde illud querere in hoc vltimo quarto casu seu asserto, quam à confessore elegero per bullam propter auctoritatem Couarruiæ, & Cordubæ, & propter eorum rationes. Et hanc vltimam, quam Corduba adhibet ex illa regula iuris, capit. in generali. in sexto. de regulis iuris. vbi decernitur, quod in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Nam videtur, si papa hoc aduerteret non concederet.

Præterea, quoniam bulla concedit, quod satisfacta parte, vt dictum est confessor electus virtute Cruciatæ absolueret possit à peccatis non reſeruatam Sedi apostolicæ, toties quoties petierit ea gaudens bulla: notandum est, quod hoc intelligitur, quando censura excommunicationis, à qua petit absolutionem, non est posita & lata in iudicio. Nam alias, si lata esset in iudicio exteriori iurisdictione ecclesiastica fori exterioris perturbaretur, & impediretur, & sententiæ lata à iudicibus in illo foro eluderentur, si confessor virtute bullæ Cruciatæ absolueret à censuris, in illo iudicio contentioso latis: quod non est de mente papæ. Vnde sequitur, quod nominatim excommunicatus, quoniam sic excommunicari & nominatim denunciari regulariter non contingit, nisi in foro exteriori: ita nominatim excommunicatus virtute bullæ absolui non potest, nisi satisfecerit parti, & in eo casu solo (vt prædiximus) vbi non pro crimine, aut cōtumacia exigentibus satisfactionem in foro exteriori, sed solum pro recōpensa faciendæ parti ad instantiā solam partis nominatim sic excommunicatus

caus est. Imo si excommunicationis sententia ad solam instantiam partis lata est contra aliquem, ut si non soluerit debitum parti intra mensem, verbi gratia, incurrat illam: si pars statim ei prolonget terminum, usque ad duos menses, iam debitor non incurret illam. Sed neque post illos duos menses etiam si non soluat non reincident in illam, quando pars privata autoritate concessit illi illam dilationem maiorem, scilicet, duorum mensium. Secus autem esset, si ex concessione iudicis excoicantis concessa est illi illa dilatio: quoniam iudex hic sicut potuit absolute ad reincidentiam, potuit concedere illam dilationem taliter, quod si post illam esset in mora illam censuram incurreret.

¶ Præterea, quoniam in prædicta clausula bullæ continetur, quod bullam suscipiens possit absolui in articulo mortis à censuris referuatis. Sed apostolica, inquiri hic solet, quid hic bulla intelligat per articulum mortis. Nam in intelligentiâ huius clausulæ non satis conueniunt doctores. Nam Sotus in quarto sententiarum, distinctione, 18. quæstione quarta, articulo quarto. & Cano in relect. de poenitent. 5. part. fol. 144. articulum mortis, in quo conceditur ista gratia bullæ, & conceditur absolutio à referuatis esse definiunt, quando iam mors est in fieri per causam naturalem, aut violentam, nempe, aut per infirmitatem, aut cum ministerio iustitiæ quis est interficiendus. Secusque est, inquit, de periculo mortis quoniam ad illud privilegium non est ampliandum, maxime in re tam periculosa: quia absolutio sine iurisdictione, aut sine iurisdictionis usu nulla est. Nauarrus autem in summa capit. 27. numer. 271. contrarium tenet. Vbi ait: Facessat subtilis illa nouitas differentiarum, quorundam inter articulum mortis, & periculum mortis: quoniam eadem sunt quoad iura facultatem absoluendi in eis. Couarruias autem in relectione de sentent. excommunicat. §. xj. numero octauo. vtraque hanc opinionem referens, post longam disputationem concludens censet, opinionem Nauarri & Canonistarum, quam dicit esse communem, vbi asserunt idem esse periculum mortis, & articulum mortis, non esse admitteendam temere, sed solum in eo casu, quo mortis periculum tam prope est, ut cum maximo timore mortis euenire contingat. Ita demum, ut satis verosimili coniectura mors imminere appareat. Quod colligitur ex his, quæ de prægnatibus ait Syluester verbo, interdictum. 5. quæstione septima. Pro prædicta modificatione hac, quam inter vtramque opinionem cordate facit, ibi Couarruias notandam esse admonet glossam capit. pastoralis. §. primo. verbo, præ-

terquam, quæ est communiter recepta, etiam à Ioanne Andrea, Hostiensi, Abbate, Henrico, & alijs exemplificantibus, & affirmantibus in mortis articulo constitutum dici, qui prælium cum hoste est commissurus, vel qui patitur naufragium periculosum, vel si est nauigaturus tempore maris turbulenti, aut nimis longa & periculosa nauigatione, aut per loca insidiosa, & periculosa. Pro quo facit textus optimus in lege mortis cum sequentibus. ff. de donationibus. causa mortis. Et de femina prægnante difficulter paritura. Idem dicunt prædicti doctores. Vbi in his exemplis non videntur discernere inter periculum probabile mortis, id est, vnde frequenter sequitur mors, & inter articulum mortis, qui talis dicitur, vbi mors certa est, vel imminet in fieri. Igitur inter extremas prædictas opiniones illa magis media & modificata sententia Couarruiæ sequenda esse videtur. Quoniam in dubijs & obscuris id sequendum est, quod verisimilius est, iuxta regulam iuris in sexto. & id quod docet Couarruias, videtur magis verosimile.

¶ Deinde quæritur circa electionem confessoris in articulo mortis, vtrum si poenitens tunc obmutuit, & iam est alienatus à sensibus, qui neque elegit confessorem, sed neque iam potest illum eligere, possit per sacerdotem ab illo non electum impendi hæc indulgentia plenaria, quæ ei conceditur à bulla in articulo mortis. Respondetur autem cum Corduba in suo quæstionario in materia de indulgentiis: quod si affuit voluntas in poenitente eligendi confessorem, sed quia priuatus fuit subito usu rationis, illam non elegit, tunc probabile est, quod per aliquem confessorem, potest ei impendi indulgentia plenaria. Et hoc ait esse probabile. Quod & probari potest per caput imputari. in sexto. de regulis iuris. Vbi dicitur, quod imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum erat faciendum. Imo addit Corduba, quod si in forma indulgentiæ non dicatur, quod detur per confessorem, sed quod detur in articulo mortis, videtur, quod tunc per simplicem sacerdotem possit ei dari. Secundo dicimus, quod iam bulla Cruciatæ moderna videtur tollere hanc difficultatem, sic prædictam quæstionem explicando, dum concedit in hac forma, quod si durante prædicto anno contigerit ex morte repentina & subita, vel propter absentiam confessoris bullam habentem mori siue confessione, dum contritus obierit, & tempore statuto per ecclesiam antea confessus fuerit, & dummodo ex confidentia huius gratiæ negligens non steterit, consequatur indulgentiam plenariam, & remissionem peccatorum, & quod corpus eius possit ecclesiasticè

licè sepulturæ mandari. Dummodo excommunicatus ex hac vita non discesserit, non obstante interdicto. Vbi papa huic sic mortuus per semetipsum concedit indulgentiam plenariam. Nam ait, Prædictam indulgentiam consequatur, eo scilicet, qui non potuit eam recipere per confessorem. Ergo à fortiori dum in vita prius ostendit contritionis signa, & iam agonizans in corporis factus mentis eligere confessorem non valet, poterit ei quilibet confessor eam impendere indulgentiam plenariam: imo si de facto confessor ei eam non impenderit, concurrentibus conditionibus, quas exigit papa in bulla à papa sic mortuus illam consequitur.

¶ Item præcedens quæstio hanc quoque difficultatem habet annexam. An si ista indulgentia plenaria, quæ conceditur virtute bullæ in articulo mortis durante anno contingenti data sit, si iste articulus mortis pluries in eodem anno contigerit, & iam semel in articulo primo fuit concessa infirmo per confessorem, atque euadens ex illo iam post aliquod tempus in alio secundo articulo mortis constitutus est, possit iterum ei illa indulgentia plenaria impendi. Videtur autem, quod non. Quoniam bulla expressè solum dicit se concedere duas indulgentias plenarias, vnam in vita, & aliam in morte, durante anno: ergo hæc gratia bullæ non est amplianda ad plures indulgentias plenarias concedendas in diuersis articulis mortis contingentibus eodem anno. Sed in contrarium est, quod ista indulgentia plenaria bullæ conceditur pro articulo mortis nihil explicando de vero, aut de præsumpto. At qui secundum doctores cum sic datur pro articulo mortis (quia fauores sunt ampliandi) intelligitur de vero, & etiam de præsumpto articulo mortis. Ergo, si euasit gaudens bulla à primo articulo mortis, non obstante, quod iam sibi impensa sit indulgentia plenaria, si incidit in secundo articulo mortis poterit eam in secundo articulo iterum lucrari.

¶ Respondentes ad quæstionem, dicimus primo quod Corduba in suo quæstionario libr. 5. quæstione 28. ait, quod indulgentia expressè data pro vero articulo mortis, pro illo tantum intelligitur, sed datam pro articulo mortis potest quis lucrari toties, quoties peruenerit ad illum: quoniam ista concessio non est contraria, & ideo est fauorabilis, atque ideo in primo actu non finitur. Secus autem est de licentia concessa ad absoluendum à referuatis. Nam hæc quia est contraria in primo actu finitur. Ex quo infert Corduba, quod per plures bullas dicentes, quod eas sumentes possint absolui in mortis articulo plenarie (quoniam intelliguntur, de articulo mortis præsumpto) potest qui eas sumit, postquam est

Instruct. conc. Pars. 2.

absolutus in vno articulo per vnam, absolui in alio articulo per aliam. Vnde qui habet plures indulgentias pro articulo mortis, ex omnibus illis se potest iuuare, in vno articulo utendo vna, & in alio articulo utendo alia. Ceterum indulgentiæ plures plenariæ concessæ alicui pro vero articulo mortis sic expressè, non proficiunt illi tunc plures, quam vna.

¶ Aduertendum quoque est insuper, quod indulgentia plenaria concessa pro articulo mortis, non est impendenda per confessarium ipsi infirmo, antequam probabiliter credatur, quod iam de proximo est spiraturus, ita ut amplius iam non peccaturus mortaliter credatur. Neque opus est uti illa forma impendendi hanc indulgentiam, quæ continetur in bulla: sed sat est æquivalentibus uti verbis, quauis bonum sit illam seruare. Tamen admonet Nauarrus in summa capit. 26. nume. 31. quod quia contingit, quod quis moriatur plenus bullis, & quod ex incuria, & inaduertentia non potatur eis. Ideo confessorius nosse fatagat, an confessus, siue sanus, siue infirmus habeat talia. Quod si habeat, postquam à peccatis eum absoluerit, adiungat hæc verba vel alia eiusdem sententiæ: Auctoritate, qua fungor concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere possum virtute cuiuscunque tuæ gratiæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen. secundum Diuum Antoninum 2. part. titul. 10. cap. 3. §. quinto.

¶ Dicimus secundo, autem ad punctum quæstionis id, quod magis tenendum est circa eam, scilicet, quod licet prædicta opinio Cordubæ aliquantulum videatur fundari in iure: sed tamen opinio Nauarri, quam habet in summa cap. 26. numero 31. est verior, & magis consona iuri. Vbi ait, quod infirmus, qui usus est bulla concedente aliquam facultatem in articulo mortis, non poterit ea uti in alio articulo mortis, quia illa per primum usum expirauit. Argumentum illud boues, §. hoc sermone. ff. de verborum significat.

¶ Vbi etiam loquitur in fauorabilibus, & quæ non sunt contraria. Sed si in ea concessione addatur, quod si non moriatur in illa infirmitate, in qua infirmus ea utatur, referuetur ad aliam, qua moriatur: vel si contineat, quod possit ea uti, quotiescunque articulus mortis ei occurrerit, sicut aliquando in aliquibus bullis insertum vidimus: tunc poterit ea indulgentia in pluribus articulis mortis uti, secundum mentem omnium. Quod circa, quoniam in bulla hac moderna promulgata anno 589. conceditur absolutio à casibus referuatis papæ semel in vita, & iterum in articulo mortis, & consecutio indulgentiæ plenariæ: neque quicquam aliud exprimitur, vel additur sequitur, quod semel affectus indulgentiam in

Mm

articulo

articulo mortis virtute bullæ Cruciatæ ibi eam plenarie cōcedentis, nō potest, si datur in alio articulo mortis eam indulgentiam plenariam consequi, nisi eo durante anno aliam assumat, vt conceditur in bulla, sic in forma. Item sua Sanctitas per suum particulare breue concessit omnibus fidelibus Christianis his fumentibus hanc bullam in prædicto anno, vt possint absolui ab omnibus reſeruatīs excepto crimine hæresis, iterum in vita, & iterum in articulo mortis, vltra absolutionem supra concessam, & quod possint his lucrari indulgentias supradictas. Ex quo sequitur corollarie, quod hic non obstat regula cancellariæ, q̄ nunc per duas bullas sumptas eodem anno possit aliquis plures indulgentias, hoc est duas indulgentias plenarias lucrari: quoniã hoc hic exprimit papa. Facit quod Corduba ait in gratiam huius, scilicet, q̄ nisi regula cancellariæ obſtet, ipse credit, q̄ per plures bullas possit quis lucrari plures indulgentias plenarias: sed remittit se ad practicam circa hoc. Sed tamen aduertendum est, q̄ vt per prædictam clausulam insinuat, necesse fuit, vt per suum breue id papa concederet his fumentibus bullam eodem anno. Quibus adde, q̄ si in forma indulti fiat mentio de vero articulo mortis, non consequetur infirmus indulgentiam, si non moriatur: quia intentio concedentis est eam reſeruare vsque ad mortem, secundum Felinum post Archiep. Florent. Adnotandum est insuper, quando conceduntur indulgentiæ aliæ inferiores, quam indulgentia plenaria indeterminatè, vel sub hac forma, q̄ toties quoties, si primo modo, id est, indeterminatè concedantur secundum Nauarrum & Gordub. pluries potest quis eas lucrari: nisi ex tanta multiplicatione sequeretur contemptus indulgentiarum, & absurditas. Si autem secundo modo eas papa verè concederet, exprimendo, q̄ toties quoties, tunc credendum est implentes causam, pro qua datur, toties eas lucrari, quoties ea intentione eam adimpleuerint. Ex quo sequitur, quomodo sit intelligendum illud, quod frater Manuel Rodriguez in expositione bullæ ait, q̄ potest vnusquisque sumens Cruciatæ bullam, pluribus viribus in die lucrari stationes bullæ. Quoniam hæc cōcessio est fauorabilis: & per eandem stationem lucrifit indulgentia, & eripitur vna anima à purgatorio. Quoniam nos dicimus, q̄ in hoc sumenda est intelligentia ex ea practica, quæ practicitur Romæ. Quoniam constitutio excepta ex alia debet regulari, cum intelligentia illius, à quo excepta fuit.

¶ Præterea & hic illa difficultas superest explicanda, scilicet, an infirmo à iudicio mentis per phrenesim, vel aliàs alienato, qui antea signa cōtritionis ostendit, tollendo manus, tundendo pe-

ccatis, & cætera, absolutio sacramentalis à peccatis impendi valeat, & virtute Cruciatæ absolui à peccatis & censuris reſeruatīs, si quas contulit incurrisse. In hac autem quæstione quidam piam existimant esse partem affirmatiuam, quidam autem censent esse sacrilegam. Nam Soto in quarto sententiarum distinct. 8. quæst. 2. artic. quinto, citat in gratiam negatiuæ partis, quæ ipse sequitur Abulenſem super Matth. capi. 6. quæst. 79. eamque dicit aduertentem, vt cuiuspiam autoritate nō indigeat. Soto adhæret Magister Cano in relectione de pœnitentiâ, dicens, q̄ ostendenti solum in generali signa contritionis, aliquis confessor, se autore, sacramentalem absolutionem impendere non potest, nisi infirmus voce, vel nutibus aliquod peccatum explicet in particulari. Quauis inquit, Diuus Augustinus insinuat libr. 1. de adulter. coniug. capi. vltimo. huiusmodi antea adulteros, & post in infirmitate desperatos, & intra se pœnitentiam agentes, si pro se respondere non possunt, quia amiserunt vsu linguæ, baptizandos esse si catechumeni erant. His subscribit frater Iosephus in suis floribus Theologiæ, & tandem Nauarrus huic parti negatiuæ astipulatur in summa capi. 26. numero. 28. Frater autem Manuel Minorita in sua expositione bullæ perperam glossat concilium Tridentinum, quod sess. 14. can. 4. anathematizat negantes confessionem non requiri ad remissionem peccatorum, & cano. 9. anathematizat expressè dicentem non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos eum absolueret possit. Et sic illud falsè glossando, sequitur affirmatiuam, sicut etiam alij, qui dum curant nimium se exhibere pios erga huiusmodi generaliter intrase pœnitentes, & peccatū nullum in particulari saltem nutibus, aut signis explicantes, aut explicare valentes non verentur iniurios se esse & sacrilegos in sacramentum absolutionis, quod præstari sine prærequisita confessione nō posse concilium illic diffinit. Igitur pro resolutione quæstionis dicendum est breuiter, quod infirmo quidem iudicio mentis per phrenesim, vel alias alienato, qui antea signa generalia contritionis ostendit, tollendo manus, vel percutiendopectus, vel dicendo, Miserere mei Deus, vel Deus propicius esto mihi peccatori, aut alia id genus verba, etiam si (vt inquit Nauarrus) non petisset sacramenta, & etiam si multo tempore obstinatus in peccato mortali mansisset, neque per multos annos confessus fuisset, ministrari ei poterit sacramentum Eucharistiæ, quoniam per illa generalia signa cōtritionis prius ostensa censendus est esse contritus, & in sacramenta deuotus. Patet capitulo. is qui. 26. quæstione sexta. Et à fortiori poterit ei ministrari sacramentum

extremæ

extremæ vnctionis, & absolutio à quibuslibet censuris, et si, & quatenus eas incurrit capit. à nobis. 2. de sent. excommu. Indulgentia quoque poterit ei impendi iuxta gratias, quas habuerit. Ita Nauarrus, & Sotus vbi supra. Secundo respondendo ad punctum quæstionis dicimus cū Soto, Cano, & Nasarro, & Abulenſi, imo & cū Concilio Tridentino loco citato, quod prædicto sic in phrenesim lapsos, qui antea in generali signa contritionis ostenderat, non est danda sacramentalis absolutio. Patet primo ex ratione Nauarri, quoniam confessio est quædam pars essentialis sacramenti, quam concilium diffinit esse necessario prærequisitam ad sacramentalem absolutionem: sed sacramentum constare non potest sine parte sua essentiali: ergo prædicto à mente alienato, qui non confitetur non potest neque debet dari sacramentalis absolutio. Sed huic argumento dupliciter respondere solent fautores partis affirmatiuæ. Primo vt respondet prædictus frater Manuel Rodriguez, scilicet, q̄ Concil. Triden. diffinit confessionem esse prærequisitam, scilicet, quando potest fieri. Sed hæc solutionem, seu potius cauillam patenter vbi supra redarguit Sotus. Quoniam si non potest tunc confiteri: ergo non confitetur: ergo nō præbet materiam sacramento. Ergo citra sacrilegiū ei non potest impendi absolutio: & sacramentum absolutionis erit nullum. Alij vero cordatius respondententes illa signa generalia contritionis, quæ præcesserunt in isto, aiunt esse confessionem generalem, quam aiunt sufficere ad sacramentum pœnitentiæ. Sed & hanc solutionem tripliciter retundit & impugnat. Primo. Quoniam cōfessio sacramentalis debet esse actus iudicialis, vt sacerdos iudicare possit, de conscientia pœnitentis: iudicium autem est actus prudentiæ, quod proferri proinde non potest, nisi re in particulari cognita, vt D. Thomas docet 2. 2. quæst. 47. art. 3. ergo illa generalis cōfessio non est sufficiens materia ad absolutionem, quæ est forma sacramenti. Secundo. Quia per illa signa generalia contritionis solum ostendit in generali se esse peccatorem infirmus ille: at fateri se peccatores in generali commune est tam sanctis, quam peccatoribus. Vnde talis generalis confessio non præbet iudiciū, q̄ ille habeat aliqua specialia peccata: neque ea per hoc in speciali explicat: ergo nō est absoluendus. Alioquin qui dicit confessionem generalem, quæ solita est dici in missa eo modo, quo eam dicit in missa, si de facto absolueretur sacramentaliter, quidquid sit de peccato absoluentis, esset valida absolutio, ita, vt non teneretur iterum sua peccata confiteri magis explicitè, quod nullus cordatus concedet. Tertio, Quoniam illa signa nihil aliud

Instru. conc. Pars. 3.

sunt, quam quædam indicia contritionis: ergo cum confessio sit alia pars à contritione distincta, nequaquam illa sufficiunt, vt pro confessione habeantur. Quarto patet contra alios dicentes, q̄ si illa signa generalia cōtritionis infirmus priuatus linguæ vsu ostendat, taliter vt annuat sacerdoti, vt ipsum absoluat valent pro confessione. Quoniam in cōtrarium est, q̄ insinuat hæc non est, nisi effigies quædam, petitionis absolutionis: petitio autem absolutionis nullatenus est confessio: quoniam non est peccati explicatio, etiam si in genere dicat, se habere peccata, ergo talis non est absoluendus. Neque obstat, q̄ D. Thomas in 4. sent. dist. 2. q. 2. artic. 7. dicens ad. 1. q̄ confessio generalis non nunquam est sacramentalis: quia ipse aperte se declarat sic, dicens, q̄ cum pœnitens ea peccata, quæ meminit in secreto iam sacerdoti confessus est, si adiciat in generali cōfessionem peccatorum venialium, & aliorum obliuorum, dicens. De istis sic in speciali explicatis & de alijs, tam venialibus, quam mortalibus culpis, quarum non sum memor, me accuso, talis confessio generalis adiuncta cum speciali sacramentalis est. Secus autem esset, vbi nullum peccatum explicaretur in particulari. Et in solutione ad. 2. nostram sententiã confirmat D. Thomas dicens, requiri manifestationem peccati in specie. Neque obstat, q̄ obijciunt aliqui, q̄ manifestatio peccati in specie requiritur ad imponendam pœnitentiam, cuius iam non est capax infirmus ille, de cuius vitam desperatur. Quia respondetur, prout respondet Sotus, q̄ cauillam hoc frigidum est, quoniã de per accidens est, q̄ ille non possit implere pœnitentiam: ea autem, quæ sunt per accidens, non mutant naturas rerum. Nos vero hic arguimus ex natura cōfessionis, quæ debet esse actus iudicialis, atq; adeo singularium cognitio, & manifestatio. Quarto patet ex hac ratione, quæ palmaria est. Quoniam concilium de catholica esse fide diffinit, q̄ confessio est requisita in pœnitente, vt sacerdos possit eum sacramentaliter absolueret, vt patet in prædict. can. 9. At verba conciliorum in diffinitionibus fidei, & morum in proprio sensu, & in propria significatione accipienda sunt: aliàs nihil concluderetur contra hæreticos, omnia, quæ illis aduertantur impie interpretantes: ergo quando diffinit concilium, quod confessio pœnitentis requiritur, vt eum sacerdos absolueret possit, confessio hæc pro propria confessione sumenda est. At vero manifestatio contritionis per signa generalia non est propria confessio, sed potius, vt rectè conclusit Sotus, est quædam manifestatio contritionis, quæ distincta est à confessione: ergo contra mentem & verba concilij Tridentini est

Mm 2 tini est



tini est dicere, quia illa manifestatio contritionis per illa generalia signa sit illa propria confessio, de qua Concil. Trid. definit sub anathemate, quod est requisita. Igitur nescio qui possit oppositam audacter defendere opinionem affirmatiuam, si has rationes exacte expendit. Satagendum est ergo (vt ait Sotus) vt in simili euentu sacerdos semotis arbitris solus manens cum infirmo de illis peccatis eum interroget, quae verisimile est eum commisisse, vt si gestu, vel nutu aliquid exprimat peccatum, et sacramentalem absolutionem exhibeat. Alioquin id certe nequaquam licet. Nam ad argumenta, quae pro parte affirmatiua afferunt, eius fautores, quae defumuntur ex Arausiano Concilio capit. 12. & ex concilio Carthaginensi 3. capit. 34. & ex concilio Carthagin. 4. cap. 77. & ex epistola Leonis 69. ad Theodorum, & ex can. 15. qui in infirmitate. 26. quae st. 7. Respondetur cum Cano in sua relect. de poen. quod haec omnia loca, & si quae sunt alia loquuntur de absolutione praestata his, qui bus iniuncta erat publica poenitentia: qui licet antea confiterentur, eorum in absolutio ad carnalium dominicam referuabatur. Ideo cautum est, vt si interim periclitarentur ex amissione linguae peccatis nutibus absolutionem, absolutio praestaretur. Secundo respondetur cum Nauarro, quod praedictus canon is qui, non debet intelligi de absolutione sacramentali, sed de absolutione excommunicationis, de qua illic glossa sentit intelligi. Alias quoque solutiones & rationes affert Sotus, quibus sufficienter expendendo verba illius canonis. is qui in infirmitate. Persuadet, quod canon ille non loquitur de absolutione sacramentali, neque acceptat pro confessione, quae sit materia absolutionis, signa contritionis praecedentia, de quibus testificabatur postea, quae ea viderant. Igitur, vt aduertit Sotus, quod vngendo infirmum praedictum vsu linguae priuatam nullatenus est vtendum illa forma, quae ponitur in aliquibus manualibus, in qua post absolutionem a censuris sic dicitur, Ego te absoluo ab omnibus peccatis, & excessibus tuis, &c. Quoniam haec videtur esse forma absolucendi sacramentalis: & tamen illic post extremam vntionem non fit confessio sacramentalis ab infirmo, quae requiritur, vt sit prauiua, vt sacramentaliter possit absolui. Vnde praedicta forma absolutionis non est in antiquo Manuali Romano, neque in ordinario ordinis nostri, vbi obseruatur vsus antiquus. Sed solum ponitur ibi illa forma deprecatiua. Dominus noster Iesus Christus te absoluat. &c. Sic ergo illa forma, quae modo ponitur in bulla moderna, vbi post absolutionem a censuris additur. Item te absoluo ab omnibus peccatis, criminibus,

abus, & excessibus, quae modo mihi confessus es, ipsamet indicat, quod non nisi post confessionem prauiuam sacramentalem proferenda est. Nam absolutionis forma haec sacramentalis est.

## C A P. I X.

### De commutatione votorum.

*De commutatione votorum ratione bullae Cruciatæ, quae facienda est in expeditionem bullae: Et an virtute bullae possint commutari etiam iuramenta: Et an quibus committitur facultas dispensandi in votis, committatur facultas ea commutandi: Excipiuntur in bulla votum castitatis, & religionis & ultra marinum: Et an votum poenale religionis virtute bullae possit commutari. De commutatione voti peregrinationis quomodo facienda. Et de voto conditionali religionis, an possit dispensari per ordinarium.*



**B**raterea, & haec sequit bullae clausula declaranda, quae sic habet. Poterit item praedictus confessor commutare illis quaelibet vota in subsidium huius expeditionis, exceptis votis castitatis, & religionis, & ultra marini. Circa quam aduertendum est primo, quod quintuplex votorum est relaxatio. Scilicet per interpretationem doctorum declarantium non esse votum aliquid validum, ac propterea non obligare. Quae quidem declaratio non proprie dicitur relaxatio voti. Secundo modo, per irritationem, vt in casibus, in quibus praelatus potest vota subditorum, & pater vota filiorum, & maritus vota uxoris, & dominus vota seruorum irritare. Tertio modo, per dispensationem: quod competit papae & episcopis, cum causa, & iuxta casus episcopis non exceptos, ex iure vel consuetudine. Nam sic excipiuntur eis illa quinque vota, scilicet, castitatis, religionis, vltimarini, Compostellani & Romani. At ex commissione ista facultas dispensandi potest competere alijs. Quarto, per commutationem, per quam materia voti commutatur in aliam aequè Deo acceptam. Quinto autem desinit obligatio voti per cessationem. Vt si quis vouit castitatem vsq; ad annum, vel non ingredi talem domum dum ibi moraretur mulier procax, & lasciuia. Quae quidem cessatio voti in his casibus, dum finitur tempus, aut cessat causa voti, non dicitur proprie voti relaxatio. Sexto praedictis casibus super addere possumus ca-

lum,

sum, in quo interuenit relaxatio voti per dispensationem admixtum habentem aliquid de commutatione. His praemissis secundo perpendendum est, huius clausulae exponenda gratia quod per hanc clausulam bullae solum committitur potestas confessario commutandi vota: non vero committitur ei potestas super vota dispensandi. Quo circa confessor non potest per hanc bullam super aliquid votum dispensare. Cui enim facultas dispensandi maior sit, quam facultas commutandi vota, non cuiusque committitur facultas ea commutandi, eo ipso videtur commissa facultas super ea dispensandi. Verum tamen, licet commutatio voti debeat fieri in aequale, vel in maius: tamen autore Metina in sua instruct. lib. 1. §. 7. de voto quando commutatur vota per iubileum, vel bulla vel per aliam particularem facultatem, mitius commutari possunt. Tum: quia habenda est ratio, quod etiam sine bulla votum in melius, vel in aequale quando aequale esse manifestum est, commutari potest. Cuius argumentum memini me legisse in canonico iure. Tum, quia considerandum est, quod summus Pontifex aliquid gratiae voluit conferre poenitenti. Si autem in melius vel in aequale commutandum tunc esset, quidnam gratiae talis indulta facultas concederet? Quod intelligendum ego esse puto in eo casu, quod quia poenitens sumit bullam, vel aliquid quod agit opus pium, cedens in bonum commune, vt cum lucratur iubileum) ratione huius potest Papa mitigare commutationem illam, quae alias ad minus facienda erat in aequale. Secundo intelligi potest, quando subest causa rationabilis commutandi votum in minus. Quoniam tunc confessor potest ibi admiscendo dispensationem votum in minus commutare, si dispensandi sibi committatur potestas, quam praediximus quod in bulla cruciatæ confessoribus non committitur. Quo circa virtute bullae cruciatæ non possunt confessores per viam admixtae dispensationis vota commutare in minus, adde etiam, quod cum commutari potest votum, dispensari non potest a praelatis. Quod intellige, quando non subest ratio super illud dispensandi manifesta. Secus est, si subest causa aliqua ex his quae sufficientes communiter putantur ad dispensandum, id est, ad tollendam omnino obligationem voti sine dispensatione vlla adiuncta commutatione. Commutatio autem praedicta, quae virtute bullae fieri potest, ad instantiam & petitionem poenitentis debet a confessore fieri. Quae quidem commutatio voti, si virtute bullae fiat a confessore in subsidium expeditionis bullae fieri debet, vt aperte praescribit bulla. Quo circa in aliqua electione pecuniariam a confessore fieri debet. Sed iam hinc dubium exoritur, an virtute bul-

**A**llae cruciatæ possint non solum commutari vota, sed etiam iuramenta. Videtur, quod etiam per bullam cruciatæ etiam iuramenta commutari possint. Nam maius videtur esse vinculum voti, quod fit Deo, quam vinculum iuramenti, quod fit homini: ergo si confessarius virtute bullae potest commutare votum, quod est maius: poterit etiam commutare iuramentum, quod est minus vinculum. Nam qui potest & id quod est maius potest etiam & id, quod est minus. Et quia iuxta regulam iuris cap. plus. in. 6. de regulis iuris plus semper in se continet, quod est minus. Sed potestas, seu facultas commutandi vota in plus, se habet, quoniam maior est, quam facultas commutandi iuramenta: ergo cui committitur facultas dispensandi vota, videtur commissa facultas commutandi iuramenta. Sed in contrarium est, quoniam vota & iuramenta sunt diuersae rationis & speciei: ergo non sequitur, quod qui ex commissione potest commutare vota, possit commutare iuramenta. Nam neque in his, quae sunt diuersarum specierum, valet semper argumentum a maiori ad minus affirmatiue. Non enim valet, homo potest gignere hominem: ergo potest gignere formicam, quae est quid minus. Respondetur ergo ad quaestionem primo quod, secundum Sotum libro. 8. quae st. 4. art. 3. de iustit. & iur. est regula generalis, quod dispensandi facultas eadem est vbi que ad commutandum, quando qui dicitur D. Thomas ait, quod maior est dispensandi, quam commutandi facultas. Cui accessit. Magist. frat. Ioanes a Peña super. 2. 2. D. Thomae in scholijs a se dictatis. Tamen Nauarrus in summ. cap. 12. num. 79. & seq. sententiam Soti limitat ad eos praelatos, qui hanc potestatem, vt pote illis ordinariam, sortiuntur a iure communi, & tantam ordinarij eam exercent. Neque haec limitatio aliena est a mente & a verbis Soti illic. Quoniam postquam locutus est de abbatibus religionum, & prouincialibus prioribus, & etiam de prioribus conuentualibus, qui sunt ordinarij prelati, & ordinariam potestatem dispensandi habentes a iure, statim subdit illam regulam generalem, scilicet, quod dispensandi facultas eadem est vbi que ad commutandum: quasi intelligat eam de solis praelatis ordinarijs. Caeterum Nauarrus aliter sentit in his commissarijs, qui priuilegiarum vi, aut tanquam delegati eandem facultatem dispensandi adepti sunt. Quoniam hi non eo ipso, quod eis committitur facultas ad dispensandum, censentur illa habere ad commutandum. Quod & probat: Tum arg. cap. priuilegia. 3. dist. ca. sane. & cap. porro, de priuileg. & not. cap. 1. de re scriptis. Vbi post alios sic tradit Decius, quod priuilegium ita interpretandum est, vt aliquid operetur contra ius. Sed dato aliquo tali in re-

liquis est restringendū: quoniam privilegia sunt restringenda, cap. porro de privilegijs. His nihilominus non obstantibus opinionem Soti & fratris Ioannis à Peña non audeo, neque etiam in commissarijs & delegatis reprobare, propter aliquas rationes apparentes, quas videor mihi elicere ex Covarruvia in epithome super lib. 4. de cretaliū de sponsalib. part. 2. cap. 8. §. 8. vbi agit de legitimatione quid sit nu. 7. & 6. & sequentibus. Ex quibus apparet probari posse, quod ei cui committitur facultas dispensandi vota, eo ipso videatur commissā facultas ea commutandi. Primo: Quoniam hęc potestas dispensandi super voto concessa à principe, id est, à Papa est favorabilis: ergo non est stricte, sed ample sumenda, atque extendenda etiam ad commutationem. Item secundum. Quoniam in hac concessione & commissione facta à principe currit argumentum à maiori ad minus, secundum communem opinionem apud iuris Cæsarei professores. Vnde non est mirum, si in capite finali de simonia, appellatione monachorum, veniat etiam abbas, si quidem in favorabilibus ea interpretatio fieri potest, late, ut patet, ex Bart. in l. 3. ff. de stipulat. seruo. Sic Felinus & Decius. Item. 3. quia hęc potestas dispensandi à principe concessa beneficiū principis dicendum est: quoniam in his, quę agere potest, non prohibetur à iure princeps ponere vicariū: & ideo hęc facultas commissionis non stricte intelligenda est, ut iura apertissime profitentur: Vnde & ad commutationem voti extendi potest. Præterea probatur quarto ex ratione Covarruvia: Quoniam habens facultatem à principe delegatam ad legitimandum, non potest ea uti ad dispensandum cum illegitimo ad aliquem actum illi lege prohibitum: quoniam dispensatio est actus magis odiosus, quam legitimitas: sed commutatio voti non est actus magis odiosus, quam eius dispensatio: ergo à contrario sensu arguendo delegatus à principe, id est, à Papa ad dispensandum vota, poterit ea commutare. Hinc patet solutio ad argumenta & textus, quę afferuntur à Nauarro pro sua contra Sotum sententia. Quoniam textus illi à se supra allegati, loquuntur de privilegijs, quę sunt contra ius, quę stricte, propterea debent interpretari. At verò secundum Covarruuiam potestas ad dispensandum vota commissā à Papa non est proprie privilegium, sed beneficium principis, quod non est stricte, sed late interpretandum, contra Nauarrum.

¶ Hinc prædictis sequitur corollarie, quod quavis potestas dispensandi concessa à principe sit favorabilis, & tanquam beneficium principis extendenda ac late intelligenda sit: ac propterea videtur, quod ille qui delegatam habet à Papa

A potestatem, ad dispensandum in aliquibus gradibus consanguinitatis, à fortiori possit cum eodē dispensare in eisdem gradibus affinitatis: quia hoc est minus: nihilominus, quoniam ipse actus dispensationis in actu exercitus est odiosus, ideo, qui de facto est dispensatus in gradu aliquo consanguinitatis, non censetur eo ipso dispensatus in eodem gradu affinitatis, si in dispensando erravit commissarius, dispensans in gradu consanguinitatis, cum reuera non esset, nisi gradus affinitatis. Quoniam dispensatio in actu exercita, ut potest odiosa, stricte est interpretanda, cap. 1. & 2. & finali, de filijs presbyteri, in 6. Ideo hic non datur locus arguendi à maiori ad minus, cap. cui non de sacerdotali, de præbendis in 6. Ex quo infertur ibi Covarruuias, quod dispensatus ad curam animarum virtute huius dispensationis, non poterit beneficium simplex possidere, licet hoc sit minus. Et item hinc sequitur, quod incestuosus legitimatus iam etiam per principem, non censetur factus legitimus, si tantum adulterinus sit licet incestus sit peior. Est communis secundum Abbat. & Felin. cap. final. de simonia. Neque obstat Decius dicens, quod in dispensationibus procedit argumentum à maiori ad minus: quia loquitur in concessionibus à lege, vel canone inductis: non in his, quę à principe priuatim fiunt.

¶ Ad punctum denique quæstionis propositæ à principio dicimus primo, quod si quis emit iuramentum includens factam promissionem Deo, vel alteri tertio, ut si quis promittit aliquid in obsequium Dei, vel in subsidium ecclesię & simul, & semel intendens id promittere in confirmationem promissionis adiecit iuramentum, tunc iuramentum hoc virtute bullę cruciatę dantis facultatem ad commutandum vota commutari non potest. Ita Nauarrus in sum. cap. 27. num. 271. Patet hoc, quoniam iuramentum hoc videtur continere duo vincula, scilicet, promissionis & iuramenti, quę sunt fortiora vno. cap. 1. de treug. & pac. Qua de causa D. Thom. 2. 2. quęst. 89. art. 8. ait votum iuratum esse firmiter non iuratum. Secundo probatur quoad secundam partem: Quoniam secundum Sotum de iust. & iur. pater nequit irritare iuramenta filij, quę facta sunt à filio per modum contractus cum tertio, quando contractum illum nequit irritare: ergo neque virtute cruciatę potest commutari iuramentum, cuius fractio vergeret in præiudicium tertij, cui aliquid est iuramento hoc in contractu, vel aliter promissum. Hinc sequitur corollarie, quod quando quis facit votum, vel iuramentum determinatę personę, vel collegio, vel ecclesię, scilicet, date decem, vel calicem, vel huiusmodi, si tali personę sit iam ius acquisitum, vel ipsi ecclesię, vel per instrumentum vel testamentum,

vel

vel donationem, vel promissionem factam coram testibus, & ipse cui acquiritur scit, & acceptat, & habet actionem contra promittentem, & iurantem, sicut non potest dispensari in hoc, nisi consentiente eo, cui est ius acquisitum, nisi dispensans superior esset illi ecclesię, aut collegio, aut personę, qui posset de eorum bonis disponere & tollere vni dando alteri, & sic dispensare secundum archiepiscopi Florent. secundę parte tit. 2. r. c. 1. Pif. in verb. votum §. 6. ita virtute bullę cruciatę tale iuramentum commutari non potest in hoc casu in aliud: quia nemo potest alienum donare, vel innito domino in aliud commutare. Dicitur secundo ad punctum quæstionis, quod licet Nauarrus absolute teneat contrarium citra ullam distinctionem, scilicet, quod nullum iuramentum virtute cruciatę possit commutari: tamen forte apparenter dici potest, quod quando merum est iuramentum, nullam includens promissionem, quoniam, qui sic iuravit intentione promittendi Deo, aut tertio aliquid, caruit: sed solum per assertiuum iuramentum affirmavit, se aliquid facturum, quod in sua alias situm erat voluntate facere, vel non facere citra præiudicium tertij: quoniam illud iuramentum non emisit in confirmationem alicuius contractus cum tertio iniri, tunc possit virtute cruciatę commutari. Et in hoc sensu acceptamus opinionem fratris. Manuelis Rodrig. in expos. bull. allegantem Sotum & dicentem, quod qui habet autoritatem ad dispensandum, vel commutandum vota, habet subinde autoritatem ad dispensandum vel commutandum iuramenta, nisi promissionem addat iuramento. Nam si solum assertive dicat. Iuro me facturum hoc commutari poterit hoc iuramentum à potente commutare votum ex commissione cruciatę. Hoc assertum secundum, licet sit contra Nauarrum, puto tamen esse de mente Covarruuię loco supra citato. Et probatur ex rationibus ab eo elicitis. Quoniam potestas hęc virtute bullę concessa confessario ad commutandum vota est favorabilis: quoniam est beneficium principis, quod non est contra ius, neque in præiudicium tertij: ergo potest late interpretari, ut extendatur etiam ad commutanda iuramenta. Tunc secundo patet: Quoniam in concessione principis currit argumentum à maiori ad minus, sed minus est commutatio meri iuramenti assertiuum quam voti: quoniam ut ait D. Thomas. 2. 2. q. 89. ar. 8. votum ex ratione sua magis est obligatorium, quam iuramentum: ergo potestas commissā ratione bullę ad commutandum vota extenditur ad commutanda pure assertiuia iuramenta, quoniam hoc minus est, arg. in capi. finali de simonia. Item, quoniam dispensatio meri iuramenti pure assertiuum, non est magis odiosa, neque

A etiam eius commutatio, quam voti dispensatio aut commutatio: ergo nulla ratio vetat, quominus potestas bullę ad commutandum vota extendatur, ad hęc commutanda iuramenta. Neque videntur obstare rationes & textus, quos allegat Nauarrus in contra, scilicet, quod votum & iuramentum sint diuersę speciei, & rationis: quoniam vtrumque ad idem genus, id est, ad virtutem religionis pertinet, in quo genere minor est obligatio puri iuramenti, quā voti, ut dixit D. Thomas. Neque obstat argumentum, quod allegat collectum ex cap. cui de non sacerdotali. libro. 6. de præbendis, ex quo vult inferre, quod facultas dispensandi super vna specie non extenditur ad aliam, scilicet, quia hic in hoc textu diffinitur quod virtute mandati, vel privilegij, de conferendo beneficio valoris maioris, non potest conferri beneficium valoris minoris. Respondetur enim, quod in primis hic non probatur intentum Nauarrus. Nam beneficium maioris valoris & beneficium minoris valoris licet differant specie in ratione numeri valoris redditus, sed non differunt specie in re. Secundo dicitur, quod hic fuit specialis dispositio, in qua finis mandati non est prætereundus. Quoniam is, cui præiudicatur de non sacerdotali præbenda, non est dignus, aut idoneus forte ad præbendam sacerdotalem. Itē quia is, cui prouidetur de beneficio maioris valoris interdum ad magis arduanegotia illi beneficio, ut pote maiori annexa subeunda, vocatur, quę ne detrectet subire cum idoneus sit ad illa, minora beneficia, quę non tam sufficientibus solent dari, acceptare tunc posse, prohibetur. Sed in nostro casu nulla ratio subest maior, aut differens in commutando mera iuramenta, quam vota: Neque obstat illa regula in 6. quā allegat, scilicet, quod exorbitantia à iure communi non sunt extendenda. Quoniam, quod potestas commutandi vota delegata extendatur ad commutanda pura iuramenta, non est res exorbitans à iure, sed conformis ipsi iuri, quod in concessionibus principum præsertim non præiudicialibus tertio permittit arguere à maiori ad minus. Imo nostra assertio tantum abest, ut sit exorbitans à iure communi, ut etiam sit conformis regulę iuris in sexto. capit. plus. de regul. iuris. Vbi dicitur, quod plus semper in se continet quod est minus: quoniam genus, id est, religio, quę continetur in obseruatione voti continet obseruationem iuramenti, quę est minus obligans. Item est conformis capiti, cui licet de regulis iuris in 6. Vbi decernitur, quod licet quod est plus, licet utique quod est minus, ut exemplificat glossa in privilegio aliquibus religiosis concessio, ut ipsi percipiant decimas in certa parochia, si postea fuerunt facta noualia virtute privilegij.

alegij prædicti posse ipsos ex ipsis noualibus percipere decimas diffinit glossa ex prædicta regula, scilicet, quod cui licet quod est plus, licet, quod est minus. Ergo si confessor bullæ virtute, licet quod est plus, id est, commutare vota, licet etiam, quod est minus, scilicet, commutare pura iuramenta.

¶ Si tamen quis sciscitetur, an virtute cruciatæ possit commutare iuramentum illius, qui iurauit Deo, se nunquam iururum, ludos ex circumstantijs aliquibus illicitos, Respondetur, quod non est tutum huiusmodi iuramentum virtute cruciatæ confessorum commutare. Tum, quia (vt ait Nauarrus) Pius quintus rogatus à quodam ludo alearum de doto, qui emiserat iuramentum non ludendi, vt sua Sanctitas dignaretur hoc sibi commutare iuramentum, respondit, se id non se facere. Quoniam non expedit fratrum iuramenti, vel voti (inquit) quod tibi iniiecisti tibi auferri, ne eo ablato præceptis feraris in Baratrū tot peccatorum, quæ secum solet afferre ludi vitium. Tum secundo. Quoniam huiusmodi iuramentum implicitam solet habere promissionem factam Deo, non ludendi, in quo casu iuramentum virtute bullæ cruciatæ commutari non posse præbuius, Tum. Quoniam est iuramentum de illicita materia cavenda, id est, de abstinendo ab illicito ludo, quod secundum Caiet. & aliquos non est dispensabile. Tum denique: Quoniam ludi vitium non solum est malum priuatum, sed in multorum solet damnum redundare, vt, verbi gratia, familia, vxoris, filiorum, creditorum, & cætera. Ideo non est tuta iuramenti commutatio: quia, vt prædiximus, non valet argumentum à maiori ad minus in præiudicialibus. Vnde quia præiudicialis est in hoc casu ei commutare iuramentum ludi, non valet consequentia. Virtute bullæ confessor potest commutare alia vota: ergo potest commutare iuramentum non ludendi, quod est minus. Non, inquam, valet: Quia licet ex se sit minus, tamen illud relaxare iuramentum de non ludendo, illud commutando, solet esse supradictis, & alijs præiudiciale.

¶ Præterea ex prædictis videtur sequi, quod qui habet potestatem delegatam ad commutandum votum, non habet ad illud dispensandum. Quoniam maius quid est dispensare super votum, quam illud commutare: & in concessionibus non valet consequentia à minori ad maius: sed bene aliquando contra valet. Sic ideo concessimus, quod si aliquis habeat potestatem delegatam ad dispensandum ipse poterit & commutare, secundum Sorum, cui videtur assentire Covarruias, vt prædiximus contra Nauarrum.

¶ Præterea hic dubitatio hæc obuia fit, scilicet, an virtute diplomatæ cruciatæ commutari

A possint vota emissa ante bullæ susceptionem tantum, an etiam vota post susceptionem bullæ facta. In hac autem questione Sorus & Corduba sibi inuicem aduersantur. Nam Soto libr. 8. de iustit. & iur. quæst. 4. artic. 3. ait notandum esse, quod facultas concessa confessorio virtute cruciatæ, ad absoluendum à peccatis etiam ad illa peccata, se extendit, quæ quisque postquam bullam susceperit, commiserit. Verum tamen priuilegium cruciatæ circa commutanda vota non intelligitur extendi, nisi ad vota, quæ antequam susciperes bullam emisisti. Quod & probat: Quoniam votum nihil ad poenitentiam forū attinet, quatenus dispensandum venit: sed facultas illud commutandi est alia distincta facultas quam Papa concedit suscipienti bullam, ac si commutationem voti ipse tunc postulasset. Tū

B secundo: Quoniam cum obseruantia votorum tanti momenti sit in ecclesia, vt ad virtutem religionis pertineat, non congruit, vt alicui antequam votum emisit facultas fiat, vt quoties emisit possit ab illo per dispensationem liberari. In suo autem quæstionario, quantum attinet ad commutationem, contrarium tenet Corduba, cui subscribit frat. Manuel Rodrig. in exposit. bullæ. Igitur pro expeditione quæstionis, dicimus primo, quod si bulla cruciatæ concederet facultatem dispensandi super quælibet vota (quam certe non concedit) opinio Soti circa hanc dispensationem verum haberet, & in hoc ei consentiunt Corduba, & frat. Manuel Rodrig. Concedunt enim, quod qui habet licentiam ad obtinendam dispensationem votorum intelligitur illam habere ad obtinendam dispensationem votorum quæ ante prædictam licentiam emisit. Et hoc probat secunda ratio Soti. secundo dicimus, quod quatenus idem etiam ibi affirmat Sotus de facultate commutandi vota quam ibi solum concedit bulla non tam certa est eius assertio, vt ipse putat. Nam in hoc ei apparenter contradicunt prædicti, dicentes, quod vota facta ante susceptionem bullæ, vel post, possunt virtute bullæ commutari: sicut etiam votum nunquam petendi, talem commutationem, quam commutationem aiunt debere fieri in sacramento poenitentiae. Et quidem horum sententia videtur fauere, tum primo: Quo-

C niam clausula bullæ cruciatæ post concessam facultatem absoluendi à censuris, & à peccatis subiungit, sine aliqua limitatione: Sic poterit etiam prædictus confessor commutare eis quæcumque vota in subsidium istius expeditionis, exceptis votis castitatis, religionis, & Ultramarino. Vbi ponderanda sunt hæc generalia verba quæcumque vota, non distinguenda inter vota ante bullæ susceptionem, vel post emissam. Ergo in fauoribus, vbi gratiam concedens, præsertim si est prin-

D ceptus, nihil distinguit, & limitat, non est à nobis hoc limitandum (pro vt limitat Sotus ex rationibus non multum apparentibus præsertim in materia commutationis voti, vbi non videtur frustrari impletio voti, sed in æquale commutari). Tū secundo. Quoniam intentio Papæ fuit fauere tam pie expeditioni, contra infideles; cui expeditioni magis fauorabilis est opinio istorum, quam Soti. Quoniam secundum intelligentiam istorum, plures commutationes votorum fient, quæ magis conferrent ad subsidium expeditionis contra infideles. Ad primam rationem Soti dicitur, quod licet commutatio votorum non pertineat ad forum poenitentiae; tamen committitur confessori, vt apparet, vt dum eligitur ad confessionem audiendam ibi post absolutionem, vel ante eam commutationem faciat: quoniam ibi poenitentes, quasi consulentes suæ conscientiae fatagunt de obligationibus votorum, quæ satis commode impleri non possunt commutandis (sine fraude, quæ fiat Deo) in æquale. Ad secundam eius rationem respondetur, quod non congruit præuiam concessionem fieri ad dispensanda vota, antequam fiant. Sed non est dissonum à ratione, quod pro tanto subsidio expeditionis & tam pio & bono communitatis, sit concessa iam facultas ad vota etiam post emittenda commutanda, postquam Deus, cui debitum erat votum tantum acceptum habet istam commutationem, sicut & ipsiusmet voti impletionem.

¶ Adde, quod ex prædicta clausula de commutationis votorum concessione, exceptis illis tribus, scilicet, castitatis, & religionis, & Ultramarinæ peregrinationis, claret iam primo, quod quoniam secundum iuristas exceptio firmat regulam in contrarium, virtute huius cruciatæ modernæ, potest commutari votum castitatis non perpetuum, sed temporale. Vt si quis voueret castitatem tantum ad duos annos, quoniam illud votum non est votum castitatis simpliciter: quod videtur hic per bullam esse exceptum. Ita Sylu. verbo votum. 4. §. 4. & Palud. in. 4. sent. disti. 34. q. 4. arti. 4. Secundo ex eadem clausula colligitur, quod etiam votum nunquam nubendi, nisi explicitè, aut implicite in mente castitatis promissionem habeat annexam, commutabile est per bullam: quoniam de se formaliter non importat aliam specialem obligationem castitatis ea, quam lex Dei præcipit obseruari. Tertio sequitur, votum etiam de sacerdotali & clericali statu assumendo, si per se nude & præcise fiat, sine intentione obligandi se statim cum sit ad perpetuam castitatem, posse virtute

Instr. Conf. pars. 2.

te bullæ Cruciatæ commutari. Quoniam iste talis fornicando ante susceptionem sacri ordinis non peccat duplici peccato, sicut peccaret, si vouisset castitatem. Sicut neque etiam qui vouit tantum non nubere, fornicando non peccat contra votum castitatis: quoniam votum illud non nubendi solum includit hanc negatiuam, scilicet non nubere. Non autem includit specialem obligationem seruandæ castitatis, quam sic vouens intendat sibi imponere per votum. Sed aduertendum est maxime, circa commutationem voti de sacerdotali statu, aut ordinis sacri assumendo quod est votum graue pertinens ad statum hominis, ad cuius dispensationem requiruntur magnæ causæ, & vix potest permutari per mutationem mera æquali, quam solum concedit bulla: sed oportet multoties admisceri dispensationem, quam facere & admiscere bulla confessori non concedit. Et neque ipse Papa solet sine prædictis magnis causis dispensare, quæ sunt sufficientes, scilicet, quod sit fragilis, circa peccata carnalia, ita vt continenter vitam ducturus esse non credatur, probabiliter. Vel si sit imperitus, & inhabilis, & sine spe se habilitandi ad clericatus officium. Itæ si careat patrimonio pro promotione ad ordines obtinenda, si illud votum emisit ex metu, aut subita perturbatione, aut ex imperfecta deliberatione. Quo circa etsi extantibus istis causis solitum sit tale votum arbitrio boni viri commutari: tamen, quoniam, vt ait Metina in sua instructione, dum peruenitur ad practicam rationem bullæ, aut iubilei commutandi hæc vota graua, est negocium tum plenum periculo, tum etiam non carens difficultate; ideo confessorius, qui valde peritus non est in hac arte medendi poenitentium conscientijs, & valde expertus, consultius faciet, si poenitentem moneat, vt pro hac commutatione voti prædicti assumendi statum clericalem obtinenda, quoniam non est de votis reseruatis Papæ, recurrat ad suum episcopum, vt maturiori consilio pensatis omnibus prædictis, quæ debent pensari (si non possit, qui sic vouit onus æquale commutationis sustinere) in minus & leuius sibi commutet hoc votum, admiscendo etiam ibi dispensationem, si aliqua prædictarum causarum ad dispensandum requisita concurrat. Sequitur quarto notandum, quod licet votum religionis per bullam excipiatur: tamen in quæstionem verti solet, an votum religionis, quando est pænale, vt cum quis sub pænâ profitendi religionem, si luderet, vouit non ludere, virtute bullæ Cruciatæ possit commutari. Igitur absolu-



do quaestionem dicimus primo communē esse sententiam, vt in sua instructio ait Metina, quod quando votum tale fuit pœnale, vel conditionale ante violationem conditionis, vel ante incurfionem pœnæ, quoniam nondum lufit & ab ordinario dispensari potest, & virtute bullæ cruciatæ per confeflorem electum commutari: Et idem est de votis pœnalibus, aut conditionalibus referuatis Papæ. Vt si quis castitatis & peregrinationis Hierofolymitanæ votum conditionale sic in forma emitteret; Voueo castitatem me feruaturum, aut in Hierusalem peregrinaturum, si lusero post hæc. Vel si emitteret votum pœnale in hac fœmâ. Voueo sub castitatis feruandæ, vel peregrinationis in Hierusalem pœna, me non lufurum. Cuius ratio redditur ab omnibus: Quoniam in rei veritate hæc prædicta vota, siue pœnalia, siue conditionalia non sunt, nisi vota de non ludendo. Sed fracta conditione, quia lufit, manent iam vota hæc absoluta, & sine conditione obligantia iam ad religionem, & castitatem, & prædictam peregrinationem. Ideo apparet iam manere hæc vota referuata Papæ, quæ referuata antea non erant. Sed tamen his nihilominus non obstantibus cum Metina, tenere possumus, & cum alijs viris doctis nostræ ætatis à se allegatis, quod virtute bullæ cruciatæ possunt commutari hæc vota pœnalia, etiam si iam sit adimpleta conditio; & quod etiam per ordinarium possint dispensari & commutari. Neque ratio, qua hanc persuadent sententiam, est parum apparens. Quoniam, inquit, Papa referuauit sibi illa quinque vota, quando sunt voluntaria vota adimplendi prædicta opera. Verum quando aliquis ex odio concepto contra castitatem, vel religionem, & cætera hæc sibi imponit pro grauisfima pœna, talia vota non sunt referuata Papæ: non enim sunt propria vota castitatis, aut religionis, & cætera: sed sunt vota pœnalia, & non absoluta adimplendi hæc sancta virtutum opera. Papa autem illa quinque vota cum absoluta sunt & voluntaria intendit referuare, alias non; cum ex odio veluti fiunt.

¶ Deinde, quoniam, excepto voto vltra marino, vota alia peregrinationis ad Compostellam, & ad urbem Romanam virtute bullæ cruciatæ commutari possunt, disceptari hic solêt, an vota hæc peregrinationum commutanda sint, habita solum ratione expensarum, quæ faciendæ erant in eundo, an etiam in redeundo. Respõdetur autem, quod

**A** non defuere aliqui, vt frater Iosephus in suis floribus, & frater Manuel Rodrigex in sua exposit. bullæ; qui tenuerunt solum de expensis in eundo habendam esse rationem. Quorū opinio in primo tomo nostri instructorij Conscien. mihi olim visa est probabilis. Nihilominus tamen nunc sententia horum non videtur mihi sequenda, postquam perspexit esse manifestè contra caput. magnæ, de voto, & voti redempt. Vbi diffinitur, quod commutat Papa votū vltra marinum in vigiliis orationes, & ieiunia, tunc maxime, cū cessat causa, quæ induxit ad vouendum. Ita etiam, quod expensæ fiendæ in eundo, morando & redeundo integraliter mittantur in terræ sanctæ subsidium. Ecce clare quomodo etiam expensæ in redeundo computandæ sunt. Neque deest ratio etiam hoc persuadens. Quoniam reditus à peregrinatione illa, labor, & iter etiam imputantur ad meritum illius religiosæ peregrinationis: ergo si redimatur hoc votum, expensæ etiam in redeundo integraliter soluendæ sunt, & etiam in alijs peregrinationum votis. Nota insuper, quod aliquibus videtur, quod in concessione generali, quæ solet dimanare à Papa commutandi vota, vel ea dispensandi solet includi votum vltra marinū, nisi cõtrarium exprimat. Ideo necesse fuit in hac concessione bullæ expresse excipi ne intelligeretur in ea cõcessione generali includi.

¶ Præterea et si votum perpetuū castitatis hic in bulla accipiatur; tamen cum est difficilis accessus ad Papam, & interuenit periculū incontinentiæ an possit dispensari ab episcopo, solet controuerti. Nihilominus breuiter tenendum est, quod quia D. Thomas ait, quod solus Papa dispensat in voto perpetuo continentiæ, & in alijs, quæ nõ indigent crebra dispensatione: ideo non obstante periculo incontinentiæ, in Hispania, vbi non est tam difficilis accessus ad Papam, non potest votum castitatis perpetuæ dispensari per episcopū: quonia non est in vsu episcopos sic dispensare. Imo & Papa hanc facultatem sic dispensandi, neq; suo nuncio, aut delegato in Hispania constituto, solet committere. Vnde opinio Sylue. verbo. votum. 4. q. 4. dicentis, episcopum posse dispensare in hoc, quando recursus haberi nõ posset ad Papam, nisi periculo interueniente ex mora, locū posset habere in regionibus remotissimis noui orbis Indiarum, vnde deper se non potest esse, nisi difficilis recursus ad Papam, & magna interueniente mora, quæ regulariter potest esse periculosa. Vnde videtur Papa illas remotissimas gentes non velle manere

applicationem intellige fieri ex nunc pro tunc, vt ait bulla, quando earum pœnarum rei ad eas persoluendas per sententiam fuerint condemnati, vel declarati.

C A P. X.

¶ De facultate concessa commissario bullæ circa dispensationes irregularitatum, & matrimonij, & petitione debiti.

¶ Commissarius bullæ quomodo possit dispensare circa legata. Per bullam cruciatæ suspenduntur omnes gratiæ concessæ religiosi ordinum Mendicantium: sed non suspenduntur gratiæ & facultates, quæ sunt concessæ prælatis mendicantium, respectu suorum subditorum. Et ad compositionem incertorum faciendā quis dicatur incertus dominus, & quibus casibus non habeat locum compositio in fructibus Ecclesiasticis amissis.

**I R C A** illam clausulam bullæ cruciatæ, vbi datur facultas commissario cruciatæ & receptori generali huius expeditionis deputato vt super illicite habitis, necnon super medietate legatorum omnium, quæ super propter male ablata facta sunt, si legatarij per annum in exactione negligentes fuerint, ac super illis, quæ facta erunt, & quæ dicto anno durante fient, si legatarij inueniri non poterunt, necnon etiam super male ablatis, aut per vsurariam prauitatem, vel aliter male acquisitis; si in omnibus præmissis casibus ( præterquam dictæ annalis negligentia ) personæ, quibus restitutio seu solutio faciendæ est, præstito per eum facta pro inueniendo legatario, seu creditore, & minime inuenito non reperiantur, componere, & ita debitores liberare possit: Notandum est primo, me nihil super his compositionibus ex consulto velle tractare. Tū; Quoniam de facultate, quæ est penes summum Pontificem ad has legitime compositiones faciendas debitorum incertorum, quæ incertis dominis debentur, si modo legiti-

¶ Circa illam clausulam bullæ, vbi præcipitur ordinarijs, & episcopis in virtute sanctæ obedientiæ, vt omnes pœnas pecuniarias, etiam loco corporalium durante anno imponendas, seu exigendas huic operi velint applicare, & ex tunc applicantur, & appropriantur cum pœnis eorum, qui aliquid in expeditionis huius præiudicium, vel ad eam euntium patrauerint; notandum est, quod expositores bullarum antiquarum, in quibus continebatur, quod confeflores virtute illarum electi possent absoluere ab omnibus censuris, & pœnis, & cætera: per hanc particulam, & à pœnis, pœnitentes ab huiusmodi pœnis imponendis, vel exigendis in foro conscientia manere absolutos, quoad obligationem eas soluendi, censebant. Sed iam hæc eorum sententia locum non habet, vbi aperte per hanc clausulam huius magis modernæ bullæ omnes huiusmodi pœnæ in expeditionem bullæ applicantur. Quam

Instruct. Conf. pars. 2.

gitima adfit causa, quæ in bonum publicum referatur, nefas est dubitare. Tum secundo. Quoniam iam sumus pontifex maturiori consilio habito commissario cruciatæ regulas & normam has compositiones faciendi præscribit, cui suas vices super hoc comisit: ideo ipse commissarius videre poterit, & examinare, an multi noui casus compositionum, quos nunc denuo frater Manuel Rodriges Minorita in sua expositione bullæ cruciatæ, quæ idiomate vulgari Hispanico edidit in lucem, congessit, conformes sint huic clausulæ in bulla cruciatæ expressæ, aut formæ mandati Apostolici super his compositionibus faciendis sibi traditi. Quoniam ei quoque incumbit censuram proferre, vt si, quia aliquibus talis hæc expositio super compositionibus licentiosa videtur, & occasionata, eoque quod idiomate vulgari fertur, & edita est in publicum à prædicto patre, an sit tolleranda vel non; ne ex illa offeratur occasio multis generibus personarum, quas reducit ad compositionem suffurandi aliena. Mihi certe aliqua occurrebant super illam expositionem authoris dicti notanda: sed nolo mittere falcem in messem alienam: sed totum examini Summi pontificis, & commissarii cruciatæ, cui comisit super hoc suas vices & eorum censuræ relinquo. Certus sum enim, nihil contra ius naturale, vel diuinum, vel contra æquitatem rationis, aliquo modo neque super his, neque super alijs esse admissuros. Sicut & certus sum etiam prædicto patri non defuisse piam intentionem in omnibus, quæ illic diffinit, attingendi scopum veritatis, an in omnibus eam attigerit aliorum sit censura, & non mea. Sed quoniam fauere expeditioni bullæ pijsimæ est, & viro huic alias pio & docto detrahere iniquum est, postremo dixerim, quod si in omnibus casibus, quos ipse reducit ad compositionem facta inquisitionis diligentia, incertus est dominus, vt præsupponit hæc clausula bullæ: compositio habet locum. Si autem non est incertus dominus, aut ille, à quo res male ablata est, tunc maiori examinatione aliqui casus, quos reducit ad compositionem, opus habent: quorum examinatio ipsi commissario remittenda est.

¶ Circa illam clausulam, vbi datur commissario cruciatæ facultas eodem anno durante, vt omnes gratias similes, vel dissimiles suspendere possit, notandū est, quod hic non suspendi iubet bulla, omnia priuilegia, sed ea quæ sunt contraria suæ expeditioni.

**A** Neque suspendit, neque reualidat priuilegia, vel indulgentias datas in bulla cruciatæ post Pium Quintum. Quoniam ea, quæ sic sunt concessa priuilegia, vel indulta post Pium Quintum in bullis cruciatæ, expiraerunt, scilicet, quæ primo data sunt duobus annis à promulgatione bullæ transactis; & quæ post hoc concessa sunt vno duntaxat anno durarunt. Quod autem expirauit, & finitum est indultum suspendi & reualidari non potest. Igitur priuilegia & indulta data ante Pium Quintum suspendit durante anno: & ea reualidat sumentibus bullam tantum. Non potest ergo qui bullas sumpsit ante Pium Quintum, eis vti, nisi hanc bullam, quæ vltimo promulgatur sumat, si talia priuilegia sint, quæ expeditioni bullæ, aut Concilio Tridentino contrariantur. Vnde sequitur corollarie secundo quod per hanc bullam suspenduntur omnes gratiæ concessæ ordinibus Mendicantium, respectu secularium, sed non suspenduntur illæ gratiæ, & facultates, quæ sunt concessæ prælatis ordinum Mendicantium, respectu suorum subditorum, neque respectu suorum monialium, aut suorum nouitiorum. Sed tamen priuilegia & indulta concessa ordinibus non mendicantium tam respectu ipsorum, quam respectu secularium suspenduntur. Vnde sine bulla eis ipsi gaudere non poterunt: sed neque erga carentes bulla eis vti. At non videntur per bullam cruciatæ suspendi gratiæ concessæ prælatis Mendicantium respectu monialium Tercerariarum, aut respectu beatarum Tercerariarum eorundem ordinum Mendicantium, etiam in suis domibus manentium, si promiserint castitatem.

¶ Adde etiam, quod neque per bullam cruciatæ suspenduntur priuilegia iuris communis; sicut neque suspenditur facultas prælatis ordinum concedendi literas confraternitatis, quibus gaudere poterunt eas tenentes, etiam si bulla cruciatæ careant. Accedit ad prædicta, quod etiam bulla cruciatæ suspenditur anno iubilei, sed statim petitur à Papa reualidatio eius. Et eodem anno suspenduntur priuilegia concessa superioribus ordinum quantum ad ea, quæ in illo suspenduntur.

¶ Præterea notandum est, quod similiter conceditur facultas commissario bullæ cruciatæ componendi cum his, qui ad restitutionem fructuum ex omissione horarum canonicarum tenentur, ita vt quantitas compositionis pro medieta ecclesijs, vel

vel alijs locis, quarum, vel quorum ratione horas prædictas recitare debent pro altera medieta in subuentionem huius negotij detur. Item similiter concedetur facultas dicto commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibusuis Ecclesiasticis censuris ligati missas; & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerunt, seu alias illis se immiscuerunt, & super alia qualibet irregularitate, præter quam ratione homicidij voluntarij, aut simoniæ, vel apostasiæ à fide, aut hæresis, vel propter malam ordinum susceptionem contracta cum retentione beneficiorum & fructuum ex eis perceptorum, & infamiæ & inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, & executione ordinum non male susceptorum; ac nullis datis literis, sed per confessores laceratis cum his, qui primo & secundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt. Dummodo, si post concilium Tridentinum illius formam seruaerint ac impedimenta huiusmodi penitus occulta sint, & alter contrahentium tempore contracti matrimonij impedimenti ignarus extiterit, vt altero, vt prædicatur, impedimentum ignorante, de nullitate prioris consensus certificato tacitaque si videbitur ad euitanda scandala causa nullitatis matrimonium inter se etiam secrete de nouo contrahere possint in foro conscientiæ duntaxat, si ad euitanda grauiora scandala dispensandum iudicauerit, dispensare, prolemque susceptam & suscipiendam inde legitimam decernere; necnon etiam in superuenienti simili affinitatis impedimento similiter dispensare, vt debitum petere possint. Circa quam longam clausulam, et si multa possem notata digna proponere; tamen ex consulto ea prætereo; quoniam negotium harum compositionum cum commissario bullæ cruciatæ est gerendum, qui tantum abest vt ipse nostra instructione super his indigeat, vt ipse nos de his omnibus edocere possit. Igitur solum hic adnotarim, quod commissarius prædictus cruciatæ prædictam dispensationem cum his, qui primo & secundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt, & cætera exercere debet, obseruatis omnibus hic præscriptis conditionibus. Et in primis cauere debet, ne illud impedimentum, si est secretum in publicum procedat. Quoniam si in

Instr. Conf. pars. 2.

**A** publicum euulgatum fuerit impedimentum, iam super illud dispensare non poterit, neque dispensatio erit tunc valida, sed tunc recurrendum erit ad Papam. Ideo commendatur hic multum secretum, ita, quod fiat dispensatio nullis datis literis, sed per confessores laceratis.

¶ Circa illam autem clausulam quod etiam in simili superueniente affinitatis impedimento, similiter commissarius dispensare possit, vt debitum petere possint, notandum est, quod qui nunc rem habet cum cognata vxoris attinenti vxori in tertio & quarto gradu; non indiget hac dispensatione commissarij, aut Papæ, aut sui episcopi ad petendum debitum ab vxore. Patet, quoniam hoc colligitur ex Concilio Trid. sess. vigesima quarta capitulo. 4. de reformatione. Vbi decernitur, quod impedimentum affinitatis ex fornicatione contractum in secundo & primo gradu dirimit matrimonium; non autem illud dirimit, si in vterioribus gradibus affinitatis sit contractum. Quod quidem Concilij Tridentini decretum Pius. V. in quodam suo proprio motu, qui incipit capit. ad Roman. magis expresse extendit, & declarauit dicens, quod non solum in tertio & quarto gradu affinitatis, ex fornicatione prouenientibus matrimonium contractum est validum, sed in talibus gradibus, excepto primo & secundo, contrahere licet. Si ergo talis affinitas non est impedimentum ad contrahendum: ergo neque etiam videtur sit impedimentum ad petendum debitum, si postea ducat vxorem eam, cuius cognatam antea in tertio, & quarto cognouerat. Hanc opinionem secutus est episcopus Salmantinus eam in opusculo quodam prælo mandato tradens. Sed, quia difficultas cum occurrit non est dissimulanda, ideo, si quis inquirat, an hæc opinio locum habeat post contractum matrimonium, si cum cognata vxoris in tertio vel quarto gradu vxori attinenti copulam habeat quis, an ista copula causet affinitatem, sic vt impediatur petitionem debiti ab vxore, videtur autem, quod non: quoniam si præcessisset ante matrimonium iam per Concilium Tridentinum, & declarationem Pij. V. non dirimit neque impedit matrimonium, & per consequens, neque impedit petitionem debiti ab vxore postea ducta: ergo neque etiam impedit post matrimonium iam contractum copulam cum cognata

N n 3 ta

ta vxoris in tertio, vel quarto gradu habita ipsam petitionem debiti, vt videtur sentire Frater Manuel Rodriguez, in sua expositione. Bullæ, qui non satis se super hoc explicat. Sed in contrarium est, quod Concilium Tridentinum vbi supra loquitur aperte de impedimento affinitatis contractæ per fornicationem. At post matrimonium cum vxore impedimentum non petendi debitum ab ea, ob copulam habitam cum cognata in tertio vel quarto gradu, sue iam ductæ vxoris contrahitur, non ex fornicatione, sed ex adulterio & incestu simul; ergo vere est impedimentum etiam post Concilium Trid. impediens petitionem debiti, indigens dispensatione. Patet secundo: Quoniam forma concessionis in bulla ad dispensandum super petitionem debiti hoc insinuat, vbi sic ait: Necnon possit commissarius bullæ in superuenienti simili affinitatis impedimento similiter dispensare, vt debitum petere possint. Vbi de superuenienti impedimento etiam loquitur. Verum est tamen, quod hinc non colligitur satis firmum argumentum pro hac parte, sed potius pro contraria. Quoniam supra de impedimento contracto ex affinitate inducta ex fornicatione cum in tertio, vel quarto gradu femina attinenti vxori habita meminerat. Et post subdit, quod in simili superuenienti gradu affinitatis, scilicet, in primo & secundo gradu affinitatis possit dispensare, de quo fecerat mentionem. Quasi insinuans, quod in vltiori gradu, scilicet, tertio vel quarto talis non indigeret dispensatione. Sed probatur secundo: Quoniam ius canonicum antea non tam propter nouam affinitatem, quæ contrahatur cum vxore ob copulam habitam cum cognata eius, induxit impedimentum debiti petendi, sed etiam ad puniendum incestum commixtum aliquomodo cum adulterio. Ergo hoc impedimentum non colligitur esse sublatum, neque ex Concilio Tridentino, neque ex dicta declaratione Pij. V. vnde videtur adhuc indigere dispensatione. Atque sic interim tenendum est, nisi consuetudo iam non petendi hanc dispensationem Concilium Tridentini. & declarationem prædictam Pij. V. magis interpretetur. Et hoc est tutius, dum de contraria consuetudine non constat. Hinc sequitur prædictum fratrem Manuelem absque ratione varium se ostendisse, & sine causa in hoc vacillasse, vtrum religiosi Mendicantium ex priuilegio possint

**A**bsoluere penitentes ab hoc impedimento non petendi debitum. Quoniam præter quæ, quod est impedimentum, quod non confuevit per absolutionem tolli, sed per dispensationem, vsus etiam contestatur, quod hæc dispensatio non pertineat ad religiosos ex aliquo priuilegio illis concessio, quod sit in vsu.

**¶** Præterea circa compositionem notanda est regula hæc, quod vbi cognoscitur dominus esse certus de facto, vel cognosci potest facta sufficienti inquisitionis diligentia, vel quando de iure constat quis sit certus dominus, aut constare potest: vel quando in penalibus ante sententiam & declarationem iudicis, non est quis priuatus dominio rei suæ: quoniam inuoluntariè eam dedit ad redimendam suam vexationem, quoniam non solitus erat tantum donare: & denique quando lex vel ius incapacem facit recipientem, sed dantem non facit incapacem rei suæ præsertim inuoluntariè donatæ recuperandæ: ante condemnationem iudicis non dicitur in his casibus incertus Dominus; vnde non habet locum compositio. Quoniam bulla in omnibus casibus compositionis præsupponit incertum esse Dominum, vt seruetur ius naturale, quod nullatenus violari potest, nempe, quod dicat vt certo Domino, quod suum est, & sibi debetur reddatur, & alteri citra suam voluntatem, & contra leges penales, quæ non obligant in conscientia ante condemnationem alteri non applicetur.

**¶** Hinc sequitur primò corollarie, quod mercator, vel alius, qui optime nouit se de fraudasse in certa quantitate vnum de duobus sed ignorat, cui id restituere teneatur, an vni vel duobus non potest confugere ad asilum compositionis: quoniam certum est sibi aliquem illorum creditorem esse illius debiti. Quocirca in dubio illa quantitas dispartienda est inter illos pro qualitate dubij, vel quantitate eiusdem dubij magis vel minus inclinantis in vnam partem, quam in aliam, vel æqualiter. Sequitur secundo corollarie cum Soto in. 4. sentent. distinct. 2.1. articulo. 4. quæstio. 2. notandum esse aliud esse creditorem esse absentem, & aliud esse incertum. Qui enim scit cui debet reuera per compositionem cruciatæ nullatenus à debito liberatur, quantumcunque illud sit, sed totum cogitur, vel absentem mittere, vel totum in pauperes expendere: quoniam diploma non desig-

designat, nisi debita incerta. Sed quoniam frater Manuel Rodriguez in sua expositione bullæ contra hanc sententiam Soti videtur tenere dicens, quod se potest componere iustus vel iniustus possessor quando non potest mitti restitutio absentem creditori, vel domino; vel non nisi cum dupla expensa quam valet; vel si suis expensis remittere non tenetur: Respondetur, quod quoniam non bene distinguit hic, neque ex principijs certis id concludit, quoniam res hæc maiori indagine, & distinctione opus habet; vt patet in materia de restitutione rei faciendæ domino absentem; nolo hic inculcando restitutionis regulas molestus esse, sed ad illas ex grauibus doctoribus colligendas lectorem remitto. Hoc interim hic commonefaciens, quod quia huic sanctissimæ expeditioni cruciatæ pijsimum est fauere, si casus acciderint; qui in opinionibus diuersis doctorum versantur, scilicet, an compositio in eis locum habet, vel non, consultius erit tunc, recurrere ad commissarium cruciatæ; ipse enim iudex est constitutus à papa, vt iuxta regulas sibi præscriptas à summo pontifice discernere possit, an in illis casibus, vbi variant doctores compositio locum habeat, vel non, etenim non credendum est de tanta industria prædicti electi commissarij, quod non maturo consilio discutiet omnia dubia, aut quod velit præcipitanter, aut scienter contra conscientiam suam aliquid admittere non admittendum. Sequitur tertio corollarie secundum Nauarrum in summa capit. 25. numero. 121, ibi allegantem Concil. Tridentin. sessio. 6. capit. 1. quod episcopus, qui vltra duos, vel tres menses in anno à suo episcopatu abest (nam solum sibi conceditur ab eo abesse per duos vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius conscientie relinquatur) nisi vrgens necessitas cum licentia iuxta normam concilij approbata plus abesse, concedat, contra hoc decretum concilij sic faciens (quoniam pro rata temporis absentie non facit fructus suos) non potest super his fructibus, se componere: quoniam non potest illos tuta conscientia retinere. Imo tenetur pauperibus vel, Ecclesiæ fabricæ erogare non obstante vlla compositione. Vbi ait Nauarrus: Nota obiter casum, in quo

Instruct. Conf. pars. 2.

**A**non prodest compositio. Idem decernit concilium de curatis, aut curam animarum habentibus quo ad penas & amissionem fructuum, quando vltra præscriptam sic à iure licentiam absunt à suis parochijs. Vnde neque in his; vt insinuat Nauarrus, & concilium habet locum compositio.

**¶** Sequitur corollarie quarto secundum eundem Nauarro eod. capit. numero. 123: quod non videtur habere locum compositio in lucrifactis per distributiones quotidianas, quæ debentur & accrescunt horis illis diebus interessentibus, in quibus illi, qui non recitarunt, & interfuerunt choro, ideo illas amiserunt capit. 1. de cleric. non residentibus in. 6. Quoniam non potest dari pauperibus, aut in compositionem venire id; quod debetur alteri argument. capit. ea te. de iureiurando nisi quando ignoratur quis sit capit. cum tu. de vsur. ita glossa. & est communis. Præterea sequitur corollarie quintum, secundum eundem Nauarrum vbi, quod idem dicendum est de fructibus ecclesiarum, vbi est statutum vt fructus male percepti restituantur certis operibus pijs; quoniam in his non videtur habere locum compositio; quoniam illis pijs operibus debet fieri prædicta restitutio. Et quod idem videtur secundum eundem dicendum de illa parte, quam corpus seu grossam canonicatum vocant, quam canonici ita lucrantur ratione suorum canonicatum, vt pars non lucrifacta ab vno accrescat alijs; & obueniens tempore vacationis, non referuatur successoribus: qualem regulariter non habet Canonicus, vt ait glossa specialis in capit. quod sicut de elect. verbo consentire. Vnde quoniam hæc pars diuiditur inter superstites; vt notatur in capit. relatum in. 2. de testamentis; & alia pars sic non lucrifacta ab vno accrescit alijs; ideo ne his, quibus accrescit, defraudetur non habet in his partibus locum compositio. Sed queritur an compositio locum habeat in eo, quod canonicus perdidit ob excommunicationem, suspensionem, & cætera. Nam videtur hic Nauarrus, licet non clare, negare locum compositionis. Et certe cum hoc accrescit alijs, vel ex aliquo statuto applicatum est alicui ecclesiæ, vel operi pio, videtur quod non habeat locum compositio. Maxime cum solum bulla cruciatæ in duobus casibus videatur illam



compositionem concedere. Primo in casu omissionis horarum ubi conceditur compositio, cuius pars pro medietate illis Ecclesijs, vel locis detur, quarum vel quorum ratione predictas horas recitare debent, & pro altera medietate in subventionem expeditionis bullae detur. Et secundo super qualibet irregularitate, exceptis ratione homicidij voluntarij, aut simoniae, vel Apostasiae à fide, aut haeresis; vel propter malam ordinum susceptionem contracta cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum. Sed fructus amissi ob censuram excommunicationis, aut suspensionis incursum, non sunt fructus amissi, vel amittendi ob irregularitatem, supra quam bulla concedit compositionem posse fieri. Ergo videtur quod in eo, quod canonicus perdidit ob excommunicationem, vel suspensionem, non habeat locum compositio. Et sic ego esse crediderim, quando illud alijs canonicis, vel accrescit, vel alteri ex speciali statuto adjudicatum est. Sed in eo quod alijs beneficiarij perdunt ob excommunicationem, vel suspensionem forte habet locum compositio. Quoniam arguendo à maiori ad minus, maius quid est componere super irregularitatem ob celebrationem in censuris incursum, & in fructuum amissione inde subsecuta, quam componere super amissionem fructuum inde subsecutam. Ergo hoc, quod minus est videtur concedere bulla, postquam id quod est maius, concedit posse facere commissarium. Sed haec omnia asserta supponimus eius correctioni, & censuram remittentes omnes indigentes dispensatione compositionis, ad eum, ut ipse iuxta normam sibi praescriptam; & facultatem, quam habet haec dubia declarandi, ea declarat. Sicut etiam illam quaestionem ipsi incumbit scire, an non canonice intitulatus, super fructibus beneficij perceptis se componere possit. Nam aliquibus videtur quod hic casus compositionem admittat. Praeterea videtur, quod ille qui est simoniacus ratione conventionalis confidentiae beneficialis, non potest se componere cum commissario bullae super fructibus per huiusmodi confidentiam collatis, & receptis, & pensionibus confidentiaris constitutis: quoniam huiusmodi fructus, & pensiones reservantur cameræ Papae à die collationis, & constitutionis pen-

tionum. Quod notandum esse, ait Navarrus, in summa capitulo. 23. nume. 10. in expositione bullae Pij Quinti editae contra confidentias beneficiorum in. 5. notabili, & advertendum esse ait à confessoribus, & Doctoribus, ut sciant consulere eis, qui in hac re peccaverunt, cuiusmodi sunt omnes hi, qui ipsa beneficia iure retinere nequeunt, & alij, qui ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, ut ad bellum proficiscantur, ut inimicos occidant, & alij qui ut alieno nomine lites agant, aut defendat, & alij, qui quia propter crimina sunt incapaces, & alij, qui ut purgato delicto, vel absolutione consecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum, aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt saepe laicis & inhabilibus, & alij, qui vel senes, vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciant, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Ecclesiasticis alant, vel etiam nunc infantibus, aut nascituris asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis cum reservatione fructuum, aut aliarum rerum, aut accessu praesertim ab illis, qui praestandorum iurium cameræ Apostolicæ sunt immunes, & alij, qui sunt incapaces, aut quia sunt alijs beneficijs Ecclesiasticis onusti, aut Ecclesiastico ordini se mancipare refugientes, aut mere laici beneficia Ecclesiastica alijs conferenda procurant, ut de illis post modum ad libitum suum disponatur. Fructus etiam percipientes illorum, & plerique ordinarij, ac alij collatores, ac etiam patroni, qui curant deponere beneficia, ut fructus seu pensiones capiant, alijsue faciant ministrari, & alij qui multa huiusmodi admittunt. Circa quod notandum est, quod haec simonia conventionalis beneficij inducit nullitatem, antequam ab utraque parte impleatur, simul, scilicet, cum acceptum est beneficium in confidentia, antequam impleatur quod promisit illud accipiens, & reservat collationem Papae, imò à Papa non possunt illa recipere per Papam provisionem: nisi facta mentione de huiusmodi reservatione, saltem per clausulas generales ad id sufficientes, fructusque & pensiones harum confidentiarum reservantur cameræ Papae à die collationis. Priuanturque hi beneficijs etiam iuste obtentis, & sunt in ha-

habiles ad illa & ad alia obtinenda, si habita notitia de hac bulla confidentiarum non respuerunt, & dimiserunt illa beneficia & pensiones per simoniam hanc obtentas. Et qui post eam acceperunt vel acceperint aliqua beneficia, vel pensiones per huiusmodi confidentias, quae est poena terribilis, requiritur pactum, vel modus tacitus, vel expressus, quod detur sibi vel alteri. An hic ignorantia excuset, hanc quaestionem ad alium locum remittit Navarrus. Sed dicitur interim, quod licet ignorantia communiter nequeat esse iusta circa legem naturalem, vel diuinam quoad eius dispositionem, & quatenus est talis, potest tamen esse iusta quoad poenam humanitatis statutam, si illa est excommunicatio. Imò etiam si sit alia non communiter statuta, eadem ratione secundum Diuum Anton. 3. part. titulo. 24. capitulo. 33. sub fine, & Angelum verbo. ignorantia. §. 4. & Sylvestr. verbo. ignorantia. quaestio. 8. & Caietanum. 1. 2. quaestio. 76. articulo. 3. & Navarrum in summa. capitulo. 23. numero. 47. ubi allegat praedictos Doctores. Quod maxime, ait, procedere in foro conscientiae. Quae quidem sententia multos pios consolari potest, maxime in materia censurarum, & irregularitatum. Cum ergo poena haec contra confidentias posita, quatenus inhabiles reddit in eis delinquentes ad beneficia antea obtenta, & obtinenda, terribilis poena sit (ut ait Navarrus) & non sit poena, quae communiter sit statuta, sed exorbitans, & extraordinaria, videtur, quod eam ignorans, eam non incurrat. Quod & ipsa bulla Pij Quinti contra confidentias videtur insinuare, dum ait; Si habita notitia non respuerint, & dimiserint illa beneficia, & pensiones; aut si posthanc notitiam acceperint. Quasi insinuet ante hanc notitiam, se ignorantia protegere posse.

¶ Tandem ad hoc ultimum punctum reservabimus & hoc advertendum, quod qui ante Pium Quintum bullam aliquam cruciatam sumpsit, quae vesca lactinijs, & ovis concedebat simpliciter, & sine determinatione temporis, etiam nunc si transferit annus, quo durat bulla moderna, quam sumpsit, poterit virtute bullae antiquae vesca ovis & lactinijs, dum per promulgationem sequentis bullae non fuerit suspensa illa anti-

qua. Explicit materia de indulgentijs, & expositione bullae. Reliqua, quae huic materiae de compositione per bullam cruciatam, attinere possent, consultò eius dignissimo commissario determinanda relinquimus, qui propter suam eximiã eruditionem, casuumque occurrentium exercitationem iuxta sibi à summo Pontifice normam praescriptam, ut superius diximus, multo melius faciliusque cuicumque praeposita difficultati poterit respondere.

## C A P. X I.

## ¶ De excommunicatione.

¶ Quid sit excommunicatio, & à quibus separet, & an magis noceat, quam peccatum mortale. Vbi explicatur diffinitio excommunicationis. An negatio potestatis excommunicandi in Ecclesia est haeresis: Et an effectus excommunicationis sint de iure diuino. De suffragijs, quibus priuatur excommunicatus: Et an excommunicatio sacramentum annullat, vel alios actus iurisdictionis.



A M Cum ad materiam excommunicationis accesserimus suo ordine à diffinitione excommunicationis nobis inchoandum est. Igitur quaeritur primo, an competens sit haec diffinitio excommunicationis à quibusdam posita, scilicet. Excommunicatio est separatio à communionem Ecclesiae, quoad fructum, & suffragia generalia. Respondetur autem, quod per baptismum acceptatur quis in Ecclesia ad duo: quorum secundum praesupponit primum. Primo enim ad cætum fidelium, & 2. ad participationem sacramentorum, in qua participat cætus fidelium. Ideo extra Ecclesiam fieri per excommunicationem potest aliquis dupliciter. Vno modo, ita quod separetur tantum à participatione sacramentorum; & hoc erit excommunicatio minor. Alio modo, ita quod excluditur ab utroque: & sic erit ex-

communicatio maior, quæ hic diffinitur. Non autem potest esse tertiam, scilicet, quod excludatur à communione fidelium, & non à participatione sacramentorum, ratione iam dicta: quia fideles in sacramentis communicant. Sed communicatio fidelium est duplex: quædam in spiritualibus, sicut mutua orationes & conuentus ad sacra percipienda: quædam in corporalibus actibus qui quidem legitimi actus, & licita communio his versibus continentur: Si pro delictis anathema quis efficiatur. Os, orare, vale, communio, mensa, negatur: Os ne osculum detur. Orare ne cum excommunicatis oremus. Vale ne salutentur. Communio, ne, scilicet, in sacris cum ipsis aliquis communicet. Mensa negatur, ne aliquis cum eis comedat. Præmissa ergo diffinitio importat separationem à sacramentis in hoc, quod dicit, quantum ad fructum, & à communione fidelium, quantum ad spiritualia, in hoc quod dicit, & suffragia Ecclesiæ communia. Alia autem diffinitio inuenitur, quæ datur secundum separationem ab utrisque actibus, quæ talis est: Excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio. Neque obstat primo, quod Ecclesia aliquando orat pro his, qui extra Ecclesiam sunt. Quoniam licet pro infidelibus existentibus extra Ecclesiam oretur, sed ipsi orationis fructum non percipiunt, nisi ad fidem conuertantur. Similiter & pro excommunicatis orari potest, quauis non inter orationes, quæ pro membris Ecclesiæ fiunt, & tamen fructum non percipiunt, quandiu in excommunicatione manent. Sed oratur, ut detur eis spiritus poenitentiae, ut ab excommunicatione soluantur. Neque obstat secundo dicere, quod suffragia Ecclesiæ non amittuntur, nisi per culpam, & quod excommunicatio non sit culpa, sed pœna, & per consequens, quod per excommunicationem non amittantur. Quia respondetur, quod participationem in charitate, in qua omnes fideles existentes in gratia participant, iuxta illud Psalmi: Particeps ego sum omnium timentium te: & qua sunt vnum in Deo, excommunicatio non intercipit, eam discontinuando. Quia iuste quis excommunicari non potest, nisi pro culpa mortali, per quam iam quis à

**A** charitate diuisus est, etiam si non excommunicetur. In ista autem excommunicatio charitatem alicui auferre non potest, cum sit de maximis bonis, quæ non possunt alicui inuito auferri. Sed solum intercipit excommunicatio illam communionem, & continuationem suffragiorum, quæ ex intentione ea facientis pro tota Ecclesia fiunt. Neque enim ex persona Ecclesiæ, oratio pro eis inter membra Ecclesiæ fieri potest, neque eis profunt suffragia, quæ pro tota Ecclesia fiunt, quauis aliqua persona priuata possit pro excommunicati conuersione aliquod suffragium per intentionem dirigere. Adde etiam, quod fructus Ecclesiæ non solum est ex suffragiis, sed etiam ex perceptione sacramentorum, & ex fructu fidelium. Ideo non inconuenienter ponitur in diffinitione excommunicationis vtrumque, scilicet, quod sit separatio à communione Ecclesiæ, quoad fructum, & suffragia generalia. Accedit etiam ad prædicta, quod, quia excommunicatio minor non habet perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid ipsius participat: ideo non oportet, quod totaliter ei excommunicationis definitio conueniat; sed solum quoad aliquid, scilicet, quoad separationem à fructu, id est, à sacramentis: non tamen oportet quod ei conueniat quoad separationem à suffragiis Ecclesiæ.

**B** Circa prædictam doctrinam notandum est primo, circa significationem quid nominis, huius termini, excommunicatio, quod excommunicatio idem est, quod extra sanctam communionem fieri. At communio per antonomasiam figuram, id est, per excellentiam, tantummodo in sacramento eucharistiæ tribuitur, eo quod per huiusmodi sacramentum Christo capiti nostro coadunamur, secundum Diuum Dionysium in libr. de Ecclesiasti. hierarch. capitu. 3. Ab hac ergo sancta communione deriuatum fuit in primitiua Ecclesia excommunicationis nomen. Nam mitior excommunicandi modus ille primum fuit, ut homines propter manifesta peccata à sacrosancta communione cohiberentur, atque subinde à reliquorum sacramentorum perceptione arcerentur. At si quis post hæc in contumacia rebellis perdurabat præmissa trina

moni

**A** lege diuina ex natura peccati. Atque ideo, ut Couarruias ait in commentarij super capitulum alma mater. de sententia. excommunicatum mortale improprie dicitur excommunicatio ex eo, quod separat à charitate, & per consequens à participatione sacramentorum idem insinuat Soto in. 4. sententia. distinctio. 22. quæstion. 1. articu. 1. Vnde incidens in mortale peccatum, non est proprie excommunicatus, quousque per censuram Ecclesiæ à sacramentis arceatur. Atque ideo, si per censuram Ecclesiæ à sacramentis sit separatus, etiam si per contritionem, post sit restitutus ad gratiam, nihilominus ante absolutionem à censura illa, sacramentorum particeps fieri nequit. Item etiam patet, quod quauis quis sit in peccato mortali, non sit proprie excommunicatus: quoniam si non sit excommunicatus per Ecclesiam, non est exclusus ab orationibus, & suffragiis communibus Ecclesiæ. Quocirca & etiam alia assertio eiusdem Gabrielis asserentis, quod qui excommunicatur, solum dicitur à seipso damnificatus, hinc probatur esse falsa, quod certe propter culpam, quam commisit hac pœna plectitur ab Ecclesia, ut iure participandi eius orationes, & suffragia, & sacramenta expolietur. Sed iam hinc non inepte contingit dubitari, vtrum excommunicatio maior magis noceat, & damnificet, quam peccatum mortale subiectum, in quo inuenitur. Igitur Couarruias loco citato. prima parte relect. super. e. alma mater de sent. excommunicata. §. 1. numero. 6. defendit, quod excommunicatio maior magis nociua est homini excommunicato, quam peccatum mortale. Quod & probat sic. Tum. 1. Quoniam excommunicatio maior priuat à suffragiis communibus Ecclesiæ omnibus; & tamen peccatum mortale à suffragiis aliquibus Ecclesiæ non priuat. Tum. 2. Quoniam per excommunicationem maiorem destituitur excommunicatus auxilijs communibus Ecclesiæ. At constitutus in mortali his auxilijs omnino non priuatur. Quod & exemplo quodam naturali nititur ostendere, dicens, quod peccatum mortale efficit peccatorem veluti membrum aridum, quod coniunctum corpori, veluti per neruos & pellem calore aliquo fouetur. Excommunicatio autem sic abscindit peccatores à corpore Ecclesiæ, ut veluti membra abscisa nullo calore suffragiorum communium Ecclesiæ foueantur & oppositum, inquit,

**B** monitione, à cætu fidelium expellebatur: atque adeo suffragijs & orationibus communibus priuabatur. Et huiusmodi excommunicatus anathema dicebatur, quasi suspensus & separatus. Vel ut verisimilius est sic excommunicatus anathema dicebatur, quasi detestationi & abominationi habitus. Itaque anathema, vel importat separationem, in qua significatione Apostolus ad Romanos. 9. videtur dixisse: Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, id est ad tempus ab eius præsentia separatus, vel importat detestationem, & abominationem iuxta illud. 1. ad Corinth. 12. Nemo in spiritu Dei loquens dixit anathema Iesu, hoc est detestatur, & execratur Iesum. Et anathema interdum pro ipsa detestatione vsurpatur.

**C** Est igitur anathema idem, quod excommunicatio maior, quæ minorem includit, & aliud addit. Quocirca excommunicationem maiorem, & minorem, sub hac vnica diffinitione comprehendere possumus scilicet. Excommunicatio est Ecclesiastica censura, qua homo ab aliqua Ecclesiæ communione separatur. Nempe, vel à sacramentorum perceptione tantum, vel ab illa, & suffragijs & conuictu fidelium simul. Sed simpliciter ista diffinitio competit excommunicationi maiori. Quæ simpliciter excommunicatio dicitur, & non minori excommunicationi, nisi secundum quid: quoniam non à tota communione, sed à parte separatur.

**D** Est ergo excommunicatio Ecclesiastica censura, qua homo ab Ecclesiæ communione quoad fructum, & quoad suffragia communia separatur. Per istud autem terminum Ecclesiastica censura, illa inepta assertio Gabrielis confutatur, qui distinctio. 18. quæstione. 2. cum alijs ait, quod per quodcumque peccatum mortale dicitur homo incurrere excommunicationem minorem: quia fit indignus eucharistiæ, & reliquis sacramentis percipiendis. Ideo subiungit quod Ecclesia, dum profert sententiam maioris excommunicationis, neminem damnificat, sed solum ostendit hominem à seipso delicto suo esse damnificatum. Sed certe excommunicatio maior, vel minor non importat quancunque indignitatem, qua quis indignus sit sacramentis, sed illam, quæ per Ecclesiasticam fit censuram. At verò peccatum mortale importat illam indignitatem circa sacramenta percipienda, quæ inducitur ex

quit,

quit, est error. Ad quæstionem ergo dicitur, quod si per se seorsum ista considerentur scilicet, peccatum mortale, si consideretur in ratione culpæ priuantis gratia Dei magis ex hac parte nocet, quam excommunicatio seorsum, & præcise considerata in ratione solum pœnæ. Quoniam malum culpæ magis nocet salutem animæ, quam malum pœnæ. Si autem excommunicatio non præcise sumatur, sed ut includit mortale peccatum, non formaliter, sed tanquam præsuppositum, pro quo infertur; sic magis nocet sicut nociuum ut includit aliud nociuum magis nocet ratione præsuppositi & adiuncti. Nisi velis dicere, quod in hoc nocimento animæ inferendo mortale magis simpliciter nocet, sed excommunicatio magis lædit secundum quid. Secundo notandum est, pro explicatione illius particulæ, duplicis, quæ ponitur in diffinitione excommunicationis maioris, scilicet, quod priuatà fructu & suffragijs, quod nomine fructus & suffragiorum communium secundum Sotum loco citato intelliguntur tria bonorum genera, scilicet, fructus sacramentorum: secundo orationes, & suffragia communia: tertio conuictus in actibus externis illis, de quibus versus hic habetur, si anathema quis efficiatur: Os, orare, vale, communio, mensa negatur. Tertio perpendendum est, quod pro distincte modis suffragiorum cognoscendis conducit multum illa orationum, & suffragiorum distinctio, cuius meminit Scotus in quolibet. 10. scilicet, quod triplex est valor bonorum operum. Primus specialissimus qui bene operanti competit, & ei applicatur, ut valor meriti essentialis, & satisfactionis, qua indiget dum eam satisfactionem alteri non applicat. Secundus, qui dicitur specialis valor, qui competit ei, pro quo quis constitutus in gratia orat, ieiunat ex speciali intentione, de quo supra dictum est, quomodo & quando ei pro quo sic oratur, vel ieiunatur proffit, & quomodo ex merito de cōgruo quoad impenetrationem conuersionis; si sit hic extra gratiam, vel quoad satisfactionem, si sit in gratia ei proffit. Tertius valor est generalissimus, qui totius ecclesiæ est, & omnibus competit propter illam generalem sanctorum communionem. Adde etiam, quod inter hæc bona opera, quædam sunt obtinentia valorē ex opere operato, id est, absq; operantis meritis. Cuius modi sunt sacrificium missæ, & sacramenta: quæ quoniam ex in-

**A** stitutione speciali Christi sunt valorem obtinent ex opere operato, secundum Diuum Thomam communiter receptum in. 4. distinctione. 45. quæstione. 2. articulo. 1. ad. 3. quæstionem, & Gabrielem in Can. miss. quæstione. 2. qui sentiunt contra Caietan. in opuscul. de celebrat. quæstione. 2. quod sacrificium missæ non solum ex ea parte, qua est sacramentum, sed etiam quatenus est sacrificium opus operatum habet, secundum communem. Quoniam ipsa oblatio missæ id est, consecratio & eucharistiæ sumptio est sacrificium ex institutione Dei, quod institutum est in remissionem peccatorum.

**B** Quocirca ab ipso instituentē valorem hæc habent, ut ostenditur Matthæi. 26. Hic est calix sanguinis mei, & cætera, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorū, Pro vobis, inquam sumentibus, & pro multis pro quibus fiet oblatio. Oratio autem Dominica, & horæ canonicæ, licet secundum Gersonē, & Gabrielē, & Metinā Cōplut. quatenus nomine ecclesiæ dicuntur, valorem ab ea ecclesia habeant, præter valorem, quem habent à recitante, sed proprie non sunt valentia ex opere operato. Quia non est ex institutione Christi speciali, quod tales orationes dicantur in missa, aut tales horæ canonicæ recitentur in ecclesia. Suffragia quoque viuorum pro defunctis ex rigore iustitiæ eis profunt pro temporali pœna expianda. Patet Machab. 2. capitulo. 12. Vbi dicitur: Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Vnde infert Couarruias, quod hoc est catholicum contra hæreticos. Quarto pro intelligentia prædictæ diffinitionis excommunicationis, autore Soto, notanda scilicet est distinctio bimembris bonorum spiritualium. Nam alia sunt interna, alia externa. Rursus bona spiritualia interna, sunt in duplici differentia. Quædam sunt, in quibus spiritualis vitæ substantia consistit, ut gratia & charitas, ac subinde fides, spes, & reliquæ virtutes, quæ eadem gratia & charitate informantur. Alia vero sunt accidentalia, quibus homo ad eandem gratiam, & virtutes adipiscendum disponitur, & adiuuatur.

¶ Inter ista autem bona spiritualia primum locum obtinet meritorum communio; non quidem quantum ad meritum essentielle gloriæ, quod quis existens in gratia ex bono suo opere reportat: quia hoc meritum alteri communicari non potest: sed quantum

quantum ad meritum de cōgruo, ob id, quod Deus ob meritum vnus membri gratius audit orationes alterius; atque ad eius aspiciet opera; eique suffragatur, iuxta illud Psalmi: particeps sum ego omnium timentium te, & custodientium mandata tua, sicuti Regi ob gratiam vnus cuius (ut exemplificat Soto) gratiores sunt alij eiusdem ciuitatis. Sicut Genes. 18. Deus Abrahæ dicebat, quod si essent in Sodomis quinquaginta, aut triginta, aut certe decem viri iusti, toti vrbi pepercisset. Et hæc quidem communio secundum aliquos in simbolo designatur, vbi credimus sanctorum communionem. Quoniam præcedens articulus, Credo sanctam Ecclesiam, pertinet ad fidem; & qui sequitur, scilicet sanctorum communionem ad charitatem pertinet, per quam viuia Christi membra inter se copulantur. Deinde sunt orationes, & suffragia communia, quibus Ecclesia suis auxiliatur, sacramentorum quoque participatio. Accedit etiam inter illa prima substantialia bona, & reliqua duplex differentia. Primum, quod illa solum pendent ex Deo, & ex homine ipso, qui illis bonis vtitur, Gratiam & charitatem solum Deus confert, ut earum autor, Quocirca neque vlla applicatione Ecclesiæ egent, neque in cuiusvis potestate est, bona hæc ab homine auferre: sed solus ille peccando ea amittit. Alia autem bona sunt quorum Ecclesia fuit institutrix; quæ perinde ex eius instituto, & applicatione membrorum eius salutaria fiunt, atque profunt. Secunda autem differentia est, quod illa prima substantialia bona, scilicet, gratia & charitas, non nisi iustis competunt. Hæc vero alia, scilicet, orationes & suffragia Ecclesiæ peccatoribus vtilia sunt, quatenus Ecclesia suis etiam orationibus, & suffragijs opem illis fert, ut à peccato exeant.

¶ Præterea, quoniam heretici ut Vitcleph hanc potestatem excommunicandi, id est priuandi bonis spiritualibus internis esse in Ecclesia inficiantur, sciendum est, quod negatio huius potestatis est hæresis condemnata in bulla Martini Quinti, & à Leone. X. inter articulos Lutheri, quos damnauit. Patet autem hanc potestatem excommunicandi esse in Ecclesia Catholica, quia eam tribuit Christus Matthæi. 18. sub virtute clauium, cum instruens quomodo corripiendus esset frater ait: Si correptus non audierit Ecclesiam, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Et subdit: Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata &

**A** in cælo. In hoc autem, quod ait: Sit tibi sicut ethnicus; designatur non solum ab externo consortio Christianorum debere esse segregatum, verum etiam à communibus orationibus, & suffragijs, & sacramentis fore separandum. In hoc autem, quod subiungit; quæcunque ligaueris, & cætera, erunt ligata & in cælo denotatur, excommunicatum tanquam ethnicum non solum à contubernio terreno esse repellendum, verum ab spiritualibus subsidijs, quæ vim habent apud Deum in cælo. Item. 1. ad Corinthio. 5. Diuus Paulus hanc exercuit potestatem, dum illum incestuosum, qui noverca abutebatur, tradidit Satanæ in interitum carnis. Vbi excommunicatus rebellis visibiliter Satanæ torquendus tradebatur. At in hoc, quod Paulus adiecit: In nomine Domini illum tradere Satanæ, virtutem supernaturalem clauium designauit, quæ cum spiritualis sit, etiam ad animam vsque pertingit, eam priuans spiritualibus auxilijs. Nam ad priuandum contubernio solum externo, non opus erat virtute clauium contra Lutherum. Insinuatur præterea collatam esse Ecclesiæ hanc excommunicandi, id est, priuandi suffragijs Ecclesiæ potestatem. 1. Canonic. Ioannis cap. 5. Vbi dicitur: Est peccatum ad mortem non dico, ut pro eo oret quis, secundum expositionem Diui Thomæ quæstio. de malo. quæstio. 3. art. 13.

¶ Præterea probatur ratione. 1. quia cum Christiani suis prælatis debeant esse subditi, sequitur, quod si propter peccatum mortale contumaciæ, & inobedienciæ se fecerint indignos perceptione sacramentorum, possint eos à sacramentis arcere; & quod teneantur in hoc eis obedire. Secundo probatur, quod etiam orationibus, & suffragijs communibus Ecclesia possit eos priuare. Quoniam hæc bona communia ex institutione Ecclesiæ dimanant, & ab eius applicatione pendent. Atque idcirco illum, qui ab eius obedientia se subtrahit potest his bonis priuare. Neque obstat obijcere, quod hoc sit nimis rigidum supplicium prædictis auxilijs sic hominem destituere. Quoniam hoc Ecclesia exercet genus supplicij ad instar iudicij diuini. Deus enim, ut medicus, ut peccatores ad se trahat, primo, veluti quibusdam lenitiuis emplastris, salutaribus monitis eos exhortatur, & ad conuersionē allicit veluti à grotos: ac demū si opus est putre mēbrū ne alia inficiat in tēpus resecat destituen-



rum culpa, vt suum malum agnoscentes à perditione sua respiciant. Sic Ecclesia propter erubescensiam, & confusionem, & pudorem hominum peccatoribus inferendo, quæ acerbiora sunt mala, quæ in excommunicatione reperiuntur, excommunicatis communicationem cū alijs in omnibus prædictis interdicit, quo saltem vel obtorto collo eos ad suam obedientiam pertrahat. Eademque de causa suffragijs, & sacramentis destituit, vt sic destitutus excommunicatus acrioribus dæmonis tentationibus agitur & excruciatum suum malum inobediens agnoscens, infanire desinat, & ad cor redeat. Ex quibus sequitur corollarie secundum Couarruiam loco citato, quod excommunicatio, medicinalis censura est, vt patet ex eius fine; sicut purgationis potio amara sanat, licet aliquantulum corpori officiat: sic & excommunicationis medicinalis. Quod si per eam excommunicatus non respiciat, tunc non sibi, sed alijs membris Ecclesie erit medicinalis. Vnde corollarie infert ibi Couarruias; falsum esse, quod Ioannes Andreas & Donnic. in capi. Romana. 4. titu. de sent. excomm. videntur insinuare, scilicet, quod iudex non debeat ferre sententiã excommunicationis in non corrigendum, etiam si talis sententia alijs fidelibus cedat in medelam, vt regulariter contingit. Secus est, si non proderit vlli, iuxta caput. prodest & seq. 23. q. 5. Hinc patet ad obiectionem Lutheri. Quoniam, vt docet D. Thomas non priuat excommunicatio gratia & charitate, quoniam præsupponit per mortale peccatum hæc bona esse amissa; sed priuat alijs bonis spiritualibus, quorum applicatio ex sua dependet potestate.

¶ Iam ex prædictis alia emergit quæstio, scilicet, vtum excommunicatio sit de iure diuino. Apparet enim (vt ait Soto) ex vna parte formam excommunicationis nullibi in sacra pagina esse expressam. Ex altera autem parte videtur in prædictis locis esse insinuatam. Respondetur ergo primo contra Almain disti. 18. q. 1. & alios censentes, quosdam iure diuino esse excommunicatos, propter verbum Pauli ad Titum. 3. hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita; sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est, & deliquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Quod reuera opinio istorum non est vera. Quoniam secundum formam, quæ est in vsu Ecclesie, nullus est in Euangelio excommunicatus. Secundo respondetur; quod (vt prædictum est) potestas excommunicandi in

re diuino tradita est Ecclesie. Sed tamen forma ipsa & effectus, scilicet, priuare hominem participatione sacramentorum, & suffragijs non exprimentur in Euangelio. Quia Christus sub hoc nomine neminem excommunicare iussit, sed Ecclesia (vt ait Soto) eandem potestatem sibi diuinitus concessam, optime sic interpretata est. Et idcirco vsus excommunicandi quem Ecclesia seruat, eatenus de iure diuino esse censetur, quatenus in Euangelio fundamentum habet. Ita Soto.

¶ Sed hinc iam alia excitatur quæstio contra Sotum, scilicet, an omnes effectus excommunicationis sic sint de iure positio, quod Ecclesia super omnibus possit dispensare cum excommunicato, manente in sua excommunicatione nondum absoluto, scilicet, vt possit interesse diuinis, & suffragijs gaudere, & cætera. Videtur autem, quod super omnibus his effectibus possit dispensare, secundum Sotum indistinctè loquentem; quia omnes effectus excommunicationis sunt de iure Ecclesiastico, vt innuit. Quoniam censet solum esse de iure diuino, non in se, sed quatenus habent fundamentum in iure diuino. Sed in contrarium est, quia (vt videtur) Papa non potest dispensare, vt excommunicatus recipiat sacramenta, quia ponit obicem. Propter hoc argumentum in contra, Frater Iosephus in suis Flor. Theog. mater. de excommuni. & Couarruias, vbi supra de excommu. part. 1. §. 1. aduersantur huic sententiæ Soti. Igitur pro resolutione quæstionis, dico primo, quod si loquamur de illo effectu, qui est priuatio à participatione actiua sacramentorum, siue passiuæ, duplici ratione (vt videtur) Ecclesia non valet dispensare, vt excommunicatus in sensu composito manens talis, vt sic, valeat ea recipere, digne aut dispensare. Tum primo: quoniam li manet radix & fundamentum excommunicationis lata, quod est mortale peccatum inobediens; propter quod est lata, nondum deletum per penitentiam, iure diuino talis excommunicatus est indignus tali administratione, vel perceptione sacramentorum. Tum secundo: Quoniam, vt ethnicus talis est reputandus, vt glossat Soto, quando Ecclesia non est reconciliatus per absolutionem: sed ethnicus vt pote membrum se paratum & non aggregatum corpori Ecclesie & capiti, id est, Christo non potest Ecclesia, quia iure diuino est prohibitum, admittere ad suscipienda, vel administranda sacra-

sacramenta, ergo neq; excommunicatum ad hæc munia potest admittere; siquidem iure diuino Euangelij, vt ethnicus est euitandus. Existimo autem huic conclusioni non refragari, imo eam Sotum insinuare, dum formam excommunicandi in iure diuino fundari, ait, & maxime in illo loco: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus. Secundo dicitur, quod si loquamur de communicatione in officijs diuinis extra sacramenta, & de suffragijs communibus Ecclesie, & orationibus communibus, quoad impetrationem pro excommunicato, Ecclesia dispensare potest, vt excommunicatus his possit gaudere, & vt possit diuinis interesse. Hæc assertio est prædicti fratris Iosephi, & Panormita. capitu. nonnulli. eod. tit. & aliorum contra Couarruiam prædicto loco dicentem, quod Papa nequit concedere, vt aliquis communicet cum excommunicato excommunicatione maiori in diuinis. Quoniam Papa inquit, licet possit interpretari ius diuinum, sed non tollere. Sed ratio hæc Couarruiæ præter propositum esse videtur; quoniam petit principium, quod erat probandum. Nam negamus nos cum Soto esse tam de iure diuino expresso, scilicet, quod excommunicatus ab auditione horarum canonicarum & officiorum diuinorum in Ecclesia arceatur, aut quod à participatione suffragiorum, & orationum Ecclesie secludatur. Hanc autem assertionem de mente Soti esse, fat scio. Et probatur: Quoniam ex institutione Ecclesie est, quod semel inferia sexta parasceues in missa publica oratio pro hereticis fundatur, & infideles præfertim catechumenos admittit ad missam, vsque ad canonem exclusiue: ergo argumentum est maximum, quod possit cum excommunicatis super his dispensare. Non tamen dispensare potest, vt excommunicatus existens in mortali, possit particeps fieri suffragiorum Ecclesie quoad satisfactionem. Potest autem Papa dispensare secundum Couarruiam in pena positua, circa communicantes, cum quolibet excommunicato. Sicut etiam citra penam minoris excommunicationis participanda potest Papa participare cum excommunicato excommunicatione maiori. Sed id non poterit facere sine peccato veniali, saltem; nisi ex causa rationabili excusante, propterea quod subijcitur suis legibus, quoad vim directiuam, licet non quoad vim coactiuam, iuxta illud axioma iuris: Patere legem, quam ipse tuleris. Nam & hoc in-

sinuat Dominus Matthæi capitu. 23. Vbi vitio tribuit prælatis, quod imponant alijs onera grauiora, ipsi autem nolunt ea digito suo mouere. Sed ex iusta causa concedere Papa potest, vt in humanis communicetur excommunicato maiori. Episcopus autem non potest communicare etiam cum excommunicato à se ipso, ante absolutionem, secundum Doctores capitu. cum desideres; de sent. excommunic. Estque communis. Quia neque Papa communicando absoluit, nisi exprimat, & velit, vt patet clem. vltima eod. tit. Et quia episcopus absoluendo tenetur formam solennem iuris, seruare, secundum glossam in dicta clem. Ita Couarruias, vbi supra. Qui tamen addit, quod fortasse idem erit in episcopo, quod conceditur in Papa scilicet, quod si exprimat se communicando velle absolueri, si vere absoluat, absque iuris forma, absolutio tenebit licet male faciat prætermittendo formam. Sed hoc intelligendum puto, si alia forma sufficienti, vel æquiualentia vtatur.

¶ Sed, & dubium hoc explicacione eget, quænam sint suffragia illa & orationes, quibus potiri non potest excommunicatus. Respondetur autem, quod per orationes has, & suffragia comunia, quibus excommunicatus priuatur, procul dubio intelliguntur orationes, & suffragia, quæ publicitus in Ecclesia fiunt, eius nomine, per ipsius ministros. Quocirca orationes priuatim aliquem pro excommunicato ad Deum fundere non est prohibitu. Sed hæsitari consequenter solet, an in ipso memento, vbi ipse sacerdos nomine Ecclesie orat, vel in alijs missæ collectis, possit intentionem ad excommunicatum dirigere. Respondetur igitur ad quæstionem, quod secundum Syluestrum verbo excommunicatio. 1. §. 2. & secundum comunem, vt minister Ecclesie nullus sacerdos, oratione publica potest orare pro excommunicato in memento, vel in orationibus missæ, bene tamen vt persona priuata, ibi potest orare pro excommunicato, vt illum Deus conuertat. Super hoc vltimum scrupulo agitur Soto ait, quod forte id est verum, & pium, quod priuatim possit in missa pro excommunicato orari. Sed, inquit, id non caret scrupulo: nam potuit Ecclesia id prohibere. At opinionem Syluestri Couarruias vbi supra. §. 6. n. 4. ait esse comunem. Quoniam D. Thomas solū, ait, scilicet non posse orari pro excommunicato orationibus communibus scilicet, quæ fiunt pro membris Ecclesie. Imo ait id Couarruias, cui assentit Nauarrus in sum. capitu.

pit. 27. nu. 36. quod in memento speciali oratione sacerdos priuatim, non ut minister Ecclesie, pro excommunicato orare potest; quoniam leges pœnales sunt restringendæ. Imo addit. Nauarrus; quod quâdo communiter dicitur, quod oratione publica in missa, vel in diuino officio, non est orandum pro excommunicato, hoc communè dictum non procedit, in excommunicato nulliter, seu inualidè, neq; in excommunicato validè, sed ex iniusta causâ coram Deo; neque in excommunicato iuste, quem credimus vere pœnitere, modo in his casibus non fiat oratio expresse publice pro illo; iuxta mentem Hostiensis in capi. cum voluntate, de sentent. excommuni. Nauarro videtur assentire Couarruias vbi supra. §. 6. dicēs, quod potest celebrari pro excommunicato, etiam non absoluto, qui iam pœnituit, & absolutionem diligenter procurauit, si fiat secretè. In cuius rei gratiam allegat Hostiensem, quem ait, cōmuniter esse receptū. Sed quâuis istorum sententia pia videatur: sed tamen in duobus casibus, quos ex Hostiensis adducit Nauarrus, scilicet in casu, quo quis est excommunicatus validè, sed ex iniusta causa, & in casu, quo vere excommunicatus pœnituit, & absolutionem procurauit diligenter ( ut ait Couarruias ex mente Hostiensis) maiori discussione, & distinctione opus est ad resolutionem illorum: de quibus postea resolutius cū Caietano & Soto agemus. Interim tamē notandum est, quod ibi superaddit Nauarrus, quod pro excommunicato non denunciato, neque notorio, potest orari publice per extrauagantem latam à Martino. V. quæ post Sanctum Thomam lata fuit, per quam nunc non denegatur sepultura his, qui excommunicati moriuntur, nisi sint denunciati: Sed assertio Nauarri nō trāsīt sine scrupulo, nisi cōsuetudo, quæ interpretatur legē eā cōfirmet; si verū est scilicet, q̄ eis consueuit dari sepultura cū solēni officio Ecclesie. Alias merito de illa dubitari poterit propter illā clausulā, quā addit ibi Papa Martinus ex concilio Cōstant. scilicet, Per hoc tamē nō intēdimus releuare, neq; iuuare sic excommunicatos, suspensos, aut interdictos, aut prohibitos. At quidē videtur, quod hi releuarentur & iuuarentur, maxime, si orationes publicæ nomine Ecclesie ad Deū fundi possent (eo quod nō essent publice denunciati) pro ipsis vere aliis excommunicatis. Addit insuper ibi Nauarrus vnum, vbi vix se declarat, & tamen maxime sibi applaudit de tali assertionē à se denuo notata. Asserit enim, q̄ licet sacerdos nō possit dicere missam oran-

do in ea nomine Ecclesie pro excommunicato; tamen illud opus orandi, & applicandi, pro quibus mandat orare, & applicare Ecclesie, quia aliud est, quam applicare preces iniuste, aut eius valorem alicui, poterit sacerdos applicare pro excommunicato, ut conuertatur. Quod quidem assertum Nauarri videtur intelligibile. Quoniam loquendo ex parte Ecclesie, & pro ut sacerdos in nomine eius orat, & applicat pro aliquibus orationes publicas, idē est illud opus orandi & applicandi, quod in rei veritate orare, & applicare. Quocirca si non licet sacerdoti primum facere, ut minister Ecclesie est, ergo neque secundum, neque ē contra. Igitur ne omnino refutemus eius assertionem magis metaphysicam, quam moralem, dicimus, quod verum habere potest, si illud opus orandi & applicandi, quod fit nomine Ecclesie consideretur, ut per illud sacerdos orans & applicans preces publicas, inde aliquod reportat meritum priuatum. Nam hoc poterit priuatim applicare ad merēdam, hoc est, ad impetrandam conuersionem alicuius excommunicati, ut illum conuertat Deus.

¶ Porro dubium hoc tanquam ex prædictis consequens, sui quoq; explicationem postulat scilicet, vtrum, si is qui legitime excommunicatus est respiscat, & ita pœniteat, ut sit iam in charitate, antequam absoluitur & satisfaciatur, quoniam iam propositum satisfaciendi in animo concepit, priuatus maneat adhuc illis subsidijs spiritualibus, quæ iustis ex consortio iustorum solent prouenire, iuxta illud: Particeps ego sum omnium timentium te. Respondetur ergo primo, contra alios cum Soto, quod certe illo fructu participationis iustorum priuari iam non videtur prædictus excommunicatus iam vere pœnitens. Quoniam fructus iste non nascitur ex institutione & applicatione Ecclesie: sed iure ipso charitatis Dei: & ideo fortasse (inquit Soto) Ecclesia non potest bonos, & iustos illo priuare fructu. Secundo iam hinc aliud dubium, quasi à latere, nos vrget scilicet, an prædictus excommunicatus iam vere pœnitens antequam absoluitur dum in mora petendi absolutionem non est, suffragijs & orationibus communibus Ecclesie gaudere incipiat. Et quidē quæstio est, quæ pro vtraq; parte anceps est. Quoniam pro parte affirmatiua facit, quod Ecclesia quoniam pia mater est, videtur nolle laedere aliquem, neque priuare suis communibus suffragijs in foro conscientie illum antea excommunicatum, & nondum absolutum, qui iam

iam per veram pœnitentiam coram Deo fauoribus Dei, ac per consequens fauoribus sue Ecclesie dignus est. Sed in contrarium est, quod excommunicatio est pœna medicinalis: ergo licet iste excommunicatus iam per contritionem sit in gratia, nihilominus Ecclesia, ut puniat præteritam contumaciam, & reprimat hunc & reliquos à futura inobedientia, non immerito hūc antequam absoluitur, & satisfaciatur ad suas orationes, & suffragia communia non vult acceptare. Propter has contrarias rationes Soto tenens negatiuam dissentit à Nauarro, qui in sum. cap. 27. num. 17. & 18. videtur sequi affirmatiuam, cui videtur accedere Couarruias vbi supra, allegans Hostiensem. Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod opinio negatiua Soti probabilior est, & magis consona menti & verbis Diui Thomæ. Qui (ut colligitur ex additionibus ad 3. partem. quæsti. 21. articulo. 4. in solutione ad 1.) ait, quod licet homo gratiam Dei iniuste amittere non possit, potest tamen illa amittere iniuste, quæ ex parte nostra sunt, quæ ad gratiam Dei disponunt: cuiusmodi sunt suffragia etiam communia Ecclesie. Quod & rursus insinuat in solutione ad secundum dicens, quod pœnæ, quales sunt effectus excommunicationis pœnales; possunt etiā iniuste infligi à rectoribus Ecclesiarum. Ergo, si autore D. Thomæ, excommunicati iniuste possunt amittere ea, per quæ disponimur ad gratiam, scilicet, suffragia Ecclesie: ergo multo magis qui alias fuit iuste excommunicatus, etiam si pœnituerit, antequam absoluitur in pœnam contumaciæ præteritæ; potest priuari ab Ecclesia suffragijs communibus eius. Secundo patet: Quoniam, si excommunicatio iniusta, dum eius iniustitia notoria non est, timenda est, propter pœnas, quas infligit: ergo multo magis timendū est, quod excommunicatus iuste, etiam si iam pœniteat ante absolutionē suffragijs Ecclesie sit priuatus. Secundo dicimus etiā ad quæstionē, quod quia opinio cōtraria Hostiensis, & Nauarri & Couarruiæ pia apparet, & fundata aliquantulum in iure canonico, in cuius expositione, & in explicatione pœnarum posituarum eius, canonistæ cæteris paribus prævalent: ideo non audeo eā ut omnino improbabile refutare. Tū propter argumentū pro parte affirmatiua allatū. Tum etiā, quoniam suam affirmatiuam hanc partē non absolute affirmant, sed cum his limitationibus: Primo quando pœnitet iam excommunicatus ille, & secundo simul cum hoc, & procur-

Instruēt. Conf. pars. 2.

Arauit pro viribus absolutionem. In huius rei gratiam sumitur argumentum ex capi. dixi & cap. magna. distinctione prima de pœnitentia. Atque certe opinio hæc magis innititur æquitati, quam legis rigori. Nam legis rigor excommunicatum denunciatum iam pœnitentem, & quærentem absolutionē, ante absolutionem arcet à communicatione externa: ergo etiam à suffragijs; quanuis statim se offerat hic vtriusq; diuersa ratio, propter quam hæc vltima potest negari consequentia.

¶ Accedit & aliud dubium, scilicet, an excommunicationis sententia, sic priuet à participatione sacramentorum, ut non solum illa suscipiens peccet, verum etiam sacramentum annullat. Et de reliquis sacramentis, quæ consistunt in applicatione materiæ extrinsecæ, non est dubium; quin impensa excommunicato sint valida, etiam si ille, qui est in peccato mortali hæc sacramenta suscipiens fructum eorum non percipiat, ut sunt baptismus, confirmatio, ordo, & secundum Sotum etiam eucharistia, & extrema vntio. Igitur de sacramento pœnitentiæ duntaxat hic controuerti solet. Videtur autem, quod absolutio impensa excommunicato etiam vincibili ignorantia ignorantem se esse excommunicatum, vel non licere excommunicato accedere ad sacramentum absolutionis, sit valida. Quoniam alias nemo esset tutus, an fuerit vere absolutus: quia nemo scit certo, se non esse excommunicatum, saltem excommunicatione minori. Tum etiam secundò probatur, quod etiam scienti certo se esse excommunicatum impensa absolutio valeat. Quia licet absolutio excommunicati sit iure prohibita, nullibi tamen stabilitum est, eam esse irritam. Non igitur iura citra causam sunt aggrauanda, quasi irritantia factum, vbi expresse illud non irritant. Tertio; Quoniam reliqua sacramenta exhibitæ excommunicato, tenent, ut confirmatio; eucharistia, extrema vntio: cur ergo & sacramentum pœnitentiæ non erit similiter validum. Item quarto probatur: Quoniam quando scienter accedit fectus quis ad sacramentum absolutionis; licet non percipiat fructum, tamen sacramentum est validum: quoniam non tenetur illud reiterare, si integre confessus est omnia peccata, & etiam suam fictionem: ergo pari ratione absolutio impensa excommunicato in confessione sacramentali valida erit, antequam absoluitur ab excommunicatione, si confiteatur se esse excommunicatum, & ab ignaro sacer-

sacerdote sacramentaliter absoluat. Item quinto: Quoniam ignoranter in excommunicatione celebrans non incurrit irregularitatem: ergo etiam absolutionem ignoranter in excommunicatione percipiens, non incurret poenam aliquam irritantem sacramentum absolutionis. Sed in contrarium est: Quoniam iste sic excommunicatus in tali excommunicatione percipiens absolutionem, ponit obicem non solum gratiae, & effectui sacramenti; sed etiam ipsi sacramento à culus perceptione est prohibitus: ergo inualida erit ei impenfa absolutio. Igitur in hac quaestione variant Doctores. Nam in casu ignorantiae inuincibilis, qua quis inculpabiliter se ignorat excommunicatum, cum vere sit excommunicatus, Caietanus tenet, quod ei absolutio impenfa sit valida, etiam quoad fructum gratiae, & remissionis peccatorum percipiendum. Et in hoc Caietano suffragantur Adrianus. quaestio. 2. principali de clauibus dubio penultimo & Palud. distin. 14. quaestio. 4. Additque Caieta. quod etiam in casu, quo excommunicatus scienter accedit, vel vincibiliter & culpabiliter ignorans, si integre confiteatur, etiam de illa excommunicatione, & ab ignaro sacerdote absoluat, valida erit absolutio, saltem quoad validitatem sacramenti, vt non sit iterandum. In hoc autem ei contra pugnat Sotus loco citato, dicēs, quod si haec opinio Caietani intelligatur de excommunicatione maiori, neque est tā certa, neque tam tuta, quod quinque rationibus probat.

¶ Igitur pro illucidatione quaestionis dicimus primo, esse praenotandum quod citra dubium, tam excommunicato etiam excommunicatione minori accedere ad sacramentum, quam sacerdoti illud illi administrare, est peccatum: quoniam excommunicatus prohibitus est illud suscipere, & sacerdos ei conferre. Sed quale peccatum hoc sit, si quis sciscitetur, iam Caieta. in summa, verbo, absolutio respondet, quod cum collatio, & receptio sacramentorum, sit res grauis, & in casu praedicto prohibita, fit sane, vt sit peccatum mortale, conferre absolutionem sacramentalem excommunicato, & eam ipsum suscipere ante absolutionem ab excommunicatione. Excipit tamen hic Adrianus loco citato casum, in quo esset excommunicatus, tā proximus morti, vt animam iam exhalaret, ita vt timeretur sine absolutione à peccatis moriturus, si morula minima interueniat in absoluendo eum prius ab excommunicatione. Sed tamē respondetur, quod praeterquam, quod iste ca-

**A** sus est veluti metaphysicus, & de raro contingitibus, licet ita esset, vt ait Adrianus in casu, illo q̄ valida esset absolutio à peccatis prius impenfa illi excommunicato in illo periculo; quoniam intentio Ecclesiae non est obstaculum obijcere saluti morientis, qui posset fieri ex attrito contritus per sacramentalem absolutionem: tamen certe est frustranea huius casus exceptio. Quoniam, si casus ille vsu eueniret vnico verbo posset fieri absolutio ab vtroque dicendo, absoluo te ab excommunicatione, & à peccatis: imò verbū, te absoluo cum intentione absoluendi ab vtroque; autore Soto sufficeret. Secundo dicimus breuiter incipientes à clarioribus, quod nō tenetur excommunicatus excommunicatione, siue minori, siue maiori iterare confessionem: quoniam valida fuit, quando inuincibiliter, hoc est, inculpabiliter, & quod dicunt iuristae, probabiliter, ignorauit, se esse excommunicatum, & ideo sine prauiā absolutione ab excommunicatione sacramentaliter absolutus est; vel quando attentata eius qualitate iusto & probabili errore iuris, vel facti existimauit, prius se posse à peccatis, quā à tali excommunicatione absolui. Sic Caietanus, vbi supra, & Nauarrus in summa. capi. 9. nume. 3. Est Couarruuiæ in relect. de sent. excomm. prima parte. §. 6. Qui citat Paludem vbi supra, & Syluestrum verbo confessio. 1. §. 4. asserentes, hic ignorantiam probabilem à reiteratione confessionis excommunicatum nō excusare. Sed certe Sotus vbi supra, ait Paludem & Caietano suffragari; eum quo ait assentire Adrianum. Probatur primo: Quia haec nostra secunda assertio deducitur ex capite Apostolicae, de clerico excommuni. Vbi diffinitur, quod clericus suspensus, vel excommunicatus ignorāter celebrādo, nulla indiget dispensatione, respectu irregularitatis, alias secus. Ergo etiam excommunicatus ignoranter absolutus à peccatis à simili, non indiget alia absolutione. Tum secundo patet: Quoniam nihil valet ratio Syluestri in cōtra dicētis, quod talis excommunicatus erat incapax absolutionis susceptae. Quia respōdetur, quod ignorantia haec probabilis tollit obicem absolutioni sacramentali: ergo valida fuit dum impenfa fuit excommunicato sic ignoranti. Tum tertio probatur ratione Metinae in sua instructione confess. lib. 1. §. 3. de effectib. excommunicationis. vbi hanc nostram sententiam tenet. Quia inquit, idem est iudicium de excommunicato in excommunicatione recipiente sacramentum absolutionis, & de constituto in peccato mortali idē sacramentū recipiente.

Vnde

Vnde sicut, si aliquis ex ignorantia inculpabili ommitteret cōfiteri vnū peccatū mortale, nihilominus validū ei tunc esset sacramentum, & efficax ad gratiā cōferendā: sic etiā pari ratione, si aliquis ex obliuione inculpabili cōfiteri ommitteret excommunicationem, in quā fuerat antea lapsus, sacramentū absolutionis, & valorē & effectum gratiā in illo fortiretur. Tū quarto patet: Quoniam Ecclesia nunquā instituit, q̄ sacramenta recepta ab excommunicatis sint nulla, sed solū, quod ea recipiēdo peccēt. Vnde cōstitutissimum est, quod quādo ex ignorantia, vel obliuione inculpabili sacramenta recipiuntur absq̄ prauiā absolutione ab excommunicatione, sunt certa & valida. Hoc etiam probant argumēta ante facta in gratiam Caietani. Sed quid, si sciat excommunicatus tali censura se esse irretitū, vel illud ignoret ignorātia vincibili, vel crassa; an tū impenfa ei absolutio sacramentalis erit valida, & per consequens non iteranda. Iam hic habemus Sotū obstitentē Caietano, & dicentē, opinionē affirmatiuā Caietani, scilicet, quod talis absolutio sit valida, non esse certā, & tutā, quod multipliciter cōtendit probare. Primo: Quia excommunicatus maiori excommunicatione, si est nominati excommunicatus. Et denunciatus, si sacramentum absolutionis conferat, sacramentum est nullum: ergo si excommunicatus recipiat sacramentum absolutionis sacramentū etiā erit nullū. Probatur ista cōsequētia à paritate rationis: Quoniam sicut excommunicatus excommunicatione maiori prohibetur sacramenta conferre: ita etiā sacramenta suscipere. Secundo arguit: Quoniam si excommunicatus maiori excommunicatione nominati & publice denunciatus, aliquam sententiā, scilicet, excommunicationis, vel suspensionis in foro exteriori proferre attentet, totū est cassum & nullū: ergo eadē apparet ratio si sacramentum suscipiat. Tertio arguit ex capite. si celebrat. de cleric. excommuni. vbi habetur, quod si clericus minori excommunicatione implicatus sacramenta conferat, suum sortiuntur effectū: quia non videtur à collatione, sed à perceptione sacramentorum exclusus. Ergo videtur, quod saltem si attentet ea recipere, quod receptio sit nulla: quod saltem in excommunicatione maiori videtur concludi. Item quarto arguit ex eodem capite. Vbi etiam habetur, quod si excommunicatus etiā excommunicatione minori, eligitur, electio est irritada: quia est illa priuatus. Et capi. postulasti eodem titulo. habetur, quod clericis excommunicationis vineulo irretitis Ecclesiastica beneficia cōferri non

Instruct. Conf. pars. 2.

**A** possunt, neq; ipsi ea possunt. sine dispensatione retinere: ergo eodem modo sacramentum videtur esse irritum excommunicato collatū, Quinto arguit: Quoniam secundum D. Augustin. nulla p̄na maior est in Ecclesia, quā excommunicatio: ergo per maiorem excommunicationem susceptio sacramenti irritatur: alioquin non esset illa maxima p̄na. Sed in contrarium est, quod Metina Salinanticensis in sua instruct. loco vbi supra sic ait: Manifestum est in vera Theologia, quod quando ignorantia, vel obliuio etiam culpabilis excommunicationis interuenit, sacramentum valide confertur; nisi sit ignorantia tam crassa, & culpabilis, vt idē esset, quod dedita opera illā excommunicationem velle ignorare.

¶ Igitur ad hanc quaestionem magis specialem dicimus primo, quod quauis culpabiliter quis ignoret, se esse excommunicatū, vel quauis id sciat; sed tamen si nescit neque aduertit se committere peccatum mortale percipiēdo sacramentalem absolutionem, in excommunicatione sine prauiā eius absolutione, nō ideo inualidum percipit sacramentum absolutionis: ita vt necessario sit iterandum. Haec est opinio Caietani, Nauarri & Couarruuiæ, & Metinae in sua instructione. Est communis Theologorum (vt ait Couarruuias cōtra Sotū & Syluestr. Palud & Adrianū, & cōtra Metinā Cōplutensem tractatu. 2. cap. de confessione.) Probatur autē primo rationibus supra allegatis, & secūdo patet: Quoniam si quis ex ignorantia culpabili ommitteret cōfiteri aliquod peccatū mortale, quia ignorat esse mortale, vel nō aduertit se illud omittere: etiam si haec inaduertentia sit aliquantulum culpabilis, nō esset inualida eius confessio, licet esset informis, & absq̄ue effectu gratiā. Ergo pari ratione erit verum sacramentum quando p̄nitens in confessione excommunicationem à se incurram non explicuit ex ignorantia culpabili: quoniam nullam se incurrisse putauit, vel ex obliuione culpabili: quia non aduertit se omittere confessionem excommunicationis; aut sine eius prauiā absolutione se percipere absolutionem sacramentalem à peccatis. Ex praedictis infert Metina in sua instruct. confess. vbi supra, quod sententia praedicta Caietani verificatur in tribus casibus. Primo, si p̄nitens cōfessus est, se esse excommunicatum: verum confessor ex ignorantia, vel ex obliuione eum ab excommunicatione nō absoluit: sed tantum à peccatis: quoniam tunc verum recipit sacramentū & fructum gratiā eius. Secundo, quando ex

O o 2 igno-



Ignorantia, vel ex obliuione inculpabili confessori poenitens excommunicationem suam non explicuit, & absolutus est ab eo à suis peccatis. Quoniam tunc simul cum vero sacramento gratiam eius percepit. Tertio, quando poenitens ex ignorantia, vel ex obliuione culpabiliter etiam interueniente, missam fecit confessionem excommunicationis. Nam in hoc casu hæc confessio, licet informis vocetur à Theologis, eo quòd facta fuerit extra gratiam, neque gratiam contulerit, valida tamen est in hoc sensu, scilicet, quatenus non subest obligationis causa ad eam repetendam, ob talem negligentiam, vel excommunicatio nis obliuionem.

¶ Præterea, vt omnes nodos quæstionis vndique dissoluamus, quæritur nunc magis in speciali, an in aliquo casu contraria opinio Soti sit vera, quæ est etiam Syluestri, & Adriani. Nam aiunt isti, quibus accedit Couarruias, quòd cum talis excommunicatus scit, vel scire debet absolui non prius se posse à peccatis, quam ab excommunicatione, & sic absoluitur sine absolutione præuia excommunicationis, confessionem iterare debet. Hoc etiam tenet & Palude, & Nauarrus, & Metina tracta. 2. capitu. de confessio. contra Caieta. cuius opinionem frequentiori iudicio Theologorum probari, ait Couarruias. Eamque ipse admittit in casu tantum, quo poenitens confessori manifestaret excommunicationem suam, & culpam, qua voluit prius absolui à peccatis, quam ab illa. Quia tunc, inquit, valeret alias non. Sed quoniam per hæc omnia non plene quæstioni videtur satisfactum, respondetur ad quæstionem à clarioribus incipiendo. Primo id, in quo conueniunt omnes & Sotus, scilicet, & Caietanus. Nempe, quòd quando excommunicatus scienter est absolutus, vel per ignorantiam culpabilem mortalem, non percipit fructum sacramenti. Patet: quia cum accedat in affectu peccati mortalis opponit obicem gratiæ. Secundo dicitur, quòd in casu, quo excommunicatus scit, & aduertit esse culpam lethalem, recipere absolutionem à peccatis, antequam absoluitur ab hac excommunicatione, etiam si hanc culpam confiteatur siue nõ, nõ est valida eius confessio, neque absolutio: sed iterandum est sacramentum. Hæc assertio est Nauari loco citato, contra Couarruiam, vt satis apparet, qui supra asseruit se opinionem Caietani admittere in casu, quo excommunicatus confessori eam culpam manifestaret. Sed certe sic etiam limitata à Couarruia opinio

**A** hæc non est de mente Caietani. Et probatur hoc secundum dictum: quoniam hic excommunicatus in hoc casu, dum aduertit & scit esse culpam mortalem, sic in excommunicatione percipere absolutionem sacramentalem à peccatis caret contritione, atque etiam vera attritione, quæ comitari sacramentum debet (quoniam cum proposito committendi scienter in ipsa actuali perceptione absolutionis sacramentalis illam culpam mortalem accedit) ergo ponit obicem non solum gratiæ, sed ipsi sacramento absolutionis: quoniam vt impænitentem, ac per consequens, vt in absolubilem se sacramento proponit. Est ergo & huius sententiæ Caietanus, qui in summa ait, quòd ille, qui sic est impænitens, vt fateatur confessori emendandi se à mortali carere proposito, non obstante confessione culpa huius, si absoluitur validum & verum non percipit sacramentum, sed iterandum: quoniam scienter, vt impænitentem, & in absolubilem confessori se præbuit. Ergo à simili idem accidit in excommunicato isto, qui scienter habuit propositum non abstinendi ab illa culpa mortali perceptionis sacramenti absolutionis. Sed adhuc magis in particulari descendendo quæritur, an illa sententia Metinæ in sua instruct. vbi supra sit semper vera, scilicet, vbi ait, quòd si ignorantia in isto excommunicato fuit tam crassa & culpabilis, vt perinde fuerit, ac si ex consulto id voluisset ignorare, tunc absolutio sacramentalis ei impensa fuit inualida. Respondemus ergo præmittentes primò, quòd ista ignorantia crassa potest procedere ex negligentia crassa, quam habuit in nõ debite examinando suam conscientiam, vt memoraretur, vtrum commisisset aliquam culpam mortalem, ob quã etiam excommunicationis censuram incurrisset. Et tunc planum est, quòd cum secundum communem opinionem negligentia crassa, & supina in examinando conscientiam efficiat confessionem inualidam, & iterandam: quòd etiam ista ignorantia excommunicationis, vel obliuio ex tali negligentia crassa examinandi conscientiam proueniens nullam efficit confessionem illius excommunicati. Si autem ista ignorantia, qua quis nescit esse culpam mortalem percipere absolutionem sacramentalem à peccatis sine præuia absolutione à censura, procedit ex ignorantia iuris (vt communiter accidit) scilicet, quia nescitur id esse iure prohibitum, tunc rustici, & vulgares illi, quibus licet hoc ius ignorare, si sic excommunicati absolutionem perciperent, eorum hæc ignorantia, quoniam neque

crassa

crassa in illis est regulariter, nõ inualidam reddit eorum confessionem. Sicut exemplificat Nauarrus, verbi gratia, in casu, quòd aliquis est excommunicatus, & nesciens, vel non aduertens se excommunicatum esse, bona fide peccata sua confitetur, & recipit absolutionem. Sicut in vsu est apud plures, qui ea ignorantia laborant, vt non putent propter percussione clericum in minoribus constituti, vel prima tonsura initiati, excommunicationem incurri; aut etiam non aduertunt sententiam esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel aliquid aliud suffurati fuerint. Hi certe, inquit Nauarrus, quamuis remaneant obligati ad absolutionem ab excommunicatione impetrandam, non tamen confessionem iterare tenentur.

¶ Secundo dicitur, quòd si quis ex ignorantia etiam vincibili, & culpabili ignorauit, cum esset excommunicatus, quòd ex iure canonico id prohibente, esset peccatum mortale recipere sacramentum absolutionis, sine præuia absolutione ab excommunicatione, & ideo illud percepit; non ideo iterare tenetur confessionem; contra Couarruiam supra dicentem, quòd iteranda est talis confessio ab excommunicato, quando et si nesciuit, scire tamen debuit, non posse se prius absolui à peccatis, quam ab excommunicatione quòd de mente Nauari & Paludis esse dixit: Probat autem hoc secundum dictum, quòd est ex mente Magistr. Cano. in sua Relection. de poeniten. Vbi ait, quòd si quis ex ignorantia culpabili & vincibili exstimet periurium pro seruanda vita hominis esse licitum, vnde non confitetur illud peccatum, quoniam putat se non peccasse; item si mercator aliquis aliquem contractum licere credebatur, vel muliercula aliquam superstitionem putabat esse religionem, ex culpabili quadam ignorantia, non arbitror, inquit, tam criticos ac seueros iudices esse futuros, vt omnes horum antea factas confessiones iubeant iterari. Intrepide ergo tenere possumus cum Caietano huius confessiones repeti non oportere, quòd si hoc est verum, vt apparet, etiam verum esse fatendum est, quòd prædicti excommunicati si propter ignorantiam culpabilem iuris, quòd scire tenebantur, perceperunt absolutionem à peccatis sine præuia absolutione à censura, putantes nihil prohibitum mortaliter, se in hoc committere, etiam si hanc culpam hac ratione confiteri omiserunt; non ideo tanquam inualida iteranda est eorum confessio. Eodem modo philosophandum est de excommunicatione.

**A** municato excommunicatione minori, scilicet, quòd in solo eo casu, quo scit se esse sic excommunicatum, & scit & aduertit peccatum esse mortale suscipere absolutionem à peccatis, sine præuia absolutione ab ea excommunicatione minori, & absoluitur, sacramentum est iterandum, quamuis credat Sotus opinionem Caietani veram esse de excommunicatione minori: quoniam non credit, inquit, ecclesiam huiusmodi excommunicatum cum tanto rigore à sacramentis arceret. Sed iam superest respondere ad argumenta, ita tamen, vt ad argumenta Soti prius respondeamus, deinde ad alia posita in principio præcipuæ quæstionis, si aliqua eorum indigerint solutione.

¶ Ad primum igitur Soti argumentum, Respondetur negando consequentiam. Non enim valet consequentia hæc: Excommunicatus nominatim, & publice denunciatus, non potest valide absolui sacramentaliter: ergo neque excommunicatus potest absolui valide à confessore, vel à iudice non excommunicato. Quoniam est diuersa ratio. Nam ad absoluumendum sacramentaliter requiritur iurisdictio, qua excommunicatus sic denunciatus est priuatus: sed confessor, vel iudex non excommunicatus, non est priuatus iurisdictio: ac propterea valide absolui potest excommunicatum. Vnde negatur, quòd eadem sit prohibitionis ratio in excommunicato conferente sacramenta & in suscipiente.

¶ Ad secundum argumentum concessio, etiam antecedenti, negatur consequentia. Non enim bene sequitur, quòd si excommunicatus publice denunciatus non potest proferre sententiam excommunicationis in foro exteriori, ita vt valida sit, quòd neque etiam excommunicatus valide sacramenta recipiat: quoniam non est eadem ratio. Primo, quia sic denunciatus caret iurisdictio, sine qua neque prolatio censure, neque eius absolutio, etiam in foro exteriori, valet. Quòd non contingit in excommunicato, dum absoluitur à non excommunicato. Secundo: quoniam non obstat, quòd sententia excommunicati nominatim & notorie denunciati in foro exteriori, sit inualida: sicut etiam collatio beneficii excommunicato facta nihil valet, iuxta cap. postulasti de cleric. ex comm. in iust. Quoniam, vt ait Nauarrus, vbi supra ius humanum circa ea, quæ sunt iuris humani, sanare potuit aliquid, irritando aliquos actus non tam legitimos. Quòd non decuit neque debuit facere circa substantialia

sacramentorum, quæ sunt de iure diuino, & instituta à Christo, vt concilium Tridentinū sess. 6. can. 1. diffinit.

¶ Ad. 3. Argumentum desumptum ex cap. si celebrat, de clerico excommunicato ministrant. vbi habetur, quod sacramenta collata ab excommunicato excommunicatione minori, non carent effectu, quoniam solū est remotus à perceptione sacramentorum, Respōdetur, quod hinc non colligitur, quod perceptio ipsa sacramentorum in ipso excommunicato minori excommunicatione sit nulla: quoniam id est etiam contra ipsum Sotum. Sed hæc ratio redditur in textu secundum glossam ibi: vt quia est hic priuatus à participatione passiva sacramentorū, non videatur esse admittendus ad illa recipienda, hac, scilicet, via, quod potest ea valide conferre, & per consequens quod possit ea suscipere: cū hoc videatur minus. Quoniā hoc est cōtra caput. cū de Regul. iur. vbi dicitur, q̄ cū quid vna via prohibetur alicui, ad id alia nō debet admitti.

¶ Ad quartum argumentum desumptū ex cap. postulastis. de cler. excommu. ministrat. vbi irrita esse decernitur collatio facta excommunicato. Patet. Quoniā iam responsum est, quod alia sit ratio de perceptione sacramentorum ab excommunicato: quoniam ea noluit, neq; debuit Ecclesia irritare, cum iuris diuini sint, & habeāt Deū autorē, vt prædixit Nauar.

¶ Ad quintū argumētū desumptū ex D. Augustino, respondetur, cōcedendo, q̄ nulla p̄na est maior in Ecclesia, quam excommunicatio. Negatur tamen, quod non esset maior, nisi sacramenta irritaret: quoniam tot habet alios effectus adeo p̄nales & acerbos, vt merito propter illos, p̄na maior dici possit; licet non se extendat ad irritandam susceptionem sacramentorum, quæ Christum Dominū habent institutorem.

Ad reliqua argumenta posita in frontispicio præcipuæ quæstionis, quoniam faciūt pro nobis, & Caietano, nihil respondere est opus, nisi solum ad quartum, quatenus contendit probare, quod sicut facti alias integrè confitentur etiam suam fictionem validā suscipiunt absolutionem, sic etiam qui sciens se esse excommunicatum, & aduertēs esse mortale sic absolui à peccatis: à peccatis absolueretur, si istam fictionem confiteretur. Respondetur ergo, vt prædiximus, non esse hic eandem paritatem rationis, propterea quod excommunicatus hic in ipso punēto percipiendæ absolutionis in proposito, est committendi illam fictionem peccati mortalis, quam

scienter tunc vult admittere, ac propterea impenitentem, & inabsolubilem se exhibet.

## C A P. X I I.

¶ *Vtrum Ecclesia debeat aliquem excommunicare: Et an pro damno temporali debeat ferri excommunicatio: Et an ad eam incurrendam requiratur peccatum inobediencie sub monitione, & citatione canonica & in particulari sub p̄na excommunicationis. Et an pro præteritis culpis excommunicari quis possit: Et de excommunicatione lata sub conditione, vel ante appellationem, vel post.*



Variatur deinde secundo à D. Thoma, Vtrū Ecclesia debeat aliquem excommunicare. Respōdetur autem, quod iudiciū Ecclesie Dei iudicio cōforme esse oportet: Deus autem peccatores multipliciter punit vno modo, vt ad bonum eos trahat, alio modo hominē sibi relinquendo, vt auxilijs subtraçtis, quibus à malo præpediebatur, suā infirmitatē cognoscat, & humilis ad Deum redeat, à quo superbus discesserat. Et quantum ad vtrumq; Ecclesia in excommunicationis sententia imitatur diuinum iudiciū, quo per flagella castigat, in quātum autem à suffragijs, & alijs spiritualibus se parat imitatur diuinum iudiciū, quo hominem sibi relinquit, vt per humilitatē seipsum cognoscens ad Deum redeat. Neque obstat, quod excommunicare sit maledicere: Quoniam excommunicatio non est maledictio, quod per intentionem sistat in malo: quoniā hæc est prohibita, sed est maledictio, quæ ordinatur ad bonū illius, cui maledicetur; quæ sic est licita & salutifera, sicut & medicus quādoque nocumentum infert infirmo, vt sectionem, per quam ab infirmitate liberetur. Neq; obstat, quod dicitur in epistola Iudæ, quod Michael cum altercassetur cum diabolo de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemie, sed ait. Imperet tibi Deus. Quoniam respondetur, quod non hinc sequitur, quod Ecclesia militans non debet alicui iudicium maledictionis, & excommunicationis inferre: quoniam Diabolus incorrigibilis est, & ideo nō est susceptibilis alicuius correctionis per excommunicationis sententiā. Neq; obstat etiā arguere, q̄ non est aliquis in manu hostis tradendus, nisi omnino desperatus, sicut fit per excommunicationem, per quā traditur aliquis in manu Satane vt patet. 1. ad Cori. 5.

Quo-

Quoniā respondetur, q̄ nō est inconueniēs, si ille, qui non est desperatus (sicut nullus homo talis est in via) hosti datur: quoniā non datur quasi dānandus, sed quasi corrigendus cū in potestate Ecclesie sit, ex eius manu ipsum cū voluerit eripere, ab his malis, quæ incurrit excommunicatus propter priuationē suffragiorum Ecclesie, quibus priuatur. Quæ quidem mala & incōmoda sunt tria, iuxta tria bona, quæ ex suffragijs Ecclesie nobis proueniunt. Nam priuatur homo eo augmento gratiæ, ad quod per suffragia posset disponi, vel ad gratiā, quæ illa suffragia de congruo possent illi mereri, impetrando illi à Deo dispositionē ad illam, & auxilio, ex illis proueniente ad custodiam virtutum. Et secundum hoc incurrit hoc malū, quod à protectione Dei speciali, qua speciali modo filios Ecclesie custodit, secluditur. Et quantum ad hoc, dicit Magister sentent. quod in primitiua Ecclesia maior potestas sciendi in excommunicatum, tam ad spiritualiter, quam corporaliter excommunicatum vexandū Diabolo dabatur: vt per hæc signa in primitiua Ecclesia homines ad fidem inuitarentur.

¶ Queritur tertio, Vtrū pro dāno tēporali debeat aliquis excommunicari. Respōdetur autē, q̄ per excommunicationē iudex Ecclesiasticus excommunicatos excludit à regno quodammodo. Vnde cū non debeat excludere à regno, nisi indignos, vt ex diffinitione clauis patuit, neque aliquis reddatur indignus, nisi per peccatum mortale charitatē amiserit, quæ est via ducēs ad regnum ideo nullus excommunicari debet, nisi pro peccato mortali. Et quia in rebus temporalibus aliquis mortaliter peccat, & contra charitatem interdum facit, ideo pro damno illato Ecclesia aliquem excommunicare potest. Sed quia excommunicatio est grauissima p̄narū; p̄næ autē medicinæ sunt secundū philosophum in secundo ethic. sapientis autē medici est à leuioribus incipere medicinis, & minus periculosis, ideo excommunicatio non debet infligi, etiam pro peccato mortali, nisi contumax fuerit, vel non, veniēdo ad iudicium, vel ante terminationē iudicij, sine licentia recedendo, vel determinationi non parendo. Tunc enim postquā monitus fuerit si contempserit, contumax reputatur, & excommunicari debet à iudice, iam nō habēte, quod contra ipsum faciat amplius. Neq; obstat dicere, quod p̄na non debet excedere culpā. Quoniā licet p̄na excommunicationis excedat omne damnum tēporale, nō tamen excedit quantitatem culpæ. Quoniā quantitas

culpæ non mensuratur ex nocumento, quod quis facit, sed ex voluntate, qua quis facit cōtra charitatem agens. Neq; obstat, quod nulli malum pro malo reddere debemus secundum Apostoli præceptum. Quoniam non redditur alicui malum, sed bonum, dum per aliquam p̄nam: corrigitur, quia p̄næ medicinæ sunt, vt dictum est.

¶ Circa prædictam doctrinā D. Thomæ notandū est primo, quod huic conclusioni, quā tradit D. Thomas, scilicet, q̄ sententiā excommunicationis maioris, hoc est, anathematis, ferri nequit, nisi pro peccato mortali, suffragatur conciliū Meldens. can. nemo episcopo. r. 1. q. 2. Est cōmunis omnium. Tū: quia excludit à regno, à quo non est aliquis excludendus, nisi pro peccato mortali, Tū etiam, quoniā sc̄uum esset contra naturam peccatum, si medicus in leuibus morbis atrocissimo vtetur medicamine: Vt si chirurgus sine causa membrum amputaret infirmo. Ergo etiā immane est, excommunicare, nisi pro grauissima causa. Neq; obstat primo id, quod habetur in concilio Carthaginēsi. 4. ca. 24. scilicet, quod si sacerdote in Ecclesia verbum faciēte, quispiam exierit excommunicetur. Quia respondetur, quod licet tunc exire venialis culpa videatur; tamen textus concilij intelligitur de minori excommunicatione iuxta antiquam formā, quæ excommunicari non erat, nisi priuari sacramento Eucharistiæ. Quod si replicetur, quod secundum Gregor. cap. si quem. de sent. excommuni. videtur intelligi de maiori, quoniā illic decernit Gregorius, quod vbi cūq; ponitur istud verbū, excommunico, vel simile intelligitur de maiori excommunicatione, respondetur, quod decretum Gregorij intelligitur de forma noua, quādo à iudice cognita causa sententia excommunicationis pronuntiatur. Neq; obstat, q̄ aliquādo fertur excommunicatio cōtra vastates fructus vineæ; & tamen cōstat aliquando aliquos inde aliquid modicū fructus decerpentes, nō peccasse mortaliter. Quoniā respondetur, q̄ si omnes fuerūt conscij deuastationis prædictæ, quā inferebāt omnes peccarunt mortaliter. Quoniam licet partialiter, tamē cōcurrerunt sciēter ad integrum damnū notabile. Si autē vnusquisq; modicū fructus inde collegit, ignorans de furtis aliorum, nō reputans dominū vineæ notabiliter lædi, licet non peccauerit tūc mortaliter; tamen postea si compererit tantam stragem esse illatam, ratione resarciendi notabile illud damnum, sub mortali, & sub p̄na excommunicationis, suam partem tenebitur resti-

tuere, nisi tam modica fuerit, vt ridiculum sit sub mortali ad id eum obligare.

¶ Neque obstat tertio dicere, quod si excommunicatio maior non incurritur, nisi pro peccato mortali, quod etiam excommunicatio minor, nō nisi pro peccato mortali inferri deberet; quoniam etiam priuat participatione sacramentorum, quæ est grauissima pœna. Quoniam respondetur, quod non sunt cetera paria. Tum, quoniam priuare suffragijs Ecclesiæ quotidie inde dimanantibus, magnum detrimentum importat, quod infert excommunicatio maior, & non minor. Tum, quia excommunicatio minor facilius tollitur, non autem perinde maior. Tum etiam, quoniam subsidijs communibus Ecclesiæ quotidie indigemus: sed tamen non perinde sacramentis indigere contingit, nisi quando Ecclesia ad ea suscipienda nos astringit. Hinc infert corollarie Sotus, quod vbiunque siue à canone, siue à iure sub anathematis censura præcipitur aliquid, intelligitur peccatum esse mortale non parere, etiam si transgressio alias de se non esset peccatum mortale. Quod sic intellige, præsertim dum excommunicatio iuris iubet præmitti monitionem antequam feratur: quod secundum (Caietanum post admonitionem erit mortale non parere, & non ante. Vt cum in clericos laxantes comā præmissa monitione ius excommunicationem proferri iubet. Secus est, si ius ipse ipsum monet, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Quoniam licet non parere alias veniale esset, Ratione tamen mandati Ecclesiæ, præsertim sub illa pœna latæ sententiæ, tunc non obtemperare mortale esset. Quoniam (quia potestas Ecclesiæ immediate est à Christo Deo qualis non est potestas ciuili, sed mediante republica, eam principi conferenti) idē Ecclesia obligare potest ad mortale, non solum ex grauitate materiæ, sed decernendo suum mandatum sub mortali obligare. Sicut virtualiter hoc decernit cum aliquid sub pœna excommunicationis latæ sententiæ mandat. Atque idem dicendum est de excommunicatione maiori lata à iudice, nisi tanta esset abusus & facilitas excommunicandi, vt præceptum de re leuissima manifestum contineret errorem: tunc enim, autore Soto, præceptum non ligat. Sequitur secundo corollarie, quod quotiescunque aliquis certus est non peccasse mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, tutus debet esse in conscientia nullam incurrisse excommunicationem coram Deo, neque priuatum esse tunc suffragijs Ec-

clesiæ licet propter falsam præsumptionem iudex Ecclesiasticus possit eum arcere à cætu fidelium.

¶ Secundo aduertendum est, quod non sufficit ad excommunicandum, quod sit peccatum mortale, nisi interueniat peccatum mortale inobedientiæ, quo renuit obedire Ecclesiæ. Hoc autem assertum primo patet ex Concilio Triburiens. can. certum est. ij. quæstio. 3. Vbi triplex causa inobedientiæ circa mandatum Ecclesiæ assignatur ad excommunicandum; scilicet, quia quis vocatus contemnit venire ad synodum, aut quia præceptis non parat, aut quia ante finitam causæ suæ examinationem à synodo recedere præsumit. Quod autem hic dicitur de synodi tribunali intelligitur, & de foro cuiuscunque iudicis. Secundo patet: Quoniam Christus Dominus adhuc finem duntaxat hunc gladium excommunicationis Ecclesiæ tradidit, vt subitos alias inobedientes posset in suam obedientiam cogere. Quocirca, quantumuis aliquis flagitia graua commiserit, si Ecclesiæ mandato parere paratus sit, poterit à iudice pro præterito crimine alia pœna plei: sed non ob id poterit dire excommunicationis mucrone feriri. Tum etiam patet ex ipsa natura excommunicationis, quæ priuatio est à sacramentis, & à suffragijs Ecclesiæ: quia pœna non videtur dignus, qui Ecclesiæ obtemperare paratus est, sed ille, qui tanquam refractarius ab eius obedientia se contendit subducere.

¶ Tertio perpendendum est cum Soto, quod nullum censetur inobedientiæ peccatum, ob quod excommunicationis sententia ferenda sit, nisi admonitio sub excommunicationis comminatione præcesserit, vel à iure, vel ab homine. Patet: Quoniam ista monitio videtur colligi ex Euangelio. Vbi antequam frater corrigendus habeatur, vt ethnicus & publicanus, quod est ipsum excommunicari, præcipitur Petro vt corrigat, scilicet, & moneat priuatim. Secundo autem, si non audierit, præcipitur, per adhibitos testes rursus admoneatur: quos si non audierit iubetur denunciare Ecclesiæ. Ex quo in Concilio Rhotomagensi collecta est trinæ monitionis necessitas. 16. quæstio. 7. can. omnes decimæ sub his verbis: Statuimus, vt decimas dare nolentes secundum Domini præceptum admoneantur semel, secundo, & tertio. Qui si non emendauerint anathematis vinculo feriantur. Idem habetur. 17. quæstione. 4. can. presbyterorum ex decreto Nicolai. Sed hæc

hæc admonitio, dum sit à iure non opus est, vt sit bina, vel trina. Quoniam tunc ius ipsum sub tali pœna statutum satis ipse monet: sed iudices hanc trinam monitionem præmittere oportet tunc, propter maturitatem iudicij, quæ ante excommunicationem est necessaria. Neque obstat illud Pauli ad Titum. 3. dicentis, hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita. Quoniam per Ecclesiæ interpretamentum, licet per secundam monitionem constet hæreticum esse subuersum, nihilominus adhibetur tertia, vt ad audiendam sententiam compareat.

¶ Præterea licet Doctrinam hanc de præmittendis his monitionibus breuiter expediant Theologi, tamen etiam aliqua Theologis necessaria scitu ex ipso iure canonico huc accersere oportet, vt vtrisque tam iuristis, quam Theologis hæc nostra Doctrina arrideat: & non hic ita multa circa hoc notata in iure desiderentur. Igitur præmitto primo secundum Theologos ex prædictis colligi, esse peccatum mortale, si iudices sine instanti, & urgente causa huiusmodi monitiones prætermittant. Patet autem hoc ex graui pœna, quæ iudicibus eas prætermittentibus decernitur in iure capi. sacro de sentent. excommun. & capit. cum medicinalis. eo, titul. lib. 6. vbi interdicuntur ingressu Ecclesiæ per mensum, alijs etiam pœnis in visum fuerit mulandi. Et quanuis nonnunquam causa urgente, vna sufficiat monitio pro tribus: tamen tria sunt tunc interualla designanda, vt reus terminum respiciendi habeat, vt capit. constitutionem. de sentent. excommun. in. 6. decretum est. Concluditur ergo, quod licet quando urgentissima instaret causa, vt quando clericus in sacris repente ad supplicium, vel patibulum raperetur, licitum sit vnam pro trina canonica monitione præmittere: tamen extra similem casum & indecorum est, & populo detrimentosum, quod iudices nostri temporis negligant seorsum illas facere tres monitiones non signando tria distincta interualla, vt reus interim tempus habeat compungendi se, vel in secunda monitione vel tertia saltem. Veruntamen licet Sotus & Theologi ita circumspecte, & cordate loquantur, attendentes ius & intentionem eius, iuristæ tamen (vt tradit Couarruias in sua relect. de sentent. excommun. part. 1. §. 8.) communiter tenent, quod monitio legitima in hac parte ad infligendam excommunicationem trina debet esse. Quod probant ex capitu. contingit, & capitu. de illicita &

capitu. constitut. de sentent. excommunicata est communis: Addunt tamen vnicam monitionem in tres distinctam terminos sufficere; hoc est, si distingatur in tria dierum interualla, vt si iudex dicat, admonemus te; vt intra. 15. dies quos tibi pro tribus distinctis monitionibus constituimus, satisfacias; vel & cætera. Hæc enim est sufficiens vt tradit glossa recepta capitu. constitutionem de sentent. excommunicata. Notabilis autem glossa in clement. 1. vers. 3. de vita & hon. clerico. asseuerat, non sufficere vnam pro trina cum tali interuallō, quando trina monitio à iure requiritur. Sed intelligitur hæc glossa esse vera ad incurrendam pœnam iuris à iure statutam. Sed tamen ad pœnam ab homine infligendam, fat est vna cum interuallō. Vel certe hæc glossa non intelligitur de pœna excommunicationis, quæ vere proprieque medicina est, & non pœna: quia vō lenti respicere non obest. Sed solum meminit hæc de vera pœna & punctione legis, quoniam neque sufficit vna citatio peremptoria, quando secundum iura trina requiritur, vbi agitur ad propriam & veram pœnam incurrendam, secundum Ioan. Andre. ex capitu. ex tua. de clericis non resident. Quia in pœnalibus verba debent strictè & proprie intelligi de iure iuran. cap. in nostra, idem Panor. in cap. fin. de vit. & hon. cleric.

¶ Quaritur præterea postquam ex capitu. sacra. & cap. contingit, de sent. excommunication. constat monitionem, & citationem prærequiri ad excommunicationem ferendam, vbinam hæc monitio fieri debeat. Respondetur, quod in vsu est, quod literæ excommunicatorie impetratæ contra latentes fures vsurpatores alieni, vel damnificatores in eorum Ecclesijs promulgentur, vt ad eorum notitiam possint peruenire. Cæterum monitio rei excommunicandi, licet ex lege ad eam domum fieri possit, vbi reus assidue habitat, vt legitime monitus & citatus quis dicatur, vt patet ex leg. scire debemus. §. qui autem. ff. de excusat. tutor. l. aut qui aliter. §. & si forte & ibi glossa. ff. quod vi. tamen personalis debet esse secundum Innoc. Abbat. & alios contra gloss. in cap. caueant, de sent. excommun. Ab hac autem opinione, scilicet, quod requiratur monitio & citatio personalis, cum fulminanda est sententia excommunicationis cōtra certū reū iudicialiter, excipiuntur 3. casus, quos refert Couarruias loco citato. Primus autem casus est, quando excommunicandus dolo latet, & subterfugit personalem



monitionem. Sic Innocentius, estque communis doctorum. In cuius gratiam facit textus notabilis cap. 1. qui matrim. accusar. poss. Secundus autem est; scilicet, quod satis est citatio ad domum quoties monitio & citatio ad domum facta peruenit ad ipsius excommunicandi notitiam. Hæc enim sufficit, ut legitime excommunicari possit. Patet autem hic casus ex regula. qui certus est. de regul. iur. in. 6. tum ex autoritate Rotæ in nouis. 402. Vnde sequitur corollarie, quod citatio illegitima cum notitia subsequuta ita ligat, sicut citatio ab initio legitima est communis. Ita expresse Gomecius, Tiraquel. Tertio ite quando iam quis fuit legitime personaliter citatus ad causam, postea poterit citari ad domum, aut per edicta, vel in ipso tribunali excommunicari. Ita Rota in nouis. 399. est Felini. Ex quo corollarie sequitur, quod legitima citatio personalis, si fiat ad integram causæ discussionem prius, hunc effectum post habet. Quarto etiam, quando quia aliquis fuit male absolutus reuocatur, ut tractetur de reducendo eum ad pristinam excommunicationem, tunc satis est ad domum citari & moneri, neque requiritur personalis citatio. Ita Felinus capit. cum sit Romana, de appellat. Ita Rota numero. 399.

¶ Præterea & alia accedit huc non contemnenda dubitatio, vtrum in declaratione & denunciatione excommunicationis à iure ipso lata, sit necessaria monitio canonica. Quoniam videtur certè non sit necessaria: quia non iudex illum tunc excommunicat sed ius ipsum excommunicauit. Sed in contrarium est, quod ipsa declaratio & denunciatio est actus iudicialis: ergo citandus, & monendus est reus ad illum. Igitur pro illucidatione quæstionis dicimus primo, quod licet trina prædicta monitio requiratur in excommunicatione lata ab homine; non tamen requiritur in excommunicatione lata à canone, vel statuto. Quoniam ipsa quotidie admonent subditos capit. à nobis, eod. tit. Ex quo sequitur, quod ipso iure excommunicatus à canone, potest iterum ab homine sine monitione pro eodem crimine, & contumacia excommunicari iuxta glossam, verbo, promulgare isto titulo, ad finem. capit. sacro. Sed sic hoc intellige, scilicet, quod in hoc casu non requiritur trina saltem monitio capit. reprehensibilis, de appellat. Quod sic intellectum, intelligi etiam potest, de excommunicatione noua ab homine ferenda contra iam ipso iure excommunicatum secundum intelligen-

tiã Panormitani & Felini. Secundo dicimus ad punctum quæstionis cum Couarruua loco citato, quod in declaratione & denunciatione excommunicationis à iure ipso lata, non est necessaria monitio canonica, propter rationem supra allatam, scilicet, quoniam non iudex, sed ius excommunicauit. Colligitur autem hoc sufficienter ex capit. reprehensibilis de appell. Sed tamen perpendendum est valde circa hoc, quod licet monitio canonica in hoc casu non sit necessaria; oportet tamen, ut prius constet de facto & de crimine, cuius causa excommunicatio iure ipso indicta est citata prius parte ad hoc. Ita glossa in Clement. present. verbo. constiterit de censib. & in Clement. multorum. de pænis. Nam si aliter fiat declaratio, declaratio erit nulla ipso iure capit. pastoralis. §. verum, de appellat. De hac denunciatione & declaratione habetur notabilis & satis accommodus textus. Quod autem sine citatione & notitia constanti criminis facta declaratio ipso iure sit nulla patet cap. 1. de causa possess. & proprietat. & Clementin. pastoralis. ad finem de re. iud. & lege de vno quoque digestis de re iudicat. Patet etiam; quoniam etiam in notorijs excommunicationis sententia non aliter est ferenda, quam canonica monitione præmissa. Quoniam cum pro contumacia feratur, monendus est ipse delinquens, ut appareat an sit contumax. Ita colligitur ex glossa capit. cum sit Romana. §. ultimo. de appellat. & gloss. capit. episcopi ij. quæst. 3. Neq; obstat factum Pauli excommunicantis illum Corinthium incestuosum, sine præuia monitione. Quoniam proculdubio citra monitionem illum non excommunicauit: quoniam iam frequenter illum admonerat. Quod & Nauarrus in summa cap. 27. nu. 10. adeo verum esse affirmat, ut si sententia pro culpa præterita feratur, sine canonica monitione præcedenti, quæ est vna cum interuallo saltem duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem, aut vnam pro tribus concedendo, sex dies pro illis cap. constitutionem de sent. excom. lib. 6. nisi sit periculum in mora, quia tunc diminuetur tempus iuxta necessitatem, certe sine ista, inquam, monitione excommunicatio erit omnino nulla. Ut, verbi gratia, si prælatus iuberet aliquid circa præterita, nisi præuia sententia cum cognitione causæ, vel nisi cum clausula iustificatiua, id est, concessio termino ad causas allegandas, si quas habuerit contra huiusmodi mandatum. Sic Innocent. in cap. p. proposuit. de concess

concess. præbendæ, & secundum alios, quos ibi citat Nauarrus. Hæc autem resolutione comendat Nauarrus, quasi rem maximi ponderis.

¶ Præterea & hic examinatione opus est; An sententia lata sine præuia canonica & trina monitione, an sicut iniusta est, etiam sit habenda pro nulla. Hoc est quærere, An aliqua monitio sit de essentia licet non trina neque bina. Hoc autem est sciscitari, An pro culpa mortali præterita, quam nulla à iure, vel ab homine admonitio præcessit, possit quis excommunicari; sicut potest pæna pecuniaria pro delicto præterito puniri. Videtur autem, quod possit. Nam Gregor. can. quidam maligni. §. quæst. 1. excommunicauit quendam secretum infamatorem, qui libellum famosum in publicum ediderat sine monitione pro peccato præterito infamationis. Propter istum autem Canonem Caiet. 2. 2. quæst. 69. artic. 2. asseuerat pro facto præterito posse quem excommunicari, non solum sub conditione, si non restituerit, sed absolute sine conditione, & monitione in pænam peccati præteriti. Sed in contrarium est, sententia Evangelica, quæ dicitur habendum esse velut ethnicum, qui correctus prius, Ecclesiam non audierit. Respondetur ergo primo ad quæstionem, quod adeo est de essentia excommunicationis, aliquam monitionem ipsam præcedere, ut absq; illa excommunicatio proculdubio nulla sit. Atq; ideo pro nullo peccato præterito quantumuis grauissimo, si illius aliqua non præcedat monitio excommunicatio ferri potest. Hæc est Soti & omnium, cui Couarruuias & Nauarrus locis citatis videntur aduersari. Qui aiunt, quod excommunicatio lata, sine canonica monitione, & sine scripto, in quo declaretur causa est iniusta: non tamen est nulla. Hancque affirmant esse communem; quam probant ex capi. Romana. de sent. excommu. & ex glossa eleganti ibi, id probante. Neq; refert, sit data sine canonica monitione ab ordinario, vel delegato; quoniam licet iniusta sit (inquiunt) valet tamen. Sed nihilominus recte perpensa sententia istorum, licet verissima sit, huic nostro primo dicto non aduersatur. Quia ipsi loquuntur de trina monitione, aut vna pro trina, quam vocant canonicam, & defectum huius iniustam efficere excommunicationem affirmant, sed non irritam, quod Sotus & nos concedimus. Sed non inficiantur aperte isti graues Doctores, vnam aliquam saltem esse requisitam, citra quam incassum abibit excommunicatio lata. Probatur autem nostra sententia, quæ

est Soti contra Caiet. Quoniam cum excommunicatio non possit, nisi pro peccato mortali ferri, si quis pro peccato præterito excommunicaretur, sæpe contingeret, ut is excommunicaretur, qui iam per contritionem esset in gratia. Item ratio dicitur, quod peccator præteritus, si iam resipuerit non sit excommunicandus, sed potius si antea esset excommunicatus, tunc esset absolendus; licet pro peccato præterito, de quo iam penitet alia pæna veniret plectendus. Igitur ad argumentum desumptum ex can. maligni. respondetur breuiter quod licet aliæ adhibeantur solutiones; tamen hæc est plana; quod Gregorius non excommunicauit ibi illum infamatorem pro præterito commisso crimine, sed solum præcepit ei, ut se reuelaret, ut restitueret famam, quod ipse tenebatur facere, si aliter restitueret non poterat; nisi se reuelando; vel quod si se non reuelaret, abstineret ab communicatione; alias si non abstineret esset excommunicatus. Quando igitur. D. Chrysostr. can. quis aliquando, de pænit. distincti. 1. ait. Non dico ut te prodas, locum habet, & in hoc casu, quando iste infamator aliter sine sui proditio ne posset refarcire famam, vel si ex tali reuelatione immineret sibi periculum mortis.

¶ Sed iam aliud confine dubium præcedenti quæstioni annexum oritur; scilicet, an ista saltem vna monitio, quam de essentia excommunicationis esse diximus, requiritur, ut fiat sub monitione communi, scilicet, quod abstinereat à tali opere illicito, quoniam est malum, & offensiuum Dei, aut quod alias procederet Ecclesia contra eum; an verò requiritur, quod talis monitio ei fiat sub præuia comminatione scilicet sub pæna excommunicationis speciali, & specialiter ei expressa. In hoc enina stat totius difficultatis neruus. Quoniam in hoc puncto Sotus ex vna parte, & canonistæ; scilicet, Couarruuias & Nauarrus ex alia, videntur dissentire. Videtur autem, quod non requiratur illa specialis monitio, quam exigit Sotus, scilicet quod admonetur sub pæna speciali excommunicationis. Tum; quia qui commisit peccatum mortale, propter quod meretur excommunicari iam satis præmonitus est, diuino iure naturali, aut diuino aut humano, quod violat: ergo iam tanquam contumax contra monitionem iuris diuini aut naturalis, aut humani Ecclesiastici, excommunicari poterit. Tum secundo; quoniam Evangelij textus solum ait, quod possit excommunicari, si commonitus Ecclesiam non audierit: sed commonitus ab Ecclesiastico iudi-

iudice in generali, ne faciat aliquid alioquin procedetur contra eum, iam contra faciens non audit Ecclesiam: ergo satis est si sic in generali admonetur, ut possit post excommunicari. Tum tertio: quoniam satis est, quod aliquis admonetur in generali a iudice, ne faciat aliquid lege prohibendum: alioquin quod procedet contra illum, ut pœnas legis possit ei infligere, non solum tanquam contumaci contra legem, sed contra iudicem: ergo eodem modo satis est ista comminatio generalis, etiam si non dicatur, sub pœna excommunicationis, ut in aliquem tanquam in rebellem possit sententia excommunicationis ferri. Sed in contrarium est quia (ut ait Sotus) nullus, ut insinuat Euangelium, est excommunicandus, nisi Ecclesiam non audierit: Ecclesiam autem non audire tunc aliquis dicitur, ita ut dignus sit excommunicari, quando admonitus sub pœna excommunicationis Ecclesie non vult parere: nam tunc Ecclesia aperit suam mentem, illud scilicet præcipere se sub culpa mortali. Igitur pro expeditione quæstionis statuitur hæc conclusio scilicet quod ut incuratur excommunicationis sententia & valida sit, requiritur, ut non in generali, sed in speciali, hoc est, sub excommunicationis pœna expressa fiat monitio. Hæc opinio Soti videtur magis pia, & verisimilior contra aliquos canonistas, insinuantes contrarium. Probatur autem multifariam. Primo: Quia sicut in medicinalibus à leuioribus medicinis, & minus nocentibus est incipiendum: ita in pœnis præsertim Ecclesiasticis (ut prædixit Dignus Thomas) sed leuior & minus nocens medicina est censura excommunicationis contumaci prius sub comminatione excommunicationis intimata, quam ei inflicta actu: ergo prius est ei sub comminatione intimanda, quam actu ei infligatur.

¶ Secundo non est adhibenda medicina sanatiua, & purgatiua, quando infirmaturus per medicinam præseruatiuam potest à morbo præseruari: sed censura excommunicationis sub tali speciali comminatione pœnæ excommunicationis intimata, prius est veluti medicina, quæ aliquando & sæpe potens est à contumacia vltiori, & perfecta præseruare: ergo prius quam aliquis actu excommunicetur ei hæc medicina præseruatiua, id est, comminatio sub pœna excommunicationis est adhibenda. Tertio patet: Quoniam censura hæc excommunicationis imponenda est iuxta intelligentiam Euangelij, pro insigni contumacia, qua excommunicatus non audit

**A** Ecclesiam, id est, prælatum Ecclesie (ut exponitur communiter) sed insignis contumacia, & specialis est quando secundum Diuum Thomam aliquis non solum contemnit præceptum, sed ipsum etiam præcipientem comminantem pœnas; quoniam hic interuenit maius peccatum; ergo non debet inferri excommunicatio, nisi contra insigniter contumacem; qualis est ille, qui prius præmonitus sub pœna excommunicationis iudici non obtemperat. Quarto: Periculis animarum est consulendum, ut patet ex capite, ut animarum, de constitu. in. 6. sed magis consulitur animabus pertinacibus, si prius in speciali sub pœna excommunicationis præmoneantur, quam si eis incautis, & ignorantibus hæc pœna infligatur (quoniam, ut ait prouerbiū, ) iacula præuisa minus feriunt: ergo prius sunt in speciali sub pœna excommunicationis contumaces præmonendi, ut ab excommunicationis censura incurrenda tanquam à sagitta acutissima & præuolante præuisa caueant. Quinto patet: Quoniam ignorantia clerici percussus excusat ab excommunicatione, quoniam est ignorantia qualitatis delicti: ergo etiam ignorantia delicti prout habet excommunicationem annexam excusabit ab incurfu excommunicationis. Quoniam hæc ignorantia est ignorantia qualitatis delicti, quatenus est qualificatum, ut punibile cum tam exorbitante pœna, qualis est excommunicatio: ergo etiam excusabit ab illa, nisi præcedat hæc specialis sub pœna excommunicationis admonitio: quoniam sic fortè excommunicandus istum dirum mucronem resipiscens cauebit. Item. 6. quasi confirmatur: Quoniam præterquam, quod vsus Ecclesie hanc nostram conclusionem confirmat: quoniam nullus iudex Ecclesiasticus nisi imperitissimus sit, & præcipitatus, putat se valide proferre pœnam excommunicationis contra aliquem si eum prius præmonuerit sub alijs pœnis, nisi expresse eum præmonuerit sub excommunicationis pœna; etiam ratio dicitur, quod si aliquis per solum timorem specialis pœnæ sibi comminatæ resipiscere potest à malo, non statim isto omisso medio ipsa pœna realiter afficiatur: igitur argumenta hæc non solum probant, quod omittens præmonere sub speciali pœna excommunicationis iudex peccet, sed etiam, quod excommunicatio citra hanc monitionem expressam, & specialem ab eo lata, nullius sit roboris vel momenti.

¶ Ad argumenta igitur in contra posita respon-

pōdentes dicimus, ad primū cū Soto, negātes scilicet quod licet iure diuino, aut naturali aliquis sit præmonitus de tali iure, quod violat, hoc sufficiat, ut excommunicari debeat. Quoniam licet Deus transgressores iuris æterna damnatione condemnet; tamen excommunicationis censuram, quæ est priuatio bonorum Ecclesie ipsi ferendam commisit, aduersus eos solum, qui eam non audirent. Vnde can. omnes decimæ. 16. quæstio. 7. ius diuinum ad hoc allegatur, ut secundum Domini præceptum, qui excommunicatur, ter sit præmonitus. Idem cap. Romana. de sent. excommuni. lib. 6.

¶ Ad secundum argumentum, quo arguitur, quod, Euangelij textus solum indicit, quod excommunicatus præmoneatur, non autem exprimit, quod id fiat sub speciali comminatione excommunicationis, respondetur, quod licet id expresse dicat Euangelium: tamen rationes sex allatæ interpretantur Euangelium, sic iuxta nostram, & Soti conclusionem esse intelligendum: nā & vsus hoc interpretatur.

¶ Ad tertium respondetur, quod licet satis sit, ut iudex possit ordinarias legis pœnas inferre delinquenti, quod eum in generali præmonuerit, imò sine præmonitione potest eas infligere: tamen secus pia mater Ecclesia admonita mandato diuino disposuit de pœna excommunicationis, quæ quoniam maior est omnibus Ecclesiasticis pœnis (ut ait: D. Augustinus) & quoniam est tam horribilis, voluit non sine tali speciali præmonitione inferri ob prædictas rationes.

¶ Porro & hic quæstio hæc consequenter fit obuia scilicet an excommunicatio lata à iudice delegato, cui in mandato traditus est trinæ monitionis ordo, sit nulla, si iste ordo prætermittatur. Respondetur secundū Nauarrum, & Couarruiam relect. de excom. par. 1. §. 9. quod communis sententia est, quod ordo iuris expressus in mandato iurisdictionis ad instructionem causæ, & iustitiæ ministerium, formam mandati specialem non inducit; ita, ut si delegatus isto ordine trinæ monitionis non seruato, excommunicationis sententiam ferat, ideo sit nulla. Secus est si ab homine speciali cautela, ordo iuris & modus procedendi concernens fuerit traditus; quoniam hæc traditio specialis constituit formam mandati specialem, cuius præteritio inuoluit factum. Ita Panormit. & Albertus Brunus. capi. eum dilecta de rescript. & cap. Pisanis. de rest. spo. liator. quod & Nauarrus in sum. cap. 27. 22. in.

**A** 37. magis hoc explicat dicens, quod si ius ipsum delegato formam iuris in generali seruandam proponit; tunc si delegatus trinæ monitionis ordinem non seruet, dum modo vnam saltem specialem monitionem præmittat, non ideo annullatur sententia, licet veniat puniendus. Quoniam hoc solum est iudicem delegatum ius admonere, quod in procedendo debet formam iuris seruare. Secus est si diceret expresse, quod si alia forma iudicauerit, totū irritū sit, & inane. Idem est iudiciū, si Papa delegato in mandato in generali mandat, ut feriet iuris formam; quoniam neq; in hoc casu ommissa trinæ monitione (dūmodo præmitteret vna) irritaretur sententia. Secus est, si in speciali mandet, ut præuia satisfactioe absoluat, vel si aliquid sub speciali conditione expediri mandet: quia illa non seruata factum non tenet. Vide pro hoc glossam subtilē clem. 1. de iure patr. verbo inhiemus, & glossam egregiam & receptissimam clem. 1. de offic. deleg.

¶ Vnde sequitur corollarie, quod si Papa committat in mandato delegato, ut cōferat beneficium tali, si oriundus fuerit ex tali patria, non valebit prouisio, si hoc non seruetur quoniam hoc sonat conditionem. Secus est, si dicat, si est idoneus, aut similia. Quoniam hæc cum sint de iure obseruanda non sonant conditionem, sed monitionem. Ex quo consequitur secundo corollarie, quod licet excommunicatores ius diuinum & pontificium in excommunicando seruare debeant; tamen si sine ordine iuris non annullantis excommunicent, valet ipsa censura & licet iniusta sit; quia tamen valet absolutionem exigit.

¶ Præterea notandum est, quod sententia excommunicationis siue fiat contra certam personam, siue incertā, debet fieri in scriptis, iuxta caput. medicinalis, de sent. excommuni. in. 6. Vbi cauetur, quod iudex qui excommunicat suspendit, vel interdicat, in scriptis hoc faciat, & causam conscribat, & requisitus exemplum sententiæ tradat intramentem. Qui contra fecerit per mensem ab ingressu Ecclesie, & diuinis est suspensus; & relaxabitur illa sententia per superiorē absq; difficultate; & condemnabitur lator in expensis; & alias pœna cōdigna, si sic suspensi celebrant, ut prius sunt irregulares; neque absoluntur ab alio quam à Papa. Episcopus autem hanc suspensionis pœnam non incurrit, ut patet ex cap. quia periculolum est. eod. Titul. in. 6. Item notandum est, quod eadem pœna suspensionis ab ingressu Ecclesie ponitur omnibus inferioribus ab episcopo; si excommunicent sine

fine trina monitione, vel vna pro tribus, cum interuallo dierum, nisi aliud suadeat necessitas. Vt patet cap. sacro. de sent. excommu. sed tamen nota, quod licet sententia excommunicationis debeat fieri in scriptis (vt dictum est) tamen ista admonitio potest fieri sine scriptis coram personis idoneis, vt dict. cap. sacro. dicitur. Potest etiam fieri in scriptis sine presentia distarum personarum secundum Panor. eod. c. sacro. Sicut etiam, vt supra dictum est, quando iudex excommunicat propter aliquod delictum, potest pro eodem, excommunicare, sine tali monitione secundum Panor. capit. reprehensibilis de appellat. quoniam non est noua excommunicatio, sed pronuntiatio iuris secundum Hostiensem. Similiter si Papa committat alicui, vt excommunicet Titium, quem constat iam Papam excommunicasse. Secus si solum committat, quod excommunicet: nam requiritur monitio tunc.

¶ Sed iam nunc consequenter quaeritur, an sicut episcopi excusantur a pena ingressus ecclesiae per mensam sine scriptis, aut sine monitione saltem vna pro trina excommunicantes: sic etiam excusentur praetati religiosorum. Respondetur autem, quod isti praedicti praetati religiosorum excusantur, quando ista forma seruando, periculum esset in mora, vel quando suae constitutiones eis concedunt quod in iudicialibus possint procedere serua ta substantia, non obseruatis apicibus iuris, vel ex consuetudine. Vide Syluestrum, excommunicatio. 1.

¶ Praeterea aduertendum est, quod neque haec approbati satis poterat frequentia excommunicandi pro minimis causis. Quoniam hinc & autoritas excommunicandi in vilipendium venit, & populus vix ab excommunicationibus sibi potest cauere: Neque iudices ad hoc faciles & praecipites ea sua ratio sufficienter excusat, scilicet, quod ipsi saepe non habeant excommunicandi intentionem: nam subditos conijciunt in scandalum, & laqueum peccati. Nam cum illa intentio eos lateat ea non excusat a peccato, dum contra conscientiam iudici excommunicanti non parent. Vnde longe peius est homines praecipitare in ruina peccati, quam eos pena excommunicationis subdere. Quocirca notandum est, quam salubris fuit illa determinatio Concilij Tridentini sessione. 25. de reformatione capit. 3. vbi primo cauetur, quod excommunicationes illae, quae monitionibus praemissis ad finem reuelationis (vt aiunt) aut pro perditis, seu subtractis rebus, ferri

solent, a nemine prorsus praeterquam ab episcopo decernantur, ex non vulgari causa, & magna maturitate per ipsum examinata, quae eius animum moueat: neque ad eas concedendas cuiusuis saecularis, etiam magistratus autoritate adducatur. In iudicialibus vero causis omnibus iudicibus ecclesiasticis mandatur, vt quodcumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria autoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se a censuris ecclesiasticis, seu interdicto. Sed liceat eis per multas pecuniarias locis pijs assignandas; postquam exactae fuerint, vel per captiorem pignorum, personarumque distributionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam; contra etiam quoscunque laicos siue etiam per priuationem beneficiorum contra ecclesiasticos, per aliaque iuris remedia procedere, & causas diffinire. Quod si executio realis, vel personalis fieri non possit, sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo praeter alias penas ferire poterit. Similiter in criminalibus causis, vbi sic executio realis, vel personalis fieri non poterit, spiritali gladio in delinquentes vti licet: si tamen qualitas delicti praecedente saltem bina monitione etiam per edictum id postulet. Alioquin si executio realis, vel personalis fieri poterit, erit a censuris abstinentidum. Nefas autem sit saeculari cuiuslibet magistratus, prohibere ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet sub praetextu, quod contenta in praesenti decreto non sint obseruata, cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos iudices haec cognitio pertineat. Quod si talis excommunicatus sic obdurato animo censuris annexus in illis per annum inforderit, etiam contra eum tanquam de haeresi suspectum procedi possit, si post legitimas monitiones non respuerit, sed sic inforderit. Ita concilium. Vide ca. rogo. cum sequent. ij. quaest. 3. ca. nulli. cum seq. & cap. cum desideres & ca. si concubinæ, de sent. excommunicat. Praedictis etiam tanquam corollarium annexenda est monitio Soti, scilicet, quod cum debitor notus est, & notum debitum nullatenus permittendum esset, vt per viam excommunicationis creditor debitorem soluere cogat: quoniam excommunicatio non habet locum, nisi vbi alia via possibilis non est, puta, quando ab occulto fure furtum factum est: denique vbi in foro ciuili res transigi potest, nefas est, per excommunicationem priuan-

priuatam suffragijs spiritualibus, procedere. ¶ Praeterea sicut supra quaesitum est; An pro praeteritis culpis ferri possit excommunicatio; sic etiam nunc inquirendum venit, an pro culpis futuris ferri possit. Videtur autem, quod pro futuris culpis sententia excommunicationis ferri non possit, saltem sine trina canonica monitione. Primo; Quia pro peccato praeterito, excommunicatio ferri non potest, quando illud non processit admonitio: ergo neque, etiam potest ferri excommunicatio pro peccatis futuris, sine canonica monitione saltem. Tum secundo pro hac parte arguitur: Quoniam tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem. ff. de vfuris. l. 1. ergo neque, etiam spectat ad iudicem pro futuris culpis ferri excommunicationis sententiam, cum excommunicatio non ferenda sit, nisi pro contumacia, quae regulariter non apparet circa futura, antequam culpe futurae sint in fieri. Tum tertio arguitur: Quoniam, si pro futuris culpis excommunicatio ferri possit, possit poni sub hac forma conditionali: Ego profero contra te sententiam excommunicationis, si intra quindecim dies non satisfeceris, sed haec forma est frustranea, & raro sortitur effectum: quoniam potest suspēdi per appellationem, vt patet cap. praeterea de appellat. & ita tenetur communiter, ergo non potest ferri sic excommunicatio pro futuris.

¶ Sed etiam quarto arguitur ex ca. Romana. §. caueant de sent. excommunicatio. in. 6. vbi cauetur, quod non est excommunicandus quis pro peccatis futuris, nisi mora, vel culpa, vel offensa praecesserit. Sed in contrarium est, quod capite a nobis in. 1. de sent. excomm. cauetur quod excommunicatio pro futuris culpis possit ferri, & quod pro futuris culpis in hunc modum feratur, quis quis furtum fecerit sit excommunicatus. Item etiam in contrarium est praxis curiae & praxis forensis, quae admittit sic posse excommunicari aliquem pro culpis futuris sic in hac forma precipiendo. Praecipimus tibi, vt compareas in iudicio, vel hoc agas sub pena excommunicationis latae sententiae intra 15. dies, quos pro canonica monitione tripartitis assignamus.

¶ Igitur pro resolutione quaestionis, quo iuristis etiam in hoc more geramus, dicimus primo pro ea discordia tollenda, quae apparet inter textum ca. Romana. §. caueant. eo. tit. vbi cauetur, ne excommunicetur aliquis pro culpis futuris, nisi mora, vel culpa, vel offensa aliqua praecesserit, & inter textum cap. a nobis de sent. excomm. quod certe hanc discordiam sufficienter tollit glossa super ca. Roman. verbo futuris, quae est communiter recepta, scilicet, sic distinguendo:

**A** quod sententia generalis excommunicationis iuris constitutionis, vel statuti, bene potest ferri pro culpis futuris, quoniam lex respicit futura & de hac sententia, iuris, vel statuti loquitur dict. text. a nobis. Ceterum generalis excommunicatio lata ab homine, non potest ferri pro culpis futuris, nisi causa sit rationalis. Et de hac excommunicatione loquitur. §. caueant. Ex quo sequitur corollarie, quod etiam potest ferri excommunicatio ab homine pro futuris delictis non tamen semper, nisi quando rationalis causa subsit. Vt, verbi gratia, si aliquod delictum increveret per frequentiam in aliqua regione, pro uincia, vel ciuitate. Nam tunc cum moneantur a iudice, pro tali peccato futuro excommunicari possunt. Item secundo, sic potest fieri, vbi ex probabili coniectura delictum in futurum imminere formidatur. Quoniam in his casibus ista generalis excommunicatio ab homine ad instar statuti proferri videtur. Ideo ait Couarru. iam in vsum & praxim forensem venisse tanquam receptum, quod excommunicationes generaliter ferantur ab homine, & possint ferri pro culpis futuris. Secundo dicimus, esse notandum pro intelligentia quaestionis, quod quando iuxta caput. Romana. §. caueant, prohibetur ferri excommunicatio pro culpis futuris, nisi mora, vel culpa, vel offensa praecesserit, intelligitur secundum Doctores, quod ista culpa, mora, vel offensa debet praecedere per canonicam trinam monitionem, post quam si sequatur culpa, vel mora praecedens ipsam sententiam excommunicationis, poterit reus pro futuris excommunicari. ¶ Ex praedictis alia quaestio, scilicet, affinis suboritur, vtrum sine trina monitione, possit quis pro futura culpa excommunicari sub ista forma conditionali scilicet. Si non solueris centum, quae promittis te soluturum intra mensem, mense finito sine alia monitione, sis excommunicatus, an scilicet, si sic promittens centum in hac forma consensit iuste excommunicatio post mensem, sine alia monitione in ipsum feratur, si non soluerit. Videtur autem hoc iuste fieri: quoniam, quod iste trina admonitione admoneatur prius, est in fauorem suum, cui potuit renunciare, & visus est renunciare dum in illa forma excommunicandi consensit. Pro huius quaestionis explicatione dicimus tertio, quod certe non obstante praedicto consensu, non potest ille iuste hac forma & via excommunicari pro illa futura culpa: quoniam canon de monitione praemittenda, ante excommunicationis sententiam, est in utilitatem publicam, cui proinde iste non potest renunciare. Secus tamen est secundum Couarru. iam, si promittens se soluturum illa centum intra mensem con-



consentiat, ut statim expresse à principio promissionis illa sententia excommunicationis sub illa conditione in ipsum feratur, ut sine alia monitione, si intra mensem non soluerit centum, maneat excommunicatus. Nam tunc iuste sic poterit excommunicari. Patet, quia tempus illius mensis à consentiente admissum, ei valet pro admonitione. Sed certe ista assertio Couarruuiæ non tranfit sine difficultate. Quoniã (vt prædiximus, & ipse fatetur) ius canonicum de præmittenda trina admonitione, vel vna pro trina, ante incursum excommunicationis est in vtilitatem communem, cui propterea renunciari non potest. Non ergo potest sic fieri, nisi alia subsit rationabilis causa. Quoniã, quod à die præcepti feratur excommunicatio sub conditione futuræ offensæ refrangatur: §. caueant, nisi causa alia rationabilis excusans occurrat.

¶ Sed iam obiectio illa posita in contrarium de praxi forensi, vt de ea, an iniusta sit & iuridica dicamus expostulat. Nam videtur certe, quod iam iniusta sit prædicta praxis, qua præcipitur alicui ad iudicium venire, vel aliquid agere intra .15. dies, quos pro canonica monitione tripartitos iudex assignat sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ. Videtur autem, quod sit hæc praxis iniusta, quoniã cum recepta sit vsu, & consuetudine, consuetudo hæc potuit derogare legis decreto cōtento in dicto §. caueat. His nihilominus non obstantibus dicitur quarto, quod praxis hæc non videtur esse iuridica. Ideo secundum doctores, & Anca. ista sententia in ista forma videtur esse iniusta, licet sic lata non sit dicenda nulla. Excipiuntur autem hi casus, in quibus neque iniusta videtur. Primo in casu, quo iudicem causa iusta mouet, vt quando ex præcedentibus præsumitur verisimilis contumacia, scilicet, ex præcedenti cognitione causæ; vel in casu, quo vocandus & monendus procul habet domicilium, vbi difficile esset, & non sine expensis separatim facere monitiones. Ita Panormit. cap. 2. de testibus cogendis. Sed si quæras, an indifferenter (quoniã hæc praxis est in vsu) possint sine delectu, iudices ea vti; respondetur quinto, quod licet propter frequentes hodiernas contumacias & tergiuersationes ad iudiciales citationes Couarruuiæ admittenda & probanda videatur hæc forensis praxis, tamē mihi videtur, quod nunc saltem post Concilium Tridentinum, vbi tanta cautela præcipitur adhibenda in vtendo

**A** mucrone excommunicationis maioris, iniustum est passim tali forma vti indiscriminati & temere, scilicet, quando realis, vel personalis executio fieri potest & cætera. Nam neque in criminalibus causis excommunicatio ferri permittitur, nisi vbi talis executio realis, vel personalis fieri non potest. Et tunc, si qualitas delicti præcedente saltem binamonitione etiam per edictum id postulet. Neque valet ratio Couarruuiæ, quam adduximus in contrarium, scilicet, quod consuetudo hæc potuit derogare dicto §. caueat.

**B** Quoniã respondetur secundum Diuum Thomam. 1. 2. q. 97. art. 3. in solutione ad 2. quod quando ratio legis, propter quam utilis erat adhuc manet non consuetudo legem sed lex consuetudinem vincit, si sit possibilis. Ergo in casibus, quibus ratio illius §. caueant, & Concilij Tridentini manet fess. 25. cap. quæ est, vt circumspicte sententia excommunicationis feratur ne temere incussa magis contemnatur, quã formidetur, & perniciem potius pariat: quam salutem; & ratio etiam est, vt per admonitiones speciales præmonitus aliquis excitetur de nouo ad sibi cauendum, ne in contumacia perseueret, per quam in eam incidat: igitur pro futuris culpis iuxta §. caueant non est excommunicatio ferenda, nisi mora, culpa aut offensa, aut alia rationabilis causa subsit. Atque idē dicendum est de hac conditionali excommunicatione: Excommunico te, nisi intra decē dies satisfeceris, scilicet, q̄ iniusta sit, nisi mora in satisfaciēdo præcesserit aut, nisi alia rationabilis causa subsit hac forma vtendi.

¶ Ad argumenta, in contra respondentes dicimus ad primum, quod pro præterito absolute peccato non potest quis excommunicari; quia nulla præcessit monitio. Pro futuro autem peccato bene potest quis excommunicari cum præcedit mora, vel culpa, vel offensa, vel alia causa rationabilis; quoniã tunc etiam si feratur ab homine potest admoneri per iudicē. Ideo nō est eadē ratio de vtroq;.

**D** ¶ Ad secundum argumentum desumptū ex dicto iuridico, scilicet, quod tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem, Respondet glossa super dict. cap. Romana §. caueat. verbo futuris, quod tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem, ita, quod statim detur actio; alias bene prouidet iudex in futurum, quando subest rationabilis causa, vt patet lege, si quis §. alimenta, delib. agnosc. Vnde non sequitur, quod iudex non possit excommunicare pro futuris, quando subest

subest rationabilis causa. ¶ Ad tertium argumentum, quo arguitur, quod excommunicatio pro futuris maxime si sit conditionalis, videtur frustranea: quoniã antequam incurratur potest ab ea appellari, Respondetur, quod licet sententia hæc excommunicationis lata sub hac forma conditionali, Si intra .15. dies non satisfeceris, suspendi possit per appellationem secundum omnes, vt patet capitu. præterea, de appellat. tamē, vt cunquæ non est frustranea; quoniã, si friuola fuerit appellatio appellantem non iuuabit. Tum secundo iuxta capit. licet. de sentent. excommuni. in. 6. si appellationem per negligentiam non prosequatur debito tempore, licet excommunicatio post eam latam non conualescat, tamen poterit tunc denunciari; & debet vitari donec de sententiæ nullitate docuerit, etiamque in extraiudicialibus vitandus est. Accedit & ad hanc solutionem & notamentum hoc, scilicet, quod licet à sententijs conditionalibus appellandum sit intra dies à iure constitutos ab ipso die sententiæ computandos, vt habetur capit. quoad cōsultationem, de re iudic. tamen à sententia censuræ sub conditione latâ, quo ad effectum suspensionis, factio est, quod appelleretur ante conditionis, vel diei euentum, etiam si decem dies ad appellandum lati, fuerint elapsi. Ita omnes cap. præterea. aduersus Panormit. nu. 4. dict. cap. præterea. de appell.

¶ Cui adde & aliud adnotamentum, quod in excommunicatione conditionali eius effectus non retrahitur ad diem pronuntiationis eius, sed solum adueniente die, vel conditione effectum habet, iuxta insignem textum capi. licet. isto tit. & secundum glossam communiter receptam ca. vt super. de appell. in. 6. Ex quo corollarie sequitur excommunicationem latam post appellationem, neque assumere vires, neque effectum sortiri, quanuis post appellatio fuerit deserta, vel appellatio ni fuerit renunciatum: quoniã in his censuris non admittitur fictio neque etiam in euentu conditionis, vt trahatur excommunicatio retro: nam deficit hic æquitas quæ solet præbere causam his fictionibus & alijs. l. postliminij. ff. de cap. in principio & l. qui in vtero. ff. de statu hominis. Atq; secundum communem contra Panormit. dict. cap. præterea. excommunicatio non retrahitur, etiam si ab ea conditionali, & in diem appellatum non fuerit ab excommunicando. Ex quo sequitur corollarie, quod si ante præfixum terminum dierum, vel ante aduentum conditionis

**A** celebrat, nō propterea incurrit irregularitatem, licet post incidat in excommunicationem: quoniã non fingitur ante fuisse excommunicatus. Quia (vt dictum est) non retrahitur per fictionem illa excommunicatio. Sicut etiam qui celebravit post denunciationem, qua denunciatus est excommunicatus, eo quod non prosecutus est appellationem interpositam ante excommunicationem, vel qui post desertionem appellationis se ingessit diuinis non efficitur irregularis, secundum Archidia. capitu. licet. de sentent. excommuni. lib. 6.

## CAP. XIII.

## De excommunicatione.

¶ Vbi adnumerantur casus, in quibus sententia excommunicationis est nulla: Et an ignorantia excuset à sententia excommunicationis: Et qualis sit ista excusans ignorantia, etiam respectu iuris pontificij prohibentis alias de se factum illicitum: Et de casibus percussiois clerici, in quibus excusatur, vel non excusatur ignorantia: Et an ignorantia excuset ab incurfione irregularitatis.



**D**E I N D E ex illo fundamentali principio, quod excommunicatio non debet ferri, nisi pro peccato mortali, elicit Sotus aliquos casus, in quibus quoniã nulla est excommu-

**D**nicationis sententia, potest quis tutus esse in conscientia, quod non sit excommunicatus. Ipse igitur assignat solum quatuor casus nullitatis sententiæ excommunicationis: sed nos hic adnumerauimus adnotatos ex canonici iuris textuum locis. Primus igitur casus nullitatis sententiæ excommunicationis est, si excommunicatio manifestum intolerabilemque errorem contineat, vt si feratur pro re minima, aut si ratione conditionis personarum reputetur pro minima, licet alias de se sit notabilis. Vt si pueri clerici primæ tonsuræ tantum septennes inuicem corrixantes se percutiant alapa, non subinde innodantur censura excommunicationis: quoniã talis percussio præsertim leuis inter illos non reputatur culpa mortalis. Secundo; si feratur pro re, in qua homo obedire non potest: quoniã neque lex diuina ad impossibile obligat,

gat. Verbi gratia, si quis rapuit aliena, & tempore quo contra eum sententia excommunicationis promulgatur, iam non est soluendo, nullatenus excommunicatione ligabitur. Quocirca, si occultus est citra scrupulum diuinis interesse poterit. Aduertit tamen Sotus in hac parte, quod impossibilitas soluendi integrum debitum non excusat a soluendo eam partem, quam soluere potest, quam tenetur tunc soluere cum detrimento victus, & vestitus. Sed certe rigidum est hoc eius postremum assertum, scilicet, quod cum detrimento victus & vestitus, semper vel in hoc casu supradictus deprædator, aut qui occupauit alienum, cum aliter non potest soluere sic soluere teneatur. Quia hic casus restitutionis regulandus est secundum regulas communes & acceptas restitutionis, sicut regulantur alij casus. Licet verum sit, quod extra casum extremæ necessitatis in dubio necessitatis, melior est conditio creditoris, quàm debitoris. Licet secundum regulas prudentiæ & christianam charitatem omnia sint temperanda. Neque ab hac moderatione dissentit Sotus. Quoniam, ut ipse suo exemplo se explicat, loquitur de his, qui ære alieno maxime per iniuriam, ablato honore & extimationem proprii status volunt seruare, cum ille status non fuerit suus, sed ex ære alieno adquisitus; vel esto fuerit suus nihil extimationis in sustentatione sui status volunt perdere, cum sæpe creditor, quia non sibi soluitur patiatur iacturam in statu suo, & interdum miseriam. At ille, qui modo non habet, vnde soluat, si venerit post ad pinguiorem fortunam, tenetur sub sententia, eiusdem excommunicationis, quæ semper durat restituere. Et est contra, si quando sententia excommunicationis fertur est soluendo, tunc si non soluit incurrit illam: vnde si post labatur in penuriam in foro ecclesiæ manet excommunicatus, quamuis quo ad Deum sit in gratia.

¶ Tertio fit quod aliquis sententia excommunicationis non sit ligatus, quando excommunicationis causa deficit. Vt si rem meam detentam apud alium, quam aliter recuperare non poteram clam ab illo subripui, si postea per excommunicationis literas impetratas a detentore præcipiatur, ut quicumque eam habuerit reddat, vel manifestet, ego præcepto non teneor obtemperare, si modo mihi sit indubitatum rem meam esse. Similiter si excommunicatione compellat iudex ecclesiasticus, ut quicumque habuerit ali-

quas scripturas, quoquo pacto ad aliorum ius attinentes eas proferat; tunc sub excommunicationis sententia eas proferre, & manifestare tenetur. Neque subterfugium hoc illud excusabit, scilicet, quod veretur se inde vexationem passurum, nisi citra omnem dubium sibi certissimum sit; sic sibi ad ius suum pertinere, ut nullatenus ad ius alterius confirmandum pertineant. At vero licet ista sententia, quæ est Soti vera videtur; sed attendendum est cum Corduba in tracta. de casib. conscient. quæstio. 63. quod si in hoc casu illarum scripturarum possessor iure eas possidet; & occupauit; si perspectum habet iuste ab antiquo suam rem possedisse, & illas scripturas obtentem iure carere, si ex earum manifestatione magnum sibi paratur detrimentum, quoniam iussus in iudicio edere titulum, quo tales scripturas possidet, non poterit id probare, & sic suo iure priuabitur in iudicio, non tenetur iste, neque alius huius rei conscius reuelare eas: & si parti eas manifestari petenti (et si non in hoc casu, quo agit contra scripturarum iustum possessorem) sed ad in alijs causis ius obtinendum non parum sibi conferant. Patet quoniam iustus rei possessor non tenetur cum graui suo detrimento alteram iurare partem. Vide super hoc Nauarrum sum. Hispanica cap. 17. num. 114. & Sotum de iustitia & iur. lib. 7. quæstio. 3. artic. 3. & Metinam Codic. de restitutio. quæstio. 11. & Syluest. titulo tabellio. & titu. falsarius. & confessio delicti. quæstio. 1. & 2. & 3. Quartus casus est, quando excommunicatio fertur pro toto damno deuastationis fructus vineæ. Quoniam tunc, et si (ut prædiximus) etiam non conscius damni illati ab alijs qui aliquid fructus ab ea suffuratus est, si post comperit stragem esse factam, teneatur sub poena excommunicationis suam partem restituere; sed tamen secundum Sotum si tam parum sit quod abstulit, quod pro nihilo reputatur, tali excommunicatione non innodabitur. Quintus casus, ignorantia est, ex qua excommunicatio redditur nulla, id est, non ligans ignorantes. Sed de hoc casu quippe perplexo inter doctores seorsum post a nobis ineunda est longa disputatio. Igitur præter hos casus, alij speciales casus colliguntur ex iure, in quibus excommunicationis sententia est nulla, & per consequens non seruanda, neque timenda, quando notorie constat de his casibus. Primo, quando lator eius non erat iudex excommunicati, neque

neque habebat potestatem super eum cap. ad nostram. de consuetu. Secundo, quando est a iudice proprio; sed excommunicato publice, & notorie, cap. audiuius. 24. q. 3. Vel est ab intruso iudice. cap. alienationes. 12. q. 2. vel a publice & notorie suspensio, vel interdictio a iurisdictione. Secus si ab ordine tantum: tunc enim posset ea, quæ sunt iurisdictionis; sicut suspensus, vel interdictus a iurisdictione potest quæ sunt ordinis. Tertio, si ille qui excommunicationem tulit, est violator interdicti hominis, & non fuit absolutus. cap. tanta. de excess. prælat. Quarto, si excommunicauit subditum contra eius priuilegia. cap. capella. de priuileg. Quinto, quando excommunicatio fertur a delegato impetrato in casu non permisso in. 6. de rescript. cap. 1. Sexto, quando quis excommunicatur a delegato contra delegantis intentionem. cap. fin. de præb. Septimo, quando quis excommunicatur post legitimam appellationem. cap. venerabilibus eo. in. 6. Quod fallit secundum Panormi. in cap. venerabili. de censib. quando prælatus procedit extrajudicialiter, ut pars ad conseruationem iurium suorum. Quamuis secundum Couarru. in. p. 1. relect. de excommu. §. 9. contra Decium, Felin. Antoni. Lapum. in hoc casu sine trina admonitione episcopalis non possit procedere. Quia non videtur hic quid canonicam monitionem impediatur (nisi in illis. 4. casibus supra exceptis) quia fortasse per trinam monitionem subditus ab offensa abstinere bit. Octauo, quando sententia continet intolerabilem errorem. cap. per tuas. eo. tit. quod multis modis contingit. Vt si præcipiatur illicitum, ut dicendo excommunico te, nisi fueris, & cætera; vel prohibetur bonum absolute, ut colere Deum, & huiusmodi in dicto cap. venerabilibus. Vel si (ut prædictum est) præcipitur impossibile secundum gloss. cap. per tuas. eod. tit. vel quando pronuntiat contra ius scriptum. Vt si pronuntietur excommunicatio post legitimam appellationem. 2. q. 7. §. diffinitiu. & error debet esse expressus in sententia aliter tenet, secundum gloss. in d. c. per tuas. Nono quando quis excommunicat participantes excommunicato in illis casibus, in quibus alias participando incurretur tantum excommunicatio minor. Nam talis excommunicatio est ipso iure nulla, nisi trina monitione, vel vna pro tribus præmissa cap. constitutionem eod. tit. in. 6. & cap. statuimus hoc tit. & cap. quod in dubijs. de sententia excommunicata. Sed tamen secundum Couarruam loco citato. §. 3. & secundum

A Nauarrum in summa cap. 27. num. 4. intelligitur, quod talis excommunicatio contra participantes, sine canonica præuia trina monitione cum interuallo aliquorum dierum, est nulla quando per eam excommunicantur de maiori participantes cum excommunicato ab eodem iudice, qui hanc de participantibus excommunicationis sententiam profert. Quoniam secus est in excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis ab iure, vel ab alio: quia ista tenebit, licet peccet iuxta Ioan. Andr. Franc. & Domin. cap. statuimus. & Perus. in cap. peruenit. de appellatio. allegans cap. præsentem, in verbo, a se. At licet Couarruu. ibi cum hac sententia transeat; sed tamen existimat esse valde dubium, quod excommunicatio in participantes sine præuia tali canonica monitione trina contra excommunicatos a iure, vel ab alio teneat. Ex prædicta sententia infert Nauarrus, quod denuntiatoria data in aliquibus regionibus contra non confessos in paschate excommunicando vicinos participantes cum eis, sine trina monitione est valida, & ligat vicinos eis participantes. Quoniam illa non datur contra participantes cum excommunicatis ab ipso denuntiante, sed cum excommunicatis a constitutione synodali. Denuntians enim non excommunicat; sed declarat. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de test. Sed pro maiori huius sententiæ intelligentia adijcit Couarruu. quod nominatim præmittenda esset monitio in participantes, cum excommunicatis ab eodem iudice, licet generaliter postferenda sit excommunicatio in ipsos. Tamen tandem concludit, quod sufficit etiam generalis monitio aduersus participantes, secundum Panormitanum cap. peruenit in. 1. de appellat. & secundum Hostiensem cap. statuimus. de sentent. excommunicata. Quorum opinio in praxi recepta est. Sed etiam ait Nauarr. cap. 27. quod etiam est in vfu non parere iudicibus nominatim participantes, non excommunicantibus: nam non se habent pro excommunicatis. Vnde non videtur derogatum illis capitibus, argum. in cap. fin. de consuetu. Decimo, quando prælatus suos subditos excommunicat; si exponant suis superioribus, aut legatis, aut inquisitoribus statum suarum ecclesiarum, monasteriorum, personarum, & rerum suarum, cap. quia plerique. de offic. ordinar. libr. 6. Hos autem casus ponit Ioan. Andræ. in cap. præsentem. de sententia excommunicationis, in. 6.

¶ Vnde decimo, quando prælati excommu-

nicant nolentes procurare ultra formam, & personarum numerum taxatum. cap. eū apostolus. de censib. dum eos visitant. ¶ Duodecimo, quando sententia profertur generaliter contra non facientes aliquid, vt contra non soluentes cum impotētes sunt ad soluendū: Quoniam secundum Panormita. in cap. 1. & gloss. de offic. deleg. verba generalia debent intelligi modo ciuili, & impossibilium nulla est obligatio. ff. de re iud. l. impossibiliū, &c. Sed de hoc supra plura in particulari diximus ex mente Soti, & doctorum. Tertio decimo, si mandatur sub pœna excommunicationis, vt Petrus soluat. 10. aureos, infra. 10. dies Paulo suo creditori, si Paulus prorogat terminum non incurritur excommunicatio: quoniam lata est in fauorem creditoris, secundū Panormitanum, & verisimiliorem opinionē, & apparet iste casus expressus esse cap. 1. de loca. Quartodecimo, quando iudex ferens excommunicationis sententiam non intēdit ligare: quoniam excommunicatio ab intētionē iudicis eam ferentis vires sumit, secundum Panormit. cap. ex parte, el. 1. de offic. ordin. Quintodecimo, quando profertur sub cōditione, non ligat, antequam extet conditio, secundum Hostiens. cap. à nobis. eod. tit. In omnibus his prædictis casibus (vt supra diximus) quando notoriè constat de casu, nō est timenda excommunicatio, quoniā nulla est. Si verò non constat, timenda est, quoad ecclesiam, & contemnēs eam mortaliter peccaret. Sed cum est tantū iniusta, non tamen est nulla, an aliquos malos pœnales effectus operetur, postea dicendum est.

Sed iam circa illum casum, quem ad hunc locum explicandum reliquimus, scilicet, an ignorantia excuset ab sententia excommunicationis incurrenda, & qualis sit ista, quæ sic possit excusare dicēdum venit. Primo, quod ignorantia est duplex. Alia nanque est ignorantia facti, & alia est ignorantia iuris. Hæc autem ignorantia iuris regulariter non excusat licet ignorantia facti magis regulariter excuset. Rursus alia est distinctio, qua distinguitur ignorantia à Theologis in inuincibilē & vincibilem. Inuincibilis autem ignorantia est, quam quis non potest, vel non tenetur vincere, quæ à iuristis solet vocari ignorantia probabilis, & apud morales doctores dicitur ignorantia inculpabilis. At ignorantia vincibilis est, quam quis potest, & tenetur vincere, quæ dicitur alias non probabilis, vel quæ est culpabilis. Tertia autem distinctio notari potest, vt ad præsentem quæstionem attinet,

**A** quæ est ignorantie, qua quis ignorat aliquod factum esse peccatum mortale, ac per consequens ignorat esse factum dignum excommunicatione. Et secundo, ignorantia, qua quis ignorat aliquod factum obnoxium esse pœnæ excommunicationis, quod est ignorare ipsam pœnam excommunicationis. His præmissis dicitur secundo quod iam supra dictū est, quod qui inuincibili, & inculpabili ignorantia ignorat, se commisisse peccatum mortale, subinde immunis est ab incurfione excommunicationis. Est communis Soti, Adriani, quæst. 3. Couar. part. 1. §. 10. de excommuni. **B** Ex quo sequitur, quod excommunicatio iuris, vel hominis sic ignorantem nunquam afficit. Patet autem hoc, quia hæc ignorantia caret contumacia contra legem Dei, vel præceptum ecclesiæ. At excommunicatio pro contumacia mortali fertur can. nemo. 11. q. 3. Sed iam in particulari res est digna scitu, an ignorantia, quæ vincibilis est, & culpabilis, sed non omnino crassa, vel supina, excuset ab excommunicationis pœna. Ad hoc dicitur tertio, quod si quis statutum iudicium ordinariorum inuincibiliter ignorat, quamuis contra fecerit, nulla irretitur sententia. Est Soti in. 4. dist. 2. 2. quæst. 1. art. 2. ex textu expresso cap. vt animarum. de constit. in. 6. Imo, vt ait idem Sotus secundum nobiles autores, ignorantia culpabilis, & vincibilis, dum modo non fuerit crassa, & supina, excusat à censuris iudicum, & particularium prælatorum inferiorum papa, & etiam à censuris eorum synodalibus, etiam secundum Syluestrum, verbo, ignorantia. §. 15. si sit super factum damnatū iure naturali, quod alias scitur esse damnatū, & illicitum: vt quia excommunicat fures cōtra glossam cap. à nobis primo. de sententia excommunicationis. Assentitur nobis Couarr. qui affirmat secundum Panorm. cap. 2. de cōstit. & gloss. in. 1. ff. de receptat. quod statutum prouinciæ non ligat carentes culpa, vel ignorantia laborantes, quæ crassa & supina dici non potest, quando, scilicet, sui status & conditionis homo id communiter ignorare solet: nam tunc excusat. Atque idem est de statuto prouinciæ annexam habente excommunicationem. Quia secundum iuristas, ignorantia statuti, vtpote facti præsumitur, & regulariter absque culpa contingit, aut certè si ne culpa lata de constit. capit. 2. & l. vltim. ff. decret. ab ordin. fac.

¶ Ex quo corollarie sequitur, quod præmissa trina monitione, potest absens excommunicari ab homine, non tamen in illam excommuni-

municationem incidet, quandiu illam ignorauerit excommunicationem, & monitionē saltem vnam. Est cōmunis can. sacro. & gloss. apostolicæ. eo. tit. Sed quid si literæ curiæ forensis Romanæ excommunicationis non fuerint pensionario ostēse, in quibus scit se iam excommunicari, si statuto die pensionem non soluerit, an eis ligabitur? Videtur quod sic: quia secundum regulam iuris in. 6. qui certus est, iam iterū certiorari non opus habet. Respondetur autem, quod literæ prædictæ ex consensu pensionarij conditionaliter latæ, si non soluerit statuto die pensionem, ligant pensionariū illo die statuto non soluentem, etiam si literæ ei non sint ostēse. Secus autem est, si in hoc casu per procuratorem tali pensioni consenserit: quia tunc non ligabitur, donec solenniter ei literæ ad solutionē pensionis sint ostēse. Ita Couarruu. de excōm. 1. par. §. 10. citat Guil. Casad. decis. 2. tit. de pension. super Regul. Cancell. & Hier. Gigas de pens. q. 94. Sic etiam Nauarrus in summa. c. 27. nu. 272:

¶ Cui addē, quod ipse etiam in sum. c. 23. nu. 103. & 104. sic ait, quod excommunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu non solutionis faciendæ in certo termino, etiam si is terminus sit elapsus, non censetur incurfa, donec pensionario is, cui est debita, declarat se velle illam esse incurfam, & illo etiam post mensem & annum declarante habetur pro excommunicato iam inde à termino lapsō, & si antequam declarat moriatur, vel soluat pensio, vel fiat concordia, vel pensionarius moriatur, censetur nunquam incurfa, vt stylus habet, & Cass. affirmat in decisio. 2. & 3. de loca.

¶ Nunc verò ardua illa quæstio se offert, an excommunicatio iuris potestificij, cuius ignorantia est vincibilis, & culpabilis suum fortiat effectum, & liget sic eam ignorantem, vel quādo lata est pro actu alias iure diuino aut naturali illicito, & damnato, cuius actus non potest esse ignorantia excusans, vt de furto, licet de excommunicatione iuris canonici ei annexa in aliquo casu ignorantia excusans possit dari. Igitur de hac parte quæstionis, vtrum ignorantia iuris communis factū aliquod prohibentis, quod aliā scitur de iure diuino, aut naturali esse prohibitum, excuset à pœna excommunicationis latæ in iure pro tali facto dicitur, quod hæc quæstio adeo difficilis de se est, vt doctores vtriusque facultatis, scilicet, tam theologi, quàm iuristæ inter se sibi inuicem repugnēt. Scotus enim in 4. dist. 6. q. 8. & Adrianus. q. 3. de clauibus. & infl. Conc. pars. 2.

**A** glossa in cap. à nobis el. 2. de sent. excōm. & Ioan. Andr. cap. vt animarum. de const. in. 6. & Bartol. super. l. cunctos populos. C. de summa Trinit. tenent, quod in isto casu ignorantia etiam inuincibilis pœnæ excommunicationis iuris non excusat, quando scitur alias factum esse illicitum. His accedit Couarruias. §. 10. vbi supra, vbi indignatus contra doctores vtriusque iuris tenentes contrarium, ait esse pudendam oscitantia, affirmare non posse puniri (neque etiam in iudicijs) pœna legis, vel statuti, qui eius pœnæ ignarus sit, aitque esse manifestum errorem. Contrariam tamen sententiam, quam prædicti damnant, tenent Panorm. cap. à nobis eod. tit. & D. Anto. 3. par. tit. 25. cap. 33. quos summistæ sequuntur, vt Syluest. verbo, excommunicatio. 2. & vltimo vtrobiq; §. 3. & summa Angelica & Rosel. & Innoc. cap. si vero & Sotus, loco citato, vbi dicit, quod licet alia sit probabilis, sed hæc verisimilior est quod talis ignorantia pœnæ excommunicationis, si sit inuincibilis excusat in omni casu. Idem tenet Nauarrus cum Soto in summa cap. 27. num. 271. Igitur vt clarius innotescat huius quæstionis veritas eam vt controuertamus oportet, arguendo pro parte prima Scoti Adriani & Couarruias.

**C** ¶ Primo sic arguitur: Quia absurdum est excusare latronem à pœna, eo quod nesciat pœnam, & etiam velle excusare incestuosos & adulteros à pœna, eo quod ignorent, qualis sit quæ pro his delictis in iure indicta est pœna. Sic etiam vt arguit Couarruias absurdū est dicere, quod excusetur ab excommunicationis pœna contenta in iure, qui scit se agere rem illicitam, vt deprædari bona naufragantium, eo quod ignorat in iure pro hoc esse latam excommunicationis pœnam.

¶ Secundo arguitur: Quia obligatio pœnæ est naturalis non conuersa à consensu delinquentis, & per consequens, neque ab eius scientia, sed à legis naturalis autoritate. Ergo licet pœna excommunicationis non sit licita, sed ignorata, non excusabitur dans operam alias rei illicitæ ab eius incurfione, etiam si inuincibiliter eam ignoret.

¶ Et confirmatur: Quoniam pœna non est in se voluntaria, ita, vt oporteat esse præcognita, vt incurratur: ergo neque pœna excommunicationis in iure posita oportet, vt sit præcognita. Sicut pœna inferni æterna, vt incurratur ab infidelibus negatiuis, quibus non est promulgatū euangelium pro furto, quod faciunt, aut pro adulterio, quod committūt, non est necesse vt ab ipsis sit præcognita.



¶ Tertio arguitur: Quoniam pœna irregularitatis, & suspensionis incurritur à bis baptizantibus, vel baptizatis, licet ignorent has pœnas: ergo etiam pœna excommunicationis iuris communis incurritur ab ignorantibus eam, si dent operam rei illicitæ, cui annexa est in iure talis pœna.

¶ Quarto arguitur primo argumento Adriani: quoniam pontifex in illo cap. vt animarum. de const. in. 6. ius aliquod nouum condere voluit: ergo voluit, quod ignorantia statuti excusaret, non autem, si censura esset de iure communi. Quoniam si à censura de iure communi antea ignorantes probabiliter excusarentur, multo magis excusarentur ante ab excommunicatione statuti ordinariorum eam probabiliter ignorantes: ac per consequens non esset opus istum denuo canonem condere ad id declarandum.

¶ Item quinto arguitur ex cap. cum illorum de sent. excom. Vbi diffinit papa, quod qui propter manuum iniectionem in clericum excommunicati erant, si ignorabant, vel factum (quoniam non erant delicti memores) velius: postea si sic ordines susceperunt possunt dispensari, vt ab ordinibus perpetuo non deponantur. Quo verbo insinuat fuisse excommunicatos, etiam ignorantes: ergo ignorantia iuris non excusat à pœna excommunicationis.

Sed in contrarium est caput, vt animarum: cuius ratio etiam locum habet in censuris iuris communis.

¶ Igitur pro illucidanda quæstione statuitur hæc conclusio, scilicet, quicumque inuincibiliter, & inculpabiliter ignorat mandatum ecclesiæ sub censura excommunicationis latum, nunquam in eam incidit, quantumcumque sciat alias factum esse illicitum. Hæc conclusio est prædictorum Soti, & Nauarri, Syluestri, & Summistarum. Probatum autem multipliciter. Primo ratione Soti: Quoniam auctoritas excommunicandi solum est in ecclesia aduersus illos, qui ecclesiam non audiunt, vt patet ex euangelio. At vero, qui inuincibiliter ecclesiæ iussa ignorant, non dicuntur eam non audire, neque eam offendere; siquidem qui ignorat canonem, eius conditorum minime offendit: ergo censura excommunicationis non innodatur. Probatum etiam secundo ratione Nauarri: Quoniam etsi sciat esse malum id, quod aliquis facit, non tamen incidit in excommunicationem ei facto annexam, si eam probabiliter ignoret. Quoniam nescit, neque scire debet tantam pœnam tam exor-

bitatem, qualis est excommunicatio pro illo malo esse impositam: ergo non incurrit illam. Quod & confirmat exemplo hoc. Verbi gratia, magis peccat qui frangit legem grauissimis & extraordinarijs pœnis circumuallatam, sciendo eas pœnas quam probabiliter ignorando eas: sicut magis contemnit & peccat, qui ingreditur hortum alto pariete circummuratum causa furandi, quam qui leui agere circumdatum: ergo si minus peccat eas grauissimas pœnas probabiliter ignorans, sic etiam ignorans excommunicationis pœnam maiorem omnibus pœnis, non est dignus vt ea implicetur. Quam rationem Nauarri videtur confirmare D. Thomas. 2. 2. quæst. 105. art. 2. vbi ait, quod inobedientia, qua contemnitur præceptum hominis, leuior est peccato, quo contemnitur ipse præcipiens: quia ex reuerentia præcipientis debet procedere reuerentia præcepti: ergo non tantum meretur plecti excommunicationis pœna, qui facit malum, quam qui contemnit ecclesiam, in pœna hac excommunicationis, quam scit illam minari.

¶ Tertio probatur hac ratione, quæ mihi menti occurrit, quæ ex ipsa natura excommunicationis, quæ medicinalis pœna est, desumitur. Quoniam excommunicatio pœna est non quæcumque, sed medicinalis, scilicet, ad emendam; quippe quæ ignorata ad emendationem, ne ignorans incidat in eam non prodest, sed potius sic ignorantiam eam probabiliter obest: & quoniam tunc noceret & non emendaret ignorantem eam inuincibiliter: ideo noluit pia mater ecclesia, vt ista pœna excommunicationis ignorata ligaret, & sine vlllo fructu inflicta tam grauiter læderet. Hæc inquam ratio ni fallor palmariæ esse videtur. Quæ confirmatur: quia idcirco pia mater ecclesia à iudicibus excommunicatione sine trina monitione, aut saltem vna pro trina ferri noluit, vt scilicet, delinquentes non solum admoneantur de delicto fugiendo, sed etiam de excommunicatione cauenda: quoniam (vt ait Sotus) tunc ecclesia sic admonendo aperit suam mentem, scilicet, illud se præcipere sub culpa mortali.

¶ Quarto probatur: Quoniam aliàs caput, vt animarum. de const. in. 6. non satis confunderet periculis animarum, quibus ibi Papa ait, se intendere consulere, si sic restrictè illud interpretaremur, vt intelligatur solum statutum ordinariorum non ligare probabiliter ignorantes; & id non intelligeretur de excommunicationibus iuris communis, cum in his

in his currat eadem ratio, vel maior, quoniam interdum non habent tam ad manum paratam absolutionem. Item. 5. patet: Quoniam in pœnis præsertim exorbitantibus, & extraordinarijs, quales sunt excommunicationes iuris pontificij benignior intellectus est accipiendus, qualis est iste, scilicet, quod probabiliter eas ignorantes non liget.

¶ Hinc sequitur primo corollarie, quod hæc prædicta conclusio potissimè habet locum in vulgaribus, vel rusticis ignorantibus; excommunicationes papæ, vel episcoporum, quando non sunt vulgò notæ neque passim publicantur, vbi non contingit crassa ignorantia. Ita Angelus verbo, excommunicatio. 7. casu ultimo. idem Syluester, verbo, ignorantia. §. 8. vbi sequitur Angelum. Sequitur secundo corollarie, verum esse, quod Nauarrus affirmat in sum. cap. 27. num. 27. cum Syluestro dict. §. 8. & cum multis eruditis Curia, scilicet, multas extrauagantes cum censuris grauissimis latas super criminibus damnatis, quarum notitia nunquam transit Pirenæum, neque Alpes non excommunicasse Hispanos eas penitus ignorantes.

¶ Hinc etiam sequitur tertio corollarie, quod si Petrus percutiat Paulum clericum malo animo, quem tamen clericum esse ignorabat probabiliter, in excommunicationis censuram non incidit; licet non excusetur ab ordinaria pœna. Ita Couarruias & Nauarrus vbi supra cap. si vero. 2. de sentent. excommunicatio. & l. si quis ignorans. ff. locat. Et patet ratione Couarruias: quoniam hæc ignorantia probabilis fuit circa qualitatem actus, cuius gratia posita est censura, cuius rei gratia occidens patrem, quem probabiliter ignorabat esse patrem, licet non excusetur ab homicidio, excusatur tamen in parricidio, & à pœna parricidij ordinaria. Adem dicendum est de ignorante inuincibiliter & probabiliter, qui sic coiuit cum moniali, aut consanguinea incognita, secundum D. Thom. 1. 2. quæst. 79. art. 1. & 3. & Caieta. ibi. Quoniam inuoluntaria fuit talis species peccati, vt sic. Quocirca licet talis ignorantia non excuset à toto, excusat tamen à pœna debita sacrilegio, & incestui. Sed quia probabilis ignorantia Iacob dormientis cum Lia excusauit illum ab omni culpa, ita excusauit illum ab omni pœna. Patet autem hoc corollarium ex commendato textu cap. si quis. cum duabus. & cap. si quis. & cap. quidam. 34. quæst. 2. & gloss. super textum inibi & l. si quis ignorans. ff. lo-

cat. Cuius ratione, si quis feudatarius, vel feruus, vel donatarius ignoranter iniuria afficit dominum, vel donantem, vel si quis sic ignoranter inuadat matronam ancillari veste indutam, hi omnes excusantur à tanto, id est, à pœna ordinaria legis, scilicet, amissionis doni, vel feudi, & cetera. l. si qua per calumniam. C. de episcopis & clericis. & in c. 2. de constit. Sed notandum est, quod hic Couarruias loquens de hac ignorantia excusante non satis circumspecte, & rationabiliter refutat, vt falsum assertum Baldi in l. diuus. num. 5. ff. de fidei. Vbi Baldus ait furantem calicem consecratum, cum putaret non consecratum sacrilegij teneri. Tum quia regulariter calix est consecratus, quia statim solet consecrari, & regulariter præsumitur esse consecratus, & iam aptus factus ad suam functionem. Tum, quia secundum D. Thomam. 1. 2. quæst. 20. art. 5. vt ex eius doctrina colligitur, qui dat operam rei illicitæ, ex qua tanquam ex causa aliquis euentus, vel effectus, vel circumstantia mutans speciem solet sequi, vt de per se, hoc est, vt in plurimum, solet talis effectus reduci ad culpam specificam illius circumstantiæ, quæ si præuisa & intentà esset conferret speciem; quoniam tunc rediret actus in naturam suæ formæ, quod non satis aduertit Couarruias. Ergo cum ista circumstantia consecrationis calicis de per se, hoc est, regulariter soleat comitari calicem, sequitur, quod ignorantia si furetur eum, eius furtum imputetur ad sacrilegium, & ad sacrilegij pœnam. Vnde acutius locutus est Baldus, quam Couarruias illum impugnans.

¶ Ex prædictis etiam sequitur quarto corollarie cum Couarru. contra Syluestr. verbo excommunicatio. 6. notab. 4. non incurre re excommunicationem illum, qui errans percussit Martinum clericum, cum vellet percutere Franciscum laicum. Patet cap. si vero. de sentent. excommunicatio. vbi glossa ponit hunc casum, & concludit contra Ala. quod non est talis excommunicatus, quoniam sola temeritas & violentia in hoc consideratur, licet iniuriam fecit clerico. Sed dico, quod forte sententia Syluestri est vera in casu, quo percutere volens Franciscum laicum errans in percutiendo, percussit Martinum clericum, quando vtrunq; antea nouerat, & etiam tunc: & tamen ea rabie voluit percutere laicum, quod neglexit cauere ne percuteret clericum ibi proximum, tanquam inter medium interpositum, cum probabiliter aduertit, q

non poterat percutere laicum, nisi cū periculo probabili percutiendi clericū: quoniam tunc redit actus in naturā suā formę, quia perinde est, ac si intendisset percutere clericū. Quoniam si hic casus accideret, excipiendus esset à cōmuni opinione contraria. ¶ Ex prædictis sequitur quinto corollarie cū Couarruua loco vbi supra, q̄ si quis percutiat clericū, quē probabiliter credit esse laicū, incidit in excōmunicationē, si habuit animū percutiendi illum, etiā si sciret clericū esse. Patet: Nā in hoc casu ignorantia ista non est causa actus inuoluntarij, secundū D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 1. Vbi ait, q̄ qui nō prohiberetur ab actu parricidij, etiam si patrē agnosceret, nō peccat propter ignorantiam, quæ sit causa peccati; sed peccat ignorans secundū philosophum, 3. Ethic. id est, ex ignorantia cōcomitante. Sed quoniam hæc resolutio Couarruuię est confusa, ideo opus est hac distinctione ad hunc resoluendū casum. Quoniam percutiens clericum, quē probabiliter credebat esse laicum, dupliciter potuit esse dispositus in animo suo ad percutiendum illum, etiā si sciret esse clericū. Vno modo formaliter, & explicite sic concipiens in animo, & dicens, nescio quis nam hic sit, tamē etiā si sit clericus volo alapam impingere ei, quia me affecit iniuria. Et in hoc casu vera est prædicta assertio Couarruuię. Alio modo potuit sic esse dispositus solum habitualiter in animo suo, ita q̄ neq; cogitauit, neq; intēdit percutere talē, etiam si sciret esse clericū: sed taliter erat percitus ira in animo suo, q̄ si cogitasset & aduertisset esse clericum, nihilominus percussisset illum. In hoc ergo casu iuxta sententiā Metinę in. 1. 2. forte nō incurreret excōmunicationem: quoniam istę dispositiones habituales, & veluti cōditionales nō imputantur ad culpā, atq; neq; subinde ad pænā tali culpę correspondentē, nisi cum scientia & aduertētia prodeāt in actū. Nō enim Deus imputat alicui homicidiū, vel adulteriū, quod forte oblata occasione, & tentatione faceret, nisi post ex animo sciēti & volenti faciat. Sic in præsentiarū. Nam licet sic habitualiter & cōditionaliter dispositus, postea clericū percussit, sed non scienter neq; explicite, & formaliter volens percutere clericum: quoniam neq; hoc fuit formaliter ab ipso intentū: quoniam neq; q̄ clericus esset fuit præcogitatum. ¶ Sequitur sexto q̄ percutiens laicum existimans probabiliter esse clericū, non est excōmunicatus. Patet ex glossa cōmuniter recepta cap. in audiētia. de sent. excōm. Quoniam, vt cēsurā quis ligetur, verē animus & cōscien-

tia læsa nō sufficit. Sed notādū est, q̄ falso hic Couarruuias cōtrariā sententiā impingit glossę. c. si vero. cl. 2. de sentētia excōmunicationis. Quoniam glossa non asserit, q̄ talis absolute sit excōmunicatus; sed q̄ propter consciētiā, scilicet, erronēā, dum eam non deponit, tenetur se reputare excōmunicatum, & abstinere à participatione sacramentorū; quousq; certus efficiatur, q̄ à se percussus non erat clericus, vt putarat. arg. ij. q. 3. can. quoniam multos. ¶ Sequitur septimo q̄ si quis dat operā rei illicitę, de per se ordinatę ad actum, qui nō scitur esse excōmunicationi subiectus, licet ignoret, an sequetur inde talis actus, vel nō, si sequatur, incurreret excōmunicationē illā. Verbi gratia, si aliquis excitaret ad pugnam iniustam, vnde timeret percutiendū fore aliquem clericū ibi interessentē. Patet: quoniam etiā fieret irregularis, qui daret operā rei illicitę periculose, vnde per se solet sequi mors, licet nō aduertere voluerit, an inde mors sequeretur; vel nō. Eadē quoq; ratione nō videtur excusanda à censura excōmunicationis incurrēda mulier illa, quæ persuasa à marito dolo in domum suā vocauit clericū, qui illam sollicitauerat, quē sic vocatū maritus eius cōprehendit, ligauit, flagellauit, & virilia eius amputauit. Quoniam hunc euentū, qui de per se moraliter sequebatur aduertere tenebatur: vnde volutus fuit in sua causa, id est, in vocatione, quæ ad id præstitit fauorē, & auxiliū. Itē etiā cōtrario, quando effectus nō sequitur de per se moraliter ex causa, licet det quis operā rei illicitę, si ille effectus nō est præuisus, neq; intentus, nō imputatur ad culpā, & pænā. Vt verbi gratia, quando Iudas ignoranter accessit ad nurum suam Thamar, ille accessus, licet fuit illicitus, & licet sic accedens dedit operā rei illicitę, sed tamē nō est ei reputatus ad culpam incestus, vel eius pænā. Quoniam ex tali causa illicita, id est, ex copula cum incognita muliere, non sequitur de per se malitia incestus. Quia non sequitur: Accessit quis ad incognitam foeminam, ergo cōmisit incestum; quia potuit esse cognata eius; quia hoc est de raro & nō de per se cōtingentibus, ex causa illa. Sicut etiā, si Iacob ex nimia libidine cognouisset Liam, quam putauerat esse vxorem suam Rachelē, & in hoc dedisset operam rei illicitę, nō sequitur, q̄ illa copula fuisset fornicaria; quia fornicatio non fuit intēta, sed copula cum sua. Neq; obstat, q̄ danti operā rei illicitę homicidiū, quod inde præter intētionē sequitur, imputatur quoad culpam, & irregularitatis pænā. Quoniam id intelligitur quādo

do secundū Sotum, & Nauarrū & alios cordatiores doctores, dat operā nō cuiusq; rei illi cite, sed periculose & de se ordinatę ad homicidiū, vnde aliquando solet sequi. Hęc autem notato, quoniam non satis distincte ea tradit Couarruuias. Cæterū ignorātia vincibilis, & crassa nō excusat ignoranter percutientē clericum; vt si vidit illum sine coma & attonsum barba cū habitu clericali. ¶ Sequitur octauo, q̄ illa regula est vera, scilicet, q̄ quando ex causa illicita, cui quis dat operam, sequitur aliquis euentus, nō per se & regulariter, sed raro, si talis euentus non est intētus, aut præuisus, nō imputatur ad culpā distinctam specificā, neq; ad pænā ordinariā tali actui præter intētionē euenienti debitā. Vt si quis vacans ebrietati, post ebrius factus percuteret clericum. Sicut Loth etiam secundū D. Augustinum licet culpabiliter inebriatus fuisset, non fuit culpandus, quantū ille incestus, sed quantum ebrietas meruit. Ita etiam D. Tho. 2. 2. q. 150. art. 4. ¶ Perpendendū est nono, q̄ ignorantia crassa lata & supina, nō excusat ab excōmunicationis pænā regulariter. In alijs vero criminibus ignorantia crassa secundū Syluestrū verbo, ignorantia nō excusat à totā pænā. Verū Couarru. vbi supra ait, q̄ si quis ex ignorantia crassa cōmittat incestū, puniēdus est pænā incestus & aliquid de ordinaria pænā incestus huic, ait, esse remittendū, quia, licet crassa ignorātia nō mutet peccatū in aliā speciē, quam quæ futura erat, si ex scientia fieret, nihilominus aliquantulū malitiam magis minuit, quā si fieret ex industria. Ita D. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 4. & Syluest. verbo ignoran. §. 5. Sed tamen qui dedit operam cōtrahēdo cum cōsanguinea inuincibiliter, & inculpabiliter ignorata, excusatur ab excōmunicatione, & ab incestu, & ab eius pænā Clem. vnica de cōsanguinit. Atverò ignorantia affectata nullatenus excusat à pænā tota, licet secundū Metinam ex hac parte tantillū excuset. s. quando, et si affectauit nescire, ne ageretur scrupulo, si tamē sciret rem esse illicitam nō faceret, nihilominus talis ignorantia puniēda est: quoniam etiam ignorantia crassa eorū, quæ quis secundum suū statum, & cōditionem scire tenetur, & faciliter potest scire, & debet scire, ignorat, pænę subiacet, neq; impunis est dimittenda, quando, vt ait Aristoteles ea, quæ ignorauit, non erant difficilia scitu. ¶ Sed iam ad secundum punctum quæstionis respōdere nos oportet, scilicet, quando ignorantia nō est crassa, vel affectata; quia ista nō est excusans sed neq; est inuincibilis, aut pro-

abilis: quia ista, vt pote quæ inculpabilis est à culpa & à tota pænā excusat; sed tantū est culpabilis nō ex lata culpa aut quia crassa omnino sit, sed ex leui negligētia: an tū excuset ab excōicatione iuris pontificij, sic ignorata. At certe circa hoc nō satis se explicat Sotus, & alij doctores. Nihilominus respondetur cū Syluestro, q̄ ignorātes etiam aliquantulū culpabiliter factū, subiectū esse excōicationi papali, quod cōmittunt nō ligantur ea excōicatione papali, etiā si sit iuris, nisi negligentia lata interueniat in id ignorādo. In cuius rei gratiam citat Syluester D. Thomam in quodam quolibeto, affirmantē, q̄ cōstitutiones papę ligant ignorātes negligētes, quod D. Thomæ assertū, de lata negligētia intelligēdū est, secū dū Syluestrū: quia est pænale. Et quidē Sotus, vt prædiximus supra, secundū nobiles autores vt ipse ait, bene cōcedit, q̄ ignorātia etiā culpabilis excusat à cēsuris particulariū prælatorū, etiā synodaliū, nisi fuerit crassa & supina. Sed ignorātia vincibilis, inquit, nō excusat à cēsuris iuris cōis, & pōtificij. Sed mihi opinio Syluestri, quia benignior est, & est circa pænalia, quæ sunt restringēda, ideo magis mihi placet: quā culpę leues in hoc vix vitari possunt, & raro vitantur. ¶ Itē etiā aduertēdū est, q̄ licet ad excōicationis cēsuram tam per statuta ordinariorū latā, q̄ per iura pōtificia statutā, satis sit vt ignorātia, vel crassa, vel supina interueniat, quæ latam culpam implicare solet: tamen quando in iure, vel in statuto, vel in literis ab homine ponitur ista clausula: Si sciēter fecerint, tūc planum est in hoc casu ignorantiam crassam, etiam excusare à tali prædicta cēsurā incurrēda: quoniam nō sciēter dicitur facere aliquid, qui ex ignorantia crassa aliquid facit. Si autem dicatur, si præsumpserit perspicuū est virtute istius clausulę ignorantiam etiam culpabilem, vt ait Metina in sua instructione li. 1. §. 2. vbi agit de hoc, scilicet, excusare, assentire videntur Caietanus, & Nauarrus in expositione excōmunicationis Clementinę. religiosi. de priuilegijs. quoniam qui ignorat non præsumit. Sed an quis culpabilis ex ignorātia crassa virtute huius clausulę excusetur, magis in dubio est. Non enim hoc aperte prædicti doctores declarant. Videtur autē, quod in hoc casu ignorantia crassa non excuset, vt patet cap. vt animarum de constit. in. 6. quoniam ignorantia crassa est quidam dolus præsumptus. His nihilominus nō obstantibus forte dici potest, q̄ tūc ignorātia crassa excuset. Huius autē ratio esse videtur, quia illa verba, si præsumpserit cū aliqua

latitudinem fauoris, & gratiæ sonent, & non restrictionem non sunt restricte accipienda, vt illa strictè de præsumptione ignorantia crassa, quæ est quædam ignorantia præsumpto dolo admixta sint intelligenda. Quoniam in pænalibus verba sunt in propria significatione sumenda: At qui ignorat etiam ignorantia crassa non propriè præsumit. Nam præsumere quis propriè dicitur, qui supra vires, vel supra sibi licitum, & concessum nititur. Et quoniam nisi illa verba late interpretaremur, nihil gratiæ sonarent, & frustra ponerentur. Cum autem ponitur ista clausula; Si temere fecerint virtutè illius à censura videntur excusari, qui aliquale consilium, & diligentiam adhibuerunt, vt cauerent, ne in censuram laborerent: quoniam hi non temere dicuntur fecisse contra excōmunicationis mandatum.

¶ Iam ad argumenta obiecta in principio quæstionis difficilis pro parte Scoti, Adriani Couarruiæ & Bartoli contra Sotum Syluestrum, & summistas & Nauarrum respondentes dicimus, ad primum, vbi arguitur, quod si ignorantia pænæ excusat à pænâ, sequeretur hoc absurdum, quod latrones & incestuosi aliquando ignorantes pænas excusarentur à pænis, quod certe secundum Nauarrum. in sum. c. 17. nu. 27. neq; prædicti latrones, adulteri, vel incestuosi, etiam si sint rustici, & mulieres etiam probabiliter ignorantes pænâ, non excusantur à pænâ ordinaria, & mediocri proportionata delicto, secundum naturam eius statuta, vel prouidentia communi imponenda. lita vulneratus. ff. ad leg. aquiliam. si autem pænâ sit extraordinaria, & exorbitans, & aucta ultra naturam delicti nudè consideratam concedimus sequelam, quod non incurritur ab eam probabiliter ignorantibus nisi in casu, quo ob frequentiam delicti, vel alias circumstantias temporis & loci, & cætera rationabiliter esset aucta. Sic autem dicendum est de pænâ excōmunicationis, quæ quia secundum D. Augustin. est maior omnibus pænis ecclesiasticis, ideò censenda est esse exorbitans, & ideò non incurritur à probabiliter ignorantibus eam propter speciales rationes, quas supra adduximus. Et quia sæpe aliqui, si prænoscent aliquod factum, quod moliantur facere, esse obnoxium censure excōmunicationis, illud non perpetrarent, vt vitarent excōmunicationis periculum, cui consulere voluit papa per caput. vt animarum. de constit. in. 6.

¶ Ad secundum argumentum, vbi arguitur quod pænâ est naturalis, neq; consurgens à

A cōsensu delinquentis: ergo etiâ si ignoretur, incurritur, Respondetur primo cū Nauarro loco citato, quod argumentum concludit de pænâ ordinaria, & communi non excedenti, scilicet, quod ignorantia probabilis illius non excusat ab illa. Sed secus est de pænâ aucta supra modum delicti, vel de pænâ exorbitanti, qualis est excōmunicatio. Cuius diuersitatis ratio est in promptu: quoniam quicūq; scit, vel scire debet aliquid esse malum, scit vel scire debet id fore puniendum proportionata illi pænâ, quæ est ei debita iuxta naturam eius. Et ita si facit illud malum, consentire implicite debet in pænâ illi proportionatam, & debitam, postquam scit se consentire in malum, quod est causa eius. Secus autem est de pænâ exorbitanti aucta ob aliquas speciales causas ultra naturam delicti: quoniam nescit, neq; scire debet illum malum esse causam tam exorbitantis pænæ, cuius generis est excōmunicatio. Præsertim quod ratio naturalis quæ docet pænâ esse debitam malo, non pertingit ad pænâ excōmunicationis sine lumine fidei. Qua de causa putat Nauarrus caput vt animarum, prædictum, extendi non solum ad censuram excōmunicationis, à qua excusare ignorantiam probabilem cauet: sed etiam ad alias pænas exorbitantes ultra naturam delicti excessiuas. Secundo respondetur peculiari responsione, quod non est eadem ratio de alijs pænis & de pænâ excōmunicationis. Quoniam excōmunicatio est propriè pænâ medicinalis animæ, quæ ignorata nihil ei prodest; ideò eam ignorantes inuincibiliter & probabiliter ab ea excusantur, etiam si sit iuris pontificij.

¶ Ad confirmationem patet ex prædictis solutionibus. Quibus additur, quod non valet cōsequentiâ, Deus punit infideles negatiuos pænâ inferni æterna propter peccata commissa contra ius naturale, etiam si ignorent hanc pænâ: ergo etiam ecclesia punit hac pænâ excōmunicationis ignorantes eam si commiserint delictum contra eam. Quoniam respondetur primò, ex mente Soti, quod est diuersa ratio de pænâ excōmunicationis. Quoniam (vt habetur can. omnes decimæ. 16. q. 7.) secundum Dñi præceptum monitio præmittenda est, ante excōmunicationem, ne tam grauissima pænâ ab ignorantibus præsertim inuincibiliter incurratur.

¶ Secundo respondetur, quod pænâ infernales sunt proportionatæ culpis, quatenus sunt offensæ Dei. Nam hac ratione ibi in inferno æterna pænâ puniuntur. Imo vt sic confi-

consideratas (vt aiunt theologi) tales culpas ibi punit Deus citra condignum. Pænâ autem legum humanarum proportionandæ sunt quantitati, & qualitati delicti secundum quod magis, vel minus offendit bonum cōmunitatis, sed pænâ excōmunicationis duplici ratione, scilicet, tum, quia maior est omnibus pænis ecclesiasticis. Tum, quia propriè est medicina, quæ nisi cognita neque præseruat, vel sanat, ideo contra probabiliter eam ignorantes ferri non debuit.

¶ Ad argumentum tertium, vbi arguitur, quod pænâ irregularitatis; & suspensionis incurritur à his, baptizantibus, vel baptizatis, licet eam ignorent: ergo etiam pænâ excōmunicationis; pari ratione responderetur primo, quod non est eadem ratio de irregularitate si loquamur de ea quæ incurritur propter indecentiam, aut propter defectum significationis: quoniam hæc irregularitas etiam incurritur sine culpa, vt irregularitas bigamiæ, & contracta à iudice, propter iustam illatam malefactori pænâ homicidij, si autem loquamur de irregularitate, quæ est pænâ, quæ non infligitur sine culpa, iam si in hac parte opinionem communem sequamur; neganda est consequentiâ pro vt eam merito negat Sotus, quoniam non est eadem ratio de pænâ irregularitatis, vel suspensionis ex vna parte & de pænâ excōmunicationis ex alia. Quoniam hoc summopere aduertendum est, quod hoc veluti peculiare & proprium est censure excōmunicationis, vt neminem, nisi inobedientem, ac præuia monitione liget, vt ex euangelio colligitur. Reliquæ verò pænæ etiam irregularitatis & suspensionis, sequuntur naturam delicti, cui per legem decretæ sunt, licet lex illa pænalis ignoretur. Cæterum non desinam hic admonere lectorem, Nauarrum insinuare etiam ignorantem probabiliter pænâ irregularitatis eam non incurrere. Tum ex eo, quod in summa cap. 27. num. 249. penes finem tenet, quod pænâ irregularitatis est pænâ tam valde grauis, vt non possit incurri, nisi pro delicto mortali. Tum etiam, quoniam eadem sum. cap. 23. num. 47. ait, quod licet ignorantia communiter nequeat esse iusta circa legem diuinam, aut naturalem, bene tamen quoad pænâ humanitus statutam, si illa sit pænâ excōmunicationis. Quod maxime, inquit, procedit in foro conscientia. Ex quo infert quod per hoc multi pij consolari poterunt, quod per hoc multi pij consolari poterunt, maxime in materia censurarum, & irregularitatum. Sed certe licet sufficienter probet contra Caietanum tenens cum Soto, quod irregularitas, quæ infligitur pro delicto non incurritur, nisi pro peccato mortali, & non pro veniali tantum; tamen non hinc colligitur, quod sua hæc illatio, aut consolatio, qua consolatur ignorantes pænas irregularitatis, excusando eos ab earum incurritione, sit vera quia fictitia est consolatio: quoniam non est certa, nisi solum de probabiliter ignorantibus pænâ excōmunicationis. Licet fatear, quod videtur illi fauere prædictum caput animarum. Et certe, vbi impingens in talem legem inducentem pænâ irregularitatis ea ignorantia laborauit, quæ in facto suo excusauit illum à culpa mortali excusabit etiam illum à pænâ irregularitatis. Et in hoc sensu probabilis est sententia Nauarri. Quoniam est probabilis sua opinio & Soti, scilicet, quod pænâ irregularitatis non incurritur, nisi pro peccato mortali. Si autem id sentit, pro vt affirmare videtur, quod etiam si ignorantia non excuset eum à peccato mortali transgressionis diuinæ, puta bis baptizando, excusabit eum à pænâ, si ignoret irregularitatis pænâ, vel facto annexam, hoc non tam probabiliter dicit Nauarrus, quia est contra communem, & nullâ ratione sufficienti; aut aperto textu probatur, & quia est contra doctores, quoniam (vt ait Sotus) reliquæ pænæ sequuntur naturam delicti, cui per legem decretæ sunt, licet lex illa pænalis ignoretur.

¶ Ad quartum argumentum Adriani respondetur, Negatur, quod Summus Pontifex prædicto cap. vt animarum ius aliquod nouum tulit, sed potius ius commune declarauit, contra quod ordinarij iudices credere possent ignorantiam inuincibilem suorum statutorum non excusare. Ideò Papa declarando ius commune contrarium statuit, scilicet, quod ignorantia pænæ excōmunicationis probabilis ab ea excusat.

¶ Ad quintum argumentum desumptum ex cap. cum illorum. de senten. excōmunicatio respondetur, quod Papa illic non loquitur de ignorantia inuincibili, vt arbitratur Adrianus; sed loquitur de vincibili, & non probabili, quæ non excusat. Tum, quia loquitur Papa indifferenter de ignorantia facti, & iuris. Et tamen de ignorantia facti inuincibili nemo dubitat neq; ipse Adrianus, neq; Scotus, quod excuset. Cum ergo manifeste censet illos ignorantes iniunctionem manuum in clericum, esse excōmunicatos, sequitur



tur plane, quod loquitur de ignorantia vincibili, & culpabili. Tum etiam patet: quoniam ignorantia illius sollemnissimi Canonis. Siquis suadente diabolo, raro contingit, quod sit inuincibilis.

### C A P. X I I I.

#### De excommunicatione.

*¶ Vtrum excommunicatio iniuste lata, habeat effectum, & an sententia excommunicationis lata contra innocentem probatum nocentem cum liget. Et quid in dubio. Et an fiet talis irregularis celebrando.*



**V**eritur quarto. Vtrum excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum. Respondetur autem, quod excommunicatio potest dici iniusta dupliciter. Vno modo ex parte excommunicatis, sicut cum ex odio, vel ex ira aliquis excommunicat. Et tunc excommunicatio nihilominus habet effectum suum, quauis ille, qui excommunicat peccet: quia iuste patitur, quauis excommunicator iniuste faciat. Alio modo ex parte excommunicationis ipsius, vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia infertur sententia ordine iuris pretermisso. Et tunc si sit talis error ex parte sententiae, qui sententiam nullam esse faciat, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem excommunicatio non annullat sententiam habet effectum suum, & debet excommunicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritum, vel absolutionem petere debet ab excommunicante, vel ad superiorem iudicem recurrere. Si autem conteneret eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem quandoque, quod est debita causa ex parte excommunicatis, quae non est debita ex parte excommunicati. Sicut cum quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur. Et tunc, si humiliter sustinet humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum. Neque contra praedicta obstat, sic arguere: quod iniusta excommunicatio non potest subtrahere gratiam Dei: ergo neque suffragia Ecclesiae, aut protectionem Dei subtrahere potest. Quia respondetur, quod quauis homo gratiam Dei iniuste amittere non possit, potest tamen amittere illa iniuste, quae ex parte nostra sunt, quae ad gratiam Dei disponunt. Sicut patet, si subtraheretur alicui doctrinae verbum, quod ei debetur, & hoc modo excommunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur, id est ea quae disponunt ad illam. Neque

obstat praeterea quod D. Hieronymus ait, quod est de supercilio. Phariseorum extimare esse ligatum, vel solutum, qui ligatur, vel soluitur iniuste, & per consequens, quod sentit D. Hieronymus excommunicationem iniustam nullum habere effectum. Quia respondetur, quod D. Hieronymus loquitur quantum ad culpam, & non quantum ad poenas, quae possunt etiam iniuste infligi a rectoribus ecclesiarum.

**¶** Circa praedictam doctrinam, quae est D. Thomae nota quod illa sententia Gregorij. ij. q. 3. can. sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est in causa fuit, ut a doctoribus in disputatione versa sit questio illa. Vtrum excommunicatio iniuste lata alicuius sit effectus. Igitur supra plurimos retulimus modos excommunicationis nullae, quos in quindecim casus distribuit Syluester, verbo, excommunicatio. i. §. 1. De quibus aduertimus, quod dum notorie constat de aliquo horum modorum, in tali casu non est timenda excommunicatio, si vero non constat, timenda est quo ad ecclesiam & contentes mortaliter peccat. Notandum est supra D. Thomam aut tres statuisse conclusiones, praemissa distinctione, scilicet, quod excommunicatio dupliciter fit iniusta. Vno modo ex parte excommunicantis, ut quia ex odio vel malo affectu excommunicantis iudicis processit. Alio modo ex

parte excommunicationis, vel quia causa non est iusta, vel quia iuris ordo fuit pretermissus. Prima igitur conclusio D. Thomae fuit, quod excommunicatio iniusta ex parte iudicis, solum ex malo procedentis affectu orta omnino valida est, neque de hoc ab aliquo dubitatur. Secunda autem eius conclusio fuit, quod si error ille vel in causa iusta, vel in ordine, pretermisso est tantus, ut sententiam annullat, nullum habet effectum, aut excommunicationis vim. Sed tamen neque in hoc casu sententia Gregorij dicitur, quod sententia pastoris, siue iusta siue iniusta, timenda est, habet locum quae requirit, ut sit timenda, quod sit pastoris sententia, & praeterea quod sit sententia. At vero secundum D. Thomam ista sententia nulla, non est sententia. Tertia conclusio D. Thomae est, quod quando sententia est iniusta ex parte ordinis, scilicet, pretermisissis, scilicet, quia non fuit cum trina admonitione, aut cum vna pro trina lata: sed tantum fuit cum vna admonitione dumtaxat, non est nulla, sed habet virtutem ligandi. Similiter, quando reuera, causa non fuit iusta, nihilominus non continet manifestum & intolerabilem errorem, sed res est in dubio: tunc non est ipso iure nulla. Et ideo ut cordate ait Sotus, in hoc casu, etiam si ex consilio suorum aduocatorum, reus existimet causam non esse iustam, nihilominus timenda est quia

circa

circa tanquam excommunicatus se gerere debet in foro exteriori. Et si esset clericus & confeceret fieret irregularis. Et si sententiae non pareret quousque, ad alia iuris remedia recurret peccaret mortaliter, non parendo. Imo inquit Sotus, sententia tunc habet effectum priuandi suffragijs Ecclesiae. Sed quia hoc, quod ait Sotus, videtur durum postea discussus de hoc dicemus. Tandem concludit Sotus quod hic proprius casus est in quo sententia pastoris etiam iniusta timenda est. (Igitur ex eius difficultatem huius casus expendendo dicimus, quod in casu, in quo Sotus loquitur, quod res esset dubia in se & apud omnes, vera est assertio Soti, quod tunc excommunicatio, quae alias apud Deum, quem nihil latet, ex causa iniusta lata esset, vere omnes poenas induceret in rebellem, etiam irregularitatis, si celebraret. Sed an isto casu rebellis hic priuaretur suffragijs Ecclesiae in controuersiam adduci poterat, propter rationem Paludani dist. 18. q. 1. dicentis, quod cum Ecclesia sciat, se posse errare, videtur nolle aliquem laedere iniuste, & propterea non videtur velle excludere iniuste excommunicatos, id est, sine causa a participatione suorum bonorum, & communium suffragiorum. Nihilominus tamen, cum est res in se dubia, & apud omnes ea dubitatione laborat, sanius est dicere cum Soto, quod tunc licet re vera apud Deum, qui omnia nouit, & falli non potest est iniusta, quia ex iniusta causa lata, talis sententia in non parente ei operatur priuationem, etiam suffragiorum Ecclesiae. Patet, quia D. Thomas in solut. ad. 2. indistincte ait, quod licet iniusta excommunicatio quantum ad culpam, non habeat effectum, sed bene tamen quantum ad poenas, quae possunt iniuste infligi a rectoribus ecclesiarum. Et apertius in solutione ad primum ait, quod iniuste excommunicatus, licet non possit priuari gratia, sed potest priuari his, quae disponunt ad gratiam: cuiusmodi sunt Ecclesiae suffragia. Tum etiam patet, quoniam iste, cum res est dubia, & in dubio iudici excommunicanti teneatur parere, digne propter contumaciam mortalem, qua renuit ei parere, meretur huiusmodi priuari suffragijs, licet apud Deum, quem nullum latet secretum, tunc innocens alias esset. Haec nostra & Soti assertio probatur ex cap. per tyas. vers. in alijs. de sent. excom. & cap. solet. & c. venerabilis. §. porro. eo. tit. Et patet, quia qui in isto casu excommunicatus est iniuste necessario venit absolendus simplici & absoluta absolutione: ergo haec excommunicatio non fuit nulla, sed vim obtinuit ad inferendas poenas.

**A**nas. Neque hic sufficit absolutio ad cautelam, quoniam absolutio ad cautelam tunc datur, cum allegatur excommunicationem fuisse nullam: quia forte valuit. Absolutio autem ad cautelam secundum quid dicitur absolutio; quoniam excommunicatio, quae manifeste est nulla, nulla indiget absolutione. Ita glossa communiter recepta can. 1. 1. q. 3. & c. solet. verbo, in officijs supra eo. cui suffragatur D. Tho. in. 4. d. 18. q. 2. art. 1. ad quaest. 4. Vnde sic iniuste excommunicatus fit irregularis celebrando. gloss. c. postulastis. verbo, spoliandi. de cleri. excom. ministr. & Syluest. verbo, correctio. §. 9. & verbo. excommunicatio. 2. notabili. 1. casu. 8. & 4. notabili. dubio. 8. & S. Tho. in. 4. d. 18. q. 2. art. 1. ad. 4. quaest. Et est verum hoc, etiam in animae iudicio.

Sed nunc de ea quaestione, quae plus difficultatis continere videtur agendum est, scilicet an cum sententia simpliciter est iniusta, quia non inter fuit aequa causa, sed iniqua, vel solum praesumpta, ut quando re vera innocens coram Deo, secundum allegata & probata pronuntiatu est nocens, & sic excommunicatus est excommunicatio habeat vim ligandi ad omnes poenas, quando sic est iniusta. tamen in foro exteriori, neque publice constat de eius hac iniustitia. Videtur autem, quod sententia haec excommunicationis liget, quantum ad omnem effectum. Quoniam haec sententia est legitima, hoc est, iuxta leges Ecclesiae probata, atque proinde est iusta, ita ut si iudex eam proferre renueret, peccaret: ergo ligat quantum ad omnem ecclesiasticum effectum internum & externum. Et confirmatur ex D. Tho. dicente, quod in hoc casu humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum, quasi vera sit excommunicatio. Et patet etiam ex Gratiano can. qui iustus. 1. 1. q. 3. dicente, quod qui iniuste excommunicatur, etsi non sit ligatus quo ad Deum sententiae parere debet, ne superbia ligetur. Sed in contrarium est, quod ait Palud. d. 18. q. 1. scilicet, quod cum Ecclesia sciat se posse errare in ferendo excommunicationis sententiam, videtur nolle aliquem laedere, & propterea non videtur velle excludere iniuste excommunicatos a participatione suorum communium bonorum, & suffragiorum. Igitur pro explicatione quaestionis praemittenda est distinctio Caietan. 2. 2. q. 70. artic. 4. quod iurista distinguunt inter sententiam iniustam, & nullam, quoniam non tam vtuntur cognitione veritatis, quia eos interdum latet; sed innituntur praesumptionibus iuris. At vero Theologi, quoniam solam rei veritatem considerant, inter sententiam iniustam & nullam non

non distinguunt, sed pro eodem usurpant sententiam nullam, & iniustam, quando est iniusta de per se. Pro cuius vera intelligentia præmittenda est secunda distinctio, scilicet. Alia est sententia iniusta de per se, alia vero de per accidens, tunc autem dicitur sententia iniusta de per accidens quando scilicet procedit ex corrupto affectu iudicis, puta, ex odio, vel ira, vel prætermisso ordine iuris, qui non est de essentia. Et tunc non est simpliciter iniusta, & ideo ligat. Sententia autem de per se iniusta dicitur illa, quæ ex parte causæ est iniusta, scilicet, quando non inter fuit æqua causa, sed vel iniqua, vel solum præsumpta ex testium, scilicet, attestationibus falsis.

His igitur præmissis statuitur tenenda conclusio. Scilicet, quando aliquis certus est se esse innocentem, quia scit certo æquam defuisse, aut veram causam, quamvis ex indicij, vel ex præsumptionibus falsis probatus sit nocens, & excommunicatus in rei veritate, non est excommunicatus, neque suffragijs communibus, & orationibus ecclesiæ priuatus. Hæc conclusio est Adriani in quolib. quæst. 6. est Caiet. 2. 2. quæst. 70. art. 4. ad. 2. argu. est Soti. Est tamen contra Alexandrum. 4. p. 8. 1. membro. 2. & contra Ricard. dist. 18. art. 3. quæst. 5. & contra Sylvestrum, verbo, excommunicatio. 2. §. 2. & verbo. rest. 8. §. 6. tenentes, quamcumque excommunicationis sententiam dummodo à legitimo iudice proferatur, & intolerabilem errorem non contineat, habere suum effectum. Et intelligunt etiam quantum ad priuationem suffragiorum. Sed nostre huic conclusioni contra istos suffragatur Nauarrus in summa cap. 27. nu. 18. & nu. 38. Accedit tandem Couarruias huic nostre sententiæ licet varium se ostendat. Probatur autem nostra conclusio, primo: Quia princeps sæcularis si in temporalibus proferat in foro civili sententiam ex iniqua causa, vel falsa, probata vera, secundum falso allegata, &

Conar. de ex  
com. S. 3.

probata contra innocentem in foro conscientie non tenet. Vnde potest sic condemnatus sine scandalo publico perturbationis grauis reipublicæ & citra illationem violentiæ faciendam ministris iustitiæ se eximere ab illius sententiæ executione. Ergo eodem modo, dum innocens aliquis, & sine culpa excommunicatur, nulla erit excommunicatio in rei veritate. Tum, quia ecclesia non habet maiorem vim ad lædendum hominem iniuste in spiritualibus, quam princeps sæcularis in sæcularibus bonis, & temporalibus, eo quod pretiosiora sunt spiritualia temporalibus. Item confirma-

**A** tur; Quoniam, ut prædictum est, ecclesia non accepit potestatem excommunicandi, nisi pro peccato: sed qui innocens est, licet præsumatur nocens in rei veritate caret peccato: ergo non est vere coram Deo excommunicatus. Secundo probatur ex sententia D. Hierony. can. si quis. 24. q. 3. dicentis: Siquis non recto iudicio ab ecclesia repellatur, si non ita exit, ut meretur exire, nihil læditur in eo, quod non recto iudicio expulsus est. At innocens non meruit excommunicari: ergo secundum D. Hieronymum non læditur ex iniusta excommunicatione. Tertio probatur ex autoritate D. Augustini. 11. q. 3. can. illud plane. Vbi ait: Illud plane non temere dixerim, quod si fuerit aliquis fidelium anathematizatus iniuste, potius oberit ei, qui facit iniuriam, Et licet hic D. Augustinus videatur loqui in casu, quo iudex iniustus est: tamen hic apparet colligitur argumentum, quod si iniustitia iudicis secundum D. Augustinum nihil obest excommunicato, quod etiam iniustitia testium falsum aduersum eum testificantium, ei non oberit, licet iudex legitime sententiam proferat. Quarto probatur ex sententia Gelasij can. cui est illata. 11. q. 3. Vbi ait, quod si sententia iusta non est, tanto eam curare non debet, cui illata est, quanto apud Deum, & eius ecclesiam nemo potest grauari iniqua sententia. Et certum est, quod Gelasius hic loquitur generaliter contra glossatorem, dicentem quod loquitur particulariter de sententia illata à Dioscoro, quia erat hæreticus, quæ propterea erat nulla. Quinto probatur ratione D. Tho. 2. 2. q. 6. art. 1. Vbi ait, quod iudicium est determinatio iusti, & sententia est, sicut lex particularis in particulari facto: ergo ubi non est æqua lex iusti non est lex. Ergo neque excommunicatio iniusta ex parte causæ non est excommunicatio; atque ideo quantum est ex natura sui neque ligat, neque est seruanda.

**D** Deinde, prædicta conclusio ad suam plenam intelligentiam examinationem huius annexæ quæstionis exposcit, an ad aliquas pœnas obliget in foro interiori, vel exteriori ista excommunicatio ex falsa, vel iniqua causa lata aduersum eum, qui certo se nouit innocentem: & tamen eius innocentia non est manifesta, sed contrarium præsumitur in foro exteriori. Igitur, ut à clarioribus, & ab eo, in quo conueniunt, fere omnes cordati doctores incipiamus, dicimus primo, quod hic talis innocens excommunicatus à suffragijs communibus ecclesiæ, nullatenus est exclusus, sed eis gaudet. Hęc sententia est Soti. & Couarru. & Nauarr. Adria. Caieta. contra Alc-

Alexandrum Ricardum & Sylvestrum. Et ratio Paludis suffragatur; Quoniam utique ecclesia, cum sciat in hac sententia posse errare, neminem vult iniuste lædere in bonis spiritualibus. Sed quid de participatione sacramentorum, & communicatione externa fidelium, an talis excommunicatio priuationem horum inducat. Respondetur secundo quod talis excommunicatio cum secundum D. Thomam excommunicatio non sit de se, ad abstinendum à prædictis, non obligat, sed præceptum ecclesiæ ob vitandum scandalum, ubi posset oriri, quia ibi scitur esse talis excommunicatus, tenetur sub mortali peccato in publico à prædictis abstinere: vnde ad id obligatur in foro conscientie: Ita Sotus Couarruias, & omnes. Sed quid, si iste innocens sic iniuste excommunicatus in secreto, vel alibi ubi ignoratur esse excommunicatus, cum sit sacerdos celebrauerit. Ad hoc dicimus tertio, cum Caietano, & Adriano locis citatis, & cum Driedone, & Soto & Couarruias, quod si secreto, & sine scandalo celebrauerit, neque vilius culpa reus erit, neque canonis pœnis afficietur, neque irregularitatem contrahet. Patet; Quia tunc excommunicatio cum de se nulla sit, ad hæc non ligat. Sed neque præceptum ecclesiæ hic vult obligare, cum cesset ratio eius, cum cesset scandalum, ratione cuius, ut euitaretur, voluit obligare. Vnde cum hic omnis absit culpa omnis cessat pœna.

**C** Cæterum, ut omnes difficultates extricemus adhuc queritur, quid si talis innocens secretus, sed nocens præsumptus cum sit excommunicatus, cum scandalo, & contra præceptum ecclesiæ in publico celebrauit, an tunc incurrit irregularitatem. Videtur autem, quod non: quoniam excommunicatio cum nulla fuerit contra innocentem, illa irregularitatis pœna eum inno dare non potuit; neque sola transgressio præcepti ecclesiæ illam irregularitatis pœnam inducere non valuit super celebrantem in publico. Sed in contrarium est, quod iudex ut irregularem eum damnabit. Igitur pro absolutioe quæstionis, quarto dicimus cum Soto, Couarruias, & omnibus, quod in foro exteriori, talis ut irregularem iudicabitur, & punietur: quoniam ecclesia in omnibus secundum allegata & probata iudicabit, quatenus attinet ad censuras & pœnas exteriores. Sed an in foro interiori talis immunis sit ab irregularitate, dum sic in publico, & cum scandalo celebrauit, maius dubium habet. Nihilominus ratio prædicta suadet, quod in foro conscientie, sic celebrando nullam irregularitatem contrahit. Sic videtur tenere Sotus, dicens, quod hinc fit, ut taliter excommunicatus, si est sacerdos, nullam irregularitatem, neque pœnam iuris incurrit in conscientia. Idem sentire videtur Couarruias, qui ait, quod si nulla sit excommunicatio ipso iure, tunc ea irretitus, etiam si cum scandalo celebret, licet peccet, non tamen irregularis erit: quia nunquam fuit excommunicatus. Ergo pari ratione secundum D. Thomam, quoniam in hoc casu excommunicatio non est excommunicatio, atque per consequens est nulla, nulla afficiet pœna irregularitatis in conscientia ipsum sic excommunicatum in publico celebrantem, etiam cum scandalo, licet irregularis præsumatur in foro exteriori. Vide plures casus excommunicationis nullæ, quos numerat glossa cap. præfenti isto titulo.

**A** Ad argumenta in contra respondentes, dicimus ad primum, quod licet sententia excommunicationis lata in innocentem legitime probatum nocentem sit legitima, est tantum iusta, & legitima secundum præsumptionem iuris, sed non excommunicatio coram Deo in rei veritate, & ideo tanquam nulla nullas inducit pœnas in foro saltim conscientie, nisi pro ut dictum est, quoad euitationem, & separationem à sacramentis, & à communione fidelium in foro publico. Et hoc facit non ratione sui cum nulla sit, sed ratione præcepti Ecclesiæ ad vitandum scandalum. Vnde si peregre proficisceretur, ubi non posset venire in notitiam iudicis, neque eorum, qui audierunt sententiam, posset se tuto tanquam non excommunicatum gerere. Et idem est de sententia, quæ iniusta est de per se, & non continet intolerabilem errorem, si reuera causam habuit iniustam. Ad confirmationem ex D. Thomam, respondetur, quod solum D. Thomas insinuat, quod istud grauius, quod est sic excommunicatum in publico arceri à sacramentis, & à communione fidelium, re compensabitur per meritum obedientie.

**C** Ad argumentum ex Gratiano dicente, quod qui iniuste excommunicatur parere debet ne superbia ligetur, respondetur, quod Gratianus nihil aliud per hoc vult ostendere, quam quod tali sententiæ latae, sine culpa, aut sine causa parendum est in foro exteriori.

## De excommunicatione.

### C A P. X V.

Qui sunt qui excommunicare possunt: Et an episcopi possint excommunicando subditos eos priuare suffragijs totius Ecclesiæ, aut sub-

subditum in alio episcopatu existentem excommunicare; Et absolueri possint peregrinos ad suas dioeceses venientes a casibus reseruatis: Et de sententia vel statuto archiepiscopi, an per ea ligentur suffraganei: Et an consuetudo possit aliquem excommunicare; Et abbates possint excommunicare: Et an excommunicatus prelatus possit excommunicare: Et an excommunicati priuati gesta teneant. Pulchra quaestio, quis dicatur nominatim excommunicatus, & denunciatus: an possit quis excommunicari ab aequali: An Papa possit excommunicari: Et an pluries quis excommunicari possit.



Deinde, vt de his, qui excommunicare possunt disputationem in hoc mus quaeritur primo, Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare, Respondetur autem, quod in foro conscientiae causa agitur inter hominem & Deum, in foro autem exterioris iudicij causa agitur hominis ad hominem. Et ideo absolutio vel ligatio, quae vnum hominem obligat quoad Deum tantum pertinet ad forum penitentiae; sed illa, quae hominem obligat in comparatione ad alios homines ad forum publicum exterioris iudicij pertinet. Et quia homo per excommunicationem a communione fidelium separatur; ideo excommunicatio ad forum exterius pertinet. Et ideo illi soli possunt excommunicare, qui habent iurisdictionem in foro iudiciali: & propter hoc soli episcopi propria autoritate, & maiores praelati secundum communiorē opinionem possunt excommunicare. Sed presbyteri parochiales non, nisi ex commissione eis facta. Neque obstat, quod quilibet sacerdos habet clauis, quoniam excommunicatio non est actus clauis directus; sed magis respectu exterioris iudicij. Sed quia sententia excommunicationis aliquo modo occludit aditum regni; ideo iurisdictione, per quam fertur, clauis dici potest. Et secundum hoc a quibusdam distinguitur, quod est clauis ordinis, quam omnes sacerdotes habent; & clauis iurisdictionis in foro iudiciali, quam habent soli iudices exterioris fori. Vtramque tamen Deus Petro contulit Matthaei. 16. & ab ipso in alios descendit, qui vtramque habent. Neque obstat, quod forum penitentiale sit dignius: quoniam non in

de sequitur; quod si quilibet sacerdos potest sibi subditos absolueri, & ligare in foro conscientiae; quod etiam possit suos subditos excommunicare. Quia respondetur, quod sacerdotes parochiales habent quidem iurisdictionem in subditos suos; quantum ad forum conscientiae; sed non quantum ad forum iudiciale: ideo excommunicare non possunt. Tamen etiam, quia licet dignius sit forum penitentiale, tamen in foro iudiciali maior sollemnitas requiritur: quoniam in eo oportet, quod non solum homo absoluendus, Deo, sed etiam homini satisfaciat. Item; quia poena excommunicationis est valde periculosa, nisi cum moderate fiat: ideo non debet cuiuslibet sacerdoti committi: quoniam ea, in quibus imminet periculum, sunt maioribus referuanda.

¶ Secundo quaeritur; Vtrum non sacerdotes excommunicare possint. Respondetur autem quod sacramenta, in quibus gratia conferuntur, dispensare ad solos sacerdotes pertinet: & ideo ipsi soli possunt absolueri & ligare in foro penitentiale. Sed excommunicatio non directe respicit gratiam, sed ex consequenti in quantum homo a suffragijs Ecclesiae priuatur, quae ad gratiam disponunt, vel in gratia conseruant: & ideo non sacerdotes etiam, dummodo iurisdictionem habeant in foro contentioso, possunt excommunicare. Quoniam etsi non habent clauem ordinis, habent tamen clauem iurisdictionis. Neque obstat, quod non sacerdos in foro penitentiae absolueri non potest. Quoniam respondetur, quod non obstat hoc, si habeat iurisdictionem in foro Ecclesiastico exteriori, poterit excommunicationem inferre. Quoniam ista duo se habent, sicut excedentia & excessa: & ideo alicui competit vnum, cui non competit aliud: Quaeritur tertio; Vtrum excommunicatus & suspensus possit alium excommunicare. Respondetur autem, quod vsus iurisdictionis est in comparatione ad hominem: & ideo cum omnis excommunicatus a communione separetur quilibet excommunicatus vsu iurisdictionis priuatur. Et quia excommunicatio est actus iurisdictionis; ideo excommunicatus excommunicare non potest. Et eadem ratio est de suspensio a iurisdictione. Si enim sit suspensus ab ordine tantum, tunc non potest ea, quae sunt ordinis; sed potest ea quae sunt iurisdictionis, & e converso, si sit suspensus a iurisdictione & non ab ordine. Si autem ab utroque, tunc neutrum potest. Neque obstat dicere, quod excommunicatus, aut suspensus ordinem & iurisdictionem non amittit. Quoniam licet haec non amittat: tamen iurisdictionis vsu amittit. Neque sequitur quod si excommunicati consecrere corpus Christi valde possunt, quod est maius, quod possint ex-

communicare, cum hoc sit minus. Quoniam consecrere sequitur potestatem characteris, qui indelibilis est, & ideo homo ex hoc, quod characteri ordinis habet, semper potest consecrere, licet non semper ei liceat. Secus autem est de excommunicatione, quae iurisdictionem sequitur, quae auferri potest, & ligari.

¶ Circa praedictam doctrinam notandum est primo, Scorum hanc singularem tenuisse sententiam, scilicet, episcopos posse suos subditos excommunicare, priuando eos tantum suae ecclesiae suffragijs, plene tamen non, nisi auctoritate Papae. Sed certe opinio haec in ecclesia Dei est res noua, & inaudita, scilicet, quod aliquis sit excommunicatus, & non priuetur suffragijs totius ecclesiae: Imo haec potestas est propria episcoporum. Quae circa. 16. quaest. 2. can. v. i. s. i. appellatur excommunicatio scilicet episcoporum. Neque obstat, contra Scorum, quod episcopus non habet iurisdictionem supra totam ecclesiam, vt possit priuare subditos suffragijs totius ecclesiae. Quoniam, quod excommunicatus priuatus sit a totius ecclesiae suffragijs, & a cetero fidelium non prouenit immediate a iurisdictione excommunicantis, sed ex ipsa excommunicationis natura: nempe, quia ecclesia ex traditione Apostolorum sic instituit, vt patet can. sicut, & duobus seq. 11. quaest. 3. Vnde in Concilio Niceno cap. 5. scriptum est: Seruetur ista sententia, vt hi, qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem non recipiantur.

¶ Praeterea & illud dubium explicari hic opus est: An sicut iurisdictione ad excommunicandum, solum se extendit ad subditos excommunicantis, an etiam quoad territorium eius, ita vt non possit ad alium territorium fugientem excommunicare. Videtur autem quod id possit. Nam secundum Bartol. & alios eius sequaces, statutum, si id exprimat, potest ligare violantes illud extra eius territorium. Ita Bartol. l. cunctos. C. de summ. Trinit. vers. 8. Ergo etiam iudex, si id exprimat excommunicando, potest ligare suum subditum delinquentem extra suum territorium. Sed in contrarium est textus cap. vt animarum: de const. in. 6. Igitur pro decisione quaestio dicitur primo, quod excommunicatio iuris differt ab excommunicatione lata ab homine, etiam lata ab homine generaliter. Nam sententia tam iuris, quam statuti subduntur etiam non subditi, si egerint contra eas intra legislatoris territorium, etiam si tempore quo latae fuere subditi non essent: quoniam ratione delicti etiam exteri forum fortiuntur cap. vltimo de foro competent. At vero sententia generali hominis hi tantum ligantur, qui tempore sententiae iudici subditi erant quoad iurisdictionem non tamen futuri subditi. Quoniam haec sententia referenda est ad tempus, in quo pronunciat. Ita Panorm. & Doctores in cap. anobis, eod. tit. Quam distinctionem ait. Couarr. de excommunic. §. 10. Panorm. & Doctores sic accipere, vt tali sententia generali hominis non ligentur non subditi delinquentes intra territorium profertur. Hanc sententiam videtur tenere Metina in sua instructione lib. 1. cap. 10. §. 3. de casibus reseruatis episcoporum. Vbi motus praedicta Panormitani doctrina ait, quod subditi a laterius episcopi, si in alio se inueniant episcopatu alterius episcopi eius violauit pracepta, & casus reseruatos, respectu istius non erunt reseruati. Quod intellige si fuerint casus reseruati per sententiam generalem. Secus si reseruati per sententiam generalem. Sed quia hic Metina non distinguit de casibus reseruatis statuto synodali Episcoporum & de reseruatis ab ipso per sententiam generalem: ideo contra frat. Iosephum in suis Floribus theolog. reprobare non ausim Metinae sententiam, sic absolute, & sine distinctione acceptam. Tum: quia cum reseruatio casuum sit ad cognoscendum vultum pecoris. sui ideo episcopi, quomodo cunque ferant leges de reseruatis casibus, solum per id intendunt compicere vultum suum pecus, id est, subditos suos. Tum: quia pergrinis licitum est haec statuta alieni episcopi operibus vagantur ignorare, non enim tenentur de his inquirere. Tum: quoniam si ex iure excommunicatio tra statutum delinquentes peregrinatione delicti sunt subditi, sed id est in delictis, quae puniendi veniunt in foro exteriori poena publica satisfaciendi scandalum publico: & non intelligitur in delictis solum in foro conscientiae confessori manifestandis. At licet istam sententiam Metinae refutare non ausim, video tamen Sotum in. 4. sent. dif. 8. quaest. 4. art. 2. allegantem pro se Caietanum in summa tenentem contrarium, & dicentem, quod peregrini etiam quoad casus reseruatos subduntur legibus eius dioecesis, cui applicuerint. Et a casibus, inquit, qui illic reseruati sunt episcopo non possunt absque eius iurisdictione absolui. Sed hoc non potuit colligere Sotus, aut Caietanus, nisi ex illa concessione viuae vocis oraculo facta ab Eugenio. 4. Papa. Qui de clarasse dicitur, quod viatores vbi se inueniant in paschate censendi sunt tanquam ad priuilegium incolas, tam quoad sacramentum poenitentiae, quam eucharistiae. Et hinc infert Caiet. quod poterunt absolui a casibus episcopalis, pro vt episcopus illius loci disponit. Et tamen credo contra Sotum, quod episcopus loci non disponit, vt casus a se reseruati comprehendant peregrinos, qui eos ignorare solent. Quod si haec opinio Soti verum habet, non in peregrinis alibi ha-

Q q ben-



benibus domicilium, qui non subditi illius episcopi cuius dioecesi accedunt, verificanda est: sed forte tantum in vagabundis, qui (vt ipse ait) cum nullibi habeant domicilium, non tenentur, nisi legibus episcopi loci, vbi sunt. Sed neque de his tam vsque quaque certus, quod casibus reseruat illius episcopi, vbi se inueniunt, subdantur: quoniam neque eos scire aut inquirere tenentur. Quo circa opinor circa peregrinos alibi habentes domicilium, si violauerint casus reseruos illius episcopi, vbi se inueniunt, electioni confessoris, cum quo ibi confitetur, esse relinquendum, aut potius poenitentis, quam velit magis opinionem sequi. Et si potest cruciata sumere bullam, tutius est per eam a praedictis casibus absolutionem procurare. Quod si non fecerit profecto propter rationes factas, non audeo illi ob id damnari.

¶ Secundo dicimus, quod sententia lata per statutum ab Archiepiscopo ligat singulos provinciae, & non tantum subditos suae dioecesis. Secus si lata est ab Archiepiscopo per sententiam: quoniam in hoc casu eius subditi tantum esse censentur sui dioecelani. Ita glossa communiter recepta super eap. Romana. vers. porro. de sent. excom. Tertio dicimus, respondentes ad punctum quaestionis cum Gabriele dist. 18. quaest. 2. conel. 6. quod non potest episcopus Parisiensis subditum suum dum est Coloniae excommunicare, sicut neque rex Hispaniae subditum existentem in Gallia iure cogere. Sorus autem hanc Gabrielis sententiam sic cordate limitat, & moderatur: Si enim subditus Salmantinus crimen in alieno territorio commisit, non potest episcopus Salmantinus illum excommunicare pro illo crimine, vt cauetur eap. vt animarum. lib. 6. Qui tamen textus secundum hanc sanam intelligentiam est glossandus, nempe, quod quando per viam statuti excommunicantur omnes, qui furtum fecerint, tunc non incurrunt excommunicationem ipso facto subditi, qui furtum fecerint in alieno territorio, si autem Salmantinis, qui furtum fecit Segouiae Salmanticam reuertitur, & illic conuenitur, vt restituat: potest quidem Salmanticensis iudex per excommunicationem eum cogere. Et e contra si furtum fecit Salmanticam, quanuis illico translimina dioecesis aufugiat, nihilominus excommunicatione Salmanticensi ligabitur. Neque est simile de Reo fugiente in aliud regnum, vbi iudex loci, vbi commisit delictum, eum punire non potest. Quonia potestas clavis est spiritualis, & non indiget alia executione, quam prolatione vbiunque reus extiterit. Et quidem sententia haec Soti & eius glossa loquendo de excommunicatione lata per statutum contra furantes, iuridica est. Sed de sen-

tentia iudicis magis in dubium vertitur, an hic delinquentem & statim ad aliud territorium fugientem post fugam possit in aliud territorium iam receptum excommunicare. Videtur autem Sotus hic affirmatiuam tenere. Nam ait, quod statim fugientem potest excommunicare, scilicet, in alio territorio iam constitutum. Quod & ex eius ratione colligitur, scilicet, quoniam potestas clavis ad excommunicandam est spiritualis, quae non indiget alia executione, quam prolatione, vbiunque reus extiterit. Ita etiam Gemini in dicto eap. animar. Igitur & ad quaestionem respondentes, dicimus quarto cum Nauarro in summa cap. 27. nu. 6. quod neque episcopus extra suum episcopatum potest excommunicare etiam suos subditos, vt patet eap. episcopum. 1. 1. q. 3. etiam si esset vi expulsus, nisi in loco viciniorepiscopatu, iuxta clementinam primam, de foro compet. aut nisi de consensu episcopi, vbi manent & habent domicilium Rot. 13. de consuet. in antiquis, aut in re adeo manifesta, quae non requirat cognitionem causae arg. eap. cum sit §. finali de appellat. Sed quia hic Nauarrus satis distincte non loquitur, tenendam puto sententiam Syluestri in summa verbo excommunicatio. 2. §. 10. quam ex Panormitano cap. a nobis desumit. Quae in his consistit punctis. Primo, quod si iudex excommunicat pro culpa, vel offensa praeterita, vt pro ea satisfiat a delinquente tunc non ligat subditum, qui eam commisit extra territorium statuentis. Sed bene tamen vt hic aduertit Sotus, si iste qui extra suam dioecesim furtum fecit reuertitur ad suam dioecesim, vbi conuenitur pro furto extra dioecesim facto, poterit a proprio episcopo excommunicari pro illo vt, satisfiat. Secundo, quod ista iudicis sententia lata pro culpa praeterita, id est, pro furto facto in suo territorio, vt satisfiat damno ligat subditum eius, qui eam culpam commisit in territorio eius, quanuis fugerit, & sit extra territorium tempore sententiae. Sed tamen non subditum, qui in territorio eam ferentis deliquit, non ligat, si sit iam extra territorium, a quo, scilicet, iam discessit, siue generaliter, siue specialiter proferatur contra eum, nisi fuerit citatio praeventus antequam recederet, aut nisi ad requisitionem praedicti iudicis iudex proprius, sub quo degit ipsum citaret, pro vt tenetur requisitus, vt notat Doctores in eap. finali. de foro compet. vt iret ad Respondendum: quia si hoc non faceret excommunicari posset. Tertio dicitur, quod si feratur sententia iudicis pro culpa futura vitanda, siue generaliter, siue specialiter feratur, quia aequiparatur statuto, quoad subditos solum modo, in hoc, vt non liget probabiliter ignorantes eam, neque extra territorium delinquentes. Sed neque

neque forenses ligat: quia sic comprehendere non potest, nisi subditos, supra quos incōtinenti prolata vires sumit, secundum legistas in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. Ex praedictis sequitur, quod episcopus proprius potest excommunicare suos subditos etiam existentes extra territorium pro his delictis, quae habent principium, vel finem in proprio territorio. Vnde excommunicationem potest clericos non facientes residentiam existentes extra dioecesim, & si habeant notitiam de hoc ligantur. Imo isti, quia habent domicilium in territorio excommunicantis secundum Panor. etiam extra territorium existentes excommunicari possunt, & citari, quoad omnes effectus. Sequitur etiam, quod subditi committentes delictum in loco exempto non ligantur, quia locus exemptus aequiparatur loco extra dioecesim existenti, secundum Ioann. Andre. in cap. vt animarum in nouella. Vnde si episcopus principiat sub poena excommunicationis, quod nullus accedat ad monasteria monialium, qui accedunt ad monasteria exemptarum non videntur incidere in eam, quia delictum committunt in loco exempto. Sed si diceret ad monasteria exempta, posset dici quod incident, quia delinquant in via, qui est locus non exemptus. Sed tamen dicendum videtur cum Syluestro excommunic. 2. §. 12. citatem Petrum de Anco. in dict. cap. vt animarum, quod si praelatus loci exempti ex forma privilegij habet iurisdictionem episcopalem in suo loco exempto, verius est, quod si episcopus mandat sub poena excommunicationis, nequis ingreditur monasteria monialium exemptarum, qui illuc ingreditur illa censura non ligatur. Cuiusmodi sunt monasteria monialium mendicantium exemptarum, quae suos habent praelatos Prouinciales habentes ex privilegio iurisdictionem episcopalem in illis.

¶ Nam respondere oportet ad argumentum desumptum ex autoritate Bartoli in l. cunctos. C. de summa trinit. dicentis, quod statutum si id exprimat, potest ligare violantes illud extra eius territorium. Vnde arguebatur, quod etiam iudex extra territorium suum subditum excommunicare possit. Dicimus ergo, quod tamen de consequenti cum Panormitano diffinimus, quid sit dicendum. Tamen Covarruias de excommunic. §. illo. 10. tenet istam sententiam Bartoli, & eius sequacium iure defendi non posse, quia est contra eap. vt animarum. indistincte id prohibens. Et ideo Angelus, Panormitanus, Paulus & Abbas, & alij plures sententiam Bartoli falsam esse censent. Neque obstat, inquit Covarruias, lex vltima. ff. de decret. Tum, quia ista lex secundum Alciatum errorem continet: quia dum ait: Si quis extra municipium, dicendum est extra colle-

gium, quod territorium solet habere extra ipsum. Imo si diceret extra municipium, vera esset lex & obligaret extra municipium, quando facta fuit in utilitatem municipij, quoniam tunc offensa facta municipio punitur, neque proprie est delictum extra territorium, commissum. Vt si feratur lex ad utilitatem patriae comprehenditur in ea eius, alias discedere debet amisso incolatu, & privilegijs, & iuribus illius, priuatis alio domiciliu transferre. Cateru et si Covarruias hac opinionem Bartoli absolute refuteret, tamen Syluester verbo excommunicatio secundo, quatuor adnumerat casus, in quibus saltem opinio Bartoli verum habet, & in quibus textus, vt animarum videtur exceptionem pati. Vide ibi. Primo, si statutum excommunicet non parentes super furtum satisfacturos. Secundo, si excommunicet existentes extra territorium super re, in qua sunt subiecti episcopo excommunicanti. Vt si excommunicet clericos non residentes. Tertio, si excommunicet subditos clericos existentes extra territorium, eo quod non interfuerint prouinciali capitulo, cui interesse tenentur in tali dioecesi. Nam tunc clerici non interuentes ligantur, etiam si sint in alia. Quarto, quando factum est principiatu in territorio, licet alibi sit completum. Sicut exemplificat Ioann. Andre. 1. de priuileg. 6. de sagittante in loco non exempto cum ipse sit exemptus, vt efficiatur subditus iudicis vtriusque. Sic determinant Domini de Rota per nota per Innoc. eap. praeterea requiriti. de appell. Igitur habenda est praeculibus pro intelligentia capitis, vt animarum, ista limitatio Syluestri, scilicet, quod statutum non ligat extra territorium delinquentes, cum ista limitatio ne, scilicet, intellectum, nempe, quando delinquens & res, circa quam delinquit, & ipsum delictum sunt totaliter extra prouinciam, seu territorium statuentis, loquendo de sententia lata per statutum.

¶ Praeterea, quoniam consuetudo vim, solita est habere iuris, & statuti, non abre erit & hic inquirere, an consuetudo sola possit aliquem excommunicare. Respondetur autem eum Nauarro in summa. c. 27. nu. 7. quod consuetudo sola absque sententia, vel constitutione aliquem non excommunicat, secundum Rosellam verbo, excommunicatio. 7. §. 10. nisi legitime praescripta sit, & approbata a summo Pontifice, vel ab alio praelato quantum ad suos subditos, quonia tunc habet vim statuti, secundum Angelum, verbo, excommunicatio. 1. §. 6. Sed tamen licet vera sit ista sententia Nauarri intelligenda est iuxta limitationem Syluestri verbo, excommunicatio. 1. quando, scilicet, in obseruantia & in opinione hominum consuetudo habet, quod sic facies

quasi excommunicatus sit tum approbatio eius per Papam, vel praelatum apud suos subditos inducit excommunicationem. Secus est autem si sit non sit in obseruantia hominum, quasi vim excommunicandi habens, quoniam approbatio tunc, non plus, quam sit in consuetudine, quæ non exprimit actum excommunicandi, addit.

¶ Deinde de his, qui excommunicandi potestatem habent edisserere nos oportet. Igitur D. Thomas in sua prima conclusione affirmat episcopos, & praelatos ex proprio officio auctoritatem habere excommunicandi suos subditos generaliter, ita ut in tota ecclesia sint excommunicati. Praelatorum autem nomine secundum Sotum intelliguntur Concilia, tam prouincialia, quam oecumenica. Deinde archidiaconi, & Archiepiscopi, & cætera. Deinde praelati, qui ab aliquo collegio eliguntur, ut abbates, ca. sicut tuis. de simon. Et religionum præfati, etiam priores, & Guardiani conuentuales. Hi denique omnes id possunt ex officio: eorum autem vicarij non, nisi ex eorum commissione. Neque ad sententiam excommunicationis ferendam requiritur character: sed sufficit iurisdicatio in foro exteriori, per quam Papa & Concilium oecumenicum non solum sententias, veluti iudices proferre possunt, sed etiam per viam legis, quam edere possunt, & episcopi & prouincialia Concilia per modum constitutionum, quas possunt facere, quæ non tam leges quam statuta dicuntur, excommunicare possunt. Sed minores praelati non per viam statuti excommunicare possunt. Quoniam neque proprie statuta condere possunt sed tantum, ut iudices excommunicare possunt. Sed de visitatoribus diocesum, aut Religionum dum visitant an possint excommunicare, & quomodo, peculiare est dubium. Ad quod primo respondet Sotus, quod tales visitatores dum visitant possunt ordinationes in scriptis sub censura excommunicationis relinquere quæ vim habent quousque per alium reuocentur. Cui adde secundum Nauarrum. c. 27. in summ. nu. 2. quod excommunicatio lata ab homine morituo ad eos, qui eam non incurrerunt mortuo homine, vel ablato ab officio secundum Panormit. cap. à nobis. r. est communis. Sed lata à iure mortuo legislatore non moritur cap. finali de officio legati. Ex quibus, inquit ibi Nauarrus patet quid sit dicendum de excommunicationibus & alijs censuris latis in mandata visitationum, quæ non sunt statuta sed mandata generalia, aut specialia hominum. Arbitror autem Nauarrum hic non aperte aduersari sententiæ supradictæ Soti, dicentis, quod ordinationes in scriptis datæ sub censura excommunicationis laturæ sententiæ durat, & vim habent, donec per alium reuocentur. Quo-

am Nauarrus non de excommunicationibus visitatorum annexis his ordinationibus in scriptis datis loquitur, sed de censuris eorum annexis alijs mandatis generalibus, vel specialibus. Cæterum in prologo constitutionum ordinis Prædicatorum sic cautur, quod ordinationes tam capitulorum generalium, quam magistrorum ordinis quoad vim præcepti & censurarum ecclesiasticarum cum ipsis expirent, quoad reliqua vero quomodo libet per generale capitulum, vel magistrum ordinis facta durent, eorum dictarum ordinationes donec fuerint reuocatae per similem potestatem.

¶ Igitur (ut sigillatim particularia dubia ad potestatem excommunicandi habentes conuenientia explicemus) dicimus primo, quod potestas excommunicandi, licet non necessario requirit ordinem sacrum, sed satis est ordo clericatus, id est, primæ tonsuræ, ut obtinere possit beneficium ecclesiasticum: tamen de iure communi pertinet habentibus iurisdictionem ordinariam ecclesiasticam in foro exteriori etiam si sint inferiores episcopis secundum optimum textum capitulum ab ecclesiarum praelatis. de officio ordinarij secundum omnes ibidem. & Felin. cap. cum dilecta de maiorit. Præterea secundo dicitur, quod potest delegatus uti excommunicationis censura cap. præterea de officio delegati. Tertio etiam Capitulum sede vacante, potest excommunicare cap. cum olim. cum ei adnot. de maior. Quarto nota, quod et si de abbatibus dixerit Sotus, quod possunt excommunicare: hoc tamen intelligitur respectu suorum subditorum viuientium collegialiter, & respectu subditorum suorum, super quibus gerunt potestatem, quasi episcopalem. Nam secundum Nauarrum in summ. cap. 27. num. 5. alij sunt, qui vocantur abbates, & priores in multis regionibus, eo quod sunt rectores ecclesiarum habentium multos beneficiarios non viuientes collegialiter, qui proinde non possunt excommunicare iure communi, quoniam nullam habent ad id iurisdictionem fori exterioris iuxta gloss. c. statutum, verbo collegiatis de electio. lib. 6. & Panor. in cap. nobis. de iur. patro. & iuxta not. licet canon. de elect. Similiter abbates rectores, aut parochi ecclesiarum simplicium parochialium non possunt excommunicare suos parochianos iure communi, quia carent iurisdictione in foro exteriori, nisi haberent eam ex consuetudine præscripta arg. cap. contingat. de for. competent. & cap. duo simul. de officio ordinarij. Nam tunc tantam habebunt quantam consuetudo dederit.

¶ Quinto nota, quod laicus incapax est huius iurisdictionis, quia spiritualia tractare non potest cap. 2. de iudicijs, & ca. ecclesia Sanctæ Mariæ

de const. Cui accedit, quod neque laicus potest constitui vicarius episcopi, sicut neque etiam clericus coniugatus, ita glossa cap. præter. §. verum. verbo. duobus. 32. dist. Concedit tamē hæc glossa posse laicum ex delegatione Papæ excommunicare cap. Meniam. 2. quæst. 4. Suffragatur etiam Panormit. cap. ab excommunicato, de re scriptis. Accedit vltimo, quod secundum Couarruiam, licet femina ratione dignitatis ecclesiasticam quandam iurisdictionem ad correctionem & administrationem obtinere possit, iuxta capitulum dilecta. de maioritat. tamen incapax est iurisdictionis clauis in vtroque foro, secundum insignem textum cap. noua. de poenit. & remiss. Sic S. Thomas in quarto sent. distinct. 19. quæst. 1. art. 1. ad 3. q. & inibi cæteri theologi contra Lutherum.

¶ Præterea quæstio hæc iam sit obuia: Vtrum excommunicatus excommunicatione maiori possit reliquos subditos suos excommunicare. Videtur autem quod si ferat sententiam excommunicationis illa non sit valida. Tum, quia reuera ab eâ ferenda est prohibitus. Tum etiam: quoniam collatio beneficij facta excommunicato etiam occulto & suæ excommunicationis ignaro est nulla secundum glossam cap. penultimo, de clerico excommunicato ministran. Ergo etiam prolatio excommunicationis ab excommunicato ignorato erit inualida. Sed in Contrarium est, quod ut colligitur ex l. Barbarius. ff. de officio prætor. facta eius tolerantur, cuius inhabilitatis error communis habetur, si officij titulum gerat. Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod quandiu iudex ecclesiasticus est occulte excommunicatus, ita quod excommunicatus esse ignoratur, sententia eius & actus tenent, ita Palud. dist. 18. quæst. 2. art. 3. & Ricardus ead. dist. & Syluest. verbo excommunicatio tertio, & Sotus, & omnes. Et patet: quoniam ecclesia iudices vsu iurisdictionis priuare non intendit, quo vsque consistet excommunicatos esse, ne si talis excommunicatio postea detegeretur multi sui status dubitatione quadam laborarent. Ideo Concilium Constantiense statuit sic in forma in receptione, vel administratione sacramentorum, vel quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu nullius censuræ ecclesiæ teneantur fideles vitare tali censura ligatum, nisi à iudice contra collegium, vel personam fuerit publicata vel denunciata specialiter & expresse. Hanc constitutionem Martini. 5. & Concilij Constantiensis secundum Couarr. de excommunic. §. 2. & secundum Nauarr. cap. 27. nu. 35. patet magis esse receptam in Christiano orbe: quoniam magis facit ad sedanda scandala & scrupulos tollendos, quam Concilij Basiliensis constitutio, quæ notorios excommunicatos. Instru. conc. Pars. 2.

muniatos, ita, quod nulla tergiversatione celari poterant vitandos statuebat, etiam si publice non fuissent denunciati. Igitur exceptis excommunicatis nominatim, & publice denunciatis, aut notorijs percussoribus clericorum, ita quod nulla tergiversatione possunt celari, gesta per alios excommunicatos, aut censuris irretitos, scilicet, sententia eorum & actus publici tenent. Ut patet per l. prædict. Barbarius & can. infamis. 3. q. 7. Vbi habetur, quod licet seruus non possit esse iudex: tamen quatenus ignoratur eius seruitus, facta eius tenent.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie secundum Couarr. vbi supra. §. 6. confessio facta proprio parcho nominatim excommunicato, dum non est denunciatus, valida est, etiam si poenitens eius excommunicationis ignarus non sit, ita Caiet. & Nauarrus nu. 7. cap. 27. contra Metinam Complutens. & Adrianum: quoniam prædicta constitutio ad vitanda scandala hic locum habet. Secundo sequitur corollarie regula ista notanda, scilicet, quod in casu, quo excommunicatus iuxta Concilium Constantiense non est vitandus gesta per ipsum valent in confessione sacramentali: neque confessio est iteranda, quia neque poenitens poenit obicem, neque confessor hic caret iurisdictione tolerata, & præmissa. Est Adriani. in. 4. de conf. dub. 9. & Caiet. verbo, absolutionis impedim. & Nauarrus vbi supra.

¶ Sed iam hic occurrit pulehra dubitatio atque scitu necessaria, scilicet, an excommunicati priuati, qui priuata auctoritate procedit gesta teneant, dum est occultus, vel publicus, si tamē non sit nominatim & publice denunciatus: an si hic conferat beneficium non ratione publici officij (quia publico caret officio) sed priuata auctoritate vel ex particulari commissione, in aliquo particulari casu, collatio teneat. Et similiter si ex particulari commissione episcopi in particulari casu aliquem absoluat, an absolutio teneat. Videtur autem, quod non: quia iuxta legem Barbarius, communis error facti & officij titulus faciunt ut gesta per iudicem alias inhabilem teneant: sed hic deficit officij titulus: ergo talis absolutio & collatio non tenent. Sed in contrarium est, quod talis excommunicatus, quoniam non est publice nominatim denunciatus, secundum Concilium Constantiense, non est vitandus, neque tenentur fideles eum vitare: ergo absolutio & collatio ab eo facta etiam priuata auctoritate sibi commissa valida erit. Certe quæstio hæc non tam patens est, quin rationes hæc vtrinque urgeant. Igitur Couarruias de sent. excommu. §. 7. hic sic distinguit, scilicet, quod excommunicatus publico officio fungens, quoniam ante denunciationem vitandus non est, sed solum post

denunciationem secundum cap. ad vitanda scā dala, ideo gesta per ipsum ante denunciationem tenent. Sed in his quæ procedunt à priuata autoritate diuersa est ratio. Vnde si excommunicatus ante denunciationem etiam non ex publico officio, sed aliquid ex priuata autoritate faciat, vel ex commissione particulari, vt si absoluat & conferat beneficium, factum non tenebit. Quoniam Martinus, & nihil iuris confert excommunicato ipsi, quocirca iuribus veteribus ei standū est ante denunciationem, inquit Couarruias Vnde si antea sic erat excommunicatus, quod cessaret communis error facti, aut certe si secundum Concilium Basiliense taliter erat notorius, quod nulla poterat tergiversatione celari facta eius non teneret. Quoniam Martinus noluit validare sic gesta, sed solum ante denunciationem sic ei communicantes eximere voluit à poenis. Istam autem sententiam Couarruiæ propterea quia iuridica videtur satis probabilem, & tutam, esse arbitror. Neque tam aperte alij Doctores ei videntur refragari, qui solum exemplificant, quod gesta per excommunicatum ratione publici officij tenent, si ignoretur esse excommunicatus, aut non sit denunciatus nominatim. Sed duplici ratione sic excommunicatus priuata commissione episcopi, si absolueret, aut conferret beneficium, ante denunciationem gesta eius videtur tenere, contra Couarruiam. Tum primo, quia vt ait Sotus, si lata sit sententia excommunicationis in incendiarios, vel concubinos generaliter, non nominatim & publice denunciatis personis, licet aliqui eorum sint publici, tamen nemo tenetur eos vitare: quod est inquit tutum fundamentum ad diluendam nubium densitatem, quam Summistæ & citati Doctores apud Syluestrum verbo, excommunicatio, ingerunt. Si ergo excommunicatos etiam notorios, non nominatim denunciatis, non tenetur quis vitare in sacramentis, vel extra, secundum Conciliū Constantiense: ergo noluit Conciliū eorū actus fore irritos, etiam si priuata commissione ab ipsis fierent, & non ratione publici officij: alias certe si irriti essent tales actus, teneremur eos vitare, ne causam præstantes irritationi sacramentorum, aut aliorum actuum peccare mortaliter videremur. Tum secundo: quia (vt Sotus insinuat in 4. sent. dist. 22. quæst. 1. ar. 4.) etiam non subditi possunt inuitare non nominatim excommunicatos, neque ipsi excommunicati sic inuitati peccant ministrando absolutionis sacramentum: ergo validum est, alioquin vterque peccaret, tam inuitans, quam inuitatus: quoniam committerent sacrilegium. Tum tertio contra Couarruiam: quoniam indultum istud Constantiensis Concilij fuit ad vitanda scandala, & pa-

scandalas conscientias populi. Et si (vt ait Couarruias) solum voluisset Martinus ante denunciationem eximere communicantes excommunicato à poenis, & non validaret sic gesta, sed secundum ius antiquum voluisset manere irrita proculdubio non satis consultum esset conscientijs populi. Nam si irrita essent sacramenta, neque subditi possent sic excommunicatos compellere: atque non subditi excommunicatos potentes ex aliqua peculiari commissione, priuata audire poenitentes & absolueret tuto inuitare non possent. Vnde existimo, quod in casu Martinæ, cuius meminit in sua instructione de religioso Apostata occulto, ac propterea occulte excommunicato, sicut confessiones quas audiuit institutus ignoranter ab episcopo in curatū, fuerunt valida (vt fatetur ipse) quia affuit titulus curati, & communis error facti eius excommunicationis: sic forte fuissent valida, si nihil habuisset ab episcopo, nisi meram commissionem ad audiendas inibi confessiones, si ille religiosus apostata antea per aliquam sententiam cum esset antea confessor in suo ordine non fuerat inhibitus eas audire per suum prælatum. Quoniam cum iste commissionem habuerit ab episcopo potuit ante denunciationem, etiam si sciretur esse excommunicatus, inuitari ad præstandam absolutionem. Quoniam Concilium non distinguit, quod ante denunciationem vitare teneamur excommunicatos in his, quæ agunt, vel ratione officij, aut commissionis priuatæ. Sed de hoc postremo nõ sum adeo certus, licet propter prædictas rationes non ausim sic absolutionem præstitam irritam fuisse pronunciare.

¶ Igitur ad l. Barbarius, in contra allegatam dicitur, quod in materia censurarum ecclesiæ ad vitanda scandala, & pericula animarum sic intelligitur ista lex iuris communis limitata, vt intelligatur, quod ante denunciationem non obstat notorietas facti censuræ incurræ, quin factum sit validum in sacramentis. Sed neque extra in ciuilibus, nisi lex ciuilis illud alias irritet. Igitur in ciuilibus standum est consuetudini post Concilium Constantiense obseruatæ, quam insinuat Sotus de iustitia & iure. Et Nauarrus ca. 27. nu. 7. esse quod si excommunicatus iudex non sit denunciatus, possit etiam valide quicquid sit de eius peccato, excommunicare & absolueret in foro exteriori, secundum Parnormit. in cap. ab excommunicato, nu. 5. de rescriptis & cap. cum dilecti de dolo. & contumac. penes finem. Sic Felinus cap. ad probandam de re. iudic. colum. 3. quamuis ea sententia feratur ab eo in fauorem eius, qui scit eum excommunicatum.

¶ Præterea, quoniam etiam ex mente Couarruiæ desent. ex commu. §. 2. asseruimus excommuni-

municatum etiam nominatim, non esse vitandū ante denunciationem, etiam si constet, duo hic supersunt dubia declaranda: Primo, quis dicatur nominatim excommunicatus. Secundo, an excommunicatio probetur per denunciationem, vel per literas denunciatorias. Ad primū ergo dubium respondetur, quod is dicitur nominatim excommunicatus, qui nomine proprio expresso, vel si gnis certo eū demonstrantibus demonstratur secundū Couar. de excō. §. 2. Vel si (vt ait Sotus) nomine dignitatis certæ alicuius ecclesiæ determinatæ excommunicetur. Vt si dicatur excommunicatus Decanū Salmatin. Quod probatur ex bono textu. l. nominatim. ff. de cond. & demonstr. & glossa. clem. 1. verbo nominatim de vita & honest. cler. Ita communiter. ¶ Ad secundū autem dubiū respondetur per distinctionem iuxta mentem Couar. de excō. §. 3. Quod aliquis probatur per denunciationem, vel literas denunciatorias esse excommunicatus, vt debeat euitari in iudicio, quando non agitur de grauissimo præiudicio, vt si repellendus sit sic denunciatus ab exceptione peremptoria, ex qua repulsa sibi magnum paratur dānū. Secus est in casu, quo tantum repellendus esset in iudicio ab exceptione dilatoria ex quo parū patitur præiudiciū: quoniam denuntiatio argumentū inducit, & præiudicium, quod excommunicatio præcesserit denunciationem, quādo non agitur de grauissimo præiudicio. Quoniam hinc præiudicium magna limitur, quod non fuerit denunciatus antequā fuerit excommunicatus ex eo, quod oppositum rarissime fit, scilicet, quod aliquis, qui prius excommunicatus nõ sit denunciatur. Ex quo sequitur, quod in hoc casu hæc denuntiatio est potior probatio ad probandū excommunicatū fuisse, quā vnus testis cum fama simul, vel quam vnus testis, & iuramentū simul delatū litigatori. Patet, quia Conciliū Constantiense multum tribuit denunciationi, vt ex ea excommunicatus sit vitandus. Ex quo inferitur quod ad repellendam aliquē à iudicio satis probatur eius excommunicatio per denunciationem, iuxta communem limitatam secundū Rot. in Nouis, 252. idest, quatenus repellit à dilatoria, sed nõ quatenus repellit à peremptoria parante grauissimū præiudiciū, ita c. r. de except. lib. 6. Quod intellige etiā si nõ probetur excommunicatio vno teste, & fama, neque iterū sit deferendū iuramentū habenti supra ea vnicum testem ad suppleendam probationem, sed tandem nota, quod glossa cap. licet desent. excō. in. 6. mouet quasi prædictam quæstionem, & eā pro vtraque parte cōtrouertit. Sed prædicta resolutio, cui assentit Couar. est optima. ¶ Quæritur quarto cū D. Thoma, Vtrū aliquis possit seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare. Respondetur autem, quod cū per iuri-

sdictionē aliquis constituatur in gradu superioritatis respectu eius, in quē habet iurisdictionem, quia iudex est eius, ideo nullus habet in seipsum, vel in superiorē, vel in æqualem iurisdictionem, & per consequens nullus potest seipsum excommunicare, vel superiorē aut æqualem. Neque obstat. quod D. Paulus ad Galat. 1. videtur excommunicare angelū de cælo, qui aliter de rebus fidei quam in se sunt affirmaret. Quoniam loquitur sub hypothese, idest, si poneretur angelus posse peccare, quia sic nõ esset Apostolo superior, sed inferior. Neque est inconueniens, quod in conditionibus, quarum antecedentia impossibilia sunt & consequentia impossibilia sint. Neque obstat, quod iudex ecclesiasticus aliquando in generali excommunicat pro furto, & tamen ipse comisit idem furum, vel forte illud comisit æqualis, vel superior. Quoniam tunc ratione prædicta nullus horū manebit excommunicatus. Quoniam par in parē non habet imperiū. Neque obstat tertio, quod in foro sacramentali quis ligat, & absoluit æqualem, & etiam superiorē suum, idest, episcopū: quia non inde sequitur, quod in foro exteriori possit aliquis æqualem, vel superiorē excommunicare & cætera. Quoniam est diuersa ratio. Nam absolutio & ligatio in foro confessionis est: quoad Deū rati, apud quem aliquis alio superior redditar inferior per peccatū. Sed excommunicatio est in iudicio exteriori, in quo aliquis non amittit superioritatem ex hoc ipso, quod peccat. Vnde nõ est similis ratio de vtroque. Sed neque in foro confessionis potest aliquis seipsum absolueret, neque superiorē, aut æqualem, nisi ex commissione sibi facta. De venialibus autē potest, quoniam, venialia, ex quibuslibet sacramentis gratiam conferentibus remittuntur. Vnde remissio venialium sequitur potestatem ordinis.

¶ Circa prædictā doctrinam notandū est, quod licet Syluest. verbo excommunicatio. 1. §. 9. in vtraque parte vertat hanc quæstionem, scilicet, an per viā statuti possit inferior superiorē ligare, vt verbi gratia, si episcopus synodale fecit constitutionē vt nullus sacerdos in sua dioecesi luderet tali ludo, si Archiepiscopus, vel alius episcopus, ibi ludat, an eam incurrant, & licet pro vtraque parte citet Doctores, nihilominus dicendum est cum Soto allegante pro negatiua Parnormita. cap. 1. de raptoribus, quod citra dubium non incurrit illam.

¶ Iam hic dubiū illud graue agitari solet. Vtrum Papa excommunicari possit. Sed breuiter nos ab eo expedientes, dicimus iuxta confessionem omnium sane loquentium, Papā præter quā in casu hæresis & apostasiæ excommunicari non posse. Nam licet Papa in quantum Papa errare non possit, hoc est, statuere errorem tanquam arti-



culum fidei nequeat, quoniam hoc non permittet Spiritus sanctus: tamen, ut singularis persona erare infide potest, sicut & alia peccata committere quia non est impeccabilis. Hæc autem sententia est Bonifacii Martyris can. si Papa dist. 40. Quicquid est Canon quauis non sit Pontificis, aut cuius Concilij, pollet tamen quadam præcipua autoritate. Cæterum quomodo: Papa hæreticus excommunicari possit, restat declarandum. Quod certe perspicuum erit, si prius declaremus, quomodo iure veniat deponendus. Nam quod sit deponendus, sic patere ait Sotus, quia caput est membrum, imo est membrum excellentissimum totius corporis: ergo qui non est membrum indignus est, ut sit caput. Per amissionem autem fidei homo præcinditur à corpore ecclesie, & definit esse eius membrum: ergo sit dignus, ut declaretur non esse caput. Quoniam si non præcinderetur in totam ecclesiam suum venenum infundere, & infibulare contederet. Quod si deponendus est tunc, & non vi & armis, sed ordine iudiciali: ergo hæc potestas eum deponendi non potest, esse nisi in tota ecclesia, quæ per Concilium representatur. Potest ergo Concilij ordine iudiciali procedendo ad eius depositionem compellere, ut compareat sua crimina auditurus, ut suam quoque defendat causam, alias iuris ordo seruari non possit. Si ergo ad hoc est compellendus: ergo cum nulla vis compulsiua aptior hic esse possit, quam excommunicationis censura, sit sane, ut per eam cogendus sit à Concilio, ut compareat. Vnde si ipse non pareat Concilio incurret tunc illam. Siue hoc sit, ut ait Sotus quod in illo peculiari casu Concilium sit superius. Siue, quod iure naturæ vnaquæque respublica potest se à tyranno defendere, illumque à se præcindere. Siue, quia (ut ait Caietanus) Concilium tunc ministerium ecclesie atque adeo tunc pontificis exercet: quod quidem ministerium non potest tunc Pontifex ab ecclesia remouere.

Præterea: quia Sotus ait, quod Papa hæreticus à Concilio sub pœna excommunicationis iactatus: sententiæ citatus, ut compareat, si non compareat, sit excommunicatus, sed non eo ipso sequitur esse depositum: quoniam depositio & priuatio sententiæ prærequirit, qua homo condemnetur, factum lege damnatum commisisse, quæritur pro plena intelligentia quæstionis, quid si notorie: ita, quod nulla posset tergiversatione celari constaret Papam esse hæreticum, an statim esset depositus. Hæc igitur quæstio petit, an sententia declaratoria requiratur in notorijs. Respondetur autem, quod neque tunc esset actu depositus. Nam illa opinio iam in praxim recepta esse videtur, quod declaratio requiritur ad executionem pœnæ, etiã

ipso iure impositæ, etiam si notorium crimen sit, & identidem eius autor contra Panormit. & Felinum cap. cum non ab homine de iudicijs, distinguentes inter crimen notorium, & non notorium. Sed indistincte vsu receptum est, quod requiritur sententia declaratoria super crimen. Probat. 1. ex autoritate Caiet. 2. 2. q. 12. art. 2. & ex Syluestro in verbo, assassinus in fine. Et patet maxime ex cap. peruenit & cap. inter dilectos. de excess. prælator. Cui addit Sotus. de iust. & iure quod leges pœnales, eo quod dicat ipso facto, vel ipso iure, aut quid simile, non obligat ad pœnam ante sententiam à iudice latam, sic, ut teneatur reus illam offerre. Neque quando ipso facto vel iure (inquit) lex pœnam decernit, non opus est sententia, quæ feratur super pœnam, sed super crimen.

Ex prædictis sequitur illam dispositionem, quæ habetur in prologo constitutionum ordinis Prædicatorum esse valde iudicam. Vbi cauetur, quod pœnis absolutionis ab officio priuationis vocis actiue, vel passiuæ grauioris culpæ & alijs maioribus, quantumcunque tamen in constitutionibus, quæ extra ipso facto sint incurrendæ (nisi sit pœna excommunicationis lata sententiæ) nullus sit subiectus, nisi superueniat declaratio prælati in particulari, respectu huius, quantum canq; notorium facti, vel iuris, aut vtriusque interueniat. Præterea ex prædicta sententiâ, quæ est etiam Couar. de excom. §. 2. scilicet, quod sententia declaratoria requiritur etiam in notorijs inferatur corollarie, quod quando iure ipso ob crimine etiam notorium, vacat beneficium ecclesiasticum licet possit conferri alteri tanquam ipso iure vacans, sed non potest possessio auferri ab ipso possidente, donec data sit sententia declaratoria. Ita Franciscus de Ripa in capit. sæpe de Restitutione spoliatorum. arg. ca. 1. de homic. lib. 6.

Quæritur quinto, Vtrum in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit. Respondetur autem, quod excommunicari non debet aliquis, nisi pro peccato mortali. Peccatum autem in actu consistit, actus autem non est communitatis, sed singularium personarum, ut frequenter: & ideo singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas. Et quauis quandoque etiam actus alicuius totius multitudinis sit, ut quando multi nauim trahunt, quam nullus trahere posset: tamen non est probabile, quod aliqua communitas tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissentientes. Et quia non est Dei qui iudicat omnem terram, ut condemnet iustum cum impio. Genesis. 19. ideo ecclesia, quæ Dei iudicium imitari debet, satis prouide statuit,

tuit, ut Communitas nunquam excommunicetur, ne collectis zizanij eradiceret & triticum. Neque obstat, quod aliquando tota vniuersitas potest colligari in malitia: quia id raro contingit, & lex non est ferenda pro raro contingentibus. Neque obstat, quod tota Communitas potest interdici: quoniam suspensio non est tanta pœna quanta excommunicatio. Quoniam suspensio non fraudantur ecclesie suffragijs, sicut excommunicati. Vnde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur: sicut totum regnum ponitur sub interdicto pro peccato regis. Et ideo non est simile de excommunicatione, & suspensione. Circa prædictam doctrinam notandum est primo, quod licet (ut Syluester ait, verbo, eodem §. 6.) quidam censeant, quod talis sententia in vniuersitatem ferri non possit, nihilominus lata teneat. Sed tamen procul dubio (ut ait Richardus in 4. dist. 18.) talis excommunicatio non tenet. Quoniam induceret periculum, ut aliquis absque culpa excommunicaretur. Si vero per modum statuti sic ferretur excommunicatio, ut quisquis de collegio ambiret, aut discordiam in electione disseminaret, &c. quicumque id statutum violaret eam incurreret: si tamen illa sententia esset monitoria, non posset postmodum (ut inquit Sotus) proferri sententia tanquam in contumacem: in totum collegium, quouisque singuli audirentur, an ex aliqua causa legitima immunes essent ab inobediencia culpa. Neque obstat, quod tota ciuitas (ut prædiximus) potest interdici: quia non licet hinc inferre, quod tota possit excommunicari. Quoniam interdictum non semper ob culpam eorum, qui interdiciuntur ponitur, sed in odium eius, qui in vrbe excommunicatus est. Vnde licet interdicti arceantur ab audiendis sacris, non tamen priuantur ecclesie suffragijs, sicut priuantur excommunicati, qui proinde sine contumacia præuia mortali excommunicationis censura ferri non possunt.

Quæritur articulo. 6. Vtrum semel excommunicatus vltius excommunicari possit. Respondetur autem, quod ille, qui excommunicatus est vnicuique excommunicatione, potest iterum excommunicari, vel per eiusdem excommunicationis iterationem ad maiorem confusionem, ut sic à peccato resiliat, vel propter alias causas. Et tunc tot sunt principales excommunicationes, quot causæ, pro quibus quis excommunicatur. Neque obstat, quod semel excommunicati iam videntur esse extra ecclesiam: de quibus existentibus extra ecclesiam D. Paulus. 1. ad Corinth. ait. Nihil mihi de his, qui foris sunt, iudicare. Quia respondetur, quod D. Paulus loquitur de paganis atque alijs infidelibus, qui caractere carent per quem sint annumerati populo Dei. Sed quia character ba-

ptimalis, qui indelebilis est semper manet in baptizato: ideo Christianus excommunicatus semel, semper remanet aliquo modo de ecclesia, & sic semper ecclesia de illo iudicare potest. Neque obstat dicere, quod excommunicatio est quædam priuatio à diuinis, & à communicatione fidelium, & per consequens, quod sicut semel priuatus aliqua re, non potest iterum ea priuari, sic etiam semel excommunicatus, non possit iterum excommunicari. Quia respondetur, quod priuatio quauis, non recipiat magis & minus secundum se, recipit tamen secundum causam suam, & secundum hoc, excommunicatio potest iterari. Et magis est elongatus à suffragijs ecclesie, qui pluries est excommunicatus, quam qui semel tantum: sicut magis elongatur à potentijs favoribus suæ patriæ: qui ex pluribus causis ab ea est relegatus, quam qui ex vna. Circa prædicta nota, quod ad hunc locum solet reuocari illud dubium. Vtrum iam defunctus possit excommunicari. Videtur autem, quod excommunicari non possit: quoniam defunctus iam non est homo, neque eius anima, quæ commigravit ad aliam vitam non est iam de iurisdictione ecclesie. Propter hanc autem rationem Syluester verbo, excommunicatio. §. 7. absolute ait, non posse excommunicari defunctum: Nihilominus tamen extra distinctionem non potest commode prædictum dubium dissolui. Dicimus ergo primo, quod (ut constat ex Urbano, can. sanè. 24. quæst. 2. item & ex Innocentio III. capit. à nobis. de senten. excommunic.) excommunicatus, qui sic in sua excommunicatione ab hac vita discessit, semper excommunicatus manet post mortem, & per consequens priuatus manet ecclesiastica sepultura, neque sit suffragiorum ecclesie particeps, quibus fuerat in vita sua priuatus. Neque viui possunt illi in suffragijs, & elemosynis communicare. Et licet forte in charitate discesserit, nisi ecclesie satisfecerit, quia forte non poterat, semper ab ecclesia præsumitur excommunicatus. Tamen ut patet ex prædictis pontificibus, permittitur quod si aliqua contritionis signa in excommunicato apparuerint, possit etiam postquam fuerit defunctus absolui, ut possit loco sacro solenniter sepeliri, & pro illo possint suffragia offerri. Secundo dicitur, quod post mortem suam nemo Christianorum excommunicari potest pro aliquo crimine quantumuis graui, quod commiserit in vita. Nam si excommunicatio lata non erat à iure pro illo crimine prærequiritur canonica præmonitio, quæ erga defunctum fieri non potest. Quoniam, etsi dum viueret præmonitus fuisset, si sententia in superstitem lata non fuit, postea in defunctum ferri non potest. Quoniam cum iam liber sit à tribunali ecclesiastico, non censetur ecclesie esse contumax. Tertio dicitur,

tur, quod si crimen erat à iure excommunicatio-  
ni subiectum, & propterea iam viuens ipso fa-  
cto excommunicationem incurrit propter præ-  
tiam monitionem iuris, potest post mortem iu-  
ridicè declarari & pronuciari illud crimè com-  
miffisse, ac subinde excommunicationis cenfuram  
incuriffe, quod sæpè vfu euenire folet in crimi-  
ne hærefis, vbi post mortem hæreticorum In-  
quifitores per fententiam declarant fuiffe hæ-  
reticos, fuiffeque priuatos & priuandos fuffra-  
gijs ecclefiæ, eorumque offa exhumari ignique  
tradi iubent.

¶ De communicatione cum ex-  
communicato.

### C A P. X V I.

¶ *Vtrum liceat communicare cum excommuni-  
catis in corporalibus: Et post concilium Con-  
ftantiense quales excommunicati folum funt  
vitandi: Et an liceat excommunicatis dare fa-  
cramenta: Et an excommunicatus occultus cau-  
fa vitandi: Scandalū & infamiam poffit fe in-  
gerere facramentis: Et in dubio an fit aliquis  
legitimè excommunicatus, fit vitandus in iu-  
dicio: Et an nominatim denunciatus excom-  
municatus, fit vbi que vitandus: Et an femper  
fit vitandus, etiam fi fignificet fe absolutum:  
Et in quibus cafibus præfertim fub pœna ex-  
communicationis, excommunicatus fit vitan-  
dus. Vbi fignillatim explicantur ifti cafus: Et  
quid fit excommunicatus alibi vbi ignoratur,  
audiat miffam. Explicatur verfculus conti-  
nens caufas, quibus excufatur quis à culpa  
& à pœna excommunicationis minoris com-  
municando cum excommunicato.*



**S**UPER quæftionem 23. D. Tho-  
mæ de participatione cum excōica-  
tis, Queritur primo. Vtrum licet ex-  
cōmunicato cōicare in purè corpo-  
ralibus. Respondetur autem, q̄ du-  
plex eft excommunicatio, vna minor, quæ fe-  
parat tantū à participatione facramentorū, fed nō  
à cōmunionem fidelium. Et ideo tali excōicato licet  
cōmunicare, fed non licet ei facramenta cōferre.  
Alia autem eft maior excōicatio: & hæc fe-  
parat hominē à facramentis ecclefiæ, & à cōmunionem  
fidelium. Et ideo tali excōicato cōmunicare non li-  
cet. Sed quia ecclefiæ excōicationem ad mede-  
lam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab

hac generalitate quædam, in quibus cōmunicare  
licet, fcilicet, in his quæ pertinent ad salutem,  
quia in talibus homo licitè potest cum excōmu-  
nicato loqui, potest que etiam alia verba interfe-  
rere, vt facilius verba falutis ex familiaritate re-  
cipiantur. ¶ Excipiuntur etiam quædam perso-  
næ, ad quas fpecialiter pertinet prouifio excom-  
municati, vt vxor, feruus, rufficus, & feruiens.  
Sed hoc intelligendum eft de filijs non emanci-  
patis, alias tenentur vitare patrem. De alijs au-  
tem intelligitur, quod licet excommunicato cō-  
municare, fi ante excommunicationem fe ei fub-  
diderunt, non autem fi poff. Quidam autem in-  
telligunt è conuerfo, fcilicet, quod superiores  
poffunt licitè communicare inferioribus, alij ve-  
ro contrarium dicunt. Sed ad minus in his eis cō-  
municare debent, in quibus funt eis obligati.  
Quia ficut inferiores obligantur ad obfequium  
superiorum: ita superiores ad prouidentiam in-  
feriorum. Sunt autem quidam cafus excepti. Si-  
cut quando ignoratur excommunicatio, & quā-  
do aliqui funt peregrini, & viatores, & in terra  
excommunicatorum, qui licitè poffunt ab eis  
emere, vel etiam accipere elemoſynam. Et fim-  
liter, fi aliquis videat excommunicatum in ne-  
ceffitate, & quia tunc ex præcepto charitatis te-  
netur ei prouidere. Et ifta hoc verfu continen-  
tur. Vtile, lex, humile, res ignorata, neceffe. Vt

utilitas referatur ad verba falutis, lex ad matri-  
monium, humile ad fubiectionem, & cætera pa-  
tent. Neque obftat dicere, quod excommunica-  
re pertinet ad poteflatem clauium prælatorū,  
quæ folum fe extendit ad fpiritualia, & non ad  
corporalia. Quia refpondetur, quod quia corpo-  
ralia ad fpiritualia ordinantur, ideo poteflas,  
quæ fe extendit ad fpiritualia ad corporalia fe  
extendere poteflas. Sicut ars, quæ eft de fine im-  
perat de his quæ funt ad finem. At in cafu, in  
quo aliquis ex præcepto charitatis cōmunicare  
tenetur, nō prohibetur cōicare excōmunicato.  
¶ Circa prædictam doctrinā (quoniā multa oc-  
currunt illucidanda dubia, quorū intelligentia  
ex decreto concilij Conftantiensis in Chriftiano  
orbe recepto dependet) operæ prætiū effe duxi-  
mus, in primis ipſius decreti tenorē, quē refert  
D. Antoni. 3. par. tit. 2. c. 2. hic præmittere tan-  
quam ab omnibus præ oculis habendum. Eft au-  
tem huiusmodi. Insuper ad euitandū fcādala, &  
multa pericula, quæ cōficientijs timoratis cōtin-  
gere poffunt Chrifti fidelibus, tenore præfentium  
mifericorditer indulgemus, q̄ nemo deinceps à  
cōmunionem alicuius in facramentorum admini-  
stratione, vel receptione, aut alijs quibuscumq;  
diuinis, vel extra, prætextu alicuius fententiæ,  
aut cenfuræ ecclefiæ, à iure, vel ab homine  
generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel  
aliquem

aliquem vitare, aut interdictum ecclefiasticum  
obferuare, nifi fententia aut cenfura huiusmo-  
di fuerit in, vel contra perfonam (intellige nomi-  
natam) vel contra collegium, vel vniuerfitatē,  
vel locum certum, vel certam terram (intellige  
quantum ad interdictum: nam vniuerfitas (ve  
prædiximus) non potest excommunicari) à iu-  
dice publicata, & denunciata fpecialiter, & ex-  
preffe. Constitutionibus apoſtolicis & alijs in  
contrarium facientibus non obftantibus. Saluo,  
fi quē pro facrilega manu iniectio in clericū  
fententiā latam à canone adeo notorie cōſtiterit  
incuriffe, quod factum nō poffit aliqua tergī-  
uerfatione celari, neque aliquo fuffragio excufa-  
ri. Nam à cōmunionem illius licet denunciatus  
non fuerit, volumus abſtinere, iuxta canonicas  
fanciones. Quæ quidem conſtitutio fecundum  
Caeteranum in fummam verb. ex cōmunicatio. ca.  
de excommunicat. minori. & fecundum Couar-  
ruam & Nauarrum, & Sotum receptiffima  
eft iam. Ex qua fequitur nullum excommunica-  
tum, neque hæreticum notorium ratione excō-  
municationis, fore vitandum, nifi iam fuerit de  
hærefi condemnatus, vel nominatim & publice  
denunciatus, proprio nomine, aut certa demon-  
ſtratione, aut certo nomine dignitatis illum ex-  
preffe demonſtrante.

¶ Sed tamen antequam ad ea dabia, quæ circa  
hanc Conftantiensis concilij conſtitutionem e-  
mergunt difcutienda accedamus, quo intelligen-  
tia concilij magis patens fiat. Arguitur primo.  
Quoniā fi concilium concedit, vt communica-  
re poffimus cum excommunicatis non nomina-  
tim, & publice denunciatis, tam in adminiftra-  
tionem, quam receptionem facramentorum, vide-  
tur, quod ficut ab illis licet recipere facramenta,  
fic liceat illis conferre facramentum abſolutio-  
nis à peccatis. Respondetur negando hanc con-  
fequentiam, fcilicet, quod fi liceat ab illis facra-  
mentum recipere, quod nos etiam fi facerdoes  
fimus poffimus illis facramenta adminiftrare.  
Quoniā non inde prohibemur facramenta mi-  
niftrare his excommunicatis, quod prohibiti fi-  
mus cum illis communicare, fed quia iure diu-  
ino in quantum in nobis fuerit tenemur vitare pec-  
catum proximi, quod procul dubio ipſi fic ex-  
communicati committerent (fi cum fint interdi-  
cti à participationem paffua facramentorum ea  
fufciperent à nobis). Vnde cōcilium folum con-  
ceffit, quod concedere potuit. Ex quo corollari-  
è fequitur, quod licet parochus fuo parochia-  
no occulte excommunicato petenti facramen-  
tum Euchariftiæ in publico tenetur ei miniftra-  
re, & fecus fi in occulto petat: atque facramen-  
tum pœnitentiæ quomodocūq; fit excōicatus,  
& quomodocūq; petat nō potest ei exhiberi;

quia abſolutio nulla eſſet. Secundo arguitur cō-  
tra eandem conſtitutionem. Quoniā iure diu-  
ino excōicatis præfertim hæreticis prohibitum  
eſt cum alijs cōmunicare: ergo concilium nequū  
uit nobis concedere, vt cum excōicatis commu-  
nicarem: quoniā eſſet eorum peccato coope-  
rari. Quod & confirmatur. Nam & illi extra fa-  
cramenta non poffunt communicare nobiscū  
in diuinis officijs: ergo nec nos cum illis: alias cō-  
operaremur illorum crimini. Reſpōdetur ergo  
ad fecundū argumētū, nullum peccatū inter-  
nire contingit, quod eodem iure diuino fit fubie-  
ctum excōicationem fub ea forma, qua vitatur ec-  
cleſia. Sed eccleſia hunc præfixit modum vitandi  
excōicatos, atque ideo eccleſia potuit ex cōſul-  
to ad euitandā pericula animarum modū vitan-  
di excommunicatos fic limitare & moderare.  
¶ Præterea ad confirmationem negatur confe-  
quentia. Quoniā cū nos vtamur iure noſtro no-  
bis à concilio Conſtantiensi conſeſſo communi-  
candi cum eis, nullatenus eorum delicti caufa fu-  
mus, fi ipſi excommunicati etiam occulti fe in-  
trogerant non inuitati, neq; rogati à nobis. Quo-  
niā in fauorem noſtrum & non in releuamētū  
eorum hoc nobis indultum conſeſſum eſt.

¶ Sed iam hic neceſſarium & ſcito dignū occur-  
rit dubium, fcilicet, vtrum excōicatus occultus  
caufa vitandi graue ſcandalū & non prodedi cri-  
men fuum, vnde patiatur iacturam publicam fa-  
mæ, licitè poffit nō abſtinere, & fe fubtrahere à  
cōmunionem fidelium. Sed quia de hac quæſtione  
fupra meminiffe recordor, ideo breuiter dico ad  
quæſtionem, q̄ Couarruias de excom. §. 2. pe-  
nes finem. & Medina Salmāt. in ſua inſtruct. §. 7.  
de peccatis cōmiſſis ab excōicatis auſtere in hac  
parte loquantur. Nam & ibi Medina narrat ca-  
ſum, de quibuldā religioſis, qui noſtris tempori-  
bus ſecretiffimè occiderunt noctu prælatū ſuū,  
qui q; vt crimen ſuum occultarent ne publicam  
incurrerent notam celebrarūt, ſicut antea: quos  
tamen damnabiliter celebraffe ait. Tamen quo-  
niā rigida videtur hæc eorum opinio, fcilicet,  
q̄ in hoc caſu pia mater eccleſia etiam iam cōtri-  
tos, & quantum eſt de fe conſeſſos licet in abſolu-  
tos cum periculo honoris, & famæ & vitæ illo-  
rum velit prohibere à celebrando, licet excōica-  
ti ſint, & irregulares occulti, ideo probabilem  
eſſe arbitror oppoſitam opinionem, quæ eſt  
Cordubæ in tractatu de caſibus conſcient. quæ-  
ſtione. 41. & latius, & expreſſius. quæſtione.  
142. contra Sylueſtrum, excommunicatione. 3.  
caſu quinto. & cōtra ſummā Armillam. & alios  
doctores ibi ab illis allegatos, dicētes, q̄ neque  
etiā in hoc caſu, neq; extra facramenta in diuinis  
officijs eos inmiſcere ſe licet, & cōtra Couar. ſu-  
per cap. alma mater. de excommunicatione par-  
te prima.

te prima. §. secundo. numer. ij. hanc probabilem opinionem admittentem, in alijs actibus extra sacramenta, sed non in participatione sacramentorum. Cui videtur assentire Sotus, scilicet in. 4. sent. quæst. 12. q. 1. art. 4. & dist. 18. q. 2. artic. 5. Imo in casu grauisissimi scandali necessario sic vitandi nostram videtur acceptare. Hæc est expressè Nauarri in sum. ca. 27. nu. 239. & est supplementi, vt refert Syluester & Castro de lege pœnali lib. 2. cap. vltimo. Hæc autem opinio videtur esse de mente D. Thomæ & Bonauen. qui concedunt irregularem occultum, causa vitandi graue scandalum (quod non sit solum admiratio præsentium, aut populi) vel causa vitandi publicam infamiam secundum Victoriam posse prosequi missam. Imò secundum Syluestrum eam etiã inchoare, & perficere. Ergo si irregulari occulto id licet ex prædicta causa, sic excoicatio etiã occulto id erit licitum ex prædicta causa. Ita sum. Angelica & Rosella antecedens concedunt: ergo & consequentia est concedenda, postquam excusat vtrobique eadem causa, & tam irregularitas, quam forma & modus excoicandi est de iure positio ecclesiæ. Prædicta autem opinio prius est à nobis sic limitanda, quam probanda. Nam intelligitur esse probabilis cum hac limitatione, scilicet, q̄ poterit celebrare & recipere sacramenta excommunicatus occultus dumtaxat durante periculo prædicto: & dum secundum ius non sit in mora obtinendi absolutionem à censura. Quoniam si esset in mora culpabili, peccaret mortaliter sic celebrando & incurreret irregularitatem, quam euadit sic celebrando. Secundum Angelum & alios contra Rosellam; quandiu durat periculum, & non est in tali mora culpabili. Probatum etiam sic limitata ratione Soti, de iustitia & iur. lib. quæst. 6. art. 4. & lib. 5. quæst. 6. artic. secundo. Quoniam nulla lex diuina & naturalis regulariter obligat ad prodendum crimen occultum, ex quo prodenti se sequitur honoris, & vitæ graue detrimentum, aut suorum bonorum, nisi inde fides aut religio Christiana veniret in contemptum vel aliqua transgressio mortalis contra aliquod præceptum Decalogi sequeretur: ergo neque etiam censura ecclesiæ obligat cum tali detrimento ad se prodendum, abstinendo à celebrando. Item lex diuina de integre confitendis peccatis, cum tali iactura non obligat: ergo neque censura ecclesiæ cum tali prædicto detrimento obligabit. Vnde iam patet solutio ad fundamenta duarum opinionum in contra Syluestri, scilicet, & Couarruix & Metinæ. Quoniam ius diuinum in prædicto casu concedens occultum excommunicatū posse licite celebrare in causa est, quod lex ecclesiæ tunc suspendatur, & interpretanda veniat, iuxta

A ius diuinum id tunc concedens. Vnde negatur, quod tunc (vt ait Metina & Couarruix abiq̄ ratione tamen) ecclesia excommunicatos sic faciat inhabiles in ordine ad suscipienda sacramenta in eo rigore, quo facit inhabiles consanguineos in tertio aut quarto gradu ad contrahendum in se matrimonium. Quoniam istud matrimonium in nullo casu sine dispensatione est validum, sed sacramenta collata excommunicatis sunt valida, & etiam sacramentum poenitentiae, quando excommunicatio ignoratur. At matrimonium prædictum non esset validum, etiam si tale impedimentum ignoraretur. Neque valet ratio Metinæ, quod tunc celebrare non sit medium ordinatum ad conseruandam vitam, & famam: quia quilibet prudens & cordatus dicet, esse tunc necessarium, attentis negotiorum circumstantijs. Tamen quia talem irregularem, aut excommunicatum occultum promoueri ad ordines sacros non est medium necessarium ad suam conseruandam vitam, & famam: ideo planum est istum ad suscipiendos ordines hanc scandalum & periculum vitæ & infamiae vitandi, non posse sibi prætexere causam. Tamen in hoc prædicto casu sibi quisque caueat, ne fingat pericula vana, & ne mentiatur iniquitas sibi. Nam si prædicta causa cum suis limitationibus accepta de sit non effugiet celebrando poenam irregularitatis. Vide capit. ad præsentiam. de appellat. & gloss. in capit. solet. de sententia excommunicationis. lib. sexto. Quam tamen, vt diximus, euitabit, si ea subsit ex causis causa: quia tunc tēmeritas deerit, quam videtur exigere ius ad incurrendas poenas, vt apparet in toto titulo, de cleric. excommunic. ministr. Quoniam causa rationabilis & necessaria tunc excusat.

¶ Præterea & hic hæc quæstio circa euitationem excommunicatorum se statim insinuat. Vtrum si ego nescio, nisi per famam, quam audio esse aliquem nominatim & publicè denunciatum de excommunicatione, teneat illum vitare, & dum sic solum per famam constat in iudicio, vel extra sit vitandus. Videtur autem, quod non. Quoniam per solam sinistram famam non est priuandus iure suo, vt sacramentum etiam Eucharistiæ suscipere possit. Quoniam, vt ait Diuus Thomas in. 3. part. quæstione. 80. artic. sexto. eo ipso, quod aliquis est Christianus, admissus est ad sacramenta, & ad communionem fidelium: ergo isto iure non potest priuari, nisi per manifestam causam, scilicet, nisi publicè sit confessus crimen & conuictus. Ergo non est euitandus, & separandus à communionem fidelium, aut in iudicio per solam famam, q̄ sit publicè denunciatus. Sed in contrarium est, q̄ dum per famam in vulgo auditur, quod sit publicè de-

nun-

nunciatus, iam præsumitur fuisse confessus, vel conuictus, & quod crimen & ei annexam excommunicationem incurrerit: ergo erit vbique abscentibus hanc famam vitandus.

¶ Igitur ad quæstionem dicitur primo, q̄ excommunicatus, qui ea laborat infamia, q̄ iam sit nominatim, & publicè denunciatus tam in iudicio, quam extra euitandus esse interim videtur. Hæc assertio est Couarruix, super. c. alma mater. de sent. excom. par. 1. §. 2. Et patet: quoniam ex sola fama solet indici purgatio canonica, quam si sabire infamatus noluerit, vel si in ea defecerit, punitur, vt conuictus. cap. de hoc. de simonia. Et patet etiam ex cap. cum desideres. de senten. excom. Vbi cauetur, quod infamato. de excommunicatione, scilicet, lata nominatim & publicè denunciata contra illum (nam sic post concilium Constantiense intelligendus est hic textus) communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absoluat. Ita Innocent. & Ioan. Andreas super cap. cum desideres. Secundo patet. Quia hic agitur de salute animæ, vbi id, quod est tutius est eligendum, scilicet, quod talis sic infamatus euitetur. Tertio item patet. Quoniam in iudicio exteriori certior via est eligenda, glossa ca. 1. de scrutinio. Igitur fama fat est ad euitandum excommunicatum tantum.

¶ Item secundo quæritur (quoniam sententia excommunicationis ante appellationem lata valet, & post appellationem lata non valet). An in dubio, an lata sit, ante appellationem, vel post, talis, de cuius excoicacione sic dubitatur, sit vitandus in iudicio. Respondetur autem, q̄ in tali dubio vitandus sit, insinuat glossa cōmendatissima cap. venerabili. verbo, ad cautelam. de sent. excom. quia præsumitur in dubio excommunicationem præcessisse appellationem, ideo suspensus in hoc dubio absoluitur, ad cautelam prius præstito iuramento. Ita cōmunis opinio habet, quæ vera est in casu, in quo appellatio ad ipsam excoicacionem refertur: quoniam tunc præsumendum est, excommunicationem præcessisse, secundum Baldum. l. ampliorum. §. vltimo. C. de appellat. Secundò habet verum in casu, quo vtrinque sint probationes pares de eadem excommunicatione, & de eadem certa appellatione in præcedentia. Quoniam in isto dubio, quicumque allegauerit, vel appellationem, vel excommunicationem præcessisse probare debet. C. de probat. l. a. & l. ei qui. ff. de probat. Sed an iste euitandus sit in hoc dubio in diuinis officijs, respondetur, quod vt insinuat Couarruix loco allegato, euitandus est à parochio, cui de hoc dubio constat, si sit requisitus à iudice ecclesiastico, vt non admittat illum in diuinis. Quoniam secundum Diuum Tho-

A mam quolibet. 4. articul. 14. Magis standum est in dubio sententiæ iudicis, & ideo tunc vitandus est in diuinis officijs. Quoniam alios, vt habetur prædict. cap. venerabili. de sententia excom. cum de viribus sententiæ dubitatur, absoluentus est quis ad cautelam, antequam audiat. Et quoniam ipse sic in dubio existens in aucti- ma iudicio, quantum ad abstinendum à diuinis officijs, videtur esse obligatus. Quoniam in dubijs cōcernentibus conscientiam tutior pars est eligenda. Si autem sit fama publica, vel audierit, quis à fide dignis, quod talis vel talis est publicè nominatim denunciatus, secundum Syluestrum. verb. excoicacio. 5. §. 4. debet euitare eum in publico, & in occulto, & interim quætere veritatē. Sed nota cū Couarruix prædicto. §. secundo. quod licet fama sufficiat ad euitandum excommunicatum nominatim, & publicè denunciatum, sed non ad inferendam ei poenam, vel alijs cum eo participantibus. Et sic concordant doctores, alioquin in hoc variantes. Quoniam cum in hoc casu vitare est præiudicium paruum ei inferre: poenas autem incurrere propter communicandum cum illo solum illa infamia laborante, scilicet, quod sic esset excommunicatus, est præiudicium graue. Ex prædictis sequitur corollariè ad punctum quæstionis, quod neque parochus (nisi forte requisitus à iudice vt in prædicto dubio, non admittat excommunicatum) neque alij eius parochiani in diuinis officijs eum non vitantes peccant ob id mortaliter, aut poenas incurrunt. Patet, quoniam si secundum Couarruix fama, quod præcesserit excommunicatione appellacionem non sufficit ad inferendas poenas ei communicantibus: ergo neque etiam dubium, quod minus est quam fama sufficit ad eas inferendas poenas: ergo videtur excusari à mortali ei communicando, alias non excusarentur à poenis. Tum, quia in dubio non videtur iste extra iudicium priuadus esse iure suo, quod habet ad communicandum cum alijs (licet ipse in dubio in cōscientia teneatur abstinere). Tamen etiam, quoniam ratio Concilij Constantiensis hic locum excusandi videtur habere, quod ad euitanda scandala & pericula animarum, non nisi nominatim & publicè denunciatos voluit vitari, vt ab esset locus dubitandi, an excommunicatus quis esset vel non. In hoc autem casu, an præcesserit appellatio: excoicacionem nominatim latam, & denunciata, vel e contra, est dubium animabus periculum ingerens: ergo videtur eadem ratione concilij. Constantiensis neq; voluisse obligare dubitantes ad culpā saltē mortale: sed neq; ad poenas, si cū tali excommunicato, in dubio hoc cōicarent in diuinis officijs. Hoc dixerim apparenter hic in casu excoicacionis

nis



nis duntaxat propter rationem concilij Constantiensis, ne perturbemus timoratas animas. Nam contraria opinio, scilicet, q̄ in dubio se debet in foro animæ reputare talis pro excommunicatione, & cauere à diuinis officijs, verū habet loquēdo de ipso excommunicato in cuius leuamen nihil concil. Constantiense indulgere voluit. Sed q̄ in dubio vitandus non sit à reliquis ait Nauarrus cap. 27. num. 27. quia inferretur illi iniuria secundū D. Thom. illo quolib. & Maiorem in. 4. dist. 78. quæst. 2. ¶ Ad argumentum in contra respondetur, q̄ propter solam famam non est priuatus aliquis iure suo, vnde sequatur sibi graue præiudicium, quale est arceri à sacramentis. Sed bene potest priuari à communione fidelium, in terim dum obtinet absolutionem ad cautelam, aut se cōpurget, q̄ non fuerit nominatim & publicè denunciatus. Quoniam hinc parum sibi paratur præiudicium cum statim sit reparabile, & sic euitatur in iudicio iuxta cap. cum desideres. de sent. excom. ¶ Sequitur etiam ex prædictis, q̄ excommunicatus nominatim & publicè denunciatus, qui post appellauit etiam intra terminam ad appellandum vitandus est, tam in iudicio quam extra. Quoniam verè excommunicatus est nominatim & publicè glossa. verbo, appellatum. in cap. venerabil. §. porro. eod. tit. Neque reuocatur attentatorum remedio. Sed nota cum Couar. deinde in eodem. §. secundo. ad tollendum scrupulos, quod quia interdictum ecclesiasticum est in maximum præiudicium populi, non erit obseruanda propter solam famam, q̄ latam fuerit specialiter & denunciatum contra certam ciuitatem, vel populū, nisi fama ipsa alijs coadiuuetur adminiculis indiciorū, vel præsumptionum cap. 1. de postulat. prælat.

¶ Deinde queritur. Excommunicatus nominatim & publicè denunciatus in vna prouincia, an ubique sit vitandus. Respondetur, q̄ Syluest. verbo, excommunicatio. §. dub. 17. ait, quod qui non potest probare denunciatum esse aliquem publice, & nominatim, & excommunicatū sic esse in aliqua prouincia, non tenetur eum vitare in alia. Secus si possit probare. At vero Couarruias, licet piam esse censet hanc opinionem Syluestri: sed tamē ipse super c. alma mater. de sent. excom. §. 3. prima part. sic diffinendam putat hanc quæstionem, scilicet, quod si talis denunciatio possit probari commodè, vitandus est publicè & occultè. Si probari nequit, vitandus erit occultè, non autem publicè.

¶ Deinde queritur, an qui semel fuit nominatim & publicè denunciatus & excommunicatus semper sit vitandus, etiam si dixerit se esse absolutum. Respondetur autem, quod iste talis semper præsumendus est in eadem excommunicati-

one manere cap. sicut. de sent. excom. & glossa notabilis in c. propofuit. de cleri. excō. ministr. Hoc tamen intelligitur dum talis excommunicatio lata fuit simpliciter & non conditionaliter, vt tradit Alciatus de præsumpt. regula. 2. præsumptione. 6. Vel nisi communi opinione præsumatur absolutus, etiam ab excommunicatione simpliciter. Nam in hoc casu cum cesset præsumptio excommunicationis per contrariam communem præsumptionem absolutionis, poterit non euitari. Sicut etiam in casu in quo à tempore excommunicationis longum tempus est elapsum, si persona arbitrio boni viri. præsumitur timorata conscientia, & vident eam se iam ingerere diuinis officijs. Nam tunc communicans cum eo euaderet poenam. Ita Syluest. verbo, excommunicatio. §. dubio. 17.

¶ Deinde queritur, quando & quomodo credere debemus aliquem esse excommunicatum nominatim, & publicè denunciatum, vt eum euitare teneamur. Respondetur autem cum Syluestro verbo, excommunicatio. §. 19. quod in his casibus id tenemur credere vt euitemus. Primo, si vidimus eum publicè denunciari. Secundo, si est fama publica, quod sit denunciatus. Deinde tertio, si id iam audiuius à fide dignis de visu referentibus. Nam tunc tenemur inquirere veritatē & interim vitare illum, secundum Reyner. Secus si fama sit leuis, puta, non à fide dignis, sed à maleuolis, & male affectis: vel si id audimus ab eius aduersario. 22. quæst. 5. can. hoc videtur & ij. quæst. 1. ca. 1. & 2. quæst. 3. can. non solum. & capit. cum desideres. extra. de sent. excō. Quarto vero si id audiuius extra confessionem ab aliquo referente de se, quod sit sic excommunicatus. Quinto, si id audimus ab episcopo & eius prælato id dicentibus per modum denunciationis. Secus est, si id dixerit aliquis horum in locutione communi. Quoniam vni soli quantumvis fide digno extraiudicium, vbi, vt iudex pronūciat, credere non tenemur, secundum Nauarrum.

¶ Præterea circa vitationem excommunicatorum notandum est primo, quod iam post Concilium Constantiense ad euitanda pericula animarum & scandala, solum sunt vitandi excommunicati nominatim, atque publicè denunciati, aut notorij percussores clericorum, ita vt nulla possint tergiversatione celari.

¶ Deinde secundo antequam reliquos effectus malos, quos excommunicatio operatur, explicare aggrediamur, circa communicationem eorum explicandum erit, in quibus cum eis communicare prohibeamur. Secundo, in quibus casibus à poena excommunicationis minoris contrahendæ, & à culpa cum eis comunicando excusari possit. At quia primū hoc versū

conti-

continetur, Os, orare, vale commūio, mensa negatur: & secundum hoc versu comprehenditur, scilicet. Hæc anathema quidem solūnt ne possit obesse, vtile, lex, humile, resignorata, necesse, hos versus explicandi hic nobis negotium datur. Igitur inchoantes à primo dicimus quod per os intelligitur communicatio cum excommunicato, colloquendo, osculando, amplexando illum, aut recipiendo ab eo, vel mittendo ad eum literas eam excommunicato. & sequenti quæstione tertia. Vnde prohibita est communicare cum prædictis excommunicatis per epistolam, aut nuncium, glossa capit. si aliquando. de sent. excommunic. Quia vt ex iure constat, paria sent aliqua tractari nuncio, verbo, vel epistola. de elec. libro. 6. ca. vbi periculum. §. nulli.

¶ Per illam dictionem, orare, prohibetur secundum Nauarrum participatio sacramentorum, & diuinorum officiorum, & quarumlibet aliarum precum in ecclesia cum alijs, iuxta Innoc. in capit. nuper. de sent. excommunicat. At secundum Sotum, hinc colligitur, quod orationibus publicis ecclesiæ pro eis non sit orandum. Si tamen non sint nominatim & publicè denunciati, etiam in sacris & extra possumus cum illis comunicare. Si autem sic sint nominatim, & publicè denunciati, non possumus coram ipsis missas aut diuina officia celebrare, neque eorum audire sacra, neque alternatim cum illis recitare solitudo horas ecclesiæ. Quod autem quodcumq; horum sit peccatum mortale colligitur ex cap. nuper. de sententia excommunicationis. & cap. sacris. de his quæ vi met. Imo contra Durandum, simul cum illis interesse diuinis officijs licitum non est, secundum Palud. quæstione sexta. & Syluest. excommunicatio. §. & Caiet. eodem verbo. circa finem. Nam tria circa hoc prohibentur, scilicet, ab illis audire, illisque dicere sacra, & cum illis interesse sacris. Sed aduertendum est circa hoc, quod iuxta Innocentium capit. nuper. de sententia excommunicationis. cui subscribunt Caietanus, Sotus, & Nauarrus, & omnes ferè, si excommunicatus sic, & non excommunicatus sint in eadem ecclesia, non sufficit, vt dicantur communicare, vt si dum Petrus audit missam excommunicatus est in ecclesia, non gratia audiendi diuinum officium, sed gratia se ibi occupandi in sua arte, vel in angulo sit sedens diuinis officijs non attendendo. Imo licet Petrus in vna capella missam audiat, & excommunicatus in alia non dicitur Petrus tunc communicare cum excommunicato. Quin etiam si ambo dum diuina officia non celebrantur seorsum orient in ecclesia priuatim non dicuntur comunicare. Nam ingressus ecclesiæ ad orandum

non est excommunicatis prohibitus, licet alij qui Summissæ gratis refragentur. Neque etiam videtur peccare clericus sic excommunicatus, qui extra officiorum diuinorum tempus in ecclesia suas horas canonicas recitat. Sed iam queritur hic à Syluestro & Soto, & omnibus, quid agendum sit, si dum sacerdos celebrat, huiusmodi excommunicatus ingrediatur. Respondet Syluester verbo, excommunicatio. §. 5. tertio: quod si occultus excommunicatus ingrediatur, qui nullibi sit nominatim & publicè denunciatus, non est euitandus. Imo dico, quod neque etiam (si sit publicus & notorius, non tamen publicè & nominatim denunciatus) vitandus est. Imo si in alia prouincia est sic publicè, & nominatim denunciatus si in alia, vbi est occultus sic ad missam audiendam ingrediatur, vitandus non est in publico, quando communiter ibi id ignoratur. Neque potest sibi commode probare (vt dixit Couarruias) sed bene in occulto ab seipso, & non potente probare est vitandus contra Syluestrum non distinguentem, sed absolutè dicentem, quod dum commode non potest sibi probari euitandus non est. Secundo ad punctum quæstionis respondetur, quod si sic publicè & nominatim denunciatus, qui situr essentialis ingrediatur ecclesia, cessandū est à missa, quousq; exeat, quod si exire noluerit expellatur, sine scandalo tamen, & percussione. Si autem id fieri non poterit & canon non fuerit inceptus cessandū est omnino. Imo secundum Nauarrum, non exire tenentur à missa interessentes, ex eo quod flectat genua, & dicat aliquam orationem priuatim, si inde transeat ad negotia alia. Imo secundum Innocentium super. capit. nuper. cui accedit Sotus, nisi consecratio iticepta fuerit, si velit audire cessandū est, quia illic incipit sacrificium. Facta autem consecratione vsque ad summptionem sacramenti procedendum est: quoniam vrgentius est præceptum de integrando sacramentum, vt sacrificium etiam sit, quam excludendi excommunicatos. At si post consummationem, id est, sacramenti à sacerdote celebrante summptionem, eijci non potest in sacrificium rediens sacerdos dicat, quæ restabant dicenda post communionem ibi secundum Hostiensem, & Goffredum.

¶ Adde tertio, quod per hoc non prohibetur sic excommunicatus audire concionem in ecclesia etiam cum alijs (vt habetur can. episcopus. de consecrat. distinctione. 1. Imo lectio quantumcumque fit Theologiæ, secundum Sotum licita est coram excōicato. Quocirca, & Magister respondere potest discipulo excommunicato circa lectionem, ipsi autem excommunicati eisdem actus solenniter exercere non possunt in publi-

co: si

co. si sint nominatim & publice denunciati, vel notorij percussores clericorum. Nam si sint occulti & generaliter excommunicati citra peccatum mortale hæc exercere ministeria possent, saltem dum ex officio hæc munera eis incumbant.

¶ Deinde per illam particulam, vale, vel salve, interdicitur sic excommunicatos salutare, aut etiam resalutare, etiam si nos salutent. Si autem salutanti quis assargat exhibeat reverentiam caput detegat, aut inclinet secundum Sylvestrum etiam aures pro hoc in pro. & in contra. verius est, quod incurrat ex hoc excommunicationem minoram, quoniam ista sunt (inquit) quædam salutatio, non verbo, sed opere, & communicatio quædam, quæ generaliter prohibetur, etiam tacendo, vt in oratione, vel cibo. ij. quæstione tertia. can. excommunicatus. & cap. qui communicaverit. & capit. sicut apostoli. At Sotus insinuat sic posse teneri, quod per illa in minorem excommunicationem non incidat, secundum summam Angelicam, quia poenæ sunt restringendæ, de poenitent. distinct. 1. §. poenæ. & capit. odia. de regulis iur. in. 6. Sed tandem ait Sotus, quod id non asserere est res, quæ non caret serupulo, licet fuerit opinio Angeli & Maioris. Sed Nauarrus et si. cap. 27. in sum. num. 20. hanc opinionem istorum absolute respuat: tamē eam limitando acceptat tantum in foro conscientia, & solum quando hæc signa fierent, sine intentione salutandi, aut resalutandi, dicendo intranitam, Deus te conuertat, vel aliud simile. Neque est mala ista limitatio ad tollendum scrupulum: argument. l. non omnis. ff. si certum peta. l. in agris. ff. de acquirendo rerum domin.

¶ Deinde per illam particulam, communicatio, intelligitur ne quis excommunicato communi- cetur, puta, cooperando in aliquo exercitio, vel habitando in domo cum excommunicato. Sed tamen, si ego & ille sumus in vna domo, vel camera pro diuersis negotijs, secundum Innocentium, capit. nuper. eodem titulo. non participo cum illo. Secus autem, si sumus ibi pro eodem negotio. Et idem est in alijs actibus conuersationis habendæ præcipue legitimis. Vnde neque potest accusare, aut testis esse in iudicio. Si tamen testimonium verum perhiberet ibi, non esset peccatum mortale si in iudicio testificaretur, sed solum inobedientia quædam venialis, quia nemini videtur iniuriam irrogare. Sicut neque est peccatum petere aut reddere coniugale debitum, secundum Caietanum, verbo, excommunicatio. circa finem. Sicut neque creditori excommunicato soluere debitum, aut ab eo petere, licet debitor excipere possit contra creditorem allegando excommunicationem. Quo-

amiam non potest stare in iudicio, tanquam actor, neque tanquam reconuentor, sed solum ibi conueniri potest tanquam reus, vt decernitur cap. intelleximus. de iudicijs. Item etiam actum iurisdictionis exercere non potest in iudicio, siue secularis fuerit iudex, siue ecclesiasticus. Vnde si acta iurisdictionis exerceat, tanquam iudex peccat mortaliter, quoniam graue iudicium usurpat & damnum infert litigantibus. Quoniam iniuriam irrogat eis, & forte de expensis, quas sine causa incassum litigator expendit ei tenetur. Hæc colliguntur patenter ex canone. audi- uimus. vigesima quarta, quæstione prima. & de concession. præbendæ. cano. tanta. Sed iam hic è contra sciscitari libet cum Sylvestro. Vtrum possit quis iudicibus, vel rectoribus excommuni- catis nominatim denunciatis communicare in iudicio stando coram eis. Respondetur secun- dum Sylvestrum verbo, excommunicatio. §. §. 12. & 19. allegantem ibi Verueensem, quod potest quis coram illis stare in casu, in quo est de iuri- sisdictione illorum, & vocatur ab illis, quia est casus necessitatis: & similiter si coram illis con- uenit suos iniuriatores. Alias pararetur via rap- toribus: quia hic est etiam necessitatis casus, sicut coram illis conuenire debitorem. Tamen in alijs casibus non licet prædictis communi- care: quoniam non sunt de personis exemptis.

¶ Præterea excommunicatio eximit subditos ab onere seruiendi ratione fidelitatis, aut subie- ctionis iurisdictionalis, quoad dominus fuerit excommunicatus can. penultimo. & vltim. §. quæst. 6. Ita Nauarrus num. 22. Sed tamen Syl- uester verb. excommunicatio. §. §. 9. tres opinio- nes circa hoc recitans tandem concludit, quod in hoc casu dominus sic excoicatus non potest agere contra subditos in iudicio, ipsi tamē vas- salli debita reddere tenentur. Sicut secundum eun- dem Sylvestrum excommunicatio. §. §. 3. debitor tenetur reddere debitum excommunicato ex obligatione quadam naturali, licet excommu- nicatus sic non possit agere in iudicio ad eius ex- ctionem. Igitur in hoc vassalli licite communi- cāt domino suo excommunicato, scilicet, in sol- uendo ei debita in propria persona, & non al- ter. Neque obstat can. nos sanctorum. 25. q. 6. quoniam non absoluit vassallos à debitis, sed à iuramento fidelitatis, quod est magna seruitus ultra debitum. Et supplementum ait, quod in alijs tenentur dominum vitare, quando possunt commodè illum vitare: alias necessitas excusat. In dubio autem vtrum dominus sit excommuni- catus, vel non obediendum est ei secundum Do- ctores. 23. quæstione prima. ca. quid culpatur.

¶ Item etiam excommunicato non potest nube- re foemina, quia esset communicare ei in sacra- mento

mento matrimonij, ac per consequens esset pec- catum mortale. Deinde excommunicatio annul- lat rescripta obtenta à Papa, præterquam in ar- ticulo excommunicationis obtenta nisi (vt de more fit) detur absolutio ad effectum rescripti consequendum.

¶ Sed quia de illa particula, communione, ceppi- mus agere illud etiam explicatione opus habet dubium, scilicet, an possit quis emendo vel ven- dendo contrahere cum famulo excommunicati. Respondetur autem cum Sylvestro. Et Verue- censi à se allegato, excommunicatio. §. §. 12. q. bene potest, si ille famulus agat nomine pro- prio, & non in fraudem. Secus est si agat nomi- ne excommunicati. Nam tunc non licet cum eo contrahere vendendo, vel emendo, nisi puta in vitæ necessarijs. Sicut ab aliquo etiam non possu- mus aliquid accipere de bonis excommunicati, si nomine excommunicati & etiam proprio de- tur. Secus est, si vxor vel filij vel famuli solo proprio nomine, & non nomine patris familias aliquid contulerint, si pater eis concessit, quod proprio nomine ipsorum illud possent dare, nisi hoc concesserit in fraudem, puta, quia sciebat, quod aliter talia accepta non fuissent. Et si dubi- tatur, quæ vel quo nomine dentur, tenendum est certum secundum Verueens. & à tali accep- tione est abstinendum, nisi esset tanta neces- sitas in accipiēte, quod excusaretur. ¶ Sicut etiam prædicatores possunt cum excommunicatis par- ticipare, & eleemosynas ab eis accipere tempore, & occasione prædicationis, ac confessionis, etiam si aliunde sibi possint providere, vt patet cap. cum voluntate, extra de senten. excommu. §. prædicatores. Quia alias secundum Hostien- sem ista constitutio nihil prædicatores con- tulisset: quia alias in casu necessitatis accipere po- terant, ideo & virtute istius constitutionis acci- pere possunt, quauis tunc non proficiant ad fa- ciendum eos restituere, & subdendum se eccle- siæ mandatis, quandiu probabiliter circa hoc sperant profectum. ff. de negotijs gestis. l. sed an vltro. Alias autem non secundum gloss. Raym. & Hostiensem. Sicut legatum relictum ab ex- communicato etiam ecclesiæ potest etiā post eius mortem recipere ecclesiæ, secundum veriorem opinionem Sylvest. excommu. §. §. 15. Quoniam in morte cessat potissima ratio prohibendi parti- cipationem, scilicet, vt excommunicatus resipi- scat extra eo. cum medicinalis. Imo etiam si reliquerit pro bono animæ suæ, vt oretur pro ea potest recipi legatum. Tum quoniam cessat hic ratio Innocentij. Itē quia nomine ecclesiæ non est necesse pro illo orare, quoniam ista participatio est pro bono animæ eius, cū ordinetur ad oratio- nem priuatam. Sed addit Sylvester ibi curiose,

Instruct. cons. Pars. 2.

¶ §. 16. sciscitari, Vtrum in casu, quo ille benefa- ctor religiosorum qui singulis septimanis illis largiebatur certam summam eleemosynæ, quo- niam sciuit se fore excommunicandum, conuen- nit cum amico suo, vt pro tempore quo durabit illa excommunicatio illam illis conferat sum- mam, qua pollicetur se illi soluturum, an illam eleemosynam religiosi possint accipere ab ex- communicati amico. Respondetur autem cum ipso breuiter, quod si religiosi ipsi id non procura- runt, non peccabunt recipientes ab illo amico dante nomine suo, secus si fratres hoc procura- rūt: quia canoni facerēt fraudē, licet ille amicus suo nomine daret. Fit enim canoni vel legi fraus, quādo salua literæ superficie per adinuentione aliquam dolo malo contra mētem eius venitur. ff. de legibus. l. contra legem. Per illam particu- lam, mensa, intelligitur secundum Nauarrum in summa cap. 27. nu. 20. communicatio, comede- do in eadem mensa, dormiendo in eodem le- cto, quauis domus sit aliena secundum D. An- toni. 3. part. tit. 24. ca. 2. Cui accedit quod Innoc. cap. nuper. ait, scilicet, quod non potest quis in conuiuio alicuius tertij comedere cum excom- municato. Imò debet surgere ex mensa, si ex- communicatus accumberet: non tamē exire do- mo. Imo potest comedere, in alia parte domus, si vterque ad idem conuiuium inuitatus non fue- rat. Secus autem esset, si vterque ad idem conui- uium inuitatus esset: nam tunc censeretur com- municare cum excommunicato existente in cō- uiuium, licet in duabus diuersis mēsis comederēt. Nam videntur tunc communicare in eodem cō- uiuium, & simul edere quātum ad hunc effectum secundum Innoc. & D. Antoninum.

¶ Præterea versiculum alium continentem causas, quibus excusamur à culpa, & à poena excommunicationis minoris, quæ incurruntur propter communicationem cum excommunica- to nominatim & publice denunciato nunc ex- ponere oportet. Igitur per illam primam parti- culam, vtile, excluditur ab hac culpa, & poena participationis, ille, qui participat cum excom- municato propter vtilitatem animæ eius, scilicet, admonendo, prædicando vt resipiscat & emendetur, quauis interponat alia verba ab cō- modius eum ad resipiscētiā inducendum ca- cū voluntate & cap. respōso de sent. excommu. Vel per vtile intelligitur, qd ab sic excommunicato possunus petere in iudicio, vel extra nobis debita cap. intelleximus, de iudicijs, aut. consi- lium etiam temporale pro nobis, & pro alijs, quando ipsum consilium est valde necessarium, neque occurrit alius similis à quo petatur. Per illam autem dictionem, lex, significatur, quod vxor excommunicati cum eo possit communi-

R r care

care & reddere ei debitum: quoniam lex coniugij ad communicandum ei obligat, nisi lata esset excommunicatio à iudice contra maritum propter separationem, quæ eis indicitur propter aliquod impedimentum, de quo agitur in iudicio. Per illam verò vocem, humile, excusantur filij non emancipati, quos excommunicatus secum habet, serui, famuli rustici, & urbani, qui ante excommunicationem erant subiecti illi excommunicato: quocirca tenentur inferuire. cap. quoniam multos. 1. 1. quæst. 3. Nisi, vt dicitur isto canone, quoniam, ex eorum favore auxilio, vel consilio in sua contumacia permaneret can. si vere & can. inter alia, de sententia excommu. Diximus autem ante excommunicationem: quoniam si post excommunicationem eius competentam de ei interuendo conuenerunt, non excusantur nisi ob necessitatem. Sed iam hinc oritur dubium, Vtrum pater, maritus, dominus, & herus possint communicare vxori filijs, mancipijs, & famulis excommunicatis. Respondetur autem, quod D. Thomas opiniones doctorum super hoc variantium proponens tandem concludit, quòd saltem potest eis communicare in his, in quibus ei tenentur præstare officia, & debita obsequia. Cui sententiæ accedit Syluester. Verum tamen Nauarrus cap. 27. num. 26. allegans pro se Adrianum in. 4. de clauib. quæst. 3. colum. 5. verius esse censet contra glossam communiter receptam in dicto cap. quoniam, quòd pater, dominus, maritus possit prædictis suis domesticis excommunicatis communicare: quoniam potius excluditur à culpa communicationis per illud verbum, vtile, quam per illud verbum, lex, siquidem per vtile excluditur creditor, qui potest suum debitum petere à debitore excommunicato. Cum autem omnes istæ personæ subiectæ sunt debitoribus mariti, domini, & heri, quatenus debent ei debita, seruitia, & obsequia, & maritus, aut dominus debet eis victum, aut stipendium, sequitur, quòd eis possit pater familias communicare etiam si excommunicati sint. Neque ista sententia Nauarri multum abhorret à mente D. Thomæ, si verba eius vltima expendantur. Ratione quoque huius verbi, humile, excluduntur à culpa & poena secundum Syluest. verbo excommunicatio. 5. §. 4. dicto. 3. monachi participantes abbati excommunicato secundum regul. quia sunt de familia eius. Et excusantur etiam clerici participantes suo episcopo excommunicato, quando sunt eius officio deputati, sicut alij seruitutes, non autem alij clerici. extra de excess. prælatorum cap. finali. 93. dist. cap. maritus.

¶ Per illud autem verbum ignorantia excipitur ignorans, quando ignorantia est circa factum,

A vt tenent omnes dicto cap. quoniam. Item quòdo ignorantia est iuris dubij, vt notatur ca. ignorantia. de regulis iuris libro. 6. & §. notandum. 1. quæst. 4. Nunc autem post Concil. Constantiense iusta censetur esse ignorantia eorum, quos latet excommunicatum esse denunciatum, per extravagantem ad vitanda. Cæterum iam dictum est supra, quòd qui à fide dignis audiuit aliquem fuisse denunciatum, debet illum vitare arg. cap. illud. de cleric. excommu. ministr. Si vero de excommunicatione dubitatur secundum D. Thom. quodl. 4. art. 14. si dubitatio præcedit sententiam iudicum, puta, quia nondum per eorum consensum declaratum est, vitari, nõ debet quousque certo iudicio terminetur. Post sententiam vero iudicum sententiæ standum est, & vitandus est. Sed Syluester verbo. excommunicatio. 5. §. 25. ait hoc intelligendum esse de dubitatione iuris propter varietatem opinionum, & non de dubitatione facti. Sed dico cum Nauarro, & Maiore ab ipso citato cap. 27. numer. 27. quod qui dubitat, etiam dubitatione facti non tenetur vitare illum, de quo dubitat, præsertim in præsentia aliorum, quia inferret illi iniuriam.

¶ Per illam autem particulam, necesse, excusatur communicans excommunicato ob magnam necessitatem propriam vel excommunicati, vt si alter alterius elemosyna indiget, quã ab alijs commode habere non potest, vt patet in dicto cap. quoniam. Vnde excusantur peregrini, & viatores, & similes in necessitate constituti. Similiter qui communicant cum eis, vt vitent dana. Necessitas autem ista excusans non oportet sit adeo vrgens, sed satis est secundum Raym. & Syluest. excommunicatio. 5. §. 5. quòd sic indigeat, vt non possit faciliter & commode habere aliunde. Sed tamen aliquid hic sustinendum est, vt iustitia seruetur dist. in. 19. cap. in memoriam. Sed hæc necessitas videtur iudicio superioris arbitrandæ, et si res dilationem non capit, vel ad superiorem difficile est adire, quisque suo iudicio relinquitur. 1. 1. quæstione. 7. cap. quod prædecessor. Igitur in his & similibus casibus sunt excommunicati quantum bono modo fieri potest euitandi, neque vtensilia excommunicato ea petenti, vt puta fororium aut securis, sunt danda, nisi ista essent vitæ eius necessaria, quoniam de necessarijs vitæ eis prouidendum est.

¶ Deinde operæ pretiũ est scire, an sicut necessitas excusat sic etiam metus, aut violentia excuset à communicando cum excommunicato. Respondetur breuiter, primo cum Syluestro, verbo, excommunicatio. 5. quod hic excusat metus cadens in virũ constantẽ, secundũ omnes. Quoniam in his excusat casus vtilitatis, vel necessitatis, quod minus est, nisi in duobus exceptis casibus.

Primo

Primo (vt ait Sotus) quando tyrannus me cogere communicare excommunicato in contemptum religionis christianæ, & fidei. Nam tunc te neor potius mori, quam communicare ei. Secus est, si à principe christiano ex ira, vel odio, vel ne se ostendat excommunicatum incussus esset mihi metus mortis. Nam tunc possem coram illo excommunicato celebrare. Imo forte (vt ait Sotus) non esset consilium ista de causa vitam exponere. Secus est, inquit, si quis cogatur contrahere cum consanguinea: quia tunc potius tenetur mori, quam contrahere. Quoniam cum materia sit illegitima, esset consentire in fornicationem. Verum, quia duriuscule videtur hoc hic diffinire, Sotus fortasse neque in hoc casu ex metu mortis sic contrahens cum consanguinea peccaret mortaliter, si careret proposito perueniendi ab copula cum illa. Et quoniam tanquam passus vexationem ad redimendam eam rogatus, an consentiat in consanguineam, vt in vxorem, potest respondere forte, quòd cõsentit sub intelligendo in animo suo, scilicet, si iure possum contrahere, alias non. Secundo, metus vllus non excusat à communicando cum excommunicato in crimine criminoso, quod de se est peccatũ mortale. Alias ecclesia, vt pia mater, extra hos duos casus neminem obligat ab abstinendo à participatione cum excommunicato in diuinis officijs cum periculo vitæ. Quoniam cap. sacris, quod metus causa, dicens, quòd pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurrere vel loquitur, quando metus est leuis, vel participatur in crimine de se mortali, vel in præiudicium vel contemptum fidei.

¶ Præterea quæritur, vtrum episcopus, vel Papa tenetur vitare à se excommunicatos. Respondetur breuiter cum Syluestro vbi supra. §. 10. quod loquendo de Papa non tenetur eos vitare, quoniam potest in hoc dispensare. Cum Concilium Constantiense in non vitando excommunicatos nominatim non denunciatos dispensauerit. Quoniam ecclesia cum ab Spiritu sancto regatur errare non potest, vt habetur dist. 8. can. qui contempta. Neque obstat, quòd excommunicatis non communicare sit doctrina Apostolorũ. Quoniam in doctrina Apostolorum quædam continentur, vt solum pertinentia ad ritum & decentiam christiane religionis secundum D. Thomam, quæ sunt puræ ordinationes Apostolorum. Et has suspendere moderare vel pro tempore tollere potest Papa, ex rationabili causa: quoniam successit in plenaria potestate sedis Apostolicæ Petri. Licet substantiam sacramentorum & moralia ad salutem nõ possit. Vnde quid sit de peccato quando nõ subest Papæ cau-

Instruct. consc. Pars. 2.

A sa cum eis communicandi) non tamen incidet in minorem communicando. Secus est de inferioribus & episcopis, etiam si vellint talẽ habere pro absoluto: quoniam non possunt illo modo absoluerẽ.

De alijs malis effectibus excommunicationis maioris.

## CAP. XVII.

An de actus excommunicati etiam denunciati regulariter valeant: Et an collatio beneficij facta excommunicato, sit valida: Et an excommunicatus possit postulari, aut presentari à patrono: Et an acceptatio beneficij facta ab excommunicato sit valida: Et an excommunicatus actus iurisdictionis ecclesiasticæ valide exerceat, & præsertim in casu vbi est occultus vel notorius excommunicatus, non tamen denunciatus: Et an excommunicatus valide eligat, vel eligatur: Et an perseverantes in excommunicatione aliquas pœnas incurrant.

**P**ORRO iam de alijs malis effectibus, quos excommunicatio maior operatur, à nobis hic habendus est sermo. Et primo, circa inualiditatem actuum quos annullat excommunicatio dicere nõ oportet. Quocirca antequam ad actus hos in particulari descendamus, præmittenda est nobis tanquam regula generalis illa doctrina, quam tradit Nauar. in summa cap. 27. nu. 36. penes finem, scilicet, quòd actus etiã excommunicati, denunciati, regulariter valent, etiam si eos exercendo mortaliter peccet, quando agit omnia, quæ iuri naturali, & gentium & ciuili nituntur arg. cap. ius naturale. & cap. ius gentium. 1. dist. & l. 1. §. ius naturale. & l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Ex quo sequitur, quòd potest testari secundum communem, contra glossam in cap. decernimus. de sent. excommu. lib. 6. Quod præsertim habet verum in actibus, quos lex humana non potest annullare. Quales sunt sacramentales, vt baptisma, confirmatio, ordo, quæ collata excommunicato, vel si conferantur ab excommunicato, non ideo inualidantur. Quin etiam matrimonium valet cap. significauit. de eo qui duxit in matrimonium.

¶ Secundo, præterea valde aduertendum est, quòd prædicta Regula regulariter deficit in actibus concernentibus potestatem & iurisdictionem ecclesiasticam humanam, per quã actus hi annullari possunt. Cuius generis sunt præsentatio ad beneficia, electio, postulatio, confirmatio,

Rr 2 tio,



tio institutio, collatio, prouisio, insuper & nominatio cap. postulasit. & ca. si celebrat. de cler. excommun. ministr. Igitur, ut ista sigillatim examinentur, quæritur primo. Vtrum collatio beneficij facta excommunicato valida sit. Videtur autem, quod si fiat ista collatio excommunicato saltem excommunicationis ignaro collatio sit valida, quoniam ignorantia solet excusare à culpa: ergo per consequens tunc excusabit à poena. Sed in contrarium est, quod si talis collatio facta ignaro excommunicato esset valida, non opus esset in collatione beneficij præmittere, ut fieri solet, absolutionem ab excommunicatione ad cautelam. Igitur dicitur primo ad quæstionem, quod omnes isti actus regulariter, ut dixit Nauarrus sunt invalidi. Et primo quidem, quod collatio beneficij facta excommunicato sit ipso iure nulla, sicut etiam electio excommunicati, & præsentatio eiusdem, patet ex dicto cap. postulasit de cleric. excomm. ministr. qui insignis est textus. Cuius potissima ratio est: quia beneficium datur propter officium, cuius executione carent excommunicati. Qua quoque ratione, neque collatio beneficij facta irregulari est valida. Est omnium communis. Hæc autem assertio intelligitur de excommunicato tam à iure, quam ab homine: quia eadem est ratio. Et secundo secundum Couarruiam super alia mater. de sent. excomm. part. 1. §. 7. hæc eadem prædicta assertio est vera, licet, collatio fiat motu proprio, secundum communem: quia motus proprius tantum operatur ad tollendam subreptionem, sed non ad inducendam dispensationem, neque ad duo beneficia. Quod & confirmat glossa communiter recepta cap. si proprio motu. de præbend. in 6. Vnde sequitur, quod motus proprius datus excommunicato ei non suffragatur, sicut neque irregularitatem tollit est, communis. Neque obstat id, quod infirmari non possumus, quod Papa vitij conscius si vitioso beneficium conferat eo ipso tacita dispensatione tollit vitium, ut patet l. 2. & ibi glo. C. de crim. factileg. l. quidam contulebant. Nam in hoc casu Papa conscius facti tacite dispensat, quod non contingit in proprio motu.

¶ Sequitur ex prædictis quasi corollarie, quod neque pensio beneficij collata excommunicato est valida, neque enim ei conferri potest. Quoniam etsi non conueniat ei ratio ex dicto cap. postulasit, scilicet, quod beneficium datur propter officium, quod excommunicatus exequi non potest: tamen propter odium excommunicatorum, & quia pensiones redditus ecclesiastici sunt, non admodum improbat hoc Couarruias. Collatio autem beneficij facta excommunicato, adeo est inualida secundum Metinam

A in sua instructione de effectibus excommun. §. 3. & Nauarrum cap. 27. num. 2. ut non conualecat post absolutionem, nisi renouetur cap. bonæ memoriæ. de atat. & qualit. & c. postulasit. cum glo. de cler. excomm. & per consequens tenetur relinquere illud, & restituere fructus ad id usque tempus perceptos. Deinde secundo notandum est, quod neque etiam isti actus valent, scilicet, electio passiva excommunicati. Patet ca. inter. de elect. & c. constitutus. Est omnium, quatenus attinet ad electionem eius passiuam. Nam de actiua eius electione, quando ignoratur esse excommunicatus, an valeat (quoniam maior est difficultas) postea dicitur. Sed neque talis excommunicatus ad prælationem postulari potest cap. 1. de postul. prælat. & glo. cap. vlt. de excessu prælatorum. Item neque presentari potest à patrono laico, vel clerico ad beneficium iuris patronatus, quoniam neque eligi. Quæ illatione vsa est glossa recepta in illo cap. vltimo. de elect. in 6. quod & confirmatur per egregium textum cap. vltimo. de elect. in 6. Idem infert Couarruias de excommunicato excommunicatione minori, scilicet, quod non potest eligi, quod probat ex autoritate textus. cap. si celebrat. de cleric. excomm. ministr. Sed tamen aduertendum est, quod textus ibi non diffinit, quod talis electio sit ipso facto nulla, sed solum determinat, quod si scienter electus fuerit eius electio est irritanda. Similiter neque permutatio beneficiorum facta per excommunicatum valet, ex eo quod in hac permutatione collatio beneficiorum intercedere debet mutua, iuxta Cardinal. in Clem. 1. §. ipsius. de poenis. Deinde tertio perpendendum est cum Couarruias loco citato, quod omnium prædictorum assertio verum habet, etiam in excommunicato non nominatim & publicè denunciato, etiam si sequatur post collationem legitima absolutio ab excommunicatione, etiam antea ignorata. Tum, quia ignorantia excommunicatos solum absoluit à poenis, sed non validat actus alias circa illos nullos. Sicque receptum est, & notatur cap. penult. de cleric. excomm. ministr. estque communis, placetque Couar. Quod autem hæc omnia locum habeant etiam in excommunicato non denunciato patet. Quoniam Concil. Constantiense decreto illo ad vitanda scandala, ipsos excommunicatos communicantes releuat, si non fuerit nominatim denunciatus: sed ipsos, scilicet, quocumque modo vere excommunicatos non vult in aliquo releuari, vel aliquo beneficio, aut favore prosequi, sed remanent in iure veteri, quod autem neque per absolutionem post obtentam collatio beneficij antea facta excommunicato post conualecat, patet, ex c. non firmatur. de reg. iur. in 6. Hocque citra controuersiam est. Ex quo infertur primo, quod ad has prædictas nulli-

nullitates actuum, non satis est constare, quod talia beneficia excommunicatis collata fuere, nisi probetur tempore excommunicationis eius esse collata, secundum Rotam in antiquis. 238. & cap. proposuisti, de cleric. excomm. ministr. Ex prædictis consequitur. 2. quod neque etiam impetratio literarum facta ab excommunicato valet. Quod patet arguendo à maiori ad minus. Quoniam in cap. 1. de rescriptis in 6. cauetur, quod non valet rescriptum impetratum ad lites ab excommunicato. Quod & verum habet, etiam si impetrans suæ excommunicationis sit ignarus. Ita Doctores communiter cap. pastoralis. §. verum. de appellat. contra glossam cap. penultimo de cleric. excomm. ministr. & in dict. §. verum, & contra Alciatum & Felin. & Rotam in Antiquis. 281. Sed iam ad tollendas huiusmodi controuersiones iam vsu Romanæ curiæ receptum est, ut quoties alicuius beneficij collatio fit, aut ad beneficia literæ dantur, absolutio quoque detur impetranti, & ei, cui confertur beneficium à quacumque excommunicatione ad eum tantum effectum. Sed iam hinc interim emergit dubium, utrum acceptatio beneficij facta ab excommunicato valida sit. Ut verbi gratia, iam si postquam adquisiuit ius ad beneficium per collationem sibi factam tempore, quo excommunicatus non erat: post incidens in excommunicationem in illa illud acceptet, vel acceptet literas ad beneficia. Videtur autem quod hæc acceptatio sit valida: quia hic non agitur de. adquirendo beneficio, sed de iam adquisiti acquisitione. Tum, quia acceptatio hæc potius pertinet ad factum, quam ad ius. Tum, quia optio præbendæ vacantis facta à canonico antiquo licet sit excommunicatus valet, cum ea sit facti, esset tamen nulla in hoc casu si ad id necessaria esset beneficij collatio. Ergo cum acceptatio hæc solum pertineat ad factum, videtur quod sit valida. Respondetur ergo cum Navarro cap. fin. quando. de rescript. colum. 13. & cum Rota in Antiquis. 33. quod talis excommunicatus potest acceptare beneficium vacans per literas, quas ante excommunicationem habebat, sed suspendenda est collatio antequam absoluat ab excommunicatione. Hanc tamen Nauarri sententiam Couarruias ideo maxime dubiam esse censet, quoniam acceptatio ista iam collati iuris acquisitionem videtur inducere: tamen ait se nolle tandem ab opinione frequentiori consensu recepta recedere. Prædicta tamen omnia intellige, vbi excommunicatio est valida. Alioquin si nulla sit, non annullat collationem, neque prædictos actus.

¶ Vltimo notandum est circa prædicta, quod episcopus post absolutionem ab excommunicatione permittit obtineri beneficium ab eo, Instruct. conc. Pars. 2.

A cui collatum fuit. Ita glossa cap. postulasit. verbo dispensatum. Est communis: quoniam ibi conceditur potestas dispensandi, quæ non negatur episcopo. Imo secundum Panormit. in dict. cap. postulasit. etiam si collatio beneficij ad alium quam ad episcopum pertineat, si is, qui collator iure erat beneficij, quia priuatus non est dispensationi episcopi consentiat, poterit episcopus dispensare, ut is, cui antea collatum beneficium fuit dum esset excommunicatus, & ex illa collatione illud obtinebat post absolutionem illud obtinebat. Diximus notatè, si collator consentiat: quia etiã collatoris consensus necessarius est ad permutationem, quæ autoritate episcopi fieri debet, secundum Doctores, & gloss. cap. vnic. de reru permutatione. At vero secundum Panor. sic episcopus dispensare non posset, cum excommunicato, cui Papa contulisset beneficium: quoniam iam esset beneficium affectum autoritate Papæ cap. ut nostrum. de appellat. Sicut si collatio beneficij inutilis, & nulla facta fuit à Papa de beneficio, quod alias pertinebat ad collationem episcopi: rursus ab episcopo fieri non potest talis collatio eidem vel alteri secundum Innoc. cap. inter dilectos. de excessu prælatorum. Et Decium, & Anchar. Ad argumentum in principio quæstionis positum in contra de collatione beneficij facta excommunicato suæ excommunicationis ignora, iam diximus cum Couarruias, & communi quod est nulla, quoniam etsi ignorantia excusat à poena, sed non validat actus alioquin nullos.

¶ Iam expedita quæstione de nullitate, aut validitate actuum pertinentiam ad iurisdictionem ecclesiasticam, quatenus excommunicatus erga illos se habet passiuè, nunc edifferendum est nobis, de eisdem actibus, quatenus excommunicatus eos exercet active. Quæ quidem quæstio perplexior est. Quæritur ergo, Vtrum excommunicatus actus iurisdictionis ecclesiasticæ valide exerceat, ut si conferat beneficium, sententiam excommunicationis ferat, vel ab ea absoluat, vel similia faciat. Videtur autem, quod excommunicatus etiam notorius, si non sit nominatim denunciatus, valide ista officia exerceat. Quoniam Concilium Constantiense hos tam in intra in diuinis officijs, quam extra virandos non esse à fidelibus concedit, ad cauenda pericula, & scandala: ergo eorum facta tenent. Alioquin ab eorum communicatione extra in foro exteriori se subtrahere tenerentur, ne cooperarentur ad eorum peccatum nulla iudicia & acta iurisdictionalia exercentium. Sed in contrarium est, quod hæc officia iudiciali exercere est, in maximum fauorem eorum, quibus tamen Concilium Constantiense fauere

noluit: ergo eorum gesta non valent. Si enim valerent, id in eorum favorem videretur cedere. Igitur pro decisione questionis dicitur primo, quod non potest de se excommunicatus beneficium conferre. Patet cap. quia diversitas. de concess. prabendæ. cap. 1. in principio. Sed neque presentare potest patronus excommunicatus cap. si celebrat. & cap. postulat. de cler. excommunicat. minist. Quibus accedit, quod institutio episcopi facta ad presentationem patroni excommunicati, est nulla; si talis patronus sit clericus. Secus si sit laicus, quia presentatio laici est facta. Ita Rota decisione. 2. titulo de iure patronatus in antiquioribus. At vero secundum Covarruuiam super cap. alma mater. de sententia excommunic. prima parte. §. 7. & secundum Lambertinum ab ipso citatum libro. 2. de iure patronatus. 3. parte. questione. 3. articulo. 4. Secundo dicimus ad questionem id, quod contra controuersiam est, scilicet, quod excommunicati officia iurisdictionis ecclesiasticæ etiam exercentes ratione publici officij habiti, & eius autoritate valent quidem, si ipsi sint excommunicati occulti, cuius excommunicatio communiter ignoratur. Est Caietan. in summa. verbo. absolutio. est Navarra in summa. capite. 27. numero. 21. est Covarruuiæ. illo. §. 7. Patet cap. ad probandam de re iud. & l. Barbarius. ff. de officio prætoris. Item patet quia isti tolerantur ratione publici officij.

¶ Sed magis vrgere volumus id dubij quærentes, quid si isti excommunicati constituti in publico officio sint excommunicati publici, & notorii, non tamen sunt nominatim, & publice denunciati, an ab ipsis gesta ratione publici officij valeant, vt si conferant beneficia, vel in eis presentatos instituant, &c. Videtur certe, quod non (vt aliquibus videtur) quoniam in ordine ad actus fauorabiles iudiciales, hos non tolerat Concilium Constantiense; quoniam hoc esset in magnum leuamen ipsorum, magis quam aliorum petentium ab ipsis iustitiam: quoniam possunt esse alij iudices. His nihilominus non obstantibus dicitur, quod excommunicatus notorius non tamen nominatim denunciatus, si ista iurisdictionalia officia gerat, & exerceat hæc ministeria ad instantiam & petitionem partium implorantium eius officium, quantum ex iure communi antiquo ex lege Barbarius. facta hæc eius essent irrita (quia licet hic concurrat titulus officij) non tamen hic concurrat communis error facti; quia vt supponimus est notorius excommunicatus) tamen nunc ex indulgentia Concilij Constantiensis concedentis huiusmodi excommunicatum, etiam notorium non teneri, vitari, vali-

da erunt gesta eius, si quæ gesserit inuitatus, & inductus à partibus, ad eorum instantiam requisitus. Secus est si (vt argumentum in contra videtur probare) ipse se introrgeret, & introrgeret, quoniam tunc valida non essent per eum gesta. Quia si valerent id cederet in eorum favorem, & leuamen, quod Concilium Constantiense eis denegat. Atque hic explicatus loquimur distinguentes, quam Covarruuias loco citato. Patet hoc ex illo cap. Martini V. ad vitanda scandala. Cæterum quoniam presius hic examinare. Volumus omnem circa hanc materiam contingentem difficultatem, adhuc adijcimus sciscitari, quid si talis excommunicatus qui occultus est, aut notorius, non tamen est nominatim & publice denunciatus, priuatim non ratione officij publici (quia eo caret, neque enim est prælatus aut episcopus, aut eius vniuersalis, aut particularis vicarius, sed solum ex commissione priuata in aliquo casu particulari habet conferre beneficium, aut exercere aliquem actum similem iurisdictionis ecclesiasticæ) an si ea ministeria exerceat valida sint, vt si absoluat, aut conferat beneficium. Iam hic Covarruuias aperte decernit, quod valida non sint: quoniam hæc procedunt à priuata autoritate, id est, non ab autoritate publica ratione officij publici, sed ex particulari commissione. Et in his inquit diuersa est ratio: quoniam Martinus quintus, nihil iuris confert excommunicato ipsi, sed iuribus veteribus, ei standum est ante denuntiationem, quoniam constitutio Martini non validat actus, sed solum ante denuntiationem communicantes eximit à poenis.

¶ Sed his nihilominus non obstantibus id denuo hic fatemur, quod supra etiam concessimus, quod ista sententia Covarruuiæ iuridica est, & satis probabilis, & tuta, magis: tamen contrariam non ausim damnare sic denuo limitatam. Primo si talis actus iurisdictionalis, scilicet, collatio beneficij fiat ex commissione non pro vno casu particulari, aut duobus, sed pro pluribus, vbi occurrerit necessitas concessa. Secundo, quod faciat id ille commissarius, non vltro se ingerens, sed ad instantiam partis supplicantis ab eo, vt illud beneficium sibi conferat. Tum enim videtur sustentabile, quod tunc valebit collatio, si fiat ab isto commissario excommunicato notorio, non denunciato: quoniam absolutio sacramentalis ab illo lata teneret secundum Victoriam. Et quoniam Concilium Constantiense (vt ipse ait contra Covarruuiam) non solum voluit communicantes ei excommunicato, eximere à poenis, sed potissimum intendit statuere, quod gesta per ipsum ad instantiam petentium

tium essent valida: quoniam hoc expediebat ad euitanda scandala, & pericula animarum; vnde intulit Victoria, quod si alicui ex officio vel ex commissione incumbit administrare sacramenta, etiam si sit notorius excommunicatus, si nominatim & publice non sit denunciatus, ad ea administranda inuitari potest: ergo sunt valida, si ad instantiam petentis illa administrat. Dixi autem notanter, si non habeat commissionem pro vno casu particulari tantum, quoniam ille tunc non diceretur simpliciter commissarius, sed parum ministerium in illo facto præstare tantum. Hoc autem dixerim sub doctiorum censura. Nam in foro exteriori forte nulla ista collatio esse pronuntiabitur secundum communem. Tametsi Rota in antiquis. 128. nobis fauere videtur, quæ ait, valere collationem beneficij factam ab excommuni. Apostolico excommunicato, maxime si fiat ignoranti executoris excommunicationem.

¶ Sed de electione actiua, quæ excommunicatus eligit alium an valida sit, merito dubitatur. Nam si occultus, aut notorius excommunicatus eligit etiam non sit denunciatus nominatim, de mente Covarruuiæ esse videtur, quod valide non eligit: quoniam non ratione officij publici exercet istum actum eligendi, sed ex priuata electoris autoritate. Quoniam hunc non releuat in hoc munere eligendi Concilium Constantiense. In contrarium est, quod ait Medina in sua instructione lib. 1. §. 3. de effect. excommuni. penes finem. Vbi ait, certum esse, electionem actiuam excommunicati occulti & tolerati per ecclesiam, esse validam. Sed excommunicatus etiam notorius dum non sit denunciatus toleratur per ecclesiam, quoniam neque intra vel extra sacramenta secundum Concilium Constantiense non est euitandus. Ergo electio illius actiua erit valida.

¶ His nihilominus non obstantibus, saltem in casu, quo sit notorius, imo etiam si sit occultus, etiam si non sit denunciatus verisimilius est secundum Covarruuiam, & alios, quod electio non sit valida ab eo facta, si absolui non potuit ab excommunicatione per illam absolutionem, quæ ad cautelam solet dari à præside in electione, antequam accedatur ad banchum electionis. Quoniam si tunc, quia forte erat reseruata, aut non satisfecerat de facto non fuit absolutus, electio valida non est vt apparet, quoniam præsidens in electione nomine capituli protestatur iter id repetens, se non intendere admittere ad electionem vocalem non admittendum. Igitur propter hanc rationem Covarruuiæ, & quoniam insinuat hoc teneri communiter, arbitror quod electio actiua excommunicati occulti, vel noto-

rius etiam non nominatim denunciati, non sustinebitur in foro exteriori, saltem postquam declaratum fuerit fuisse excommunicatum tempore electionis. Verumtamen stando in foro conscientie Metinæ sententiã certã esse credo, sicut certã esse ipse affirmat. At qui ratio huius in promptu est, licet ipse nullam rationem reddat. Quoniam ecclesia voluit & potuit ipso iure & ipso facto, ante aliquam declarationem iudicis in conscientia priuare excommunicatum suis bonis, quorum ipsa est dispensatrix, & respectu quorum excommunicatus nullum exercet actum, sed habet se passiuè merè, vt in collatione beneficiorum, siue electione passiuã, ad dignitates & cætera, ita, vt ipso facto quod sit excommunicatus, sine alia declaratione inhabilis sit ad ea recipienda. Sed tamen non decuit, vt voce actiua ipso iure, aut ipso facto priuaretur in conscientia excommunicatum, etiam notorium, & non denunciatum ante declarationem iudicis. Neque tale quid intendit ecclesia. Quoniam priuatio ista vocis actiue in electione ecclesiastica est poena annexa excommunicationis sententiæ, & est priuatio illius iuris proprii, quod vocalis habebat ad eligendum. Atque idem sicut ipso iure non priuat excommunicatum iure beneficij antea adquisiti, neque eius titulum sic neque in conscientia ante declarationem & denuntiationem vult priuare vocalem non denuntiatum voce actiua. Quocirca eius electio actiua antequam post per subsequatam declarationem & sententiã irritetur, vel irrita pronuntietur, in conscientia sustinebitur: quoniam leges poenales ad sui executionem requirentes declaratoriam sententiã, non obligant ante condemnationem in conscientia.

¶ Præterea excommunicatio secundum Covarruuiam, & hunc effectum in excommunicato operatur, scilicet, quod conuentus super crimine siue ciuilitè, siue criminalitè, si ob contumaciam excommunicatus fuerit, & in eadem excommunicatione per annum perseverauerit conuictus esse censetur de crimine, cuius est accusatus. Est communis, & patet ex gloss. in cap. contingit. de dolo. Contra Dec. & Selua. Ex quo corollarie sequitur, quod iste priuatus est, vel est priuandus beneficio ecclesiastico, si crimen, cuius in iudicio delatus est, ea erat priuatione dignum. Est communis. Secus autem est, si tale crimine ea poena dignum non erat secundum omnes. Si autem per annum sic perseverauerit, poterit beneficijs ecclesiasticis habitis priuari. Ita doctores in cap. cum bonæ. de ætate & qualitate. Contra Decium & Alciatum, requirentes ad poenam istam contumaciam in excommunicatione per triennium.

Præterea nunc per Concilium Tridentinū A  
 sess. 25. cap. 3. de refor. sic cautum est: Excom-  
 munitus vero quicumque, si post legitimas mo-  
 nitiones non resipuerit, non solum ad sacramen-  
 ta & communionem fidelium non recipiatur,  
 sed si obdurato animo censuris annexus in illis  
 per annum infoduerit, etiam contra eum tan-  
 quam de hæresi suspectum procedi possit. Igi-  
 tur fit talis taliter per annum perseverans in ex-  
 communicatione suspectus de hæresi, licet ut  
 hæreticus damnandus non sit. Ita Doctores &  
 gloss. cap. ultimo. de poenit. & gloss. ca. contingit.  
 de dolo. Tamen suspicio hæc licet levis sit  
 secundum directos inquisitor. par. 2. quæst. 47.  
 tamen sufficiens est, ut propter eam purgatio  
 indicatur. Cui adde, quod talis ante annum sic  
 perseverans poena temporalis poterit puniri iux-  
 ta l. tit. 7. & l. 9. titulo vlt. lib. 8. ordinat.  
 ¶ Accedit insuper ad prædicta, quod si ali-  
 quis suspectus sit de hæresi, & ex ea causa ab In-  
 quisitoribus in iudicium fuerit decersus, si quo-  
 niam illud iudicium subterfugit ob eam contumacia  
 fuerit excommunicatus, & in ea contumacia  
 usque ad annum persistit: iam, ut de hæ-  
 resi convictus, ut hæreticus est pronuntiandus.  
 Ita cap. cum contumacia. cum glossa. de hæreti-  
 in 6. Patet: quoniam hæc vrgentissima præsum-  
 ptio secundum Couarruuiam iuris adminiculo fa-  
 cit indubitatum iudicium. Quoniam ex fuga  
 eius ex rebellione, ex suspitione hæresis sumi-  
 tur dictum iudicium. Facit lex vltima. C. de pro-  
 bat. Sicut etiam defectus purgationis in dicta  
 præsumptio sufficiens est ad ordinariam poe-  
 nam, iuxta caput, inter sollicitudines. de purg-  
 canonic. Reliqua de modo procedendi contra  
 istum, vide apud Couarruuiam loco allegato, &  
 apud Simancam in suis Catholicis institutioni-  
 bus. cap. 2. num. 6. Et quoniam hunc modum  
 fuisse pertinere ad Inquisitores, non opus est, ut  
 in eo declarando hic immoremur.

## CAP. XVIII.

De effectibus pœnalibus excom-  
 municationis, etiam  
 minoris.

An excommunicatus suscipiens ordines, an pri-  
 uetur executione ordinum: Et à quo possit di-  
 spensari super hoc: Et an ignorantia hic excu-  
 set & qualis: Et an in excommunicatione ma-  
 iori suscipiens ordines & postea celebras fiat  
 irregularis, vel si præstet autoritatem celebra-  
 tioni: Et non excommunicatus celebrando co-

ram excommunicato incurrat aliquam poe-  
 nam: Quod excommunicatio maior inducit  
 infamiam & priuat fructibus beneficij. De  
 excommunicatione minori, & eius effectibus,  
 & quid si ignoretur; & quando est mortale  
 communicare excommunicato: Et de peccatis  
 commissis ad excommunicato maiori: Et ex-  
 communicatio minor à quo possit absolui: Et  
 de modis excommunicandi.



PRÆTEREA nunc reliquos effe-  
 ctus pœnales, quos operatur exco-  
 munitio prosequentes de sacra-  
 mento ordinis hic sigillatim dici-  
 mus primo, quod huiusmodi sacramen-  
 tum receptum ab excommunicato valet, quoad  
 characterem, licet non detur quoad executione-  
 nem, donec sequatur dispensatio can. præter hoc  
 5. verum. 3. dist. Ita omnes doctores. Sed si qua-  
 ratur à quo petenda sit hæc dispensatio. Respon-  
 detur autem, quod super ista irregularitate ex  
 mala ordinum susceptione contracta, & super  
 executione ordinum male susceptorum, sicut  
 fit etiam cum suscipiuntur ab excommunicato,  
 sic excommunicatus suscipiens ordines dispen-  
 sationem à commissario bullæ cruciatæ obtine-  
 re non potest: quia ibi in originali sibi hic casus  
 excipitur. Igitur si certa scientia sic ordinatus  
 fuit petenda est dispensatio à Papa, cap. 1. de or-  
 din. ab episcop. qui renunc. Et idem est, si igno-  
 rantia crassa & supina sic excommunicatus or-  
 dines recepit. Secus est, si fuit in illo ignorantia  
 probabilis: quia tunc per episcopum poterit dis-  
 pensari proprium, qui in illo actu non deli-  
 quit ibi cap. vltimo de ordin. Sed religiosi, etiam  
 si scienter fecerint possunt dispensari à suis præ-  
 latis, etiam si post religionis ingressum ita fue-  
 rint promoti. Ita glossa in cap. si qui à simonia-  
 cis. 1. quæst. 1. & cap. cum ab excommunicatis.  
 1. quæst. 1. Sed aduertendum est vltimo, quod  
 si huiusmodi delictum, quod est suscepisse ordi-  
 nes, scienter etiam in excommunicatione, fue-  
 rit occultum, tunc ex autoritate commissæ epi-  
 scopis à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 5. vbi  
 dicitur, liceat episcopis, peterit episcopus super  
 hac irregularitate, vel suspensione occulta di-  
 spensare. ¶ Sed iam scire cupit anxius animus,  
 an qui probabiliter, ac proinde inculpabili-  
 ter ignorans suscepit ordines sacros in excom-  
 municatione maneat suspensus ab executione  
 ordinum, post compertam rei veritatem.  
 Respondetur autem, quod Panormit. Innocent.  
 Felinus & Castro de potestate legis pœnalis  
 capit. 15. tenent, quod probabiliter ignorantia se  
 ignorantes esse excommunicatos, dum sic ordi-  
 nantur

nantur suscipiunt etiam executionem ordinum A  
 neque ad hoc indigent dispensatione. Couarru-  
 vias autem super cap. alma mater. de senten. ex-  
 commun. 1. par. 5. 6. oppositam tenet, quam ait  
 esse communem, & tutiorem. Sed certe ista opi-  
 nio communis si rationi, aut textui claro standū  
 est, non sufficienter probat suam intentionem:  
 sed potior est ratio pro Panormitano, Innocen-  
 ti & Felino. Quoniam hæc suspensio ab executio-  
 ne ordinum, cum de se sit quædam poena incurri-  
 tur propter culpam: at vero dum ignorantia pro-  
 babilis interuenit (quia excusat ab omni culpa)  
 abest omnis culpa: ergo abesse debet & omnis  
 poena. Neque valet quidquid solatio Couar. dicen-  
 tis, quod etiam irregularitas incurritur aliquando sine  
 culpa. Quia dicitur verum de irregularitate, quæ in-  
 curritur propter solam significationem, aut in-  
 decentiam. Qualis est bigamie irregularitas, &  
 irregularitas illegitimæ natiuitatis, aut irregula-  
 ritas contracta à iudice per sententiam iustam  
 super homicidium, aut mutilationem: qualis non  
 est ista irregularitas, seu suspensio, quæ incurri-  
 tur propter susceptionem ordinum in excom-  
 municatione. Igitur si ignorantia hic excusat à  
 culpa (quia probabilis est) excusabit etiam à poe-  
 na, id est, à priuatione executionis ordinum. Ne-  
 que valet argumentum desumptum ex cano. si  
 qui à simoniacis. 1. quæst. 1. vbi misericorditer  
 sustinetur, qui ex ignorantia probabiliter à simo-  
 niacis sunt ordinati, quia, ut ibi ait glossa, si isti  
 indigent dispensatione (etiam si probabiliter igno-  
 rauerint) hoc est propter detestationem crimi-  
 nis simoniaci: quæ ratio in præseni non currit  
 casu, cum nullum hic interueniat crimen in su-  
 sceptione ordinum. Igitur nos non de facili à  
 communi opinione & magis tuta volumus di-  
 scedere. Sed tamen si quis, qui huiusmodi est, non  
 faciliter, neque ad manum inueniret dispensa-  
 tionem non obligarem illum ad eam cum mul-  
 tis expensis, & labore procurandam: quia pro-  
 babile videtur dicere, quod ea non indiget. Si au-  
 tem faciliter potest obtinere eam à suo episco-  
 po, vel forte à commissario bullæ cruciatæ (quia  
 hic formaliter & proprie non interuenit mala  
 susceptio ordinum) bene quidem, quia hoc erit  
 tutius, & id quod est tutius procurandum est.  
 Præsertim si non sit multum difficile. Aduertit  
 tamē hic Couarruuias, quod si in hoc casu igno-  
 rantia probabilis incurreretur irregularitas, quæ  
 absolute, vel dispensatione indigeret virtute  
 cruciatæ à confessore, non posset absolui, aut di-  
 spensari licet confessor virtute illius à peccatis  
 etiam reseruat Papæ absolueri possit, quod &  
 nos supra in hoc sequendo Canonistas, & Na-  
 uarrum, latè probabimus.

¶ Deinde scire oportet, an qui cum esset ex-

communicatus excommunicatione maiori ini-  
 tiatus est facris, quia mansit suspensus, quoad  
 executionem ordinum, quoad se & quoad alios,  
 si exercent actum ordini suo sacro conuenientem  
 fiat per hoc irregularis. Respondetur autem,  
 quod certe iste talis fit tunc irregularis, ut patet  
 ex insigni textu cap. 1. de sent. & re iudic. in 6.  
 & in c. 1. & in ca. is cui. de senten. excom. lib. 6.  
 ¶ Imo notatu opus est, quod ipsamet excommu-  
 nicatio maior operatur & hunc pœnalem effe-  
 ctum, scilicet, quod facit suspensum ab officio.  
 Ex quo corollarie sequitur, quod excommuni-  
 catus etiam non denunciatus celebrans, fit etiam  
 irregularis. Nam constitutio ad vitanda scanda-  
 la cum ab hoc non releuat. Sed tamen aduertendum  
 est protollendis scrupulis, quod poenam  
 hæc irregularitatis effugit qui probabiliter igno-  
 rans excommunicationem celebrat cap. Apo-  
 stolica. de clerico excommun. minist. & Partita  
 1. tit. 9. l. 21. imo (ut ait Nauarrus) si ista ignoran-  
 tia non pertingat ad culpam mortalem, excusa-  
 bit ab irregularitate. Quoniam ad incurrendam  
 irregularitatem, quæ poena est contracta per cul-  
 pa requiritur culpa mortalis: & secundum So-  
 tum requiritur culpa notabilis, & apparenter  
 quidem loquantur: quoniam irregularitas hæc  
 poena est grauis, quæ non debetur culpæ venia-  
 li, quia culpæ veniales vix, aut difficulter caue-  
 re possumus.

¶ Deinde queritur, Vtrum non excommunica-  
 tum celebrare coram excommunicato aliquam  
 poenam suspensionis, vel irregularitatis inducat  
 super sic celebrantem. Respondetur autē, quod  
 sacerdos etiam si non sit excommunicatus maio-  
 ri: si tamen coram excommunicato nominatim  
 & publice denunciato celebrat, non fit irregula-  
 ris (& si sic celebrando peccet.) Sic dicitur aper-  
 tus textus cap. is qui. de senten. excom. & idē  
 est, si coram interdictis celebret. Si tamen post  
 celebret (quia interdictus est huic ingressus ec-  
 clesie donec satisfaciatur ad arbitrium eius iudi-  
 cis, cuius sententiam contemnere præsumpsit)  
 ideo celebrando post primam illam celebratio-  
 nem, vbi excommunicatos & interdictos admi-  
 sit, fit irregularis. Vnde licet antea non esset irre-  
 gularis: tamen proximus & vicinus factus est  
 ad contrahendam irregularitatem per hoc, quod  
 eos ad celebrationem admisit. Ita Syluest. verb.  
 interdictum. 6. q. 2. patet cap. episcoporum. de  
 priuileg. in 6. vbi interdicitur prædictos ex-  
 communicatos admittentibus, dum celebrant,  
 vel celebrari faciunt diuina, ingressus ecclesie.  
 Cæterum hoc est, quod magis in hoc casu in du-  
 bium reuocatur, Vtrum hæc poena interdicti in-  
 gressus ecclesie extendatur ad clericos etiam sæ-  
 culares, vel ad laicos, vel ad solum regulares, &



exemptos excommunicatos, vel interdictos ad celebrationem diuinorum admittentes. Neque hic est satis peruium, quid sit dicendum. Quonia glossa dicto cap. episcoporum, cum alijs; tenet contra alios, quod hæc pœna locum habeat etiã in non exemptis, propter illud verbum, quod textus dicit, quantumcunque exemptionis. Veruntamen hæc sententia quæ Syluestri est, etiã & glossæ cap. is. qui. de sent. excommunicat. verbo nodatis. & quæ est glossæ dict. cap. episcoporum displicet Nauarro, & Couarruuiã dicto. §. 6. Qui licet fateatur ibi esse communem: ait tamen solum procedere in exemptis in eorum odium. His nihilominus non obstantibus perpena attente forma textus. cap. episcoporum, & tenore verborum eius, animaduerso existimo dicendum media via inter hos Doctores incedendo, quod prædicta pœna non solum comprehendit regulares exemptos, vel alios seculares exemptos à prælatis ordinarijs, quorum querela ibi in textu proponitur, sed etiam comprehendit quoscunque laicos, etiam non exemptos cuiuscunque ordinis, vel status existant, qui libertatis se dis apostolicæ priuilegio communiti scienter celebrant, aut faciunt celebrari coram excommunicatis, aut interdictis. Vnde arbitror sub hac pœna non comprehendi laicos, vel sacerdotes seculares nullo exemptionis, aut libertatis sedis apostolicæ priuilegio gaudentes. Quoniam hi relinquuntur puniendi ab ordinarijs, si in hoc contra eorum censuras exceßerint. Vnde hic postea celebrantes irregularitatem non incurrunt. Ad hanc autem tenendam mediam sententiam, in qua credo prædicti Doctores si aduertent concordarent, me mouet primo tenor prædicti textus, qui pro hac mea sententia videtur clare astare. Secundo, quoniam iste textus ponitur in titulo de priuilegijs, quasi insinuans, non hanc pœnam decernere contra quascunque personas, sed contra exemptas, vel priuilegiatas, siue essent Regulares, vel seculares.

¶ Accedit ad prædicta, quod si excommunicatus maiori, autoritatē præstet celebrationi, ut quia episcopus excommunicatus audit missarum solennia, sit irregularis. Quod & confirmat bonus textus. cap. illud. de cleric. excomm. ministr. & glossa notabilis in clem. 2. verbo. celebrari: de priuilegijs pro hoc facit. Nam tunc episcopus excommunicatus intelligitur præstare autoritatem, quando facit & iubet coram ipso missam celebrari. Sed iam hic dubitari contingit, utrum sacerdos excommunicatus maiori siue secularis, sit, aut religiosus, si interfit choro intercantandas diuinas horas, ut hebdomadarius inchoando officium in choro cum, Deus in adiutorium, & capitulando, & cantando orationem

A ibi solenniter cum, Dominus vobiscum, præter peccatum mortale, quod committit incurrat irregularitatem: Videtur autem, quod sic fiat irregularis, Tum, quia autorizat diuinum officium. Tum etiam: quia exercet actum conuenientem ordini sacerdotali. His nihilominus non obstantibus, videtur dicendum duplici ratione talem irregularitatem non contrahere. Tum, quia (& si sic solenniter officiare in choro sit conueniens actus ordini sacerdotali) sed id non tam de per se ei conuenit, sicut celebrare, & sacramenta administrare: sed id potius apte conuenit ei ex quodã usu & ordinatione ecclesiæ. Tum secundo: quia non est censendus aliquis contraxisse irregularitatem, nisi in casu, qui expressus inuenitur in iure canonico, qualis non est hic, cap. is. qui. de sent. excomm. Sed tamen opinio Nauarri videtur, ut verior tenenda. Qui in summa cap. 27. & 63. tenet contrarium: quia dicere collectas in choro annectitur sacerdotio.

¶ Præterea excommunicatio maior præter supradictos pœnales effectus, quos producit in cõtumace operatur etiam infamiam. Facit enim infamem, si excommunicatio est manifesta ita cap. infames. 6. quæst. 1. Quod tamen limitatur à Nauarro in summa. cap. 27. nu. 21. cum Ludo. Rom. ut procedat in excommunicato ob causam afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in causa infamiam inuente.

¶ Præterea priuat fructibus beneficiorum, si collatio beneficij facta fuerit excommunicato, quia collatio (ut dictum est) fuit nulla. Imo si postea fuerit excommunicatus, nihil potest accipere de fructibus beneficij, secundum glossam communiter receptam. cap. pastoralis de appellat. in fine. Quod tamen cum communi Nauarrus in summa. ca. 25. num. 124. intelligendum esse ait, de excommunicato, per quæ stat, quominus absoluat. Secus est de illo qui non fuit in moratēdæ absolutionis & satisfaciēdi ad arbitriū iudicis excommunicantis. Quoniam si fecit omne quod in se est debitam adhibens diligentiam priuari non debet fructibus interim perceptis. Et idem est de suspensio à beneficio ob contumaciam, qui etiam dum facit, quod in se est, & non est in mora obtinendi absolutionem, fructus non amittit (ut sensit Dec. dict. cap. pastoralis. §. finali. Alioquin suspensus à beneficio non potest de fructibus beneficij dispendere, nisi ad se, & suos modeste sustentandos & hoc si bona non habet, vnde viuat, secundum glossas. cap. cum Vintoniensis verbo. admiserant de elect. & clem. ut hñ qui. de etate & qual. & cap. pastoralis. §. finali. de appell. communiter receptas & secundum Panor. in locis ordinarijs. & in cap. apostolicæ de except.

¶ Præ-

¶ Præterea excommunicatio repellit à iudicio sic, ut excommunicatus non possit ibi esse actor, neque procurator actoris, neque rei. Potest tamen ibi astare in iudicio, ut reus ad se defendendum cap. intelleximus. de iudic. est communis. neque potest etiam cõstitui procurator, ut absolutus procurare possit secundum Nauarrum cap. 27. num. 23. & Decium contra communem. ¶ Priuat etiam sepultura loci sacri. cap. sacris. de sepultura. Obligat etiam in aliquibus episcopatibus manentem in ea per aliquod tempus ad soluendam pœnam constitutam, antequam absoluat. Licet Sotus teneat, quod quando dicitur in commissione absoluendi, ut commissarius absoluat satisfacta parte, non intelligitur de expensis soluendis ministris iustitiæ, nisi forte iam secundum alios per sententiam iudicis fuerit in eis excommunicatus coudemnat. Licet leges Castellæ seculares. l. 1. tit. 5. lib. 8. ordin. obligent. excommunicatum ad soluendam pœnam per eas constitutam antequam absoluat.

### ¶ De excommunicatione minori.

Præterea de excommunicatione minori hic meminisse operæ pretium est. Igitur dicimus primo, quod ea separat solum à participatione passiva sacramentorum, solita quæ erat infligi per ius in octo casibus, quos refert Innocentius in cap. 1. de sent. excommunic. Quorum solum vnus est in vsu, scilicet, cum communicatur cum excommunicato maiori excommunicatione in casibus prohibitis. Et licet possit ferri per sententiam iudicis, tamen communiter non fertur sic. Igitur de excommunicato minori scire opus est primo, quod olim incurrebatur per quemcunque participantem cum excommunicato maiori excommunicatione. Verumtamen post Concilium Constantiense solum in duobus casibus incurritur excommunicatio minor ex participatione cū excommunicato excommunicatione maiori. Primò, quado comunicatur cum excommunicatis nominatim, & publicè denūtiatis, vel ratione officij publicè nominatis & publicè denūtiatis. Vel secundo, quado comunicatur cū notorio percussore clericici. Insuper & aduerten dum est, quod neque per communicationem cum istis duobus generibus personarum comunicando incurritur minor excommunicatio in casibus iure permisis, qui continentur veru illo explicato, vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Secundo inquiri solet, utrum sacerdos excommunicatus excommunicatione minori, si celebret & conferat sacramenta, tunc peccet, & quali peccato. Videtur autem nullatenus peccare,

A vt patet ex iure, & ex diffinitione eius, quia solum priuat à participatione passiva sacramentorum: ergo conferendo sacramenta non peccat. Respondetur autem ad quæstionem primò, quod excommunicatus minori etiam si celebret, non sit irregularis, quia non est suspensus ab actu ordinis. ¶ Secundo dicitur, quod talis celebrando peccat grauius, ita ut committat peccatum mortale secundum Syluestrum, verbo, excommunicatio. 4. in principio. & Caieta. verbo, excommunicatio. & Couarruuiam, vbi supra. 1. part. §. 8. & Metinam in sua instruct. de excomm. §. 6. Qui videtur sentire, quod dicens missam excommunicatus minori, peccat mortaliter. Non quidem quia celebrat, aut confert ibi post missam sacramentum alijs, sed quia celebrando vel extra celebrationem illud recipit. At secus sentit Nauarrus in summa. cap. 27. num. 24. dicens, quod non peccat talis, si sit episcopus quatenus dat ordines, sed bene dum sacramentum recipit. Cæterum sacramenta conferre excommunicatum minori, quale peccatum sit mortale, aut veniale, restat indagandum. ¶ At in hoc in extremas sententias declinant aliqui doctores. Nam Syluester, verbo, excommunicatio. 4. in principio. affirmat mortale crimen esse huiusmodi excommunicatum minori sacramenta conferre. Ita Partit. 1. tit. 9. l. 6. Nauarrus vero, vbi supra num. 24. contrarium tenet, asserens, quod talis quatenus comunicat alios, aut si sit episcopus, quatenus dat ordines non peccat, quia parte dat sacramentum, sed quia sumit. Et hunc ait esse verum intellectum contra alios. Igitur inter has extremas opiniones, tenenda est opinio media, scilicet, quod talis conferendo sacramenta peccat, sed non peccat nisi venialiter. Hæc est Caietani, verbo, excommunicatio minor, & Couarruuiæ vbi supra. §. 8. & Metinæ in sua instruct. §. 6. de peccat. excommunicat. Vbi ait planius esse quod excommunicatus minori si conferat sacramenta semper peccat venialiter. D Quoniam sic Papa in dict. cap. qui celebrat insinuat. Huic videntur assentire Panor. & Maioris in. 4. dist. 18. quæst. 2. & Adrian. in. 4. de clauib. quæst. 3. quos citat ibi Nauarrus vbi supra, secutus Hostiensem, quibus ipse aduersatur. Et patet, quia ibi Papa. §. peccat. clare determinat eum peccare conferendo sacramenta: tamè hoc insinuat Papa non esse peccatum mortale. Tum, quia ait ea sacramenta non carere effectu. Tum, quia inquit, quod iste non est à collatione, sed participatione sacramentorum, quæ in sola consistit perceptione remotus. Vnde infert Metina hinc, quod excommunicatus minori peccat venialiter conferendo sacramenta, & mortaliter ea recipiendo. Verumtamen est, quod ibi super addit

addit Nauarrus, quod talis neque eligere prohibetur, vel ea qua ratione iurisdictionis sibi competunt exercere: quoniam hoc expresse ibi diffinit Papa in illo cap. si celebrat. de cler. excommunic.

¶ Ex quo sequitur, quod talis neque audiendo missam, vel audiendo diuina officia, vel dicendo ea in choro, vel fumendo pacem, vel absoluen- do ab excommunicatione maiori, vel minori non peccat: sed bene peccat celebrando, & absoluen- do a peccatis, & communicando infirmum, vel sanum contra Nauar.

¶ Porro de electione passiuæ excommunicati minori excommunicatione, an valida sit dicen- dum superest. Nam neque in hoc satis conue- niunt doctores. Quoniam Couarruias (licet ca- put. si celebrat. dicat quod est irritanda (interpre- tatur hunc textum, quod est irritanda, id est, quod est irrita denuncianda. Ideo insinuat Couarrui- as, quod ipso iure est nulla. His nihilominus non obstantibus, si mea sententia quidquam va- let: ego malo tenere cum Felino cap. dilecte. co- lum. 3. de exceptionibus. quem ipse Couarrui- as citat in contrarium. Quoniam profecto, be- ne ait iste doctor, quod talis electio ipso iure est valida: sed tamen venit rescindenda per senten- tiam. Siquidem in poenalibus, tum benignior sensus legis est accipiendus; tum verba non sunt extendenda, sed ad propriam significationem coarctanda: Cum ergo expresse dicat textus, quod est irritanda non est sic perperam glossan- dus quod talis electio est irrita pronuntianda, quasi antea ipso iure irrita fuerit. Sed adhuc ple- na intelligentia quaestioni exigit, vt declaratur an excommunicatio minor ignorata ab excom- municato minori, eius electionem passiuam an- nullet, vel certe, vt irritanda sit per sententiam, causa sit. Respondetur autem, quod Couarrui- as loco citato censet, quod adhuc ista electio passiuæ ex ignorantia proueniens est inualida, quam dicit esse opinionem glossæ dict. cap. si ce- lebrat. aitque esse communem, quod fatetur Syl- uester excommunicatio. 1. Licet verbo. excom- municatio. 4. §. ultimo, ipse teneat contrarium. Ratio autem pro parte glossæ, & Couarruiæ est, quod ignorantia huius excommunicationis non facit ad valorem electionis passiuæ sic ex- communicati. Verum miror ego huiusmodi Iuristæ quam scrupulose in poenalibus loquantur, magis autoritate illa, q̄ opinio sit communis, quam ratione probabili interdum adducti. Nā et si opinioni communi, cæteris paribus honos maior sit deferendus, sed etiam vis rationum, & earum efficacia est expendenda. Vnde sicut pro- uerbiū commune Iuristarum est istud, scilicet, erubescimus sine lege loqui: ita proloquium

A Philosophi est q̄ quidquid sine ratione dicitur, quasi ab insipiente dicitur: & ideo ea facilitate, qua dicitur, rejicitur. Igitur, quoniam neq; Couar- neq; glossa textui claro aut rationi efficaci inni- tūtur, licet maximo in pretio eū alias soleant ha- bere, malim in hac parte eū Syluest. tenere, qui sic ibi distinguit, q̄ si ignorantia fuit probabilis, valet electio. Secus si fuit crassa ignorantia in eo, & sic fuit electus, aut promotus ad beneficium. Quoniam tunc ista electio & promotio non ita valebit, quin sit per sententiam irritanda. Proba- tur autem hoc contra glossam. Tum, quia cap. si celebrat. §. si tamen scienter. Ideo specificat de electione scienter facta, quasi aliter sentiret de opposita electione passiuæ excommunicati mi- nori ignari quod est bonum argumentum Syl- uestri, etiam arguendo à contrario sensu. Secun- do patet contra Couarruiam tenentem, quod talis electio etiam ex ignorantia est nulla, quia aliter sequerentur infinita scandala, si confirma- ta electione ignoranter facta, diu post excommu- nicatio detegatur. Quoniam de absolutionibus interim perceptis à tali anxiantur multi dubi- tantes, an valide fuerint, an non: neque pacta fa- cta ab ipso nomine ecclesiæ solida forent, & hu- iusmodi.

¶ Notandum est insuper, q̄ participatio cum ex- communicato maiori, vnde in participantem re- sultat excommunicatio minor regulariter non est nisi veniale peccatum, nisi sit in sacramentis, vel in diuinis officijs. Vnde quando dicitur, q̄ peccat mortaliter cōmunicans cum excommuni- cato in oratione, intelligitur in publica oratio- ne, quæ fit nomine ecclesiæ, quales sunt missæ, & horæ canonicæ, quas cantat, vel dicunt sui mini- stri nomine ipsius. Qualis etiā est cōsecratio alta- ris, & virginū, benedictio solēnis Epi, & aquæ be- nedictæ, & officia defunctorū & sepulchrorum. Sed non intelligitur de oratione angelica, etiam vespertina solita fieri à populo ad pulsationem campanæ: neque de benedictione mensæ, quæ etiam est licita tempore interdicti. Imo licet le- gere cum excommunicato aliquam partem euā- gelij, aut alicuius psalmi, quæ sunt orationes. Ita Nauarrus cap. 27. nu. 36. Quod ego limito, dum hæc ordinentur ad eius conuersionem. Possa- mus etiam cum eo audire concionem cap. respō- so, de senten. excommu. in cuius initio ab omni- bus signum crucis fit in fronte, & salutatur vir- go Maria, & in fine prædicator preces præmit- tens generalem absolutionem impendit. Secun- do communicans cum excommunicato in casu- bus non iure permissis, est mortale, quando ni- mis frequenter cum eo communicat, taliter, q̄ animat excommunicatum ad perseuerandum in sua contumacia. Tertio ei communicans pec- cat

eat mortaliter, quando communicat cum eo in contemptum clauium. Quarto, quando contra speciale præceptum iudicis id prohibentis com- municaret. Quinto, quando legitime monitus sub poena lata excommunicationis in partici- pantes iussus fuerit non participare cum aliquo sibi expresse nominato (vt ait Sotus) nam tunc cum ipso communicando tum peccat mortali- ter, tum etiam incurrit excommunicationem maiorem.

¶ Sexto, si communicat cum excommunicato à papa simul cum participibus suis tunc peccat mortaliter. Solus autem papa secundum Nauar- rum num. 32. hanc excommunicationem ferre potest. ¶ Septimo, quando communicat cum excommunicato in mortali. Si tamen partici- pet quis cum excommunicato maiori in delicto habente annexam excommunicationem re- spectu excommunicati, si antequam eam incur- rat excommunicatus, vel tempore quo ab eo in- curritur participet cum eo, non incurritur à pat- ticipante. Secus, si post incursum excommunica- tionem ab sic iam nominatim denunciato in eo delicto cum eo participet. cap. nuper. de senten. excommu. contra Syluest. verbo, excommu- nicatio. 9. verbo. dub. 1. & 3. & contra Rosel. & Panormit. de sent. excommu. cap. nuper. & Ta- bienam, verbo excommunicatio. 5. non distin- guētes, quod excommunicatio fiat ante vel tūc, vel post. Requiritur autem, vt exprimit textus, quod scienter communicauerit cum tali excom- municato, vt eam incurrit. Similiter communi- cans excommunicato in crimine damnabili: pec- cat mortaliter, & incidit in excommunicationem maiorem cap. si contubina, de sententia ex- communic. Vbi decernitur, quod si concubina alicuius clerici publica, ob id criminis esset exco- municata, si idem clericus concubinarium post la- tam sententiam in illam, ei committeretur incur- rit excommunicationem maiorem. Secus si con- cumberet cum alia femina non sic excommuni- cata. Vnde, vt notat glossa, eod. cap. concubina, quod participans sic in crimine cum excommu- nicato eadem sententia non notatur, nisi sic par- ticipet cum iam nominatim excommunicato. Sic etiam peccat mortaliter & incurrit excom- municationem maiorem, qui (cum alius est iam excommunicatus nominatim, quia non dimittit concubinam) in causa est, quod illam non dimittit. Et idem est de ipsa concubina, si tunc nolit discedere ab illo, vt ait Metina.

¶ Præterea de peccatis etiam, quæ maiori in- nodati excommunicatione committunt, conse- quenter dicendum est, vt similes materias con- iungamus. Igitur excommunicatus maiori pec- cat mortaliter. Primo sacramenta administran-

A do, vel recipiendo iuxta intelligentiam huius re- gulæ alibi insinuatam. Nam regula hæc potest pati exceptionem in aliquibus supradictis casu- bus, vt si parochus non nominatim denunciatus inquitaretur à suo subdito ad administrandum si- bi sacramentum. Nam tunc si esset contritus, ne- que esset in mora petendæ absolutionis non pec- carer mortaliter administrando sacramentum. Similiter etiam secundum Victoriam, probabilem opinionem in casu, quo non subditus posset se- cundum Concil. Constant. inuitare sacerdotem: præsertim aut saltem, si non subditus susceptio- ne sacramenti egeret, & ab clerico non denuncia- to peteret. Quoniam si ipse tunc peccaret mor- taliter ministrando, non posset à non subdito in- uitari: quod tamen Concil. Constant. concedit. Similiter in casu grauissimi scandali, aut infam- iæ vitandæ posset oculus excommunicatus præsertim non denunciatus tum celebrare, tum etiam sacramentum eucharistiæ percipere insi- stendo opinioni probabili supra probatæ. Secū- do excommunicati maiori etiam non denuncia- ti peccant mortaliter, exercendo actus ecclesiæ- sticos, scilicet, eligendo actiue vel passiuæ, vel be- neficia conferendo vel ea recipiendo, vel ordinā- do, vel ordines suscipiendo, & exercendo actus iudiciales nullos, vel irritandos post per. exce- ptionem, aut sententiam iudicis. Vnde damnum resultare potest alicui partium circa expensas, vel circa causam, quæ in iudicio agitur. His exce- ptis casibus si excommunicatus maiori etiā de- nunciatus communicet in politicis cum fide- libus secundum Metinam in suo instruct. on tri- buitur culpæ mortali regulariter, nisi interue- niat excommunicationis contemptus, qui non censetur interuenire, quando ita se habet in hac conuersatione politica, & humana, ac si excom- municatus non esset: sed solum quando nihil pē- dit manere in excommunicatione ipsa, vel nihi- li facit iudicem excommunicantem: quia tunc dicitur interuenire contemptus, qui est peccatū mortale. Patet, quia in his politicis conuersatio- nibus paruitas materiæ excusat à mortali, non contemptus.

D Præterea de excommunicatione minori, an à simplici sacerdote possit absolui, vel non post à nobis dicendum est. Interim tamen hic conse- quenter quaerimus, quando simpliciter per ius, vel iudicem fertur simpliciter censura excom- municationis, nihil exprimendo an intelligatur esse lata censura excommunicationis maioris, vel minoris. Respondetur autem, quod in du- bio ubi sit mentio excommunicationis, maior & non minor intelligenda est. Ita cap. penulti- mo de sent. excommu. Et patet, quoniam ratio sumitur ex vsu interpretante sermonē. Et quia minor

minor excommunicatio rara est: excommunicatio autem maior frequens est in iure, neque obstat cap. 1. de exceptionibus: quoniam est specialis definitio huius textus. Vbi per excommunicationem non intelligitur maior. Et hoc ne excipiens de excommunicatione valetur cum præiudicio actoris, & iudicis. Anathema autem solum addit supra excommunicationem maiorem solennitatem maledictionum, & candelarum extinctionem. Anathema enim, ut ab initio diximus, dicit maledictionem, execrationem, separationem, sicut consecrata Deo separabantur, ne communicarentur.

¶ Nota secundo circa excommunicationem minorem, quæ incurritur ex communicatione cum excommunicato, quod quia iam post Concilium Constant. non incurritur, nisi cum nominatim & publice denunciato communicando. Ideo si Papa excommunicet Petrum cum participibus suis, tunc solus Petrus debet vitari: alij autem non quousque nominentur facta fide de eorum participatione. Accedit ad prædicta, quod episcopus non solum incurrit excommunicationem minorem, communicando cum nominatim denunciato à se, sed etiam incurrit excommunicationem maiorem, si participet cum excommunicato à se in crimine damnato, vel criminoso, secundum Innoentium vel Hostiensium. non tamen incurrit illam, quam ipse tulit: quia nemo seipsum ligare potest arg. ff. de arbit. l. penul. sed incurrit sententiam iuris latam contra participantes, taliter. Secus videtur Syluester sentire in casu, quo episcopus excommunicaret auxiliantes, & ipse auxilium præstaret: quia non incurreret istam excommunicationem, cum sit à se ipso. Adde, quod clericus participans in diuinis secundum intelligentiam Caiet. cum excommunicato sententialiter, & nominatim à Papa eum recipiendo ad diuina eam excommunicationem incurrit. Secus est, si eum ad diuina non reciperet, sed cum eo, & cum alijs ut particularis interesset diuinis.

¶ Porro nunc antequam accedamus ad materiam de absolutione excommunicationis dicendum est, quæ sint necessaria, ut efficax sit, ita ut indigeat absolutione, & per quæ verba valida excommunicatio feratur. Igitur primo dicimus, quod excommunicatio tam maior, quam minor nota debet esse confessori, ut primo sciat, in quibus casibus incurritur, ut cognoscat, an poenitens sit excommunicatus, aut non, & an sit talis excommunicatio reseruata, aut non, & cui sit reseruata. Secundo confessor scire debet, in quibus casibus excommunicatus, dicendo, faciendo, suscipiendo peccat, & qualiter, & ut cognoscat peccata, quæ manendo in excommuni-

atione fecit. Oporret tertio, ut perpendat peccata, quæ ex communicatione occasionantur in altero non excommunicato.

¶ Attendendum est insuper, quod in qualibet excommunicatione, siue à iure siue ab homine consideranda est persona, quæ excommunicatur, an excommunicatio se extendat ad illam. Secundo, an actio, propter quam quis excommunicatur sit consummata. Quoniam, si non sit consummata, non est locus excommunicationi, etiam quod sit incepta. Ex parte autem agentis à quo egreditur actio, exigitur, quod sit agens eliciens, & non tantum imperans. Quoniam si excommunicatur occidens Petrum, qui mandat occidi non est excommunicatus. Et ideo quando canon intendit comprehendere etiam cooperantes, solitus est addere: Quicumque dederit consilium, vel auxilium, & cetera, vel quicumque fecerit, vel mandauerit. Atque ideo attentius perpendendi sunt textus excommunicantes, antequam detur iudicium circa excommunicatos. Neque obstat excommunicatio iuris communis contra participantes in crimine criminoso, quia loquitur de participante cum iam excommunicato in crimine, pro quo fuit nominatim excommunicatus (ut supra declaratum est ex cap. nuper. & capit. concubinæ. de sententia excommunicationis.)

¶ Præterea aduertendum est, quod quando excommunicantur dantes consilium, fauorem, vel mandantes, nunquam sunt excommunicati, nisi sequatur talis effectus, pro quo consuluerunt, mandauerunt, &c. Quando verò excommunicantur retrahentes à solutione decimarum, sunt excommunicati, si in quantum in se est retrahant, etiam si non sequatur retractio: quia actus, propter quem lata est excommunicatio non est retractio à solutione decimarum, sed dicere aliquid propter quod retrahantur & sic de similibus. Sic Caieta. in summa.

¶ Præterea de modis excommunicandi aduertendum est, quod excommunicatio, siue à iure, siue ab homine feratur, non censetur esse lata sententia, quando dicitur sub pena excommunicationis, vel anathematis: sed est quædam comminatio secundum Panormitanum capit. vnico. de sagitt. At si sciscitetur aliquis quomodo cognoscetur, quod sit lata sententia, respondetur secundum Panormitanum capit. si diligenti. de foro competenti. quod si promulgatur per participium præteriti temporis, ut dicendo, sit innotatus, sit excommunicatus, sit suspensus, & huiusmodi, est lata sententia capit. cupientes. de elect. nisi appareat per aliud ius, quod sit ferenda, vel secundum materiam subiectam. Sic intelligitur glossa capit. nullus. de foro competenti. Secundo considerandum est, quod aliquando non

non sunt verba præteriti temporis, sed declaratoria, & tunc etiam est canon lata sententia. Ut cum dicitur: decernimus viribus carere, vel excommunicationi subiaccere. Et tunc ligat excommunicatio cap. nouit. de his quæ fiunt à prælatis. iuncta glossa.

¶ Si verò sunt verba dispositiua significantia in futurum, ut dicendo, priuetur, excommunicetur, & huiusmodi, sententia est ferenda, nisi addatur aliquod verbum, per quod appareat, quod sit lata. Ut si dicatur ipso facto: excommunicetur, ipso iure, vel eo ipso & similia. De hoc vide in regulam. cap. in poenis. de regul. iuris in. 6. Idem dicendum est de hoc verbo, excommunicationi subiaceat, secundum Panorm. in cap. clericus. ne clerici, vel monachi. Et per ista verba, excommunicationi noueris te subiaccere fertur sententia ipso facto cap. non minus. de immunitate ecclesiæ. Sed quid si in forma excommunicandi sic dicatur, sicut excommunicatus vitetur. Respondetur autem cum Panormitano cap. super speculum. ne clerici vel monachi, quod ista verba de se non sunt lata sententiæ, sed debet ponderari materia, si à iure proferatur, an ab homine. Huic sententiæ videtur accedere Nauar. in sum. cap. 27. num. 12. Vbi ait in simili contra Hostien. in sum. de sent. excomm. §. qualiter, quod non sufficit dicere, cognosco te pro excommunicato, aut habeo te pro excommunicato, cum dicuntur à iudice, nisi quando ponuntur in excommunicatione canonis, aut decreti, aut in excommunicatione condicionali, quales sunt omnes, quæ dantur cum monitione canonica, aut propter peccata futura, argum. cap. 2. de testib. cogendis. & cap. præterea. de appellat. & sic conciliantur doctores in his modis contraria dicentibus inter se. Sed tamen secundum eundem Hostien. quia nulla verba certa sunt præscripta pro forma substantiali excommunicationis, sufficit dicere excommunico te, aut separo te à communione, aut similia, quibus declaretur voluntas iudicis ad excommunicandum de præsentibus. Cui subscribit Nauarrus. Quibus adde, quod ista verba, prorsus, penitus, tantum valent, quantum ipso facto, vel ipso iure. Atque ideo quantum iungantur verbis futuri temporis, tamen per illa censetur lata sententia. de poenis. cap. penult.

¶ Ex prædictis autem sequitur corollarie, ut ait Nauarrus, quod non obtemperans canonibus, vel iudici iubenti aliquid sub poena excommunicationis, non statim censetur esse excommunicatus: si quidem verba hæc non insinuant voluntatem excommunicandi ipso facto, sed communicationem excommunicandi, si non paruerit, iuxta glossam insignem in cap. 1. de sagitt. & cap. 2. de matrimon. contra. Sicut neque ista, scilicet,

excommunicetur. Sed bene est lata (ut prædiximus) si dicatur: sit excommunicatus. Ita Felinus in cap. Rodolphus. de rescriptis. & secundum alios ab illo citatos. Nisi quando alia iura declarant oppositam. Nam in hoc casu verum habet glossa. cap. si quis. ex cleric. de vit. & honest. cleric. & cap. 2. de foro compet.

¶ Ad hæc, ut vnusquisque, cui id incumbit, sit cautus in absoluendo, ne si à quibus non potest, absoluat aliquem, absoluendo se & poenitentem illum illaqueet: oportet ipsum attente inspicere canones, ne excommunicatos diiudicet, qui sine dolo, aut temeritate, aut præsumptione contra canones materialiter commiserunt. Nam in poenis strictè debet interpretatio fieri. Quocirca iam supra diximus de mente Metinæ in sua instruct. fol. 36. quod si statutum dixerit, si scienter fecerit si præsumperit facere, si ignorans etiã culpabiliter commiserit, contra canonem, vel statutum non incurret excommunicationem in eo contentam. Imo, ut diximus supra ex mente Syluestri, quando D. Tho. in quolib. 1. art. 19. ait, quod constitutio Papæ ligat negligentes, eam scire & culpabiliter ignorantes eam, intelligendum est de ignorante eam ex supina, & crassa ignorantia includente latam negligentiam: quia est poenale. Vnde si aliquis citra latam negligentiam ignoret constitutionem Papæ excommunicantem aliquem, furatorem, verbi gratia, de bonis ecclesiæ, non incurret illam, si aliquid de illis bonis fuerit furatus. Ita Syluester verbo, ignorantia. §. 15. contra glo. cap. à nobis. de sent. excomm. Quæ quidem sententia Syluestri (si vera est, ut apparet verisimilis esse) certe valde confert ad tollendos multorum virorum alias timorata conscientia scrupulos. Vide de hoc supra plura diximus, sed ne hic in isto necessario loco desissent aliqua repetenda diximus.

¶ De absolutione ab excommunicatione. Quæst. 24.

## C A P. X I X.

¶ *Utrum quilibet sacerdos proprius possit absolvere subditum suum ab excommunicatione: Et quis ab excommunicatione minori, absolvere possit: Et quis absolvere ab excommunicatione lata à iure. Et à quibus excommunicationibus possit absolvere religiosus expositus: Et quis nam possit absolvere ab excommunicatione lata ab homine: Et an episcopus possit absolvere ab excommunicatione lata ab inferiore: An virtute bullæ excommunicatus impotens*



potens soluendo possit absolui non satisfacta parte: Et an excommunicatus à suo episcopo, si se inuenerit in alio episcopatu, possit ibi ab episcopo illius diocesis absolui satisfacta parte: Et absolutio iniusta sit inualida, vel ex causa falsa data, & aliqua excommunicatio sine absolute tollat. Et quæ sint necessaria ad obtinendam absolute ab excommunicatione: Et an absolutio hæc possit dari condicionaliter: Et an petens in foro exteriori absolute sit absoluendus: & de delegatis ad absoluendum: Et de absolute ad cautelam: Et an inuitus possit quis absolui: & an ab una excommunicatione sine alia & ab heresi quis potest absolue: Et an absolutio data ex falsa causa valeat.



**Q**UÆRITVR ergo primo cum D. Thoma, Vtrum quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absolue. Respondetur autem, quod à minori excommunicatione quilibet potest absolue, qui potest à peccato participationis absolue. Si autem est maior aut est lata à iudice, & sic ille, qui ruit, vel eius superior potest absolue, vel est lata à iure: & tunc episcopus vel etiam sacerdos potest absolue, exceptis sex casibus, quos sibi iuris conditor Papa referuauit. Primus est, quando quis iniicit manus in clericum, vel religiosum. Secundus est de illo, qui incendit ecclesiam & est denunciatus. Tertius est de illo, qui frangit ecclesiam, & denunciatus est. Quartus est de illo, qui in diuinis communicat, scienter, excommunicatis nominaliter à Papa. Quintus est de illo, qui falsificat literas sedis Apostolicæ. Sextus est de illo, qui excommunicatis in crimine communicat: non enim debet absolui, nisi ab eo, qui excommunicauit, etiam si non sit eius subditus, nisi propter difficultatem accedendi ipsum absolueretur ab episcopo, vel à sacerdote proprio, præstita cautione iuratoria, quod parebit mandato illius iudicis, qui sententiam tulit. A primo autem casu octo excipiuntur. Primo in articulo mortis, in quo à qualibet excommunicatione potest quis à quolibet sacerdote absolui. Secundo, si sit ostiarius alicuius potentis, & non ex odio, vel proposito percussit. Tertio, si percussus sit mulier. Quarto, si sit seruus & dominus læderetur de eius absentia, qui non est in culpa. Quinto, si irregularis regularem & non sit enormis percussio. Sexto, si sit pauper. Septimo, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius. Octauo, si habeat inimicitias capitales,

**A** Sunt autem alij casus, in quibus percussus clericum excommunicationem non incurrit. Primo si causa disciplina, vt magister, & prælatus percussit. Secundo, si iocosa leuitate. Tertio, si inuenerit eum turpiter agentem cum vxore, vel matre, vel sorore, vel filia. Quarto, si statim vim vi repellat. Quinto, si ignoret eum esse clericum. Sexto, si inueniat eum in apostasia post tertiam monitionem. Septimo, si transfert se clericus ad actum penitus contrarium, vt si fiat miles, vel ad bigamiam transeat. Neque obstat contra prædicta arguere, quod quilibet sacerdos potest suum subditum à peccato absolue, quod est maius, ergo semper poterit absolue ab excommunicatione, quod est minus. Quia responderetur, quod licet maius sit simpliciter vinculum peccati, quàm excommunicatio: tamen quoad aliquid vinculum excommunicationis est maius, in quantum non solum obligat, quoad Deum, sed etiam in facie ecclesiæ. Et ideo in absoluendo ab excommunicatione requiritur iurisdicctio in exteriori foro, non autem in absolute à peccato. Neque enim ibi exigitur cautio iuramenti, sicut exigitur in absolute ab excommunicatione. Per iuramentum enim controuersæ, quæ sunt inter homines terminantur secundum Apostolum. Neque obstat etiam arguere, quod causa excommunicationis est peccatum, quod potest sacerdos proprius tollere per absolute: ergo ablata causa poterit tollere excommunicationem absoluendo ab illa. Quia responderetur, quod cum excommunicatus non sit particeps sacramentorum ecclesiæ, sacerdos non potest excommunicatum absolue à culpa, nisi sit prius absolutus ab excommunicatione.

**C** Porro circa prædictam doctrinam, quæ est Diui Thomæ, primo inquirendum venit, quis nam ab excommunicatione minori absolue possit. Nauarrus autem forte ratione D. Thomæ adductus, qui ait illum posse absolue ab excommunicatione minori, qui potest absolue à peccato participationis, tenet simplicem sacerdotem, posse absolue ab excommunicatione minori, quãdo illa solum contracta est per peccatum veniale. Nihilominus hac non obstante ratione communis opinio opposita tenenda est, quæ est Diui Thomæ in solutione ad primum, si recte expendantur verba eius. Vbi ait, quod ad absoluendum ab excommunicatione requiritur iurisdicctio in exteriori foro, qualis non competit simplici sacerdoti. Est Soti in 4. sent. dist. 22. q. 2. artic. 3. Est Metinæ in sua instruct. qui ait ab excommunicatione minori posse absolue, etiam quemlibet sacerdotem expositum per ordinarium, à qua, vt quis absolui possit, satis est sit in animi præparatione ad parendum ecclesiæ, & ad absti-

**A** ad abstinentiam participatione excommunicatorum. Est Syluestri, verbo, absolute. 1. Secundo notabil: est D. Thomæ in 4. dist. 18. quæstio 2. art. 1. & ibi eam habent ceteri Theologi. Est Caietan opusc. quæstio 1. v. nica. Est Couarruiaz super. c. alma mater. par. 1. §. 2. Qui ait, quod excommunicatio minor regulariter tollitur absolute lutione sacerdotis, qui sit curatus excommunicati. Patet cap. nuper. de sent. excom. Et huius opinio communis, ratio communis hæc est, scilicet, quod excommunicatio minor est censura. Censura autem est actus iudicis, ac proinde ab eo non potest absolute fieri, nisi per eum, qui iurisdictionem habeat saltem in subditum sibi in foro confessionis. Quauis crediderim, quod ab habentibus hanc iurisdictionem possit absolui, etiam extra confessionem: Hac tamen iurisdictione caret simplex sacerdos. Nam licet secundum Couarruiaz iurisdictionem habeat ad absoluendum sacramentaliter de solis venialibus volentes illi de his venialibus confiteri: tamen alia iurisdictione requiritur ad absoluendum ab excommunicatione minori, quia secundum communem requiritur de se iurisdictione pertinet ad forum exterius: quam iurisdictionem congruenter tribuit ecclesia parochis & sacerdotibus ab episcopo ad audiendas confessiones expositis: vt qui iurisdictione polleat ad præstandum sacramentum absolute hanc habeant ad absoluendum ab hoc obstaculo sacramentorum, id est, ab excommunicatione minori. Et per hoc patet solutio ad rationem Nauarri, & aliorum, quorum opinio etiam videatur subtilis, sed non est verisimilior quàm communis. Sed iam magis ardua hæc quæstio hic discutienda manet, scilicet, excommunicatio lata à iure, à quo possit absolui. Videtur autem, quod à solo Papa si sit papalis, id est, à iure pontificio lata sit absoluenda: quia per excommunicationem maiorem priuatur homo suffragijs totius ecclesiæ: ergo vbi papa huiusmodi suffragijs hominem priuat eidem soli incumbit eadem restituere absoluendo. Item in contra est: quia maius est parochum absolue à peccatis, quàm absolue ab excommunicatione lata à iure: ergo, si id quod maius est, potest, etiam poterit id quod est minus. Respondetur igitur ad quæstionem, & dicitur primo, quod absolute lata à iure pontificio, aut synodali constitutione, petenda est omnino ab eo, à quo constitutio facta est, si eam sibi referuauerit. Quod si ius ipsum pontificum eam non referuauerit, tunc regulariter episcopus absolue poterit. Patet ex notabili textu. cap. nuper. eod. titu. Quæ assertionem ait Couar. illo §. 2. procedere in constitutione inferioris confirmata per summum pontificem: quia ab hac nihilominus absolue potest, quia potest absolue à lata per canonem pa-

Instruct. conc. Pars. 2.

**B** prædicti. cap. nuper. Ita Bald. Henric. Cardin. Abbas Felin. Pro quibus facit ratio. cõs. quod confirmatio papæ non tollit ordinariam iurisdictionem. c. 1. & 2. de consue. vtili vel inutili. Item secundum eundem Couar. procedit in excommunicatione generali lata per hominem: quia & quætalet statuto, si tale statutu, vchæ sententiã generalẽ ferens homo, sibi eã non referuat, poterit saltem absolui per habentem iurisdictionem ordinariã. Quia vt dictu est, qui ualeat statuto cap. à nobis in. extra. Sed quid si sit specialis excoicatio ab homine lata, si sit confirmata per papam, an maneat papæ per hæc confirmatiõne referuata. Respondet autem Couarruiaz, vbi supra indistincte, quod nihilominus ad solum excoicatore pertinet eius absolute. Et fortassis inquit si hæc specialis sit confirmata à papa ei manet referuata. Verum tamen dicendum videtur, quod ista sententiã Couarruiaz locum habet, vbi papa sine certa scientia, aut cognitione confirmaret illam sententiã specialem hominis, tunc non maneret ei referuata. Si autem confirmata esset cum certa scientia, & cognitione papæ à papa, tunc secundum Ioan. Andr. receptum in ea ex frequentibus de inst. c. nuper. scribit. Nouam in sum. ca. 27. nu. 40. Ita est eius absolute referuata papæ, vt ab ea absolue non possit, qui eã tulit. Et secundo dicitur ad prædictum quæstionem, quod quæstio hæc valde in controuersia positæ est. Nam pro parte negatiua, scilicet, quod neque curatus, aut religiosus expositus possit absolue ab excoicationibus iuris communis, aut synodalis, etiam expressè ibi non referuatis (vel loca vbi supra referunt Couar.) astant plures auctores canonistæ, & Theologi, scilicet, Durandus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. Palude ibi q. 1. art. 1. Quorum ratio est, quod absolute hæc ad iurisdictionem fori exterioris pertinet, qua caret curatus proprius, aut religiosus expositus. Doctores autem hi habent sibi suffragantem textum bonum in Clem. 1. de priuileg. in princip. & glossam communiter receptam cap. 2. de pœnit. Pro parte autem affirmatiua astat Innocen. & D. Tho. in 4. dist. 18. q. 2. artic. 5. Hostiensis. cap. nuper. Syluester verb. absolute. 1. quæstio. 5. Quam Maiorista illa dist. q. 2. dubio. 3. asserit esse comunẽ: quam etiam defendit Sotus illo articulo. 3. conclus. 3. Ad multas, inquit, tollendas ambiguitates. Couarruiaz in hac parte varius est, dicens affirmatiuam Diui Thomæ & Theologorum posse defendi. Sed communis, inquit, praxiã recepit iam negatiuam, quæ est etiam Panormi. cap. nuper. & (vt diximus) etiam glossæ capit. si episcopus de pœnit. in. 6. Igitur ad componendum has licet cordatissima mihi videtur esse illa limitatio & distinctio noua, qua utitur Nauarrus in sum. capit. 27. numer. 39. Vbi sic distinguit, quod in

Si foro

foro conscientie, & quatenus attinet ad absolutum in foro isto sic excommunicatum a iure, vel a synodo nihil reservante, vera est affirmativa opinio Sancti Thomae, & Theologorum. Sed quantum ad forum exterius attinet, negativum locum habet. Nam ibi non admititur qui sic absolutus fuerit a curato, vel ab exposito, nisi absolutus fuerit ab episcopo. Et probatur hęc distinctio Navarri. Quoniam usus interpretatur legem, & vlti recepta praxis, scilicet, q̄ talis absolutio in foro exteriori non admitatur, interpretatur, q̄ cap. nuper. in quo videtur fundari affirmativa, non extendit suam facultatem, quam curato dat ad absoluendum in foro exteriori ab excommunicatione canonis non reservata. Quia ibi textus non loquitur, nisi de excommunicatione minori: quem propter ratione generalem iuristę etiam extendunt ad excommunicationem maiorem. Et ipsemet usus receptus absoluendi ab ea excommunicatione in foro conscientie interpretatur, quod ius id cōcedens curato, & religioso exposito, id solum concedit in foro conscientie. Nam consuetudo interpretatur legem, & tribuit iurisdictionem, q̄ si hoc facit curatus, est, ut ait D. Thomas, vt commissarius constituitur a papa per cap. nuper. idē, ne oriatur perturbatio in foro exteriori, usus interpretatur, q̄ papa solum in foro conscientie fecit illud sibi ad hoc suum commissarium. Modo autem sic limitata opinio affirmativa D. Thomae probatur rationibus Soti. Primo, quia excommunicatio est censura, quę a iure imponitur, ratione peccati. Ergo si ratione peccati incurritur, quantum est ex natura excommunicationis, quicunque habet iurisdictionem absoluendi ab illo peccato, habet iurisdictionem absoluendi ab illa censura imposita poenitentia. Sed non solum episcopi sed etiam parochi & expositi pro confessionibus, possunt in foro poenitentie absoluere a quocunque peccato non reservato: ergo etiam possunt absoluere a quacunque excommunicatione non reservata, quatenus attinet ad forum conscientie. Et secundo probatur: Quoniam si excommunicatio propterea q̄ esset lata a iure concilij, vel papę esset reservata, nō opus esset, vt exprimeret cuius absolutionem reservamus. Cum ergo per huiusmodi clausulam, vel similem absolutionem sibi reservat, signum est, quod alias eius absolutio pertinet ad singulos praelatos. Et quidem rationes hęc Soti, licet probent, quod excommunicationes iuris non reservatae pertinent quantum ad earum absolutionem in vtroque foro ad episcopos, sed non probant, quod earum absolutio pertineat ad curatum, vel expositum, ita, vt ab eis possit absolue- re in vtroque foro, sed solum in foro poeniten-

tie, vel conscientie, ne perturbent iurisdictionem episcoporum in foro exteriori, vbi poenitentes, saepe accusantur & eas incurrisse irreverenter, agentes aliquos sacerdotes & postea sacrilege celebrasse obijcitur. Et per hoc patet ad argumentum partis negativę. Respondetur enim, quod non solum papa excommunicando privat suffragijs totius ecclesie, sed etiam quando excommunicat episcopus: quia ista privatio insequitur naturam excommunicationis. Atque ideo non solum episcopus, sed etiam parochus secundum D. Thomam & Navarrum non propria auctoritate, sed, vt commissarius papę, potest absolue- re ab excommunicationibus iuris Papę non reservatis, aut alteri, in foro tamen conscientie, ne perturbet iurisdictionem fori exterioris. Ad secundum argumentum commune pro parte negativę, vbi arguitur, quod absolutio ab excommunicatione etiam non reservata pertinet ad iurisdictionem fori exterioris conceditur planē, ita, vt per eam iurisdictionem possit ab ea in vtroque foro manere absolutus excommunicatus, qui eam contraxit excommunicationem. Sed ex cap. nuper. colligunt fautores partis affirmativę, quod curatus & expositus religiosus, vt commissarius papę habent facultatem, ad absoluendum ab ea, & hoc solum (vt usus interpretatur) in foro interiori conscientie ne perturbetur, & impediatur iurisdictionem fori exterioris. Et nota, quod parochus cum potest, absolue- re ab excommunicatione iuris non reservata eo modo potest absolue- re a generali lata ab homine non reservata. Ita Navar.

¶ Deinde quis super excommunicationem latam ab homine possit impetire absolutionem, nunc inquirendum est nobis. Igitur pro intelligentia huius quęstionis, statuitur primo regula generalis, scilicet, quod irregulariter potest absolue- re ab ea, qui eam tulit, vel eius superior, & non alius. Hęc est Divi Thomae in. 4. distin. 18. quęstione. 2. artic. 5. & Sylvestri verbo, absolutio. quęstione. 1. notabi. 2. & Paludis. q. 5. art. 2. late. Ista regula procedit de potestate ordinaria. Fallit tamen in aliquibus casibus. Primo in casu de incendiarijs capit. tua nos. de senten. excommunic. Vbi secundum Caiet. verbo, excommunicatio. ca. 22. illic papa non fert sententiam excommunicationis in incendiarios: sed ait, quod si fuerint per ecclesiam publicati, hoc est, per sententiam excommunicati, & publicati, tunc ad sedem apostolicam pro beneficio absolutionis mittantur. Tum secundo in casu, quo iudex, qui sententiam tulit, postea esset excommunicatus: quia tunc, neque excommunicare posset, neque absolue- re ab excommunicatione a se ante lata. C. audiuimus. 24. q. 1. Secus est, si esset excomuni-

unicatus minori excommunicatione cap. duo- bus. de senten. excommunicationis. ¶ Tertio (vt prædiximus) fallit regula in sententia lata per hominem, & postea ex certa scientia confirmata per papam secundum Ioan. Andr. & Navar. vbi supra. ¶ Quarto fallit in casu vbi non sacerdos, sed solum prima tonsura, vel sacris initiatus tantum pollens iurisdictione in foro exteriori sententiam excommunicationis tulit in aliquē: quia secundum Navarrum illo capit. 27. nu. 4. potest in foro exteriori absolue- re ab excommunicatione illa, sed non in interiori, id est, simul cum absolutione a peccatis, quanvis possit absolue- re etiam quoad forum conscientie ab excommunicatione a se lata. Vnde propter inconuenientia, quę alias sequuntur, vtilius fore putat Navarrus, si ipse iudex, si ei vacat, absoluat & det literas absolutorias, aut cum de more committit iudex id parochus, excommunicatus debet dare operam, vt coram notario & testibus absoluat a parochus, vt si necesse fuerit possit post probare, se fuisse absolutum. Quoniam semel excommunicatus semper præsumitur talis cap. proposuisti. de cleri. excomm. ministr. Sed iam usus receptus est absolue- re absque notario, & testibus. Quocirca in isto casu solum testimonium parochi sufficit, adiuncto isto adminiculo, quod ipse excommunicatus, cum alias esset timorata conscientie antea abstinebat a diuinis officijs, sed iam non abstinet, quia dicit se absolutum a parochus, idemque parochus testificatur. ¶ Quinto fallit regula in executore mandati papę, qui iussus est a papa aliquem sine causa cognitione excommunicare. Tunc, quia iste solum de iure est executor, ideo absolue- re non poterit. argum. capit. super quęstionum. & capit. fin. de offic. delegati. Aliter est, si cum cognitione cause excommunicare ei papa mandasset. Quoniam tunc ab ea absolue- re posset. de poeniten. distin. 1. capit. verbum. atque cum simpliciter mandat alicui, vt excommunicet aliquem secundum Innoc. in dict. cap. fin. de offic. delegati. cum cognitione cause, & monitione præuia debet excommunicare illum. Secus, si constat iam papam cognouisse causam secundum Panorm. in dicto capit. fin.

¶ Præterea nosse opus est, vtrum episcopus possit de facto absolue- re ab excommunicatione lata ab inferiori. Respondentes ad quęstionem dicimus primo, quod non potest archiepiscopus absolue- re a sententia sui episcopi suffraganti, aut aliorum inferiorum, qui non sunt de sua dioecesi, licet sint de sua prouincia. cap. Romana. cap. venerabilibus. de senten. excommu. libro. 6. Nisi quando hoc consuetudo habet, vel ad ipsum est appellatum. de offic. ordin. cap. ad Instruct. consc. Pars. 2.

reprimendum. Secundo dicitur, quod potest episcopus excommunicatum a suo inferiori, puta ab archidiacono, & simili absoldere, & de facto tenebit absolutio, licet iniqua sit: quia fuit facta sine satisfactione, & non requisito excommunicatore inferiori. Est Innocentij in cap. cum ab ecclesiarum. de offic. ordinarij. Est glossa ibi. Ita Abbas, Imola, & Baldus. Hęc autē esse communem Covarruias. §. 12. part. 4. Et patet, quia Episcopus ordinarius est in tota dioecesi sua de officio ordinarij. capit. 1. Et secundo patet, quia iurisdictione inferioris praelati in dioecesi nō privat episcopum sua ordinaria iurisdictione, si ei accedat (vt aiunt) accumulatiue: ita vt ea iurisdictione possit vtī inferior, sicut episcopus, sitque inter eos præuentioni locus. Ita glossa cum ab ecclesiarum. de offic. ordinarij. Cui accedunt prædicti. & Syluest. verbo, absolutio. 2. in principi. & part. 2. 1. titul. 9. §. 4. At licet ista sit opinio communis, tamen Innocentius, & communiter doctores ab ea excipiunt illum casum, in quo præualuisset consuetudo, quod nō possent tales absolui ab episcopo. Glossa etiam cap. pastoralis. de officio ordinarij. Excipit ab hac accumulatione inferiores praelatos, qui titulo prescriptionis eam sibi ipsis solis acquirunt in priuationem, & exclusionem episcopi. Pro hoc faciunt primo caput. audis. de prescript. Panormit. Felix. Franc. contra Ioan. Andr. Hostiensem, Anton. & Imolam. Sed tandem dicimus cum Covarruias (vt tandem hos doctores aequaliter concordemus) q̄ distinguendum est in isto casu prescriptionis, scilicet, q̄ si ista prescriptio incurrit sine prohibitione facta ab inferiori, qua prohibuerit episcopum, ne se intromitteret in his, tunc vera est sententia Ioan. Andree, Hostiensis, & Imolę: quia est magis communis & seruanda est in practica, scilicet, q̄ non obstante tali prescriptione si episcopus attentauerit absolue- re a sententia lata ab inferiori absolutio valida erit: Si autē prædicta prescriptio inducta fuerit interueniente prohibitione, qua episcopus a praelato inferiori, prohibitus est exercere circa hoc propriam, & ordinariam iurisdictionem, cum vellet eam episcopus exercere, tum contraria opinio Panormit. Abbatis, Felix, ni, admittenda est proculdubio, scilicet, q̄ ista prescriptio tollit ab episcopo ius valide absoluendi a sententia lata ab inferiori. Et hoc intelligitur secundum Couar. de praelato seculari inferiori. Nam de regulari alia obseruanda est distinctio, iuxta glossam, & Doctores capit. quanto. de offic. ordinarij. Neque obstat quod Covarruias obijcit, quod cum dubium adhuc reddit circa hanc quęstionem, quando sic obijcit, quod si inferior praelatus præuenit episcopum.



in isto iudicio, nulla iurisdictione apud episcopum, est nulla propter locum praeventio. I. ubi ceptum. ff. de iudi. Quia respondetur, quod licet difficilis haec sit obiectio, tamen quia glossa illa cap. cum ab ecclesiarum, & communis opinio fundant suam intentionem super potestate episcopi, quae est ordinaria in tota sua dioecesi, ideo qui dicunt in casu praeventio, qua praeventus est in causa ab inferiori carere ordinaria iurisdictione ad absoluendum de facto ab excommunicatione lata ab inferiori, probare id debet, quod haec casus non probatur. Neque per hoc iudicium inferioris frustrabitur in toto, si executio contra obitum alicuius fieri potest: & quia in hoc casu per viam quiete poterit haberi recursus ad superiorem ipso episcopo.

¶ Praeterea reducendum hic ad memoriam est, quod quia rigida illa opinio. Soti nobis vita est, quam habet in. 4. senten. distin. 2. quae. 2. art. 3. ubi ait, quod in diplomate Cruciate ubi conceditur facultas absoluendi a quacunque sententia excommunicationis, satisfacta parte, si de facto non satisfaciatur, etiam si non potens sit ad satisfaciendum, excommunicatus virtute ipsius absolui non potest a confessario: quoniam, inquit, facultas examinandi, an talis possit satisfacere, vel non, non committitur confessario per bullam. Ideo supra cum ageremus de expositione bullae Cruciate, opinionem admisimus contrariam, quae est Antonij Cordubensis, de casibus conscientiae. quae. 18. & Navarra in sum. ca. 27. nu. 37. & 38. & Sylvestri in sum. absolutio, 3. notabili. 2. & 3. dubio. 12. & excommunicatio. 8. notabili. 2. & titulus. cautio. dicentium, quod qui non potest de facto satisfacere data legitima cautione, quam dare potuerit, scilicet, pignorum, et si non potuerit fideiussorum, et si id non possit, iuratoria poterit absolui. Quae tamen istorum opinio cum grano salis a nobis admilla est contra Sotum, scilicet, in solum generalibus excommunicationibus pro solo satisfaciendo furto, aut damno, & quando constat in hoc casu confessori extra confessionem de inopia & impotentia excommunicati ad satisfaciendum. Secus est, si confessor sit dubius extra confessionem etiam an poenitens possit satisfacere, vel non. Et similiter quando nominatum est excommunicatus a iudice pro furto, aut damno restituendo. Quoniam in hoc casu vera est sententia Soti contraria, scilicet, quod si de facto non satisfaciatur, non est absoluendus a confessore, sed remittendus est hic poenitens ad iudicem sic excommunicantem: quia huic incumbit examinare, an satisfacere possit, an non. Vide supra, ubi de hoc egimus copiosius. Sed nota, quod nomine partis cui facienda est satisfactio secundum Sotum non intelligitur iudex, neque tabel-

lio, aut alij ministri iustitiae, quoad debita sibi iura. Nam quantum ille excommunicatus non absolueretur a iudice, nisi solueret tantum pro sententia, vel sibi, vel tabellioni, nihilominus per diploma Cruciate potest sine eorum solutione absolui. Secus est, si iam condemnatus esset ad soluendam aliquam poenam, siue pecuniariam, siue aliam condemnatus iam (inquam) per pronuntiatam sententiam cognita culpa. Sicut etiam virtute Cruciate potest absolui excommunicatus ille, qui generaliter fuit excommunicatus pro aliqua inobedientia, quae iam transijt, neque persistit in rebellionem etiam in consilio episcopo, qui excommunicavit, non euntem ad processione, vel aliquid facientem.

¶ Praeterea, etsi obiter alibi meminerimus de hoc dubio, scilicet, an excommunicatus a suo iudice in alia dioecesi satisfacta parte possit absolui ab episcopo alterius dioecesis: tamen quia hic suum proprium vendicat locum, hic breuiter soluendum est. Respondetur ergo cum Soto, quod iste talis, si se reperit in aliena dioecesi, & satisfacit parti, quia, scilicet, soluit fursum, aut debitum in casu, quo saltem excommunicatio fuit generalis, quicunque fecerit fursum, vel aliud retinuerit, quod ad ius alienum pertinet, ut sunt instrumenta scripturarum: tunc expleto mandato potest ab alio episcopo absolui: quia nulla proprio irrogatur iniuria. Secus est, si esset lis contestata inter partes in tribunali proprio iudicis: quia tunc per ipsum, vel per pontificem debet lis peragi: & cum generaliter fertur pro damno, si non sit potens soluendo. Dicitur est quomodo sufficiat cautio. Ita Navarra cap. 27, numer. 48.

¶ Ad haec de forma absoluendi nunc sermo a nobis habendus est, scilicet, an absolutio ab excommunicatione praestita sine debita iuris solennitate sit valida. Respondentes ad quaestionem dicimus primo, quod ad absolutionem ab excommunicatione non requirentur verba praese necessaria, sed sufficiunt secundum Couarruuiam, quae secundum intentionem absoluentis remotionem excommunicationis significat. Secundo dicitur, quod solennitas absoluendi cum ictibus disciplinae & cum Miserere mei non inuoluit absolutionem, etiam si praetermittatur, quia non ita strictè requiritur. Imo cum commode seruari potest tantum seruanda est: alias secus. Neque solennitas haec conuenit, nisi tantum absolutioni simpliciter: quia tacite & ad tempus non conuenit. In absolutione vero excommunicationis, sicut etiam suspensionis necessarium est iurandum. Ut patet cap. super eo, & c. venerabili. de sent. excō. Requiritur, inquam, iuramentum, quo iuret excommunicatus absoluendus

uendus se obtemperaturum praecipis ecclesiae, & suorum praetorum, & similia delicta, ob quae excommunicatus est se non commissurum. Hoc autem obseruandum ait Metina in sua instruct. libr. secundo. capit. 12. folio 302. cum Sylvestro, quando excommunicatus percussisset, vel occidisset Cardinalem aliquem, vel episcopum, vel huius conditionis viros, in alijs vero casibus iuramentum necessarium non esse ait. Caeterum in usu non est, quod dum absoluuntur mulieres ab excommunicatione cum alicuius virgulae, vel funiculi percussione super humerum absoluantur: neque etiam quando homines confitentur in publico. Imo fratres minores & per consequens fratres mendicantes communicantes in eorum priuilegijs, possunt absolui ab excommunicatione in foro interiori, non obseruando praedictas caeremonias: sicut etiam possunt confessores absolui in foro conscientiae ab excommunicatione non reseruata extra sacramentum. Quauis verum quoque sit, quod virtute iubilei, aut bullae Cruciate confessores electi poenitentes absolui non possunt a reseruatis excommunicationibus extra sacramentum confessionis.

¶ Deinde scitu quoque opus est, an absolutio iniusta, & iniusta, scilicet, quia excommunicatus non satisfecit, vel si sit contra formam iuris facta sit valida, quaestio haec in ambiguo posita est. Nam Caietan. verbo, absolutio ab excommunicatione in summa, versu, iudiciali. tenet absolutionem ab excommunicatione, contra formam iuris praestitam, non tenere. Sed opinio contraria est communis, & est glossae capit. de manifesta. secunda quaestione prima. verbo, iudicau. Igitur pro resolutione quaestio dicitur primo, quod absolutio facta ab excommunicatione ab habente potestatem iure ordinario, non seruata forma iuris, valida est etiam ante satisfactionem. Quod tamen est verum contra Caietanum, etiam si in forma data a iure, vel a constitutione dicatur: nullatenus aliter absoluatur, vel similiter. Ita Couarruuias ubi supra. §. ij. Vbi in huius rei gratiam allegat gloss. Clementina. verb. nullatenus. de sequ. possess. & fruct. & Cardinalem & Iason. & Felinum contra alios. Neque obstat, quod ista dictio, nullatenus, habet vim irritandi. Quia verum est, quod irritat sententiam in alijs, sed non obest, quando materia subiecta distat, alioquin actum absque ea forma validum esse, iuxta glossam capit. pueri. prima quaestione prima. Ita est Navarra ca. 17. in summa capit. 37. & etiam Metina in sua instructioe loco allegato. Dicitur est notanter, quod valet dicta absolutio, si fiat contra formam iuris, si fiat ab habente potestatem iure

ordinario: Quoniam secus est, si absolutio ab excommunicatione fiat a delegato non seruata forma absoluendi sibi data in delegatione: quoniam tunc absolutio non valet secundum Navarra, & Metinam, & alios. argumen. glossae egregiae Clement. 1. de iure patron. verb. in hibemus.

¶ Ex quo corollarie sequitur, quod habens facultatem absoluendi ab excommunicatione per bullas, vel alia priuilegia, si ante satisfactionem absoluat, valide non absoluit: quia cum sit delegatus, formam sic in speciali datam non seruat, quam delegans sibi praesignauit in particulari obseruandam. Si tamen delegatus a papa in absoluendo mandatum papae in eo exprimentis, quod seruet formam iuris, non seruauit, non ideo absolutio est inualida, sicut neque etiam inualida esset, si fieret ab ordinario auctoritate ordinaria illa forma iuris non seruata. Quoniam non fuit intentio papae per illa verba nouam formam inducere: sed solum commissarium commonefacere id, quod secundum ius ab eo est obseruandum. Vide capitulum finale, de praesumptionib. & glossam magnam Clementi. prima, de officio delegat.

¶ Deinde quaeritur, an aliqua excommunicatio per solam satisfactionem, sine aliqua praetia absolutione tollatur. Ut si iudex dicat: Excommunico te, donec satisfeceris, vel si non satisfeceris: quae est veluti conditionalis excommunicatio: an subsecuta satisfactio tollatur absque alia absolutione. Igitur pro parte negatiua, scilicet, quod hic non sufficiat satisfactio, sine absolutione ad tollendam excommunicationem hanc conditionalem, vel usque ad tempus latam, astat Panormitanus capit. primo. de iudicijs. notabili. 6. & glossa in Clementina prima: verbo, donec. de decimis. cui subscribunt Abbas, Felinus, Dominicus, Decius, Ripa: Sed incontrarium est Alciatus arguens ex suspensione ecclesiastica conditionalis data sub ista forma, usque dum satisfecerit, sit suspensus ubi facta satisfactio sine alia absolutione tollitur suspensio, iuxta glossam praedictam, verbo, donec. Respondetur autem ad quaestionem, quod (quia opinioni communi caeteris paribus magis inhaerendum est) cum negatiua opinio, scilicet, quod excommunicatio illa conditionalis, vel ad tempus, scilicet, donec satisfeceris etiam facta satisfactioe non tollitur, nisi per absolutionem sit communis (ut ait Couarruuias) ideo tenenda est magis, quam contraria. Sicut etiam, quod suspensioe censura lata conditionaliter, vel ad tempus, scilicet, donec satisfeceris tollatur sine absolutione facta satisfactioe, quia est communis opinio in sua materia suspensioe, amplexanda est & se



quenda. Neque enim deest aliqua ratio differen-  
tia inter excommunicationem, & suspensio-  
nem circa hoc (licet contra opinionem commu-  
nem hanc differentiam negent Paulus, Imola,  
Alciatus) quoniam excommunicatorum com-  
municatio cum eis participantibus magis peri-  
culosa est, quam suspensorum suspensio. Vt igitur  
per absolutionem innotescat, quod excom-  
municati, utpote iam absoluti non sint vitandi  
in diuinis, vel extra meritò in opinionem com-  
munem venit, quòd etiam si iam satisfaciunt ad  
huc ante absolutionem excommunicati esse cen-  
seantur. Sed notandum est cum Couarruua, q. li-  
cet secundum communem in ablatione suspen-  
sionis prædictæ conditionalis satis ut adimplea-  
tur satisfactio, quia iuxta glossam capit. non est  
nobis verba, donec iure facta satisfactio cen-  
setur relaxata: tamen contraria sententia Ripæ  
in cap. 1. de iudic. notabili. 6. in hoc sensu tantum  
vera est, scilicet, quòd declaratio, quòd satisfec-  
erit requiratur, non tamen absolutio, vel relaxa-  
tio suspensionis.

¶ Porro notandum est adhuc cum Syluestro ver-  
bo, absolutio. 3. §. tertio. multa esse necessaria ad  
assequendam canonicam absolutionem ab ex-  
communicatione. Primo enim (ut dictum est)  
præstandum est iuramentum de obediendo ec-  
clesiæ ca. 1. & capit. ex tenore, & capit. de cæte-  
ro: extra isto titulo, etiam si satisfecerit pro com-  
missa culpa capit. cum desideres. glossa ibi, ver-  
bo, ad cautelam. Secundo requiritur, quòd si  
offensa fuit manifesta, ante absolutionem realis  
exhibeatur satisfactio. Si autem offensa sit du-  
bia sufficiens cautio detur pignorum, aut fide-  
iussorum. Facit pro hoc, textus satis accommo-  
dus capit. ex parte, in. 1. de verborum significa-  
tione. Sed quid si non possit satisfacere pro offensa ma-  
nifesta, neque possit pro dubia offensa dare cau-  
tionem sufficientem. Respondetur cum com-  
muni opinione, quòd tunc satis est, ut det iurato-  
riam. Idemque dicendum est, de casu, in quo ali-  
quis excommunicatus est ob contumaciam ma-  
nifestam, vel dubiam: quia in prima non datur  
absolutio, nisi præmissa expensarum satisfactio-  
ne, neque in secunda, nisi data sufficienti cautio-  
ne cap. porro. de senten. excom. & in capit. paro-  
chianos. eodem titulo. Pro contumacia verò, &  
offensa dubia, sufficit cautio iuratoria de verbo.  
sign. cap. ex parte. vbi nullæ petuntur expensæ.  
Sed vbi petuntur expensæ vel satisfactio dam-  
ni prius est satisfaciendum si possit, alioquin si  
non possit cautio pignoratitia est danda, vel fi-  
deiussoria, scilicet, q. soluat dum veniet ad pin-  
guiorem fortunam cap. Odoardus. de solut.

¶ Accedit ad prædicta q. manifesta contumacia  
est respondisse aliquem nolle ad iudicium acce-

dere capit. venerabilibus. §. porro. de sent. exco-  
in. 6. contumacis citati responsio hæc debet pro-  
bari per testes, secundum communem, neque suffi-  
cit ipsius publici nuntij, ut dicatur contumacia  
manifesta. Et hæc opinio est verior secundum  
gloss. verb. secus. in illo. §. porro. contra Felin. &  
Cardin. ¶ Adde etiam, q. si aliquis sit excommuni-  
catus ratione contumaciæ in iudicio, talis manet  
donec absoluaatur, etiam si constet in iudicio de  
impedimento. Est communis. Præterea, quando  
satisfactio pro manifesta offensa talis est, ut præ-  
stari non possit, tunc absoluedus est cum suffi-  
cienti cautione excommunicatus ipse, ut dictum  
est supra, gloss. verb. emenda. cap. solet. isto tit.  
Est communis, & memoriæ mandanda.

¶ Præterea quæritur, quid si excommunicatus  
virtute iubei, aut literarum papæ absolutus est  
à censuris referuatis: oblitus est tamen confiteri  
vnam ex illis, an absolutus maneat etiam ab ista  
censura obliuioni tradita. Respondetur autem  
breuiter: quoniam de hoc supra dictum est, q.  
per generalē absolutionē latam à censuris abso-  
lutus manet, & ab hac censura oblita, & solum  
potest & tenetur cōfiteri peccatum postea, cui  
illa censura erat annexa ordinario cōfessori etiā  
si nō possit ab illa censura hic ordinarius absol-  
uere. Et idem dicendum est quoties qui potuit  
absoluere à censuris recta intētionē, qua propo-  
nit à necessarijs absoluere, dixit super pœnitē-  
tiam: Absoluo te in nomine Patris & Filij, &c.  
siquidem ex hoc à peccatis, & censuris absol-  
uisse videtur Ita Gerson part. 2. Ita Nauarrus,  
Caieta. verbo. confessio. Couar. dist. §. xj.

¶ Præterea perpendendum est, quòd licet ex-  
communicatio possit ferri conditionaliter, scili-  
cet, donec satisfeceris. tamen secundum Couar.  
§. xj. & secundum Nauarrum capit. 1. nu. 62. de  
pœnit. dist. 6. contra Florent. absolutio. non po-  
test dari ab excommunicatione cōditionaliter,  
id est, non potest dari sub ea conditione, si satis-  
feceris. Quia licet ab excommunicatione possit  
dari absolutio ad certum actum, vel ad certum  
tempus, quo finito sit excommunicatus, iterum  
sub eisdem monitionibus & solennitatibus, qui-  
bus prior inflicta fuit iuxta cap. veniens. in. 2.  
de test. & secundum Felinum, Abbat. Ioannem  
Andr. & Decium, & communem: tamen, quia  
excommunicatio suspendi non potest, absolu-  
tio ab ea non potest dari conditionaliter, scili-  
cet, si satisfeceris: licet possit dari absolutio ad  
reincidentiā, vel ad certum actum, vel ad tempus  
explicatum vel tacitum, secundum Doctores in  
illo ca. veniens. neq; opus est noua excoicatione.  
Aduertendum est tamen, q. absolutus simpliciter  
ab excoicatione præstita cautione, de satisfac-  
iendo, tum etiā si non satisfaciat, non incidit in  
priorem.

priorem. Vnde oportet eum iterum excoicari, A  
iuxta notabilem textum: ca. ad reprimendam. de  
offic. ordinar. & secundum Rot. in nouis. 490.

¶ Neque obstat, q. quando quis absolutus pro-  
pter impedimentum ab eo, qui iure ordinario  
eum absolue non poterat, incidit in priorem  
ipso iure, si cessante impedimento non postula-  
uerit absolutionem ab eo, cui vere absolutio cō-  
petebat. capit. eos. isto titulo. Neque hic distin-  
guere opus est, ut distinguit Rota supra. Sed hoc  
intelligendum est indistincte de absolutis ratio-  
ne mortis, vel impedimenti, siue censura sit à iu-  
re, siue ab homine. At quæuis Metina absolutū  
ratione bullæ Cruciatæ satisfacta parte ab hac  
obligatione comparendi coram iudice à quo  
erat absoluedus alias excommunicatus exci-  
piat: tamen cum grano salis eius hæc assertio ac-  
cipienda est, ut intelligatur non denominatim  
denunciato satisfaciente, sed de generaliter ex-  
communicato ab homine, vel à iure. pro damno  
satisfaciendo. Nam damni satisfactio præmissa  
si absolutus sit virtute bullæ Cruciatæ, nulla fit  
iniuria iudici generaliter excommunicanti, si  
iam sic absolutus non compareat coram eo, ne-  
que ex hoc illyduntur censuræ ecclesiasticæ.  
Vide supra, super expositionē bullæ Cruciatæ.

¶ Deinde recolendum est hic, quòd in expo-  
sitione bullæ Cruciatæ latius est dictum, ne hic in  
suo proprio loco desideretur, quòd licet Sorus,  
& Cano distinguant inter periculum mortis, &  
articulum mortis in absoluendi à referuatis fa-  
cultate, quæ tunc à pia matre Ecclesia datur: ta-  
men secundum Canonistas, & Nauarrum nō ita  
distinctio hæc rigidè est ponenda: sed satis est li-  
cet mors non sit in fieri aut omnino certa, quòd  
ex verisimili cōiectura imminet secundū glo-  
sam. cap. pastoralis. §. primo. verb. præterquam.  
Igitur, ut conclusimus supra cum Couarruua,  
neque etiam Canonistarum opinio est temere  
admittenda, sed solum cum mortis periculum  
prope est, & cum maximo ipsius. mortis timo-  
re contingit: ita ut mors imminet satis verisimi-  
li cōiectura. Vide de hoc latius supra, & vide  
super hoc textum optimum in. l. mortis cum se-  
quent. ff. de donat. causa mortis.

¶ Ad hæc de absolutione excommunicationis:  
quæ petitur in foro exteriori à reo, an sit ei dan-  
da in omni casu, quo etiam petierit eam ad caute-  
lam, Respondetur primo ad quæstionem, quòd  
qui allegat in iudicio se fuisse iniuste excommu-  
nicatum, absoluedus est simpliciter: quia fate-  
tur se esse excommunicatum, atque ideo nō est  
audiendus in iudicio, donec in forma iuris absol-  
uatur. Sed quid, si allegat excommunicationem  
fuisse nullam, quia allegat errorem manifestum  
continere, aut latam fuisse post legitimam ap-  
pellationem? Respondetur autem ad hoc secun-  
do, quòd in isto casu, si petit absolui, ad caute-  
lam absoluedus est, non simpliciter. Ita capit.  
solet. isto titulo. & in capit. tuas. extra de offic. de-  
legati. Hæc autem absolutio ei conceditur ex  
benignitate: quia cum non petat absolutionem  
humiliter, & simpliciter, non erat absoluedus,  
sed admittendus erat ad probationem eius, quòd  
allegauerat capitulum contingat. de offic. dele-  
gati. & capit. per tuas. de sententiā excommuni-  
Si autem alleget esse nullam propter defectum  
iurisdictionis in iudice ordinario: excommuni-  
cante ratione exemptionis, in hoc casu non tam  
facile est danda absolutio ad cautelam, nisi prius  
exemptio aliqua ex parte probetur, saltem se-  
miplena probatione, ne iudici ordinario falsum  
illud fiat. Ita Rota in nouis. 308. & in antiquis  
116. & Domin. & Franc. At verò quoniam nul-  
litas causa regulariter est aliquo modo proban-  
da, ut detur hæc absolutio ad cautelam satis est,  
ut vbi allegatur appellationem præcessisse ex-  
communicationem, ut hoc summarie prius cog-  
noscat: licet non sit necessaria iustificatio ap-  
pellationis. Ita textus bonus: ca. venerabilibus.  
§. sed si ex causa. & §. vltimo. de sententiā exco-  
municationis. in. 6. Ita Franc. Ioan. Andr. Felin-  
nus. Et licet tempore petitionis absolutionis nō  
sit necesse, ut species nullitatis exprimat: ta-  
men ut detur absolutio, oportet, eam in specie  
nominare: quia ut dictum est, debet de hoc sum-  
marie prius cognosci, & causæ nullitatis cog-  
nitio præmittenda est: præsertim vbi allegatur ex-  
communicationem fuisse post appellationem.  
Neque sufficit testimonio vnus testis hoc pro-  
bari: neque iuramentum ipsius appellantis suffi-  
cit, nisi in casu, quo iudex affirmantèr asseuerat,  
se non credere eum post appellationem excom-  
municasse, tamen paratum esse dare absolutio-  
nem, si ita sit.

¶ Accedit ad prædicta, quòd vbi datur absolu-  
tio ad cautelam post appellationem ab interlocu-  
toria, plena probatione probari necesse est ap-  
pellationem ab interlocutoria excommunica-  
tionem præcessisse, licet de ipsius appellationis  
iustificatione non constet: capit. venerabilibus.  
§. vltimo. in. 6. Est communis. Sed si appella-  
tum sit à diffinitiva petens prædictam absolu-  
tionem ad cautelam ob nullitatem, quia præcessit  
appellatio, non tenetur plene probare appella-  
tionem præcessisse ad obtinendam absolutionē  
ad cautelam, quando quidem ad ipsius excoicac-  
tionis nullitatem probandam sufficeret hæc ple-  
na pbatio. Satis ergo erit in hoc casu summarie  
& semiplene probasse, q. appellatio præcesserit  
excoicationem. Atq; idem quoq; obseruan-  
dum est dum aliqua absolutio excommunica-

tionis  
Sf 4

nonis petitorum cautelam, ideo, quod supra diximus de exemptione non est speciale, sed ordinatum, ne illudendi iudicibus alias detur occasio. Hæc autem, quæ potius spectant ad forum contentiosum hic libuit interseruisse: tum, ut cautiore motu gereremus: tum etiam, ut Theologi non omnino huius doctrinæ ignari, sciant consulere in conscientia, quando & quomodo pœnitentes litigantes sic excommunicati recurrere debent ad forum exterioris iudicij pro ibi impetranda hac absolute. Legat qui velit Couarruuiam. §. illo. xj. num. 7.

¶ Sed tandem si quis roget, quis possit ad cautelam absolute præter ea, quæ de mente Nauarri supra diximus, Respondetur, quod licet opinio negatiua & communis sit, quod iudex delegatus non potest absolute ad cautelam iuxta glossam capit. solet. verbo. per superiorem. de senten. excommu. in. 6. & secundum Andr. Domin. & doctores: tamen hæc praxis recepta est iam, quod iudices delegati extra curiam Romanam de causa cognoscentes absolute possunt, & absolute ad cautelam. Sed delegatus cognoscentes in Romana curia de causa, speciali indiget commissione ad absoluendum ad cautelam. Potestque delegatus iudex absolute ad cautelam testes sibi productos ad effectum dicendi testimonium. Ita Rota in antiquis. 810. Sed inquit Couarruuias, quod vbi praxis illa, & stylus receptus non esset illa negatiua opinio, & communis apparet verior.

¶ Quibus adde, quod non impeditur ista absolute ad cautelam ex contradictione aduersarij, nisi dixerit, excōmunicationem latam esse propter manifestam offensam, quod intra octo dies probare debet: quo probato non est absoluendus excōmunicatus, nisi præmiserit satisfactionem realem. Textus notabilis cap. solet. de senten. excomm. in. 6. Satisque est quod ista manifesta offensa obijciatur in ipsis interrogatorijs articulis, licet in libello speciali expressa non fuerit, cum libellus formatus est ad excipiendum in iudicio. Ita Rota in nouis 326. & Felinus capit. aposto. de except. nu. 17. Labuntur autem prædicti octo dies à die, quo iudex recepit obiectionem manifestæ offensæ absque alia dilationis assignatione. Ita Rota in nouis 208. & alij doctores, scilicet, Domin. Franc. cap. solet.

¶ Porro tandem circa facultatem absoluendi ab excōmunicatione per viam delegationis & commissionis, notanda est regula generalis ad alias etiam materias conducentes, scilicet, quod quicumque possunt absolute ab excōmunicatione virtute iurisdictionis delegatæ à principe, aut concessæ, in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordina-

ria potestatis possunt committere alijs. Ita Nauarrius in summa capit. 27. num. 4. In cuius gratiam allegat glossam receptam in cap. finali. de officio ordin. per quam glossam cōcordatur iste textus cum capit. finali. §. finali. de offic. deleg. Nam ait istum. §. finale. de offic. deleg. non ob stare capiti finali. de officio ordin. quoniam. §. finali hic solum procedit in illis commissarijs, quibus solum simplex ministerium absolute, sine alia iurisdictione conceditur. Cui adde secundum Nauarrius ibi, quod simplex ministerium absoluendi potest delegari etiam à delegato ordinarij. At à subdelegato delegati papæ, quauis non possint subdelegare suas iurisdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem per capitul. super quæstionum. §. quem vero. & sequenti. & secundum Felin. num. 4. & 9. de offic. deleg. quod quotidianum esse testatur ibi Nauarrius. ¶ Ultra hæc notandum est valde, quod cōfessarius electus ex iubileo, vel ex literis apostolicis, nihil excipientibus de reseruat, non potest absolute ab hæresis censura, nisi expressè ibi concedatur hæc absolute. Hæc autem pars negatiua est verior secundum Couarr. illo. §. xj. Tum, quia in concessione generali non veniunt ea quæ delegans verisimiliter non concessisset ea in generali. de regulis iuris. Vbi glossa allegat textum optimum cap. frater noster. 16. quæstione. 1. vbi generalis legatio papæ non extenditur ad causas fidei. Item patet. ex regula Cancellariæ & ex Felino dicente, quod absolute generalis concessa pro eo, cui conferendum est beneficium, non extenditur ad ipsum si sit hæreticus. Item quia etsi in iubileis sint aliqui casus excepti, sed exceptio non firmat regulam in contrarium vniuersaliter, sed solum illi casus excepti ad similes extenduntur, & non ad casus grauiores, iuxta notabilem textum. ca. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutili. & secundum Abbat. & Deci. Vnde maiori ratione videtur exceptus casus hæresis. Neque obstat, quod exceptiones de percussione clericorum extenduntur ad alias materias secundum Nauar. Innocen. Abbat. Anchar. Cardi. Rauen. Quoniam dicitur, quod cum hæc sit extensio iuris nihil probat de extensione priuilegij & iubilei. Neque obstat cap. quauis. extra. eod. tit. vbi conceditur absolute reseruata papæ, quando est difficilis accessus ad ipsam. Quia id conceditur, quando sic excōmunicatus est impeditus accedere ad papam, ideo hinc non procedit argumentatio: quia nos loquimur de non impedito.

¶ Sed quis possit absolute ab hæresi diximus supra. Et pro hoc vide Couarr. in Regula peccatum. 2. part. numer. 5. de regulis iuris. Item iam supra

supra explicuimus quomodo absolute à censura reseruata virtute iubilei facta non prodest in foro exteriori, nisi ad tunc tantum confitendum & communionem sumendam causa lucranda iubilei secundum proprium motum Pij quinti, & Cordubani. illum sic exponentem.

¶ Sed etiam de absolute à censura incurfa propter hæresim exteriorē de liberatam a duertendum est cum Soto in. 4. dist. 22. quæst. 2. arti. 3. quod non obstante extrauaganti Sixti. 4. etsi dominici (quoniam isti casus de non absoluendo ab excōmunicatione propter hæresim, de qua sit delatus, vel publice diffamatus secundum Syluestrum verbo excōmunicatio. 7. casu. 3. 2. remanent in forma dispositionis iuris communis, & in forma concessionum, quæ pro tempore à Papa dimanant) ideo, si modo in diplomate cruciatæ diceretur, quod quicumque possit absolui à casibus cænæ Domini etiam ab hæresi passet quilibet hæreticus oporadatus absolui in foro conscientia, reseruata tamen potestate inquisitoribus procedendi in foro exteriori. Sed tamen perpendendum est cum Couarruuias, & cum veriori opinione contra Sotum ibi, quod si Papa virtute diplomatis concedat sicut de facto concedit, quod timentes bullam possint durante anno semel in vita & iterum in morte absolui à casibus reseruat Papæ etiam si sint contenti in bulla cænæ Domini, etiam si non exciperet crimen hæresis, sicut de facto illud excipit expresse ad tollendam dubitationem & controuersiam, ipso iure videretur exceptum tanquam casus grauior omnibus contentis in cænâ Domini & qui in concessione generali non venit.

¶ Deinde quæritur secundo. Vtrum aliquis ab excōmunicatione possit absolui inuitus. Respondetur autem, quod malum culpæ & poenæ in hoc differunt, quod culpæ principium est in nobis, quoniam omne peccatum voluntariū est: poenæ autem principium quandoque extranos est: non enim requiritur ad poenam, quod sit voluntaria: imo est magis de ratione poenæ, quod sit contra voluntatem. Et ideo sicut peccata non committuntur, nisi voluntate: ita non remittuntur alicui inuito. Sed excōmunicatio sicut in aliquem inuitam ferri potest, ita & inuitus ab ea absolui poterit, etiam si perseveret in sua contumacia, si videatur sic saluti illius expedire, in cuius medicinam excōmunicatio lata est.

¶ Item quæritur tertio, Vtrum possit quis absolui ab vna excōmunicatione sine eo, quod absoluatur ab omnibus, quando pluribus est innotatus. Respondetur autem, quod excōmunicationes non habent connexionem in aliquo: & ideo possibile est, quod aliquis ab vna absoluatur, & in altera remaneat. Sed contra hoc sciē

dum est, quod aliquando aliquis est excōmunicatus pluribus excōmunicationibus ab vno iudice: & tunc quādo absoluatur ab vna, intelligit ab omnibus absolui, nisi contrarium exprimat: vel nisi cum quis absolute impetrat de vno tantum casu excōmunicationis, cum pluribus excōmunicatus sit. Quandoque est excōmunicatus à diuersis iudicibus: & tunc absolute ab vna excōmunicatione, non propter hoc, est absolute ab altera: nisi omnes alij ad petitionem eius absolute eius confirmauerint, vel nisi omnes demandent vni absolute, alias non. Quoniam sicut pluribus de causis erat aliquis extra ecclesiam: ita possibile est, quod ista separatio remoueat quantum ad vnam causam, & remaneat quantum ad alteram.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ, notandum est primo, quod si aliquis vnica tantum excōmunicatione ligatus est ex pluribus causis, non censetur absolute ab excōmunicatione, si in impetratione excōmunicationis causam aliquā tacuerit. Ita S. Thomas in. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. & theologi in. 4. sent. & patet extra cap. causam de offic. delegat. Secundo aduertendum est, quod prædicta sententia D. Thomæ & theologorum est vera, quando causa tacita fuit æquè principalis ad excōmunicandū: nam tunc ipsa tacita non censetur esse absolute. Secus est quando non fuit sic æquè principalis: nam tunc ea tacita valet absolute secundum Couarr. illo. §. 11. & secundum Abbatem. & Heric. & Doctores in clem. 2. isto tit. Ex quo sequitur corollarie in prædicto casu validam esse absolute, si causa, quæ expressa non fuerit minimè prælatum auertisset ab absolute, si expresse foret, ei significata.

¶ Tertio recolendum est, quod illa sententia D. Thomæ illo art. 5. vbi ait, quod qui erat ligatus pluribus excōmunicationibus si petijt absolui ab excōmunicatione, vnica facta mentione, si indiffinitè absolute fuerit non censetur ab reliquis non expressis absolute. Probatur ex. 1. si de certa. C. de transact. & ex glossa in dicto. ca. ex parte. & cap. cum pro causa. extra. de sent. excomm. quoniam indiffinita absolute refertur ad excōmunicationem in petitione memoratam.

¶ Quarto dicitur, quod excōmunicatus pluribus excōmunicationibus vnica tantum absolute ab omnibus absoluatur, si omnes fuerint potenti absolute significatæ, & expressæ. arg. l. pluribus. ff. de acceptil. Est omnium.

¶ Quinto dicitur, quod potens absolute ab omnibus excōmunicationibus, vnica tantum absolute omnes tollit & non tantum sibi expressam vbi habens scientiam omnium excō-

communicationum indiffinitè excommunicatum absoluit. Sic colligitur ex præsumptione absolute secundum Henricum illo cap. cum pro causa. Sexto dicitur, quod absolutus manet ab omnibus excommunicationibus, etiam in unica solum in petitione expressa, quando sic absoluitur: Absolutio te ab hac excommunicatione & ab omnibus alijs, quibus fueras ligatus, vel es ligatus, quarum neque memineris, neque memoriam habes: quia ita præsumitur ex animo absoluentis secundum Henricum.

¶ Sequitur ex omnibus prædictis ista Regula tanquam Corollaria, quæ est Palud. in. 4. sent. dist. 18. quæ est, 5. quod indiffinita absolutio ab excommunicatione exhibita pluribus ligato vnica tantum nominatim in petitione expressa, quoad alias, etiam sufficit quoties verisimiliter præsumi potest absoluentem nihilominus absoluturam à tacitis, si scientiam eorum habuisset. Omnia autem hæc dicta præsupponunt absoluentem potestatem habere absoluendi ab omnibus excommunicationibus.

¶ Adde vltimo inter Doctores in disputationem venire, vtrum tam excommunicatio, quam absolutio ex falsa causa lata valida sit, vel non. Et quidem supra explicuimus, quid excommunicatio ex falsa causa lata operetur in foro conscientie & quid non: & idem in foro exteriori. Nam licet certo constet excommunicato nullam præstitisse causam, vt excommunicaretur: nihilominus si in foro exteriori non appareat talem sententiam continere errorem intolerabilem manifestum reputabitur excommunicatus, & euigabitur, & ratione vitandi scandali & præcepti ecclesie tenebitur in publico abstinere à diuinis: & si celebrauerit irregularis reputabitur, non tamen tunc irregularis erit in foro conscientie, neque suffragijs communibus ecclesie priuatur, si innocens est coram Deo & ex falsa causa est excommunicatus. Secus si ex dubia secundum Sorium. Et hæc est melior resolutio, quam confusa aliquorum canonistarum. Quoniam glosa cap. ex parte, de officio ordinarij, & in cap. quod super ijs, de fid. inst. loquitur in solo foro exteriori, & fundatur in præsumptione, scilicet, quod præsumenda est excommunicatio ex falsa causa valida, dum non continet manifestum errorem. Sed loquendo in foro conscientie non male sentit Nauarrus in sum. cap. 27. num. 79. putans, quod non valet, quia continet coram Deo errorem intolerabilem, & excedentem facultatem humanam, scilicet, si iudex velit excommunicare innocentem, siue peccauerit, siue non. Accedunt huic sententiae nostræ & Nauarri Panormit. & Felinus in cap. penult. de testibus cogend. Qui aiunt, quod excommunicatio data

A per iudicem contra citatum non comparentem ex iusto impedimento, nihil valet. Quoniam non intendit neque debuit excommunicare, si iustum haberet impedimentum: quia si intendisset hoc intolerabilis esset error annullans excommunicationem cap. per tuas de sent. excóm. & cap. venerabilibus. §. finali. eod. tit. lib. 6.

¶ Secundo dicitur, quod loquendo de absolute ab excommunicatione lata ex falsa causa, valet secundum Nauarrum vbi supra, etiam quoad forum conscientie & etiam secundum Couarruuiam prædict. §. 11. etiam si euidenter esset iniqua: quia data ab ordinario sine satisfactione partis. Quoniam hæc absolutio non continet errorem intolerabilem, siquidem secundum Nauarrum non pertinet, nisi ad iustitiam partium in eo, quod iudex potest male aut bene, eo quod talis absolutio non excedit facultatem eius humanam. Ideo superaddit Couarruuias, quod absolutio ex falsa causa valet in omnibus casibus, in quibus supra diximus valere.

¶ De casibus excommunicationum.

## C A P. XX.

C ¶ De formulis excommunicandi contentis in iure: vbi proponitur regula generalis de absolute reseruata Papæ, quando ex privilegio conceditur inferiori, & quis sit iste inferior. De casibus reseruatis Papæ in bulla cænæ, & de excommunicationibus reseruatis Papæ non contentis in bulla cænæ, & de excusatis ab excommunicatione ratione percussione clerici, & de his, qui gaudent hac immunitate, si quis suadente diabolo: Et quæ percussio dicatur leuis, & quæ enormis. De excommunicationibus nulli reseruatis.



Ntequam hic proponamus omnes casus excommunicationum tam reseruatarum, quam non, præter documenta ea, quæ supra tradidimus ad intelligendas formulas excommunicandi contentas in iure seu obseruatas à iudicibus, operæ precium duxi & hic has super addere. Primo igitur præstituenda est hic ista Regula tanquam generalis, quod lex poenalis qualis etiam est lex habens annexam poenam excommunicationis latæ sententiae, non extenditur de vno casu ad alium: nisi quando alias esset frustratoria, aut quasi: quia tunc tacite extenditur. Vt verbi gratia, quando in capite, significauit

cavit de Iudæis. decernitur excommunicatus de ferens arma ad Sarracenos: ista excommunicatio extenditur ad talia arma per alium mittentem, licet aliud sit deferre & aliud mittere per alium cap. si ciuitas, de sent. excommunic. quod habet interdictum ciuitatis extendi ad suburbia, ne fiat frustratorium, & glosa. cap. 1. de vsur. lib. 6. quæ caput illud loquens de testamento, extendit ad Codicillum, ne sit frustratorium. Cui accedit vnum notatu dignum, quod canon se extendens ad consulentem, non includit consulentem, adeo simplici consilio, quod sine illo tam certo & iniquo animo fuisset commissum delictum, atque cum illo c. falicis. §. illud. de poenis in. 6. iuxta glosa, notabili verbo, simplic. & glosa egregia. in clem. si quis suadente. Idemque dicendum est de mandato iussu & fauore, sine quibus peccatum periode perpetratum fuisset atque cum illis. Vnde canon includens consulentem intelligitur de consulente Consilio efficaci.

¶ Secundo consideranda est forma dispositio nis poenalis. Nam si loquitur principaliter de faciente, & secundario mandante, & consulente, tunc consulens, aut mandans non incurrit excommunicationem, ante quam opus fiat. Vnde mandans centies percutere clericum non excommunicatur, donec percussio sequatur arg. cap. mulieres, de sent. excóm.

¶ Secus est si lex poenalis principaliter de omnibus loquitur. Vt patet in mandante aliquem interficere per assassinos. Nam iste mandans statim, etiam si non sequatur mors, est excommunicatus cap. 2. de homic. lib. 6. Sicut etiam religiosi concionantes animo retrahendi auditores à solutione decimarum, sunt excommunicati, quauis auditores de facto non retrahatur Clem. cupiēs. §. 1. de poenis.

¶ Tertio perpendendum est, quod quando etiam excommunicatur consulens per consulentem, intelligitur quicumque monet, persuadet, aut precatur vt illud faciat, secundum Bart. in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Item secundum Innoc. receptum in cap. ad audientiam, de homicid. per consulentem intelligitur is, qui instruit aut proponit vtilitatem inde securam.

¶ Adde etiam, quod excommunicatio contra facientem non comprehendit regulariter (vt præ diximus) consentientem, etiam mandando fauendo consulendo auxiliando, antequam fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse, aut tacite colligatur, autore Caiet. in summ. verbo, excommunicatio & cap. 47. not. 3. Et Nauarro in summ. ca. 27. num. 51. Accedit item ad prædicta notandum, quod participans in crimine iam commissum cum nominatim iam denunciato, iam est ex-

A communicatus per talem participationem. Sed auxiliantes, & consulentes cum comprehenduntur secundo in canone, veniunt excommunicandi ipso facto per opus facientis: sed antequam opus fiat regulariter non sunt excommunicati.

¶ Præterea hic vltimo non erit ab re adnotasse, quod quando in forma excommunicandi iuris dicitur, vel ab homine, si ausu temerario, tunc qui sincero, & solido animo sine alia audacia fecerit contra canonem, aut sententiam, non incurret illam secundum Caiet. in summa verbo, excommunicatio, casu. 88. Item si dixerit: Si præsumperit, tunc sine dolo, aut certe sine lata culpa, non incurritur. Ita Nauarrus in summ. ca. 27. num. 107. Vide etiam alia quæ circa hoc diximus supra ex mente Syluestri, & Metinæ Salm.

¶ Nunc autem, quo prolixitati parcamus, & ne quæ Caietanus eleganter, & exacte in expositione excommunicationis iuris tradit, hic inculcemus, solum tabulam, aut rubricam excommunicationum prædictarum attingendo, vt aiunt, summis labijs proponemus lectori, quasi memoriale quoddam earum tradentes; quo in summa noscat, quænam, ex eis sint reseruata, & cui, & quæ non.

¶ Igitur, hic in primis ante oculos tanquam Regula generalis ad tollendam aliquorum ignorantiam proponenda est illa probata sententia, scilicet quod excommunicatio papalis, cuius absolutio est reseruata Papæ, quando privilegio iuris conceditur inferiori, videtur concedi episcopo & non eo alij inferiori. Ita Innocentius ca. 2. de eo qui furtive ordinem suscepit. & Panormitanus cap. monachi. de sent. excóm. & Felinus ibi, & Nauarrus ca. 27. num. 109. Ex quo corollarie sequitur, quod excommunicatio papalis cuius absolutio ob aliquod iustum impedimentum conceditur inferiori, intelligitur quoad eius absolutionem commissa esse episcopo: quia tunc illam dare debet episcopus & non alius inferior.

D ¶ Deinde secundo prænotandum est, quod aliquæ sunt excommunicationes reseruatae episcopis. Prima est excommunicatio incurfa ob leuem percussione clericum, vel monachi, quæ ita est leuis, quod non peruenit ad peccatum mortale, cap. peruenit, de sent. excóm. vbi est textus singularis. Secunda est, quam fert episcopus per suum statutum reseruando sibi absolutionem, secundum omnes argum. cap. nuper. de sent. excóm. Tertia est (vt præ diximus) excommunicatio illa papalis, cuius absolutio ob aliquod impedimentum conceditur inferiori: quia vt dictum est illam dare debet episcopus & non alius inferior. Quarta est partim episcopalis, & partim non, quæ habetur cap. nuper. & cap.



cap. si concubinæ, desent. excomm. Vbi excommunicatur, qui scienter participat cum excommunicato in crimine, ob quod est excommunicatus cuius absolutio referuatur ei, cui est referuata absolutio excommunicationis ob crimen in quo participando eam incurrit alius. Et requiritur & sufficit scientia denunciationis illius, cū quo in crimine criminoso participat. Et quia ab hac debet absolueri idem, qui ab altera iuxta caput. nuper. ideo, cui referuata fuit prior, eidem & hæc erit: & si illa nemini fuerit referuata: neq; hæc erit vlli referuata.

¶ Quarta est partim episcopalis, & partim non, illa excommunicatio, quam absolutus in morte, vel ob aliud impedimentum incurrit, quia non se præsentat, quam commode poterit arbitrio boni viri ei, à quo erat alias absolendus: quia hæc secunda est papalis, vel episcopalis, si primatalis erat, & nemini est referuata si prima non erat referuata: quia textus indicat, eandem esse.

#### ¶ De referuatis Papæ in bulla cœnæ.

PRimo igitur excommunicationes contineri solitas in bulla cœnæ quæ papæ sunt referuata hic adnumerari oportet.

¶ Primus autem casus cœnæ Domini est aduersus omnes hæreticos, cuiuscunque fuerint nominis & sexus, & contra eorum fautores, & defensores, ac receptatores, ea ratione, qua hæretici sunt. Per hanc autem censuram secundum Sorum contra Neotericos glossatores relatos à Syluestro verbo excommunicatio. 7. §. 3. non intelligitur referuata esse hæresis pure mentalis, nisi hæresis verbo, fuerit exterius prolata, aut facta expressa secundum Caiet. verbo. hæresis. Non solum, quia mentalis actus non potest in cognitionem ecclesiæ venire: sed quia esset laqueos humanis conscientijs obrédere: quod quidem non intendit pia mater ecclesia. Vtque referuata intelligatur debet esse hæresis pertinax, hoc est, quam inciat homo, vel sacræ paginæ contrariam, vel ab ecclesia damnatam, vel quæ ignorantia crassa ignorat. Quo circa ignorantia inuincibilis excusans à peccato eadem ratione, & ab excommunicatione excusat. Requiritur etiam, vt sit actus deliberatus, puta, assertio exterior, quam interior præcesserit.

¶ Secunda excommunicatio bullæ cœnæ Domini est cōtra piratas, & cursarios, & maritimos latrunculos.

¶ Tertia est aduersus illos dominos, qui in suis terris noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. Quarta aduersus falsarios bullarum,

A seu literarum apostolicarum. Quinta aduersus eos, qui equos arma, ferrum, & instrumenta bellica deferunt Sarracenis. Turcis atque alijs inimicis christiani nominis. Sexta est Anathematizatio eorum, qui vidualia atque alia ad vsum Romanæ curiæ adducunt impediunt, & inuadunt. Septima est contra eos, qui ad sedem apostolicam venientes, aut inde recedentes, aut in eadem commorantes rapiunt, spoliunt, & detinent, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare, aut occidere præsumunt. Octaua aduersus verberantes, mutilantes, vulnerantes, interficientes, incarcerantes Patriarchas Archiepiscopos atq; episcopos atque ea mandantes.

¶ Nona aduersus eos est, qui per se, vel per alios eos, qui ad Romanam curiam super causis, & negotijs recurrunt, vel earundem causarum iudices & aduocatos, vel procuratores verberant, mutilant, vel occidunt, atque illi qui literas apostolicas executioni demandari inhihent, vel eorum executores capiunt, incarcerant, vel capi & incarcerari faciunt.

¶ Decima excommunicatio est aduersus illos sæculares iudices, qui personas ecclesiasticas aut capitula ad suum ipsorum tribunal, aut cancellariam, aut Consilium trahunt, aut trahi faciunt.

¶ Undecima eiusdem fere tenoris excommunicatio decernitur aduersus eos, qui iurisdictiones, vel redditus, vel proventus ad ecclesiasticas personas ecclesiarum pertinentes, vsurpant vel furripiunt: & qui collectas decimas, vel taleas eis imponunt: ac subinde qui talia consulant.

¶ Duodecima Anathematizatio est aduersus cancellarios, aut consilarios, aut præfidentes quorum cunque Regum, aut Principum qui beneficiale & spirituales illisque annexas causas ab auditoribus & commissarijs Apostolicis ad se aduocant.

¶ Tertia decima est aduersus mutilantes, verberantes, aut interficientes aut capientes Romipetas, hoc est, peregrinos Romam petentes, aut inde reuertentes.

¶ Quarta decima excommunicatio est aduersus illos, qui directè, vel indirectè per se, vel per alios detinent, aut hostiliter inuadunt vrbem Romanam, aut terras patrimonio ecclesiæ pertinentes. Quinta decima fuit adiecta à Clemente septimo aduersus eos, qui in direptione vrbis, quæ suo tempore contigit ex basilicis reliquias, & ornamenta, vel vasa ecclesiastica diripuerunt, vel direpta tenent. Istas adnumeravit Sotus. Quibus addit Nauarrus in summa sequentes: prima quæ est decimasexta ordine, in schismaticos.

¶ Decima septima est in appellantes ad futurum

rum Concilium. ¶ Decima octaua est in accipietes naufragorum bona. Decima nona est in male absoluentes à censuris bullæ cœnæ, quæ tamè non est referuata. Vnde confessarius qui ex obliuione, vel ex incogitantia, aut ignorantia non crassa absoluit ab his casibus cœnæ Domini, non incurrit in hanc excommunicationem contra absoluentes ab eis positam: & quia nunc non est referuata licet antea esset referuata. Idcirco secundum Nauarrum ordinarius potest ab eo absolueri: siue sit ab homine, vt in bulla Iulij tertij habetur: siue sit à iure, sicut fuit lata à Gregorio. 13. qui hanc bullam noluit finiri morte sua: sed antea bullæ cœnæ Domini, quia finiebantur morte ferentis non erant, nisi ab homine.

#### ¶ De referuatis Papæ excommunicationibus non contentis in bulla cœnæ.

PRima continetur in cap. nulli fas. 19. dist. 1. quæ fertur in transgressores canonum. Sed quia restringitur ad eos, qui eos transgrediuntur negando Papæ potestatem ad condendū eos, ideo reducitur hæc excommunicatio ad secundam bullæ cœnæ. Et ideo est referuata in bulla cœnæ.

¶ Secunda est: Siquis suadente diabolo. 17. q. 4. in hac forma: Siquis suadente diabolo iniecerit manus violentas in clericum, vel monachū, subiaceat excommunicationi, & à nullo, præterquam à Papa absoluator & conspectui apostolico præsentetur. Circa quam excommunicationem notandum est primo, quod nullus incurrit excommunicationem generalem iuris, vel hominis, nisi peccet mortaliter. Et cum interuenit peccatum mortale in percussione clerici semper censetur interuenire animus malus, nisi percussor ignoret talem esse clericum. Sufficit autem quæcunque percussio facta pedibus vel brachijs, vel manibus, aqua, salina, aut aspersione pulueris: aut arripiendo eum per corrigiam: aut includendo eum in aliquo loco, vnde nisi cum pudore egredi non potest: aut abscindendo eius cingulum: aut tenendo frænum equi eius: aut si ita persequitur clericum, vt cogat eum se præcipitem dare in flumen, vel discimè iuxta Innoc. & mentem textus. Sufficitque mandatum consilium, vel fauor ad hanc incurrendam excommunicationem, si opus sequatur cap. mulieres. de sent. excomm. & arg. cap. quantæ. de sent. excomm. & ratificatio talis percussio si nomine ratificantis fuit facta, secus alias, cap. cū quis. desent. excomm. lib. 6. ¶ Aduerte etiam, quod qui dixit se clericum vindictam expetere non animo mo-

A tuendi alios, si tamen debuit credere, quod furin- de mouerentur ad iniiciendum manus in clericum incidit in hanc, si sui ex hoc dicto percussissent eum clericum arg. ca. penult. de homicid. lib. 6.

¶ Item etiam qui tenentur ex officio incidunt in eam, si non vident percussorem clericum. Quia etiam qui commode eam percussorem vitare possunt, si eam non vident (et si priuati sint) quoad forum exterius eam incurrisse censentur, per dict. cap. quantæ. ¶ Præterea ministri iustitiæ laicæ, qui vt officiales iustitiæ percutiunt clericos, etiam si leuiter percusserint ad Papam sunt remittendi. Sic Panormit. cap. si vero. 1. de sent. excomm. ¶ Deinde clericus, qui se ab alio percuto consentiens permittit, licet non sit excommunicatus: potest tamen excommunicari cap. contingit. de sent. excomm. Sed si iratus aliquis clericus percussit se ipsum, incurrit in eam Arg. ca. si non licet. 23. quæst. 5. Ita Ioann. Andr. Panormit. Felinus, & alij Doctores in dict. cap. contingit, de sent. excomm. Et idem si manus sibi iniicit pro impatientia, dedecore, aut paupertate, aut pro quouis alio infortunio ca. si non licet. 23. quæst. 5. Secus est, si zelo deuotionis pectus pugno, facie palā ferit, aut si capillos, aut barbā velleret, aut se alapis cederet ob mortē parentū, aut amicorum. Item etiā monialis seipsum ex ira & furore percussit incidit in hanc excommunicationem. Secus est si suum percussit in suo ventre factum, vt aborsum faciat: quoniam tunc non incurrit excommunicationem, quatenus sic percussit: sed excommunicationem nunc denuo latam contra abortientes, & cætera, clem. gratis, desent. exco. Referuatur Papæ excommunicatio eorum qui cum sint excommunicati & interdicti admoniti nominatim à sacerdote nolunt à diuinis officijs exire.

#### ¶ De excusatis ab excommunicatione percussiois clerici.

PRæterea nunc de his, qui ab excommunicatione hac lata ob percussioem clericorum excusantur, dicere nos oportet. Dicitur ergo primo: quod excusat percussio eorum, qui principaliter percutiunt clericum, vt corrigant, vt magistri, patres, heri, propinqui, senes aut superiores in ecclesia ca. 1. c. cū voluntate, de sent. excomm. Ita glossa bona. l. 1. c. de emend. propinquo. Secus si principaliter percussio sit immoderata: & dum modo castigatus non habeat ordinem sacrum secundum Panormit. cap. cum voluntate. Nisi sit Magister, aut pater, secundum comunem. Imo secundum Nauarr. cap. 27. nu. 7. 82. stricto iure idem posset dici de alijs, quia caput. cum voluntate

litate non diſtinguit. Cæteram libet hic adno-  
tare cum Victoria & cum Sylueſtro verbo, ex-  
communicatio. 6. notabil. 1. parte. 13. & alijs do-  
ctoribus à ſe citatis quod domini, præceptores,  
& parentes, ſi verberant clericos etiam conſtitu-  
tos in ſacris ſibi ſubiectos, cauſa diſciplinæ, etiã  
ſi excedant non innodantur hac excommunica-  
tione, ſi id faciunt cauſa diſciplinæ. Secus eſt ſi  
cauſa vindictæ excedunt modum. Et tantũ poſ-  
ſent excedere diſciplinæ cauſa, quod æquiuale-  
ret dolo. Et tunc incurrerent alias non, etiam ſi  
peccaſſent mortaliter per exceſſum diſciplinæ:  
quia non faciunt ſuadente diabolo, ſed ſuadente  
zelo correptionis.

¶ Excufatur ſecundo, qui percutit clericum  
depoſitum realiter, id eſt, degradatum realiter,  
vel depoſitum verbaliter, & incorrigibilem ſi-  
mul. Secus eſt, ſi ſit tantum depoſitus verbaliter.  
ca. cum nõ ab homine, de iudic. & bigamum ca.  
1. de bigam. lib. 6. & eum, qui amiſit priuilegium  
clericale & circulatorum, ſiue ioculatorum, &  
ſcurram per annum, vel ſi ter monitus ante non  
abſtinet cap. 1. de vit. & honeſt. cler. libr. 6. con-  
iugatum etiam cum vnica virgine, ſed non geſtã  
tem veſtẽ, & tũſuram clericales cap. 1. de cleric.  
coniugato lib. 6. Et clericum, qui relicto habitu  
& tonſura turpibus & enormibus ſe miſcet, iux-  
ta communem clem. 1. de off. ordin. Et clericum  
non ferentem habitum ter monitum ca. contin-  
git. 2. de ſent. excomm. Vel clericum ſe immiſcẽ  
tem militaribus, vel ſecularibus, ter monitum  
ab his non abſtinentem, etiam ſi geſſet habitum  
& tonſuram clericalem cap. in audientia, eo titu-  
lo. Et hic non ſufficit vna pro trina monitio, ſed  
facienda eſt trina cum intervallo aliquorum die-  
rum. Ita gloſſa. notabilis clem. 1. eod. tit. con-  
tra Bonif.

¶ Excufat etiam ab hac excommunicatione  
percuſio ſe defendentis, vel neceſſario percu-  
tentis ad recuperandum bona ſua. clericũ. Item  
excufatur, qui detinet clericum debitorem fu-  
gentem, aut præmeditantem fugam, vt præſen-  
tet eum ſuo prælato. Deinde etiam excufantur  
miniſtri iuſtitie ſæcularis capientes clericos in  
delicto flagranti, vt præſentent prælato, aut in-  
uentos noctu modo præſumant probabiliter  
aliquod ſcelus eos machinari: alias ſecus. Vt quia  
fert lumẽ clericus, vel ſociũ, vel eſt perſona à tali  
ſuſpitione omnino aliena. Et modo in capiẽdo  
eum non excedant impingendo pugnos de in-  
dustria in permittentem ſe capi, & duci quiete,  
cap. ſi clericus, de ſent. excomm. lib. 6. In quo ca-  
ſu aduertendum eſt, quod incurrit miniſter iuſti-  
tie ſæcularis excommunicationem hanc, ſi mit-  
tit in carcerem clericum offerentem fideiuſſio-  
nem, præſentandi ſe prælato. Quia neque hoc

A poteſt facere iudex eccleſiaſticus, niſi grauitas  
delicti, vel alia cauſa iuſta id exigat cap. ſi cleri-  
cus, de ſent. excomm. 6. Excufantur inſuper  
ab hac excommunicatione, qui clericum percu-  
tiunt ea percuſione, qua volens delinquere ar-  
cetur à delicto, vel qua liberatur ab inimicis, vel  
ab alio incommodo cap. cum beatus. 45. diſt. &  
qua ad ſui neceſſariam deſenſionem quis eum de-  
ponit ab equo, quo in eo fugiat, vel vt ſe defen-  
dat ab eo enſem aufert. ¶ Præterea excufatur  
ab excommunicatione, qui detinet clericum do-  
mi inuentum honeſte colloquentem cum vxore  
poſtquam eum monuit, vt ab ea re abſtineret,  
dum modo nihil mali ei faciat, quam detinere il-  
lum ſpacio. 20. horarum continuarum ad traden-  
dum eum ſuo iudici, modo non percutiat. Ita  
gloſſa cum non ab homine & 1. capite quinto  
ad. l. Iuliam, de adult. (Non tamen ſæmina ſi per-  
curiat clericum ſtuprum facto ſecum attentan-  
tem, cauſa ſuæ defendendæ caſtittatis, ideo incur-  
rit excommunicationem. Secus tamen ſi ſolo  
verbo eam alliceret, aut ſolicitaret: quia tunc nõ  
eſſet ei licita, niſi deſenſio verbalis. ¶ Ultra hæc  
etiam ab excommunicatione excufatur percuſ-  
ſio cleri inuenti inhoneſte cum vxore, matre,  
aut ſore aut filia legitima, aut naturali, non ta-  
men cum adoptiua, vt ſi inueniſſet eum eas am-  
plexantem, oſculantem, aut in loco ſuſpecto,  
quanuis non inueniat eos in ipſo opere carnali,  
excufatur à cenſura, ſi in continenti & paſſione  
ſubita percutiat clericum, ſic inuentum, etiam ſi  
mutilet, aut occidat iuxta communem cap. ſi ve-  
ro, de ſent. excomm. Vide Sylueſtr. verbo. exco-  
municatio. 6. notabili. 4. Modo abſit fraus, qua  
cõueniãt maritus, & vxor, vt dolo accerſeretur,  
vt afficeretur iniuria, quod damnatur Autentic.  
ſiquis, de adult. Vbi dicitur, quod nulla alia ra-  
tione quæſita habet puniendi licentiã. ¶ Deinde  
excufat etiam percuſio grauis cleri iocofa  
& ludicra intra fines tamen ludi, vel extra, mo-  
do non ſit dolofa & ſubita turbati animi. Quia ſe-  
cundum Richard. in. 4. diſt. 18. quæſt. 5. art. 12.  
tunc non cenſetur facta ſuadente diabolo. Deni-  
que excufat probabilis ignorantia, vt quando  
non vidit tonſuram: & non credidit eſſe clericũ  
ca. ſi vero, de ſent. excomm. & gloſſ. ibi. Sicut  
etiam ſi ignoranter percuſiſſet clericum noctu,  
percutiens excufatur à cenſura hac, etiam ſi iſte  
percuſſor noctu daret operam rei illicitæ inui-  
ſendo amicam tunc. Ita Nauarrus contra Sylue-  
ſtrum verbo excommunicatione. 6. notabili. 4.

¶ Ad prædicta accedit res notatu digna ad tol-  
lendum interdum ſcrupulos, ſcilicet, quod qui  
ſubita alteratione percitus iniicit manus in cleri-  
cum, ſi ſtatim quod aduertit id quod facit eas re-  
trahit, non incurrit hanc cenſuram. Tamen ani-  
maduer-

maduerſione quoque dignum eſt, quod non cõ-  
tingit regulariter ad opus exterius percuſio-  
nis perueniſſe, & excuſari ab opere exteriori, ex  
inaduerſetia, aut incoſideratione, aut ſubreptio-  
ne, ſicut contingit excuſari in motibus indelibe-  
ratis mentis, aut linguæ, quæ velociores ſunt: at-  
que ideo interdum præueniunt deliberationem  
rationis, quod raro contingit in motibus manuũ  
quæ non niſi imperatæ à ratione ſecundum D.  
Thomam ſolent prodire in opus exterius. At-  
que ideo qui dubius eſt, an ex inaduerſetia,  
vel indeliberatione percuſerit clericum, ad cau-  
telam ſaltẽ tenetur obtinere abſolutionẽ. ¶ Ex-  
cuſatur identidem ab excommunicatione hac  
qui ab eccleſia eiſcit clericum excommunicatũ  
publice denunciatum, aut alium diuina officia  
turbantẽ cap. veniens, de ſent. excomm. & cle-  
grauis, iuncta gloſſa eo. tit.

¶ Sed hic dubitatio obuiat, an prælatus poſ-  
ſit capere clericum ſubditum, aut verberare, aut  
torquere per manus hominis laici. Reſpondetur  
primo quod bene poteſt capere illum per ma-  
nus laici, non tamen poteſt eum niſi per clericũ  
verberare, vel per monachum, neque etiam per  
alios, ſi ipſe commode poteſt facere cap. vniuer-  
ſitatis de ſent. excomm. Excepto episco-  
po, qui non debet verberare ſuis manibus, niſi  
quando non adest alius ad id faciendum cap. nõ  
liceat. 26. diſt. & gloſſa ibidem. Secundo dici-  
tur, quod eſt excommunicatus iudex eccleſiaſti-  
cus, qui torquet clericum per laicos, niſi deſe-  
ſent cleri ad id idonei, ſicut etiam ipſi laici tor-  
quentes eſſent excommunicati ſecundum Syl-  
ueſtrum verbo, excommunicatione. caſu. II. &  
Panor. cap. vt fama. & cap. vniuerſitatis, de ſent.  
excomm. lib. 6. Cæteram aduertendum eſt cum  
Nauarro. cap. 27. in ſumm. num. 87. quod eccle-  
ſiaſticus iudex, qui torquet, vel cædit clericum  
per laicum ſecutus conſuetudinem, licet peccet,  
ſed non fit excommunicatus: quia conſuetudo li-  
cet non excuſet à culpa, excuſat à poena ſaltẽ  
ordinaria, licet nõ forte ab extra ordinaria gloſ-  
ſa. cap. cum venerabilis, de conſuet. & Deius ca.  
1. de conſi.

¶ Deinde de his, qui gaudent hac  
immunitate, ſiquis ſuadente  
diabolo.

SI quæſatur qui ſint, qui gaudent hoc priuile-  
gio, ſiquis ſuadente. Reſpondetur, quod gau-  
dent hoc priuilegio, religioſus profeſſus ap-  
probata religionis, & eius religionis nouitij,  
& moniales cap. non dubium. de ſent. excomm.  
& cap. religioſus eod. tit. lib. 6. Et etiam

A qui dicuntur biguni & fratres tertij ordinis ſan-  
cti Dominici, vel ſancti Franciſci, qui viuunt  
gregatim, & geſtant habitum religionis, ſecun-  
dum Rotam deſiſion. 332. in antiquis, & Felin.  
in ca. 2. de for. compet. contra Caiet. in diſt. caſ.  
10. ſed iam per priuilegia hi iſta priuilegio gau-  
dent. Similiter eremita gaudet hoc priuilegio, ſi  
ſit ſubiectus ſuperiori, qui gaudet hoc priuile-  
gio. Sylueſt. verbo. eremita. quæſt. 1. & verbo.  
eccleſia quæſt. 5.

¶ De excommunicatis percuſſori-  
bus clericorum, quorum abſo-  
lutio reſeruat episco-  
pico.

NOTandum eſt verò circa hoc in primis, q  
ab hac excommunicatione ab episcopo po-  
teſt abſolui, qui iudicio episcopi viderur ad ſedẽ  
apoſtolicam non poſſe venire. Similiter, & qui  
inimicitias, vel alias iuſta impedimenta habens  
iudicio boni viri ad ſedem apoſtolicam adire nõ  
poteſt cap. de cætero. eod. tit. Et pauper, qui ca-  
ret arte, qua iter agendo vti poſſit, vt ſe ſuſten-  
tet. Neque enim iſte tenetur adire Romam men-  
dicando, ſi antea nõ faciebat. Et qui filios & vxo-  
rẽ, quos alebat deſerit in magna egeſtate, ſi vadat  
Romam, etiam ſi ſua culpa inciderit in pauper-  
tatem. Arg. l. 1. ff. de his, quibus vt indig. & etiã  
filius non emancipatus, non valens ire ad Papã,  
ſine præiudicio patris, niſi conſentiat pater, vel  
emancipetur cap. mulieres, de ſent. excomm.  
Item ſeruus, niſi dominus conſentiat in eius pro-  
fectionem ad ſedem apoſtolicam, vel manuſcri-  
tatur cap. relatum, de ſent. excomm. Ita Sylue-  
ſt. verbo, abſolutio. 4. in fine. dubio. 6. Sed ſecus eſt  
de famulo libero. Item qui eſt impotens, & tam  
delicatus, quod non poſſit Romam adire: quod  
arbitrio episcopi iudicandũ cõmittitur. Ita glo.  
cap. tales. Hi denique omnes & etiam omnes alij  
qui iudicio probi viri impedimentum iuſtum  
habent, quominus accedere poſſint ad ſedem  
apoſtolicam, vel ad nuncium de latere, qui etiã  
poteſt abſoluere ca. penult. de offic. delegati. &  
cap. ad eminentiam. de ſent. excomm. abſolui  
poſſunt ab episcopis: ſi tamen pro poſſe ſatisfa-  
ciant, & iuramentum præſtent de ſe præſentan-  
do apud ſedem apoſtolicam, vt cauetur. c. quod  
de his, de ſent. excomm. & cap. quanuis. eod. tit.  
Iſti autem omnes (vt decernitur cap. eos qui de-  
ſent. excomm. lib. 6.) niſi poſtea ſe præſentent,  
quam citius commode poterunt reincident in  
eandem excommunicationem. Cæterum aduer-  
tendum eſt cum Nauarro, quod impedimentum  
iuffi.

sufficiens, ut aliquis ab episcopo possit absolui, satis est si plures tantò tempore, quantum est necessarium à discessu vsq; ad accessum, id est, per tres menses ad papam. ¶ Quibus adde etiam, qd licet, omnes prædicti & etiam curatus timens periculum notabile, quibus ob suam absentiam (nisi possit constitui idoneus vicarius) non teneantur accedere ad papam per procuratorem (licet possit mittere, qui sic est impeditus: quoniam ius exigit ut ipse vadat) tamen ab episcopo absolui non possunt, si possunt adire legatum, vel alium ad id privilegio papali munitum. Neque huiusmodi impediti absolui possunt à simplice sacerdote, vel exposito, vel curato etiam si nuntius & episcopus absoluerit eos recusent. Non enim ad id potestatem hi habent, nisi in articulo mortis, in quo etiam simplex sacerdos (quando alius legitimus confessor curatus vel expositus ab est & neque sine periculo moræ vocari potest) potest absolueri cap. si quis tuadente. & in Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7.

¶ Præterea clerici se percipientes percussione mediocri, dum viuunt collegialiter, simul in collegio possunt absolui ab episcopo, sicut etiam in hoc casu prælatus absoluit monachos suos, capit. monachi. de sentent. excomm. & cap. quoniam de vita & honestate cleric. ¶ Item etiam, quilibet minister qui est constitutus ad custodiendas fores, aut ut cohibeat homines, siue sit Janitor, executor, aut merinus, si manus infert clericis absque intentione lædendi (& si non sit sine culpa) absoluitur ab episcopo, si sit mediocri percussio, non tamen si sit enormis. capit. si vero. §. officialis. de sentent. excomm.

¶ Perpendendum est autem, quod episcopus ob leuem, vel partiam percussione clericum potest absolueri omnes cap. peruenit. de sentent. excomm. etiam si talis percussio leuis sit mortalis. Nam si mortalis non sit non indiget absolutione, sed dicitur leuis (licet sit mortalis) respectu aliarum, scilicet, mediocri & enormis.

¶ Deinde quæ percussio sit leuis, quamnam enormis declaratur.

**I**gitur, ut pateat quando episcopus absolueri possit ab excommunicatione incurta, ob percussione clericum (quoniam ab incurta ob leuem percussione potest: non tamen ab incurta ob enormem) ideo ad id cognoscendum præstituenda est hæc extrauagans, quæ incipit: per lexis. quæ Ioan. XXII. falso ascribitur, secundum Nauarrum. Vbi declaratur, qd percussio leuis, est percussio eum pugno, palma, manu, pede, digito, aut baculo, aut lapide quæ nullam maculam neque suggillationem carnum reliquit, neque

abscedit membrum, aut quæ fuit sine fractione dentium, sine auulsione multorum capillorum sine effusione multi sanguinis. Non tamen percussio aliàs de se leuis atrox sit ob multam sanguinis effusionem. Igitur ad iudicandum super his percussione consideranda est qualitas temporum, personarum, & locorum, ut iudicentur graues, vel leues. Atque denique in dubio admonet Papa, ut episcopus potius declaret, esse percussione grauem, & ab ea non posse absolueri, quàm declarando, leuem absoluat ne lædatur status ecclesiasticus. Secundo perpendendum est, qd enormis percussio, est abscissio membri, vel debilitatio illius, ut quasi inutile reddatur ad suum munus: effusio multa sanguinis, præterquam è naribus, vel ex alia parte, ex qua faciliter erumpere solet. Est etiam percussio enormis percussio episcopi, & abbatis proprii. Sed non est talis percussio eo solum, quod fiat in foro, vel inferatur in audientia publica coram iudice, aut in oculo, aut in facie, aut in dormitorio, nisi sit percussio in se notabilis, & gignens magnum scandalum. Nam Lapo & Cardinali aliqua ex his non videntur esse, nisi percussiones leues, & non mediocres. Accedit ad hoc, quod percussio mediocri est illa, quæ est mediana inter leuem & enormem. Ideo, quia certa regula circa hoc tradita potest, habita ratione circumstantiarum, personarum, locorum, & temporum episcopus, cuius arbitrio hoc iudicandum relinquitur, & confessorius, cui id episcopus commiserit, iudicabit quæ leuis sit, vel quæ enormis, secundum Panormit. illo cap. peruenit. de sentent. excomm. Concluditur ergo leues esse percussiones illas, ubi capellanus ecclesiæ in eadem ecclesiâ impigit colaphum cuidam canonico absque sanguinis effusione, & ubi clerici in itinere sibi mutuo pedes & pugnos impigerunt, secundum Lapum & Cardin. & ideo ab his potuit absolueri episcopus.

¶ De excommunicationibus referuatis Papæ extra bullam Cœnæ.

**A**D HVC excommunicationes referuatae Papæ præter contentas in bulla Cœnæ Domini hæc sunt. Prima lata à legato lapso anno, cap. studuisti. de offic. delegat. Secunda in falsarios. Tertia lata ab episcopo in habentes falsas bullas. cap. ad falsariorum. de crimine fals. Quarta, in clericos ad diuina officia admittentes excommunicatos nominatim à Papa. Quinta, in ca. tua. de sentent. excomm. habetur quod excommunicatio lata in incendarios post denuntiationem, referuata est Papæ. ¶ Sexta est in cap.

cap. conquestus. de sentent. excomm. quod habet excommunicatos esse sacrilegos, qui effringunt, & spoliant ecclesias. Vtraque conditio requiritur. Per fractionem intelligitur fractio ferarum, vel impulsus, vel quouis modus violentus, quo ingressu sibi parat fuit ad ecclesiâ. Et per ecclesias intelliguntur hospitalia, & reliqua pia ædificia autoritate episcopi ad id consecrata, arg. cap. ad hæc. de religiof. domib. & monasteria etiam.

¶ Septima, continetur cap. fundamenta. de elect. lib. 6. Vbi fertur excommunicatio cum referuatione contra eligentes in senatores Romanos, aliquem imperatorem, regem, &c. ¶ Octaua, quæ iam fuit reuocata à Clemente. V. Clem. 1. de immunitate ecclesiæ, continetur cap. clericis. de immunit. eccle. lib. 6. Vbi excommunicantur clerici, qui pendunt vestigalia, decimas, vel talias secularibus. ¶ Nona est cap. falicis. de poen. lib. 6. Vbi excommunicantur insectatores Cardinalium. Sed hæc per bullam cœnæ Domini extenditur etiã ad Archiepiscopos & episcopos. Satis est insectari Cardinalem, licet non percussit quis eum. Sub qua comprehenduntur mandantes, comitantes, ratum habentes, & iudices & domini, qui intra mensem contra tales non processerint. Secus si processerint, licet non fiant processus, neque puniant. ¶ Decima, continetur cap. quicumque. de sentent. excomm. lib. 6. contra grauantes eos, qui tulerunt sententiam excommunicationis contra aliquos, & earum promulgatores, vel eas volentes obseruare, aliquo grauamine afficiunt. Ante duos menses facta emenda possunt absolui ab episcopo. Si autem duobus mensibus perseuerauerint in dicta excommunicatione non possunt absolui, nisi à papa. ¶ Undecima continetur in Clem. 1. §. verum. de hæret. contra inquisitores, si odio, vel amore procedant, vel omittant procedere, aut lucri, aut commodi gratia contra iustitiam, & suas conscientias. ¶ Duodecima continetur in Clem. 1. de privileg. contra religiosos, qui sine licentia expressa presbyteri parochialis præsumunt administrare clericis, vel laicis sacramentum vñtionis, aut Eucharistiæ, aut benedicere nuptias, aut absolueri excommunicatos à canone, præterquam in casibus à iure, vel privilegijs apostolicis sibi concessis, aut à sententijs promulgatis à statatis prouincialibus, aut synodalibus, aut à peccatis à poena & à culpa, requiritur præsumptio. Incurritur etiam si communicetur sic infirmus in articulo mortis, etiam si faciant ob defectum parochi secundum Syluestrum excommunicatio. 7. casu 14. Sed non incurritur ob administrationem baptismi, aut poenitentia, aut ob absolutionem excommunicationis lata ab homine. ¶ Decimatercia est in Clem. si quis tuadente. contra percipientes, capientes,

Instruct. conc. Pars. 2.

bannientes episcopos, & opem feretes. Sed iam hæc excommunicatio redacta est ad bullam cœnæ Domini. ¶ Decima quarta est Clem. cupientes. de poen. §. finali. ubi excommunicantur clerici, & religiosi, qui violant constitutionem, qua scilicet prohibetur aliquem inducere ad vouendum iuramentum aut promittendum eligere sepulturam in sua ecclesia, aut quod non mutabit electam. Hic requiritur temeritas: atq; ideo excusat illum qui contra facit, credulitas probabilis, quod iuste faciat. Ita Caietanus.

¶ Decima quinta continetur in Clem. graue. de sentent. excomm. Vbi excommunicantur dñi temporales cogentes ad celebranda diuina officia in locis interdictis, siue hæc coactio se extendat ad clericum, vel eius consanguineos, vel si voce præconis aut campanæ, vel buccinæ conuocant ad id populum, vel si prohibent, qd inde non eiciantur interdicti & excommunicati, qui admoniti à sacerdote nominatum nolunt exire. ¶ Decima septima continetur in extrauagan. et si dominici. de poenit. & remiss. Vbi excommunicantur cum referuatione hi, qui ex privilegio Sixti III. absolunt à votis referuatis. Sed hæc excommunicatio cessauit, quia illa confessionalia deserunt. Hinc patet ex hoc textu solo hæc. §. vota referuari papæ.

¶ Decima octaua continetur in extrauaganti. 2. de sepulturis. inter communes. ubi excommunicantur exenterates mortuos, aut concidentes in frustra, ut ossa à carnibus dentidata ferant, & sepeliant in alio loco: & qui hoc fieri iubent. Secus si fiat hoc in loco infidelium, ubi non est locus ad sepeliendum, vel quando sit ne cadaver foeteat, aut in anatomiam, aut cadaveri regio. ¶ Decima nona continetur in extrauaganti prima. de simonia. Vbi excommunicantur cum referuatione ij, qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingressum in monasterium. Non tamen incurritur hæc excommunicatio, si id fiat sine pacto; aut ob consuetudinem, aut ob antiqua iura, aut sine præsumptione bono animo: neque etiam ob pactum factum ratione victus & sustentationis ingredientis. Et Martinus V. declarauit, se nolle, ut moniales hac teneantur excommunicatione: & consuetudo contraria posset excusare eas ab hac censura, licet non à peccato.

¶ Vigesima continetur in extrauaganti Pauli Secundi, de simonia. Vbi excommunicantur committentes simoniam in ordine, vel beneficio & eius mediatores. ¶ Vigesima prima continetur in extrauaganti Martini Quinti, de regulis. Vbi excommunicantur cum referuatione fratres ordinum Mendicantium, qui sine facultate papæ migrant ad non mendicantes, excepto ordine Carthusianorum, & etiam admittentes eos.

T t

¶ Vige-



¶ Vigesima secunda, continetur in extrauaganti. de sent. excommunicationis. Vbi excomunicantur qui largiuntur, aut accipiunt aliquid, aut promittunt in curia Romana ad obtinendam iustitiam, aut ad promerendam gratiam alicuius rei. Sed Syluester, Palud. Angelus, & Syluester dicunt hanc fuisse reuocatam per Clementem Quintum. ¶ Vigesima tertia, continetur in extrauagan. graue. de reliq. & vener. sanct. Vbi excommunicantur dicentes, peccare mortaliter credentes, virginem matrem fuisse conceptam in peccato originali: & item dicentes, peccare mortaliter oppositum tenentes. At quia dicitur hic, qui ausu temerario presumpserit, ideo exigitur lata culpa, vel dolus in dicente, secundum Nauarrum. ¶ Vigesima quarta est, in priuilegijs ordinum continetur contra ingredientes in monasteria monialium sine licentia generalis, aut prelati potentis super hoc facultatem dare, & contra producentes libellos famosos, aut versus in vulgus aut cantilenas ordinis Prædicatorum, vel Minorum in infamiam & detractionem ipsius status, & contra dicentes non esse eos in statu perfectionis, aut non licere viuere ex elemosynis, aut non posse prædicare, aut audire confessiones cum licentia papæ, aut aliorum inferiorum prælatorum, sine licentia rectorum ecclesiarum. Et contra eos qui illorum locis inferunt violentiam incommodam, & contra in suis ecclesijs vel monasterijs retinentes apostatas prædicatorum, nisi eiecerint postquam à monachis ipsorum ordinum fuerit eis denunciati, ne eos retineant. ¶ Vigesima quinta, est contra prædicantes miracula falsa, vel incerta, vel prophetias, quæ non continentur in sacra scriptura: que secundum Caiet. & Carranzam, non est recepta.

### ¶ De excommunicationibus nulli reseruat.

Sunt autem excomuniones hæ nulli reseruatæ. ¶ Prima, contra seculares non reddentes ius ecclesiasticis. ¶ Secunda, in consentientem electioni de se in Papam malefactæ. ¶ Tertia in eum, qui suscipit munus administrandi partem talis episcopatus in ciuitate diuersarum linguarum eorum, qui sunt suæ priusquam suscipiatur à proprio episcopo in coadiutorem suum in cap. quoniam. de offic. ordin. ¶ Quarta, contra Doctores Bononiæ locantes domus sine consensu, &c. ¶ Quinta, contra potestates imponentes ecclesiasticis talias, vel vectigalia, & contra præbentes consilium, fauorem, & eorum successores, in cap. non minus. de immunitate eccles. Sed hæc non incurritur ob tributa realia,

quæ debent clerici ob sua bona, neque ob realia extra ordinaria, quæ spectant immediate ad eorum bona, vt ad reficiendum iter, vel callem, qui est ante prædium, vel domum suam. Sed incurritur propter onera mere personalia, & mixta, quæ personis & bonis eorum imponuntur. Ita Panormit. cap. non minus. ¶ Sexta, contra religiosos exeuntes à claustris, vt audiant leges, aut medicinæ scientiam non redeuntes intra duos menses, & contra clericos habentes dignitatem, vel personatum, quauis non sint presbyteri, & presbyteros quauis omnino habeant dignitatem, neque ecclesiam parochialem, qui audiunt eas scientias duobus mensibus. ¶ Septima, in cap. t. clerici. ne clerici, vel monachi, excommunicatur sacerdos, qui est vicarius vice comitis, aut alterius præfecti secularis, si admonitus non derelinquat præfecturam. ¶ Octaua, in cap. vnico. de iniur. & dam. dato contra præsumentes concedere repræfalias aduersus personas ecclesiasticas, vel eorum bona, vel extendere ad eas. ¶ Nona, in cap. hoc consultiissimo. in. 6. de rebus ecclesiæ. non alien. excommunicantur submittentibus bona ecclesiæ laicis, vel compellentes ad ea sic submittendum. ¶ Decima, in cap. sciant cuncti. lib. 6. de reb. eccl. non alienan. contra grauantes nolentes eligere eum, pro quo rogabantur. ¶ Undecima, in cap. quoniam. de immunitate ecclesiæ, excomunicantur impediens litigare in foro seculari, in causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus impetratores literarum papæ, & consiliantes etiam & auxiliantes. ¶ Duodecima, cap. final. de immunitate ecclesiæ, contra dominium temporale habentes, mandantes, ne vendatur ecclesiasticis, aut ne ab eis aliquid ematur, vel eis aliqua obsequia exhibeantur. Ponitur præsumptio. ¶ Decima tertia, cap. generali. de electio. in. 6. contra occupantes bona ecclesiarum vacantium, nisi eis competant de iure, aut consuetudine. ¶ Decima quarta, in cap. aduersus. de immunitate ecclesiæ. excommunicantur officiales laici, vel regimen habentes imponentes angarias ecclesiasticis personis. Requiritur monitio, & successores eorum officialium, nisi purgauerint excessum suorum prædecessorum & iatisfecerint. Et idem contra imponentes collectas, & exactiones indebitas ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, vel eos pro huiusmodi affligunt. ¶ Decima quinta, in cap. finali. de his, quæ vi, metu, &c. cap. vnico. excommunicantur cogentes vi, metu, reuocare sententias excomunicacionis interdicti, aut suspensionis, irritatque canon huius absolutione, etiã si ex paruo metu fiat. Incurrunt eam inuentientes metum grauem cadentem

cadentem in virum constantem, secundum Caietanum. Alias non, nisi duntaxat in foro conscientie, secundum Nauarrum in eo solo casu, in quo leuis metus fuit causa principalis, & sine qua non, talis sententia non reuocaretur. ¶ Decima sexta, in Clem. vnica. de sequestr. poss. contra impediens sequestrationem fructuum ecclesiasticorum. ¶ Decima septima, in cap. attendentes. de statu monach. in Clem. contra impediens visitatores monialium. Requiritur monitio. ¶ Decima octaua, in cap. quicunque. de hæreticis. libro. 6. contra sepelientes scienter hæreticos, credentes, & receptatores, vel fautores eorum. ¶ Decima nona, in Clem. r. de sepultu. contra sepelientes tempore interdicti, vel excommunicatos publicè, vel nominatim, vel manifestos vsurarios. Requiritur præsumptio. Reseruat episcopo. Includit scienter sepelientes vsurarium publicum: non autem mandantes vel consulentes, secundum Caiet. ¶ Vigesima in Clem. vnica. de affinit. & consanguini. contra contrahentes in gradibus prohibitis consanguinitatis, vel affinitatis, & contra religiosos moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonium contrahentes, & inter eos eadem scienter celebrantes. ¶ Vigesima prima, in Clem. cap. religiosi. de decimis. contra religiosos vsurpantes decimas. Est episcopalis satisfacta parte. Neque intelligitur de animalibus relictis ab oblati, qui se & sua vere obtulerunt monasterio. ¶ Vigesima secunda, in cap. cupientes. de pœnis. Clem. contra religiosos retrahentes à solutione decimarum debitarum ecclesijs, siue in sermionibus, vel alibi præsumant proferre aliqua, vt audientes retrahatur à tali solutione decimarum. Requiritur intentio retrahendi, & præsumptio atque malitia. ¶ Vigesima tertia, in Clem. cupientes. de pœnis. contra religiosos scienter postponentes facere conscientiam contentibus de soluendis decimis ecclesijs debitis, si prædicta negligentia non purgata prædicare præsumperint. Requiritur quod negligant requisiti in tempore signato à iure. ¶ Vigesima quarta, in Clem. r. de sent. excō. contra religiosos exemptos, vel non exemptos non seruantes interdictum, quod viderint, vel sciuerint cathedralem, vel matricem, seu parochialem loci ecclesiam obseruare. Et loquitur de cessationibus etiam à diuinis per provincialia concilia statutis. Sed Leo concessit, quod quando matrix ecclesia, id est, etiam baptismalis, vel loci maior, secundum Ioan. Andr. illud non seruat; neque ipsi teneantur seruari, neque etiam in casu, quo ipsa matrix seruat: quia est specialiter interdicta. Sed si in aliquo loco non est ecclesia cathedralis, sed plures matrices, si omnes seruant est lo-

Instruct. consc. Pars. 2.

cus huic pœnæ non seruantibus. Secus est quoad vna seruat, & alia non. ¶ Vigesima quinta, in extrauaganti Pauli Secundi, cap. ambitiose. de rebus ecclesiasticis: posita à Syluestro in fine suæ summæ contra alienantes omnes res ecclesiasticas per concessionem etiam, & hypothecam, conductionem ultra triennium, neque non per in feudationem, emphyteusim, præterquam in casibus à iure permisis, annullat alias hos contractus, & excommunicat tam alienantes, quam recipientes prædicta bona. Nauarrus ait esse receptam quoad pœnam intrinsecam, scilicet, annullationis contractus ferè vbiq; licet, quoad pœnas extrinsecas excommunicationis non sic certus, quod sit vbiq; recepta. Igitur ideo vbi est recepta quoad excommunicationem, & quoad aliquid quoad ipsum receptum tenet, & non quoad non receptum. Ita Caiet. ¶ Vigesima sexta, in priuilegio Bonifacii contra detinentes apostatas religiosos. ¶ Vigesima septima, est Clementis ad minores. cap. quos nos. contra minores recipientes fratres professos ordinis Prædicatorum. Idem de eremitanis. ¶ Vigesima octaua, in extrauaganti Ioannis XXI. cap. super gentes. contra præsumptuose impediens legatos, seu nuncios apostolicos, ne recipiantur, aut faciant ea, ad quæ missi sunt. ¶ Vigesima nona, est Leonis X. in concilio Lateranensi, contra impugnationem montem pietatis. ¶ Trigesima, in cap. pro humani. in. 6. de homic. contra occidentes per assassinos, qui erant quoddam genus hominum infidelium, quod genus modo ignotum est. ¶ Trigesima prima, in concil. Lateranensi de raptoribus contra illos, qui Christianos naufragium patientes spoliât rebus suis, nisi ablata reddiderint statim, etiam sine monitione. ¶ Trigesima secunda, in Clem. r. de vsur. contra communitatum potestates, capitaneos, rectores, consules, iudices, consiliarios, & alios quoscumq; officiales facientes statuta, vt vsuræ soluatur, vel quod cū repetunt non soluatur, vel sita iudicate præsumperint, & contra eos qui ea statuta hæcenus edita de libris communitatum habentes ad id potestatem intra tres menses non deleuerint, aut si officiales ea obseruauerint statuta, solos officiales exprimit. ¶ Trigesima tertia, in cap. vsurarium. de vsur. lib. 6. contra locantes domos vsurarijs alienigenis, & alias non oriundis de terris ipsorum, & contra huiusmodi vsurarios manifestos de terris suis non expellentes. Includit clericos habentes ali quod dominium, & etiam alios, quoslibet minores episcopo. ¶ Trigesima quarta, in cap. vbi periculū. de elect. in. 6. contra non seruantes obseruanda in electione papæ. ¶ Trigesima quinta, cap. vbi periculū. de elect. in. 6. contra mittentes nuncios cardinalibus in conclauis existentibus.

T t 2 ¶ Trige-

¶ Trigesima sexta in capit. i. in lib. 6. de excessu pralatorum, contra mendicantes qui loca, vel domos ad habitandum de nouo recipere seu mutare, quæ ante hanc constitutionem receperant, vel etiã transferre in alios cuiusuis vsus alienationis prohibentem, constitutionem transgrediuntur. ¶ Trigesima septima in cap. mulieres. in 6. de iudicijs. contra fraudulenter fingentes casum, pro quo iudex ad aliquam mulierem pro testimonio mittat, vel vadat personaliter. Sed isti fraudulenti factores incurrunt excommunicationem subsecuto effectu q̄ mittat, aut vadat, alias non. ¶ Trigesima octava in cap. hac constit. in 6. de offic. delegat. contra conseruatores de alijs, quàm de manifestis iniurijs & violentijs, scienter se intromittentes, vel ad alia, quæ requirunt iudicalem indaginem suspensio, decernitur ab officio per vnum annum, & contra partem hoc procurantem sententia excommunicationis, à qua non possit absolui, nisi præmissa satisfactio ne integraliter de expensis factis à parte fatigata. Sed datus conseruato ad tutelam, non solum de manifestis, sed etiam de alijs possit se intromittere, vt communiter fit hodie, secundum Petrum Palud. & sic non habet locum hæc sententia. Item incarritur quando sequitur effectus, pro quo fit satisfaciendum. ¶ Trigesima nona, in cap. clericis. ne clerici, vel monachi, contra post monitionem sacerdotes præsumpti habere officium vice comitis, aut præpositi sæcularis alicuius domini. Est etiam secundum alios contra Caieta. contra constitutos in sacris id officij assumptes: quia iniuria fit sacerdotio, etiam si vitetur mutilatio, & effusio sanguinis. ¶ Quadragesima, in cap. indemnitatibus. in 6. de electio. contra viros, vel sceminas, qui addirigendum moniales in electionibus vocantur, feminantes discordiã in talibus electionibus, vel eam nutriendes. Si autem ad id non sint vocati, etiam quòd seminant, vel nutriant discordiam, hanc excommunicationem non incurrunt. ¶ Quadragesima prima, can. administratores. 23. quæst. 5. contra administratores dignitatum sæcularium, qui non faciunt iustitiam clericis post præmissam trinam monitionem. ¶ Quadragesima secunda, cap. vnico. de rel. do. in 6. & in extrauag. Ioan. XXI. capit. Sancta Romana. contra nouum ordinem vel religionem inuenientes, vel habitum nouæ religionis assumptes, viuentes simul, & tria vota vouentes solennia. ¶ Quadragesima tertia, in cap. i. de schismat. contra tenentes ordinationes Octauiani, & Guidonis hæresiarcharum. ¶ Quadragesima quarta, in cap. licet. de elect. contra electum à tertia parte Cardinalium, si se pro papa gesserit. ¶ Quadragesima quinta, in extrauagat. Ioan. XXI. cap. Sancta Romana. contra perseuerã

tes infecta Fratricellorum, Biginarum. Nomine biginarum intelliguntur infideles, de quibus in capit. ad nostrum. in Clem. de hæret. aut de suspectis de fide cap. 1. de religio. dom. non autem illæ mulieres, quæ dimissæ dicuntur, manentes in nuptiæ in domibus parentum. ¶ Quadragesima sexta, contra inquisitores ordinum Prædicatorum, si procedat contra fratres Minores, & è contra per extrauagantem Pauli Secundi, sed Clemens VII. reuocauit hoc per breue, quod incipit. propter labem, seruato ordine, & monitione eorum superiorum præmissa.

¶ Quadragesima septima, in concil. Tridentino, sessione. 25. capit. 8. anathemati subijciuntur quæcunque personæ, cuiuscunque conditionis fuerint, quæ cogunt aliquam mulierem inuitam præterquã in casibus à iure expressis ad ingressum monasterij, vel ad susceptionem habitus, cuiuscunque religionis, vel ad emittendam professionem, quicquidque consilium, auxilium, vel fauorem derint, quicquidque scientes eam non sponte ingredi monasteriũ, aut habitũ suscipere, aut professionem emittere, quo quomodo eidẽ actui, vel præsentiam, vel cõsentium, vel autoritatem interposuerint. Similiter excommunicantur, quicunque, qui eas ab hoc impediunt, quando habent voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi. ¶ Quadragesima octaua, in concil. Trident. Sess. 24. capit. 9. de reform. sub anathematis poena ipso facto incurrenda præcipitur omnibus cuiuscunque conditionis sint, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos tuos, vel quoscunque alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant. Circa quod aduertit Corduba in additionibus ad tractatum de casibus conscientiarum, quòd quando pater, vel princeps impedit sceminã sibi subditam à matrimonio contrahendo cum eo, cum quo ipsa contrahere vult, si hoc faciat sine iusta causa, vel fraudulenter, vt nubat ipsa, quibus ille vult, incidit in hanc excommunicationem: quia hoc est indirectè eam compellere, quod prohibet Concilium Tridentinum, secus est, si non fraudulenter, neque isto fine, sed rationabiliter eam impedit princeps, vel pater eius, scilicet, quia matrimonium cum eo, cui ipsa vult nubere cedit in perniciem ipsius sceminæ. Quia hoc non est compellere eam ne nubat viro sibi conuenienti, quem ipsa elegerit: sed ne nubat huic sibi pernicioso. Sicut non tollitur libertas eligendi electoribus, si prohibeantur eligere personas inhabiles ad regimen, cum possint eligere ex alijs dignis & idoneis. Igitur licet filia prius nollent alicui nubere, si tamen quia vident parentes id velle, gaudet de matrimonio cum illo, qui patribus eius placet, valet tale matrimoniũ, neque dicitur vi fuisse contractum.

¶ Quadra-

¶ Quarta in concilio Trident. sessio. 24. cap. 6. A excommunicantur raptores mulierum, ac omnes illis consilium, auxilium, & fauorem præbentes ipso iure, & fiunt perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces. Et si clerici fuerint de proprio gradu decident. Et etiam si illa raptũ cõsenserit in matrimonium, raptor & fautores his poenis subijciunt: teneturque raptor raptam decenter dotare arbitrio iudicis, siue eam duxerit, siue non.

¶ Sunt præterea aliæ innumeræ excommunicationes particulares collegiorum, vniuersitatũ, diocesium, ciuitatum, de quibus prudens confessor dum venerit ad aliquam diocesim se debet informare, & inquirere, an sint ibi aliquæ excommunicationes papales, vel synodales. At quia difficile eas omnes memoriæ mandare, prudens confessor dum de eis dubitat, consulat omnes hic citatos canones, & diligenter eos expendat, ac examinet, & vbi dubius remanserit inquirat à doctoribus, ne se & poenitentem in præcipitium det, si absoluat à peccatis, quem à censura referuata absolueri non potest. Absoluius materiam de excommunicatione. Laus Christo Domino, & beatæ matris eius.

### De interdicto.

## C A P. XXI.

¶ Quot sunt censura ecclesiastica, & de earum differentia, & de earum etiam conuenientia: Et quid sit interdictum: & quotupliciter distinguitur: & de secunda eius diuisione in locale, & personale: Et de effectibus interdicti singulatim, & quænam sacra tunc prohibeantur: Et de differentia inter cessationem à diuinis, & interdictum, & de effectibus, quos vtraque hæc censura operatur: Et de quadam regula generali ad cognoscendum, quando interdictum & suspensus & excommunicatus celebrando irregularis efficiatur: Et de poena clericorum, & culpa laicorum interdictum violantium: Et an omisio formæ concessa in celebrando in tempore interdicti inducat irregularitatem: Et quid de tunc temporis admistrantibus altari: Et an suspensio & priuatio electionis sit effectus interdicti: Et an interdictum suspendi possit, & quibus festiuitatibus de iure suspenditur: Et an in illis festiuitatis liceat mortuos sepelire, vel alia facere: Et an Mendicantes gaudeant priuilegijs instruct. conc. Pars. 2.

terdicti suspendendi post concilium Tridentinum. de cessatione, & de in ea seruandis, iuxta determinationem Salmantinam.



Aboluta iam proluxa excõicatio- nis materia, nunc aliquid de censura interdicti nos dicere series materia exposcit. Igitur in primis præsignanda est tam differentia censurarũ ecclesiasticarũ, de quorũ numero est interdictũ, & etiã prænotãda est ea, quæ inter eas est differentia. Sunt autẽ numero quatuor censurae ecclesiæ, scilicet, excõicatio suspensio, interdictũ, cessatio à diuinis. Inter has cõnumerat Sotus in 4. sent. dist. 22. q. art. 1. irregularitatẽ. Verum id nõ facit tam cõsideratẽ. Nã non cõsiderauit textum. c. quærenti. de verb. signi. Vbi cõsultus papa quid intelligat per censuram ecclesiasticam, connumerat illas tres species, scilicet, excommunicationem, suspensionem, & interdictum, ad quod reducitur cessatio à diuinis, nulla facta mentione de irregularitate. Nam irregularitas, vt contrahitur propter indecentiam citra culpam, planum est, quòd censura ecclesiastica nõ est. Sed neque irregularitas illa, quæ contrahitur cum culpa censura ecclesiastica propriè dicenda est. Tum quia prædictus textus sine distinctione loquens, eam videtur excludere à numero censurarum, si inde argumentum fiat à sensu contrario, quòd validum est inter canonistas. Tum, quia irregularitas contracta ex delicto non est censura, quæ decernitur propriè ab homine: quia non potest iudex imponere poenam irregularitatis, nisi sit iure decreta propter aliquod factum. Tum, quia irregularitatem non duplicat, neque nouam irregularitatem causat, celebrare in irregularitate, sicut solet de nouo causari per celebrationem factam in excommunicatione, vel in interdicto ab ordinibus, vel in suspensione ab eisdem.

¶ Præterea differentia inter has censuras prima patet ex earum diffinitionibus. Quoniam excommunicatione maior, est exclusio à sacramentis, & à suffragijs ecclesiæ, & à cõmunicatione fidelium, vt prædictũ est. Suspensio verò definitur, esse ecclesiastica censura, qua quis priuatur vsu potestatis ecclesiasticæ quã habet, vel circumscriptionem ordinum, vel circa vsum iurisdictionis, &c.

¶ Interdictum autem canonicũ, est ecclesiastica censura, qua homo separatur à certis sacramentis, omnibusque diuinis officijs, etiam audiendis, & ab ecclesiastica sepultura, vt patet ex cap. non ex vobis, de spotal. & cap. quod in te. de poenit. & remiss. Cessatio vero à diuinis est organorum suspensio, hoc est, ministrorum prohibitio, ne sacra faciant, aut diuina celebrent.

T t 3 ¶ Irre-

**I**rregularitas vero, est quasi priuatio regulæ, hoc est indignitas secundum canones, ne quis possit ad ecclesiasticos ordines promoueri, vel si promotus fuerit nequeat in eis ministrare. At licet secundum Sotum hæc secunda priuatio potius præ se ferat imaginem suspensionis, quam irregularitatis: veruntamen suspensio priuat ad ministracione ordinum quatenus in ea etiã communicant fideles, vt cum quis est suspensus quo ad se, & quo ad alios suspensione simpliciter dicta. ¶ At irregularitas priuat administracione ordinum, quatenus actus ordinum est secundum Nauarrum. Secundo autem differentia inter censuras ecclesiasticas est, quod scilicet, excommunicatio, & suspensio non decernitur, nisi propter peccatum ipsius personæ, quæ excommunicatur, & suspenditur. Interdictum verò non semper decernitur propter peccatum illorum, qui sacris interdiciuntur, sed propter alienum. Nam in odium illius, qui pertinaciter obstinatus est in excommunicacione interdicitur ciuitas, atque id ipsum contingit in cessacione à diuinis. Irregularitas vero aliquando sine proprio peccato, aut alterius causatur, vt in iudice iuste damnante reum ad mortem. ¶ Tertium autem discrimen est, quod excommunicatio, & suspensio non decernuntur, nisi in personam ratione sui delicti in pœnam illius, sicut etiam irregularitas, quæ cõtrahitur ob delictum. Interdictum autem, & cessacio decernitur aduersus totam ciuitatem, vel regnum, eo quod citra vniuersitatis culpam potest ipsa interdici. Ita Sotus.

¶ Porro nunc etiam convenientia, quæ est inter censuras ecclesiasticas præmittenda est: cuius meminit Syluester verbo, interdictum. Igitur excommunicatio, suspensio, & interdictum, quæ propriè sunt censuræ ecclesiasticæ in his nouem conditionibus convenientiam habent. Primo, quod quælibet earum est censura ecclesiastica. Secundo, quod quælibet in scriptis debet ferri. Tertio, quod nullam eorum suspendit appellatio subsecuta: & quælibet earum annullat appellatio eam præcedens. Quarto, quælibet debet præcedere monitio, cum fertur ob contumaciam, & non in pœnam. Quinto, quod quælibet est nulla cum fertur sine canonica monitione, ab excommunicatore contra participantes cum excommunicato à se. Sexto, quod quælibet impedit à diuinis, excepta illa suspensione, quæ non fit ab eis. Septimo, quod in absolutione omnium iuratur. Octauo, quod nulla eorum ferri potest ab ordinario contra receptos in speciales filios papæ. Nono, quod quælibet earum est à superiore seruanda: imo & ab ferente eam, quousque eam tollat. Vide Nauar. cap. 27. numer. 164. Vbi citat textus, in quibus hæc om-

nes convenientiæ continentur, in quibus istæ censuræ conueniunt.

¶ Adde etiam, quod præter differentias supra positas adhuc ecclesiasticæ censuræ differunt. Primo, quod secundum aliquos excommunicatio non potest suspendi, sed aliæ censuræ suspendi possunt: imo etiam ipsa excommunicatio si credendum est Decio & Nauarro eum sequenti. Secundo, quod episcopus non suspenditur, neque interdicitur, sine expressa mentione ipsius. Bene tamen incurrit excommunicacionem, etiam si de ipso non fiat in iure excommunicacione mentio. capit. quia periculosum est. de sententia excommunic. lib. 6.

¶ Tertio, quod vniuersitas non potest excommunicari. capit. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excom. lib. 6. sed bene potest interdici, aut suspendi eodem titulo. capit. si sententia.

¶ Quarto, quod excommunicatio maior non incurritur, nisi ob culpam mortalem: sed tamen suspensio & interdictum, & excommunicatio minor etiam ob venialem culpam incurri potest. dicto cap. si sententia. ¶ Quinto, quod excommunicati nunquam admittuntur ad diuina, sed bene interdum admittuntur ad diuina suspensi, & interdicti alijs. de sent. excom. cap. finali in. 6.

¶ Sexto, quod ad absoluendum ab excommunicacione semper requiruntur aliqua verba. Sed tamen, quando suspensio, vel interdictum feruntur, quousque certum quid fiat aliqua verba ad absoluendum ab illis non requiruntur: quia satis est tunc, vt illud fiat, iuxta notabilem gloss. in Clemen. 1. de decimis. verb. donec.

¶ Præterea, quoniam interdictum iuxta suam definitionem, est prohibitio quædam diuinorum officiorum cum iudex, scilicet, ecclesiasticus interdicit à diuinis officijs, & à sacramentorum actiua, & passiva celebratione, respectu aliquis loci, vel personarum facta, ecclesiastica etiam prohibens sepultura. Differt autem interdictum hoc à suspensione ( licet passim probetur esse quædam suspensio capit. quod in te. de pœnitentia & remissione. ) quod non est simplex suspensio, sed solum prohibitio à prædictis. Hinc colligere licet, quod interdictum ecclesiasticum in personam ferri potest, quo ad certum actum, & quoad certam & peculiarem actionem ordinis. Vt si aliquis interdicitur à celebratione missarum, ab ingressu ecclesiæ, à collatione sacramenti pœnitentiæ.

¶ Vnde rursum colligitur distinctio sacerdotis, simpliciter suspensi ab officio, à sacerdote tantum interdicto ab ingressu ecclesiæ, vel ab alia peculiari ordinis functione.

¶ Deinde secundo notandũ est, quod sub prædicta interdicti definitione, non cõprehenditur interdictum

dictũ ab ingressu ecclesiæ. Nam interdictus ab ingressu ecclesiæ potest tum primo celebrare extra ecclesiã, secundum glossam, communiter receptam, capit. is cui. de sent. excom. in. 6. & cap. præfenti. §. q. 2. Tum etiam potest secundo vbi que ecclesiasticam exerceat iurisdictionem: quoniam suspensus non est, secundum gloss. ca. sacro. verb. interdictum. Tum tertio, quia iste sic interdictus ab ingressu ecclesiæ potest sepeliri in ecclesia, si pœnituerit. capit. is cui. de sentent. excom. Quia tunc ad hoc potest ab illo ingressus ecclesiæ interdicto absolui, etiam si ob contumaciam sic interdictus fuisset cõtra alios. Sic ait Couarruias in hoc casu. Quoniã, si in articulo mortis suæ contumaciæ signa contritionis ostenderit, non est mentis ecclesiæ, quod iste careat ecclesiastica sepultura. Secus est si non pœnituerit. Verum interdictum ab ingressu ecclesiæ ob criminiam commissam & remissam præsertim nõ tam graue, nõ est censenda à pia matre ecclesia velle tanta ignorantia afficere vt ecclesiastica sepultura careat. Sic enim intelligitur capit. is cui. Tum quarto, quia licet interdictus ab ingressu ecclesiæ in ecclesia non possit sepeliri, nisi ( quia pœnitens fuit ) in morte, vel post ab hoc interdicto absoluatur: & licet celebrans intra ecclesiam fiat irregularis, & in ecclesia non possit diuina officia audire, non tamen ex tali audicione fit irregularis capit. is cui. eod. tit. Potest tamen ibi intra ecclesiam orare tempore, quo diuina officia nõ celebrantur, imo extra ecclesiam celebrando nõ fit irregularis. ¶ Nunc de diuisione interdicti agendum venit. Igitur vt colligitur ex doctrina Doctorum, interdictum est triplex, scilicet, locale & personale & mixtum, scilicet, locale & personale simul, in cap. si sententia. de sent. excom. lib. 6. Vt verbi gratia, quando interdicitur ciuitas, & prouincia, dicitur interdictum locale. Personale autem interdictum dicitur, quãdo populus, clerus, collegium, & huiusmodi interdicitur. Aliquando est locale & personale simul, vt quando locus & personæ sunt simul interdicitæ. Sed circa hanc diuisionem & eius membra oritur primo quæstio, scilicet, quando intelligendum sit, locum esse interdictum, quãdo vero personæ, & quid intersit inter vtrũque interdictum, locale & personale. Respondetur ergo ad primam partem quæstionis, quod vbi communitas collegiũ aut vniuersitas interdicta fuerit: tunc non locus censetur interdictus, sed personæ. Nam hoc interdicto non comprehenditur locus iuxta textum egregium. capit. si sententia. de sent. excom. & cap. 1. de vfaris. Sed hæc assertio locum habet, secundum Couarruiam. 2. par. relect. super c. alma mater. de interdicto. vbi communitas posset inde à loco commodè expelli,

Instru. consc. Pars. 2.

vt in eodem loco celebrari posset. Sed quia semper difficultas quædam interuenit in expellendo totam communitatem, vt locus liber possit manere ad celebrationem diuinorum: ideo tutius est, quod interdicta vniuersitate, locus etiã censetur interdictus. Sic Syluester verb. interdictum. 2. quæst. 8. & Franc. & Calder. & Florent. part. 3. titul. 26. cap. 3. colum. 3. Hæc autem Syluestri opinio tutior est. Tum propter interdictionis intentionem. Tum, quia vniuersitas interdicta generaliter ipsum locum representat, & eũ inhabitat maiori ex parte. Cæterum, quia hic etiam in dubium venire solet, an interdicta ciuitate, castro, villa, vel oppido, intelligatur interdictus esse ipse locus, aut personæ, videtur autem, quod per hoc intelligendum sit esse interdictus personas ciuitatis. Nam autore Aristotele libr. 3. Politicorum. c. 1. Ciuitas est ciuium multitudo: & ciuitas nihil aliud est, quam ciuũ collectio. l. ciuitas. ff. si certum petatur. In contrarium autem est ca. si sententia. §. cæterum. de sentent. excom. in. 6. quod contrarium videtur insinuare, scilicet, quod interdicta ciuitate locus ipse, & non ciuis censetur esse interdictus. Igitur pro resolutione dubij dicitur secundo, quod secundum Doctores in dicto. §. cæterum. & Syluester. verbo, interdictum. 1. in princip. constat, quod interdicta villa, ciuitate, aut castro intelligimus per hæc verba ipsum locum esse interdictum: non autem eius ciues, aut habitatores per hoc interdicti esse censentur. Nam ex materia & conditione actus, quæ dicitur interdictum plerumque in locum decerni, & non in personas, quia loco cõuenit, colligitur tale interdictum non ad personas, sed ad locum esse referendum. Igitur licet verum sit, ciuitatem, villam, castum, oppidum proprie accipi pro ipso loco: nihilominus tamen ratione materiæ subiectæ, ab hac propria significatione ciuitatis & vniuersitatis aliquando receditur, ratione materiæ subiectæ, quando, scilicet, alias interdictum in vniuersitatem esset inane. Sicut legatum factum ciuibus secundum Couarruiam non acquiritur reipublicæ, quando reipublicæ legatum non conueniebat, aut ei legari non poterat. l. ciuibus. ff. de rebus dubijs. Igitur regula generalis sit in hoc casu, quod subiecta materia in hoc casu est inspicienda, vt pro quo accipiatur populus aut ciuitas intelligatur. Cæterum ad secundam partem quæstionis respondentes dicimus tertio, quod hæc est differentia inter interdictum locale, & interdictum personale, quæ maxima animaduersione digna est, scilicet, quod quãdo solus locus est interdictus, possunt loci habitatores, qui inculpabiles sunt extra illum diuina officia audire. Hoc autem habetur expresse capit. si sententia. versu,

T t 4

cæterum.



caeterum de sent. excom. Et pari ratione extra interdictū locum possent sepeliri in loco sacro alterius loci non interdicti, sicut prædiximus, quod etiam si ob culpā interdictus esset aliquis ab ingressu ecclesie, potest in loco sacro sepeliri, si decesserit poenitens. cap. is cui. de sent. excō. in 6. Si autem interdictum sit personale, ita quod personæ fuerint interdictæ, etiam ut ciues alicuius urbis, non poterunt tunc alicubi recipere sacramenta, neque audire diuina, dum suum domicilium non mutauerint in aliam ciuitatem, vel villam. Sicque secundum sententiam doctorum intelligitur cap. si sententia. versiculo. cum vero. de sent. excom. in 6. Igitur caute obseruandas est tenor interdicti, ut intelligatur, sit locus interdictus, aut loci homines.

¶ Quarto perpendendum est, quod interdicto clero alicuius ciuitatis, non intelligitur populus illius urbis interdictus, neque interdicto populo intelligitur clerus interdictus: unde vno horum interdicto alter ad diuina admittendus est, dicto cap. si sententia. in principio. Neque etiam interdicto clero alicuius ecclesie censetur ipsa ecclesia, & ipsius locus interdictus. Imo poterunt diuina intra eandem celebrari iuxta textum. cap. exemptionem. de priuileg. in 6. & glossam cōmuniter receptam. cap. si sententia.

¶ Adde quinto, quod ultra hoc, quod interdicta ciuitate interdicti censentur ciues in ipsius interdicti causa culpabiles, si contingat interdicti clerum: tunc non tantum clerici seculares, sed etiam religiosi & religiosæ, & vere conuersi, censentur interdicti, secundum communem cap. si sententia. Ira Syluester verbo, interdictū. 2. q. 8.

¶ Accedit sexto, ad prædicta, quod interdicta cathedrali ecclesia, canonici ipsius non censentur interdicti. Quocirca extra ipsam alta voce non solum ut singuli, sed ut collegium representant, cum solennitate etiam possunt celebrare, secundum Cardin. capit. vltimo. de excessib. prælatorum. ¶ Sed & de suburbis solitum est hic dubitari, an interdicta ciuitate interdicta censentur eius suburbia. Respondetur primo, quod licet alias nomine ciuitatis, non intelligantur suburbia aliquando, sed id tantum, quod muris cingitur. l. ut Alphenus. ff. de verb. signifi. tamen in hac materia consideranda est materia subiecta, & qualitas, & conditio loquentis, ut percipiat, an intellexerit sub nomine ciuitatis, suburbia, & continentia, aut non. Textus notabilis capit. si æquitas. isto titul. Et parum refert nomen proprium adiectiæ præponatur, vel postponatur, id est, quod dicatur, verbi gratia, ciuitas Toletana aut Toletana ciuitas. Secundo dicimus ad punctū quæstionis, quod in materia de interdicto, certum est, quod interdicta ciuitate in

telliguntur interdicta eius suburbia: quoniam alias frustra esset interdicta ciuitas, nisi interdicta censerentur eius suburbia: nam ibi possent eius ciues in suburbis audire missam cap. si ciuitas. isto tit. Ita ibi respondet papa. Adde, quod etiam si suburbia, sint alterius domini a domino ciuitatis interdictæ, ciuitate interdicta censentur & hæc suburbia esse interdicta. ca. si ciuitas. Etiam si decernens interdictum super illa suburbia iurisdictionem ecclesiasticam non haberet, quod notandum esse ait Couarruias cum Felino capit. Rodolphus. Si autem quis hic sciscitetur quænam dicantur suburbia, & continentia, quatenus attinet ad materiam: Respondetur secundo, quod in hoc arbitrio boni viri standum est, idque ex situ loci, & ex vsu loquendi, & ex alijs diffiniendum venit iuxta glossam communiter receptam capit. si ciuitas.

¶ Quibus supra dictis addimus tertio cum Metina in sua instructione allegante Sotum, quod si forte esset interdicta aliqua ciuitas, & excepta essent eius suburbia, ne essent interdicta: tunc etiam qui potirentur privilegio Cruciatæ, non solum possent, sed etiam tenerentur ibi in die festo audire missam, dum ibi sint ecclesie, in quibus consuetum est missas audire communiter. Sic enim intelligenda est hæc obligatio. ¶ Ex prædictis sequitur vltimo corollariè, quod extra materiam interdicti iuxta Felin. dict. ca. Rodolphus. de rescriptis. in materia odiosa & stricta appellatione ciuitatis suburbia non continentur: quoniam hoc ab mente disponentis, iuxta subiectam materiam colligitur. Secus autem dicendum est in materia fauorabili. Sic attendenda est materia & mens interdicens quæ frustra retur, nisi suburbia interdicta censerentur.

¶ Præterea nunc de alia secunda diuisione interdicti agendum superest. Diuiditur enim interdictum, siue sit locale, siue personale in interdictum generale, & in interdictum speciale. Igitur interdictum generale est, ubi regnū, prouincia, ciuitas, villa, aut castrum interdicuntur. ¶ Speciale autem interdictum est, quando in aliquam ecclesiam, vel parochiam nominatim decernitur. Ita Syluest. verbo, interdictum. 1. quæst. 3. & patet cap. cum in partibus. de verb. significatione.

¶ Hinc corollariè inferimus cum Couarruias, quod interdictum etiam particulare, & speciale est, si omnes ecclesie alicuius ciuitatis ita interdicantur, ut nihil referat, an singulariter, aut generaliter interdicanter. Quoniam satis est, quod extra ecclesias in eodem loco diuina officia celebrari possint, ut interdictum dicatur particulare, & non sit dicendum generale. Quod & confirmat Syluest. prædicta quæst. 3. Sic cōmuniter est receptum. Secundo sequitur corollariè,

rie, quod si fuerit populus ciuitas, vel villa interdicta, etiam si in illis vna tantum contineatur ecclesia, dicitur iure optimo esse generale interdictum, colligiturque ex prædictis. Hæc autem distinctio generalis interdicti ab speciali multum confert ad multa dubia per calenda, quæ in hac materia pertractantur: ideoque digna est ad notatu.

¶ Super hæc adhuc dubitari contingit, vtrum interdictum ecclesiasticum possit infligi pro peccati hominis culpa, aut ob pecuniarium debitum. Respondentes ergo ad primam quæstionis partem, dicimus, quod licet interdictum ob culpam domini alicuius loci secularis, siue ecclesiastici, id est, episcopi possit imponi iuxta caput. non est vobis. de sponsalibus, & partita. 1. l. 14. tit. 9. & communem: tamen ob vnius hominis priuati culpam non potest tota ciuitas, aut populus interdicti, ut vsu obtentum est, nisi fiat ex speciali commissione Papæ, quam citra magnam difficultatem concedere non solet. Et tunc in hunc modum, scilicet, ut decernatur in ecclesiam parochialem aduersarij, & simul in alteram, ita ut procedatur, sic gradatim, secundum, quod increuerit contumacia. Quod si totaliter increuerit, tunc tota diocesis supponitur interdicto: & ad huc indurato ecclesia cathedralis interdicuntur. Quoniam iuxta notabilem textum cap. quantum. §. quanquam. de præbend. in 6. (quæ dispositio locum habet in qualibet odiosa dispositione) non censetur interdicta cathedralis, etiam si in omni diocesi, & in omnibus ciuitatibus sit decretum interdictum. ¶ Ad secundam autem partem quæstionis respondetur, quod secundum Bonifacium octauum cap. prouide, inter extrauagantes communes, sub rubrica, quod interdictum ecclesiasticum, nequaquam decernatur, non potest decerni interdictum iure ordinario in aliquam ciuitatem, vel populum ob pecuniarium debitum, hoc est, propter contumaciā domini, vel episcopi illius loci commissam in detinendo æs alienum, vel non soluendo. Quæ quidem extrauagans iussa est seruari a Carolo anno 1525. Quæ quidem constitutio intelligitur prohibere interdictum etiam in speciali interdictum in aliqua ecclesia exploribus vnius oppidi. Sunt etenim iudices seculares & regij, qui cogere possunt, ad debitum hoc soluendum. Vide etiam Concilium Basiliense sess. 20. ut videas, quanto maturo consilio ecclesiasticum ferendum sit interdictum. Igitur secundum Sotum ad interdictum decernendum requiritur causa grauis, & digna. Nam certe locus & populus non est, nisi grauissima de causa interdicens. Neque quæcunque quæ ad excommunicandum sufficit ad hoc iatis est: quia interdictum in periculum diuini

cultus vergit. ¶ Deinde nosse oportet, qui nam sint, qui interdicens possunt. Dicitur ergo ad quæstionem, quod omnes prælati ecclesiarum cathedralium, aut collegiarum, scilicet, episcopi & abbates, qui præsunt collegiatis possunt interdicens tam locum, quā personas, quia habent iurisdictionem ordinariā, ut habetur cap. cum inter. de consuetudin. & cap. cum ab ecclesiarum de offic. ordinar. Similiter Concilium generale, & capitulum sede vacante. Minores quoque prælati, ut prælati religionum, quippe qui excommunicare possunt, pari ratione possunt interdicens subditos, id est, ab audiendis diuinis cohibere, ut patet, ex eod. cap. cum ab ecclesiarum, quia hoc minus est quam excommunicare. Caeterum, ut ecclesiam, vel locum interdicens possint, in vsu non est, nisi in aliquo oppido vel castrum habeant iurisdictionem.

¶ Præterea de effectibus interdicti sigillatim differendum nunc nobis est. Sunt igitur tres eius effectus. Primus, scilicet, quod nemo audire sacra valet, nisi clerici primæ tonsuræ. Secundus, quod neque recipere aliqua sacramenta. Tertius, quia neque defuncti gaudere possunt ecclesiastica sepultura præter clericos; ut cap. quod in te. de poenit. & remiss. Et quantum hic continetur, quod clerici sepeliantur cum solennitate, & silentio: tamen nunc temporis, ut Syluester ait, verbo interdictum quinto. §. 10. conceditur, ut missa & officium funeris cum moderamine capituli. alma mater. celebretur.

¶ Circa primum effectum, qui est prohibitio ut nemo audire sacra valeat, quæritur, an aliqui ab hac prohibitione excipiantur. Respondetur primo, quod excipiuntur gaudentes diplomate cruciatæ. Similiter clerici primæ tonsuræ. Circa quos clericos specialis exurgit quæstio, an clerici primæ tonsuræ coniugati excipiantur ab hac prohibitione. Respondetur autem cum Soto & Couarruias ubi supra quod clerici coniugati etiam cum virgine ex hoc privilegio ad diuina tempore interdicti non possunt admitti, etiam si tonsuram deferant: quoniam solum gaudent duobus privilegijs, scilicet, si quis suadente diabolo, & privilegio fori, quia in reliquis, ut laici reputantur: quia iam non sunt altaris ministri, neque ecclesie, secundum Doctores, in cap. vni co. de cleric. coniug. in 6. Caeterum Nauarrus in summa cap. 27. nu. 174. addit, quod si esset consuetudo præscripta, qualis dicitur esse in Aragonia, quod clerici coniugati cum virgine admittantur ad diuina officia, valeret illis, argumento cap. finalis. de consuetud. etiam si esset introducta per errorem iuris. ¶ Adde vero primo quod omnes alij clerici etiam exteri possunt admitti iuxta formam c. alma mater. Ita Syluest.

verbo interdictum. 7. quæst. 1. Estque verior & communis cōtra Archidiaconum. Accedit. 2. ad hoc, quod familiares clerici laici, qui ante interdictum inseruiens ecclesie in solennibus ministrabat tēpore interdicti, adhuc admitti potest, modo interdictus nō sit, in specie, neq; generaliter, secundum Franc. Calderi. Ancarr. Ex quo sequitur quod cap. licet, de priuileg. intelligendū est de familiaribus, non interdictis tantum, quia interdicti semper sunt excludendi.

¶ Item tertio nota, quod licet priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti cū prædicta moderatione capituli, alma mater, quod solum locum habet in interdicto generali, non valet ei, fuit causa eiusdem, aut cuius fraude, aut culpa fuit positum, aut commissum delictum, ob quod fuit indictum, valet tamen ei, qui interdicto causam non præstitit, si est persona singularis, valetque ei non solum pro se, sed pro suis familiaribus domesticis, qui non sunt fraudulenter recepti ad audiendum, aut celebrandum cū illo cap. ultimo, de verbor. signific. Vnde sequitur, quod qui huiusmodi priuilegium habet, potest familiam suam, quæ eum comitatur in ecclesiam secum ducere iuxta concessionem Bonifacij, licet vobis, de priuileg. lib. 6. nisi causam dederit interdicto. Secundum autem Nauarrum cap. 27. nu. 181. illi in hoc casu tantum intelligendi sunt familiares domestici alicuius priuilegiati tempore interdicti, qui eum de more comitantur, ne inutile fiat priuilegium iuxta glossam cap. licet. Si autem sic priuilegiatum est collegium, non valet, nisi collegis in dicto. cap. licet. ¶ Plura diximus de hoc in expositione bullæ. Quibus addimus, quod priuilegia concessa aliquibus religiosis, vt tempore interdicti possint admitti ad diuina officia suos confratres, intelliguntur de illis, qui licet sint, & maneant extra monasteria: tamen se addixerunt illi ordini mutato habitu sæculari, aut donarunt bona sua ordini donatione inter viuos, seruato sibi quandiu vixerint vsu fructu cap. vt priuilegia, de priuileg. Similiter priuilegia habentes, quod tempore interdicti possint admitti ad diuina officia, possunt sepeliri in coemeterio; quæ est opinio Calderini, & Angeli verbo, interdictum. 6. §. 35. Et quia est favorabilior cōtra Federicum secundum Nauarr. obseruanda videtur. ¶ Deinde an infantes tempore interdicti excludendi sint à diuinis officijs in dubium hic reuocari solet. Igitur respondetur cum Couarruua de interdicto. §. tertio, quod licet infantes secundum Syluestrum verbo interdictum. 2. quæst. 17. & pueri doli nondum capaces in populo interdicto non possint audire diuina in loco interdicto, quia hoc eis non conceditur secundum Nauarrum ca.

A 27. nu. 168. tamen hoc limitandum est, esse verū in pueris iam septennium adeptis: quippe qui intelligunt missarum solennia pertinere ad cultū diuinum, & ad religionem christianam. Sed ista prohibitio non habet locum in infantibus nihil intelligentibus de his: quia neque hos tangit prohibitio audiendi diuina: licet tunc tempore interdicti bene eos comprehendat prohibitio sepulturæ. Quo circa in sacro tunc non sunt sepeliendi: quia hoc aliam rationem habet: quia nullum corpus admittit ecclesia, nisi ex priuilegio, ad sepulturam tempore interdicti. Quod aiens non sit admittendus ad diuina, tenet Nauarrus. Sed credo oppositum sentit Couarru. & Cordub.

B ¶ Præterea inquirendum est, quænam sint illa diuina, & sacra, quæ tempore interdicti audire prohibetur: quæ quidem prohibitio est primus effectus interdicti. Respondetur ergo, primo, hoc animaduersione dignum præmittentes, quod in præsentiarum loquimur de tempore interdicti generalis. Nam in loco specialiter interdicto non permittuntur diuina officia cum prædicta moderatione capituli, alma mater, ibi in ecclesijs specialiter interdictis celebrari, neque ianuis clausis, neque apertis, argum. glossæ dicti capituli, alma, verbo, ecclesijs. Hoc igitur animaduerso in primis, quæ in interdicto generali non prohibentur dicenda sunt hic. Non ergo prohibetur oratio vespertina, quam vocant Ave Maria, neque Benedictio mensæ, neque declaratio psalmorum, aut euangeliorum, aut aliorum similibus, quæ in diuinis officijs dicuntur, neq; prædicatio, neque oratio priuata in ecclesia, neque cātus laicorum, neq; excommunicare vel absoluere excommunicatū, dū modo fiat absq; stola, & solennitate sacerdotali, secundū Innocentiū in ca. finali, de excessu prælator. Neq; cōfessio generalis quæ solent facere laici sacerdoti: neque introductio puerperæ in ecclesiam ad reddendum gratias Deo, etiam si fiat à sacerdotē, cum confessione generali, absque stola, & ornatu sacerdotis, secundum Calderin. Neque adoratio crucis Veneris sancti: neque commendatio animarum defunctorum, neque alia similia, quæ non sunt diuina officia. Neque cantus laicorum, etiam si cantent litanias. Imo neque si eas cantent clerici absque solennitate crucis eleuata superpelliciorum & ordinis procedendi. Quia secus est, si eas cantent cum prædicta solennitate: quia hoc est diuinum officium. Quocirca id interdicti tempore neq; laicis, aut clericis licet. Neque pulsatio campanæ & campanularum: dummodo non fiat ad horas canonicas, sed ad alios fines, scilicet, ad Ave Maria prædictam, ad ostendendas reliquias, ad notificandum horas, aut ad prædicandū, aut ad aliud, quod non sit diuinum officium, secundum

D

dum Calder. Vide consuetudinem Salmanticæ pulsandi ad notificandas horas, quæ iam excusat à peccato, & à poena: licet forte non excusauit ab his ab exordio secundum Nauarrum.

¶ Præterea quæ tunc tempore interdicti prohibentur circa sacra, sunt huiusmodi: scilicet, quod episcopus tempore interdicti non potest publice benedicere solenniter cum baculo, & versu, adiutorium nostrum: neque benedicere abbatē, aut abbatissam: neque consecrare altaria calices, aut virgines, neq; benedicere corporalia & alia ornamenta ad dicendum missam neque vela monialium. Neque ipse neque parochus possunt benedicere aquam, neque candelas in die Purificationis, neque palmas, aut ramos in dominica palmarum, secundum Nauarrum allegantem Calderin. Neque dicere missam etiam sine consecratione, secundum Syluestr. verbo, interdictum q. 3. quia sunt diuina officia. Hæc igitur omnia tempore interdicti publice prohibentur fieri. Sed ianuis clausis bene possunt fieri, quia secundum Calder. non sunt nisi diuina officia: & quia non sunt sacramenta, sed ad facienda quædam sacramentalia: & ideo fieri possunt in festis, in quibus tollitur interdictum, secundum Nauarr. Licet Couarruuias in §. 5. de interdicto videatur ei cōtradecere, dicens cum Palude in 4. dist. 7. q. 3. q. in festiuitatibus, quibus tollitur interdictum, non licet fontem baptismalem benedicere, præterquam in festo Resurrectionis, quia hæc benedictio non est necessaria ad baptismum. Et in diebus reliquis interdicti possunt benedici fontes ianuis clausis. Verum concedit idem Couarruuias, quod in prædictis festiuitatibus, vbi de priuilegio in iure contento tollitur interdictum, potest confici chrisma: quia illud necessariū est ad sacramentum confirmationis, quod tempore interdicti ministrari non prohibetur.

¶ Porro circa secundum effectum interdicti, qui est, prohibere perceptionem, & administrationem aliquorum sacramentorum, primò explicandum est, quæ nam sacramenta tunc non prohibeantur administrari, & recipi, & quæ nam e contra sacramenta prohibeantur recipi, & conferri. Dicitur ergo primo, quod sacramenta, quæ olim ante constitutionem. c. alma mater. erant permilla in tempore interdicti, & in loco interdicto, possunt nunc ministrari etiam in ecclesia specialiter interdicta. Sic Syluester verbo, interdictum. §. 5. quæst. 5. & Calder. & Florentin. & est cōmunis. Tamen ait Couarruuias. §. 2. quod honestum est, ea non ibi, sed alibi celebrari, si cōmode fieri potest, quod prædicti Doctores fatentur. Item secundo dicitur, quod olim & nūc permillum est dari tempore interdicti baptisma paruulorum cap. non est vobis, de sponsalibus.

A Imo etiam baptismus aultorum hoc tempore permittitur, sicut & olim permittebatur. Quia pia mater ecclesia ad præcisam necessitatem consequendi salutem per baptismū respexit. Item etiam licet sacramentum poenitentiae, & eucharistiae olim constitutis in mortis articulo dabatur (vt patet cap. quod in te. de poenit. & remiss.) tamen nunc per caput, alma mater, desent. ex cōmun. in 6. tempore interdicti, etiam sani ad poenitentiam sacramentum admittuntur: nisi sint excommunicati, qui non nisi in mortis articulo admittentur, vel nisi causam dederint interdicto, qui non admittentur nisi satisfaciant, vel caueat pro vt possunt. Confirmatio quoque permittitur in tēpore interdicti c. resposio. extra desent. ex cōm. Quia ratione & chrisma potest cōfici in die Iouis sancti in tempore interdicti. Sed debet confici ianuis clausis, & interdictis, & excommunicatis exclusis. Ita communiter cap. quoniam, isto titulo. Poteritque administrari confirmatio cum debita solennitate publica. Sicut etiā eucharistia cum requisita solennitate, tempore interdicti constituto in mortis articulo, vel periculo valde probabili, est dāda. Ita Syluester verbo, interdictum. 5. quæst. 7. ¶ Sed circa eucharistiam, quæ dari debet, & potest constitutis in mortis periculo, quæritur, an tēpore interdicti possit dari pregnantibus. Respondetur autem, quod licet Ancarran. & Ioān. Andr. & Cardinalis. in dicto cap. quod te. respondeant negatiue (quia tales pregnantēs non sunt in articulo mortis, quāuis propter partum, periculum mortis sint subitura) tamen Panor. ca. quod in te. & in cap. pastoralis. §. 1. de offic. ordin. & Syluester. verbo, interdictum. 5. quæst. 7. contrarium opinantur, esse verius, quoties periculum mortis in spēcta prægnantis qualitate, maxime timeri potest. Et hoc magis placet Couarruuiæ. Et ratio est: quia tunc infirmo posset dari.

C ¶ Item damnatis ad mortem posse dari eucharistiam affirmat Calderinus & Syluester. verbo, interdictum. 5. quæst. 7. Accedit ad prædicta, quod tempore interdicti licet clerici & religiosi sacerdotes possint celebrare ianuis clausis: non tamē possunt ex iure canonico extra articulum mortis sacramentum eucharistiae à celebrantibus accipere. Sic Florentinus part. 3. tit. 26. cap. 4. col. 3. Couarruuias. §. 3. Nihilominus omnes religiosi, & religiosæ priuilegio hoc gaudent, vt interdicti tempore possint recipere sacramentum eucharistiae, vt patet in compendio ordinum Mendicantium verbo, communicare. §. 8.

D ¶ Præterea nunc de sacramentis, quæ tempore interdicti prohibentur dari, reliquum est, vt dicamus. Igitur tempore interdicti sacramentum ordinis administrari, aut recipi non potest. Est

communis. Ita præpositus. Florentin. Ancarr. Syluester verbo, interdicitum. §. quæst. 7. ad finem. Et Ratio horum est: quia ordo non adnumeratur inter sacramenta, quæ conceduntur posse dari tempore interditi. Ex quo corollarie adnotandum venit, quod neque etiam ianuis clausis tempore interditi, neque etiam exclusis excludendis, possunt administrari ordines: quia constitutio illa. c. alma mater. solum officia diuina permittit tunc: non autem permittit ordinum collationem, aut receptionem. Vnde neque etiam si imminet necessitas ordines sunt celebrandi tempore interditi, secundum Syluestrum verbo. interdicitum. §. quæst. 7. contra Panor. cap. non est vobis, de sponsalib. Couarruias autem. §. illo. 3. merito suffragatur Syluestro, dicens, non esse tutam opinionem Panormitani. Quia licet potest multis rationibus & autoritatibus comprobari: sed ideo secuta non est, quia non interuenit hic vera necessitas ac propria, nisi forte in raro casu. Hinc sequitur, quod neque episcopus ipse, qui interdicitum interposuit, tempore illius interditi posset conferre ordines: quia tenetur illud obseruare, aut tollere, aut suspendere. Alioquin interdicitum non suspensio, aut sublato ordine conferens contrahit irregularitatem.

#### ¶ De Extrema vnctione & Matrimonio.

SVbinde aduertendum est de sacramento extremæ vnctionis, quod neque hoc sacramentum tempore interditi administrari potest, etiâ clericis in periculo mortis constitutis. Ita Doctores cap. quod te de poenit. & remis. ¶ Adde etiam, quod sacramentum matrimonij, quoad eius contractum simplicem, non est prohibitum tempore interditi, neque in loco interdito: quauis solemnitas benedictionum vetita sit: quia ad diuina pertinet officia, secundum communem.

#### ¶ De differentia inter cessationem à diuinis, & inter interdicitum: Et de effectibus, quos vtraque hæc censura operatur.

IGitur perpendendum est primo, quod cessatio à diuinis, quæ (vt prædictum est) est cessatio, seu suspensio organorum diuine laudis in aliquem locum decreta (vt patet ex cap. irrefragabili & ceterum de officio ordinarij) primo differt ab interdicitum, quia secundum Sotum & Co-

uarruiam, & secundum Panor. & doctores ca. dilectis de appellat. est quid facti, quoniam non est ipso iure decreta, sed venit per actum iudicis decernenda. At interdicitum ecclesiasticum est quid iuris. Secundo cessatio à diuinis differt ab interdicitum, & ab excommunicatione maiori in hoc: quod cessatio paucos inducit effectus in interdicitum verò plures effectus inducit: excommunicatio autem adhuc plures alios effectus poenales operatur. At verò circa hanc differentiam primam, & secundam aduertendum est, quod licet cessatio ab interdicitum, & ab excommunicatione differat: nihilominus in hoc cum eis conuenit, quod sicut excommunicatio, & interdicitum post appellationem lata sunt nulla, sic eodem modo cessatio à diuinis post appellationem posita nulla est. Ita secundum Couarr. §. 2. contra Panor. ca. dilectis. de appell. Vnde cessatio post appellationem posita inanis est neque aliquem fortitur effectum. ¶ Tertio differt cessatio ab interdicitum, quod transgressio interditi inducit irregularitatem, vt si tunc celebretur publice non obseruatis obseruandis. Sed violatio meræ cessationis non inducit irregularitatem secundum Couarruiam. Quod tamè limitare videtur Nauar. in sum. cap. 27. num. 189. scilicet, quando ponitur sola cessatio. Cæterum quando feruntur simul interdicitum, & cessatio specialis, tunc ponderandæ sunt attente literæ, & iuxta eas preferendum est iudicium: & sic transgressor fit irregularis ea ratione, qua est interdicitum, & non ea, qua est cessatio. Alias autem violator cessationis etiam generalis (etiam si talis cessatio sit posita ab eo, qui poterat interditi sententiam pronuntiare) non fit irregularis, celebrando diuina. Hæc est communior, & est Syluestri verbo. interdicitum. 1. §. 1. verbo. cessatio. §. vltimo. Facit pro hoc caput. 15. qui. eod. titul. in. 6. Et quoniâ est regula generalis iuxta glossam cap. canonici. de officio ordin. Contra Calderin. Franc. Ioâ. Adr. Innocent. Felinum. Florent. Gonsal. à villa diego, scilicet, quod nullus censendus est irregularis, nisi in casibus à iure expressis, qualis non est hic. Sed neque obstat Clementina. 1. de sent. excom. quæ pro eis videtur facere: quia ibi cessatio generalis, quo ad eius obseruationem, & violationem interdicitum comparatur. Nam responderi potest, quod cessatio generalis æquiualeat interdicitum, non in omnibus, sed quoad poenam excommunicationis, quam tam pro violatione interditi, quam cessationis infligit religiosus, tam exemptis, quam non exemptis Clem. 1. de sent. excommunicatione vt testatur etiam Sotus. Igitur quoniam opinio Syluestri prædicta contra supradictos est magis communis, & benignior, & quæ defendi optime potest, ideo placet

placet Couarruiæ: licet addat, quod forte contraria est vera in casu, quo tempore cessationis generalis diuina officia celebraret quis publice apertis ianuis. Sed neque in hoc casu præcipitanda est sententia propter multa, quæ imminet contra irregularitatem pericula, atque ideo vbi non expresse continetur casus irregularitatis in iure, non est irregularitas ad eum extendenda.

¶ Sed iam declaratio prædicti effectus, scilicet, irregularitatis, quem causat violatio interditi præexigit, vt hæc sequentia dubia veluti prædictis affinia explicemus. Primo quot modis dicitur interditi violator. Respondetur autem, quod clericus dupliciter interditi violator est, secundum Sotum in. 4. dist. 22. quæst. 3. art. 1. Primo, dum ipse est interdicitum. Tunc enim nulli sic exercitia sacrorum ordinum exercere potest: etsi decedat interdicitum, caret ecclesiastica sepultura. cap. is, cui. de sent. excomm. Secundo, si locus sit interdicitus: licet ipse non sit interdicitus, exercendo ordines in eodem loco violat interdicitum. Vnde infert Sotus notanda esse verba textuum, iuris irregularitatem decernentiū, quia non loquuntur, nisi de clericis, qui sunt in sacris, & celebrant, vel officia sacrorum ordinum exequentur. Quo circa religiosus, qui non est in sacris & secularis, & monialis etsi in ecclesia solemniter canant, non fiunt irregulares, vt non possint ad sacros ordines promoueri: sunt tamè aliter puniendi.

¶ Regula ergo solet hic statui à Doctoribus generalis ad cognoscendum, quando aliquis interdicitus suspensus, aut excommunicatus, ratione alicuius exercitij sui officij fiat irregularis. Ea, scilicet, est, quod aduertendum est, an actus, quem talis exercet, sit alicui ordini sacro ita conueniens, vt sit proprius illius ordinis sacri. Vnde infert Nauarrus, quod si sacerdos simpliciter suspensus ab officio, aut interdicitus a ministerio ordinum, aut excommunicatus officiauerit in choro solemniter, tanquam hebdomadarius, incipiendo horas, cum Deus in adiutorium, & capitulando, & dicendo, collectas solemniter, cum Dominus vobiscum, fit irregularis: quia est actus proprius conueniens ordini sacerdotali. Secus est, si vt merus laicus cantaret in choro, vt si caneret psalmum aut responsorium: nam tunc non fieret irregularis.

¶ Deinde ex prædicta regula infert Sotus, vbi supra, cum Syluestro verbo interdicitum. §. 6. irregularitatem non incurrere, nisi clericos, qui sunt in sacris, vt subdiaconi, & superiores: & in casu quo exercent aliquem actum sacro ordini annexum. Ex quo rursus sequitur, quod si dicti subdiaconi sine apparatu epistolam dicerent, non fierent irregulares: quia ci-

tra apparatus epistolam canere laico permittitur. Secus, si cum apparatu tanquam subdiaconus quis eam diceret. Ita Sotus, cui addit Nauarrus in additionibus ad suam summam, quod si aliquis non initiatus sacris sine manipulo, vel stola, diceret epistolam, vel euangelium, sine intentione ministrandi in ordine non habito, sed sola intentione suppendi necessitatem, stante consuetudine, non fit irregularis. Secus, inquit, est si intentione ministrandi faciat: quoniam tunc erit irregularis in foro interiori tantum. Tamen in hoc pro extremo, quod ait, scilicet, quod carens ordine sacro, sic ministrans, etiam cum intentione ministrandi in ordine non habito fit irregularis in foro conscientie tantum, superstitiose loquitur, & sine fundamento. Quo circa non absque ratione contrarium verum esse censet Sotus in. 4. sententiarum distinction. 22. quæstiones. 3. articulo. 1. Vbi ait, quod secularis & religiosus, qui non est in sacris, si solemniter in ecclesia canat, non fit irregularis, ita vt ad ordines sacros promoueri non possit: sed aliter venio puniendus, scilicet, per intrusionem in aliquod arctius monasterium, vt patet cap. postulatis, de cleric. excomm. ministr.

¶ Deinde consequenter contingit dubitari, Vtrum ista irregularitas incurrat, violando quodcumque interdicitum, etiam non denunciatum. Respondetur ergo primo ad quæstionem, quod nostra ætate nemo tenetur seruare interdicitum, nisi fuerit publice, & specialiter denunciatum, per extrauagantem ad euitanda Martini. 7. ex Concilio Constantensi. Neque etiam aliquis tenetur seruare interdicitum quando interdicitum est in se nullum, & nullitas est sufficienter publicata, exceptis religiosis, qui ad illud obseruandum tenentur, si ecclesia cathedralis, vel matrix illud obseruat. Interdicitum autem est nullum in eisdem casibus, in quibus excommunicatio est nulla. Si igitur Matrix ecclesia interdicitum non seruatur, neque religiosi tenentur illud obseruare. Vnde illud non seruando non efficiuntur irregulares. Si autem cognosci non possit à religiosis, vel alijs, an Matrix ecclesia illud obseruet, vel non, necessaria erit publica denunciatio. Alias ipsa obseruantia, qua Matrix ecclesia illud obseruat testimonium præfert, si sit nota, quod sufficienter, & legitime fuerit impositum, ita vt ab alijs debeat obseruari. Igitur dicitur vltimo, quod communis opinio est excusari ab irregularitate, celebrando tempore interditi, qui iustam ignorantiam habent interditi cap. apostolicæ. de cleric. excomm. nicat. ministr.

¶ Vio-



¶ Violator in super ecclesiastici interdicti, potest puniri poena perpetuae depositionis ab officio. cap. clericus de cleric. excommu. minor. & cap. latentes, eod. tit. Et potest beneficio ecclesiastico priuari ca. postulatistis: eod. tit. §. vlt. tibi Doctores. Imo secundum Nauarr. nu. 187: moniales non seruantes, fiunt ineligibiles actiue, & passiuè, secundum Calder.

¶ Præterea licet de laicis ex mente Soti insinuatum est, eos non incurrere irregularitatem, ex violatione interdicti: tamen si quam ex tali violatione culpam incurrant, & qualem explicari hinc consequenter est opus, vt hoc explicato ad materiam de irregularitate contracta ob interdicti violationem redeamus. Videtur autem, quod peccant mortaliter. Tum primo: quia si eum clericus sub peccato mortali prohibentur laicos ad sacra audienda tempore interdicti admittere: ita videtur consequens: quod sub eodem peccato mortali laici tunc prohibentur, se diuinis audiendis ingerere. Tum secundo quoniam Clementina grauis, de sententia excommunicationis, hoc videtur comprobare, vbi excommunicantur laici, qui tempore interdicti, se sacris ingerunt. Igitur ad quaestionem dicitur primo cum Soto, quod laicus (si sit totus populus, vel ipse interdictus) mortaliter peccat ingerendo se diuinis officijs audiendis. Si tamen ipse non sit interdictus, sed solus locus, non peccat ingerendo se, saltem mortaliter: nisi aliquod genus violentiae faciat, vt se ingerat, vel clericis eum expellentibus renitatur. Patet prima pars. Nam populum, vel aliquos ciues interdicere, est eis inhibere, ne diuina officia audiant: & ideo si ecclesia in hoc non obtemperet (quia est res grauis) certum est, eos delinquere mortaliter. Secunda pars, quæ est etiam Syluestri; & Caiet. verbo, interdictum patet. Quia dum populus, aut ciuis non est interdictus per hoc, quod audit rem diuinam in loco interdicto, sine renitentia facta clericis: & sine contemptu, non videtur facere contra legem aliquam sibi directe impositam. Quoniam secundum Caiet. tunc mandatum iudicis non dirigitur ad laicos, neq; illis intimatur: sed tantum ad clericos, quibus præcipitur vt interdictum seruent: ergo laici non interdicti tunc se ingerendo diuinis audiendis in loco interdicto non peccant mortaliter. Secundo secundum Nauarrum, laici peccarent mortaliter, in casu, quo rogantes inducerent clericos, vt eos ad diuina admitterent. Quia hoc esset inducere clericos ad id, quod nequeant facere, sine peccato mortali cap. 1. de offic. de leg. arg. ex gloss. singulari, clem. finali. de priuil.

¶ Tertio mortaliter peccaret laicus, si tempore interdicti talia officia diceret, qualia dicendo cle-

rici violarent interdictum. Ita Calderinus: Quæ affirmat laicum in hoc casu posse puniri per turdinem ecclesiasticam, quia delictum ecclesiasticum est. Quarto cum mentiendo se esse clericum minorum ordinum, aut asserendo falsè se habere priuilegium, intraret ad audienda diuina officia, vetita, vbi dicebantur ianuis clausis. Quoniam videtur mendaciam hoc esse perniciosam, ac perinde inuoluntarium secundum quid saltem, causare in clericis eum admittentibus, ac si ipsis renitentibus se intromitteret. Et à fortiori contra Caiet. clerici violantes interdictum, ex quo fiunt irregulares, peccant mortaliter secundum Sotum & Nauarr. Ad argumentum autem primum in contra, quatenus est contra secundam partem responderetur, quod est differentia de excommunicatione, & interdicto. Nam cum excommunicatis omnes prohibentur communicare maxime in diuinis: sed in interdicto solum clerici poena afficiuntur, nisi illud seruēt. Quocirca illis solum videtur præceptum impositum. Ad clem. verò. grauis. responderetur, quod non obstat: quoniam non loquitur de priuatis laicis tempore interdicti loco interdicto ad audienda diuina se ingerentibus: sed loquitur, de dominis, qui eo tempore missas & diuina officia in ecclesijs publice, & solenniter faciunt celebrari, aliosque conuocant, & cetera.

¶ Deinde scitu dignum est dubium, scilicet, an formæ celebrandi in tempore interdicti omisio inducat irregularitatem in celebrantem. Verbi gratia, in capite. alma mater. de sent. excommunic. in. 6. conceditur vt tempore interdicti generalis singulis diebus in ecclesijs, & monasterijs missæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, sicut prius, submissa tamen voce, & ianuis clausis excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Quæritur, an clerici diuina officia dicentes, vel missas celebrantes, istis non obseruatis, ex hoc fiant irregulares. Ad hanc igitur quaestionem respondetur cum Couarruua de interdicto. §. 3. & cum Calderino à se allegato, quod proculdubio, si prædicta non seruentur incurritur irregularitas: quia antea ista irregularitas incurreretur à clericis celebrantibus diuina, vel missas tempore interdicti, & nunc ista celebratio non est permessa, sine his quatuor prædictis conditionibus. Ergo eis non obseruatis incurritur irregularitas. Igitur qui his omisissis celebrat, vel officia diuina certo ordini ecclesiastico conuenientia, hæc forma minime seruata, peragit irregularitatis poena afficitur.

¶ Cæterum, vt ad particularia descendamus, quaeritur in speciali, an ille, qui alijs celebrantibus

tibus campanas pulsatis, vel ecclesiarum ianuas aperit, ex hoc censetur incurrere irregularitatem. Videtur autem, quod iste talis in irregularitatis poenam incidat, si quidem cooperatur celebranti interdictum argumento. capit. Concubina. de sent. excommunicat. Propter hanc rationem Calderi. Florentinus. Andr. Gonsal. à Villadiego tuentur affirmatiuam. His nihilominus non obstantibus, sententia negatiua verior est, quæ est Couarruua. §. 4. de interdicto. Patet ex Regula generali: quia tantum fit irregularis qui, tempore interdicti, suspensionis, aut excommunicationis actum peragit certo ordini ecclesiastico conuenientem, qualis non est pulsare cymbala, aperire ianuas, quia commune est clericis & laicis. Secus est, si quis auctoritate publica, vel priuata vsus pulsauerit campanas, vel aperuerit ianuas, vt auctoritatem ipse præbeat tempore interdicti diuinorum officiorum celebrationi: quoniam tunc proculdubio secundum communem, & secundum Innocen. & Abbat. cap. tanta de excessu prælator. incurreret irregularitatem. Facit ad hoc textus optimus cap. illud. de cleric. excomm. ministr.

¶ Sed & peculiaris difficultas hic occurrit, scilicet, an clerici bini & bini, seorsum extra ecclesiam possint nunc horas canonicas dicere Respondetur, quod olim clerici tempore interdicti bini vel tres permittebantur ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, horas canonicas legere, non cantare, sicut permittitur e. quod in te de poen. & remi. Ex hoc sequitur, quod non est mirum, si modo clerici soli, aut bini horas canonicas dicere possint, modo non audiantur à prohibitis audire. Ita Syluester verbo. interdictum. §. quaest. 5. qui consolat, ne fiat extra ecclesiam, ne audiantur à laicis. Siquis autem sciscitetur ad huc magis in particulari, vtrum clerici, vel religiosi initiati sacris, qui intersunt tempore interdicti in choro cum alijs cantantes incurrant irregularitatem illa forma capitis, alma mater, non seruata, Respondetur ad hoc primo statuendo regulam generalem, secundum Innocentium, & Syluestrum, verbo, interdictum. §. 6. quaest. 4. quod tempore interdicti iurisdictionalia non sunt prohibita & sicut neque exercens ea tempore excommunicationis fit irregularis ita neque exercens ea tempore interdicti afficitur aliqua irregularitate. Sicut neque etiam tempore interdicti non contrahit quis irregularitatem, si exerceat ea, quæ non sunt deputata certo ordini sacro, vel alij: vel si sunt deputata, ex consuetudine exercentur per quencunque. Ex quo inferitur primo: corollarie secundum Sotum loco citato,

A quod simplex clericus primæ tonsuræ, imo qui minoribus ordinibus initiatus sunt contra quoddam canonistas, quanuis solenniter in ecclesia canant, aut sua munera exerceant deferendo cereos, aut alia sui ordinis peragendo ministeria, non ideo fiunt irregulares, vt ideo ad ordines sacros promoveri non possint. Idem dicendum est, si isti legerent psalmos vel euangelium, quod quilibet potest facere in terra interdicta de sent. excommunicat. cap. respnsi. vel si in matutinis legit quis lectiones, vel cantat responsoria non est irregularis. Secundo dicitur cum Syluestro loco citato respondendo ad punctum quaestionis quod secundum multos Doctores & Innocen. non est irregularis, qui interest officio, etiam si cum alijs cantet, & dicat officium, vt quilibet alius modo non celebret, neque aliquid in officio suo agat. Quod limitandum est secundum Hostiens. & Specul. esse verum, dummodo id non faciat ex contemptu, vel autorizando: vt quia prælatus facit celebrari diuina: quia sic esset irregularis: sicut dictum est, & facit glossa in clem. Archiepiscopo de priuil. Igitur sit conclusio generalis elicita ex Syluestro ad multas euacuandas difficultates, scilicet, quod per celebrationem diuinarum horarum, solum incurritur irregularitas ab eo, qui interest eis auctoritative, & ab eo, qui officiat principaliter, scilicet, quasi soluendo horas suas, vt clericus solenniter officiendo ecclesiam, vel populum & inchoando, vel perficiendo: vt est hebdomadarius, qui dicitur agere ex officio suo, puta, hoc quod est proprium sacerdotis. Secus de cantoribus. Adde etiam, quod si clericus interdictus benediceret aquam, fieret irregularis. Secus si non esset interdictus, & faceret loco interdicto clausis ianuis. At aspersio aquæ in principio missæ, quia est propria sacerdotis, inducit irregularitatem. Cæterum orationes, quæ dicuntur à religiosis in suis capitalis, non violant interdictum, modo non dicatur Dominus vobiscum: quod secundum aliquos ante orationem videtur esse certi ordinis: sed loco eius dicatur, Domine exaudi orationem meam.

¶ Deinde circa irregularitatem, quæ contrahitur per administrationem ordinum in tempore interdicti, notandum est primo, quod celebrans ordines saltem maiores, & sacros tempore interdicti, est irregularis. Imo si episcopus conferat ordines minores fit irregularis. Atque idem est si eodem tempore conferat primam tonsuram quia collatio horum ad episcopalem ordinem pertinet. Quod si ab abbatibus possunt dari, sed ad conferendum eos ordines minores sacerdotium in ipsis præsupponitur. Neque isti, ordines clausis

clausis ianuis possunt administrari secundum A Doctores, quia constitutio, alma mater, solum divina officia tunc permittit: non tamen ordinum collationem, aut celebrationem, etiam si imminet necessitas ordinum (vt prædiximus cum Sylvestro contra Panor.) deinde secundo contra alios cum Soto & Covarruvia. §. 3. tenendum est quod suscipiens ordines minores tempore interdicti irregularis non fit quia minores ordines suscipiens nullum actum agit illis ordinibus proprium. Sed quid dicendum est de subdiacono & diacono dum hos ordines suscipiunt Respondet Covarruvia quod proculdubio isti sunt irregulares quod hac ratione sola sibi persuadet, quia dum sic ordinantur iudici ita solemniter, agunt aliquem actum his ordinibus deputatum: nam epistolam aut euangelium legunt ecclesiasticis vestibus vestiti sicut fit in missarum solennijs. ¶ Sed quid dicendum vbi sic est ordinandorum magna multitudo inter quos vnus tantum ordinatus tunc cantat euangelium & vnus subdiaconus ex illis canit solenniter epistolam ceteris audientibus an reliqui præter istos incurrant irregularitatem si fiat tempore interdicti. Respondetur, videtur esse de mente Covarruie q non incurrant eam alij nihil agentes ad illud ministerium actiue, sed solum passiue se habendo in recipiendo illos ordines sacros, secus si sic solenniter tunc agerent ad ministerium proprium actuum illorum ordinum aliquid pertinens: propter quod Covarruvia ibi irregulares fieri censet tempore interdicti diaconum & subdiaconum episcopo ordinanti assistentes vestibus indutos talibus ordinibus congruentibus vt coadiutores ea peragentes quæ in Pontificali libro continentur idemque à fortiori dicendum est secundum Sylvestri & D. Thomæ sententiam de suscipiente sacerdotum tempore interdicti quia secundum eos celebrat cum episcopo & consecrat vnde fit irregularis sed forte hoc quidem quod pro certo tenendum est Metina in sua instruct. De suspens. §. 8. in dubium reuocaret sicut ibi etiam in dubio reuocat an qui ante viginti quatuor annos ætatis suæ initiatur sacerdotio & celebrat missam ordinum cum episcopo fiat irregularis vbi concludit quod pia opinio esse videtur quod irregularis non fiat quia inquit ecclesia non reputat pro prima missa nisi illam quæ iste initiatus sacerdotio per se postea celebrat quia illa prior celebratio non fuit distincta ab actu ordinum. ¶ At quidquid sit de hoc casu Metinæ, de quo non est omnimoda certitudo dico, quod quia tempore interdicti, qui initiatur sacerdotio celebrando, & consecrando cum episcopo cooperatur illi ad vnam carnem & celebrationem, vt ait D. Thomas, fit consequens, vt sicut episcopus

tunc fit irregularis, sic etiam talis sacerdos simul cum illo irregularitatem contrahat.

¶ An suspensio sit effectus interdicti, & priuatio electionis illius effectus sit.

PRæterea circa hoc primo notandum est, quod interdictum ante sui violationem, priuationem, & suspensionem à iurisdictione ecclesiastica non inducit. Verumtamen violator eius post eius violationem suspenditur à iurisdictione, & omnimoda iurisdictione ecclesiastica priuatur, iuxta textum notabilem. c. vltimo, de exc. prælat. Vbi adnotant Panormit. Ancar. Rauē. & alij, qd iste violator interdicti, est iure suspensus ab officio c. 1. hoc, tit. & c. 1. de re iudic. Et denique est suspensus à iurisdictione ratione officij, vel beneficij competētis. Et etiā si ab officio tantum sit suspensus tali iurisdictione caret. Hanc ait Covarruvia. §. 2. de interdicto esse communem contra glossam ibi. Secundo dicitur ad aliam partem questionis, quod communis sententia est, quod suspensus ab officio nequit eligere, quia ius eligendi ei competit non ratione beneficij, sed officij, quo suspensus est. Est communis secundum Felinū. cap. apostolicæ, de except. contra gloss. cap. presbyterum. 28. distinct. Tertio aduertendum est, quod quidem propter interdictum decreta est suspensio ad tempus, vel in locum, vel in personam. Igitur cum sic interdictus sit suspensus, ideo vt prædictum est, celebrans diuina officia fit irregularis solum per Papam dispensandus, si sit publicus. Secus si secretus est, quia post Conc. Trid. poterit ab episcopo dispensari. Talis etiam interdictus, aut interdicti violator in eligibilis est, & inopostulabilis ad prælatiam, cap. 1. de postul. prælat. & cap. cum dilectus, de consuet.

¶ Insuper & examinare opus est, an interdictum suspendi possit ne interim celebrans iudicandus sit irregularis. Respondetur autem, quod episcopus non potest permittere celebrationem in loco ab alio interdicto: sed poterit hoc permittere in loco interdicto à se, vel sua autoritate: quia potest suspendere suum interdictum ad tempus, dum modo ex causa faciat, & ad tempus, ne videatur priuilegium dare contra ius commune celebrandi tempore interdicti. ¶ Secundo dicitur, quod vsu receptum est, suspendi posse interdictum per illum, qui illud decreuit. Est communis: quoniam censuræ ecclesiasticæ ligant ad nutum iudicis decernentis cap. veniens in. 2. de testibus. Vnde etiam contra alios interdictum in personam ad tempus suspendi potest etiam

etiam si interdictus perseueret in crimine. Quoniam cōstringere possunt rationabilia multa, quæ interdicens inducere possint ad hanc suspensionem faciendam ad tempus. ¶ Tertio dicitur, quod licet speciale interdictum potest ad cautelam relaxari, iuxta glossam communem capit. præsentis. isto titul. de sent. excom. & Rotam in nouis. 436. tamen generale non potest sic ad cautelam relaxari, remitti, ac dissolui dict. cap. præsentis, sed simpliciter remitti & absolui debet ad exemplar simplicis absolutionis, quæ datur ab excommunicatione, præstita prius cautione, iuxta formam cap. cum contingat, de officio. de leg. Sic Nauarrus capit. contingat, de rescriptis. 7. remedio. & Rota in antiquis. 77. & 435. & loquuntur de generali interdicto.

¶ De suspensione interdictorum.

DEinde scire operæpretium est, qd in illo cap. alina mater iure ipso in festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, Assumptionis Virginis gloriosæ, conceditur vt campanæ pulsentur, & ianuis apertis alta voce diuina officia solenniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis. Similiter eucharistiæ festiuitas vsque in octauam diem interdictum ecclesiasticum suspendit, secundum Sylvestr. verb. interdictum. 5. & Clement. vnica. de reliqu. & venerat. sanctor. Eadem autem constitutio extenditur ad festum, & octauas Conceptionis, ex priuilegio Leonis. X. (vt tradit autor compendij priuilegiorum Mendicantium verbo, conceptio. §. 12.) Ista autem concessio secundum Nauarrum, qui vidit tenorem huius priuilegij, solum extenditur ad ecclesias, in quibus ipso die conceptionis horæ canonicæ & officia diuina dicuntur, secundum ordinem, & ritum institutum à protonotario de Nogarolis. Hæc insuper constitutio intelligenda est in interdicto generali. Nam in specialiter interdicta ecclesia non est admittenda. Nam ibi neque in his festiuitatibus etiam secretè non poterunt celebrari diuina. ¶ Sed hic merito in controuersiam vertitur, an in tempore cessationis in prædictis festiuitatibus diuina celebrari possint. Respondetur ergo cum Covarruvia. §. 5. de interdicto, qd licet aliquorum opinio negativa videatur admittenda: sed nihilominus forte est potior sententia affirmatiua, scilicet, qd tempore cessationis in prædictis festiuitatibus possint diuina celebrari. Tum, quia cessationi à diuinis per hoc non omnino derogatur. Siquidem celebratio hæc temporaria est ad hos festos dies duntaxat restricta. Vnde in alijs diebus vigorem suum habet Instruct. confc. Pars. 2.

bit cessatio. Tum secundo, quia nulla est constitutio papæ, quæ hanc benignam interpretationem huius capituli, alma mater, excludat. ¶ Secundo adde, qd etiam in aduentu regis ad aliquam ciuitatem interdictam suspendit interdictum. Sed hoc forte obtinebit solum per diem aduentus eius, vel alterum statim sequentē. Hoc tenet Ioan. Staphil. de literis gratiæ & iustitiæ. Quod non aliter probat, quam qd deferendum est dignitati regis cap. solitè. de iusticiis & obed. ¶ Accedit tertio, qd animaduertendum est contra glossam super cap. alma mater. verb. assumptionis, & contra doctores communiter cum ea tenentes, qd iam consuetudo eam opinionem probauit, qd in illis festiuitatibus licet solennitas officiorum incipiat à vespere: tamen terminatur & extenditur vsque ad completorium inclusiue, quod sequitur post secundas vespere. Quam sequitur Syluester verb. interdictum. 5. q. 2. Archidia. Domin. Franc. Gonsal. à Villadiego, Angelus. Covarruvia. illo. §. 5. Quam opinatur esse veriore, & qd missæ votiuæ & priuata possint dici in his festiuitatibus, quia favor est amplianus. Quam opinionem confirmat Metina in sua instructio. §. 13. de interdicto. Vbi addit, hanc opinionem intelligendam esse secundum communem modum, & consuetudinem recitandi in ecclesijs. Ita, vt si in ecclesia minoris dicto completorio post vespere immediate statim inciperint interdictum, si in aliquo monasterio, tunc dictum non fuerit completorium, poterunt illud religiosi cum solennitate dicere, & post interdictum deinceps obseruare.

¶ Deinde etiam licet controuerti solet, an in prædictis festiuitatibus liceat mortuos sepelire, intra ecclesiam. Videtur autem, qd non liceat. Quoniam glossa in Clementina. 1. de sepulturis tenet, quod non licet tunc sepelire mortuos in his festiuitatibus in sepultura ecclesiastica: & iuxta capit. cum & plantare. §. qd si templarij, de priuileg. vbi priuilegiato audire officia non subinde conceditur sepultura. Ergo cum in prædictis festiuitatibus solum concedatur audire diuina, non subinde conceditur sepultura. Cui opinioni accedunt Abbas, Inola, Cardinalis, Bonifacius, Ioan. Andr. Dominic. Franc. Federicus à Villadiego. Estque communis quoad sepulturam: licet à Villadiego affirmet, qd neque officium defunctorum tunc possit dici, etiam si corpus extra ecclesiam sepeliatur. ¶ Sed nihilominus opposita opinio contra hæc vulgò cōcepta opinionem, potest teneri cum Covarruvia illo. §. 5. Tum, quia, vt ipse ait benignior est, & iure defendi potest: & quia æquitati innititur: & quia eam tenent Angel. Anchar. Floren. 3. part. titul. 26. capit. 4. & Calderin. Et quia secundum

Syluestr. verbo, interdictum. 5. quæst. 2. ubi ait, tunc licet in illos festiuitatibus officium defunctorum dicere. Sed sepultura ferè ad diuinum officium pertinet: quia ad illam cadaver funeris defertur cum diuino officio capit. quia diuina. 13. quæst. 2. Licet ergo secundum hanc benigniorem opinionem in prædictis festiuitatibus, tum corpora sepelire, tum etiam pro illis officium defunctorum dicere licet. ¶ Accedit secundo (quod secundum omnes in confesso est in his festiuitatibus non licere ministrare sacramenta, nisi eo modo, quo licet tempore interdicti, id est, ea quæ tunc licent. Possuntque secundum Syluestrum, & Angel. in his festiuitatibus benedici virgines, & vestes, & ornamenta ecclesiastica, & aqua benedicta non poteritque sacramentum Eucharistiæ his diebus dari sanis. Est omnium. At extrema vnctio, tunc ægris in his festis dari non poterit, neque tunc datur clericis, licet si sint sacerdotes celebrare possint, sed non poterunt sacramentum Eucharistiæ sumere ab alijs. Licet tamen in his festis benedicere nuptias: quoniam ad diuinum officium hoc pertinet. Non tamen tunc secundum Couarru. licet fontem baptismalem benedicere, præterquam in festo Resurrectionis: quia hæc benedictio non est necessaria ad baptismum. Ita Palud. in. 4. dist. 7. quæst. 3. In reliquis diebus interdicti benedicentur fontes, modo, & forma, quo tunc dicuntur reliqua diuina officia, scilicet, clausis ianuis, &c. Secus est de chrismate, quod quia necessarium est ad confirmationem, quæ tempore interdicti est permessa, ita & chrismatis consecratio tempore interdicti permittitur. ¶ Aduertendum est vltimo, quod indultum concessum episcopis, & religiosis Prædicatoribus, & Minoribus cap. in his. de priuile. ad celebrandum in loco interdicto super altare viaticum, seruata forma. c. alma mater, scilicet, ianuis clausis, &c. non obtinet vim in ecclesia speciali interdicto supposita, secundum Sylu. verb. interdicti. 5. q. facit lex. 15. & 16. titu. 9. part. 1.

¶ Post concil. Tridentinum.

**P**orro dubia speciale occurrit affine ad prædicta, in quo dissentiunt Metina in sua instruct. illo. §. 13. de interdicto, & Nauarrus in sua summa, scilicet, vtrum ordines Mendicantes habentes priuilegia, vt certè ea habent, ad suspendendum interdictum in suis ecclesijs in diebus festiuis suorum sanctorum, nunc post concilium Trident. decernens denuo, quod religiosi obseruent interdicta posita per episcopos, vel prælatos non obstantibus quibuscunque priuilegijs in contra possint eis potiri, ita vt tempore interdicti in festis suorum sanctorum, & missarum nouarum possint ianuis apertis in suis ec-

**A** cleijs solenniter celebrare. Respondetur autem cum Metina in sua instructioe loco citato, quod certè nostris priuilegijs potiri possumus. Neque enim violare censeatur per hoc prædicti religiosi interdicta posita per ordinarios: imo ea obseruant: siquidem finito completorio illarum suarum festiuitatum iterum interdictum obseruat claudentes ianuas suarum ecclesiarum. Vnde argumentum sumitur, quod ex particulari dispensatione pro tunc interdictum suspensum est. Igitur contra Nauarrum dicendum est, concilium Tridentinum solum per suam dispositionem annullasse ea priuilegia, quæ quibusdam religionibus concessa erant, vt non tenerentur obseruare aliqua interdicta. Cæterum Metina ibidem ait, quod quia mendicantes hoc gaudent priuilegio, vt in domibus suis administrare possint Eucharistiã tempore interdicti: ideo si ad ecclesijs ordinis Prædicatorum aliquis clericus accesserit, etiam si careat licentia episcopi, & prohibitum sit sibi alias propter interdictum, si in ecclesijs prædictorum religiosorum celebrat, ex licentia sacristæ, vel ex eius consensu, potest ibi administrare eucharistiã. Si tamen clericus ipse citra sacristæ licentiam id faceret, forte, inquit, peccaret mortaliter, id faciendo.

¶ De cessatione.

**A**D hæc de cessatione, quæ supersunt dicenda breuiter hic expedientes, dicimus primo, quod secundum doctores, prædicta cessatio à diuinis decerni potest ab episcopis & à prælatis habentibus iurisdictionem ecclesiasticam, ordinariam, & præterea à canonicis, & à capitulo cathedralis ecclesiæ, si hoc ius priuilegio, aut consuetudine adquisierint, modo in ea decernenda seruent formam traditam in cap. si canonici. de officio ordin. lib. 6. Hanc etiam potest concilium prouinciale, & episcopale decernere. Ex quo sequitur, quod iure ordinario potest eam episcopus in aliquo locu decernere, prout ea ab interdicto ecclesiastico distinguitur. Est communis contra alios asserentes, cessationes prælatorum esse vere interdicta. Sed quid si in dubio versetur animus prælati, neque satis constet interdictum indicere voluisse, aut cessationem à diuinis. Respondet Couarruias, quod in hoc dubitatione casu vera videtur opinio aliorum dicentium cessationis prælatorum esse vere interdicta. Sed vbi mens episcopi cõperta est, procul dubio cessatio à diuinis seruanda est, in modum veræ, ac propriæ cessationis. ¶ Iam quæstio non facilis inter Doctores circa cessationem occurrit. Vtrum constitutio. cap. alma mater. & eius permissio cum forma, quam indicit, locum habere possit in tempore cessationis

tionis à diuinis. Videtur autem quod certè tunc etiam locum habeat. Tum quia id est cessatio à diuinis, quod interdictum generale: sed interdictum generale eam formam admittit: ergo & cessatio. Tum secundo, quia eadem ratio, quæ exprimitur in prædicto capit. alma mater. §. quia vero. currit in cessatione, sicut in generali interdicto, scilicet, quod hinc excreuit in deuotio populi, pululant hæreses, & pericula infinita animarum insurgunt: ergo sic possumus ex ista ratione expressa hic argumentari ad casum cessationis omissum iuxta gloss. Clemēt. 1. verbo, eligitur. de elect. Tum tertio, quia ista forma huius constitutionis. c. alma mater. est lex correctoria, quæ cum sit fauorabilis animæ, extendenda est, secundum Abbat. Præposit. Ioan. Andr. iuxta cap. extenore, qui filij sint legitimi, & glossam in cap. sciant cuncti. de elect. lib. 6. verb. alios. Ergo ista constitutio, & eius forma extendenda est ad tempus etiã cessationis: quia hoc est fauorabile animabus. Tum, quia maius vinculum est interdictum generale, quam cessatio, ergo si interdictum illam formam correctoriam admittit: ergo & cessatio. Propter has autem rationes Palude in 4. distin. 18. quæst. 8. art. 3. principali. versu. sed verius. Ioan. Andr. Archid. Gonsal. à Villadiego tenent affirmatiuam, scilicet, quod constitutio. c. alma mater. & eius correctiua forma habet locum in cessatione à diuinis. ¶ His nihilominus non obstantibus, opposita negatiua est verior, quæ est Couarruiæ. §. 4. de interdicto. Et patet primo, quia est consuetudine recepta, scilicet, quod tempore cessationis cessandum sit omnino. Quæ quidem consuetudo non admodum longi temporis vsus exigit. Tum ob diuersas opiniones circa hoc. Tum, quia per eam ad ius commune vetus pontificium redimus, argum. ex glo. solenni cap. statutum. de præbend. lib. 6. verb. numerandum. Probatur autem multipliciter. Primo, quia cessationis nomen hoc importat, scilicet, quod cessent omnia diuina officia, quia alias interdictum, & cessatio temere diuersis nominibus fuissent nuncupata. l. Papinianus exul. ff. de minor. & l. si idem. ff. de codicillis. Tum secundo, patet ex textu egregio. cap. si canonici. §. si autem. de offic. ordin. Vbi decernitur, quod qui fuit causa culpabilis cessationis, tenetur canonicis de distributionibus quotidianis non perceptis: ergo citra dubium non poterant seruata forma tunc temporis canonici celebrare. Tum tertio probatur, quoniam si tempore cessationis seruata forma constitutionis. c. alma mater. celebrare liceret, frustra id esset permissum episcopis. Ergo si iuxta cap. vltimum. de priuile. in. 6. id fuit permissum episcopis: ergo alijs est interdictum sic celebrare. Tum quarto, quia ista cessatio à diuinis erat olim ad-

**A** missa, sine ista forma, ante istam constitutionem, vt patet. c. non est vobis. de spõsal. Sed huic iuri veteri non videtur hæcenus derogatum: ergo illæsum adhuc manet, scilicet, quod tempore cessationis, neque etiam ianuis clausis & cæteris obseruatis possit celebrari. At vero ad argumenta in contra posita, respondetur, quod non conuincunt: quia cessatio cum sit suspensio organorum ecclesiæ: distinctam rationem habet. ¶ Sed de priuilegijs episcopis & religiosis cõcessis in cap. quod nonnullis. & cap. 3. de priuileg. §. quod si templarij. & cap. in his. & capit. vt priuilegia. eod. tit. & ca. vltimo. eod. tit. in 6. videndum est, an habeant locum hæc tempore cessationis à diuinis. Dicendum est ergo, quod quia olim (vt ex istis locis patet) episcopis & dictis religiosis permittebatur ex priuilegio omnia diuina officia celebrare sub ista forma, scilicet, clausis ianuis eo, scilicet, tempore interdicti antiqui, vbi iure cessabant olim omnia diuina officia, sequitur cum istud priuilegium non sit sublatum, quod nunc tempore cessationis possint eorum, secundum Ioan. Andr. c. cum dilectis. de appell. Ita Couarr. §. 4. de interdicto. Vbi addit, quod non licet hinc inferre, quod ius constitutionis. c. alma mater. ad cessationem etiã sit extendendum. Quoniam diuersa hic militatio. Quia dicta priuilegia non extinguntur penitus vim cessationis à diuinis. Sicut eã extingueret hæc cõcessio constitutionis. c. alma mater. si foret ad cessationem à diuinis extendenda. Sed iam Leo. I. (vt tradit F. Manuel Minorita in expositione bullæ Cruciatæ) cõcessit fratribus Minoribus, & per cõsequens fratribus ordinis prædicatorum, quod eodem modo se possint habere tempore cessationis, sicut in quolibet interdicto generali. Licet verum sit aliàs, quod priuilegium pro tempore interdicti cõcessum non valet, tempore cessationis à diuinis, at tempore interdicti ratione bullæ Cruciatæ (vt præ diximus) potest quis Eucharistiã sumere. Priuilegia ergo religionum quoad suas festiuitates suorum sanctorum, non sunt reuocata per concil. Trident. quoad cessationem; & interdictum cõcessa. Igitur tollitur cessatio à diuinis in festis religiosorum mendicantium, id est, suorum sanctorum, & tempore missæ nouæ inter religiosos à vespere vsque ad finem missæ maioris. Et cum proficitur religiosus vel monialis: & dum sepelitur etiã nouitius, etiam si sit cessatio à diuinis, & his temporibus solū prohibetur dari sepultura cum solennitate tempore cessationis & interdicti. Et hoc est secundum vulgatam opinionem. Sed oppositum de sepultura & officio sepulturæ in quinque illis festiuitatibus iure exceptis. c. alma mater, tenet Couarruias: & idem forsitan sentiret de festiuitatibus prædictis religiosorum, nisi in priuilegijs id illis indulgentibus, sit posita aliqua restrictio. Itemque à religiosis tempore



interdicti possunt processionem fieri in claustris & cantari benedictio mentis; & fieri gratiarum actio. At privilegia religiosorum intelliguntur etiam de cessatione rigorosa etiam sine bulla respectu nostrorum ordinum, sed respectu secularium secus est. Et Donati nostri tunc solum in defectu acoly totum possunt audire missam, sic etiam nostri familiares adiuuando eam. Item eum tollitur inter nos interdictum in nostris ecclesijs, & monasterijs assistere possunt seculares sine bulla, & tunc possunt seculares recitare & celebrare. Suspeditur autem ad gloriam interdictum in sabbatho Sancto. At in interdicto personali solum aliquarum personarum, euitatis his interdictis, sic ianuis apertis potest celebrari. Item priores & guardiani etiam Sancti Dominici, & Sancti Francisci sex personas successiue electas possunt admittere tempore interdicti in suis ecclesijs, ad diuina officia, & sepulturam sine solennitate, & per alia concessionem: 7. personas possunt admittere. Sed valde aduertendum est, quod nunc dum promulgatur bulla Cruciatæ ista privilegia concessa religiosi respectu secularium ad admittendum eos ad diuina officia tempore interdicti, & alia similia per quæ derogatur expeditioni Cruciatæ, nihil profunt secularibus carentibus bulla cruciatæ. ¶ Accedit ad prædicta notandum, quod est sententia cõis, quod ista permissio cõstitutionis. c. alma mater, non habet locum in ecclesia specialiter interdicta iuxta gloss. libi, verb. ecclesia. Ita Syluest. verb. interdictum. §. Et ratio, est quia hæc constitutio de interdicto generali tractat, non de speciali. Neque in interdicto generali licet extra ecclesiam cum illa moderatione. c. alma mater, celebrare: quia hæc permissio intra ecclesias & monasteria & non alibi est permissa secundum Calder. Franc. & Anchar. Et quia hoc est fauorabile ius intelligendum est non solum de monasterijs, sed etiam de hospitalibus: quia in fauorabilibus per ecclesias etiam hospitalia intelliguntur. arg. Clem. per literas. de præbend. modo illa hospitalia fuerint auctoritate episcopi erecta. Idem de monasterijs monialium. Et ista constitutio. ca. alma mater. locum habet in interdicto in locum decreto, & non in personam. Quia interdictus personaliter, neque in solennibus diebus, quorum ibi fit mentio poterit celebrare. Neque licet virtute huius constitutionis admittere interdictos laicos, etiam qui sunt incolæ populi interdicti, licet ipsi interdicti non sint. Et idem est dicendum, de quibuscunque laicis non interdictis: quia excludendi sunt ab officijs in loco interdicto. Est communis. Et facit pro hoc cap. licet. de privilegijs in. 6. & gloss. hic verb. interdictis capit. alma mater. ¶ An vero virtute bullæ Cruciatæ interdictus personaliter, cessante contumacia

A possit absolui, ab illa censura interdicti, in dubium reuocari potest. Frater autem Manuel in expositione bullæ id concedit. Ego vero et si de irregularitate loquendo (quia non est proprie censura, id cum Nauarro, & canonistis contra aliquos Theologos negauerim esse tutam, scilicet ab irregularitate hac virtute Cruciatæ absolui) tamen loquendo de interdicto personali, quia proprie est censura ecclesiastica, non tam facile negauerim virtute Cruciatæ posse absolui. Dum tamen nominatim & publice in iudicio non sit talis absoluendus ab hoc interdicto, tali censura percussus. Quoniam etiam si satisfaciat extra iudicium, non est virtute bullæ Cruciatæ absoluendus. Igitur verum potest habere opinio istius

B Fr. Manuelis, quando interdictus esset quis ob contumaciam, & cessaret contumacia, & fieret satisfactio, & nulli iudicis sententiæ per istam absolutionem illaderetur. Adde, quod clericis presbyteris tempore cessationis potest dari sepultura in cœmeterio extra ecclesiam.

¶ Determinatio virorum peritorum vniuersitatis Salmaticensis circa obseruanda in cessatione à diuinis, cuius meminit Metina in sua instruct. §. 14. de interdicto.

C PRIMO obseruandum est, quod stante cessatione à diuinis, diuina officia celebrari non possunt in ciuitate, vbi talis cessatio est indicta, & in omnibus ecclesijs cessandum est omnino à diuinis officijs. Secundo, quod tunc in ecclesia poterit celebrare solus sacerdos cum vno ministro secrete, quolibet octauo die ad renouandum sanctum Eucharistiæ sacramentum. Tertio, quantum ad recitandas horas determinatum est recitandas esse à quolibet ecclesiastico ad id obligato seorsum, neque bini poterunt eas recitare, nisi ad hoc sint privilegiati. Quarto, quod tunc baptismus tam paruulis, quam adultis potest ministrari cum solennitate & chrismate & oleo necessario, & cum catechismis, sicut in tempore, vbi non est indictum interdictum, vel cessatio à diuinis. Et idem dicitur de sacramento cõfirmationis. Quinto, tunc sacramentum poenitentiae potest impendi non solum infirmis, sed etiam sanis. Sexto tunc potest Eucharistia ministrari solis infirmis, ad quos potest deferri cum solennitate, & pulsatione campanulæ, dum modo non recitentur diuina officia. Septimo extrema vinctio nulli personæ tunc ministrari potest. Octauo, sepultura potest dari clericis presbyteris, tunc in cœmeterio, & non intra ecclesiam. Nono, matrimonium tunc per verba de præsentibus con-

trahi potest, etiam si interueniat aliquis clericus, dum modo benedictiones & velationes, tunc non ministrantur. Decimo, quantum ad privilegia, quæ aliqui habeant ad audiendam missam perpendendum est, quod si solum loquuntur de tempore interdicti, non habent locum in tempore cessationis. Et si loquantur etiam de tempore cessationis, ante vsum eorum consulendi sunt homines periti licetis & scientiæ præditi, qui examinent, an ea privilegia sint reuocata per diplomata Cruciatæ, vel aliter, ne excedant privilegiorum formam, sed eis vtantur citra serupulum, si eis profuunt, & quod in partibus, vbi in domibus priuatorum dicuntur missæ, non possit dici, nisi vna missa quotidie.

¶ Attende vltimo, quod licet constitutio. capit. alma mater. vt prædictum est, non habeat locum in ecclesia specialiter interdicta: tamen Frater Manuel in expositione bullæ affirmat concessum religiosi pro tempore interdicti, Iulianum Secundum concessisse eis pro interdicto etiam speciali. Videndi ergo sunt circa hoc & prædicta omnia privilegia concessa religiosi tenores literarum apostolicarum, & obseruandi, & ab eis non est temere recedendum.

¶ Postremo notandum est circa hanc materiam, quod clerici violantes interdictum, præterquam quod peccant mortaliter sunt irregulares, & ineligibiles, & inopulabiles. Quod autem hæc tria genera poenarum incurrant, patet capit. is qui. & capit. is cuius. sententiæ excommunicationis. libro. 6. & capit. cum æterni tribunal. de senten. & re iudic. eodem libr. & capit. 1. de postul. prælati. Quod autem sint etiam suspensi officio & beneficio probatur ex capit. tanta. de excess. prælati. Imo sunt beneficijs spoliandi, vt patet capit. postulastis. de cleric. excommunic. minist. At si sit religiosus, qui violat interdictum, irregularis fit violando interdictum, sicut & clericus, vt patet ex prædictis locis. Et vltra hoc excommunicatio fertur contra religiosos, siue exemptos, siue non exemptos violantes interdictum, vt patet. ex Clement. frequentibus. de sententiæ excommunicationis. Imo etiam contra tales religiosos violantes cessationem à diuinis (vt bene notat Sotus) ex illa Clement. frequentibus. vbi subdit papa in cessationibus à diuinis, idem intelligimus obseruandum. Quibus verbis eadem infinatur poena. Tamen neque meri clerici laici, sed neque religiosi ob meræ cessationis à diuinis violationem, incurrunt irregularitatem: quia non est expressum in iure, neque inuenitur ibi. ¶ Explicit materia de interdicto. Sit laus Christo & eius virgini Mariæ. Si autem alia se obrulerint dubia, vel facilia erunt, vel per supradicta patebunt.

Instruct. conf. Pars. 2.

A De irregularitate.

CAP. XXII.

¶ Quid sit irregularitas, & de eius diffinitione. Et an aliqua irregularitas sit admittenda, quæ non sit in iure expressa: Et an in dubio se teneatur habere pro irregulari: Et an sit aliqua irregularitas mentalis: Et an irregularitas sit ab censura: Et de speciebus irregularitatis: Et primo de irregularitate annexa bigamia: Et in aliqua specie bigamie possit episcopus dispensare: Et an inualida contrahens cum vidua fiat irregularis: aut si contrahat cum femina scurrili: Et an homicida ante baptismum, vel duobus iunctis uxoribus post baptismum, maneat irregularis: Et an ingressus religionis tollat irregularitatem: Et an neophyti sint irregulares: & qui sint neophyti.



M postquam deo propiciante materiam de excommunicatione & interdicto absoluiimus, nunc imperia de irregularitate à nobis expedienda occurrunt. Igitur in ore scientifico ab eius diffinitione inchoantes dicimus primo, quod irregularitas diffinitur, esse canonicum impedimentum ex facto seu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare: vt patet ex egregio textu. capit. significauit. r. de homicid. Igitur irregularitas si attendatur eius nominis significatio, est quasi extraregulam positio: neque proprie est poena: quoniam irregularitas aliquando incurritur, sine culpa. Sed neque est proprie censura, vt patet. e. quærenti. de verb. sign. Dicitur autem in diffinitione esse impedimentum canonicum ad significandum non esse inuentum iuris naturalis, aut diuini. Sed intellige etiam esse impedimentum impediens vsum ordinum, quatenus ordines sunt. Nam excoicatio & interdictum, & suspensio, et si ordines & eorum vsum impediunt id faciunt, quatenus sunt quædam comunicatio in qua comunicare solent fideles. Vnde irregularitas directe impedit vsum ordinum in quantum sunt ordines.

¶ Nunc post traditam diffinitionem irregularitatis de eius diuisione subsequenter agendum est. Diuiditur namque irregularitas primo in irregularitatem, quæ incurritur propter culpam aliquam signatam in iure, quæ eam habet annexam, & in eam quæ incurritur citra culpam propter indecentiam aut significationis defectum. Diuiditur autem à Nauarro in generali in quinque species,

V v 3 quæ

quæ refultat ex quinque defectuum generibus, scilicet, sacramenti, corporis, & animæ, lenitatis perfectæ & delicti. De quibus sigillatim postea dicetur. ¶ Præterea hic in primis regula hæc tanquam generalis præstituenda est, scilicet, quod nulla irregularitas est constituenda, aut admittenda, nisi in iure fuerit expressa: quoniam solum in casibus in iure Canonico expressis incurritur, capit. is qui. de sententiâ excommunicationis. in sexto. Sed circa hanc generalem regulam. Couarruias prima parte de irregularitate, & homicidio, singularem objectionem opponit, quæ & singulariter soluit. Objicit autem, quod in cap. significasti. in. 1. & apertius capit. significasti in. 2. verbo, quod si de homicidio, & capit. ad audientiam. de homicidio, definitur in dubio, censendum esse aliquem esse irregularem: ergo etiam si non sit expressum in iure in dubio incurritur irregularitas. Igitur ad hanc objectionem dicitur primo, quod Ioannes Andreas, Cardinal. Abbas, Ananias, Socin. in dicto cap. ad audientiam eam solvunt, distinguentes de foro interiori, & exteriori, scilicet, quod in foro interiori conscientia in dubio se debet quis irregularem esse reputare, & ab usu ordinum, vel ab earum susceptione abstinere, non tamen in foro exteriori à iudice reputandus est in dubio irregularis esse, neque ideo venit ibi puniendus. At Couarruias hanc interpretationem prædictorum textuum refutat. Nam ait, quod capit. is qui. in utroque foro obtinet, & capit. ad audientiam, & similia ad forum exterius pertinent, atque ideo hanc quoque communem distinctionem Nauarrus egregie confutat. si quis autem. de poenitent. distinctione septima. numero. 35. Igitur secundum Couarruiam resolutorie ad dictam objectionem dicitur, quod illi textus capit. ad audientiam. & capit. is qui. aliter veniunt intelligendi. Nam capit. is qui. de sententiâ excommunicationis. in. 6. vbi definitur quod irregularitas non incurritur, nisi in casibus expressis à iure, solum diffinit, quod cum dubitatur, an aliquis sit irregularis, si resolutio huius dubij non dependet ex facto, sed ex iure, quia dubitatur, an ius talem irregularitatem inducat, vel non; in tali casu, tunc in utroque foro absolvendus est talis, & ut liber ab irregularitate, in dubio est reputandus. Ut verbi gratia in dubio, an bis confirmans, vel bis confirmatus sit irregularis, sicut irregularis est bis baptizans, vel bis baptizatus: vbi bene ait Scotus, quod quia hoc dubium non est dubium de facto, sed de iure, scilicet, an irregularitas bis confirmans, vel confirmati, sit decreta per canonicum ius: tunc in hoc dubio bis confirmans, vel bis confirmatus in utroque foro ab irregularitate liber est:

A quoniam talis irregularitas bis confirmans, non est expressa in iure, neque ibi expressè inuenitur. Si autem dubium non sit de iure, sed de facto ut in dicto cap. ad audientiam. dubitatur ut scilicet quoniam percussus ex cunctello cadenti de vagina presbyteri volentis corrigere quendam de familia ex illa percussione conualuit, & alia gravi infirmitate percussus obit, illic dubitatur, an occasione vulneris obierit, vel non: non de iure dubitatur, illic est: nam de iure constat, quod omnis lethaliter vulnerans sit irregularis: sed de facto dubitatur, scilicet, an illa percussio de facto fuerit causa, vel occasio mortis hominis sic vulnerati. Et in hoc dubio resultante ex facto talis in utroque foro reputandus est irregularis. Igitur conclusio resolutiva sit, quod cum in materia irregularitatis de facto solo dubitamus, tutior est utroque foro eligenda via: Et ideo qui sit de facto est dubius sine dispensatione non se debet ingerere celebrando. Et ideo iste intellectus est seruandus in foro purè contentioso & mixto, id est, sine denunciatore, vel accusatore. Et hoc inquit Couarruias animaduersione dignum est, ne quis ab institutis papalibus deceptus erret. ¶ Secundo tanquam præambulum, ad hanc materiam est notandum, quod licet irregularis, qui celebrat antequam obtineat dispensationem, peccet mortaliter, ut colligitur ex capit. fin. de tempor. ordinan. & cap. inquisitionis. de accus. Non tamen incurrit nouam irregularitatem. Tertio aduertendum est, quod nulla irregularitas incurritur sola voluntate faciendi, nisi id, ob quod imponitur, fiat. Et ideo irregularitas mentalis non est admittenda secundum Nauarrum. Idem tenet Couarruias. Atque ideo si aliquando in litteris apostolicis expressum est, ut ex privilegio possit quis à sacerdote ab irregularitate mentali absolui, ex hoc non probatur, quod sit aliqua irregularitas mentalis, quæ sola ex animo siue exteriori actu contrahatur. Igitur talis concessio fieri censetur ad dispensandum super irregularitate, quæ licet ab actu exteriori procedat, occulta est tamen.

¶ Quarto, quod quia irregularitas non est proprie censura, iuxta caput. quærenti. de verbor. si gnificatione. ideo irregularitate irretitus celebrans, nullam violat censuram, neque aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem: quia illa non incurritur, nisi cum exprimitur. Ideo potestas absoluendi à peccatis alicui concessa ad dispensationem irregularitatis, non extenditur capit. miror. 50. distinctione. Unde à confessore virtute bullæ Cruciatæ irregularem ab irregularitate contracta per culpam non posse absolui, sufficienter, contra aliquos Theologos, probauimus.

¶ Igitur

¶ Igitur, quia dictum est irregularitatem impedire susceptionem ordinum, & usum earum, quaritur, an irregularitas præsertim occulta impediat impetrationem beneficij, & eius possessionis adeptionem. Profectò quæstio non est adeo facilis. Nam in ea variant doctores. Syluester enim excommunicatio. 4. tenet, quod qui beneficium recipit, dum est irregularis, impetrata dispensatione super irregularitate alia dispensatione non indiget. Neque est, inquit, simile de excommunicato, vel suspensio sententiâ hominis, vel iuris: quoniam irregularitas non est, nisi quoddam impedimentum ex defectu sacramenti, vel ex canonica institutione proueniens: Et hoc, inquit, est verius, contra alios. Respondetur igitur ad quæstionem cum Nauarro in summa capit. 27. numero. 194. vbi ait, se de hoc casu fuisse interrogatum, quod certè is qui tacita irregularitate occulta ordinatur, & impetrat beneficium debet occultè dispensationem impetrare. Et si scienter accepit possessionem, quia per hoc in intrusionem incidit, quæ inhabilitauit eum ad illud autore Felino in capit. in nostra. corollar. 7. de rescript. debet facere mentionem de illa intrusione, in impetratione à papa, vel certè impetrare habilitatem ab eo, & postea clam collationem ab ordinario, modo non fuisset referuatam papæ quando obtinuit illud. Ita dicit se consuluisse Nauarrum. Idem affirmat in additionibus ad summam Hispanicam. Vbi insinuat, quod qui cum scientia irregularitatis accepit titulum, est intrusus, & inhabilis ad retinendum, ideo petenda esse videtur habilitatio à papa, circa inhabilitatem causatam ex intrusione, & petenda est dispensatio super irregularitate, insuper & noua collatio beneficij à potente conferre. Si autem non fuit intusus, quia tempore collationis beneficij irregularitatis huiusmodi à se contractæ ignarus fuit: tum videtur, quod pacto irregularitatis defectu, satis sit super irregularitatem prius dispensationem obtinere, deinde nouam collationem beneficij.

¶ Deinde merito & hic casus, de quo olim sum rogatus in disputationem adduci potest, an modo post concilium Tridentinum, sessione. 24. ca. 6. vbi sic cauetur. Liceat episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunque casibus occultis etiam sedi apostolicæ referuatis, delinquentes, quoscumque sibi subditos in diocesi sua per seipos, aut vicarium ad id specialiter deputan-

Instruct. consc. Pars. 2.

A dum in foro conscientia, gratis absoluerit, imposita poenitentia salutari. Et idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientia eis tantum, non eorum vicarijs sit permissum, an modo, inquam, post hoc decretum Concilij episcopus possit dispensare super occulta irregularitate contracta, non quidem ex homicidio voluntario, sed ex mutilatione illicita alicuius membri. Videtur autem, quod sic possit super ea dispensare. Tum, quia hic concilium solum excipit à concessione hac generali irregularitatem contractam ex homicidio voluntario, aut deductam ad iudicium, qualis non est hæc irregularitas, ex sola amputatione membri citra mortem contracta, quæ occulta manet, quia autor eius ignoratur. ¶ Item concessio hæc est fauorabilis: est ergo extendenda ad omnes casus, ibi non exceptos. Tum secundo, quoniam iuxta regulam iuris. capit. contra eum. de regul. iur. in. 6. contra eum, qui legem potuit dicere apertius est interpretatio faciendâ, sed concilium Tridentinum potuit hanc suam legem edicere apertius, scilicet, aperte dicendo, excepta etiam irregularitate ex mutilatione membri occultè contractata, quod non fecit: ergo contra illud est interpretatio faciendâ, scilicet, quod episcopus possit super illam dispensare. Tum tertio, quia ut habetur 32. quæstione septima: capit. Dominus. exceptio regulam firmat in contrarium in his, quæ sunt eiusdem generis. Sed contrarium sentit videtur Nauarrus vbi supra numer. 194. Vbi tenorem concilij Tridentini prædictum in forma proponens, addit, quod difficilior est impetrata dispensatio super irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iustorum, & iniustorum: Quoniam hæc, inquit, à solo papa potest haberi, ut patet, ex isto concilij canone. Igitur respondendo ad quæstionem dicimus, quod licet argumenta proposita nonnullam apparentiam videantur præ se ferre: veruntamen verisimilius & tutius est, dicere, quod episcopus non possit dispensare super irregularitate occulta contracta ex impudatione membri illicita. Patet primo: quoniam constitutio posterior non derogat priori, nisi in eo, in quo est sibi expressè contraria: sed antea ex iure antiquo irregularitas ex mutilatione contracta referuabatur papæ: ergo & modo post concilium Tridentinum. Nam iuri antiquo expressè non derogat ista concilij dispositio. Facit pro hoc cap. quoniam distinct. 28. Tum secundo patet. Quoniam eadem ratio ex qua excepta fuit irregularitas contracta ex homicidio voluntario, currit etiam in irregularitate contracta ex mutilatione. Quoniam utrobique currit defectus lenitatis, id est, conformitatis ministrum ad Christum, & ad passionem eius: qui est

V v 4 percu-

percuteretur non repercutiebat ( vt dicitur. 1. A Petri. 2. ) Vnde ex ratione hac, quæ currit in homicidio licet argumentari ad casum irregularitatis ex mutilatione, quod etiam per constitutionem Concilij Tridentini sit exceptus hic casus. Facit glossa Clementina prima. verbo, eligitur. de electio. Ad argumenta autem in contra respondetur, quod non conuincunt. Ad primum enim argumentum dicitur, quod non fuit necesse Concilium Tridentinum excipere expressè ex mutilatione contractam irregularitatem: quia eo ipso per exceptionem irregularitatis contractæ ex homicidio videtur excepta. Quoniam eadem ratio concurret in utroque casu.

¶ Ad argumentum autem desumptum ex illa regula iuris. capit. contra eum, respondetur cum glossa ibi, quod neque ibi illa regula est intelligenda in legibus, aut constitutionibus. Nam quando est dubium in legibus, & constitutionibus ad earum conditorem pertinet interpretatio. Sed loquitur illa regula, & locum habet in contractibus, & pactis. &c.

¶ Ad postremum argumentum desumptum ex illa regula contenta illo capit. dominus. vbi dicitur, quod exceptio firmat regulam in contrarium, respondetur, quod exceptio firmat regulam in contrarium, vbi est contraria ratio. Si autem in aliquo casu ipsissima ratio currit, quæ currit in re excepta, etiam eo ipso talis casus ex eadem ratione videtur exceptus, sicut hic contingit in irregularitate contracta ex homicidio, & etiam ex mutilatione.

¶ Nunc verò ad species irregularitatis explicandas accedentes, ad primam, scilicet, bigamiam, quæ ex defectu significationis sacramenti procedit, quia tollitur significatio matrimonij per eam, quod quidem matrimonium significare debet coniunctionem vnus personæ Christi ad vnâ ecclesiam, quem defectum patitur minister ille, qui carnem suam cum duabus vxoribus diuisit, dicitur primo, quod bigamia est status coniugati duabus cum coniugibus siue ante ductis, siue post baptismum cap. acutius. 26. dist. & gl. ead. dist. cap. vna. neque enim tunc apte significatur vnio Iesu Christi cum ecclesia sancta vnica sponsa sua cap. debitum. de bigam. Et quia continentia, quæ maximè competit sacramento ordinis, tanquam sacramento excellenti, cum matrimonio inquit quis cum duabus vxoribus, in eo eam obseruandi nullam securitatem habet, postquam tam incōtinens fuit, vt à duabus vxoribus ducendis non abstinuerit. ca. proposuisti. 82. dist. & dict. cap. vna. At bigamiæ irregularitas instituta est ab Apostolis. Nam Diuus Paulus ad Timoth. cap. 3. inquit, Oportet episcopum vnus vxoris virum esse. ¶ Diuiditur autem bi-

gamia secundum Nauarrum in sum. cap. 27. nu. 195. tripliciter. Scilicet primo in bigamiam veram, id est, cum duabus vxoribus veris cognitis. cap. debitum. de bigamia. Et secundo in bigamiam interpretatiuam, id est, cum vna sola vxore, sed vidua, aut corrupta per alium capit. maritum. 33. dist. Et idem est, si virginem, quam duxit vxorem, postquam ipsa adulterium commisit, ipsam cognouit. cap. si cuius. 24. dist. in. quauis per ignorantiam id contingeret, iuxta gloss. receptam in dicto cap. si cuius. & iuxta Panormit. cap. si vir. de adulte. Atque idem est, si contraxit cum vna valide, & cum alia inualide, aut cum duabus de facto, & cum neutra valide ob impedimentum aliquod. Et tertio in bigamiam similitudinariam. Vt cum quis sacris ordinibus initiatus, vel voto solenni ligatus contrahit cum aliqua etiam, vnica, si cum ea consummat. can. quotquot. 27. quæst. 1. & ca. fin. de bigam. licet illa virgo fuerit, vt censet Syluester verbo, bigamia. in principio. cum Sanct. Anron. & Angeli. Cæterum Couarruias in. §. secundo. de irregular. non tot inculcat membra diuisionis, sed solum ait, quod propriè bigamus est, qui secundas contraxit nuptias. Cæteri autem impropriè, & ad similitudinem dicuntur bigami, iuxta glossam communiter receptam. cap. de bigam. Et requiritur secundum communem, quod intercedat carnalis cōmixtio. Facit pro hoc textus bonus. c. nuper. cū glo. de cleric. coniug. Deinde bigamus est ducens viduam, si eam cognouerit. capit. si quis viduam. 50. dist. etiam si matrimonium nõ valeat. cap. nuper. de bigam. Requiritur autem, quod hæc vidua, aut repudiata cognita fuerit à priori viro secundum communem. Adde etiam, quod secundum eundem Couarr. licet monachus, vel clericus propter impedimentum ordinis sacri, aut religionis inualide contrahat cum virgine, tamen neque verus neque fictus neque interpretatiuus bigamus est. Ita cap. sanè. in. 2. de cleric. coniug. Hanc autem bigamiam similitudinariam appellarunt aliqui, vt testatur Palud. in. 4. distinctione. 27. quæst. 4.

¶ Cæterum, quia in prædicto casu necessaria est dispensatio prædicto clerico, aut monacho, iuxta capit. 1. ne clerici, quis possit cum eis dispensare merito inquiritur. Respondetur autem cum Syluestro verbo, bigamus. §. septimo. quod licet in alijs solus Papa dispenset: tamen episcopus in hoc casu cum prædictis dispensare potest, etiam quoad maiores ordines suscipiendo, si tamen contraxere cum virgine. ¶ Præterea licet ( vt prædictum est ) bigamus sit ducens in vxorem vnâ non virginem, sed corruptam cap. debitum de big. etiam si inscius corruptam duxerit, & inualide eam duxerit, secundum

cundum communem: tamen de eo, qui duxit in vxorem à se antea vitiatam dubitatur, an bigamus sit indigenusque dispensatione. Ad hæc quæstionem respondentes Hostiensis Anchar. Anton. & Imola in cap. sane. de cleric. coniug. tenent affirmatiuam, scilicet, quod talis est bigamus. Sed nihilominus cum Sancto Thoma in 4. dist. 27. quæst. 3. & cum Syluestro. verbo, bigamus. in principio. & cum Florènt. 3. part. tit. 2. & cap. 3. & cum glossa, dicto, cap. sane. & cum communi, tenendum est oppositum, scilicet, quod talis non sit bigamus. Patet ex dicto cap. debitum, quia ille non diuisit carnem suam, quæ est ratio textus cum à se solo cognita fuerit illa fæmina, quam postea duxit vxorem. Tum, 2. patet: quoniam propter matrimonium subsequens, vitium totaliter purgatur cap. tanta, qui filij sunt legitimi. Assentitur nobis glossa cap. sane in. 1. de cleric. coniugatis. ¶ Præterea licet ( vt prædictum est ) bigamus efficiatur secundum communem, qui vxorem, quam duxit virginem, post ipsius fæminæ adulterium, eam cognoscit, etiam si ipsius vxoris adulterij ignarus, eam post illud cognouerit: tamen hoc merito in quæstionem vertitur, an si iste talis ex præcepto ecclesiæ, vxorē adulteram cognouerit, inuitus bigamus tunc efficiatur. Respondetur, quod Innoc. & alij tenent in casu partem negatiuam. Nihilominus respondetur cum D. Thom. & Palud. & alijs. in 4. sent. dist. 27. & cum Hostiensis, & cum glossa. can. si cuius vxorem, dist. 34. & communi, & cū Syluestro, verbo, bigamia quæst. 1. & cum Couarru. §. prædict. quod certe ille sit bigamus. Et hoc esse probabilis asserit D. Thomas, licet cōcedat circa hoc fuisse opiniones diuersas. Et ratio legitima est, quia licet inuitus vxorem adulteram cognoscat, non tamen seruat significatio coniunctionis Christi cum vnâ immaculata sponsa ecclesia, cap. debitum. de bigam. & cap. acutius. 26. distinct. Ex hoc infertur corollarie, quod secundum Anani. Anchar. Felin. & omnes irregularis est etiam qui adulteram reconciliatā vxorem cognouit. Cæterum, quia inquiri solet ratio differentiæ, cur, scilicet, vir corruptus, qui fornicatus est cum alia fæmina, si ducat vxorē virginem, non fiat irregularis, & tamen si ducat corruptam ( etiam si ipse virgo sit ) irregularis efficitur. Respondetur, quod licet, tres, aut quatuor rationes super hoc assignet glossa super, cap. debitum, de bigam. tamen quia eas reprobat D. Thom. in. 4. sent. dist. 27. quæst. 3. ratio D. Thomæ, quam ibi tradit, quæ potissima est, & vera, à nobis tenenda est, scilicet; Quia actus contrahentis matrimonium non cadit supra ipsam cōtrahentem, sed super alterum cōiugem. Et ideò vitium corruptionis nullum effectum bigamiæ

operator, quoad virum corruptum, sed quoad mulierem: quæ quia est incapax istius irregularitatis, per suam corruptionem contrahendo cū illa afficit virum, & non ipsa corruptio viri illū afficit. Ita etiam Syluester verbo, bigamus. Couarruias insuper affirmat istam rationem D. Thomæ esse communiter approbatam.

¶ Porro licet bigamia à lege diuina veteri, & à ritu gentium aliqualem originem habuerit: tamen autoritate Apostolorum & Conciliorum in ecclesiam inducta est. Vnde, quia de iure solo positio est, haud dubium, quin super eam Papa dispensare possit. Episcopus autem minime potest dispensare in ea, iuxta communem, quam tenet D. Thomas in. 4. prædict. dist. quæst. 3. & Syluester verbo, bigam. quæst. 7. Sed iam si hic aliquis roget, an in aliqua specie bigamiæ, vel eius casu possit episcopus dispensare. Respondetur primo, quod licet aliqui, vt Palud. & ei adherentes affirmauerint episcopum posse dispensare cum bigamo occulto, sed hoc nullatenus tenendum est, quia est contra communem, & quia Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. contrarium insinuat. Vbi solum episcopis concedit posse dispensare super irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus. Hæc autem irregularitas bigamiæ non prouenit ex delicto occulto, sed potius ex defectu significationis, & ideo eius dispensatio episcopis non conceditur. Secundo dicimus, quod licet olim communiter assereretur quod episcopus poterat dispensare cum bigamo volente transire ad religionem, saltem in diaconatu, vel subdiaconatu, sed ( vt tradit Sotus ) iã non est in vsu, vt cum istis volentibus seruire Deo in religione episcopus dispenset, neque etiam ad subdiaconatum. ¶ Tertio dicimus, quod episcopus super similitudinaria bigamia potest dispensare, si illa erat virgo. Vt, verbi gratia, si initiatus sacris, vel professus solenniter contraxit cum virgine & consummavit cum ea. c. 1. qui cleric. vel vouentes. Ita ibi Panormitan. Cardin. Præpositus, & communis, & Nauarrus.

¶ Quarto dicitur, quod D. Thomas in. 4. dist. 27. & Syluester, verbo, bigamus. quæst. 6. & Rota. in decis. 447. tenent, quod licet cum bigamo non possit dispensare, nisi Papa in vera vel interpretatiua bigamia ad ordines sacros, sed bene quoad ordines minores. Sed hanc D. Thomæ & Syluestri opinionem vario modo solent limitare aliqui Doctores. Primo modo secundum Nauarrum loco allegat. nu. 197. ca. 27. in summ. intelligitur esse vera, quantum ad vsum ordinum minorum iam susceptorum argum. cap. lector, cum glossa. 34. dist. sed non poterit ( inquit Nauarrus ) dispensare episcopus cum tali bigamo, neque ad ordines minores de nouo suscipiēdos,



Sed Couarruias cum Henrico cap. fin. de bigaliter eam limitat, scilicet, quod opinio. S. Thomæ sit vera, vbi maxima subesset dispensandi causa, vel dum laicus illam bigamiam contraxisset, dum esset in statu laicali, tunc cum ipso ad minores posset dispensare episcopus. Secus tamen est, inquit, si post clericatum contraxerit bigamiam: quia cum hoc episcopus neque in minoribus poterit dispensare: quia amisit hic omnino ordinis ecclesiastici, & clerici privilegium ipso iure cap. vnico de biga in. 6. & ideo non potest ex episcopi dispensatione illos recipere. His nihilominus non obstantibus arbitror nunc presertim post Concilium Tridentinum quod opinio sancti Thomæ & Sylvestri hæc non habet locum etiam cum limitationibus prædictis. Nam per Concilium sess. 23. cap. 17. penes finem bigami tanquam non idonei ad ministeria minorum ordinum refutantur, & prohibentur suffici in ministerijs quatuor ordinum minorum exercendis, etiam si clerici cœlibes præsto non sint: ergo videtur episcopis de negari potestas cum eis ad minores ordines suscipiendos, vel exercendos dispensandi. Tum, quia pro hoc facit bonus textus in cap. 1. de bigam. in. 6. vbi Ican. Andre. Ancha. Philip. Dominicus negatiuam tenet. Tum etiam, quia vt ait Couarruias est certum quod ipsemet Papa cum maxima difficultate super vitio bigamiæ dispensat: ergo signum est, id episcopis non esse permissum. Vnde infert Couarruias opinionem D. Thomæ nimis esse dubiam, atque ideo licet cum illis limitationibus eam probabilem putet, tamē ego arbitror, quod si nimis est dubia (vt ipse ait) in re tam dubia non se debent intromittere ad dispensandum episcopi, maxime post Concilium Tridentinum, quod id videtur prohibere. Et licet aliqui possint contēdere illud glossare sic quod tales bigami ante dispensationē factum ab episcopis idonei non reputentur ad exercitia minorum ordinum: tamē magis videtur esse de mente eius, quod neque per dispensationem episcopi ad ea exercitia idonei fiant.

¶ Quinto dicitur, quod episcopus poterit dispensare cum eo, qui post votum simplex religionis, aut castitatis contraxit matrimonium, vt patet ex can. si qua virgo. 27. quæst. 1. Nam licet iuxta can. quot. ead. caus. & quæst. inter bigamos reputatur, qui virginitatem pollicitā præuaricatur, tamen secundum glossam quæ ibi hæc tanquam vltimam & veriore sententiam videtur acceptare, scilicet, quod cum eo episcopus possit dispensare; quia iste secundum glossam de numero bigamorum proprie non est, tenendum hanc dispensationem ab episcopo posse impendi.

**A** ¶ Præterea hic illa non sub silentio prætereunda est quæstio. An sicut ordine sacro initiatus inualide contrahens cum vidua & corrupta ab alio sit bigamus: ita etiam laicus, aut minoribus etiam initiatus, si contrahat cum vidua siue corrupta inualide, quia erat sibi affinis, vel consanguinea intra quartum gradum efficiatur irregularis. Videtur autem, quod bigamus efficiatur vt cap. nuper de bigam. videtur diffiniri. Nihilominus Nauarr. in summa cap. 27. nu. 195. aucter defendit, quod neque laicus, neque minoribus tantum initiatus contrahens cum vidua, aut corrupta inualide, quia erat sibi affinis, vel consanguinea, vel quia aliud intercessit impedimentū dirimēs, non fit bigamus, & irregularis. Quod probat multipliciter. Tū, quia in sacra pœnitentiaria sic nuper cōclusum fuit. Tum secūdo: quia nullo iure expresso hoc cautum est. Et iuxta determinationē capituli, is qui, de sent. excomm. lib. 6. nulla irregularitas contrahitur, nisi in casibus à iure expressis. Non ergo obstat caput. nuper. eod. tit. quia loquitur de presbytero & Innocentius illi verbo, clericis in eo posito ad tollendam ambiguitatem, addidit, constitutis in sacris. Neque obstat etiam cap. finale, de vigam. quia loquitur de subdiacono. Et ratio ibi expressa (vt ex ipso textu colligitur) non est vlla sola, scilicet, quod factus est bigamus, quia habuit affectum contrahēdi opere subsecuto: sed quia iā similitudinariæ contraxerat cum alio, id est, cū Christo: quia loquitur de subdiacono habente votum solenne castitatis. Neque obstat Rota decis. 1. de big. quæ in clerico minorum ordinum videtur tenere contrarium per caput fina. de bigam. Quia non considerat caput hoc fundari tanquā in integra ratione in hoc quod ille subdiaconus habebat votū solenne castitatis, per quod suū corpus similitudinariæ, id est, in similitudinē matrimonij tradiderat Christo, & simul cū hoc contraxit cum vidua opere subsecuto, licet inualide: ideo punitur, vt bigamus, vt cum eo dispensari non possit. Quod non cōcurrit integre in minoribus initiato, qui votum solenne castitatis nō emisit: ideo hic irregularis non fit. At quia hæc opinio Nauarri satis fundata esse in iure videtur, ideo tuta est, & teneri potest.

¶ Accedit ad prædicta, quod licet, si quis cum muliere scurrili, aut serua, aut cū publica fabularum actrice contrahat, non ideo fit bigamus, si erat virgo: tamen mortua illa non debet ordinari can. si quis biduam. 2. 34. distinction. Adde secundo, quod si quis habeat duas concubinas, etiam si sit coniugatus cum virgine vna sola, bigamiam non incurrit can. final. 34. distinction. & capit. penultim. de bigam. Neque etiam fit bigamus aliquis ex eo, quod cum desponsata alteri per

teri per verba de presenti matrimonium contra hit, si erat virgo: quanquam mortua illa ordinari non debeat capit. si quis viduam. 2. 34. dist. 34.

¶ Vtrum homicida ante baptismum, vel ante professionem baptismalem duobus iunctis vxoribus, sic fiat irregularis, vt hæc eius irregularitas per baptismum non deleatur. Respondetur autem ad quæstionem: & primo ad primam eius partem, quod si homicidium præcedat baptismum, homicida non efficitur irregularis, aut certe hæc irregularitas deletur per sequens baptismum. Ita capit. si quis viduam. 50. distinctione. & ibi ita omnes. Cæterum circa secundam quæstionis partem discordia olim fuit inter egregios duos Doctores ecclesiæ D. Hieronymum & D. Augustinum. Nam Diuus Hieronymus tenuit, quod bigamia contracta ante baptismum per baptismum tollitur: cui subscripserunt Maior dist. 27. quæst. 6. & Almainus & Henric. Gandauo, hac adducti ratione, quia bigamia est de iure pontificio, & per consequens non obligat infideles nondum baptizatos. Secundo quia baptismus actualia peccata tollit, quod est plus, quam tollere bigamiam: tollit ergo & ipsam.

¶ Sed his nihilominus non obstantibus contraria sententia est ab omnibus fere canonistis recepta, quæ est D. Augustini libr. de bono coniugali cap. 1. 8. contra D. Hieronymum & epistola ad Oceanum D. Augustinus eam habet, eam que omnes canonistæ receptam habent, cap. gaudemus. de diuortijs. Est D. Thomæ. 3. part. quæst. 68. artic. 3. & 4. & art. 6. Est omnium Thomistarum. Neque obstat ratio opposita pro opinione D. Hieronymi, quia Papa non ligat infideles, vt sic, sed bene eos ligat, si ad catholicam fidem transferint, sicut patet in corpore vitiatas antea infidelibus iam conuersis. Neque obstat, quod peccata per baptismum deleantur, quo ad culpam, & satisfactionem Deo debitam: quoniam non remittuntur quoad pœnam debitam in foro exteriori ciuilitate debitam. Neque baptismus tollit hunc defectum significationis sacramenti, qui consistit in hoc, quod infidelis carnem suam diuisit in plures in matrimonio, quod inter illos, licet non actu fuit sacramentum, in potentia tamen & quodam modo in habitu erat sacramentum: quia dum illud contraxerunt, poterant conuerti & baptizari & post contrahere matrimoniū, quod esset sacramentum verum. Hæc autem sententia D. Augustini fuit auctoritate Innocentij Papæ probata.

¶ Præterea an irregularitas per ingressum religionis tollatur, videndum est. Dicitur ergo

quod id est verius in hac parte, quod nulla irregularitas tollitur per professionem, nisi in casibus expresse iure statutis. Licet verum sit, quod fauor religionis facilius est dispensatio, contra glossam in cap. 2. de apostat. Neque obstat arguere quod ingratitude tollitur per ingressum religionis, & per consequens etiam irregularitas: quia distincta est ratio de ablatione ingratitude, & quoad irregularitatem. Ita Syluest. verbo, irregularitas quæst. 28. Couarruias vbi supra. & Abbas. Anan. Gonfallus, à se allegati. At Mendicantes ex iure habent, quod illegitimi per solum ingressum religionis ipso facto legitimantur ad ordines. Ad prælationem vero non, nisi per prælatos suæ religionis dispensentur, per privilegium, quod ad id obtinent.

¶ Deinde & ad hanc materiam pertinet explicare, an neophiti id est nouiter in religione christiana plantati, admittendi sint ad sacros ordines. Videtur autem, quod non (vt docet D. Paulus ad Tim. 3.) non neophitum esse ordinandum, ne elatus in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. Respondentes ergo ad quæstionem dicimus primo, quod qui ab infantia est christianus, licet sit ex parte, vel auo, vel proauo Iudæo, aut Saraceno nullo iure communi à sacris ordinibus, neque à beneficijs ecclesiasticis, aut dignitatibus, neque ab officijs publicis, & secularibus excluditur, quidquid sit de peculiaribus ordinationibus collegiorum, vniuersitarum, aut similibus: quia hi proprie neophiti non sunt: sed apud Hispanos appellantur conuersi, aut Marrani. Sed ipsi Iudæi infideles, quia infames sunt, neque publica munera exercere valent glossa. cap. constituit. 17. quæst. 4. ex Concilio Tolet. Secundo dicitur, quod neophiti ex quacunque lege, si iam conuersi sint ad fidem, ad sacros ordines & ad beneficia promoueri possunt, cum episcopo visum fuerit: si tamen ex disciplina & moribus appareat iam esse veteranos, iuxta egregium textum cap. 1. 57. distinctione. Vnde censet Couarruias, hanc irregularitatem neophitorum, non esse alijs similem: quoniam non est expectanda dispensatio Papæ: sed arbitrio episcopi committitur considerandum, an talis neophitus dicendus sit mouiter conuersus, aut veteranus: quod caute est discernendum.

¶ Tertio dicitur quod neophitus paulo ante baptizatus, non est ad secularia officia eligendus. Patet hoc ex prædict. Concil. Toletano cap. Constituit. 17. quæst. 4. & ibi glossa. Ita Couarruias, vbi supra, qui ibi in huius gratiam allegat Felin. Iasonem. Archid. Anan. Et ratio id probat: quia indecorum est reipublicæ eum statim

tim ad hæc officia admittere, licet recipi possit ad testimonium contra Felin. ¶ Ac Couarruuias ibi commonefacit iudices, vt in recipiendis his neophitis ad testimonium caute se habeant, & discrete. Sed qui iam veteranus est, nulla lege argetur, quin ad secularia officia præficiatur, si iam veteranus est. Alioquin indecorum est. Patet, ex partita. 5. lib. 6. tit. 24. Nauarrus autem cap. 27. num. 20. insinuat, non inter conuertum dicendum non esse, qui a tempore suæ conuersionis & baptismi, plus decem annis, aut viginti, aut triginta, aut quadraginta iam excessit. Unde in hoc putat non habere locum dispositionem illam dictam can. constituit arg. cap. eam te. de rescriptis, & secundum Felin. ibi.

De secunda specie irregularitatis ex defectu corporali.

### C A P. XXIII.

De duabus regulis generalibus valde conducentibus ad notitiam huius speciei irregularitatis. Prima de deformitate insigni: Et secunda de impedimento executionis ordinis: Et quis possit dispensare cum corpore vitiat: Et de irregularitate ex defectu illegitimationis, & seruitutis, & infamia, & defectus ætatis, & Sodomie, & Simonie: Et an publicus peccator fiat ipso facto irregularis: vel celebrando incurrat nouam irregularitatem præsertim si sit clericus publice concubinarius: & in extrauagante. Pij. 5. Clericus Sodomita fiat irregularis.



IRCA hanc materiam in primis prænotari oportet, duas regulas generales valde conducentes ad notitiam huius irregularitatis, quarum meminit Couarruuias de irregularitate, prima parte. Prima igitur regula generalis est, scilicet, quod vitium corporis impedit ab ordinatione, cum tale est quod executioni ordinum impedimentum præstat, vel insignem indecit deformitatem. Leuitici c. 21. & 49. distinct. cauone. 2. & titul. de corpore vitiat. Est hæc regula calculus omnium probata. Pro qua facit egregius textus cap. si euangelica. 55. dist. Hæc tamen regula intelligenda est circa suscipiendos ordines, quia, quo ad susceprostantum, tantum inducitur irregularitas cum per vitium impeditur executio. Ita Pa-

ludanus in. 4. sententiarum dist. 25. quæst. 3. & l. 25. tit. 6. partit. 1. Quæ autem deformitas sit insignis, ita vt susceptionem ordinum impediatur, arbitrio episcopi relinquatur iudicandum. Ex hac regula corollarie sequitur primo quod abscisio digitorum, per quam quis impeditur ab accipiendo hostiam ad consecrandum, & eleuandum eam impedimento est ei, ne ordinari possit in sacerdotem: quod forte non posset impedire diaconum, aut subdiaconum ab ordinis subdiaconatus, vel diaconatus susceptione, si eius executionem non impediret, aut deformitatem insignem non præferret talis abscisio. Secundo sequitur corollarie, quod secundum omnes, neque is, qui ob informitatem insignem ab altari arcendus est, si sacerdos sit, non impeditur ab administranda sacramentali absolutione. Sequitur tertio Corollarie secundum Nauarr. vbi supra quod licet monoculus sit irregularis cap. si euangelica. 55. distinct. non tamen est irregularis, qui caret visu oculi dextri, qui alijs videtur sanus, si sinistro oculo quantum satis est ad bene celebrandum videt. Sed quid erit de carente vno oculo & eius visu etiam si integer appareat. Responderetur, quod in hoc casu glossa, in c. 2. de verb. sign. lib. 6. censet hunc esse irregularem. Sed hanc sententiam glossæ, quæ est Alex. in caphinc. 49. dist. limitat ibi Nauarrus esse veram & teneri posse, si intelligatur de oculo sinistro, quem stylus Romanus oculum canonis appellat, quo respicitur ad canonem legendum, vt sine nimia & indecora conuersione faciei ad populum canonem legi possit: alias secus est. Et sic ait se respondisse Nauarrus ad hunc casum, cum esset ad eum respondere rogatus. Hac ratione motus, scilicet, quod hic magis deformitas, quam defectus visus videtur in hoc casu expendenda. Sed certe, an ista deformitas, quam hic sibi Nauarrus persuadet accidere posse, nescio, an tanta sit, vt propterea talis oculum sinistrum integrum carentem tamen visu habens, arcendus sit ab ordinibus. Igitur melius est vt hoc arbitrio episcopi iudicandum relinquatur, qui inspectis circumstantijs, an inde sequatur magna deformitas, aut scandalum iudicabit. Nam alias (vt ipse bene ait) canon, si euangelica. disponens de carentia oculi, quæ grauem inducit deformitatem, non est extendendus ad carentiam visus, quæ eam non facit arg. cap. odia, de reg. iur. lib. 6.

¶ Secunda autem regula generalis est, scilicet, si quis ex culpa propria membrum sibi absciderit irregularis est, etiam si abscisio impedimentum executioni ordinis non præstet, neque insignem inducat deformitatem. cap. si quis absciderit, & cap. sequi. 55. distinct. quantum membrum sit occultum,

cultum, & quantum quis sibi non abscindat, sed alius sua ipsius sic amputati culpa, scilicet, quia iussit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dans operam id casu perdidit. Arg. cap. presbyterum, & cap. continebatur, de homicid. aut si in pœnam alicuius delicti ab inimicis fuit illi abscissum. Hinc sequitur corollarie, quod irregulares fiunt qui ex culpa sua deprensæ a marito mulieris secum adulterantis in vltionem virilibus amputati sunt, secundum Ioan. Andr. & Hostiens. cap. ex parte de corpore vitiat. Est communis secundum Nauarr. & Couarruuiam. Sed notandum est, quod licet aliqui istam secundam regulam sic limitanter intelligant esse veram, scilicet, quando culpa ipsius ordinandi in ista abscissione membri notoria est iuxta Cardin. & Anton. cap. fin. de corpore vitiat, & communem: sed quia Villadiego de hac limitatione dubitat, Nauarrus nititur eum conciliare cum Hostiensis & Ioanne Andrea, dicendo quod non est irregularis defectu membri, quod ex culpa sua, puta, ex impatentia & indignatione sibi amputauit: sed ob notorietate peccati, quod abscindendo commisit. dist. cap. fin. Couarruuias autem aliter istam communem opinionem Hostiensis, quasi de ea dubitans limitat sic, scilicet, vt admittenda non sit, nisi saltem episcopi dispensatio accedat, quando sic contigerit ex culpa totius membri abscisio, siue abscisio sit notoria, siue non. Caterum si partem membri sibi quis ex culpa sua amputauerit, aut vt amputetur ab alio culpabilem causam dederit: tunc non erit irregularis etiam si notoria fuerit amputatio. Et hæc opinio Hostiensis tantum locum habebit. Et hæc limitatio Couarruuiæ videtur cordatior, & verisimilior.

¶ Accedit etiam ad prædictas regulas, quod si quis non sua sponte, aut ex data culpa, sed a medicis, vel a casu, vel per vim vel insidias hostium, vel cum esset puer in cunabulis, secus fuit aliquo membro, vel virilia, vel aliud membrum amiserit, promoueri ad ordines poterit, si membrum abscissum impedimento non fuerit ad executionem ordinum, vel grauem deformitatem non inducat. Si autem post promotionem, talis casus acciderit sine culpa, qui executionem ordinum non impediatur, in ordinibus susceptis ministrare poterit cap. ex parte de corp. vitiat, & cap. eunuchus. 55. dist. Adde quod secundum leges civiles homicidij pœna censentur puniendi amputantes sibi virilia. l. 3. §. quid hominem, & l. 4. §. idem diuus. ff. de sicar. & l. 1. & 2. C. de de eunuch. & l. 13. titulo. 8. partita. 7. Quia hæc virilium amputatio turpis reputabatur apud antiquos. Igitur in hac irregularitate dispensatio regulariter à Papa petenda est secun-

dum Innoc. in cap. 1. de re iudic. lib. 6. & secundum Ioan. Andream & Anton. cap. significauit. de corpore vitiat. Ita Nauarrus & Couarruuias vbi supra. contra Villadiego & Syluester. verbo corpore vitiat. quæst. fina. Imo addit Couarruuias, quod non consuevit dispensare Papa circa vitium corporis, cum tanta deformitas est quod ingenerat magnum scandalum apud christianam plebem. ¶ Præterea (vt reliqua dubia expediamus) dicitur, quod si aliquis propter sanitate priuatus est aliquo membro siue occulto, siue manifesto, si propter hoc redditur inhabilis aut multum deformis repellitur, vt supra. Si autem non sit propter hoc inhabilis, aut multum deformis non repellitur neque promotus deicitur. Neque est necesse quod membrum abscissum secum portet, vt quidam ridicule & abique ratione affirmant.

¶ Deinde amittens vngulam pollicis dando operam rei illicitæ, siue dispensatione celebrare non potest. Quod probatur per contrarium sensum ex cap. finali. iuncta glossa de corpore vitiat. Sed forte si culpa in isto casu amputationis vngulæ pollicis non fuit notoria, quia non est amputatio totius membri, sed partis, non erit irregularis secundum Couarruuiam, qui in hoc casu admittit opinionem Hostiensis vt veram. Hoc autem intellige, nisi forte ex tali amputatione vngulæ pollicis reddatur inhabilis ad frangendum, vel contrectandum hostiam. ¶ Item etiam habens membra superflua etiam si ea absciderit non propterea repellitur: nisi ex hoc proueniret inhabilitas ad exercitium ordinis, vel nimia deformitas secundum glossam. in cap. partem dist. 55. quia talis non est proprie mutilatus. Caterum claudum à natiuitate, vel sine culpa sua, qui ad altare sine baculo accedere potest consuetudo non repellit, nisi nimia deformitas generet publicum scandalum, vel ex claudicatione inhabilis fiat ad complendum ministerium altaris arg. cap. nullus. de consecr. dist. 1. Hostiensis autem in apparatu asserit, quod si tale membrum est occultum, episcopus potest dispensare, nisi in castrato: & quod etiam cum religioso potest dispensare, vt cum pede ligneo celebret. Sed existimo, quod sic dispenset episcopus cum religioso in hoc casu non esse in usu. Sed neque colligitur id posse episcopum ex iure. Imo Nauarrus & Couarruuias asserunt hanc dispensationem ad Papam pertinere. Nisi forte, in suo compendio priuilegiorum, quod non potui meis studijs occupatus inquirere aliquod priuilegium continetur, vt ab alio super hoc possit dispensari. Non enim prælatus ordinarius in exemptis iudicare potest, an de deformitas, vel inhabilitas impediens executionem vel generans scandalum, proueniens

ueniens ex vitio membri corporis fit talis, quæ inducit irregularitatem exigentem dispensationem, Sed hoc discernere pertinet ad episcopum, qui ordines est collaturus. Ita Nauarrus c. 27. nu. 200. Allegatque ad hoc Syluestr. verbo, corpore vitiatis, quæst. 1. expresse contra alios tenentem, quod id examinare pertinet ad episcopum, & non ad prælatum exemptorum.

¶ Nunc vero de irregularitate, quæ inducitur per corporales morbos, vt per lepram, & per epilepsiam siue epilentiā, quam alij morbum caducum appellant, dicendum est. Dicitur ergo quod lepra irregularitatem inducit, non solum suspensionem ordinum, sed & usum susceptorum impediens cap. cum percussio. 7. quæst. 1. & cap. de rectoribus, & cap. ex parte, de clerico, & groto. Statuamus ergo hic regulam generalem, quæ quilibet alias corporis in firmatas complectatur, scilicet, quod omnis infirmitas corporalis, quæ notabile scandalum vsui ordinum præbet, & à promotione ordinum impedit, & ab vsu & actu eorum, in quo generat scandalum. Hæc regula est Nauarrus arg. l. illud. ff. ad l. Aquiliam, & de translat. prælat. cap. 2. & iuxta cap. at si clerici. §. 1. de iudic. solus Papa super hæc dispensat. Cæterum de epilepsia seu morbo caduco dicitur. 2. quod qui tali morbo est affectus: adeo est irregularis, vt nunquam amplius possit ordinari, quanuis sanus appareat arg. 1. 5. quæst. 1. §. fin. Neque qui iam est ordinatus, si læpe decidit: Imò neque etiam celebrare potest, etiam si rato decidat, si spumas ore vomit. Alias celebrare potest, vt elicitur ex can. communiter, & sequenti. 3. dist. dum modo habeat sociū præparatum ad perficiendam missam inceptā, si forte morbo arripetetur can. illud. 7. quæst. 1. & can. nihil. ibi. Quod autem dictum est de epilentico, idem dicendum esse videtur secundum Nauarr. de amente cum lucidis interuallis, lunatico, & furioso. Sed obsessus à dæmone nunquā celebrare debet (vt testatur Villadiego & D. Anton. 3. part. tit. 28. cap. 5.) Sed licet hæc resolutio Nauarrus videatur fundari in iure: tamen sententia aliorum videtur accedere ad regulas generales traditas. Qui etsi concedant furiosum lunaticum, epilenticum, siue caducum non esse ordinandum: sed si iam fuerit promotus ad ordines si iam videtur à morbo omnino liber, expectato tempore ad arbitrium boni viri poterit ordines exequi. Si autem non sit omnino liber, respiciendum est ad regulam superius datam, scilicet, an permittete eum celebrare graue scandalū ingeneret in populo, aut graue periculum. Et sic adhuc non est celebrare permittendus saltē in publico: alias permitti potest, vt celebret, cū illa præparatione socij, vt dixit Nauarrus. Quæ

quidē regula maximi pēdenda est, quia ad multos casus valet. Secundū quā regulā iudicandū censent aliqui de habente maculam in oculo, & de gibboso, & leproso. Quoniam si tale sit eorū vitium, quod inducat deformitatem scandalizātem populum, arcendi sunt tam à susceptione ordinum, quam ab eorum vsu. ¶ Item hermaphroditus quomodocūque nō admittitur ad ordines, & ordinatus repellitur, licet magis ad masculinum sexum vergat, & characterem habeat secundum Gul. Præterea aduertendū est, quod tales promoti à beneficio adepto post ordines susceptos: & ante casum vitij talis corporis contracti, à beneficio non repelluntur, ne addatur afflictio afflictio. 7. q. 1. ca. percussio. Sed dabitur impotenti coadiutor, si perse nō potest. Sed neque cum non potente bibere vinum, quin illud euomat, potest dispensare Papa super eius irregularitate, quia irregularis est, secundū glossam singul. dict. cap. ipsi apostoli. 2. q. 7.

¶ De irregularitate ex defectu illegitimationis, & seruitutis, & infamiae, & defectus ætatis, & Sodomiae & Simoniae.

PRæterea notandum circa defectum nataliū, quæ illegitimitas dicitur, seu illegitimitas, quod ad corporale defectū reducitur & quia omne includit illegitimorum genus, secundum gloss. ca. nisi cum pridem, de renunc. verbo. māzeres, & c. per venerabilem. §. quod autem, qui filij sint legitimi. ideo omnes facit irregulares cap. 1. & final. de fil. presbyt. quanuis eorum defectus occultus sit, & publice habeantur pro legitimis: quales sunt nō pauci, quos coniugata mulieres ex adulteris susceperunt. De his autem dicunt Medina Salmant. & Nauarrus in sum. cap. 27. num. 201. quod hi nati ex coniugata & ex eius adulterio progeniti, si nolint, non tenentur credere matri adulteræ. Quod tamen ego limitādum censeo, nisi optimis argumentis, & indicijs valde probabilibus sic persuasus sit aliquis à matre, quod teneatur ei fidem adhibere. Vt quia tēpore conceptionis absens erat maritus, vel ita ægritudine decumbēs in lecto laborabat, vt verisimile sit suam tunc non cognouisse vxorem. Si igitur filius hic adulterinus scit se esse talē, aut persuasus probabilibus rationibus id credit, aut credere debet per dictum matris se esse talem, legitimationem occurrere petere debet, secundum Ant. dict. cap. 1. & Hostiens. ¶ Cæterum hic interim dubitatur, an expositus, cuius parentes latent

tent, possit promoueri ad ordines. Videtur autē quod ab ordinibus suscipiendis non sit arcendus: quia nemo in dubio priuandus est iure suo. At in contrarium videtur, quod iuxta l. liberorum. ff. de his, qui not. infam. nemo in dubio præsumitur legitimus. Respondetur autem, quod hic variant Doctores. Nam Anan. cap. de infantibus expositis, ait tales ad ordines non indigere dispensatione. Cui assentit Felin. ¶ Ancharr. autem & Angelus tales dispensatione indigere putant. Igitur ad quæstionem resolutoric dicendum puto cum Ancharr. Angelo & Couarr. part. 1. de irregular. quod verisimilius est, quod talis expositus saltem sine dispensatione episcopi non sit ordinandus. Tum propter. 1. allegatam, cum gloss. Tum secundo, quia coniectura docet, quod non solent filij legitimi exponi, sed potius nati ex furto vel fornicario congressu. Si autem talis expositus, iam sine dispensatione fuerit ordinatus, censet Couarruias propter autoritatē Anan. & Felini non esse ab vsu ordinum prohibendum. Denique sciendum est, quod circa hæc irregularitatem ex defectu natalium prouenientem: solus Papa dispensat, quatenus attinet ad ordinem sacrum, dignitatem & beneficium curatum. Cæterum quantum ad minores ordines & vnū beneficium simplex episcopus cum illis dispensare potest cap. 1. & 2. de filijs presbyterorum in. 6. & professio religionis approbata (vt distinctum est) dispensat cum ipsis quoad omnes ordines cap. 1. de filijs presbyt. ¶ At cum religiosis illegitimis neque episcopus potest dispensare, quoad prælatiam, sed prælati Mendicantium bene possunt hoc facere per priuilegium sibi concessum, vt prædiximus. Vide Nauarr. vbi supra. ¶ Præterea seruitus inducit irregularitatem, ita, vt seruus sine voluntate domini ordinari non possit. Quod si cum consensu domini sui ordinetur, eo ipso fit liber. Si vero domino ignorante, vel contradicente ordinatus fuerit, manet adhuc seruus sicut antea, si non sit sic initiatus, nisi in minoribus. Si autem initetur diaconatu, vel subdiaconatu, se in libertatē redigere potest iusto pretio soluto, aut dato alio seruo sui loco. Si vero talis seruus ad presbyterium promotus fuerit immunis fit à seruitute dato suo peculio, aut redimendo se, si peculium non habet. Quod si neutrum horum præstare possit satisfaciens præstando domino obsequia non indecentia presbytero. Ita D. Anton. 3. part. tit. 28. ca. 6. §. 6. Et elicitur hæc determinatio ex cap. 1. 2. & 3. & cap. ex antiquis & c. nonnulli & c. frequens. 24. dist. & toto tit. de seru. non ordi. ¶ Ad hæc de infamia tam facti, quam iuris dicimus, quod irregularitatem inducit, vt patet

ca. infamibus, cum gloss. de regul. iur. in. 6. vbi id notat Franc. & cap. ipsi apostoli. 2. quæst. 7. & cap. 2. de ordin. cogniti. iuncta glossa fin. Sed iam hic obiter dubitari solet super hanc irregularitatem contractam ex infamia quis possit dispensare. Respondetur autem cum Nauarro cap. 27. num. 204. & Villadiego à se allegato, quod si talis irregularitas nascitur ex infamia iuris, solus Papa dispensat, nisi in casu, in quo episcopus dispensando super delictum, ad quod sua facultas se extendit, infamiam tollat accessorie, secundū glossam in cap. domino. 50. dist. & gloss. notabilem; cap. Euphemium. §. 1. 2. quæst. 3. Quibus accedit Decius in cap. at si. §. 1. de iud. ¶ Si autē talis irregularitas nascatur ex infamia facti, cuiusmodi est illa, quæ nascitur ex crimine graui notorio, etiam episcopus super illam dispensat. Sed & hæc irregularitas autore Nauarro ibi interdum per poenitentiam iustam & correctionē vitæ etiam non omnis, aliqua tamen tollitur, quia omnis res per eas causas, per quas constituitur dissoluitur cap. testimonium, de testibus, & ca. 1. de regul. iur. & gloss. cap. primum. 25. dist. penes finem.

¶ Porro hic etiam locum sibi vindicare videtur illa quæstio cognitiu necessaria, an publicus peccator fiat ipso facto irregularis, si ante poenitentiam celebrauerit, aut ministrauerit. Videtur autem, quod irregularis fit, quia est infamis infamia facti, si crimen fuit graue, & notorium. Sed in contrarium astat Couarruias, qui loco citato. §. 1. affirmat publicum peccatorem, etiam si ante poenitentiam ministrauerit, non fieri irregularem: quia inquit hic tantum est suspensus quoad se, non quoad alios.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis dicimus primo cum Nauarro in sum. cap. 25. num. 73. & num. 74. quod qui notatus est, aliquo peccato notorio depositione digno, non potest suscipere ordines ante dispensationem, etiam post peractam poenitentiam cap. finali. de temporibus ordinand. Notorium autem in præsentiarum dicitur crimen, quod nulla potest tergiversatione celari, inter maiorem partem populi vicinorū, aut collegij, dum modo in eo sint saltem decem: vel quod iam transiit in rem iudicatam, vel quod confessum est à parte in iudicio. Dicitur autem depositione dignum, quia ista irregularitas ad suscipiendos ordines non oritur ex alijs peccatis, quæ non sunt depositione digna. Ita Cardin. cap. finali. de temporibus ordinand. Vt patet per exempla istius textus, quæ sunt adulterium, periurium, homicidium, & falsum testimonium. Diximus notanter etiam post peractam poenitentiam, quoniam poenitentia non sufficit sine dispensatione, vt his criminibus notorijs



torijs depositione dignis notari possint promoti ad ordines. Cæterū statim occurrit dubitatio, quis super hanc irregularitatem possit dispensare. Respondetur autem secundum Syluestrum verbo, irregularitas, quæ sit. 2. 8. quod in eis criminibus, in quibus episcopus potest dispensare, ut patet. cap. at si clerici. §. de adulterijs de iudicijs, post peractam pœnitentiam dum ordinat eo ipso censetur cum ordinando dispensare, si talis sit eius intentio, licet verbis id non exprimat. Quod Nauarrus cap. 2. 5. numer. 74. limitat quoad forum conscientie tantum, sed non quoad forum exterius, nisi id exprimat. Quia tantum Papa quoad forum exterius, si scienter faciat sine expressione verborum censetur dispensare: quia potest absque causa valide in iure suo dispensare. Atque idem dicendum est de prælato ex privilegio potente dispensare, scilicet, quod eo ipso, quod subditum criminis iam emendatum ad ordines mittit censetur in foro conscientie tantam dispensare: sed non in foro exteriori, nisi verbis id exprimat. Sed episcopus tantam sic dispensans cum delinquente contra constitutionem suam synodalem, ipso facto eum ordinando, sine expressione verborum censetur dispensare etiam in foro exteriori: quoniam hæc eius dispensatio, etiam sine causa valet facta, si intentionem non habeat contrariam: quia scit eius crimen iam emendatum, & hoc non obstantem vult illum ordinare.

¶ Dicitur secundo cum eodem Navarro in summa capite. 27. numero. 194. quod non solum irregularis ob defectum corporalem, aut illegitimitatis, sed etiam irregularis ob magni criminis notorietatem celebrando ante dispensationem non incurrit novam irregularitatem, licet peccet mortaliter. Ita Innocentius cap. si celebrat. numero. 3. de cleric. excommunic. & de viroque hoc affirmat. Tum quia irregularitas non est vera suspensio, neque proprie censura ecclesiastica (ut prædiximus), & ita illa irregularitate affectus nullam violat censuram celebrando, ut fiat denuo irregularis: sed manet in priori irregularitate sui criminis notorij, donec cum eo dispensetur. Et hoc est quod voluit significare Covarruias loco citato, dum ait publicum peccatorem non fieri irregularem, etiam si ante pœnitentiam ministrat. Non fit inquit irregularis de nouo: quia non est (inquit) suspensus quoad alios. Ita Cardin. dicto capite. si celebrat. & Socin. Et sic intelligendus est textus, in capitulo ultimo, de temporibus ordi.

¶ Præterea, quia dictum est, quod nullus irregularis ob notorietatem criminis tantum, celebrando novam incurrit irregularitatem, in

A disputationem venit, an clericus notorie concubinarius ab hac excipiatur regula. Videtur autem quod celebrando fiat de nouo irregularis: quia ut videtur est proprie suspensus, scilicet, & quo ad se, & quo ad alios, ut patet cap. si qui sunt. 8. 1. distinct. & capit. præter. 3. 2. distinct. Ergo novam irregularitatem incurrit si celebret ante pœnitentiam, quæ a solo Papa est delectibilis. In contrarium est, quod ista irregularitas non est expressa in iure, scilicet, quod de nouo a concubinario clerico celebrando ante pœnitentiam incurrat. Neque obstat, quod talis sit suspensus quoad se, & quo ad alios: quia ista suspensio non videtur lata propter delictum in eius pœnitentiam, sed ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone. Vnde quia corpore vitiat, & illegitimi non in pœnitentiam, sed ratione honestatis, sicut & illegitimi sunt suspensi, celebrando non incurunt novam irregularitatem: Sic videtur, quod neque clerici concubinarij eam incurant. Igitur quæstio hæc valde perplexa est: quia in ea digladiantur Doctores celebres, Pro parte, scilicet, affirmatiua, & communi militant Panormitanus cap. vestra colum. 4. de cohabitatio cleric. & Syluester, verbo, concubinarius. §. 4. Villadiego. Abulens. tract. de concubinarijs. Florent. 3. part. titul. 27. cap. 3. Palud. in. 4. dist. 27. quæst. 4. Hostiensis. Pro parte autem negatiua, scilicet, quod clericus non fiat celebrando denuo irregularis astant Innocent. Ioan. Andre. in dicto cap. si celebrat. & Card. & Speculat. & Imola & Archidiano. propter rationem allatam, & Nauarrus cap. si quando de rescript.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod opinio affirmatiua, scilicet, quod talis clericus concubinarius ita notorius, quod nulla potest tergiversatione celari, siue ita fornicarius, etiam cum vaga, etiam si diaconus sit, aut subdiaconus, exercendo actum sui ordinis sacri ante peractam pœnitentiam, & non post, fit denuo irregularis nova irregularitate ab solo Papa dispensabili, licet in priori, scilicet, ipsius concubinitus possit dispensare episcopus, est tutior & communior & verisimilior. Cui præter dictos autores partis affirmatiuæ suffragantur Felinus, cap. cum dilectus, de accusat. & Anan. & Anton. Quæ quidem opinio communis intelligenda est dum diuini se immiscet tempore, quo publice in eodem versatur vitio, & non alias. Hanc denique tenet Nauarrus in summa cap. 2. 5. num. 76. & 77. qui videtur mutasse sententiam, quam ante tenuerat dicto cap. si quando, de rescriptis. Hanc etiam Covarruias, licet dura sibi videatur, etiam cum limitatione prædicta consulit esse

esse sequendam. Ita ut dispensatio impetretur eius a papa: licet non iudicare audeat huiusmodi celebrando fieri denuo irregularem. Probat autem, nam omnis talis clericus est suspensus ipso iure, ut patet dicto can. præter. 3. 2. distinct. saltem donec pœnitentiam agat cap. si qui sunt. 8. 1. distinct. Sed omnis suspensus, si celebrat fit irregularis cap. 1. de sent. & re iudic. libr. sexto. Ergo & talis clericus concubinarius ministrando in sacris ordinibus denuo regularis efficitur, quod autem hæc sit propria suspensio, & non solum ratione honestatis, sed in pœnitentiam, videtur clare insinuari capite. præter. Vbi dicitur, quod hæc suspensio indicta est causa cæteris licentiam peccandi auferendi, & ad reuocandos huiusmodi clericos concubinarios ad dignam pœnitentiam & emendationem: sed ad hunc finem solent infligi pœnitentia: ergo talis suspensio est vera suspensio, quæ non solum infligitur causa honestatis, sed etiam in medicinale pœnitentiam. Et sic soluntur obiectiones partis negatiuæ. Addit autem Nauarrus idem esse dicendum de clericis minoribus ordinibus initiatis, si cum sint concubinarij notorij aliquem actum proprium exerceant, in cuius gratiam allegat Cardin. & Archidiano. in illo capite. præter. Sed certe ego licet consuluerim ius non inuenio, in quo iure id fundetur. Sed de diacono & subdiacono inuenio eis esse interdictum ingressum ecclesiæ, si in fornicationis crimine iacent cap. si qui sunt presbyteri. 8. 1. distinct. Vnde nihil mirum, si sua ministeria propria sacrorum ordinum exercendo intra ecclesiam ante actam pœnitentiam novam irregularitatem contrahant.

¶ Accedit ad prædicta, quod nulla crimina occulta, quantumuis enormia inducunt irregularitatem, præter homicidium, & susceptionem ordinum a simoniacis occulto, aut si forte est aliud contra glossam in cap. fin. 2. 5. distinct. & cap. ex tenore, de tempori. ordi. & Villadiego, & Angelum, & Syluestrum verbo, irregularitas. quæstione. 2. Hæc est Nauari cap. 27. numer. 248. qui ait oppositam iniicere magnos scrupulos, siue causa. Probat autem Nauarrus id. Tum, quia id probatur per caput. is qui. de sententia excommunicationis. in sexto. Vbi habetur nullum crimen inducere irregularitatem, nisi sit expressum in iure. Tum, quia Innocent. expressè hoc ait in dicto cap. ex tenore, de tempori. ordi.

¶ Etiam ex prædictis corollariæ consequitur, quid sit dicendum ad casum criminis occulti Sodomiz, de quo dicit Nauarrus, se fuisse interrogatum. Igitur videtur, quod Sodomiticus etiam occultus est irregularis, quia est ipso iure infamis. l. cum vir. & gloss. ibi. ff. de postul. & can. infames. tertia quæstione septima. & infames ipso iure te

Instruct. cons. Pars. 2.

A stari non possunt capit. cleric. de excessu prælatorum. vnde ipso iure omnium bonorum etiam futurorum est priuatus. Propter hæc argumenta Covarruias tuendam esse ait opinionem communem, scilicet, quod Sodomita etiam occultus est irregularis ipso iure, secundum sententiam multorum doctorum, quos citat. Fateretur tamen hanc opinionem communem ex rigore iuris non posse defendi. His nihilominus non obstantibus tenenda est opposita sententia Innocent. & Nauari, scilicet, quod talis si sit occultus non sit irregularis. Patet, quia enormitas delicti non sufficit, ut quis sit irregularis, ut odium Dei, quod est maius omnium peccatorum, si sit occultum non inducit irregularitatem: sicut neque hæresis mentalis. Tum, quia secundum Covarruiam iste casus Sodomiz non est de casibus expressis in iure. Vnde si in iure pro eo non est expresse inflicta irregularitas, non est a nobis admittenda. Tum etiam patet: quia nusquam auditum est a Papa super hæc irregularitatem petitam fuisse dispensationem, cum tamen in Italia aliqui de hoc vitio male audiant.

¶ Sed maius dubium vrget, an per extrauagantem Pij V. Sodomita iure nouo etiam occultus incurrat irregularitatem. Videtur autem quod eam incurrat. Nam ibi in extrauagante illa sit in forma habetur: Omnes & quoscunque presbyteros & alios clericos seculares, & regulares cuiuscunque gradus, & dignitatis tam duram nefas (puta Sodomiz) exercentes omni privilegio clericali omni que officio, & dignitate, & beneficio ecclesiastico præsentis canonis autoritate priuamus, ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati seculari statim tradantur. Nauarrus igitur hanc explicans extrauagantem, ait primo, quod licet laici meri hanc irregularitatem non incurant: quia extrauagans hæc de eis non meminit, tamen ipso iure eam incurant clerici in vtroque foro: quia ita Pias. 5. eius conditor id declarauit, propter illa verba, præsentis canonis autoritate priuamus, quæ cum sint temporis præsentis inducant ipso iure pœnitentiam cap. excommunicamus. de hæretic. Non tamen quicumque clerici eam sic incurant, sed solum id vitium exercentes, ita ut continuato vsu id exerceant argum. l. sciendum. de edilit. edict. §. illud. Ita Panormit. cap. 1. numero. 24. de iudic. Vbi asserit non esse mercatorem, aut artificem, qui semel, aut iterum artem, aut mercantiam exercet: sed eum, qui toties eam exercet, ut opinione vulgi habeatur pro tali. Sicut erro, vel abigeus non dicitur quis pro vno, vel altero actu. l. quis sit fugitiuus. §. erronem. ff. eod. & l. fin. ff. de abig.

xx Secundo

Secundo ait Nauarrus illam extrauagantem & hoc admittere contemperamentum, vt saltem quoad forum conscientie solum comprehendat eos clericos, qui sic in hoc crimen labuntur, vt boni viri arbitrio possint dici exercitatores huius vitij, & non eos, qui tantum cadunt aliquoties & poenitet cecidisse. Tertio addit, quod non comprehenditur hic exercens omnem actum contra naturam, vt pollutionem secum citra concubitum procuratam, neque concubitum cum sexu debito, sed non consummando intra vas. Sed comprehenditur exercens hunc actum cum sexu indebito: vt si concubat masculus cum masculo: qui quidem concubitus est sodomia proprie secundum D. Thom. 2. 2. quaest. 154. articulo. 1. Quarto quaesitus Nauarrus, an ista extrauagans sit in foro interiori recepta. Respondet, quod quia haec quaestio est facti, non spectat ad Iuriconsultum ad eam respondere arg. 1. vt responsum. C. de transact. & tandem concludit, quod quoad illos, quos comprehendit inducit depositionem ipso iure, quae non est irregularitas, sed peior illa.

¶ Præterea de simonia, an inducat irregularitatem, etiam si sit occulta dicendum venit. Respondetur ergo cum Couarruua loco allegato per distinctionem. Nam si fuit aliquis simoniacus in susceptione ordinum, etiam si sit occultus: quia iste est suspensus ab actu ordinum, quoad se, & quoad alios, iuxta caput. præter. §. verum. 3. 2. dist. idem celebrando sit irregularis. Ita Innocent. & doctores cap. tanta. & Panor. cap. si quis. de simon. & Syluest. verbo suspensio. quaest. 7. & Hostien. est que communis, quod sit irregularis etiam si celebrauerit post poenitentiam.

¶ Si autem commissa fuit simonia in beneficio acquirendo, si hoc crimen notorium fuit & publicum, suspensus est quoad se, & quoad alios ipso iure, secundum Panor. cap. accusatum. de simon. & secundum Innocent. in dict. cap. tanta. ideo irregularis efficitur, si celebrauerit ante huius criminis per actam poenitentiam & solum per Papam venit dispensandus. At licet D. Thomas. cum Caietan. 2. 2. quaest. 100. art. 6. & Sotus lib. 9. de iustitia & iur. quaest. 8. articulo. 2. hanc teneant sententiam, quod simoniacus in beneficio sit ipso iure suspensus: tamen Nauarrus in sum. ca. 23. num. 3. id negat. Quia inquit, nullo iure antiquo, vel nouo extrauagantis. 2. de simon. id cauetur. Sed tandem concludendum censo cum Couarruua, quod licet opinio D. Thomae olim dubia esset, de quo non constat: tamen post extrauagantem illam Pauli Ven. de simonia vbi infligitur ipso iure excommunicatio aduersum simoniacum realem in be-

neficio acquirendo, sit sanè, vt fiat irregularis omnino dispensandus per Papam, si ante absolutionem administrauerit in ordinibus cap. 1. de re iudicata. Neque hoc est mirum cum crimen enorme sit & magnam perniciem afferens populo Christiano. Sed aduertendum est etiam, quod si haec irregularitas per celebrationem incurram in tali excommunicatione sit occulta etiam ex concessione concilij Trident. per episcopum dispensari potest.

¶ Iam de alia quaestione ad hunc postremum locum reservata dicendum est, scilicet, an ante legitimam aetatem initiatus sacris irregularis efficiatur, si in eisdem ordinibus ministret. Respondetur autem ad quaestionem primo, quod olim sub lite magna haec quaestio erat, eo quod licet clem. generali. de aetate & qualit. ordin. decretum erat neminem ante legitimam aetatem: neque ordines sacros suscipere posse: tamen vt ait Couarru. opinio communis erat istum ante aetatem ordinatum non suspensum esse sed esse suspendendum iuxta caput. bonum ca. vel non est compos. de tempor. ordi. Quam suspensionem qua suspendendus erat arbitrabantur alij, etiam si esset iuris magis esse ob esse propriam suspensionem causantem irregularitatem in sic ordinato celebrante vel ministrante. His nihilominus non obstantibus respondetur ad quaestionem primo, quod secundum glossam Clement. generali. de aetate & qualit. verbo. obseruantiam ordinatus ante legitimam aetatem non potest exercere ministerium ordinum quousque legitima aetas accesserit. Sed circa hoc primum glossae assertum Metina in sua instructione. §. 8. de suspensione dubium excitat. Concedens primo, quod promotus ad ordines ante aetatem incidit in suspensionem; sed an si statim per bullam, vt ipse ait, vel aliter absoluitur ab ista suspensione, possit ante completionem legitimae aetatis celebrare dubitat & videtur quod possit: Nam iam est absolutus (vt supponimus ab illa suspensione) alias illa absolutio ad nihil ei deseruaret. Respondetur autem, quod etiam sic ab ista suspensione absolutus celebrare non potest, ante completam aetatem legitimam. Neque hinc licet obijcere, quod illa absolutio sibi inutilis sit: quia ad hoc conducet sibi, vt cum pertingat ad legitimam aetatem, sine alia licentia & dispensatione possit celebrare; eo quod alias adeptus istam legitimam aetatem sine dispensatione non posset celebrare; contra glossam praedictam in dicta Clement. dicentem, quod accedente legitima aetate cessat impedimentum, quod modo non est verum, quod cesset sine dispensatione. Secundo respondetur ad punctum quaestionis, quod nunc secundum

Couarr.

Couarr. propter extrauagantem Pij II. nondum typis excusam, qui ante aetatem legitimam, vel extra tempora, vel sine dimissoris literis ordinatur, est suspensus ipso iure: et si in ipsis ordinibus ministrauerit sit irregularis, a solo Papa absoluendus, si delictum est publicum. Huius suspensionis meminit Syluester verbo. irregularitas. §. 10. & regula cancel. Clemētis 7. & Villadiego cap. de suspens. Addit tamē Couarruuias ad hoc allegans Nauarrum in restit. cap. accepta de restit. spol. oppositi. 8. num. 34. quod si talis bona fide ministrasset sine dispensatione in ordinibus sic susceptis, putans id sibi licere, forte non fieret irregularis: quoniam sic quoad forum interius, & exterius interpretanda est talis extrauagans, ex his quae in simili significat glossa cap. solet. de sentent. excommu. in 6. in gloss. penult. & Cardin. in clem. 1. de privileg. quaest. 38. nu. 4. Addit autem Nauarrus in som. cap. 27. nu. 202. quod licet etiam infans in infantia sacerdotio initiatus veram characterem accipiat, non tamen tunc recipit executionem. At qui in hoc defectu, scilicet, vt ante aetatem legitimam quis ordinetur solus Papa dispensat, iuxta glossam. clem. finali de aetate & qualit. & Cardinal. ibi, quauis ordinandus sit religiosus, non obstantibus priuilegijs ordinum, quae videtur exclusa per Concil. Trident. sess. 23. ca. 12. de reform. Adde quod Metina loco vbi supra, dubitans, an ordinatus sacerdotio ante 24. annos celebrando cum episcopo missam ordinum fiat irregularis, concludit pie posse teneri, quod non: quia illa non reputatur pro prima missa celebrata a tali ordinato.

### De tertia specie irregularitatis.

#### C A P. XXIII.

¶ An qui non est baptizatus sit irregularis, vel baptizatus haereticus, vel haeretici filius: Vel ignorans & idiota: Vel an nesciens legere, aut scribere possit primam tonsuram suscipere: Et an minores ordines possit suscipere ignarus linguae latinae: An homicida praesertim ex industria debeat ordinari, vel qui carent patrimonio, vel ignari, vel carētes bono testimonio.



De tertia specie irregularitatis ex aliquo defectu animae nunc occurrit dicendum. Et breuiter primo, quod qui non est baptizatus non est capax ordinis, quauis sit catechumenus & sanctus. cap. 1. & cap. veniens. de presbyteris non Instruct. consc. Pars. 2.

A baptiz. quoniam character ordinis praesupponit characterem baptismi. Neque etiam baptizatus haereticus, si sit, aut sit fautor haereticorum ordinari potest, etiam si sit iam conuersus cap. 2. §. haeretici. de haeret. lib. 6. & can. si quis omnem. 1. quaest. 7. Neque etiam haeretici filius, qui excelsit talis, vsque ad primam generationem per lineam foemineam, aut vsque ad secundam generationem per lineam virilem ca. statutu. 2. cod. titu. & libro. & dicto. §. haeretici. Item etiam ad hanc speciem pertinet ignorantia animae. Vnde idiota, aut illiteratus penitus expers literarum irregularis est, ad ordines cap. illiteratos. 3. 6. dist. Quibus adde, quod nunc concilium Trident. sess. 23. cap. 4. de refor. etiam quoad primam tonsuram irregularem esse decernit, qui nescit legere atque scribere. Et ad 4. ordines minores suscipiendos in idoneum esse statuit, qui saltem latinam linguam non intelligit. Item concilium Trident. decernit quod non ordinetur homicida, neque dispensetur cum eo, qui fuit ex industria homicida sess. 14. cap. 7. Neque ordinetur, qui beneficiū non habet, vel aliud, vnde viuere possit sess. 21. cap. 2. Neque qui confirmationē non suscepit. Neque qui fidei rudimenta edoctus non fuit sess. 23. ca. 4. Item quod nulli ordinentur in presbyterum, nisi examinati inueniantur idonei ad docendum populum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda sacramenta. sess. 23. cap. 14. Insuper non sunt ordinandi bonum testimonium non habentes sess. 23. cap. 5. Aduertendum est autem, quod in defectu scientiae debita raro aut nunquam dispensat Papa, licet indirecte super hoc aliquando dispensat, scilicet, dispensando super aetate necessaria ad discendum literas.

### De quarta specie irregularitatis ex homicidio.

#### C A P. XXV.

¶ Quae nam mutilatio sufficiens sit ad inducendam hanc irregularitatem: An sufficiat mutilatio digiti, aut sola debilitatio membri, aut testicularum abscisio: Et an iustus occisor, aut mutilator hominis fiat irregularis: Et de regula generali Nauarri circa hoc, & de eius examinatione, & de intendente, vel non intendente mortem, cum datur opera rei licitae: Et an clericus exhortando milites in bello iusto fiat irregularis, vel pugnando & occidendo pro defensione patriae, vel defendendo

X. 2. bona

*bona sua: Et an se defendendo cum potest fu-  
geat, vel clericus adulter occidens maritum  
adultera in sui defensionem, vel dans occasio-  
nem ut adultera occidatur, vel praelatus qui  
interest bello, vel qui fert ligna ad hereticum  
comburendum.*



**P**orro nunc accedit intricatior dispu-  
tatio, scilicet de 4. specie irregulari-  
tatis, id est, de homicidio iusto ob  
defectū perfectæ lenitatis, Quia er-  
go hæc irregularitas oritur ex occi-  
sione, vel mutilatione hominis in casu licito;  
Quæritur primo, quæ nā mutilatio sufficiens sit  
ad inducendā hæc irregularitatē. Et quidē quia ab  
omnibus dicitur, quod requiritur mutilatio mēbri,  
iam hinc alia dubitatio oritur, quæ nam pars ho-  
minis dicatur membrum. Igitur, quia hoc valde  
necessarium est scitu (& quia mutilatio membri  
quoad irregularitatem incurredam æquipollet  
homicidio, iuxta cap. 1. de cleric. pugnant. in  
duel.) ideo oportet hic diffinire, quid sit mem-  
brum. Membrū ergo dicitur illa pars totius cor-  
poris, quod proprium & distinctum officii in  
corpore habet, ut manus, pes, guttar. Facit bo-  
nus textus. l. idem Offilius. ff. de ædilit. edit. arg.  
cap. singul. 89. dist. At iam hinc hæc pullulat  
quæstio, scilicet, an digitus sit membrum, ita ut  
eius amputatio inducat irregularitatem in digi-  
tum amputante. Quæstio autem, quæ hic pro-  
ponitur, non est adeo per uia cum inter egregios  
Thomistas ex vna parte, scilicet, Sotum & Caie-  
tanum controuertatur & inter celebres Iuristas  
ex alia parte scilicet Bartholum receptū in l. 2.  
ff. de publicis iudicijs, & Nauarrum in sum. cap.  
27. nu. 26. & Couar. in relect. de irregular. & ho-  
mic. par. 3.

¶ Caietanus igitur. 2. 2. q. 95. art. 1. & Sotus lib.  
2. de iust. & iur. q. 5. art. 1. asserunt digitum esse  
membrum, ac per consequens abscissionem digiti  
inducere irregularitatem in abscidente, licet eā  
non inducat secundum ipsos abscissio partis di-  
giti. Igitur in hac parte inquam sententiam mā-  
gis inclinare possim, vix intellectu cōsequi pos-  
sum. Cæterum, ut meam mentem hic exponam,  
arbitror opinionem Iuristarum nos in hac parte  
tute sequi posse. Nam & probabilis est, tum pro-  
pter autoritatem doctorum eam tenētium. Tū,  
quia iura canonica, & civilia illis videntur faue-  
re: Tum quia, si dubia essent iura de hoc loquen-  
tia, tunc in benigniorem sensum, scilicet, Iurista-  
rum sunt interpretanda. Tum, quia hæc quæstio  
videtur spectare ad ius, scilicet, an per abscissionē  
digiti incuratur irregularitas: ergo cum hic ca-  
sus non sit expressus in iure: in dubio in vtro-

**A** que foro iuxta regulam supra traditam abscin-  
dens solum digitum, liber ab irregularitate est  
pronunciandus. Postremo etiam probatur ap-  
parenti ratione Iuristarum desumpta. ex Bar-  
thol. Nam secundum eum. l. publicorum. ff. de  
pub. iudic. quædam proprie membra sunt, scili-  
cet, quæ proprium, & distinctum officium in  
corpore habent, & alia sunt, quæ proprii mem-  
bra non sunt, sed membris opem ferunt, ut digi-  
tus manui; dens linguæ, & gutturi seruiens. Alia  
sunt ad decorem, ut barba, coma, & auricula, id  
est, cartilago auris. Concludit ergo Couarruias  
non esse certam dictam opinionem Caietan. &  
Soti, existimantium abscissionem digiti efficere  
irregularem: quia communis opinio doctorum  
cap. 1. qui clerici vel vouentes. est contra illos.  
Cui communi opinioni suffragatur textus. Inō  
sunt liberi. & prædict. l. idem Offilius.

¶ Ex prædictis infert primo Couarruias, quod  
abscissio auriculæ non inducit irregularitatem:  
quia non est membrum, sed ornatus auris, quæ  
est membrum; licet ex abscissione illius cartila-  
ginis debilitetur auris, id est, auditus. Facit dict.  
l. idem Offilius. Secundo quoque corollarie in-  
fert, amputatorem mammillæ foemineæ non esse  
irregularem, licet dubitanter hoc assermet.  
Sed in hoc ei fidem ego non adhibeo. Quia præ-  
terquam quod hæc sua illatio est contra Bald. l.  
data opera. numero. 75. C. qui accusare non pos-  
sunt: ratio hæc contra eum militat, scilicet, quod  
mammilla distinctum & proprium officium  
habet in foemina. Est enim indita à natura ad nu-  
triendos infantulos. Tertio infert idem Couar-  
ruuias non esse irregularem amputatorem illo-  
rum digitorum, saltem qui tantum necessarij  
sunt ad consecrationem propter honestatem:  
quia isti digiti non sunt membra. Et tamen hoc  
eius tertium corollarium, ut ipse fatetur, est con-  
tra Syluestr. homicidium. 3. quæstione. 3. par. 3.  
& contra Bonifacium, & Anan. Sed quid, si ali-  
quis alterius debilitet membrum, non tamen il-  
lum occidat, aut membrum illius mutilat an fiat  
irregularis. Respondetur autem contra Panor.  
cap. cum illorum. de sentent. excommun. quem  
sequuntur Angelus & Syluester, quod sola de-  
bilitatio membri non inducit irregularitatem  
in debilitante. Tum, quia secundum Nauarrum  
capite. 27. numero. 207. in summa id tenentem,  
& secundum Couarruiam ei adhaerentem ir-  
regularitas non contrahitur, nisi in casibus à  
iure expressis: qualis non est sola debilitatio  
membri. Tum secundo, quia iura decernentia  
irregularē esse occisorē, aut mutilatorē, op-  
positū de solū debilitante insinuāt arg. ca. nōne.  
de præsumpt. & l. cū prætor. ff. de iudic. Tum,  
quia membrū aridum, vel truncatum, & nō om-  
nino

nino abscissum mēbrū est, licet inefficax. l. q. 1. A  
can. sicut vrgeri. Tum, quia gignens filium ille-  
gitimū, irregularem eum facit, & tamē pater ex  
hoc non fit irregularis: ergo neq; etiā debilitans,  
qui debilitando membrum alterius ex hoc facit  
eum irregularē, ex hoc fit ipse irregulari. Hinc  
infert Couarru. 3. p. relect. de homic. secundum  
frequentiore[m] doctorum sententiam, irregula-  
rem non esse, qui alterum manum percussione  
effecerit. Est quæ cōmunis sententia. Quæ etiam  
procedit secundum ipsum, etiam si membrū sic  
debilitatum corpori adhærens inutile sit, cōtra  
Syluestr. homicidium. 3. q. 3. & Angelum, & Pa-  
nor. dict. cap. illorum. Accedit ad prædicta spe-  
cialis dubitatio, an amputatio testiculorum so-  
lum, non abscissa parte genitali, amputantē faci-  
at irregularē. Igitur circa hanc quæstionem  
Caietanus, quia existimat testiculos hos sine  
parte genitali membrum per se facere, videtur  
tenere partem affirmatiuam, scilicet, quod amputa-  
tor solum testiculorum fiat irregularis. At Na-  
uarrus loco allegato nu. 206. quia testiculos so-  
los sine genitali non putat esse membrum, ideo  
oppositam tuetur sententiam.

¶ His præmissis iam quæritur, vtrum occisor  
hominis iustus, aut eius iustus mutilator fiat ir-  
regularis. Vt. v. g. iudex iustitiæ cōdemnans reū  
iuste ad mortem, aut ad alicuius eius mēbri mu-  
tilationem, & ministri eius huius iustitiæ execu-  
tores, & alij in hoc non peccātes: sed tamen ope  
vel effectu ad id concurrentes. Ad hanc quæstio-  
nem & similes dissoluendas regulam generalem  
multos comprehendentem casus. tradit Nauar.  
ubi supra. nu. 209. Quæ huiusmodi est: Omnis  
& solus ille est irregularis huius speciei ratione,  
scilicet, defectus perfectæ lenitatis, scilicet, qui  
iam baptizatus occidit, aut mutilat hominē ca-  
su licito in alio, quā in infirmitatis casu, aut dat  
causam propinquam occidendi, aut mutilandi  
aliquem, aut saltem ut citius moriatur, aut muti-  
letur, quando alias id non accidisset: nisi id faciat  
ob necessitatem inuitabilem suæ defendendæ  
vitæ. Animaduertendum est autem circa hanc  
regulam, quod ea ut prædiximus statuitur pro  
sola irregularitate, quæ oritur ex occisione, &  
mutilatione iuste factis (ut prædiximus) quæ  
quidem species irregularitatis facilioris est dis-  
pensationis. Ideo signanter dictū est in hac regu-  
la in casu licito. At verò quoniam hic hæsitare  
quis potest, quid in hac regula per causam propin-  
quam intelligatur. Respondetur secundum  
Nauarrum, quod causa propinqua, quo ad hoc  
dicitur quodcunque dictam, vel factum licitum  
directum, sufficienter in talem mortem, vel mu-  
tilationem directū, in quā, ex se, vel ex sua natu-  
ra, vel intentione operantis: directū etiā sufficiē  
Instruct. consc. Pars. 2.

**A** ter, id est, non per generalem intentionē hortan-  
tis generaliter ad bellum iustum, vel generaliter  
præbētis arma militi ad illud in ordine ad victo-  
riam, vel etiam ad illud adiuuantis sine intentio-  
ne speciali occidendi, aut mutilandi.

¶ At vero, quoniam regula hæc posita à Nauar-  
ro multas patitur difficultates, arguitur quidem  
contra illam particulā, scilicet, ubi dicitur, quod  
ille est solus irregularis huius speciei, qui in casu  
licito etiā dat causā propinquam mortis, aut mu-  
tilationis: causam in quam propinquam, id est,  
directam sufficienter in talem mortem vel mu-  
tilationē. Et primo sic formo mihi argumētū. Quia  
qui in bello iusto incitat, iuuat, præbet ar-  
ma ad præliandum, & vincendum hostes suf-  
ficientem dat causam ex parte operis, & suffi-  
cientem habet intentionem ad mutilationes, &  
occisiones hostium: tum quia hic habet virtualē  
intentionem horum effectuum, qui moraliter  
sequitur ex causa, quam præbet. Nam qui vult  
antecedens, necessario vult quod ex eo de per se  
sequitur consequens. cap. præterea de officio de  
legati & l. 2. ff. de iuris. omni. iudic. Ergo si ha-  
bet virtualement intentionem mortis & mutilatio-  
num, sequitur, quod talis fiat irregularis exhor-  
tando, adiuuando, præbendo arma etiam ad bel-  
lum iustum. Patet consequentia. Quoniam intē-  
tio actualis, siue expressa æquiparatur in iure in-  
tentioni virtuali & tacitæ in cap. quemadmodū  
de iur. iur. & l. cum quid. ff. de rebus. credit. Si er-  
go intentio actualis & expressa sufficit ad indu-  
cendam irregularitatem: ergo etiam sufficit intē-  
tio virtualis, quam talis in bello sic licito adiu-  
uando & exortando ad pugnam habet. Item se-  
cundo arguitur: Quia sufficit, ut aliquis velit ho-  
micidium in se, vel in sua causa ad id ordinata, ut  
sit homicida, & talis iudicetur: ergo etiam suffi-  
cit hoc: ut fiat irregularis iste talis. In contrariū  
autem est, quod talis regula videtur iuridica, &  
ex multis textuum locis elicitā, quæ prædictos  
auxiliantes in bello iusto excusat ab irregulari-  
tate, si ipsi perse non occiderint, neque mutilaue-  
rint: neque cum intentione mutilationum & cæ-  
dum in bello contingentium sed cum sola inten-  
tione generali victoriæ auxilium ibi in bello  
præstiterunt iuste in quo per alios socios aliqui  
hostium fuere mortui, aut occisi.

¶ Igitur pro illucinatione quæstionis licet ali-  
qua Nauarrus diuino favore implorato in  
quæstione hac perplexa dixerit: tamen nos  
eodem diuino auxilio freti, conabimur & ali-  
quid dicere: præiacientes primo, hoc prin-  
cipium: Quod pia mater ecclesia per sua  
statuta impedire non intendit opera licita, &  
præsertim necessaria ad bonum commune, &  
publicum. Et hinc est, quod quia occisiones &  
mutilationes



mutilationes hominum cum ex duplici causa causare possint irregularitatem; tum, quia illicitæ sunt; tum, quia esto aliquando sint iustæ tamen denotant aliquid indecentiæ, si inveniuntur in his, qui constituuntur ministri altaris, si illicitæ sint autores earum, atque præbentes causam ad illas ex natura sua, vel ex intentione cooperantium, & causam sic dantium, non eximit ecclesia ab irregularitate. Si autem tales mortes vel mutilationes iustæ sint excusat ecclesia ab irregularitate eos, qui iuxta regulam traditam à Navarro, causam suapte natura directam ad illos effectus, vel ex intentione speciali operantis non dederunt. Quales esse existimant esse doctores eos, qui in bello iusto exhortantur ad victoriam, & cum generali sola intentione vincendi adiuuant, & præbent arma. Cæterum statim occurrit obiectio, quæ solutionem exigit declaratiuam magis huius doctrinæ. Nam videtur, quod etiam iudex iustitiæ & saltem tabellio, & reliqui ministri iustitiæ, qui in causa iusta sunt, ut reus suspendatur, aut manu mutiletur, cumque vsque ad locum executionis iustitiæ comitantur, excusandi essent ab irregularitate, quia non intendunt occisionem, vel mutilationem illius rei, neque illam exequuntur, sed solum carnifex publicus, quia solum intendunt bonum iustitiæ in republica conseruare. Sicut hac ratione clericus, qui est dominus temporalis, temporalem iurisdictionem habens in subditos, potest mandare suo vicario laico, ut in casu particulari faciat iustitiam, licet certo nouerit, quod hinc secutura est mors delinquentis, modo eam non mandet expresse neque intendat. Respondetur autem primo, quod non sine causa rationabili indulgentiorem se præbet pia mater ecclesia cum eis, qui opem ferunt iustè pugnantis in bello, pro bono communi pacis reipublicæ (nam ut ait D. August. bellum gerimus, ut in pace tandè viuamus. Atque ideo sicut excusat occisorem in sui propriam, & necessariam defensionem (quia summum ius inest homini conseruandi vitam propriam) sic etiam quia summum ius inest homini tuendi bonum commune reipublicæ, quod tuentur iuste bellantes: ideo licet ab irregularitate non excuset iniusto bello occidentes, aut mutilantes, aut auxiliantes cum intentione speciali occidendi, aut mutilandi, sed solum victoriæ obtinendæ causa ibi opem ferentes: excusat tamen ab irregularitate hac ibi exhortantes, adiuuantes, arma præbentes, citra specialem intentionem aliquem occidendi, aut mutilandi, sed ob solam spem victoriæ: quia neque hic aliquid illicitum committitur, neque aliqua mutillatio, aut occisio committitur ab auxiliatoribus, in quibus denotetur aliqua indecentia ob quâ isti tan-

**A** tum auxiliatores prohibedi sint à ministerio altaris, aut ab ordinibus. Neque etiam ex intentione operantium: quia mortem aut occisionem in bello non intendunt, sed consecutionem victoriæ. Nam neque ista sunt impossibilia, scilicet, velle in bello victoriam, & non velle, neque intendere mutilationes, & cædes: sicut composibilia sunt, denunciare furem bonorum meorum, quem scio suspendendum fore à iudice, & nolle eius mortem, sed protestari vere & sine fictione, quod non intendo eius suspendium in patibulo, aut mutilationem. Hinc iam sequitur clara solutio, tum ad duo argumenta contra regulam generalem positam: tum etiam contra oppositâ obiectioem. Nam ad argumenta respondetur, quod concludunt stando in iure communi, quod ita reputatur homicida, qui actualiter intendit occidere expresse, & sic occidit, sicut qui virtuali intentione id intendit. Tamen pia mater ecclesia quatenus attinet ad incurrendam irregularitatem, vel non incurrendam, cum occisio est iusta præsertim pro bono communi, secernit non specialiter & expresse intendentem mortem ab eâ specialiter intendente, si mors sequatur. Quia ut ait Navarro, sicut hoc est speciale, ut pro actu iusto qualis est occisio iusta, imponatur irregularitas: ita & hoc voluit ecclesia, ut hic requiratur causa tam propinqua, id est, ex natura rei ad id ordinata, & intentio adeo specialis, scilicet, ut mors intendatur.

**C** Ad obiectioem vero respondetur, non nihil apparentis discriminis esse inter adiuuantes ad bellum, & per se non occidentes, aut mutilantes, neque id specialiter intendentes, & inter iudicem & eius ministros iustitiæ concurrentes ad poenâ mortis, vel mutilationis delinquentis. Quoniam primi, scilicet, auxiliantes tantum bello iusto intentione speciali, ut ibi occidantur aliqui carere possunt, & de facto (ut supponimus) ea intentione speciali carēt. At isti ministri iustitiæ præterquam, quod in hoc casu eorum actus dum ad executionem poenæ mortis rei concurrunt pro obiecto per seipsam in afflictionem poenæ mortis habent, neque abstrahunt actus sui officij ab hoc obiecto, & sine; sed neque censentur abstrahere posse ita, ut non intendant concurrere ad executionem poenæ mortis. Et ideo hi fiunt irregulares, & non primi, propter differentiâ assignatam, quæ digna est animaduersione. Ex prædictis sequitur, scilicet, quod potest clericus præsens esse bello iusto, & exhortari milites ad pugnam, & petitiō. de homicid. ibi glos. Non tamē potest ipse pugnare propria manu clericici, & sequētia. 23. q. 8. Possēt tñ clericus in minoribus constitutus tantum in bello iusto, sicut & laicus, pugnare, propria manu absque peccato, & irregularitate, modo non occideret,

**A** cideret, neque mutilaret. Imo & clericus constitutus in sacris, cui non licet propria manu pugnare irregularis non est, si pugnaverit in bello iusto: si tamen quenuquam non occiderit, aut mutilauerit etiam si in belli conflictu multi fuerint occisi, aut mutilati, ut patet in dicto textu, petitiō. Secus si occideret, aut mutilaret. Item etiam (ut omnes fatentur) ex permissioe papæ pugnans propria manu in bello, si occidat, aut mutilet, non fit irregularis. Sed quæritur consequenter hic, ut quia clericum posse sine irregularitate in bello iusto exhortari reliquos milites diximus, an id sit verum tantum ante conflictum belli (ut ait Syluest. verbo, bellum. 3. §. 2. & Henric. cap. petitiō) an vero id clericus etiam in ipso belli conflictu concedatur. Respondetur ergo cum Couar. dict. §. 3. & cum alijs, quod certè hæc solum est verbalis differentia, quod talis exhortatio fiat ante conflictum belli, vel in ipso met conflictu. Tum, quia irregularis talis non fit, ut prædictum est si in bello iusto pugnet, & percutiat, modo non occidat, aut mutilet, quod maius quid est, quam in conflictu belli exhortari: ergo exhortari etiam in conflictu belli, quod est minus, quam ibi percutere non inducit irregularitatem. Tum etiam, quia cap. dict. scilicet, petitiō. de homicid. requirit, ut clerici præsentibus bello iusto, & pugnantibus cum militibus propria manu occiderint, aut mutilauerint, ut irregulares fiant: alias non per se mutilantes, aut occidentes irregulares non fiunt: sed moraliter & regulariter loquendo non potest quis exire ad pugnam, quin in ipsa pugna eius socios ad strenuè pugnandum hortetur: ergo si intra bellum hortetur non erit irregularis: quoniam etsi in bello iusto tantum percutiat, non inde fit irregularis. At etiam secundo in dubium vertitur, an talis clericus in bello iusto si pugnet in casu licito, scilicet, ne sua patria evertatur ab hostibus, aut ut eius exercitus, non vastetur ab inimicis, ita ut eius pugna sit meritoria, fiat irregularis. Respondetur autem, quod Panormit. cap. petitiō. & Fortunius in l. vi. ff. de iusti. & iure. & alij eos secuti, tenent, quod prædictus clericus tunc non fit irregularis, etiam occidendo. Tum, quia defendendo patriam defendit etiam seipsum, & in sui defensionem occidens irregularis non fit, ut patet Clem. 1. de homicid. Tum secundo, quoniam in hoc casu abest culpa in clerico pugnantem: imo id sibi tribuitur ad laudem, & meritum: ergo nulla subest ratio, ut per hoc fiat irregularis. Tum tertio, quia non incurrit excommunicationem, qui ob necessariam defensionem proximi clericum percutit: ergo multo minus incurret irregularitatem clericus, qui in bello iusto causa defendendi, se & patriam pugnat, & occi-

Instruct. confc. Pars. 2.

**A** dit ibi & mutilat. Sed in contrarium est, quod si iste fieret liber ab irregularitate (quia eius tunc pugna est licita & iusta) sequeretur etiam, quod qui sui honoris, aut boni temporalis defendendi causa occideret cum moderamine iustæ tutelæ non fieret inde irregularis, quia licita est tunc secundum doctores dicta occisio: quod tamen non videtur concedendum. Igitur in huius quæstionis decisione, his non obstantibus tenendum est cum Caietano, 2. 2. quæst. 4. art. 2. & cum Navarro in sum. cap. 27. nu. 2. 3. contra Couarruuiam in dicto. §. tertio. magis inclinantem in opinionem Panormitani, & Fortunij, & opinionem Caietani dubiam reputantem, quod certè talis clericus fit irregularis in bello iusto occidendo pro defensionem patriæ, sicut etiam occidendo pro defensionem honoris sui, aut honorum. Probatur primo, quia cum antea, ante scilicet, concilium Viennense, omnis occisio aut mutillatio induceret irregularitatem, Clem. cap. si furiosus. de homicid. solum excipit ab hac irregularitate contrahenda furiosum, insipientem, vel dormientem, mutillatam aliquem, vel occidentem, & etiam illum qui aliter mortem vitare nequens inuasorem occidit vel mutillat: ergo clericus pugnans & occidens in bello iusto pro patria, cum hic non excipitur, irregularis nunc fit, sicut antea. Tunc secundo patet, quia (ut bene ait Navarro) oppositum asserere esset mille decisiones in theoria, & praxi receptas, sine ratione sufficienti mutare contra dictam Clement. & glossam receptam fere per omnes. Tum tertio, quoniam in tali occasione etiam facta in bello iusto pro defensionem patriæ denotatur quædam indecentia, non conueniens ministro altaris, in cuius figurâ legitur David fuisse prohibitus ædificare templum. Domino: quoniam vir bellator fuerat, & in bello effusus sanguinis: ergo talis clericus fit irregularis. Ex prædictis sequitur corollarie, mutillationem illam, quam infert Couarruuias relect. de irregul. §. 4. vniuersaliter intellectam esse falsam. Vbi infert, quod homicidium commissum à priuata persona, sine culpa, nunquam imputatur ad irregularitatem, nisi habeat aliquam peccati malitiam. Quam illationem probat ex cap. ad audiētiam. de homicid. Hanc illationem ait notare Paludem in 4. sententiarum distinctione. 35. q. 1. artic. 4. & Alphonsum Castro libr. 2. de potest. legis poenalis. capit. 14. versu. prima princ. Secus autem est in persona publica. Igitur esse apparet, nisi intelligatur in casu occisionis omnino casualis, & omnino inuoluntariæ, prout in sua instructione rectè concedit Medina. Et secundo, nisi intelligatur iuxta casum Clementinæ, id est, quando fit sine vlla culpa in solam necessariam defensionem vitæ occidentis. Cæterum si intel-

X x 4 ligatur

ligatur de occisione voluntaria commissa à persona priuata, etiam in defensionem sui honoris, aut bonorum, aut patriæ, falsa est propter rationes allatas. At (vt insinuat Couarruias) etiam in isto tertio casu, contendit priuatum citra culpam occidentem excusari ab irregularitate, quod nullatenus admittendum esse videtur. Nisi forte in his duobus casibus. Primo, quando persona priuata defendendo bona sua, ne inuaderentur à raptore, raptor inuaderet personam milium: quia iam tunc in defensione vitæ videretur eum occidere. Vel quando fur non contentus cum rapina vellet spoliatum occidere, ne ab ipso postea detegeretur: quia iam peruenitur ad casum defensionis necessariæ personæ. Similiter, si in bello iusto clericus existens ipse solus inuaderetur ab hostibus, aut si simul cum alijs sic inuasum se inueniret, ita; vt iam non solum pro defensione patriæ, sed etiam pro defensione vitæ propriæ ei necesse esset se inuadentes occidere.

¶ Iam ad argumenta posita pro parte Panor. mit. & Fortunij, & Couarruias. respondetur. Et ad primum dicitur, quod solum concludit, quod si accideret casus, vbi in bello iusto existens clericus inuasus iam sic esset ab hostibus, vt iam pro defensione suæ vitæ inuasores necesse esset occidere: tunc non fieret irregularis occidendo. Secus est cum in bello est positus extra istas angustias: ita quod euadere potest à pugna: neque enim ipse inuaditur, sed ipse inuadit hostes: quia tunc occidendo fit irregularis.

¶ Ad secundum respondetur, quod etiam si culpa absit ab occisione, quæ fit in bello iusto (quia vt supponimus est meritoria) nihilominus, quia in hac specie irregularitatis defectu perfectæ lenitatis, non tam ad eam requiritur culpa, quam attenditur ad quandam indecentiam ininus congruentem ministris Christi, qui cum percuteretur non repercutiebat: ideo etiam, si omnis absit culpa, incurritur irregularitas à sic voluntarie etiam iuste & priuatim occidente.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod non obstat, quod ob defensionem necessariam proximi percutiens clericum non fiat excommunicatus, iuxta Innocent. receptum in capit. si vero. de sent. excommunicationis: quia hoc non obstante fit irregularis, qui defendendo iuste proximum occidit, aut mutilat inuasorem. Atqui ratio differentie, in promptu est: quoniam excommunicatio generalis non incurritur sine peccato mortali: sed ad incurrendam hanc speciem irregularitatis satis est nota cuiusdam indecentie in ministro altari, quam videtur præ se ferre talis, etiam iusta, occisio.

¶ Præterea, quoniam in illa regula generali tradita à Nauarro continetur ista exceptio, nisi oc-

cidat aliquis, aut mutilet ob necessitatem inuitabilem defendendi vitam propriam, iuxta dict. Clemen. 1. de homicid. notandum est, quod exceptio hæc summa consideratione facta est: quod niam defensio propria à natura insita est. Ideo irregularis non est, qui ad defensionem non solum vitæ, sed proprii membri ne mutiletur occidit secundum Syluestrum, homicidium. 3. quæstione. 4. vbi de hoc agit. Quia quò ad hoc æqui pollent mors & mutilatio: quoniam ex abscissione membri interdum mors sequitur. Sed notandum est, quod excessus in hac defensione punibilem & irregularem facit. l. 1. C. vnde vi. & cap. vt famæ. §. vltim. de sententia excommunicatio nis. licet aliàs excedentes poena ordinaria non puniantur. de poeniten. & remiss. capit. significasti. Hinc iam patere poterit, an occidens insidiatorem fiat irregularis, aut non. Quoniam (vt insinuat Couarruias) si adeo est imminens periculum mortis ex insidijs, quod arbitrio prudentium defensionem propriæ vitæ attendere insidias patienti incumbat; quando aliter non potest insidiantem eadem minantem euadere, non erit irregularis, si tunc in necessariam suæ vitæ defensionem illum occidat.

¶ Deinde subsequenter inquiritur, an irregularis fiat ille, qui omissa fuga qua poterat euadere, aggressorem occidit, se defendendo. Videtur autem, quod non, quia non tenetur tunc fugere: ergo potest manendo, si opus sit, ad sui defensionem occidere aggressorem. Nihilominus respondetur primo, quod secundum Syluestrum verb. excommunicatio. 6. quæst. 9. & secundum Doctores cap. suscepimus. de homicidio. & Panor. mit. cap. significasti. el. 2. irregularis fit clericus, qui cum per fugam possit defendere vitam, omissa fuga occidit aggressorem se defendendo. Est communis. Et patet primo: quia clericis non est ignominiosa fuga dict. cap. suscepimus. Tum secundo patet, quia hic non est necessaria defensio cum per fugam clericus suæ potest consulere defensionem vitæ. Hæc assertio est communis, & vera: præter quàm in casu vbi fuga esset periculosa vitæ fugientis ex eo, quod inimicus instaret à tergo vel quia inimicus insecutus maiorem audaciam sumeret ad sic fugientem occidendum. Quoniam tunc secudum Couarruiam, neque clericus non fugiens esset irregularis. Cuius sententiæ est Felinus dicto cap. suscepimus, & Sylvester verbo, homicidii. 1. q. 9. & verb. homicidii. 3. q. 4. Secundo dicimus, quod secundum doctores cõs dicta opinio est vera, etiã in laico. Nã licet ei ignominiosa sit fuga, si ea omissa occidat inuasorem, quando sibi fugere non est periculosum, fir irregularis. Patet primo: quia ante concil. Viennense iste fieret irregularis, si occideret: sed hæc constitutio cõcil.

Vic-

Viennensis solum liberat ab irregularitate, cum aliter mors vitari non potest: ergo, Tum secundo patet: quia aliqui apparenter existimant iniquam esse commutationem ob honorem non ad probos mores, & virtutem pertinentem, alteri tollere vitam: qui honos obseruatus inter mûdanos neque reipublice aut religioni christianæ interdum utilis est. Quia (vt inquit D. Thomas. 2. 2. quæst. 137. art. 1. in solut. ad. 3.) qui solum propter honorem, vel bona faciunt, vel mala vitant non sunt virtuosus, vt patet per philosophum tertio Ethicor. Vbi ait, quod non sunt vere fortes, qui propter honorem fortia faciunt. In hanc sententiam magis inclinât Couarruias, licet dicat se adhuc dubium manere. Verum certe etsi oppositam sententiam nolim reprobare: sed tamen propter rationes prædictas, & propter horrorem & indecentiam, quam secum præfert occidisse & abstulisse vitam homini, cum citra periculum vitæ suæ possit quis ab hoc abstinere, consultius est in tali casu petere dispensationem: quam probata cauta faciliter obtinebit.

¶ Præterea & hæc quæstio ab hoc loco aliena non est, scilicet, an clericus adulter cum adultera comprehensus à marito adulteræ & ab eo inuasus, si causa defendendi vitam propriam occidat illum, an fiat irregularis. Videtur autem, quod clericus adulter in hoc casu non fiat irregularis. Quia videtur, quod ebrius etiam ex culpa sua inebriatus, si post occidat aliquem non fiat irregularis: quia iam citra peccatum nouum & distinctum à culpa ebrietatis contingit illa occisio. Sed iam post culpam præcedentem adulterij citra peccatum nouum, aut distinctum ab adulterio contingit clericum occidere in suam necessariam defensionem maritum adulteræ se inuadentem: ergo illum sic occidendo in hoc casu non fit irregularis. Secundo etiam pro hac parte negatiua arguitur: quia iuxta textum, cap. quia diuersitatem, de concessione præb. excommunicato ob suam præcedentem culpam non imputatur ad poenam, quod non possit conferre beneficium, dum est excommunicatus: nam interim quod sic manet non currit ei tempus datum à iure ad beneficij collationem iuxta cap. 1. de præscript. vbi Felinus, & doctores hoc notant. Præsertim, vbi culpa est valde remota & mediata. Sed culpa adulterij, quæ in hoc clerico adultero præcelsit fuit culpa remota, & mediata occisionis mariti adulteræ: quia fuit causa, quod comprehenderetur à marito cum adultera, & quod maritus eum ad eadem inuaderet, & quod ipse indigeret defensione suæ vitæ, & quod propter hanc defensionem adulteræ maritum occideret. Sed in contrarium est, quoniam iste clericus dabat operam rei illicitæ sufficienter ordina-

tæ ad mortem. Nam adulterium est actus illicitus & sufficienter directus ad mortem inferendam, attentam maritorum procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros comprehensos cum vxoribus, & lege permittente in certis casibus patri & marito, eos adulterantes occidere, arg. l. Gracus. C. de adulter. & l. patri. & l. marito. ff. ad legem iuli. de adult. Ergo cum hæc occisio ortum habuerit ex causa illicita, & periculosa, sequitur, quod imputatur clerico adultero ad irregularitatem. Igitur ad quæstionem, quæ satis perplexa est, dico non satis in ea concordare Doctores. Nam Corduba in suo quæstionario lib. 2. quæst. 26. tenet affirmatiuam partem, scilicet, quod talis fiat irregularis. In cuius gratiam allegat Nauarrum. Sed Nauarrus in alio casu loquitur, scilicet, in casu, in quo ex adulterio cum clerico secuta est mors adulteræ ob id interfectæ à marito. At vero Sotus lib. 5. de iust. & iur. quæst. circa explicationem tertiæ conclusionis negatiuam partem tæetur. His igitur non obstantibus dicendum puto ad hanc quæstionem, quod opinio negatiua Soti, scilicet, quod talis clericus occisor mariti adulteræ ob sui necessariam defensionem non est irregularis probabilior est, & verisimilior, licet videatur esse contra communem opinionem canonistarum, fundatam in illa sua generali regula scrupulose satis ab ipsis intellecta, scilicet, quod omnis, qui dat operam rei illicitæ, quomodocumque ex illa datione sequatur homicidium, fiat irregularis. Huic opinioni Soti videtur patrocinari Couarruias, qui in. §. 4. secundæ partis relect. de homic. cenet, tunc homicidium imputari ad irregularitatem dāti operam rei illicitæ, quando illa opera illicita ordinatur sua propria natura ad mortem: qualis actus non videtur esse adulterium. Probatur autem ( præter rationes in principio quæstionis pro parte negatiua adductas). Primo ratione Soti: Quia cum clericus in sui defensionem occidit maritum adulteræ cum modamine inculpatæ tutelæ, homicidium illud non est tunc voluntarium. Nam quantum ad adulteriū fuerit voluntariū, non tamen perse fuit causa homicidij, sed vulneratio, quæ non fuit perse voluntaria, sed in ordine ad defendendam vitam. Tum etiam probatur ratione elicitæ ex quodam fundamento Couarruias dicentis, quod quando in hac controuerfia irregularitatum dicitur in regula generali, quod is eam incurrit, qui dat operam actui illicito, ex quo sequitur mors, per actum illicitum intelligendus est ille actus, qui prohibitus fuerit ratione huius periculi, scilicet, mutilationis & mortis (vt colligitur ex cap. tua nos, in principio, de homic. Secus est, si non ratione periculi, sed ex alia causa esset talis actus

XX 5

actus

actus prohibitus. Quia tunc huius prohibitionis transgressio abesse à culpa homicidij, quæ requiritur ad irregularitatem incurrendam. Sed sic est quod adulterium commissum cum adultera non est actus prohibitus ratione periculi mortis inde potentis procedere, sed ex alia causa, nempe, quia (vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 8.) est concubitus alieni cum aliena contra certitudinem prolis, & bonum eius: ergo si sacerdos adulter non dabat operam actui sic illicito, id est, prohibito ratione periculi, sequitur, quod et si inde subsecuta fuerit mors, non ei imputatur ad irregularitatem. Iam nunc ad argumentum in contra positum pro parte affirmatiua patet ex prædictis solutio quia negatur, quod clericus dederit causam actui illicito ratione periculi, ratione cuius sit prohibitus, aut quod inde ex natura actus sequatur mors: ideo negatur quod inde inducatur irregularitas. Secundo respondetur, quod quæstio hæc pertinet ad ius, scilicet, an ista irregularitas occidentis in sui defensionem præcedente adulterij culpa cõtineatur expresse in iure, vel non: ergo cum certum sit, quod non continetur in iure expresse imo illa clementina. 1. de homicidio, indistincte liberans ab irregularitate quæcunque in sui necessariam defensionem occidentem, videtur hanc irregularitatem in hoc casu excludere: quia hæc dispositio est gratia multum conformis iuri naturali tuendi vitam: ergo fauorabiliter, id est, absolute & indistincte videtur esse concessa.

¶ Porro ne annexas & veluti affines sibi quæstiones separemus, adijcimus & hic inquirere, an si clericus adulter permissas amatorias literas, ad adulteram, comprehensas à marito, dedit causam, vt illa occideretur à marito: aut si quia adulteram insequeretur inde suspicionem adulterij ingenerauit in marito, & ideo maritus occidit adulteram, ex hoc fiat irregularis. At certe casus hic est perplexior quam præcedens. Tum, quia huic adultero in hoc casu non videtur fauere clemens. 1. de homicidio, neque eum à morte ex suo actu illicito subsecuta excusat ius summum cõseruandi vitam quod excusabat in primo casu, vbi in sui defensionem quis occidit maritum adulteram se inuadentem, in qua gratia, scilicet, clementinæ istius fundabatur. Vnde non sic in hoc casu precipitanda est sententia. Nam in hac etiam quæstione multum variat Doctores. Nam Alphonsus Castro lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. 14. vers. his tamen moneo, tenet partem negatiuam. Couarruias prædict. §. 4. citans Castro in hanc sententiam ei videtur applaudere: quia eum non reprobatur. Nauarrus vero cap. 27. nu. 238. in summa hanc proponens quæstionem in forma, partem sequitur affirmatiuam, sci

**A** licet, quod in hoc casu talis fiat irregularis, quæ ait probasse. Pium quintum Papam cum in sacra poenitentiaria hæc quæstio controuerteretur. Igitur ad quæstionem dicitur, quod in re dubia verisimilior est opinio Nauarri, scilicet, quod tali sit irregularis in prædictis casibus. Hanc tenent Innoc. in cap. ad audientiam, de homic. & Hostiens. & Ioan. Andre. & doctores communiter. Imo ipse Patormitanus, quasi à se ipso iam discens eam ibi videtur tenere. Hæc inquam placuit Pio quinto. Hanc, præter quam quod est communis, eam sufficienter probant rationes morales, quæ in materia morali magis sunt amplectendæ, quam rationes metaphysicæ. Et primo probatur: Quia licet non ex sua natura, speculatiue loquendo, infecutio mulieris adulteræ ad venereum actum sit actus ordinatus ad mortem: tamen quia moraliter loquendo (vt loqui decet Doctores materias morales pertractantes) talis actus ex adiunctis circumstantijs, ex quibus in particulari consideratur actus humanus est periculosus, & sufficienter directus ad mortem, attento furore zelotipia, quæ ad vindictam mortis sumendam de muliere adultera rapit virum, cui furori quasi effræni coniuuantes leges permittunt in certis casibus vxores adulteras occidere, vt patet in legibus in præcedenti quæstione citatis: sequitur quod sit actus moraliter periculosus causans irregularitatem. ¶ Probat secundum: Quia ebrius secundum Cardinalē, & Couarruiam ei subscribentem in 3. part. relect. de homic. qui assuevit in ebrietate arma sumere, & percutere, si hoc sciens ex culpa sua inebriatus est, si in ebrietate occidat sit irregularis: quoniam in hoc casu ex fieri solitis, & ex assuetis accidere, dedit operam rei illicitæ periculosa: ergo etiam clericus mittens literas amatorias ad adulteram, & eam frequentans, si propter hoc tamquam suspecta occisa est à marito, erit irregularis: quia dedit operam rei illicitæ periculosa, licet non ex se: tamen sufficit, quod erat periculosa ex solitis accidere. Neque obstat ratio in contra fratris Alphonsi Castro lib. 2. de potest. leg. pœn. cap. 14. scilicet, quod mors adulteræ non necessario neque perse ex adulterio clerici cum illa subsecuta est. Quoniam respondetur, quod non necessario inde subsecuta est, si speculatiue loquamur, sed si moraliter loquamur secus est, (pro vt in materia hac moraliter loquendum est) in qua materia loquimur, & argumentamur ex fieri solitis, & assuetis, non raro accidere. Ideo occisio adulteræ inde causata imputatur clerico ad irregularitatem, quia moraliter ex adulterio oriri solita est.

¶ Sed rursus reuertentes ad defensionem suilicitam, quam non imputari ad irregularitatem, si

in ea

in ea accidat occisio clementina. 1. de hom. decernit duximus aduertendum, quod secundum Couarruiam vltimo. §. occidens aggressorem ad defensionem mixtam personæ & rerum, vt dum quis non solum sua, sed & se defendens occidit, quia raptor insiliit, non tantum in bona, sed in personam, irregularis non fit: quia iam necessitas ei imminet principalis & inuitabilis defendendi vitam. Similiter immunem ibi esse censet Couarruias ab irregularitate illum, qui occidit forem nocturnum, cuius vitæ parcere non poterat, sine suæ propriæ periculo. Sicut etiam, inquit, irregularis non fit, qui occidit furē diurnum, qui se telo defendit. Sed hunc casum postremum non tam certum esse existimo. Quoniam si illum forem diurnum vellet quis capere, vt traderet iudici, non pro re propria, sed aliena ab ipso recuperanda: tunc, si, quia se telo fur defendit, ne capiatur, & ideo quia se defendit illū occidit, videtur esse de mente Nauarri, quod fiat irregularis: quia tunc non in defensionem necessariam suæ personæ illum occidit.

¶ Porro ex prædicta regula hic tradita à Nauarro, quam suscepimus explicandam (quia in ea dictum est, quod in casu licito qui dat causam propinquam, id est, directam ex speciali intentione ad mortem fit irregularis, & alias non) infert corollariè Nauarrus num. 217. quod hinc colligitur modus excusandi ab irregularitate prælatos, & clericos, qui interfunt bellis pijs cum subditis, & militibus, & ibi exhortantur eos milites ad strenue præliandum, & vincendum: quia carent intentione speciali ad occidendum per alios, & fit sine occisione, aut mutilatione ab ipsismet facta. Neque obstat caput, quod in dubijs. de poenit. Vbi habetur, quod sacerdotes, qui ad præliandum incitant in bellis, fiunt irregulares. Neque obstat glossa. cap. quorundam, de iudæ. dicens, irregularem esse, qui ad præliandum dat arma, si aliquis interfectus fuerit. Neque obstat autoritas Innocentij approbati communiter in cap. sententiam. de cler. & monach. vbi ait, quod qui sagittas aut balistam præbet ei, quem credit interfecturum irregularis est, quanuis bellum iustum sit. Quoniam secundum Nauarrum omnia ista loca, & dicta, sane intelligenda sunt, scilicet, quando bellum est iniustum, vel quando esto sit iustum clericus ibi astantes incitant, vel dant arma cum prædicta intentione speciali & sufficienti ad constituendam causam propinquam cædunt, vel mutilationum in bello. Secus autem est, si mortes vel mutilationes non intendunt, sed tantum victoriam in cõmuni contra hostes.

¶ Præterea ex prædicta regula colligitur, quod irregularis est huius speciei ille, qui pia fidei zelo fert ligna, quibus hæreticus viuus concreme-

**A** tur. Ita Nauarrus cap. 27. in summ. nu. 217. contra Metinam in sua instruct. §. 10. de irregul. affirmantem portantes manipulos lignorum, vt hæreticus viuus comburatur non esse irregulares: quia sunt causa valde remota mortis hæretici. Igitur secundum ipsum solum sunt irregulares, qui asportatos manipulos proiecerunt in rogam ad comburendum viuum hæreticum. Sed certe opinio hæc Metinæ licet aliqualem apparentiam præ se ferat, sed non est opinio certa neque tuta. Quoniam tam Nauarrus quam D. Anton. in 3. part. tit. 28. cap. 2. §. 5. & communis opinio Doctorum, de asportantibus ligna, & non solum de ea asportata applicantibus ad rogam, loquuntur, quando dicunt fieri irregulares. Et primo facit contra illam, quod secundum omnes, qui ad conflictum rixæ, vel duelli præberet arma volenti alterum aggredi, esset irregularis, si mors inde sequeretur. Quoniam, licet ipse immediate non applicuit ea arma ad occidendum alium: tamen arma tradidit ei scienter, quæ optime nouit ad occidendum alium ea petere. Ergo pari ratione, licet hæc occisio fuerit iniusta, & alia combustio hæretici fuerit iusta, hic sufficiens causa fuit, qui asportauit ligna ad combustionem hæretici viuus combusti, vt ad irregularitatem sibi imputetur illa combustio, etiam si alij applicuerint ligna ad comburendum. Et patet, quia cum lignorum asportatores iussi fuerint à iustitia ea de causa ea ligna portare ad illum finem comburendi hæreticum pertinacem, quæ ideo, vt supponimus, optime nouerant comburendum esse viuum, intentione non caruerunt speciali afferendi illa ligna ad comburendum viuum hæreticum: ergo facti sunt ex hoc irregulares: sicut etiam ea ligna viuus hæretico applicantes. Et probatur secundo: quia certe secundum Doctores fit irregularis concomitans iudicem tanquam notarius, factelles, aut custos damnati ad mortem in foro ciuili. Quia isti licet per manus suas non sint executores mortis, neque enim applicant manus ad occidendum: sed præuix cooperati sunt ad inflictionem poenæ istius mortis. Ergo pari ratione isti asportatores lignorum, licet sic præuix cooperati sint ad incendium hæretici viuus, erunt irregulares. Et confirmatur. Quia secundum Nauarrum, ibidem vendens, vel commodans scalas, funes, enses sagittas, balistas, aut alia instrumenta ad sagittis configendum, ad laqueo suspendendum, iugulandum, manum aut aliud membrum amputandum, etiam via iustitiæ fit irregularis. Ergo, si hoc est verum, multo verius est, quod qui iustus à iustitia defert ligna ad comburendum viuus hæreticum sit irregularis. Neque enim (vt exemplis & rationibus probatum est contra Metinam) tam remota est causa asporta-

tor



tor lignorū in hoc casu, vt non sufficiat, vt mors quauis iusta, sibi imputetur ad irregularitatē. Secus autem est, quando illa ligna afferunt, vt post suffocationem hæreticis iam mortuis applicentur ad corporum eorum combustionem (vt omnes concedunt.)

## De irregularitate homicidij.

## CAP. XXVI.

**¶** An protestatio facta in iudicio ab accusante reum excuset ab irregularitate: Et an sufficiat quod careat animo occisionis denuntians: Et quid, si tradatur reus iudici cum protestatione non propria iniuria: Vel si quis dedit signa furis: Et an fiat irregularis, qui denuntiauit delictum intentandum in graue reipublicæ dispendium, aut proximi damnus, vel qui clamauit, fur fur, dum fur fugeret cum bonis suis, qui occisus est a vicinis: Et an aduocatus patrocinans contra reum in causa sanguinis fiat irregularis: Vel si aduocatus accusati petat poenam talionis: Et an Inquisitores tradendo hæreticos comburendos iudicibus secularibus fiant irregulares: Et an seruens infirmo fiat irregularis, si propinat illi aliquid sine licentia medici: Vel qui hortatur reum ad scapulas patibuli ascendendum, vel qui incaute vertit in lecto infirmum, si sequatur inde mors.



**Q**UONIAM, vt ex supradicta regula colligitur, irregularis etiam fit, qui dat causam propinquam etiam ad iustam mortem: nunc inquirendum venit, an protestatio facta in iudicio, & necessitas accusandi aliquem reum ibi pro bono proprio, aut communi, aut alieno, excuset ab irregularitate, si ex hoc aliqua mors, vel mutilatio delinquentis sequatur. Videtur autem, quod non excuset in his casibus protestatio non petentis effusionem sanguinis, aut poenam mortis, aut mutilationis. Quia (vt notat doctores cap. significasti in. 2. de homicid.) in casu, quo quis vidit furem fugientem cum rebus suis, & clamauit, fur fur, vbi vicini accesserunt, & furem occiderunt, contra clamantis protestationem qua significauit illis, vt nihil illi mali facerent, est irregularis secundum comunem opinionem. Ergo protestatio neque excusat ab irregularitate, neque ad hoc aliquid prodest. Sed in contrarium est cap. 2. de homicid. in. 6. Vbi diffinitur, quod clericus, vel

**A** laicus sine protestatione accusans in iudicio aliquem irregularis fit, si accusatus a iudice occidatur, quasi aliud sit, si sine protestatione non accusaret, sed cum illa. Igitur ad questionem dicitur primo quod sicut sine culpa sua sed iuste iudicans iudex in iudicio, si damnet reum ad mortem, fit irregularis: ita etiam accusans pro delicto publico, vel priuato ad poenam mortis contrahit irregularitatem, si mors sequatur. Ideoque sine protestatione prohibetur clericus accusare, quia sine illa videtur voluntas eius ferri ad homicidium, cap. tua nos. §. ultimo. de homicid. Secundo dicitur, quod licet clericis in causa sanguinis accusatio criminalis in causa publica, vel secreta, id est, priuata interdicta sit cap. 2. eod. tit. in. 6. & cap. postulasti. de homicid. sed si clericus sic accusauit, punitur: non tamen ita grauiter cap. accusasti. de accus. Tamen si hac protestatione usus fuerit clericus in accusatione criminali liber fit ab irregularitate cap. 2. de homicid. in. 6. etiam si sciat certo accusatum fore occidendum a iudice. Sed quid si careat animo, vt accusatus occidatur aut mutiletur, nunquid hæc sana intentio non excusabit accusatorem ab irregularitate, etiam si sequatur mors. Ad id dubij dicitur tertio, secundum glossam. in dict. cap. 2. communiter receptam, & secundum Franc. & Calder. quod in vtroque foro, etiam si accusator careat animo, vt morte accusatus puniatur, si omittat eam protestationem exteriorem ex subsecuta morte irregularitatem contrahet. Patet hoc: quoniam animus prauus neque inducit irregularitatem, neque ab ea liberat. Quoniam actus hic exterior ad homicidium tendens irregularem agentem constituit. Hæc est contra Ioan. Andr. & Tiraquel. excusantes hunc clericum, sine animo homicidij accusantem, ab irregularitate in foro conscientie tantum, sed non in foro exteriori. Quod tamen merito confutat Couarruuias dicens, quod in vtroque foro fit irregularis: quia qui irregularis est in foro exteriori irregularis est in foro conscientie. Item dicitur quarto, quod ab prædicta opinione glossæ & Franc. & Calderini, excipitur casus, in quo sine protestatione exteriori accusans in irregularitatem non incidit ob subsecutam mortem, scilicet, quando iudex transgressus est leges mortis poenam inferens, quam leges pro tali culpa non imponunt. Sic Anan. Quoniam in hoc casu cum secundum ius non est inferenda poena mortis, iuste & sincere accusator protestationem omittit. ¶ Vltimo, dicitur, quod si laicus, aut clericus reum ceperit detinuerit, & iudici tradiderit, accusans eum, excusatur nihilominus ab irregularitate: si tamen protestatus fuerit se non intendere poenam mortis, aut mutilationis, secundum Socin. & Franc. cap. ad audient. Sed iam hæc

**hæc vltima assertio id dubij excitat, scilicet, an sic capiens eum & tradens eum iudici, & accusans eum cum protestatione, si hoc faciat, non pro iniuria propria sibi irrogata, aut damno furis sibi illato, sed pro aliorum iniuria recompensanda incurrat irregularitatem ex morte subsecuta. Respondetur igitur ad hoc cum Nauarro loco citato, & cum Couarruuias, & cum Felino in dict. cap. postulasti. de homicid. & cum communi Doctorum opinione, quod certe non excusatur ab irregularitate accusator etiam si præmiserit protestationem, si non pro iniuria, vel facti damno sibi illato, sed pro iniuria aut damno illato alteri accusat. Quasi dispositio cap. 2. de homicid. in. 6. posita esse intelligatur pro accusantibus pro sua, vel suorum iniuria cum protestatione, non autem pro aliorum iniuria. Ita communiter. Cæterum, an hæc opinio communis in aliquo casu patiat exceptionem inquirendum est. Igitur dicitur ad questionem, quod Caiet. 2. 2. quæst. 33. artic. 7. in specie adnotat casum hunc, in quo sibi subscribit Nauarrus cap. inter verba. ij. q. 3. corollarij. 58. & Couar. 2. par. §. 5. de homicid. in quo opinio communis non rigide fit tenenda, scilicet, quod quando aliquis clericus protestatione præmissa, non ad punitionem sed potius ad medelam denuntiat delictum aliquod præcogitatum, & denique tractatum in graue reipublicæ dispendium, aut proximi damnus, si cautè hoc deferat apud iudicem, vt remedium adhibeatur, non videtur fieri irregularis, etiam si mors sequatur. Facit pro hoc textus cap. accusasti. de accusat. ibi, nisi pro pace. Vbi autor canonis ostendit clericum pro bono pacis reipublicæ deferentem reum sanguinis cum protestatione non esse reum canonicæ poenæ, quia illicitum non facit. Ex prædictis sequitur corollarie, quod scholasticus, qui signa dedit ad cognoscendum furem irregularis non reputatur: quia reuelare illa signa non fuit aliquod genus accusationis, sed neque ad aliquod genus probationis inducere: sed fuit aliquod leue indicium, quod quidem quasi causa remota fuit ad homicidium. Quasi contrarium foret, si scholasticus ille furem indicaret sciens, quod quærebatur ad mortem. Nam tunc irregularitas ab ipso contraheretur, secundum Cardin. & Anan. dict. cap. tua nos. de homicid. & Socin. cap. ad audientiam. de homicid. ¶ Ex prædictis sequitur secundo corollarie, quod contrario irregularis est reputandus ille, qui videns furem fugientem cum rebus suis clamauit, fur fur, si vicini concurrentes ad clamorem illum furem occiderunt, contra clamantis protestationem, ne illum occiderent, secundum opinionem communem (vt notat Anan. capit. significasti. in. 2.) Patet hoc corollarium, quia hic clamans**

**A** contra furem interpellans priuatos homines maiorem culpam homicidij habet, licet sit protestatus, quam qui protestans accusat apud iudicem. Nam minor præsumptio est, quod iudex transgrediat leges, quam homines interpellati contra furem, qui ex indignatione in ausus temerarios solent prorumpere. Et per hoc manet solum argumentum positum in fronte præcipuæ questionis prædictum istud secundum corollarium Couarruuias. licet iuxta opinionem communem verum esse concedat. Fatetur tamē sibi esse valde incertum, sicut reuera dubium esse apparet. Sed hic quæere dispensationem est tutius. ¶ Porro & dubium hoc specialem habet difficultatem. Aduocatus patrocinans contra reum in causa sanguinis, cum protestatione an fiat irregularis. Videtur autem, quod excusetur ab irregularitate sicut excusatur accusator, cuius ipse est patronus, si præmissa protestatione accuset: nam patrocinando accusatoris personam gerit. Sed in contrarium est opinio communis Doctorum cap. 1. de postulando. Igitur, quia hic discordant Doctores, placet mihi hic tenere cum Couarruuias sic eos redigente ad concordiam in illo. §. 5. in casu, quo aduocatus accusati petit calumniam accusatoris puniri poena talionis. Nam hic casus est, qui discordiam gignit. Dicitur ergo primo ad questionem, quod reuera protestatio præmissa ab aduocato accusatoris in causa sanguinis eum ab irregularitate non releuat. Hæc est omnium in cap. prædicto. de postulando. ibi Imol. post alios. Secundo dicimus ad perplexiorem casum, scilicet, quando aduocatus accusati, petit poenam talionis ob calumniam accusatoris: quod distinguendum est. Nam si talis aduocatus hanc poenam talionis petierit, sine protestatione, planum est, quod non euadit irregularitatem, subsecuta morte: quoniam neque ipse accusatus, si eam sine protestatione peteret (quanuis iuste) non excusaretur ab irregularitate. Imo dicitur, quod etiam si iste aduocatus præmissa protestatione poenam talionis falsi accusatoris peteret irregularis fieret. Non tamen in hoc casu accusatus ipse facta protestatione si summum accusatorem falsum peteret puniri, fieret irregularis. Nam in hoc est differentia inter accusatum, & eius aduocatum: quia licet aduocatus pro cliente suo patrocinetur: sed tamen adminiculo est iudici ad faciendam iustitiam, & proferendam sententiam eum informando. Si autem poena talionis non est petita ab accusato, neque ab eius aduocato: sed tantum defensionem accusati ab vtroque data est opera, scilicet, tam ab accusato, quam ab eius aduocato: tunc non erunt irregulares, etiam si non sint protestati: quia in hoc casu defensio accusati non tendit ad mortem accusatoris. ¶ Sed

¶ Sed quid, si aliquis sine protestatione, aut cum illa in causa sanguinis ferat testimonium an irregularitatem contrahat. Respondetur ergo, quod communis opinio est, quod sic testimonium ferens in causa sanguinis, siue sit clericus, siue laicus, siue præmissa protestatione testificetur siue omissa illa, testimonium ferat, irregularis fit ex subsecuta inde morte. Ita Felinus post alios, cap. postulasti, de homic. & glossa, quæ in laico loquitur cap. 1. §. 1. dist. & glossa, quæ loquitur in clerico in cap. testimonium, ij. quæst. 1. Ita Covarruuias, & Metina in sua instructione. Imò accusator falso protestans, id est, sine intentione vera, interiori, talis protestatio ficta non excusat eum ab irregularitate, ut ait Nauar.

¶ Deinde de quibusdam dubijs prædictis affinis edisserere nos oportet. Et primo de Inquisitoribus sciscitabitur aliquis, qua ratione tradentes iudici laico relapsos concremandos excusentur ab irregularitate. Respondetur, quod ideo non fiunt irregulares: quia cum eos tradunt iudici laico, id faciunt præmissa protestatione, iuxta cap. nouimus, de verbor. signific. & l. 6. tit. 6. Part. 1. Tamen tutius esse censet Covar. secundum Henric. si coram iudicibus secularibus lecta sententia à propria iurisdictione dimitterent, ut eos denique iudex secularis eos morti traderet. Accedit ad prædicta, quod maximo periculo irregularitatis se exponit secundum Covarruuiam iudex ecclesiasticus, qui reum criminis detradit in carcerem breui tempore illi mortem illaturum, ob eius humiditatem, foetorem, scolorum, vel ob alimentorum subtractionem. Ita Florent. part. 3. tit. 28. cap. 2. §. 6. & Guillel. & Abbas, & Anan. & Socin. cap. ad audientiam, de crimin. falsi. Adde item, quod qui consulit alteri martyrium, irregularis non fit. Quia in hoc casu non consulitur alteri, ut se occidat, sed ut potius omnia genera tormentorum ferat, quam fidem neget. Item libet & hic annectere & hunc casum ad vitandum scrupulum, quem posset in genere, scilicet, an seruiens infirmo, si det aliquid infirmo sine licentia medici, & subsecuta fuit post mors, an timere sibi debet an cōtraxerit irregularitatem, vel nō. Respondetur breuiter primo, quod si seruiens infirmo porrigit illi ea, quæ scit ei prohibita esse à medico, ex quibus sequitur mors, vel acceleratio mortis, fit irregularis, in ca. tua nos. de homic. Secus autē est, quando dat nō prohibita per medicū bono animo, credens prodesse, & non est verisimile quod hoc debeat ei nocere: quia nō incidit in irregularitatem. Si autem negligens fuit in casu, quo poterat aduertere, & consulere, an hæc deberent nocere, & non fecit, & est certum, quod propter hoc mortuus est, vel mors fuit accelerata, fit irregularis: quia fuit in culpa

omissionis. Si autem non est certū propter hoc de morte, aut acceleratione mortis, nō debet propter hoc scrupulo agitari, neque credere, quod propter hoc sit mortuus. Ita Archiep. Florentinus, ubi supra. ¶ Item etiam irregularis esse censetur, qui condemnatum ad suspendium hortatur, ut scalas ascendat, eumque ad ascendendum scalas adiuvat, aut qui hortatur, aut iubet, ut admoveat caput ad cippum, aut stipitem, aut facit aliquid aliud, ex quo acceleratur mors, aut mutilatio: aut qui infirmum decubentem in lecto anxiatum, ita incaute vertit ex vno latere in aliud, ut acceleretur mors: quia ex incauta versione interceptus est eius halitus statim spirauit. Aut qui acuit gladium, aut præparat funes, & instrumenta, quo citius, & minori cum dolore fiat executio, iuxta mentem Sancti Antonini, & omnium.

¶ De quinta specie irregularitatis, quæ ex homicidio iniusto, quod est vnum ex delictis, vnde illa nascitur.

## CAP. XXVII.

¶ *Triplex occisio aut mutilatio hominis iniusta, scilicet, voluntaria, & secunda mere casualis, & tertia mixta ex casuali & voluntaria, ut est volita non in se, sed in sua causa, ubi ponuntur duæ regulæ generales ad cognoscendam irregularitatem, quæ ex iniusto homicidio nascitur: Et quomodo intelligatur prima, scilicet, quod quis dando operam rei illicitæ fit irregularis, præsertim si ex tali opera non sequitur frequenter homicidium: Et an occisio foetus inducat irregularitatem: Et an furiosus dormiens, vel ebrius occidendo fiat irregularis: Et quæ dicatur causa propinqua occisionis, causans irregularitatem: An fiat irregularis monachus versans campanam, vel cadens alienam arborem præter intentionem occidit, vel qui percussit nō letaliter eum, qui ex imperitia medici mortuus est.*



**D**e irregularitate contracta ex homicidio iniusto disputaturus, operæ pretium esse duxi, trimembrem diuisionem occisionis iniustæ præmittere. Est igitur occisio, aut mutilatio hominis triplex: alia mere voluntaria: alia verò mere casualis: alia verò mixta. Est autem occisio

occisio mere voluntaria illa, quæ est intenta & volita in se, iuste vel iniuste. Huiusmodi verò est illa occisio, quam quis licite, vel illicitè per se, vel per alium procurat, consulendo, mandando, aut cooperando, siue patrocinando, siue testificando, siue alijs instrumentis, scilicet ferri, aut veneni, aut alijs modis aliquid agit, vnde sequatur mutilatio aut occisio etiam deducendo reum ad locum supplicij, ut ibi occidatur. At verò occisio mere casualis est, occisio non intenta, neque volita in se, neque in causa ad eam sufficienter ordinata. Sicut occisio fulminis, qua occidit fulmen famulum in aliquo loco, quo missus est à domino peracturus eius mandatum: quoniam talis occisio neque est præuisa, neque volita in se, neque in causa, quæ ad illam fuerit ordinata. ¶ Mixta autem occisio, est illa secundum Nauarrum, quæ non est volita, neque intenta in se, sed bene est intenta & volita in causa, quæ ad illam sufficienter ordinatur. Cuiusmodi est occisio subsecuta ex testimonio lato in iudicio à nolente, neque intendente talem occisionem. Et huiusmodi est occisio facta à seruo, qui iussus est à domino alium fuste percutere citra occisionem, aut mutilationem.

¶ Hac præmissa distinctione Nauarri, quæ multam claritatem subministrat ad hanc percalendam materiam, tradenda est etiam à nobis ea, quam ipse statuit generalem regulam, ad dignoscendam irregularitatem, quæ ex homicidio iniusto nascitur, ut iuxta eam casus plures, qui hic nobis obuiant examinando discutiamus. Igitur regula generalis fit, quod omnis & solus ille est irregularis in hac specie quinta irregularitatis, qui cum Christianus sit, seipsum aut alium hominem deformat illicitè, id est, mutilat, aut occidit iniuste: aut causam propinquam illicitam illius, aut suæ anticipationis præbet, cum sit iam rationis particeps. Dicitur in hac regula cum sit particeps rationis, ad excludendum infantem, & furiosum. Dicitur alium hominem ad excludendum embrionem nondum animatum animam rationalem: quia non est homo, & ad excludendum cadauer, cuius mutilatio non inducit irregularitatem. Dicitur autem in hac regula, illicitè ad excludendas inutilitates, quæ ex consilio chirurgi fiunt causa obuiandi pismo, aut serpenti canceri. Dicitur ibi etiam, causam propinquam, ad includendum omne genus causæ, scilicet, efficientis, materialis, & finalis, & formalis: ubi per efficientem causam intelligitur iuuans, mandans. Per materialem autem intelligitur subministrans arma, & cætera. Per formalem autem causam intelligitur illa qua quis dat formam ad occidendum, instruendo, docendo, consiliando. Per causam autem finalem intelligimus præ-

mium, aut precium, quod quis occisori pollicetur, ratione cuius ad occidendum alium homicida mouetur. Dicitur, causam propinquam, ad excludendum fabricatores armorum, ea vendentes in suis officinis pro provisione defensionis rei publicæ: qui ideo irregulares non sunt, quia causa remota sunt occisionum, quæ mediantibus armis fiunt. Per propinquam causam intelligitur dictum, vel factum directum sufficienter in occisionem, vel mutilationem, excepto, quod ut aduertit Nauarrus, non requiritur intentio tam specialis ad incurrendam irregularitatem ex causa illicita, de qua nunc agitur, quam ad incurrendam ex licita. Dicitur autem in regula, vel suæ anticipationis, ad includendum eos tanquam irregulares, qui faciunt, aut dicunt aliquid, sine quo mors quidem sequeretur, sed non tam cito. Sed nota quod per illicitam causam, intelligitur etiam illa, quæ est de se licita sit illicito tamen modo fit. Ex hac regula infert Nauarrum vnum corollarium certum, scilicet, quod occisio vel mutilatio in se intenta, & volita semper inducit irregularitatem. Et secundo infert aliud corollarium, scilicet, quod nulla occisio mere casualis inducit aliquam irregularitatem: quia non est intenta, aut volita in se, neque in sua causa. Igitur de irregularitate contracta ex occisione, vel mutilatione illicita mixta, scilicet, quæ est volita, sed non in se, sed in sua causa potissimè nobis hic agendum est: quia hæc irregularitas intricatiora præ se fert difficultates. Et occisio illa, ex qua nascitur ista irregularitas, dicitur à Doct. oribus homicidium casuale, eo quod accidit præter intentionem. Sed non est mere casuale: quia licet non sit intentum in se: sed fuit volitum in sua causa.

¶ Igitur pro hoc homicidio casuali, sed non mere, sed mixto statuitur prima regula canonistarum, quæ approbata est à Diuo Thoma quæstione. 64. articulo. 8. Qui dat operam rei illicitæ si casuale homicidium inde sequatur, irregularis inde fit, siue adhibuerit diligentiam debitam, ne sequeretur, siue negligens fuerit. Secunda autem regula est eorundem Canonistarum, scilicet, Qui dederit operam rei licitæ, tunc denique fit regularis, cum non adhibuit diligentiam, quam potuit, & debuit adhibere, ne homicidium casuale sequeretur. Ita glossa cap. sicut dignum. §. vltimo. verbo, consilium. & in cap. continebatur. de homicidio.

¶ Sed iam circa primam regulam traditam, scilicet, quod dando operam rei illicitæ absolute fit quis irregularis, varia consinguntur argumenta ad labefactandam eam. Primo arguitur: Quia si sic absolute intelliguntur, multa absurda sequuntur inconuenientia. Primo, scilicet, quod si quis occi-

occideret cædendo arborem propriam, quia dabit operam rei licitæ non fieret irregularis: & tamen si occideret cædendo alienam in irregularitatem incideret: quia dabit operam rei illicitæ: quod non est facile creditum. Et quod clericus peritus in scientia medicinæ, si curet ex pietate & gratis non fit irregularis, licet sequatur ex eius medicatione mors: quia dat operam rei licitæ: & si non curet gratis, sed ob stipendium fiet irregularis: quia dat operam rei illicitæ, & prohibet sibi per ius: quod etiam credibile non fit. Præterea contra eandem regulam esse videtur ratio Soti quod, scilicet, regula ista prima non habetur in iure expresse: ergo non est absolute vera. Secundo probatur & arguitur contra eam ratione Metinæ. 1. 2. Quia solum hanc regulam eliciunt canonistæ à contrario sensu, arguendo ex illis capitulis, ex quibus qui dant operam rei licitæ à irregularitate excusantur, scilicet, ex capit. ex literis, & ex capitulo dilectus filius, de homicidio. Sed argumentum à contrario sensu in iure positivo secundum etiam canonistas in pœnalibus & odiosis materijs non habet vires: sed talis est materia ista irregularitatis: ergo in hac materia talis regula non valet.

¶ Item tertio arguitur contra eam argumento etiam Metinæ. 1. 2. Quia si quis dat operam rei illicitæ, vnde regulariter non solet sequi mors, & cauet diligenter, si inde sequatur mors ista, mors est homicidium mere casuale: ergo non est absolute vera regula illa prima. Sed in contrarium est, quod hæc regula præterquam quod est omnium Canonistarum, est approbata à Diuo Thoma, & ab egregijs Thomistis, scilicet, Caietano. 2. 2. Diui Thomæ quæstio. 64. articulo. 8. & ex Sylvestro, verbo, homicidium. §. 2. ergo non est omnino refutanda, sed in suo sensu legitimo exponenda. Igitur ut à facilioribus incipiamus dico, quod quasi omnes moderni Doctores conveniunt in hoc, quod ista regula prima intelligenda est in casu, quo aliquis dat operam rei illicitæ & idest actui propria natura ordinato ad læsionem, vel homicidium, vel ex quo necessario, & per se idest ut in plurimum (nam hoc dicitur per se in moralibus) sequitur homicidium: tunc enim fit irregularis morte subsequuta, etiam si studuerit vitare periculum. Ita videtur insinuare etiam Diuus Thomas. 1. 2. quæstio. 20. articulo. 5. & eadem. 1. 2. quæstio. 63. articulo. 8. Ita Couarruias relect. de homic. 2. part. §. 4. Ita Sorus, de iustitia & iur. libro. 1. quæstio. 1. articulo. 9. Vbi ait, quod ut homicidium casuale fit causa irregularitatis ratione rei illicitæ, cui datur opera, requiritur ex genere suo,

A & ex natura sua sit; periculosum tale opus. Et ita, inquit Couarruias, intelliguntur decisiones pontifici. Itaque primus quidam operæ rei illicitæ ideo contrahit irregularitatem, quia dat operam rei illicitæ periculosa saltem frequenter, vel ex sua natura. Et secundus, idest, qui dat operam rei licitæ, ideo solum contrahit irregularitatem, qui non diligenter cauit periculum. Constat hæc differentia ex decisionibus pontificum.

¶ Hinc sequitur corollarie, quod in hac controverfia actus dicitur illicitus, qui prohibitus fuerit ratione huius periculi, scilicet, mutilationis, vel mortis, ut colligitur cap. tua nos, in principio. Sed hoc corollarium, quod est Couarruiæ ipsemet tandem in dubio reliquit. Quoniam videtur satis, sit talis actus illicitus sit & prohibitus ex alia causa, non periculosa, scilicet, quia est actus libidinosus. Ut patet in eo, qui ex libidine ludit manibus cum muliere prægnante, qui actus ut libidinosus est illicitus, & ut sic non est de se periculosus: tamen quia tunc coniunctus invenitur cum periculo etiam si caueat periculum, nihilominus ex abortu inde secuto fit irregularis. Sed & secundo dicimus, quod etiam in casu, quo quis dat operam actui illicito, ex quo solet sequi mors per accidens, idest, raro, & non frequenter: si tamen talis actus ex sua natura ad læsionem vel mortem sit aliquantulum ordinatus, fit irregularis ex morte inde subsequuta. Hæc secunda assertio videtur multum conformis principijs Diui Thomæ qui. 1. 2. quæstione 73. articulo. 8. ait, quod nocuum si per accidens se habet ad peccatum, vnde sequitur, licet non aggravat peccatum directe, sed propter negligentiam considerandi nocuum, quæ consequi possent imputantur homini ad poenam mala, quæ eveniant præter eius intentionem si dabit operam rei illicitæ. Ecce vbi Diuus Thomas imputat ad poenam, & per consequens ad irregularitatem homini danti operam rei illicitæ nocuum, idest, mortem inde per accidens secutam, propter negligentiam considerandi nocuum, quæ inde consequi poterant. Cæterum iam hic Metina. 1. 2. his verbis Diui Thomæ forte adductus, vbi hic ait, quod talis danti operam rei illicitæ, ex qua per accidens, idest, raro sequitur mors, fit dignus poena, & per consequens irregularitatem non evadit, propter negligentiam considerandi nocuum possibile inde sequi sustentat, inquam, hæc opinionem in sua prima secundæ super D. Thomam, scilicet, quod qui dat operam rei etiam illicitæ, vnde regulariter non sequitur mors, si cauet diligenter periculum non est irregularis: quia post adhibitam diligentiam ad cauendum periculum iam si homicidium inde sequatur, est omnino

D

nino casuale. At profecto, licet Metinæ autoritas apud me plurimum valeat: tamen hæc eius sententia mihi non satisfacit. Neque enim D. Thomas loco citato pro ea facit. Quia potest optime glossari ad mentem decisionum pontifici, quæ huic opinioni Metinæ videntur contraire. Et patet in casu, quo quis libidinosè & illicite ludit manibus cum muliere prægnante: quoniam ex hoc ludo non tam regulariter sequitur abortus. Et tamen ex communi sententia doctorum irregularis fit, si inde sequatur abortus, siue adhibuerit diligentiam ad cauendum periculum, siue non, ex eo solum, quod dabit operam rei illicitæ periculosa de se. Et ad rationem eius respondetur, quod tunc etiam cauendo periculum illud homicidium consecutum, non est omnino casuale, quia quodammodo fuit volitum in illa illicita sua causa, vbi fuit negligentia ad considerandum euentum, etiam de per accidens. Quoniam tenebatur advertere ad illum euentum non tantum, ut ponendo illicitam causam post caueret sic eius periculum: sed etiam ut animaduerteret periculo omnino abstinere à causa illicita illius periculi. Et sic venit intelligendus D. Thomas. Itaque (ut significavit Couarruias) hæc est differentia, quod in hoc casu danti operam rei licitæ satis est cauere periculum, ut patet in ludente licite manibus cum cognata sua prægnante, qui dum caueat periculum, non tenetur ab illo ludo licito abstinere, neque si sequatur inde abortus præter intentionem fit irregularis. Tamen si dat operam rei illicitæ, quia cum foemina prægnante libidinosè ludit, non satis est cauere abortum, sed ut non fiat irregularis ex inde abortu subsequuto, necesse est omnino ut ab illa causa ludi illiciti abstinere. Quod si quis huius differentie rationem exposcat, videtur hæc ratio esse consentanea. Quoniam nulla ratio dicat, quod ob culpabilem causam, quæ in se est peccatum quis se obijciat periculo, aut inde occasione sumat se obijciendi periculo, etiam si studeat cauere illud. At vero quia pia mater ecclesia licita opera impedire non vult, ideo excusat ab irregularitate dantes operam operibus licitis, si caueat periculum, si caueri possit, ne inde sequatur mors, ne homines ex hoc tanquam timidi arceantur à multis operibus alijs pijs & licitis. Iam ex prædictis liquet, quid sit dicendum ad illud cornutum argumentum, quod Couarruias loco allegato contra regulam illam primam pontificiam obijcit. Quod sic habet. Quia irregularitas contractata ex illicito opere, puta, ex ludo manuali cum foemina prægnante causa libidinis exercito, vnde secutus est abortus, aut provenit à culpa ludi venerei, aut provenit à periculo huiusmodi ludi. Si provenit à periculo, quomodo cõsanguinei eius ludentes cum ea causa benevolentia cum eidem

Instruct. cons. Pars. 2.

A actui periculoso dent operam, immunes ab irregularitate pronunciantur, cum sint in eadem culpa periculi? cap. Sicut. de homic. hoc argumentum proponens Couarruias tanquam omnino difficile sibi insolubile reliquit. Sed nihilominus respondetur, quod prædicta irregularitas procedit ex ludo libidinoso ludentis cum tali foemina prægnante non absolute, sed quatenus talis ludus illicitus est, & simul cum hoc ut est affectus tali periculo. Et ideo satis est ad irregularitatem cum illa culpa se introgerere ad periculum, licet caueat illud. Quoniam (ut prædiximus) ratio dicat, quod ob culpam perpetranda nullus se subdat periculo alteri nocendi in vita. ¶ Tertio dicitur, quod etiam in casu, quo homicidium est præsumptum, licet raro sequatur ex causa illicita imputatur ad irregularitatem: quoniam tunc quodammodo est volitum in sua causa. Hæc assertio Diui Thomæ doctrinæ cõsona esse videtur loco vbi supra. Cui adde etiam, quod si homicidium ex tali culpa illicita non sit aptum natum sequi, sed solum ex aliquibus circumstantijs negotium concomitantibus, tunc etiam imputatur ad irregularitatem; etiam si periculum caueatur, nisi illa causa illicita vitetur, ut patet in casu supradicto, vbi clericus scribit literas amatorias foeminae adulteræ, quas deprehendit maritus, & inde percitus bili prorupit ad cædem adulteræ. Quoniam accedente ista circumstantia zelotipia rapientis maritos ad vindictam, periculosum fuit opus, & illicitum ac per consequens inducens irregularitatem ex subsequuta morte, etiam si cauit clericus periculum, ne illæ literæ interciperentur à marito.

¶ Iam superest respondere ad argumenta in principio quæstionis obiecta. Igitur ad primum respondetur, quod ex regula sic sanè intellecta (ut exposita est) nulla sequuntur absurda. Quia non inde inferuntur, si de causa per se, aut ex sua natura ordinata ad homicidium, aut de causa periculosa illicita intelligatur. Ad exemplum de clerico medico curante ex pietate, & gratis, vel ob mercedem, postea in particulari dicemus: & similiter ad exemplum cædentis arborem propriam, vel alienam. ¶ Ad secundum argumentum Soti obijcientis, quod illa regula prima non est expresse in iure, sed deducitur solum inde per argumentum à contrario sensu, quod satis est infirmum. Respondetur cum Nauar. nu. 221. Primo, quod licet argumentum à contrario sensu logicis sit infirmum, tamen iuriscõsultis est firmissimum. c. apostolica. de his quæ fiunt à prælat. sine cõsensu ea. quando contrarium ad id, quod probat istud argumentum non est expressum in iure cap. à nobis 2. de sent. ex cõmu. ¶ Ad obijctionem verò Metinæ, scilicet, quod istud argumentum à contrario sensu non tenet in pœnalibus, respondetur, quod irregularitas quæ incurritur propter homicidium

Y y ex



ex actu illicito subsecutum non tantum poenale, & odiosum quid est, sed quid indecētis in ministris altaris præsignat: ex qua parte argumentum à contrario sensu potest hic locum habere. Secundo respondetur, quod illa prima regula colligitur ex dictis locis, non solum per viam argumenti à contrario sensu, sed per viam cessantis rationis, & causæ: quod est validum argumentum capit. cum cessante. de appellatione. Nam bene valet hoc argumentum. Ratio & causa, quare in capite dilectus, & capit. ex literis. excusatur aliquis ab homicidio est, quia dat operam rei licitæ, & cauet periculum & inde excusatur ab irregularitate: sed hæc ratio & causa excusandi ab irregularitate cessat in eo, qui dat operam rei illicitæ, quia licita causa hic non concurrat, quæ est ratio excusatiua, ergo incurritur hic irregularitas.

¶ Ad argumentum postremum Metinæ iam responsum est, quod quando non sequitur regulariter ex causa illicita homicidium, si caueatur periculum, non ideo est mere casuale homicidium, quia quodammodo est volitum in sua illicita causa propter negligentiam, quam habuit circa considerationem nocimenti futuri, ut eo considerato eius causam illicitam vitaret & sic omnino caueret ne sequeretur. Secus autem esset secundum Nauarrum, si omnino impertinens esset talis causa illicita ad mortem: nam hoc loco posset habere locum sententia Metinæ. Has explicantes duas generales regulas præiecimus fundamenta ad multa dubia in particulari dissolueda, quæ hic tanquam corollaria procedentia ex aliqua istarum duarum regularum percurremus. Ex prædictis primo sequitur secundum Couarruiam dicto. §. quinto. & secundum Nauarrum in summa cap. 27. num. 221. quod monachus chirurgus, qui ex sola pietate curat vulnus, & aperit, ex quo infirmus exponens se vento contra præceptum eius moritur, est irregularis. Hæc est contra Sotum lib. 5. quæst. 1. art. 9. de iusti. & iur. dicentem, quod si curat ob lucrum fit irregularis, alias non. Tamen etiam contra Sotum sunt Ioan. Andr. Panormi. Anan. & Felinus dicentes, quod in utroque casu fit irregularis, licet cum facit ex pietate, & gratis facilius sit cum eo dispensandum. Patet primo, quia dedit operam rei illicitæ, periculosæ, sibi in iure prohibitæ. Tum secundo, quia textus ille cap. tua nos. de homicid. in illis verbis (si tamen, &c.) palam concludit illi monacho necessariam illo in casu fuisse dispensationem etiam si ob solam pietatem curasset. Tum tertio, quia monachus ille chirurgus esse non poterat, ut decernitur cap. sententiam sanguinis. ne clericus, vel monachi, vbi prohibetur clericis exercere ea quæ aduersionem, vel incisionem fecerint. Quod si clericus chirurgus nullam aduersionem,

A vel incisionem fecerit, sed ex alijs causis mortuus est infirmus, vel etiam si aduersionem, vel incidit si tamen non ex hoc, sed ex ipsa graui ac lethali ægritudine mortuus est, non erit irregularis.

¶ Hinc sequitur secundo, quod magister alias licite percutiens discipulum correctionis gratia, si culpam habet in excessu, fit irregularis. Facit lex l. præceptoris. ff. ad l. Aquiliam. Secus est si sine culpa fuit contra Felinam.

¶ Hinc sequitur tertio, quod monachus aut clericus peritus in scientia medicinæ, si eam exerceat sine culpa sua & infirmus moriatur non fit irregularis quia dat operam rei licitæ sibi non interdictæ, dum ex incuria eorum moriatur infirmus. capit. ad aures. de ætate & qual. ordinan. Et multo magis in minoribus constitutus si esset medicus posset hoc extra irregularitatem facere. Imo si in minoribus constitutus, si iuxta artis peritiam exerceret chirurgiam, & ex aliqua incisione sine culpa ab eo facta ægrotus periret non esset irregularis, secundum Cardin. & Socin. quia iste non dat operam rei illicitæ sibi interdictæ. Secus est si esset sacris initiatus, aut in minoribus constitutus, sed tamen simul cum hoc beneficiatus, quia istis etiam ars chirurgiæ est interdicta.

¶ Hinc etiam sequitur quarto, quod qui ægrum nimis anxium in aliud reuoluit latus, ut citius moriatur, & ne magis crucietur mortis tormento, irregularis fit, secundum Panormitanum cap. sententiã sanguinis. ne cleric. vel monach. & Speculat. Villadiego. Nauar. quia iste dat causam anticipationis mortis. ¶ Hinc etiam quinto irregularis fit, qui à vulnerato extrahit sagittam si ex hoc vulneratus moriatur. Ita doctores. Quod tamen Couar. optime limitat, hoc esse verum, quando extrahens non seruauit modum à viris huius rei peritissimis prescriptum, aut nisi extrahens esset clericus, vel monachus. Nam tunc extrahendo fieret irregularis et si esset in illa arte peritus, scilicet, chirurgiæ, quia tunc dat operam rei illicitæ sibi interdictæ. Alioquin non vera est opinio doctorum absolute id asserentium. ¶ Hinc sequitur sexto, quod qui misit lapidem in alium inter-

D ludendam, & is ab eo fugiens lapide demum in alium procidit lapidem, vbi caput offendens culpa medici obijt, irregularis non fit, quia ita diffinitur ca. exhibita. de homicid. Et ratio est, quia qui misit lapidem dabat operam ludo licito, & caruit culpa, quæ præuidere debuisset. Secus est, si lapidem grauē misit, ut non fugienti periculosum vulnus posset inferre. Nam tunc irregularis esset. Vel si in ludo iactarentur lapides ad se inuicem offendendum, licet in hoc ludo occidens ordinaria poena non sit puniendus (ut ait Couarru.) quod ego limito, nisi dolus interuenisse probaretur. ¶ Item septimo, hinc patet ratio distinctæ decisionis in capit. lator.

lator. de homicid. & in capite. continebatur. Vbi utrobique in eo, qui ibi proponitur, capite rei licitæ aliquis operam dabat: & tamen in capite. continebatur irregularis iudicatur, non autem in capit. lator. Cuius potissima ratio est: quia licet uterque propositus in illis capitibus daret operam rei licitæ, sed qui est in primo casu non cauit periculum: tamen in secundo casu illud cauit.

¶ Præterea octavo (ut prædictum est) ludens manibus cum foemina prægnate, si illicitè ludat ex libidine, fit irregularis si inde abortum foetus animati anima rationali passa sit, etiam si iste ludens cautè ludens cauerit periculum: quia dabat operam rei illicitæ periculose. Secus est si sic cognatus prægnantis cum ea luderet honestè, & cautè luderet: nam tunc non erit irregularis. Alioquin irregularis erit propter incautiæ culpam in ipso inuentam, arbitrio boni viri librandam. Accedit ad hoc, quod irregularis est, qui abortioni causam dedit. Sed ad irregularitatem in hoc casu incurram requiritur foetus iam esse animatum anima rationali, qua quidem anima animatur masculus die. 40. à conceptione. Si autem est foemina die. 80. animatur hac anima capit. si cut. de homicid. ibi gloss. & doctores. Anima autem vegetatiua ante incipit animari embrio, & post aduenit sensitiua, secundum Diuum Thomam 1. part. quæst. 76. artic. 3. Et in dubio, an foetus abortiuus erat iam animatus anima rationali; vel non (quia est dubium facti, quod fuit causa abortus) reputare se debet irregularem in foro conscientie, & petere ad cautelam dispensationem irregularitatis. ¶ Deinde sequitur nono, quod clericus, qui absque culpa cum equitabat, si puerum equi impulsu occidit irregularis non est, quia dabat operam rei licitæ. Secus est si daret operam rei illicitæ, ut equitando incaute per calles & vicos, circum eundo cum feroci equo, tãquam amans causa videdi amicam, vel ut ab ea videretur cap. significasti. de homicid. Ita Caiet. ea quæst. 64. art. 8. Idque deducitur ex cap. dilectus. de homicid. Vnde sequitur, quod si dabat operam rei licitæ, & cauit ferocitatem equi, non imputatur ei ad irregularitatem, qui nullam culpam habuit. l. in princip. ff. si quadrup. pauperie. ¶ Ad hæc sequitur. 10. quod clericus etiam in sacris constituti, si exercentes ludum palæstræ, ut se defenderent lege ludi cauentes periculum, nihilominus alium occideret præter intentionem irregulares non essent secundum Couar. qui putat hunc ludum, sicut etiam ludos alios non periculosos propter exercendas vires licitos esse clericis, saltem constitutis in sacris, quãdo communi iudicio hi ludi non sunt periculosi ad vulnera, vel mortem: quia tunc cauentes periculum non fierent irregulares, quia dant operam rei licitæ de se, non periculose, ut in plurimum.

Instruct. cons. 2. Pars,

A ¶ Hinc sequitur. 11. quid sit dicendum de clerico venatore, an fiat irregularis, si venando præter eius intentionem mors alicuius hominis inde sequatur. Igitur dicitur cum Couarruiam, quod quia venatio prohibita est clericis, magis propter honestatem & animalium custodiam, quam ob periculum, ideo si clericus venatus fuerit & cauerit diligenter, si putans ferire feram, occidit hominem immunis est ab irregularitate, quia illa culpa venationis non pertinet ad homicidium, sed ad culpam præcepti violati, quod non est satis ad irregularitatem. Cui adde etiam, quod secundum Nauarrum distinguendum est. Quoniam si venatio fit cum periculo, qualis aliquando solet esse venatio ferarum magnarum, tunc clericus fieret irregularis, si ex tali venatione mors alicuius subsecuta fuisset præter eius intentionem, licet cauisset periculum: quod probat Nauarrus ex eo, quod hæc venatio ferocium animalium & ferarum magnarum prohibita est clericis propter periculum, alias non erit venando irregularis. ¶ Deinde. 12. hinc sequitur, quid respondendum sit ad casum de habente inmania animantia, ut vrsos, leones, canes, an si hæc animalia occiderint hominem, ea habens exinde fiat irregularis. Quia respondetur, quod non: si hæc animalia cautè custodiuntur, & bene ligata teneantur. l. 2. §. vltim. ff. si quadrup. pauperie. fec. ita doctores. in capit. ad audientiam. de homicid. Sed arbitratur Couar. non excusari ab irregularitate, qui habuerit hæc animalia alligata in via, vel in itinere, vel in loco publico. l. hi enim. & l. generaliter. & l. que vulgo. ff. de edilit. quia puniendus est talis poena ducentorum solidorum. ¶ Deinde. 13. hinc iam patet ad casum de furioso, vel dormiente, vel de ebrio occidente, quid dicendum sit, & etiam de infante. Dicimus ergo, quod constitutio concil. Viensis in Clem. 1. de homicid. excipit ab irregularitate contrahenda infantes, qui alium occiderint, aut mutilauerint, dum tamen secundum Andr. & Abbat. cap. 1. de delictis puero. tales infantes non sint doli capaces. Est communis. At licet puer doli capax non dicatur quantum ad subeundam poenam pro delicto ordinariam si 17. annum non fuerit adeptus, quia lex. 8. tit. 3. 1. parti. 7. huic puero delinquenti poenam ordinariam legis non esse infligendam decernit: tamen quantum attinet ad irregularitatem incurramdam, satis est secundum Nauar. quod puer sit iam septennis, ita ut iam nouerit malum esse, & illicitum alium occidere percutere, aut mutilare. ¶ Dicimus secundo de furioso, quod etiam si culpa sua inciderit in furorem, dummodo non ea intentione furorem procurauerit, ut impune mutilaret, & occideret, irregularis non fit, si mutilet, aut occidat. Patet, quia ad homicidium inducens, irregularitatem,

¶ y 2 vel ad

vel ad eius causam requiritur actus rationalis, quo caret furiosus, sicut & infans. Quocirca Clemen. dicta excepit infantem.

¶ Tertio dicimus de ebrio, quod opinio communis est secundum Nauarrum numero. 230. quod talis fit irregularis occidendo, quia dedit causam culpabilem se inebriando. Ita Villadiego tracta. de irregularit. colum. 28. & Syluester verbo, homicidium. 3. quæstione quarta. Tamen hæc opinio communis absolute non est vera. Tum, quia aliquando forte incidit in ebrietatem sine culpa sua, & tunc postea occisio subsequuta, neque id se, neque in sua proxima causa, id est, inebrietate fuit actus rationalis, qui requiritur ad irregularitatem inducendam. Tum secundo, quia secundum Couar. 3. par. relect. de homicid. etiã si inebriatio fuerit culpabilis, quia hic concurrunt tres actus, scilicet: primus, scilicet, ipsa potatio: secundus ipsa inebriatio: tertius ipsa occisio, inde subsequuta, & quia voluntas fertur in potatione directe, quia ebrius voluit potare immoderate, in ebrietate verò fertur indirecte, & per accidens, in occisionem verò non fertur, neque per se, neque per accidens, alioquin si ista occisio indirecte esset voluntaria imputaretur ebrio, cuius contrarium patet in capit. inebriauerunt. 15. quæst. prima. Ita Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 76. artic. quarto. sequitur potationem illam immoderatam causam fuisse remotam mediatam occisionis, immediate ex percussione secutæ. Ac per consequens infertur contra Cardinalem, & contra alios, ebrium ex culpa sua non esse irregularem. Facit textus capit. quia diuersitatem. de confessione. præbendæ. ubi excommunicato ex culpa sua non currit tempus conferendi beneficii. Igitur resolutorie ad quæstionem dicitur cum Nauarro, quod opinio affirmatiua, quam dicit Nauarrus esse communem, scilicet, quod ebrius fit irregularis occidendo, solum est vera, quando talis ebrius iudicium, non omnino amisit. Et secundo quo ad forum exterius, quando re vera ebrius erat: sed tanta ebrietas quæ posset illum excusare non probaretur. Et tertio, si iam expertus fuerat se solitum esse inebriatum, arma capere, & alios percutere, si sua culpa inebriatus fuit. Ita etiam Couarruias in isto tertio casu tenet cum Nauarro, & Marian. in capit. ad audientiam. Patet, quia in hoc casu iste facit opus illicitum ordinatum ad occisionem ex solitis ab ipso ebrio fieri. Idemque infert Nauarrus esse dicendum de dormiente, & furioso, qui iam experti sunt, quod cum furore, aut somno sunt correpti, se solitos esse percutere alios, sunt enim irregulares, si fuerint in culpa, non providendi in tempore furoris aut somni, ne tale quid faciant. Patet à paritate rationis cap. 2. de translatione prælat. & l. illud.

A ff. ad leg. Aquil. Alias si hoc provideant non fient irregulares. ¶ Hinc sequitur. 14. quod qui ex imaginatione & iracundia conatus est occidere alium, si postea dormiens ex commotione illius imaginationis auctæ in somno surgat, & arma capiat, & occidat, non fit irregularis contra Palud. in. 4. sentent. distinct. 3. 2. quæst. 1. artic. 3. secundum Marian. Villadiego. Socin. & Couarruiam. Patet, quia illa occisio in somnis fuit actus irrationalis, & illa commotio imaginationis ex iracundia in vigilia non est causa certa, neque efficiens imaginationis in somno, à qua processit occisio: & quia illa ira in vigilia fuit valde remota causa. Ex quo infert Couarruias, quod homicidium dormientis, qui in vigilia habuit animam occidendi, quia ad modum remota causa ad illud fuit animus occidendi in vigilia, ideo irregularitatem non inducit. Circa quod adnotatio pulchra Couarruiæ. §. quarto. 2. partis relect. de homicid. memoriæ mandanda est, scilicet, quod causa propinqua & non remota, solet considerari in alijs materijs. Est autem secundum. l. quod domum. ff. locati. propinqua causa, talisque dicitur illa, quæ damnum solita est dare, non accedente ad illud alia extrinseca. Ita glossa communiter recepta in capit. de cætero. de homicid. Cæterum aduertendum est, quod ad culpam aliquam, quæ sufficiat ad irregularitatem constituendam, non est semper necessaria causa immediata, aut propinqua: imò sufficit aliqua alia causa si non sit admodum, vel omnino remota: quod bonus vir & prudens arbitrabitur. Sicut in casu præcedenti Couarruias arbitratur, appetitum vindictæ habitum in vigilia sufficienter esse remotam causam ad non inducendam irregularitatem, si inde commota imaginatione dormientis dormiens in somno profuerit in homicidium.

¶ Sequitur. 15. non fieri irregularem monachum eo quod tempore prohibito, id est, tempore interdicti sursum versus mouendo campanam, campanæ tinnabulum, alterum occidit, si eam diligentiam adhibuit, quæ sufficeret ad excusandum eum à culpa, si tempore debito id faceret. Sicut neque fit irregularis clericus, qui cædens alienam arborem præter intentionem à casu interemit aliquem, si adhibuit debitam diligentiam, quæ ipsum si cæderet propriam arborem à culpa excusaret. Ita Sotus. Cui accessit Nauarrus. Benedixit in vtroque casu contra Syluestrum, verbo, homicidium. tertia quæstione prima. Vbi ait, quod clericus exercens mercantiam, si inde à casu sequatur mors, fit irregularis etiam si caueat periculum. In quo etiam casu refutatur à Nauarro & bene. Et patet, quod in his tribus casibus, si adhibeatur diligentia ad cauendum periculum homicidium inde secutum non imputetur clerico,

clerico, aut monacho ad irregularitatem. Quia licet det tunc operam rei illicitæ in his casibus, sed nihilominus culpa ista suapte natura non dirigitur in mortem, neque habet aliquem ordinem ad homicidium. Deinde. 16. hinc patere potest, an irregularis sit censendus, qui non percussit lethali ter eum, qui ex malo regimine, vel imperitia medici obiit. Respondetur autem, quod hic Couarruias. §. secundo. 2. partis. de homicidio. secutus Guillelm. & Henric. in capit. significasti. el. 2. de homicidio. tenet veriore esse opinionem, quod talis fit irregularis. Itaque affirmat contra Caietanum. 2. 2. quæstione. 64. art. 8. Quod & apparenter probat: quia mortuus vere obiit ex tali vulnere, veluti ex causa propinqua: siquidem si non percussus fuisset non obiisset. Ideoque illa culpa præmissa percussoris satis est ad irregularitatem. Quod & probat secundo ex singulari textu capit. tua nos. de homicid. in principio. Tum tertio patet, quia hic de per accidens ad mortem. concurrebat imperitia medici. Nam ipsum vulnus directe se habuit: ergo imputatur ad irregularitatem. Sed in contrarium est Sotus libro. 5. de iustitia & iure. quæstione 1. articulo. 9. ubi sequens Caietanum addit pro ratione, quod ipsi percussor non lethaliter imputatur, si quia excessit, aut imperitum medicum accersuit, ideo obiit: quia sibi incumbere cura sua salaris. Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod distinguendum est in hac parte. Nam si qui percussit non lethaliter rei licitæ operam dabat, quia corriperebat, & verberabat seruum, aut filium causa correctionis, & cauit periculum, ne excederet: & postea ob excessum commissum, vel ob imperitiam medici percussus, aut verberatus obiit, quia percussio non fuit lethalis, tunc non fit irregularis. Hæc est Nauarrus in summa capit. 27. numero. 223. Et in hoc casu sententiam Caiet. & Soti admittendum est, esse veram. Hanc probat Nauarrus: quia iste dedit operam rei licitæ, & cauit periculum: ergo iuxta regulam pontificiam, immunis est ab irregularitate: quia mors non est subsequuta ex opere illicito. Facit etiam pro hac sententia capit. exhibita. de homicidio allegatum à Couarruiam. Vnde proculdubio Couarruias. etiam videtur esse huius sententiæ. Nam ait in isto capitulo. excusatum, id est, in hoc capit. exhibita. ab irregularitate ideo excusari: quia caruit culpa. Secundo dicimus, quod si ille, qui non lethaliter percussit, iniuste percutiebat, & illicitè, etiam si cauit periculum, irregularitatem in hoc casu contraxit. Quod probant sufficienter argumenta Couarruiæ superproposita contra Caietanum, & Sotum. Hæc est Couarruias. & Nauarrus. ibi. Et probatur, quia dando operam rei illicitæ & periculosa percussus

Instruct. confc. Pars. 2.

A (licet percussio de se non erat mortifera) tamen in causa fuit, quod alius illum percussum interficeret, aut quod incideret in alium mobum, quod est mortuus, etiam si ex culpa medici, vel ex malo regimine. Patet capit. ad audientiam. de homicid. Tertio dicitur, quod si adeo leue erat vulnus, ut infirmus sic vulneratus nullo, vel modico medicamine poterat curari, & liber fieri: tamen appositum est venenum: tunc percussor non est irregularis. Hæc est Couarruias. Et in hoc casu vera est sententia Caietani, & Soti: Patet, quia ex veneno solum percussus tunc moritur: Sed contra, quia excessus infirmi æquiparatur veneno occidenti: ergo dum excessus infirmus ex malo regimine, etiam talis excessus percussorem non lethaliter excusabit ab irregularitate, etiam si iniuste percussisset: sicut excusat appositio veneni. Respondetur, quod differentia est: quia appositio veneni per se sola sufficiens est ad inferendam mortem, alias non motitur: sed excessus infirmi non est sufficiens semper & regulariter ad inferendam mortem per se, nisi præsupposito vulnere, aut infirmitate.

¶ De irregularitate ex mandato, vel consilio.

## CAP. XXVIII.

¶ An mandans, vel consulens homicidium, fiat irregularis: Et quid de mandato tacito, vel de mandante raptum mulieris occiso: Et an per rati habitationem incurrat irregularitas: Et de irregularitate contracta ex præstita opere, vel consilio: Et an præstans opem percussoribus, vel dans causam rixæ ubi aliqui fuerunt occisi, aut mutilati incurrant irregularitatem, & in quibus casibus: & de irregularitate causata ex accidenti rixæ, vel ex tractu aliquo inito ad occidendum.



V. N. C. autem à nobis hichabenda est mentio de irregularitate subsequuta ex mandato, & ex consilio, & ex fauore præstito. Igitur primo de mandante distinguendum est. Nam si aliquis mandauit aliquem iniuste verberari, licet expressè prohibeat, ne occidatur vllatenus, vel aliquo membro mutiletur, irregularis efficitur, si mandataris fines mandati excedens mutilauerit, vel occiderit. Patet hoc ex capit. ultimo. de homicid. in sexto. Et probatur, quia hic in culpa fuit, & hoc euenire posse debuit cogitare. Ex quo sequitur,

Y y 3 tur,

tur, quod si quis ense percussit in capite sine animo nocendi, si sic percussus mortuus fuerit, in irregularitatem incidit, quia hic tum propter culpam, tum quia mors secuta est de per se ex causa data ab ipso voluntaria videtur fuisse mors in sua causa. Admonet autem hic Couarruias, quod quia homicidium hoc potius voluntarium, quam casuale dicendum est, irregularitas ex eo contracta non potest dispensari per habentem potestatem dispensandi circa irregularitatem ex casuali homicidio contractam. Si tamen dominus iussit, & caute iussit unum seruum castigari per alium indicens illi modum certum, scilicet, ut solam duodecim ictibus funiculi flagellaret eum in natibus: si postea famulus executor istius mandati forma mandati non seruata excessit in flagellando, & propterea famulus flagris percussus obiit, dominus inde irregularis non fit: quia dedit operam relictam, & adhibuit cautelam. Nisi forte debuit cogitare, ex verisimilibus, circumstantiis, quod hæc cautela vel forma mandati excedenda erat a mandatario.

¶ Ex prædictis licet colligere, an irregularis fiat, qui causa libidinis mandauit rapi mulierem, si mandatarius in raptu foemina ipsam occidit. Nam respondetur sane, quod secundum Couarruiam sic mandans in hoc casu in irregularitatem incidit. Quoniam, licet in foro exteriori ille raptus, quo ad poenam legis non imputatur ad homicidium, quoniam ex raptu mulieris non necessario, & per se sequitur eius occisio: tamen quatenus attinet ad incurrendam irregularitatem satis est, quod iste mandans, & mandatarius opus illicitum aggressus est simul cum aliquo periculo euentus, inspectis qualitatibus personarum, loci, & actus, ex quibus mandator ad periculum aduertere debuisset: quia casuale homicidium propter hoc periculum ad irregularitatem solet imputari. Sed hæc prædicta decisio procedit in mandato expresso tantum. Quocirca quaeritur nunc, quid dicendum est in casu mandati taciti. Verbi gratia, si quis paterfamilias dixit filio, vel famulo passo iniuriam. Non regrediaris in domum meam, donec ipse aliquid nouum audiam de te. An in hoc casu fiat irregularis iste paterfamilias, si ex talibus verbis commotus famulus, vel filius suum iniuriatorem mutilauit, vel occidit. Respondetur, quod fit planè irregularis. Est communis: & patet ex bono textu capit. ex literis, de excessu prælatorum. Item patet, quia iste sic mandans sufficientem causam dedit ad mutilationem, vel mortem subsecutam.

¶ Præterea de ratihabitione, quoniam mandato solet comparari, & hic quaestio hæc satis in suo loco occurrit, scilicet, an ratum habens homicidium suo nomine ab alijs gestum, quibus ut oc-

ideret prius non mandauerat ex hoc contrahat irregularitatem. Videtur autem, quod irregularitas hinc fiat. Quoniam ratihabitione percussio- nis clerici, inducit poenam excommunicationis in eum, qui suo nomine ab alijs factam eam ratam habet, ut patet capit. cum quis, de sententia excommunicationis in sexto. Ergo pari ratione ratihabitione occisionis inducit irregularitatem in eam post ratam habentem. Et in contrarium non est Nauarrus in summa capit. 27. numero. 233. qui tenet, quod ista ratihabitione imputatur ad irregularitatem. Quoniam iuxta caput, ratihabitionem in eodem capit. ratum, de regulis iuris, lib. sexto: ratihabitione mandato comparatur. His nihilominus non obstantibus respondetur ad quaestionem, quod qui ratum habet homicidium suo nomine factum, nisi insinuauerit antequam fieret: quod sibi placeret, & propterea ab alijs fuit factum, non fit irregularis inde. Hæc est Archidiaconi & glossæ in capit. si quis viduam, verbo, conf. 50. distinct. & Speculatoris titul. dispensatio. §. iuxta ver. est Couarruiæ, secunda part. §. primo, de homicid. contra Felinum. Patet primo, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus expressis à iure, qualis non est hic de ratihabitione mortis iam factæ. Secundo, quia ratihabitione sequens non concurrat ad actum homicidij, cum iam præcesserit. Ad argumentum in principio quaestionis obiectum, respondetur primo, quod est diuersa ratio de ratihabitione percussio- nis clerici: quia hæc inducit excommunicationem: quia sic est expressum in iure, & de ratihabitione homicidij iam facti: quoniam de hac non cauetur in iure, quod inducat irregularitatem. Tum secundo respondetur, quod etiam non est eadem ratio de vtraque ratihabitione.

¶ Quoniam ratihabitione in percussio- nem clericum inducit excommunicationem: quia hæc excommunicatione decernitur propter iniuriam, quæ fit toti clero: sed actus ratihabitionis occisionis alicuius, non concurrat quoad irregularitatem, quæ requirit actum præuia culpa contingentem occisionem, vel mutilationem. Vnde ratihabitione machinationis occisionis vxoris, non sat est ad impediendum matrimonium, quia ea machinatio præcedere debet, actumque prærequirit. Imo complacens in alijs actibus habentibus excommunicationem annexam, per hanc solam complacentiam non incidit in eam, sed neque in irregularitatem.

### ¶ De irregularitate contracta ex præstita ope, vel consilio.

¶ Porro de consiliante distinguendum est. Quoniam si consulens mutilationem, aut occisionem,

non erat facturus, aut homicidium commissurus, irregularitatem contrahit ex occisione subsecuta. Est communis: & probatur ex textu bono. capit. ex literis, de excessu prælator. Patet, quia sufficientem causam dedit ad mortem. Secus est, si consilium præstitit ei, qui iam paratissimus erat ad occidendum, & citra vllum consilium id erat facturus. Præsumitur autem in dubio, quod absque consilio non esset facturus secundum Angelum, Baldum, Decium. Et patet, quia in dubio nemo præsumitur delictum commissurus. ff. pro soci. merito. Secus est in causa mandati, secundum Bartol. l. non solum. §. si mandato. colum. vltim. ff. de iniurijs. Quia mandans tenetur etiam si mandatarius alias crimen erat commissurus. Quia crimen tunc fit ipsius mandantis causa & eius respectu. Sed quid erit in casu, in quo sine consilio erat aliquis occisurus: sed tamen ex consilio deterior fuit factus & animosior redditus. Respondetur cum Couarruiam, quod fortassis in hoc casu consilians fiet irregularis propter homicidium subsecutum. Nam Innocentius, & Doctores in capit. nuper, de sententia excommunicationis, conantur probare hoc consilium sufficere ad iuris canonici excommunicationem incurrendam in casu illius capit. nuper, de sent. exc. de communicantibus in crimine criminoso. Ita Syluester verb. excommunicatio. 8. quaestione vltim. & verbo, excommunicatio. vltimo, quaest. 4. Et facit pro hoc egregius textus in capit. sicut dignum, §. qui vero, in eius prior parte, de homicid. Sed fateor hæc assertio non est tam certa. Quoniam si alius erat certo facturus, licet consilians per suum consilium illum magis animauerit, non hinc aperte apparet, quod talis consilians efficaciter mouerit ad occisionem iam sufficienter paratum ad illam.

¶ Sed quid si ex consilio non sit occisus is, aduersum quem consiliatum est, sed ipsemet, cui datum est consilium, ut aliam inuaderet. Respondetur planè, quod nihilominus consulens in hoc casu erit irregularis, secundum Cardinalem cap. ad audientiam, de homic. & Felin. & Ioan. Andr. Domin. Franc. Anchar. Quam opinionem verior esse censet Couarruias. Patet, quia sic consilians dedit operam ordinatam etiam ad causandam & istam mortem, licet indirectè: quia dedit operam rei illicitæ, & debuit hoc præcogitare. Ita Panormit. in dicto cap. ad audientiam. Deinde secundo adde, quod si quis dat consilium dolose, vnde etiam mediatè sequatur mors, fit irregularis: Imo etiam ab irregularitate immunis non fit, qui non dolose de causa mortis etiam mediata dat consilium, si verisimile erat, quod inde secutura erat mors. Secus si non erat verisimile, neque

Instruct. consc. Pars. 2.

tenebatur id præcogitare: quia tunc respectu istius homicidium esset omnino casuale: quoniam consilium nullum ordinem habebat ad mortem. ¶ Accedit ad hoc notare, quod scitu necessarium est, scilicet, quod dans consilium, etiam non dolose de causa mortis præsentialiter, & immediatè imminentis extra ea, quæ sunt ex causa fidei, est irregularis secundum Innocentium in dicto cap. ad audientiam, & Florentin. 3. part. titul. 24. §. primo. & capit. pro membrisi 23. quaestione. 3. Sed quid, si quis suadcat alicui; ne opem ferat occidendo quem volebat adiuuare, an id suadens & consilians fiat irregularis. Respondetur autem, quod si illud persuasit mente corrupta, & ille occidatur, sic consilians factus fuit irregularis: quia dedit operam rei illicitæ contra defensionem vitæ proximi. Secus si hoc suadens sit ne paratus auxiliari in conflictu occideretur, ut solent facere patres erga filios, & amicos hortantes eos, ne se intromittant ad adiuuandum oppressum in conflictu pugna, ne forte & ipsi occidantur; exponentes se periculo. Ita Sanctus Antoninus. 3. part. titulo. 29. capit. 2. §. primo. quia hic mentem corruptam non habuit, neque dedit operam rei illicitæ. Ex quo etiam sequitur, quod consulens volenti fugere, ut remaneat, sperans componere pacem bono animo non timens verisimiliter de morte, si casu remanens occidatur, consulens non erit irregularis, quia dedit operam rei licitæ, & non fuit in culpa commissionis, aut omissionis. Secus si hoc malo animo fecit, vel erat verisimile de occisione.

¶ Præterea dubitari hic consequenter potest, an si consulens, & mandans reuocet consilium, vel mandatum; & nihilominus post reuocationem sequatur mors, ex consilio vel mandato, fiat inde irregularis. Respondetur autem secundum Nauarrum capit. 27. numero. 234. quod inter consulentem, & alios hoc distat, quod consulenti non satis est, ut euadat irregularitatem, quod reuocet consilium, quia tenetur persuadere contrarium. Nam consilium præbetur gratia eius, cui consultatur, qui non tantò cito credit ei; qui contrarium priori consilio quod dedit suadet, sed iustus vel mandatarius cum gratia iubentis, & mandantis faciat mandatum mandanti, & ipsemet suadenti contrarium facile obtemperat, & ad mandati reuocationem reuocat, & occidendi propositum. Ex quo corollarie infert Nauarrus irregularem fuisse illum clericum, qui dixit se consuluisse coniugi cuiusdam absentis, quæ facta erat prægnans certum modum abortiendi: quod quidem consilium poenitentia ductus reuocauit. Sed illa formidans regressum mariti executioni nihilominus mandauit consilium sibi antea præstitum a clerico.

Y y 4 ¶ De



De præstante opem percutiētibus, vel dante causam rixæ, vbi aliqui fuere occisi, aut mutilati quoad irregularitatem.

**P**orro circa primum dicendum est, quod tunc favor, vel auxilium irregularitatis est causa, quando fuit causa proxima delicti committendi, ita quod aliàs non fuisset perpetratum, vel quando vere cooperatur delinquenti secundum omnes. Imo secundum Couarruiam. §. secundo. part. 2. de homicidio. etiam quando auxiliium, faciliorem, vel audaciorem faceret delinquentem ad executionem dicti. cap. sicut dignū. §. qui vero. & §. clericos. de homicidio.

Præterea ex capit. significasti. 2. de homicidio. vbi agitur de pluribus eandem vulneribus, duobus exurgit, an oēs percussores alicuius, si obierit percussus, sint irregulares. At ratio dubitandi est, quia potuit contingere, quod unus solus eum percussisset lethaliter, alij vero non. Vnde alij non videntur dedisse causam morti, ac per consequens videtur, quod non omnes contraxerint irregularitatem. Sed in contrarium est, quod in dubio in conscientia foro omnes se debent gerere pro irregularibus. Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, distinguendo, quod si omnes ex consensu eum aggressi sunt, & is ex unico solo vulnere mortuus est, omnes hi irregulares fiunt: quia omnes isti tenentur de homicidio, secundum Bartol. l. si in rixa. colum. 2. ff. de Sicar. Est communis capit. significasti. de homicidio. idemque iudicandum est de casu, in quo et unus tantum percussit, & occidit, tamen ceteri ei causam proximam dederunt, id est, opem proximam, oēs enim hi censentur irregulares: quia ex vno consilio prodeunt ad rixam sunt auxiliati ad eandem subsecuta. Si autem sine prævio consilio in subito casu in rixa aliquis à pluribus fuit vulneratus, si constet, quod ex tot vulneribus lethale fuerit, & à quo id lethale vulnus fuerit illatum, in hoc casu irregularis tantum erit ille, qui lethaliter percussit, ceteri vero ab ea irregularitate erunt immunes. Patet, quia in hoc casu ille tantum tenetur de homicidio, qui vulnus lethale intulit, & ceteri de percussione tantum, iuxta textum insignem in l. item. Mela. §. sed si seruum. ff. ad l. Aquil. est communis canonistarum in cap. significasti.

Sed quid erit dicendum ad casum, in quo quis ab vno fuit lethali vulnere affectus, & demum ab alio exanimatus & occisus, an prior sit irregularis. Videtur quod non, quia licet illum lethaliter percussit, sed tamen tandem illum non occidit, quia ab alio statim exanimatus, & occisus est. Respondetur autem, quod si constat primū vul-

nus à primo vulnerante inflatum lethale esse, & ex eo percussum moriturum, tenetur hic vulnerans de occisione, & de irregularitate, etiam si postea fuerit ab alio exanimatus & occisus, iuxta l. ita vulnera. ff. ad l. Aquil. Sed si in dubio sit, an primum vulnus fuerit lethale, ita quod non sit certum inde moriturum, in hoc casu primus sic vulnerans licet excusetur à pœna homicidij, & solum teneatur de vulnerato iuxta l. item Mela. §. Celsus scribit. ff. ad l. Aquil. tamen non excusatur ab irregularitate. Hæc est Ioan. Andr. & Abbat. & Gonfal. à Villadiego, & est communis, & videtur probari per caput significasti. de homicidio. & hanc communem tuti rem esse fatetur

Couarruias, & patet quia in dubio pertinenti ad factum irregularem se debet quis reputare, præsertim in foro conscientia. Si autem à pluribus percussus non constat, quod potius obierit ex vno vulnere, quam ex alio, tunc omnes hi fiunt irregulares. Patet hoc per cap. significasti. versu. quod si discerni. Et pro hoc facit bonus textus. cap. vlti. 2. 3. quæst. 5. Et probatur etiam, quia omnes isti de homine occiso tenentur, iuxta l. item Mela. §. si seruum. versu. plures. Vnde non probat Couarru. opinionem aliquorum dicentium, quod isti sint puniendi pœna extraordinaria. ¶ Accedit ad prædicta, quod quando quis vno tantum vulnere lethali fuit percussus, neque

apparet à quo, cum tamen plures in rixa cum eo contenderint, omnes censentur esse irregulares secundum communem contra Hostiensem, & Ananiam, qui censent hos relinquendos esse suæ conscientia. Sed Couarruias cum Socino admonet hos in dubio, quo ad forum conscientia se reputare debere irregulares iuxta cap. ad audientiam. Imo secundum glossam capit. quiescimus 42. distinguit, etiam in foro exteriori omnes hi irregulares esse censentur. Et hæc est magis communis. 2. 3. quæst. 5. cap. vltimo. ¶ Deinde dubium occurrit & aliud, scilicet, an irregularis sit ille, qui animo occidendi percussit eum, qui ita vulneratus fuit occisus ab alijs. Respondetur autem, quod si non mortifere percussit eum, qui statim exanimatus est ab alijs non ea ratione sola, quod habuit animum occidendi sit irregularis, nisi in casu, quo habens hunc animum occidendi, opem occisoribus, & auxilium & fauorem dederit, iuxta cap. dignum. §. vlti. de homicidio. Ita Panorm. Anan. & Soci. cap. significasti. §. habere. intelligendum esse censent, scilicet, de habente animum occidendi, & simul opem ferente occisoribus, contra glossam, & Innoc. capit. significasti.

¶ Porro in dubium hic consequenter renocatur, an sit irregularis qui potuit alium liberare à mortuis, neque fecit. Videtur autem, quod talis irregularis fiat. Primo, quia cap. quantæ, de sent. ex-

com-

communicationis, excommunicatus iudicatur, qui cum posset percussioni clerici obistere, non obuiauit. Secundo, quia iuxta can. inferenda. & ca. vltim. 2. 3. quæst. 3. tenetur quilibet iniuriam alterius propulsare. Respondetur autem cum Nauarro in summa. cap. 27. num. 23. 1. quod non est irregularis, qui omittit aliquid facere, quod ex iustitia obligatione non tenetur facere. Vnde infert, quod neque si medicus non salariatus omittat curare infirmum, & ex hoc moriatur, neque si diues non pauerit famescentem, & ex hoc fame moriatur, neque non vestiens nudum, si inde occasione mors, non sit irregularis. Ita D. Ant. 3. part. tit. 28. cap. 2. contra Syluestrum, verbo homicidium. 2. quæst. 5. & contra Angelum, verbo homicidium. 1. §. 17. Et patet: quia irregularitas, quæ incurritur ratione omissionis, non incurritur ex omissione operum charitatis: quæ quidem omisio non obligat ad restitutionem damni, sed contrahitur ex omissione operum iustitia: quando ex tali omissione causatur mors. Ad argumentum in contra, respondetur primo, cum Couarruia & Henrico & abbate, & alijs, & glossa in dicto. cap. quantæ, quod istud caput. quantæ. intelligitur tantum de his, qui potestate publica aut privata ratione familiae poterant obuiare percussioni clerici, cum tenerentur ex iustitia, vel officio suo subditos à tali percussione clerici coercere, si non obuiarunt excommunicationem incurrunt, ac perinde irregularitatem, si inde mutilatio, aut occisio clerici sequatur. Et hæc est communis. Et idem esse censet Couarruias de eo, qui dolose desinit obuiare percussioni clericum, quia dolus hic arguit manifestam percussoris culpam, & vbiunque hic habet locum excommunicatio etiam irregularitas habet locum. Sed hæc vltima assertio Couarruia mihi duplici ratione dubia est. Tum, quia ut ait Nauarrus. illud caput. quantæ, de sent. excommu. non loquitur de irregularitate, sed de excommunic. Tum secundo, quia istud caput. quantæ magis inducit præsumptionem quoad forum exterius, quam veram dispositionem, nisi intelligatur solū de his, qui cum teneantur ex officio & obligatione iustitia obuiare percussioni clerici, non obuiant.

De irregularitate causata ex accidenti rixa, vel ex tractatu aliquo inuito ad occidendum.

**Q**uæritur ergo primo, an homicidium ab aliquibus perpetratum imputetur ad irregularitatem consanguineo cuius causa occiderunt. Quæ quidem quæstio si dissolu-

tur deseruit ad intelligentiam textus cap. Petrus de homicidio. Respondetur autem quod si causam dedit rixæ, & eius amici, famuli, vel consanguinei alterum cum eo contendente occiderunt irregularis factus est, si dedit causam culpabilem rixæ, etiam si post eauerit periculum prohibendo suos ne occiderent. Si tamen occisio secuta est ab irregularitate immunis non est, quia dedit causam rixæ iniustæ, & periculosa cum periculo verisimili mortis subsecuta post. Hæc est Couarruia, & est communis Doctorum, & patet in cap. Petrus, de homicidio. Vbi solum excusatur qui ignorauit rixam propter se ortam ex parte suorum pro se cum alio contendente, aut cum præcisset eam pro posse prohibuit, aut cum ipse non dedit, causam rixæ, sed alter qui est occisus. Si tamen non dedit causam rixæ, neque fuit in culpa, quia prohibuit consanguineos, in hoc casu vera est opposita sententia, scilicet, quod non sit irregularis. Quæ quidem sententia est glossæ cap. vltimo. 2. 3. quæst. vltima, quam sequitur Baldus. l. data opera. C. qui accusari. non possunt. Sequitur secundo contra glossam. in dicto. cap. Petrus, quod in casu, quo Petrus potuit prohibere & non prohibuit rixam excitatam: ex parte suorum aduersum eum, qui se iniuria affectat, cuius gratia iniuriatorem occiderunt, irregularitatem contraxit, quod secundum Couarr. videtur probari dicto. cap. si Petrus. ¶ Sed magis vrget hoc dubium, scilicet, quid si aliquis dedit causam rixæ, & cum pugnaret in ea cum altero amici alterius accesserunt, & occiderunt eum ratione propria inimicitia, quam cum eo gerebant & non ut negotium istius rixantis cum eo agerent. Respondetur autem, quod si dedit causam rixæ iustissimam, videtur quod non sit irregularis contra Villadiego. Nam hoc videtur significare cap. significasti. el. 2. de homicidio. & Panorm. in cap. Petrus, & Soc. in ca. ad audientiam, ita tenent, quod hic non fiat irregularis, scilicet, quando rixa ex sua parte iustissima fuit, & cauit hoc periculum, si verisimile fuit. Secus forte est si non erat suscepta rixa ex parte istius iusta, aut si iusta fuit, non cauit verisimile periculum. Nam in hoc casu opinio Villadiego, quod talis contraxit irregularitatem est verisimilior: quare tutius est dispensationem petere.

Præterea affine dubium præterito occurrit, scilicet, quid in casu, verbi gratia vbi aliquis præfens fuit tractatu, in quo super occidendo eius inimico à seruis, vel consanguineis tractabatur, & tamen tacuit, an subsecuta morte fiat irregularis. Respondetur autem cum Couarr. 2. part. rele. de homicidio. §. 2. quod huiusmodi tacens sic in tractatu illo sit irregularis, eo quod taciturnitas eius hæc non est simplex, sed ad consensum accedit,

Yy 5 quo-

quoniam tractatus fit gratia eius arg. cap. consti-  
tutis. de testibus in. 1. & clem. 1. de procur. Acce-  
dit ad hoc glossa cap. Petrus. vers. contra prohibi-  
tionem.

Hinc etiam sequitur, quod etiam si predictus  
non affuit presens predicto tractatu de occide-  
do aliu causa facta ab alijs, si sciuit, neque im-  
pediuit eo meliori modo, quo potuit, etiam si  
fuerit necessaria eiusdem tractatus reuelatio ad eui-  
tandam occisionem, erit irregularis, si malo zelo  
hanc reuelationem omiserit. Sed tamen in his &  
alijs similibus casibus circumspecte inspicien-  
da est culpa ad iudicandum, an incurratur irre-  
gularitas.

De irregularitate delicti accipien-  
di, vel exercendi male  
ordines.

C A P. XXIX.

Ubi traditur Regula generalis, scilicet, quod  
omnis aliqua censura ecclesiastica irretitus  
exercens ordines sacros, fit irregularis, sicut  
qui furtim ordines suscipit, an fiat irregu-  
laris, & quis possit super hac irregularitate di-  
spensare, & in quibus casibus incurratur ir-  
regularitas, & an incurratur ob culpam ve-  
nialem.



IT V. R. praeicienda est primò  
hac regula generalis, scilicet, quod  
omnis sciens, vel scire debens, se es-  
se excommunicatū, excommunicatio-  
ne maiori aut suspensum saltim ab or-  
dines recipiendis, & ab his interdictum, si or-  
dines recipit, fit irregularis, cap. cum illorum, de  
sept. excomm. & cap. 1. de eo, qui furtim ordi-  
nes suscipit. Sed excommunicatio minor in hoc  
casu non sufficit ad irregularitatem inducendam  
(quidquid sit de peccato) cap. si celebrat, de cle-  
ric. excomm. ministr. Super hac irregularitate  
si sit occulta iam post Concil. Trid. session. 24. c.  
6. episcopus potest dispensare, licet ante Papæ  
reservaretur. Occulta autem censetur esse irregu-  
laritas, si hæc censura sint occultæ, licet celebra-  
tio fuerit publica arg. l. in delictis. §. si extraneus.  
ff. ad l. aquil. Ita in sacra poenitentia fuit diffi-  
nitum: quoniam in hoc casu malitia celebrationis  
publicæ est occulta. Sed secundum Couarr.  
in relect. de homic. prima part. §. 1. suspensus à  
receptione sacramentorum non fit irregularis  
si suscipiendo, quia hic non interuenit actus or-

dinis, sed ea suscipere laicis competit. Est com-  
munis.  
Insuper secundo notandum est, quod per sal-  
tum ordinatus accipiendo maiorem ordinem an-  
te minorem, irregularis fit, & prætermittam or-  
dinem sine dispensatione accipere nequit, & cū  
istò ad maiorem ordinem suscipiendum solus Pa-  
pa dispensat, si sciens errorem id fecit. Potest ta-  
men episcopus antequam accepto vtatur dispen-  
sare, vt prætermittam suscipiat, & postea ambo-  
bus vtatur: sed si prius quam dispensetur vtatur  
accepto, aut prætermittam fit irregularis. Sed cum  
hoc siue per scientiam, siue per ignorantiam eo-  
vsus fuerit, poterit etiam dispensare episcopus  
secundum Nauarr. cap. 27. num. 242. vt possit  
exercere acceptum, sed non poterit dispensare  
cum eo, vt maiorem possit suscipere arg. cap. 1.  
de cleric. per saltum, & ibi Panor. Ita Syluester.  
verbo. irregularitas, quæst. 11. Deinde tertio  
aduertendum est, quod etiam fit irregularis, qui  
ordine, quem non habet vtitur, serio & non ioco,  
sed ex officio: non vt laicus, qui ex consuetu-  
dine solet exercere aliquod officium minorum  
ordinum. Vel etiam si non initiatus presbyterio  
baptizat solemniter. Secus si sine solennitate bap-  
tizaret. Aut si nondum subdiaconus epistolam  
cantaret in altari cum dalmatica, sine manipulo  
quia tunc non fieret irregularis. Ex quo infert  
Nauarrus clericum primæ tonsuræ, qui solemniter  
cantauit epistolam cum manipulo in altari,  
vbi non erat consuetudo eam cantandi, cum illo  
nisi subdiacono, fuisse irregularem etiam in foro  
animæ, si voluit id facere, vt subdiaconus. Sed se-  
cus est, quantum ad forum animæ, si noluit id fa-  
cere, vt subdiaconus (vt placet Nauarro) quod  
mihi omnino nõ placet: quia ecclesia voluit pu-  
nire temerarium factū per suā legē. Vnde credo  
etiā in foro cōscientiæ eū irregularem reputaret, etiā  
si scisset ecclesia quod non vt subdiaconus fe-  
cisset. Quauis probabile videatur quod ait Na-  
uarrus, propterea quod non serio videtur illum  
officium exercuisse arg. cap. illud. r. quæst. 1.  
Secundo infert Nauarrus laicum serio sacram cō-  
fessionem audientem, & absoluentem simulando  
se presbyterum irregularem fieri, quoniam so-  
lemniter facit actum appropriatum ordini pres-  
byterali, quo caret. Adde quarto quod etiam est  
irregularis quatuor ordines minores, & subdia-  
conatum vno eodemque die suscipiens cap. 2. de  
eo qui furtiue, sed ex consuetudine excusari po-  
test secundum D. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 16.  
§. 16. & a fortiori fit irregularis, si eodē die duos  
ordines sacros suscipiat, quauis episcopus pos-  
sit concedere vsum aliorum prius susceptorum  
dict. cap. 2. de eo qui furtiue. Deinde fit etiam  
irregularis, qui sciens, aut debens scire abdicatio-

nem

nem, qua episcopus se abdicauit episcopatu suo,  
quoad locū & dignitatem c. 1. de ordin. ab episc.  
etiam si de facultate sui episcopi ordinetur ab eo  
susceperit ordines. Item etiam irregularis est,  
qui ab episcopo excommunicato, interdicto, sus-  
pēso, aut Simoniaco, hæretico, deposito, aut de-  
gradato, aut schismatico ordinatur c. gratiā, & c.  
statuimus. 1. & 2. r. q. 1. modo fit denunciatus iux-  
ta extrauag. ad cuitanda. Potestque episcopus  
dispensare cum ignoranter ab his suscipiente or-  
dines, nesciente eorum denunciationem arg. ca.  
si à simoniaco. 1. quæst. 1. cap. fin. de ordin. ab  
episcop. Denique ordine sacro initiatus ante a-  
tem, vel extra tempora, vel sine dimissorijs liti-  
ris, si antequā absoluitur à suspensione (quia sus-  
pensus est, per extrauagantem cum ex factorū)  
irregularis fit, si ordinem susceptum exerceat.

Deinde irregularis fit bis baptizans cap. 2. de  
apost. si scienter sic baptizat. Imo etiam si igno-  
ranter cap. bis ignoranter. de consecr. dist. 4. nisi  
ignorantia esset probabilis, & inuincibilis, iuxta  
Scotum communiter receptum. Accedit etiam  
ad prædicta, quod bis confirmatus, aut ordina-  
tus non est irregularis, licet bis scienter baptiza-  
tus irregularis fiat, cap. eos de consecrat. dist. 4.  
contra Nauarrum in summ. cap. 27. num. 247.  
& D. Antonin. ibi ab ipso citatum. Ita Scotus, cuius  
opinio (vt fatetur Nauarrus, est communiter  
recepta, & iuri scripto aptior. Probatur primo:  
quia mirum est, quod Scotus sit communiter re-  
ceptus, & quod consuetudo derogauerit legi  
expressæ, cui Scotus innititur, scilicet, cap. is qui  
de sent. excommuni. Ex quo elicitur secundum  
omnes Doctores, scilicet, quod non est irregu-  
laritas constituenda, nisi fuerit expressa in iure pō-  
tificio. Ergo non constat, quod consuetudo hanc  
irregularitatem introduxerit: quoniam irregu-  
laritas, quam introducit consuetudo, non est ex-  
presse in iure. Tum etiam, quoniam opinio Sco-  
ti communiter recepta videtur obfusse consue-  
tadini, ita, vt non potuerit derogare legi. Tum  
denique: quia ista consuetudo quam in contra al-  
legant Nauarrus & S. Antoninus, non constat  
quod rationalis sit, & legitime præscripta, quia  
sola consuetudo rationalis, & præscripta vide-  
tur derogare legi. Nam non videtur rationale  
tot multiplicare irregularitates, sine expresso de-  
creto ecclesiæ, quæ omnia maturo consilio agit.  
Vnde argumentum quod contra Scotum desu-  
mit Nauarrus, ex cap. cum dilectus, & ex cap. fi-  
nali. de constet. non conuincit.

Præterea, quia loco huic competit, & hic de-  
nuo traditur illa regula generalis antea repetita,  
scilicet, quod irregularis fit irretitus aliqua cen-  
sura excommunicationis, vel interdicti, vel sus-  
pensionis proprie poena quoad se, & etiā quoad

alios suspensus ab ordinibus vel officio simplici  
ter ecclesiastico, si celebrat officia diuina, vel fa-  
cit solenniter aliquid alicui ordini sacro certo de-  
dicatum, tanquam ordinatus tali ordine. Secus  
est, si non diuina officia, sed alia opera exterioris  
iurisdictionis faceret: vt visitare, iudicare, confer-  
re beneficia, eligere, electos confirmare. Dicitur  
est, solenniter, ad excludendum ab hac irregula-  
ritate eos, qui euangelium aut epistolam dicunt  
citra solennitatis apparatus. Præterea additum  
est notanter, si officium diuinum exerceat, tan-  
quam ordinatus tali ordine, ad includendum heb-  
domadariū, qui (vt declarat Syluester verbo ir-  
regularitas, quæst. 13. & Nauarr. num. 244. eum  
citans) irregularis fit, quando sic excommunica-  
tus, aut interdictus, aut suspensus cum sit, tanquā  
sacerdos capitulū dicit, & orationē in choro, &  
aquā benedictā solenniter benedicit. Cui addē, qd  
etiā prælatus, aut dominus excommunicatus inter-  
dictus aut suspensus, qui audit diuina officia au-  
torādo, faciendo aliquem etiā censura nõ ligatū,  
coram se celebrare, vel etiam si ipse non fit sic li-  
gatus, si aliquem sic censura ligatum ad hoc corā  
se vt sibi celebret admittit, irregularis fit. Ita  
glossa clem. 2. de priuileg. approbata per plures,  
Regula autem supradicta generalis sic explicata  
est communis, & Panor. & Ioan. Andrea, & Ho-  
stiensis, & aliorum in cap. 2. de cleric. excomm.  
nistr. Et in hac irregularitate solus Papa dispen-  
sat, nisi sit occulta. Nam tunc episcopus ex com-  
missione Concilij Tridentini, in occultis irregu-  
laritatibus, & suspensionibus ex delicto occulto  
prouenientibus dispensare potest, session. 24. ca.  
6. An vero citra casum dubium rebaptizans,  
sub conditione nolens facere examinationem cir-  
ca dubium, an puer sit iam baptizatus, vel non,  
& sic conditionaliter illum baptizat fiat irregu-  
laris, vel non: dicitur quod iam proponentes  
hanc quæstionem in materia de baptismo id de-  
clarauimus. Nam Gabriel & Nauarrus, & frater  
Ambrosius Salazar in suis scriptis, tenuerunt ne-  
gatiuam, quod non fiat irregularis tunc rebap-  
tizando, sine examinatione dubij, cum conditio-  
ne. Sed Sotus. Victoria Corduba, frater Ioseph.  
in suis floribus tenent affirmatiuam, quæ magis  
tenenda videtur: quoniam ecclesia non permit-  
tit rebaptizare, neque etiam sub conditione, nisi  
post factam diligentem examinationem, circa  
dubium, an sit baptizatus, vel non, si adhuc per-  
maneat tale dubium, & talis irregularis in foro  
exteriori reputabitur. Licet velit Nauarrus excu-  
sare eum in foro cōscientiæ: sed tutius est, quoad  
vtrunque forum petere dispensationem.  
Nunc verò examinanda est quæstio, scitu di-  
gna, & necessaria, quam ad hunc quasi postremū  
locum reseruauimus, scilicet, vtrum ad incurren-  
dam

dam irregularitatem, quæ ex delicto nascitur, sufficit, quod culpa ob quam contrahitur, sit venialis. Videtur autem, quod ad eam incurrendam sufficit culpa venialis. Et probatur ex ratione Caietani sic tenentis in summa, verbo irregularitas. Quoniam excommunicatio minor est maior poenæ quam irregularitas, quia priuat perceptione sacramentorum, qua non priuat irregularitas: Et tamen excommunicatio minor incurritur propter peccatum veniale: ergo etiam irregularitas incurri potest ob culpam solam venialem. In contrarium est, quod poenæ tam grauis, vt est irregularitas, non videtur imponenda pro culpa veniali. Igitur pro expeditione quaestionis, distinguendum est. Nam alia est irregularitas, quæ directe infligitur in poenam delicti, & quæ ex solo delicto videtur contrahi, cuiusmodi est irregularitas, quam contrahit irretitus aliqua censura, in ea exercendo actum ordinis sacri & alia similes. Igitur loquendo de his primo dicimus cum Nauarro in summa cap. 27. nu. 149. penes finem, & cum Soto lib. 5. quaest. 1. art. 9. de iust. & iur. quod non fat culpa venialis & clarus Sot. eod. libr. & quaestione & ar. dubit. vltima. Quauis illic non loquitur Sotus de irregularitate, quæ ex mero delicto committitur, & solū imponit in poenā: sed de culpa, qua quis excedit in se defendendo, dum ob hoc occidit: vbi sic non putat sufficere culpam venialem vt occisio secuta imputetur ad irregularitatem. Ergo multo magis sentire videtur quod à fortiori non sufficiat culpa venialis ad inducendam irregularitatem, quæ contrahitur ex solo delicto. Probatur primo: quia vt prædiximus in argumēto in contra, irregularitas est poenā grauis, quipæ quæ priuat omni ordinis vsu, & ideo non est imponenda pro culpa veniali. Facit pro hoc ca. non afferamus. 24. quaest. 1. Tum quia secundum canonistas, & Panormit. in. cap. pastoralis. §. verum, de appellat. num. 15. irregularitas est poenā contemptus: contemptus autem simpliciter nunquam caret culpa mortali. Tum, quia irregularitas priuat actiua, & collatiua potestate cōferēdi sacramenta, & priuat ordinis vsu, quod in parte est maius, quam priuare passiuā participatione sacramentorum, quæ quidem priuatio per absolutionem cuiuscunque legitimi confessoris passim obuij tollitur. Irregularitas autem non tam facile inuenit dispensationem: ergo ad eam incurrendam maior culpa præexigitur, quam ad incurrendam excommunicationem minorem: ac per consequens pro culpa tantum veniali non infligitur, sed pro mortali. Tum, quia excommunicatio minor est medicinalis, & facile solubilis: irregularitas potius poenā, quam medicinalis est; & difficiliter debilis est, quia solum

A dispensatur per Papam: ergo non sequitur, quod si excommunicatio minor incurritur propter culpam venialem, quod etiam irregularitas incurritur per solam venialem culpam. Et sic soluitur per prædicta argumentum Caietani. Secundo dicimus, quod si loquamur de irregularitate, quæ contrahitur per homicidium non inere voluntarium, neque merè casuale, id est, quod nullo modo est volitum, sed de homicidio mixto, ex casuali & voluntario, non in se, sed in sua causa, de hac irregularitate peculiare est dubium, an incurritur propter solam culpam venialem, quæ commissa est, dando vel operam rei illicitæ, vel rei licitæ, non tamen præcauendo periculum. In hoc autem casu non satis inuenio sibi constantes Doctores. Nam Nauarrus in summa cap. 27. nu. 29. ait, quod irregularitas, quæ nascitur ex occisione illicita, nunquam sine peccato veniali saltem nascitur: ergo sentire videtur, quod satis sit peccatum veniale ad eam incurrendam. Caietanus tamen hoc tenere videtur, quod sit satis ad hoc præcessisse culpam venialem: Sotus autem loco allegato ait, vix se posse credere: quod culpa venialis sufficiat ad inducendam irregularitatem ortam ex homicidio mixto, ex voluntario & casuali. Igitur pro resolutione difficillimæ quaestionis dicimus primo, loquendo iuxta modum communem iuristarū, vt eorum terminis vtamur, quod secundum Panormitanum, & Syluestrum, verbo, homicidium. 2. §. 23. & Angelum, & Rauē & Villadiego contra glossam in cap. significasti, culpa leuissima in præcauendo non imputatur ad irregularitatem. Probatur autem ex ea quaestione, de poenit. & remiss. Et patet clarè ex capite consuluisti. 2. quaest. 5. ibi glossa. Addit tamen Couarruias, qui. §. 4. 2. part. relect. de homicidio, ita tenet, quod ista assertio est vera, si intelligatur de culpa leuissima in omittendo. Nam hæc non imputatur ad irregularitatem secundum Abbat. Secus est, si sit culpa leuissima in committendo, hæc enim imputatur ad irregularitatem, siquidem leuissima culpa in committendo ad leuē culpam pertinet glossa in. l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. Imo licet verior sit opinio Abbatis, quod leuissima culpa in omittendo, non imputatur ad irregularitatem: tamen sufficit etiam leuissima in omittendo, vbi quis mercede conductus teneretur ad diligentiam exactissimam exhibendam, vt patet ex ratione textus in. l. qui mercedem, & clarus. l. si merces. §. qui columnam. ff. locati.

¶ Sed iam respondendo ad quaestionem in terminis, in quibus proposita est respondetur, quod verisimilior opinio est & tenenda, scilicet, quod in homicidio non inere casuali satis est, ad incurrendam irregularitatem, quod quis habuerit culpam

pam venialem in committendo, imo etiā in omittendo. Hæc videtur esse Nauarri, vbi supra. Vbi dixit, quod requiritur ad hoc saltem culpa venialis. Hæc est Caiet. 2. 2. de homic. Hanc Sotus lib. 5. de iustitia. quaest. 1. art. 9. vbi citat Caietanum, fatetur esse probabilem opinionem, licet nesciat an omnino sit vera. Et probatur, tum primo quoniam in hoc casu, quando interuenit culpa venialis in dando operam rei illicitæ ordinatæ ad mortem, vel in dando operam rei licitæ non cauendo periculum homicidium, quodam modo est voluntarium in sua causa: ergo sufficit culpa venialis ad inducendam irregularitatem. Tum secundo patet: quoniam homicidium non mere casuale, non tam propter solam datam dictam culpā; sed etiam propter horrorem, quem ponit in ministro altaris, quem circa ipsum, quia occidit concipit populus, irregularitatem inducit. Ergo, cū etiam iste horror causetur ex homicidio procedenti ex culpa veniali: neque enim populus attēdit, an culpa fuerit tantum venialis, sed ex effectu subsecuto magnam præsumit intercessisse culpam: ergo non requiritur culpa mortalis, ad istam irregularitatem inducendam: sed satis est culpa venialis, cum horrore causato. Tum, 3. patet: quia sic videtur vsu receptum, tam in foro exteriori, quam interiori; quod cum deprehenditur aliqua interuenisse culpa in non cauendo periculum non sollicitantur iudices, aut Doctores in nimis exacte examinando, an illa culpa fuerit solam venialis, aut pertingat ad mortale, sed absolute illum esse irregularem iudicant, indige reque dispensatione cēsent: ergo satis est ad hoc culpa venialis. Tum etiam patet vltimo, ex insigni textu can. consuluisti. 2. quaest. 5. vbi decernit quod negligentia quælibet proueniens erga pueros collocatos in lecto, ex negligentia mortuos & suffocatos inuentos reos homicidij facit negligentes: Ergo si quælibet negligentia, vt ait textus facit eos reos homicidij: ergo negligentia venialis talis eos faciet: ac per consequens irregulares. Accedit etiam ibi glossa, quæ ait ad hoc sufficere culpam leuissimam, id est, eam culpam vbi in casu potuit à diligenti præuideri, & non est præuisum. l. si putator. ff. ad. l. aquil. Vnde tenetur hic etiam de homicidio, etiam quoad Deum in foro conscientia ratione negligentia. Ad objectionem Soti, quæ illum reddit dubium respondere necessum est, vbi sic obijcit, quod si quis vitam suam defendendo ab iniuriatore, per leuissimam culpam venialem excedens, causam dedit homicidio, quia non adeo perspexit, an citra illud posset se defendere, hunc irregularem fieri non est satis credibile, Respondetur, quod pia mater ecclesia, quæ concessit cuiuslibet in defensionem necessariam suæ vitæ propter summum ius

A conseruadi vitam propriā, citra irregularitatem posse occidere, noluit obligare hunc in hoc casu, nisi adhibendum moderamen inculpæ ad tutelā, quod commode adhibere potest: quia in conflictu agonizantem noluit tanto negotio obligare. Tum, quia nulla ratio id dicit. Tum, quia melior est conditio illius, qui inuaditur, postquam alter infert iniuriam. Tum etiam, quod illo temporis articulo metus non finit iudicium liberum. Vnde nisi notabiliter arbitrio bonorū virorum iste in se defendendo excesserit, non venit de irregularitate notandus. Si autem inspectis omnibus circumstantijs in dubio sit, an notabiliter excesserit ad cautelam eum dispensationem super irregularitate petere oportet. Secus est, si ea culpa intercessit, quam tunc non potuit commode vitare, quia tum non fiet irregularis. At verò extra istum casum, vbi metus in illo articulo non finit iudicium liberum: in alijs casibus, vbi sedata mente, & secluso metu tollente iudicium liberum res & negocia considerat, & caute possunt geri, præbere causam etiam leuē, & culpam etiam venialem ad mortem, etiam non intentam, & præuisam, cum causa illa aliquantulum ordinatur, vel dirigitur ad illam, irregularitate non caret: si inde mors sequatur. Debit enim eam causam dans id præuidere. Ecce fecimus satis quaestioni difficili. Vtinam lecto ribus in hoc satisfacere nobis à Domino fuerit concessam.

### De dispensatione irregularitatis.

## C A P. XXX.

¶ Quis possit dispensare super irregularitate: Et an poenitentarius Papæ possit dispensare super irregularitate homicidij, cum excipitur ei homicidij voluntarij irregularitas: Et qualis irregularitas per hoc excipiat ei: Et an episcopus possit dispensare cum homicida voluntario in directe, vel casuali non mero, & quis possit dispensare super irregularitate ex homicidio iusto de tredecim casibus, in quibus ex iure irregularitas contrahitur.



V ERITVR ergo primò, quis possit dispensare in irregularitate homicidij voluntarij. Respondetur autem, quod tam mala est secundū Nauarrum in foro conscientia hæc irregularitas homicidij voluntarij, vt siue publica sit, siue occulta Papæ solum quoad eius dispensationem sit referuata, vt patet ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. Vbi episcopis conceditur de nouo facul-



facultas dispensandi super quacunque irregularitate, ex quocunque delicto occulto proveniente, excepto homicidio voluntario. Cui adde promaziori huius materiae notitia, quod Concilium Tridenti. Sessio. 14. cap. 7. sic in forma decernit: Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari auelli debeat quia sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id neque ordine iudiciario probatum, neque alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit, neque illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum conferre liceat, sed omni ordine ac beneficio & officio ecclesiastico perpetuo careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quacunque ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeat, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori episcopo, qui non nisi causa cognita, ac probatis precibus ac narratis, neque aliter dispensare possit. ¶ Circa hanc autem dispensationem Concilij notandum est, quod in prima eius parte cautur, ne super homicidium voluntarium illicitum hoc est in se intentum ac volitum non dispensetur. In secunda vero parte statuitur, ut super irregularitate contracta ex homicidio illicito casuali, id est, non intento & volito in se, sed in sua causa possit dispensari per episcopum, si ei committatur: & idem si fuerit homicidium illicitum ob excessum inculpatæ tutelæ, quod vsu quidem receptum est.

¶ Post hæc pro intelligendis facultatibus, quæ interdum conceduntur summo pœnitentiario, quam alijs legatis ad dispensandum super irregularitatibus excepta irregularitate homicidij voluntarij, quas solitus est concedere Papa, scire oportet, quid in his facultatibus per homicidium voluntarium, cuius irregularitatem Papa excipit, intelligitur. Neque enim de hoc satis constat inter Doctores. Nam Caiet. citatus & impugnatus à Nauarro in summ. cap. 27. num. 240. tenet, quod voluntarium homicidium dicitur in hoc casu, quod sequitur, ut in plurimum ex causa illicita, quam quis dat sine animo etiam occidendi. Egitur Nauarrus sibi statuit regulam generalem, scilicet, quod in hoc casu per homicidium voluntarium quod excipi solet à Papa, dum super reliquis irregularitatibus in literis prædictis commissionis facultatem dispensandi delegat intelligitur esse homicidium illicitum intentum siue volitum in se, vel saltem æquipollens homicidio in se intento, & volito, quale est propinare vene-

num mortiferum alicui, & nolle cum occidere, & tamen sic occidere, quoniam homicidium hoc æquipollet homicidio volito in se atque in se intento. Quod tunc contingit, quando aliquis est in causa adeo propinqua morti, ut moraliter vix sint compatible velle illam causam, & nolle occidere. Cuiusmodi regula potest exemplificari in volente ferire punctum circa cor ipsum pugendo, & nolle occidere: sicut etiam velle penetrare pugione caput vsque ad ipsam medulam cerebri ipsam præscindendo, & nolle sic cæsum iterum mere, quod non potest fieri citra miraculum, ut intentum hoc compatiatur cum causa. Probat autem Nauarrus hanc suam regulam contra Caietanum ex doctrina D. Thomæ. 2. 2. q. 64. art. finali. Quia D. Thomas ibi diffinit, voluntarium differre à casuali ex eo, quod voluntarium purè dicitur, quod est volitum in se, & casuale, id est, præterintentionem, quod est volitum in causa tantum. Sicut etiam sunt volita, quæ regulariter sequuntur in causa, non tamen fuere intenta in se. Alias subobscuras & prolixas rationes ibi multiplicat Nauarrus contra Caietanum, quæ non tantopere conuincunt per se, nisi adsit consuetudo, quæ sic illas literas commissionis papalis interpretetur, aut nisi sic Papa cõsultus, iuxta hanc regulam Nauarri fuerit interpretatus. Et quantum sic congruat eas late interpretari, ut eas interpretatur Nauarrus: quia beneficia sunt principis quæ late veniunt interpretanda. Et quia alias in discernendo casus vnde frequenter sequitur mors, ab his, ex quibus non tam regulariter contingeret quod scrupulo agerentur apostolici prædicti commissarij, Tamen standum est in hoc consuetudini receptæ, aut declarationi Papæ, quæ non potest ab ipso summo pœnitentiario ignorari.

¶ Circa aliquam irregularitatem ex homicidio contractam, an possit episcopus dispensare

¶ I AM ut quid circa hoc possit episcopus, innotescat: dicendum est igitur, postquam expeditum est, quod episcopus non potest dispensare cum homicida directe voluntario super irregularitate contracta ex illicito homicidio voluntario, neque ad vllos ordines, neque ad aliquod beneficium simplex. Superest notare, quod potest episcopus dispensare cum homicida indirecte voluntario, quoad ordines minores in cap. ad audientiam de homicidio, scilicet, ut secundum Couarruiam ordinibus minoribus iam susceptis possit uti. ¶ At cum homicida isto indirecte volun-

voluntario, qui à Couarruiis & Nauarro appellatur casualis dispensat Papa, ut in sacris ministeriis, & ad sacros promouetur. Ita Panorm. ca. continebatur de homic. & l. 5. tit. 6. partit. 1. & est communis, & patet. cap. 2. de clericis pug. in duello. Existimo autem, quod postquam cum isto potest dispensare episcopus, quoad beneficium simplex quod etiam possit dispensare cum illo, quoad ordines minores. Ita insinuat Nauarrus per notata per dictum cap. ad audientiam, & dict. cap. 2. Sed id non tam expresse continetur in iure canonico & ideo, quod episcopus possit dispensare ut ordinibus minoribus iam susceptis utatur, ut explicat Couarruias, est certum ut habetur clare cap. ad audientiam de homic. Vbi papa ait episcopo. Poteris ei, scilicet, casuali irregulari, ut minoribus ordinibus sit contentus concedere. Et ideo non tam assertive affirmarim, quod episcopus cum huiusmodi voluntario indirecte homicida, vel casuali possit dispensare ad novos ordines minores suscipiendos: sed bene ad beneficium simplex adquirendum iuxta cap. 2. de cleric. pug. in duell. ne cogatur mendicare. Ex quo forte potest inferri, quod cum eo ad minores ordines possit dispensare episcopus, si tale beneficium ad suum ministerium explendum ministro initiato minoribus indigeret. Stetur ergo in hoc consuetudini, quæ est bona legum interpret. ¶ Sed circa beneficia, an cum huiusmodi homicida voluntario indirecte, vel casuali non mero possit episcopus dispensare inquirendum est. Circa quod dicendum est primo, quod cum huiusmodi homicida potest episcopus dispensare quoad beneficium simplex secundum Nauarrum, & Anan. & Panormi in capit. 2. de cleric. pug. in duello. Vbi sic decernitur. Quamvis Couarruias illo. §. 3. virtute huius capit. 2. etiam cum homicida voluntario episcopus ad beneficium citra curam animarum, id est, ad beneficium simplex dispensare posse affirmat. A qua opinione non abhorret exemplum ibi relatum de clerico iuxta consuetudinem patriæ dante pugilem pro se, qui in duello occidit alium, quia videtur fuisse illius occisionis autor voluntarius. Et tamen ibi conceditur, quod poterit cum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari: quod forte non est concedendum homicidæ voluntario directe, extra istum casum, in quo quasi ex quadam mala consuetudine illius regionis coactus est pugilem ad duellum dare. Accedit ad prædicta, quod etiam potest episcopus dispensare cum homicida isto voluntario indirecte, aut casuali ad retinendum curatum iam obtentum, secundum communem. Sed utrum possit episcopus cum eo dispensare ad obtinendum curatum de nouo, respondetur, quod res est dubia. Nam Metina in

A sua instruct. §. 12. de irregular. tenet affirmatiuam, cuius nullam reddit rationem. Nauarr. cap. 27. num. 240. tenet negatiuam partem, quod non potest ut de nouo iste irregularis possit obtinere curatum dispensare iuxta Decium c. at si. §. 1. de iudicijs, sic concordantem opiniones contrarias. Igitur Metina secutus est opinionem affirmatiuam. Res ergo est dubia: sed potior est opinio Nauarri, cui accedit ibi Couarruias. Quocirca ad curatum de nouo obtinendum petenda est dispensatio à Papa, nisi consuetudo legitima, quæ dat iurisdictionem, obtinuerit, quod ad hoc possit dispensare episcopus. Præterea vltimo cum Couarruiis illo. §. 3. est notandum, quod si quis beneficium simplex habens, homicidium commiserit, potest ex dispensatione episcopi illud retinere. Neque homicida etiam voluntarius est ipso iure beneficio priuatus, sed venit priuandus per sententiam. Est Innocentij communiter recepti cap. cum nostris. de concessione præbendæ. Est Anania, & Felini. Et est communis, & probatur cap. clerici: ne clerici vel monachi. Ab opinione communi excipiunt aliqui clericum parricidam aut assassinum. Vnde secundum Couarruiam alias homicida etiam voluntarius ante sententiã pendente accusatione potest renuciare beneficio, etiam si in euentu priuationis beneficij beneficium illius homicidæ impetrauerit alius à Papa: quia valida est renunciatio: quia non est facta in præiudicium iuris quæ sit ab alio, sed quæ renuciatio si scienter fecerit: quia sic renunciando vitur iure suo.

¶ Iam postrema tandem restat dissoluenda dubitatio: quis possit super irregularitate contracta ex homicidio iusto dispensare. Ut verbigratia, cum iudicibus & ministris iustitiæ, eam contractentibus sine culpa, an dispensare possit Episcopus, vel utrum referretur eius dispensatio papæ. At quidem & in hoc etiam variant Doctores. Nam Nauarrus in summa cap. 27. num. 217. penes finem ait, quod principale est, quod in hac irregularitate solus papa dispensat: sed longe facilius & ex minore causa quam si contracta esset ex delicto. Couarruias autem in dict. §. 3. penes finem, statuit quandam praxim, quam tanquam vtilem commendat, scilicet, quod qui potestatem habet dispensandi in irregularitate ex homicidio casuali contracta, potest dispensare in irregularitate homicidij sine culpa contracta per iudices, & ministros iustitiæ, quoniam quoad hoc, ut casuale homicidium esse censetur, tametsi sit homicidium voluntarium. Ita Caiet. verbo, irregularitas, in summa, penes finem. Vnde infert Caietanus, quod priuilegiati, ut possint dispensare cum irregularibus, excepto, nisi sint irregulares ex homicidio voluntario, possunt dispensare cum

prædictis ministris iustitiæ: quia ab eis facta iusta occisionis executio, non est propriè homicidium: quoniam homicidium importat rationem culpæ in occidente. Igitur opinio Nauarræ vera est, adiuncta tamen ista veluti declaratiua, & limitatiua sententia Couarruniz, & Caietani. Quibus accedit & sententia Metinæ in sua instruct. dict. 5. 12. Vbi ait, quod episcopus potest dispensare in irregularitate, quæ nascitur ex homicidio iustæ executioni mandato, vt cum iudice iustè ferente sententiam mortis ad ordines minores, & ad beneficium. Quod intelligo ego de simplici beneficio citra animarum curam, secundum Hostiensem: quia incurato solus papa dispensat, arg. in cap. fin. de cleric. pugnans in duello, & ibi Panormitan.

¶ Verum iam quasi huic materiæ finem imponētes. 23. casus, in quibus irregularitas ex iure contrahitur, voluimus adnumerare, præmittentes primo, quod irregularitas hanc pœnam sortitur, quod irregularis ad ordines promoueri non potest, neque promotus in eis ministrare: & omnis irregularis est suspensus quodammodo, sed non econtra. Igitur in his. 23. casibus contrahitur irregularitas. Primo per homicidiū. Secundo per ordines susceptos in excommunicatione, cap. cum illorum de sent. excomm. Tertio, per plures ordines sacros vna die receptos cap. literas. de tempor. ordin. Quarto per reiterationem sacramentorum, tam in dante, quam in recipiēte. dist. 68. cap. 1. Quinto per apostasiam à fide cap. presbyteros. dist. 50. ¶ Sexto per infamiā cap. infamibus. de regul. iur. in. 6. facit caput inter dilectos de excessu prælat. ¶ Septimo per ordinationem ab episcopo excommunicato hæretico deposito, suspensio interdicto, degradato arg. 1. q. 1. cap. gratia. ¶ Octauo recipiendo ordines ab episcopo, qui renunciauit loco & dignitati cap. 1. de ordin. ab episcopo, qui ren. ¶ Nono recipiendo ordines extra tempora ca. literas de tempor. ord. Et hodie: per extravagantem Pij. 2. quæ incipit, cum ex sacro, fit sic suspensus. ¶ Decimo ministrando in ordine non habito cap. illa. 15. q. 1. & cap. ex literis de cleric. non ordin. ministr.

¶ Undecimo, ab excommunicato interdicto vel suspensio ingerente se ad exercendum actum alicui ordini præsertim sacro, ex officio ministrandum, de sent. excomm. ca. is qui in. 6. & cap. 2. de cleric. excomm. ministr. & cap. medicinalis de sent. excomm. lib. 6. ¶ Duodecimo propter crimē cap. si quis episcopus. 2. quæ st. 3. ¶ Decimotertio propter bigamiam cap. vnico. de bigam. lib. 6. ¶ Decimoquarto propter matrimonium contractum ab eo, qui est in sacris & habet votum solenne, siue contrahat cum corrupta, siue cum virgine cap. nuper à nobis de bigam. & cap. su-

per eo. eod. tit. Olim incurrebatur per solemnem pœnitentiam, quæ non est iam in vsu, & publica pœnitentia irregularitatem non inducit. ¶ Decimoquinto per celebrationem in loco interdicto cap. is qui. de sent. excomm. lib. 6. & in hoc solus papa dispensat. ¶ Decimosexto propter corporis vitiam cap. 1. de corp. vitiat. ¶ Decimosextimo propter illegitimationē cap. innouit. de elect. ¶ Decimo octauo per dilationem baptismi in adultis, vsque ad ægritudinem cap. si quis. dist. 57. Quia videtur non voluntate sed necessitate baptizari. Et secundū glossam ibi ista irregularitas non tollit per baptismum, quia idē non operatur contrarios effectus cap. maiores. de baptismo. ¶ Decimonono quando religiosus egreditur claustrum ad audiendas physicas scientias, si infra duos menses non reuertitur, & solus papa cum hoc dispensat cap. vltimo ne clerici, vel monachi. ¶ Vigesimo per recursum ad imperatorem per episcopum, presbyterum, aut diaconum sub prætextu iniustæ excommunicationis. 2. 1. quæ st. vlt. ca. penultimo, & ca. si quis. 23. quæ st. vlt. & à solo Papa dispensatur. in dict. cap. penult. Ampliatur hæc irregularitas ad omnes qui sunt sub ecclesiastica regula, sed non ipso iure, vt in prædictis. ¶ Vigesimo primo propter hæresim cap. veruntamen. 1. q. 1. ¶ Vigesimo secundo propter esse curialem, quia omnes curiales huiusmodi non possunt promoueri. Et quid esse curialem vide Syluestrum verbo, ordo, scilicet, qui ex aliqua causa est obligatus curiæ alicuius publicæ potestatis, vt miles aduocatus iudex officiales decuriones, siue in causa sanguinis, siue extra officiantes indistincte prohibent ordinarij, sicut obligati ad faciendam indecentiam, scilicet, administrandum in balneis, vel tabernis, vel ad purgandas cloacas, ni satisfecerit, vel alium idoneum posuerit ad talia. Vide verbo ratiocinia. ¶ Vigesimo tertio propter seruitutem cap. legem. dist. 53. & cap. quicumque dist. 54. Bigamiæ autem irregularitas, & ex defectu nataliū proueniens, secundum communem opinionem non tollitur per baptismum. Explicit materia de irregularitate.

### De suspensione.

## C A P. XXXI.

¶ Quid est suspensio, & de explicatione diffinitionis eius, & in quo differt à depositione, & priuatione: Et suspensio striete accepta quid sit: Et de decem & sex casibus, in quibus incurritur pœna suspensionis: Et quis possit suspendere, & à suspensione absolueri, & quo modo

modo debeat absolueri: Et de pœna absoluentis ab ea, vel eam decernentis, non seruata forma iuris: Et qualiter peccet suspensus non seruans sententiam suspensionis: Et an episcopus ex concessione concilij possit ab ea absolueri: Et an omnis suspensus possit virtute cruciatæ absolui: Et an talis absolutio prodest in foro exteriori.



DE suspensionis materia breuiter acturus operæ pretiū esse duxi à definitione suspensionis exordiri. Est igitur suspensio cœsura ecclesiastica, qua alicui personæ ecclesiasticæ prohibetur exercitiū sui officij, vel beneficij ecclesiastici in totum, vel in partē ad certū tēp<sup>9</sup>, vel in perpetuū, quoad partē: quia prohibitio totius exercitiij officij, vel beneficij in perpetuū est depositio, & priuatio, & nō suspensio secundū Panor. ca. At si clerici de iudic. Potest autē suspensio inferri etiā pro culpa veniali secundū Caiet. in sum. verbo. suspensio. Sed cū suspensio sit pœna, citra aliquā culpā propriā alicui inferri nō potest. Nā quæ ob aliquam causam, scilicet, ob leuē, debilitatē, vel senectutē, vel aliā similitē causam fit, absq; culpa, licet generaliter possit dici suspensio, sed nō est striete cœsura, de qua nūc loquimur. Ita Nauar. in sum. ca. 27. nu. 151. Ex quo inferri hoc corollariū, scilicet, qd prohibitio, qua quis à cōfessario prohibetur celebrare, vel qua ab hoc actu sacro exercendo ob peccatū mortale, quo est implicat<sup>9</sup> est impeditus, licet vocetur generaliter suspensio cap. finali de cohabit. cleric. nō tamē est suspensio striete accepta, cōtra fere omnes incogitater dicitur cōtrariū. Et patet: quia suspensio solū est impeditus exercitiij impositū ab habente iurisdictionem: sed istæ sūt quædam inhabilitates ad exercendū ordines, vel eos obtinendos, quas inducit peccatū mortale. Differt autē suspensio propriè accepta ab irregularitate, quia irregularitas nō est cœsura cap. cōquærenti de verb. signif. sed est quædā inhabilitatio ad ordines obtinendū, vel exercendū. At verò suspensio solū est impedimentū positū ad exercendū officiū ordinū, vel iurisdictionis. Ex quo proinde sequitur, qd neq; irregularitas, neq; depositio verbalis, neq; degradatio realis, est suspensio striete loquēdo, nisi verbū suspensionis accipiatur generaliter. Præterea aduertendū est, qd illa distinctio cōmunis suspensionis, scilicet, quoad se tātū, vel quoad se & quoad alios simul, vel quoad alios & nō quoad se, vt accidit in sacerdote peregrino ignoto secundū totā suā latitudinē, nō est distinctio suspensionis striete acceptæ, sed generaliter dictæ. Accedit ad

Instruct. concilii, 2, Pars.

istā distinctionē alia suspensionis distinctio, scilicet, qd triplex est suspensio: primo, scilicet, officij & beneficij simul, secūdo officij tantū vel partis, eius, tertio beneficij, vel rei pertinētis ad illud tātū. Itē suspensio est duplex, vna lata à iure, alia lata ab homine. ¶ Iam nūc superest hic adnumerare casus suspensionū, quæ feruntur à iure. Igitur 1. cap. nullus & ca. præter. 32. dist. & cap. scititibus. suspenditur omnis initiatus sacris, si sit fornicarius notorius donec pœniteat. At licet Metina in sua instruct. confess. fol. 48. cū alijs Thomisti affirmet casum hūc in defuetudinē abijisse, & iam abrogatū esse per nō vsu: tamen Nauarrus vbi supra num. 154. cū alijs canonistis explicat, hūc casum tanquā nō abrogatū per nō vsu, sic qd talis notorie fornicarius clericus, quia suspensus est propria cœsura ante pœnitentiā celebrans sit irregularis à solo Papa dispensandus, sed non incurrit nouā irregularitatē, sed solū persistit in priori, quādo post pœnitentiā iste celebrat. Sicut etiā initiatus sacris implicatus crimine magno de positione digno cū est notoriū, celebrando siue ante pœnitentiā, vel post illā nō incurrit nouam distinctā irregularitatē, sed permanet in priori, quæ debilis est per episcopū. Igitur, quia dubiū est, an iste casus in omnibus prouincijs sit in vsu, vel nō, standū est vsui recepto, vel nō recepto, prouinciæ circa casum hūc: ita vt vbi exoleuit ab vsu scrupulus suspensionis, & irregularitatis, non iniiciatur. Alias pro prouincijs vbi est in vsu, manet hic iste casus explicatus. Secūdo cap. cū in cūctis. §. final de electione. suspenditur trinitio à beneficijs clericus, qui eligit episcopū illegitimū ætate, vel scientia, vel moribus. Tertio in extravaganti cū ex sacrorū Pij I. suspenditur is, qui sine legitima facultate, vel ætate, vel extra tēpus legitimum ordinē sacrum accipere præsumperit, & facit irregularē ordine vtētē cōtra Armillā, & cōtra hanc extravagantē, nō cōsiderantes. Circa quā notat Nauar. qd quia ibi dicitur, si præsumperit, requiritur dolus secundum Cardinal. Clem. vnica. q. 38. de priuil. vnde excusatur saltem quoad forum conscientiæ, qui bona fide & simplicitate existimans se legitimum ætate, & ordinatus est atque idē censet Nauarrus dicendū esse quando temerè quis ordinatus est, si postea bona fide per pœnitentiā purgato peccato exercuit ordinem, putās, sibi licitū esse. Præterea aduerte cū Metina in sua instruct. confess. vbi supra, qd licet iste ordinatus ante legitimam ætate virtute bullæ Cruciatæ possit absolui ab hac suspensione incurta tamē nō virtute huius absolutionis poterit celebrare ante 24. annos; quia confessor virtute Cruciatæ nō potest super hoc dispensare. Tamen talis absolutio magni momēti erit, quia cū is ad 24. annos pertigerit, citra aliā licētiam poterit

Zz

poterit

poterit celebrare: quod alias, nisi sic ab illa suspensione absolutus fuisset facere non potuisset, nisi prius obtenta dispensatione. Quarto in cap. 1. de cleric. pun. in duello, suspenditur clericus provocans ad duellum, vel si acceptat provocacionem, vel in arenam descendit, iuxta Sylvest. verb. suspensio. ver. 2. & Tabienā ibidē. Sed hoc Navar. negat esse verum, quia textus in illo cap. 1. solum dicit deponendum fore. Quinto in cap. sacro. de sent. excom. suspenditur vno mense ab ingressu ecclesiarum, qui excommunicat abque monitione, quae debet esse talis, ut supra dictum est. Sexto in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. suspenditur ab ingressu ecclesiarum, & divinis officiis, qui excommunicat, interdicit, aut suspendit alique solo verbo sine scripto, aut expressa causa illius, vel non dat copiam requisitas. Septimo in cap. quia lapsa de electione. lib. 6. suspenditur ab officio & beneficio capitula & singulares per loca, quae vacante Sede episcopali, vel collegiata, usurpant sibi aliqua bona, quae reliquit, vitantur, aut collecta fuerunt tempore vacationis: quod locum habet etiam in redditibus sigillis, & in quolibet alio memento. Clem. statutu. de elect. Octavo in cap. presenti de offic. ordin. lib. 6. suspenduntur episcopi & superiores eorum ab ingressu ecclesiarum, & inferiores ab officiis, & beneficiis, qui usurpant aliquid ex redditibus dignitatum, & ecclesiarum vacantium, & illis subditur, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, nisi habeant speciale privilegium, vel consuetudinē praescriptam ad hoc. Nono in cap. finali de offic. deleg. lib. 6. suspenditur vno anno ab officio, conservator Sedis Apostolicae, qui scienter cognoscit causas, quae non sunt notoriae, nisi concedatur, quod possit cognoscere de alijs, sicut concedi olim erat in usus, quae tamen usum restrinxit concil. Trient. sess. 14. cap. 5. Decimo in cap. de re iudic. lib. 6. suspenditur vno anno a suo officio iudex ecclesiasticus, qui contra ius, & suam conscientiam aggravat partem gratia, vel laudibus, si non sit episcopus, & faciat contra conscientiam & contra iustitiam, & sit iudex & non verus executor, vel arbiter & faciat proprio amore timore vel odio. Undecimo in cap. episcoporum de privileg. lib. 6. suspenditur ab ingressu ecclesiarum, quousque satisfaciat, qui admittit ad divina officia vel sacramenta, aut ecclesiasticam sepulturam excommunicatos, aut interdictos publicos, quae secundum Navar. locum non habet, nisi contra exemptos iuxta communem contra glossam eiusdem capituli. Duodecimo in cap. non solum & cap. constitutione. de regul. lib. 6. suspenduntur qui admittunt aliquem ad professionem ante annum probationis in aliquo ordine mendicantium. Decimotertio in Clem. unica,

A de vit. & hon. suspenduntur in sex menses clerici beneficiarii, qui gestant vestes partitas, vel coloribus distinctas, & sacro ordine initiati, qui non sunt beneficiarii & minoribus insigniti, qui cum prima tonsura gestant tales vestes inhabiles efficiuntur ad beneficia in idem tempus. Non tamen incurrit illam, qui ob nuptias, vel doctoratum, vel aliam iustam causam illam gestat. Decimoquarto in Clem. 1. de rebus eccles. non alien. suspenduntur quilibet religiosi, qui habent aliquam administrationem & alienant aliquam rem ad eam pertinentem, etiam solum praebendo alicui ad vitam absque necessitate & utilitate, aut absque facultate sui capituli, si habet, vel sui praetati, si non habet capitulum. Hanc non incurrit, qui in modicum tempus locant fructus penes suam Clementinam praedicta, licet incurrant aliam excommunicationem, extravag. 2. de rebus ecclesiarum non alienandis. Decimoquinto in cap. penult. de simpl. suspenduntur Papaliter qui sacris initiatione sine patrimonio cum pacto non petendi ab episcopo videtur, & qui ordinantur ad praesentationem alicuius beneficiarii, cum pacto nihil petendi ab eo. Et etiam secundum Navar. qui ordinantur cum alimentis & patrimonio promissis, cum pacto praecedente ante ordines, quod post ordines non petent illud. Secus est si post ordines remittit, aut retro donat, quod illi fuit promissum, aut donatum sine pacto ante ordinationem facto. arg. gloss. sing. cap. tuis. de praeb. & glossa memorabilis cap. si episcopus. od. titulo. lib. 6. Decimosexto in constitutionibus Pij. V. fol. 207. suspenditur episcopus ordinans absque titulo clericum religiosi ordinis, in quo solum fit votum temporale religionis, quia is quo ad haec reputatur secularis.

¶ Quis possit suspendere & absolvere: & quomodo & de poena contra facientis.

D Igitur adnotandum est primo, quod suspendere potest omnis & solus ille qui potest excommunicare, & in scripto ferenda est poena suspensionis. Praeterea debet praecedere monitio, quando ponitur ob contumaciam, sed non quando in poenam. Potest item pro veniali poni, neque suspenditur per appellationem sequentem, sicut neque excommunicatio. Tamen post legitimam appellationem posita nulla est, sicut & excommunicatio sic est nulla. Est communis. c. 1. §. & haec. de sent. excom. lib. 6. & cap. ad haec quae de appell. Secundo advertendum est, quod suspensus ab iurisdictione, ab ordine non est suspensus, neque est contra. Neque suspensus a beneficio est suspensus ab ordine, neque a iurisdictione, alia de causa, quam ex beneficio convenienti. Ceterum, si quis sit simpliciter suspensus ab officio non cessat

setur esse suspensus a beneficio, quoad ea, quae dantur interessentibus divinis officiis, nisi talis suspensio tacite habeat vim privationis, ut si sit diuturna, vel sit ob crimen enorme. Secus est, si sit ob crimen leve, vel ob contumaciam, vel infamiam, vel si sit suspensus quis ab officio non simpliciter, sed per istam distinctionem tantum, ab officio, quia in his casibus non per hoc, quod suspenditur ab officio manet suspensus a beneficio, secundum Bonifacium in Clem. cupientes. de poenis. Adde vero, quod suspensus ab officio simpliciter solum, non debet percipere fructus beneficii, secundum Innocentium & patet ex cap. pastorale. de appellat. Praeterea advertit Medina in sua instruct. confess. quod suspensus a beneficio taliter se debet habere, ac si beneficiatus non esset. Quocirca fructibus beneficii gaudere non debet pro tempore, quoad beneficio suspensus est, sed solum interim inde nihil aliud potest sibi accipere, quam id, quod sibi est necessarium, pro quadam moderata sustentatione. Sed de hoc in materia excommunicationis. plura diximus. Tertio perpendendum est, quod ille, qui est suspensus, quia presbyter factus est ante 25. annum ceptum, non perdit fructus beneficii, quia per istam suspensionem suspenditur solum ab officio: igitur percipere potest ea quae interessentibus divinis officiis solent dari, ut supra insinuavit Navarrus. Similiter si disjunctive ab officio, vel beneficio sit quis suspensus, propter incertitudinem sententiae a nullo est suspensus, unde percipere fructus potest. Praeterea & de peccato suspensi non servantis sententiam suspensionis, cum alijs annexis adnotationibus, dicere nos oportet. Dicitur ergo primo, quod non immunis est a culpa mortali qui suspensus propria & stricta suspensione ab ordine sacro, aut officio ecclesiastico simpliciter exercet solenniter actum ordinis, si quae irregularis per cap. 1. de senten. excomm. lib. 6. & cap. 1. de re iudicata in 6. Pro cuius intelligentia adnotasse est opus, quod secundum Navar. in summ. ca. 27. nu. 163. actus annexus ordini sacerdotali, quem exercendo censuris ecclesiae irretitus incurrit irregularitatem, est consecrare, baptizare, solenniter, dicere collectas in choro, canere epistolam seu evangelium solenniter ex officio. At vero quia psallere in choro cum alijs, canere responsa defunctorum, aut Litanias vel baptizare sine solennitate, ut laicus, & alia id genus non sunt actus ordinis alicui deputati, ideo nullus sic suspensus hos actus exercendo incurrit irregularitatem. Sicut neque eam incurrit exercendo actus iurisdictionis, sed neque peccat talis suscipiendo sacramenta, neque ea suscipiendo sit irregularis: quia suspensio ista non privat hominem receptione sacramentorum, sed solum impedit exer-

citium officij. ¶ De suspensione vero a praedicatione arbitrarur Navarrus loco allegato num. 163. quod ista suspensio inducit irregularitatem in sic suspensum a praedicatione praedicantem, propterea, quod praedicatione est actus lege divina, vel humana, vel consuetudine peculiariter diaconati deputatus, de quo ego valde dubito & vix crediderim, eo quod praedicare non sic est actus sacer, ut eliciatur a caractere ordinis Diaconatus de se. Neque puto aliquem Thomistam huic opinioni Navarri fidem adhibiturum. Est opinio haec Navarri contra Chald. Clem. cupientes. de poenis. Hoc autem verum est, quod suspensus ab officio peccat eligendo, sed non sit irregularis eligendo, vel acceptando electionem de se factam, neque excommunicando, aut conferendo beneficia. Si autem solum suspensus sit a beneficio, non peccat eligendo, si ius eligendi non competit ei ratione illius beneficii. Ceterum sicut alij tenentur excommunicatum denunciatum nominatim vitare in pertinentibus ad communicationem fideliū: ita tenentur vitare suspensum publice, & nominatim denunciatum in eo, a quo est suspensus, & non vitando eum in divinis, & in actibus deputatis suis ordinibus peccant ei sic communicantes mortaliter, quia violant praecipuum ecclesiae in re gravi. Secus autem est, si non sit nominatim denunciatus per extravag. ad evitanda. ¶ Secundo perpendendum est, quod suspensus a minoribus censetur interdictus a maioribus. Unde suspensus ab ordinibus minoribus est suspensus a diaconatu & subdiaconatu; & suspensus ab subdiaconatu est suspensus a superioribus, sed non est contra cap. significavit de corpore vitiat, & cap. cum illorum de sent. excomm. At de episcopo suspensus celebrant in apparatu pontificali, ait Navarrus, quod incurrit irregularitatem. Et quidem etsi id verum sit, quod suspensionem generaliter latam non incurrit episcopi, nisi fiat mentio specialis de illis, licet secus sit de excommunicatione cap. quam periculosum, de sent. excomm. lib. 6. Tamen si suspensus sit ab celebrando missam, celebrando eam in pontificali apparatu, vel citra illum, planum est quod incurrit irregularitatem. At si solum sit suspensus a pontificalibus, & non ab officio, dubito valde, quod tunc benedicendo in pontificalibus fiat irregularis: Quia ratio in qua fundatur Navarrus non est solida, scilicet, quod exercere pontificalia sit actus peculiaris ordini episcopatus annexus, quasi episcopatus ordo sit sacramentum distinctum a sacramento ordinis sacerdotalis, ut insinuat Navarrus hic, & alibi aperte tradit. Sed tunc est verum quod si exerceat iurisdictionalia non sit irregularis, quia ista separata sunt ab eis quae sunt ordinis episcopalis.



De absolute ab suspensione, à quo possit impedi.

Porro de hac materia breuiter acturis præsupponendum est nobis primo, quod suspensio ferri & tolli potest quibilibet verbis id significantibus, quia nulla sunt ad hoc præscripta verba, quæ de eius rationis, vel absolute substantia sunt. Tamen in absolute eius necessarium est iusiurandum, ut in excommunicationis absolute cap. super eo. & cap. venerabili. de sent. excommu.

¶ At cum certa est suspensio, vsu receptum est apud doctos ad absoluendum ab ea hac forma, vti, scilicet, Absoluo te à vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem vel talem causam, & restituo te pristinae executioni. Ad dubiam autem absoluendam hac vti solent conditionali forma. Si teneris aliquo vinculo suspensionis, à quo ego te possum absoluere, &c. ita Syluest. verbo absolute. 6. d. b. 2. Secundo aduertendum est, quod suspensio siue lata sit ab homine, vel à iure, quæ certo tempore, aut facta, aut omissione facti terminatur, vt cum dicitur, sit suspensus per mensem, vel, donec satisfaciatur, vel dum non paruerit iudici, tollitur lapsa tempore, vel adueniente termino ipso facto absque vlla absolute, secundum glossam in Clem. 1. verbo. donec. de decimis, quæ est recepta communiter. ¶ Tertio perpendendum est, quod quando suspensio sic lata est à iure communi, siue particulari siue confirmata fuerit per Papam siue non, si sit posita cum termino, vel cum reservatione ab ea non potest absolute episcopus. glossa. cap. nuper. de sentent. excommu. Si tamen talis suspensio sit à iure posita. Sic in diffinitis sine termino, & reservatione, positaque sit in pœnam delicti poterit episcopus ab ea absolute, si posita fuerit ob adulterium, vel ob alia minora delicta, super quibus potest episcopus dispensare, iuxta caput. at si cleric. §. de adulterijs. de iudic. Secus est, si posita sit propter delictum, super quod non potest episcopus dispensare. Ita Nauarrus cap. 27. in sum. num. 162. & Panormit. in cap. quorundam. de solut. quia pœna propter delictum posita intelligitur perpetua. ¶ Si autem imposita sit à iure ob contumaciam, tunc existimat Couarruias in epitome cap. 6. de impedimentis. quod cessante contumacia non indiget absolute, quia suspensio ob contumaciam, inquit, censetur, restricta ad tempus, quo durat contumacia cap. ex literis, de constitut. Ideo secundum gloss. insign. in Clem. 1. de decimis. non indiget absolute. Sed quia ista opinio Couarruiæ est contra Nauar. loco allegato, & quia licet posita sit ob contumaciam simul præsumi potest, quod fue-

rit etiam lata in pœnam delicti, id est, ipsius contumacia, ideo tutius dicitur, quod dum non reseruetur, vel ei terminus non sit præfixus, cessante contumacia possit absolute ab episcopo, & quod tali absolute opus habeat. ¶ Accedit etiã ad hoc, quod virtute concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. episcopi possunt dispensare in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, & in quibuscunque casibus occultis absolute in foro conscientia, etiam si sint reseruatæ Sedi Apostolicæ. ¶ Adde etiam, quod virtute bullæ cruciatæ possunt confessores electi absolute à censura suspensionis lata à iure, vel ab homine satisfacta parte, vbi satisfactio debetur & cessante contumacia, pro qua est imposita in foro conscientia. Tamen hæc absolute virtute Iubilæi, vel bullæ Cruciatæ facta à confessore à censura hac in foro conscientia non prodest in foro exteriori, vt efficaciter probat Couarruias, nisi Iubilæus exprimat, vel cruciatæ. At cruciatæ id non exprimit. Vnde. §. 11. de excommu. Infert idem Couarruias hinc quod publicè denunciatus suspensus, si absolute in virtute bullæ Cruciatæ in foro interiori à confessore, & talis absolute sibi proderet in foro exteriori, id certe vergeret in contemptum iudicis, cui congrue satisfactum non est, si sic absolute ingereret se exercitio sui officij, aut ordinis, etiam si satisfecerit parti læsæ. Item, quia in Apostolicis literis id solet exprimi aliquando, scilicet, vt profit etiam in foro exteriori: ergo vbi non exprimitur non proderit. Item quia absolute in foro interiori potest in foro exteriori accusari, & puniri: ergo absolute in foro interiori lata à confessore virtute bullæ non prodest tunc in foro exteriori. Præterea quia distincti fines sunt vtriusque fori interioris, & exterioris: nam finis fori interioris est emenda solum: sed finis fori exterioris est satisfactio publica & vindicta publica: ergo absolute in foro interiori non semper prodest in interiori, nisi exprimat. ¶ Præterea memoriæ commendandum est, quod sicut excommunicatio ab homine est ipso iure reseruata ipsi iudici sine alia reservatione, nisi (vt ait Nauarrus) sit generalis, quæ generaliter tulit iudex sine reservatione: ita idè dicendū est de suspensione lata ab homine. Vnde sine speciali commissione Iubilæi vel cruciatæ ab ea inferior absolute non potest: quia absolute venit ab eo, à quo fuit lata.

¶ Adde vltimo, quod is cui interdictus est ingressus ecclesie, si exercet actum ordinis sacri ecclesie, & peccat, & sit irregularis cap. is cui. lib. 6. de sent. excommu. non autem si extra ecclesiam

ecclesiam celebrat. Insuper licet ordinatus ante legitimum ætatem sit suspensus, sed non credit Medina in sua instructione, quod consecrando in ipsa initiatione ordinis cum episcopo sit irregularis, sed dum post se celebrat nouam missam.

De sacramento extreme vnctionis.

## CAP. XXXII.

De diffinitione extreme vnctionis, & de eius materia, & effectu, & de eius forma, & ministro, & de eam sciipientibus: Et an debeat iterari etiam in eadem infirmitate.



VERITVR primo cū D. Thoma, Vtrum extrema vnctio sit sacramentum. Respondetur autè, quod cum extrema vnctio pertingat ad effectum intentum in administratione sacramentorum, qui quidem effectus est curatio morbi peccati, iuxta illud Isaia: 27. Hic est omnis fructus, vt tollatur peccatum. Ideo planè est, extremam vnctionem sacramentum esse: nã sacramentale solum non pertingit ad hoc, licet aliquo modo ordinetur ad hoc.

¶ Quæritur secundo, an extrema vnctio sit vnũ sacramentum. Respondetur autem, quod est vnũ non vnitatem indiuisibilis rei, vt est vnitatem punitionis: neque est vnũ continuitate, sed est quid vnũ perfectione: Et sicut vnũ perfectum, vt domus. Et quia eius effectus, qui est curatio vulnerum animæ, non potest significari, nisi per diuersas actiones, id est, appositiones medicina ad diuersas radices morbi: ideo plures actiones sunt de perfectione huius sacramenti.

¶ Quæritur tertio, Vtrum hoc sacramentum fuerit à Christo Domino institutum. Respondetur autè, quod à Christo domino fuit institutum, sicut cetera sacramenta: sed tamè fuit ab Apostolis promulgatum: quia sacramenta sunt fundamenta religionis christianæ, & ad legislatorum pertinet institutio fundamentorum legis, quæ sunt sacramenta ecclesie.

¶ Quarto quæritur, Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti. Respondetur autè quod ideo huic sacramento oleum oliuæ est conueniens materia, quia extrema vnctio significat perfectam sanationem, quæ quia est vltima, debet esse lenis ne frangat infirmum. Oleum vero maxime est lenitium, atque penetratiuum, & vsq; ad intimam diffusiuum.

¶ Quæritur quinto, Vtrum oporteat oleum esse consecratum. Respondetur autem, quod oportet oleum esse consecratum. Tã, quia Christus Dominus materia huius sacramenti non est vnus.

Instruct. confc. 2. Pars.

Tũ secundo quia significat plenitudinem gratie tollentem etiam reliquias peccatorum, & infirmitates corporis. Tũ tertio, quia sanatio corporalis præstita per hoc sacramentum, quando expedit infirmo non fit virtute naturali olei. Oportet ergo ad id consecratur, & quod sit consecratum propter prædictas rationes.

¶ Quæritur sexto, Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per episcopum. Respondetur autem id ita fieri oportere, vt ostendatur sacerdotalem potestatem ad hoc sacramentum administrandum requisitam ab episcopo esse derivatam, iuxta illud psalmi, Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, & cetera: &c.

¶ Quæritur septimo, Vtrum hoc sacramentum extreme vnctionis habeat aliquam formam. Respondetur autem, quod requiritur forma: quoniam omne sacramentum (vt dictum est) significando operatur. Ideo oportet materiam sacramenti determinari ad certum & proprium effectum, per quem designat spirituales sacramenti operationem: sed talis significatio sine verbis fieri nequit: ergo in omni sacramento noua legis est aliqua forma verborum.

¶ Quæritur octauo: Vtrum forma huius sacramenti debeat proferrì per modum deprecationis. Respondetur autem, quod forma huius sacramenti per modum deprecationis proferratur, cū dicitur.

Ber istam vnctionem & suam pijsimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per, &c. Et hæc forma ab omnibus obseruanda est. Alia vtrò sunt de bene esse, neque obseruantur ab omnibus. Nam cum hoc sacramentum infirmis viribus destituatur congruit, vt pro deo deprecatio fiat, & sic sacramentum extreme vnctionis ei apponitur per modum deprecationis, quemadmodum Iacobus docet. Secundo quoniam datur exeuntibus è vita, qui desunt esse de foro ecclesie, & in manu Dei requiescant, & ideo ei per modum orationis recomendantur. Item tertio, quoniam hoc sacramentum habet aliquem effectum, scilicet, sanationem corporalem, qui non semper sequitur etiã omnibus quæ sunt de essentia huius sacramenti rite per actus ergo non potest habere formam verborum indicati modi.

¶ Quæritur nono. Vtrum prædicta oratio sit forma competens huius sacramenti. Respondetur autem, quod prædicta forma aptissima est: nam tangit sacramentum dum dicitur. Per istam vnctionem, & virtutem operatricem Dei inducentis effectum sacramenti huius exprimit dicendo, & suam pijsimam misericordiam, & effectum quoque eius, scilicet, remissionem peccatorum significat per id, quod adiungit, scilicet. Indulgeat tibi Deus, &c.

¶ De effectu huius sacramenti.

**Q**uæritur primò, Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum: Respondetur autem, quòd quodlibet sacramentum ad vnum principale effectum ordinatur, qui per ea, quæ sensibilibiter fiunt, significatur. Vnctio autem extrema per modum medicationis, sicut & baptismus per modum ablutionis. Vnde sicut baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & poenitentia spiritualis suscitatio, sic extrema vnctio est quædam spiritualis sanatio. Principalis igitur eius effectus est peccati infirmitatem curare, videlicet, ineptitudinem ac debilitatem, quæ in nobis ex peccato actuali constantur, & relinquuntur. Ob id ergo dicitur esse contra reliquias peccatorum. Sed quoniam confert, & continet gratiam per cuius infusionem aufertur peccatum, idcirco secundarius eius effectus est tollere culpam, quæ per eam deletur, si adest, siue sit mortalis siue venialis, nisi quis obicem ponat. Quidam verò affirmant, quòd vnctio extrema principaliter ordinatur contra venialia peccata. Sed hoc non videtur verum: quoniam poenitentia sufficit contra omnia peccata, etiam mortalia; siue venialia. Vnde de principali effectu huius sacramenti est remissio peccatorum quoad reliquias peccati, & ex consequenti quoad culpam, si intulerit eam. Et ideo Iacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur dicens: & si in peccatis est, dimittentur ei.

¶ Quæritur secundò, Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti. Respondetur autem, quòd extrema vnctio corporalem sanitatem inducit non virtute naturali suæ materiæ, sed diuina virtute. Sed hæc sanitas est secundarius huius sacramenti effectus: secundarius vero effectus non est introducendus, nisi prout expedit ad principale effectum. Hæc igitur de causa Deus non semper inducit corporalem sanitatem in huius sacramenti exhibitione, sed tunc solum & semper cum ad spirituales sanitatem proficuum est, nisi ex parte recipientis impedimentum consistat, ita vt miraculum sit eum iam posse viuere.

¶ Quæritur tertio, Vtrum sacramentum hoc imprimat characterem: Respondetur autem, quòd character in illis dumtaxat sacramentis imprimitur, per quæ homo ad aliquod sacrum agendum, vel suscipiendum deputatur. Character enim facit distinctionem statum quatum ad ea, quæ in ecclesia fiunt. Hæc autem extrema vnctio non competit, datur enim in remediū eõtra infirmitatem prædictam. Quæmodum ergo in alijs sacramentis

**A** est aliquid, quod est sacramentum tantum, aliquid autem, quod est res & sacramentum simul, & aliquid quod est res tantum: ita in hoc sacramento ipsa exterior vnctio est sacramentum tantum. Res autem & sacramentum est ipsa interior mentis deuotio, quæ est spiritualis vnctio: gratia autem quæ confertur est res tantum.

¶ De ministro huius sacramenti.

**Q**uæritur primo, Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre. Respondetur autem, quòd cum hoc sacramentum conferre sit actus hierarchicus, secundum Dionysium, ideo munus sacerdotum est illud conferre, & laicorum tantum est illud suscipere, & nullum sacramentum dare, nisi baptismum in casu necessitatis ex diuina dispensatione, vt nulli regenerationis copia desit.

**Q**uæritur secundo, Vtrum diaconi possint hoc sacramentum conferre. Respondetur autem, quòd secundum D. Dionysium diaconi non habent, nisi vim purgatiuam, sacerdotes verò habent vim illuminatiuam, & episcopi perfectiuam. Quoniam igitur sacramenta nouæ legis gratiam continent, atque impendunt, non competit eorum administratio diaconis ex proprio officio: non ergo diaconus debet esse huius sacramenti minister, sed sacerdos. Non enim oportet, vt sit episcopus. Nam illa sacramenta episcopis administranda referuntur, quæ suscipientem in aliquo statu perfectionis super alios ponunt, vt ordo & confirmatio: sed hoc extrema vnctio non competit, quæ omnibus datur.

¶ Quæritur tertio, Vtrum hoc sacramentum solum episcopus possit conferre. Respondetur autem, quòd nequaquam hoc pertinet ad episcopum solum (vt dictum est) quia solius episcopi est perficere sicut sacerdotis est illuminare. Hoc etiam sacramentum cum omnibus detur suscipientem in statu perfectionis non ponit: ideo non solis episcopis eius administratio competit, sed à simplici sacerdote potest administrari.

¶ De suscipientibus istud sacramentum.

**Q**uæritur primo, Vtrum hoc sacramentum sanis conferri possit. Respondetur autem, quòd hoc sacramentum est spiritualis curatio, quæ per modum corporalis curationis representatur: ergo hoc sacramentum non est sanis, sed ægris impendendum.

¶ Quæritur secundo, Vtrum hoc sacramentum debeat dari in qualibet infirmitate. Respondetur

tur autem, quòd quia hoc sacramentum est vltimum medicamen & remedium ecclesiæ, immediate disponens ad introitum gloriæ, per hoc, quòd reliquias peccatorum tollit, idcirco dandum est in tali infirmitate, quæ nata est mortem inferre, dumque de periculo mortis formidatur, ideo ad mortem proxime aliqua ægretudine affectis conferendum est, in eo, scilicet, puncto, vbi secundum Sotum probabiliter timetur de morte, sed non sine aliqua spe salutis.

¶ Quæritur tertio, Vtrum hoc sacramentum conferri debeat furiosis. Respondetur autem, quòd quia hoc sacramentum per modum orationis impenditur, ideo ad percipiendum eius effectum plurimum valet deuotio suscipientis, personæque meritum dantis, atque commune meritum totius ecclesiæ: vnde dandum non est eis, qui recognoscere nequeunt, & cum deuotione recipere, & præsertim furiosis atque amentibus. Possent enim sacramento irreuerentiam exhibere, nisi haberent aliqua lucida intervalla. Sed nihilominus secundum Sotum in vsu communi est dari etiam infirmis iam priuatis sensibus, si ante hoc sacramentum petierunt. Imo secundum Petrum de Palude, & Archiepiscopum Florenti. his, qui iam amiserunt vsu rationis in infirmitate hoc sacramentum debet dari, quauis non actualiter petierint, dummodo sint tales personæ, de quibus constat, quòd bene vixerunt, & quòd si haberent tunc vsu rationis peterent illud (vt creditur) quia etsi non petierunt explicitè petierunt tamen implicite. Et sic habet vsus ecclesiæ. Quando ergo D. Tho. in. 4. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. quodl. 3. ait, quòd non debet dari, nisi habentibus actualem deuotionem, debet intelligi de his, qui eam non habent, neque habuerunt. Ita Nauarrus.

¶ Quæritur quarto, Vtrum hoc sacramentum debet dari pueris. Respondetur, quòd quia hoc sacramentum actualem deuotionem exigit in suscipiente, sicut eucharistia, ideo sicut eucharistia non datur pueris, ita neque hoc sacramentum pueris debet dari. Debet tamen dari adultis baptizatis, licet à peccatis tunc immunes sint secundum Petrum de Palude, & Archiepiscopum Florent. Quia remanet pugna contra hostem, neque est mendacium in forma, quia remansit debilitas mentis ex prioribus delictis. Debet etiam dari illi, de quo dubitatur, an sit mortuus sub conditione, scilicet, si est viuus, sed si moriatur ante completionem non est ultra procedendum. Et simul debet sacerdos vngere & verba proferre secundum eundem Petrum de Palude. 4. sent. quòd intellige, de similitate morali, quatenus attinet ad essentiam sacramenti, pro qua hæc similitas sufficit.

¶ Quæritur quinto, Vtrum in hoc sacramento totum corpus debeat ungi. Respondetur autem, quòd sicut corporalis medicina non toti corpori applicatur, sed parti, in qua vulnus dominatur: sic vnctio extrema, quæ est spiritualis medicina non toti corpori apponitur, sed partibus illis, in quibus est radix peccandi, scilicet, in sensibus, qui sunt principia nostræ cognitionis. Igitur vnguntur quinque sensuum loca, quia ibi est radix, & prima origo peccati. Et istæ quinque vnctiones sunt de necessitate sacramenti. Non verò sic est necessaria vnctio renū, aut vnctio pedum, quasi sit de necessitate sacramenti. Quia licet in vsu sit vngere pedes, & renes, quia vis appetitiua est in renibus, & vis motiua est in pedibus: tamen ista sunt secundaria principia peccati: ideo aliqui has pedum & renū vnctiones omittunt. In mutilatis autem vnctio fieri debet, quæto propinquius fieri potest ad partes illas, vbi vnctio alias fieri debuerat, scilicet, in partibus vicinioribus illis locis prædictis. Nam quauis mutilati partes istas vel organa non habeant, habent tamen ea in potètijs animæ, in radice, & interius peccare possunt.

¶ De iteratione huius sacramenti.

**Q**uæritur primo, Vtrum hoc sacramentum extremæ vnctionis debeat iterari. Respondetur autem, quòd sacramenta perpetuè effectum habentia iterari non debent, ostēderetur enim, quòd non essent idonea ad producendum suum effectum, si iterarentur. Vnde sacramenta, quæ characterem imprimunt, non iterantur, videlicet, baptismus, confirmatio, & ordo. Sanitas verò mentis, & etiã corporis in homine, ad quæ extrema vnctio ordinatur, amitti potest: ergo & hoc sacramentum iterari potest, quatenus effectus ille recuperetur, sicut poenitentia, & eucharistia sumptio. ¶ Quæritur secundo, Vtrum hoc sacramentum in eadem infirmitate debeat iterari. Respondetur autem, quòd morborum quidam non sunt diuturni, & dum homo in illis inungitur non redit ad pristinum statum, nisi omnino curetur, etsi reciduum incurrit alia erit infirmitas. In talibus ergo morbis eisdem manentibus, vnctio non iteratur, sed sunt rursus vngendi in reciduo. Aliæ vero sunt ægrotudines diuturnæ sicut hydropsis, & hectica, & cætera: & in talibus æger vngi non debet, nisi periculum mortis imminere putetur. Et si illum articulum æger euadit, ac denuo similem infirmitatis statum in eadem infirmitate incurrit, iterum est vngendus. Vnde in talibus infirmitatibus potest vnctio iterari, eodem morbo durante. Hoc nanque sacramentum non tantum concernit infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum, in infirmis probabiliter appropinquantibus ad mortem. Finis materiæ de sacramento vnctionis.

## CAP. XXXIII.

¶ De ordine & eius diffinitione, & forma & materia, & de eius effectu, & caractere eius: Et de hoc sacramentum suscipientibus, & de eorum dispositione: Et de distinctione ordinum, & de actibus ordinum: Et de conferentibus hoc sacramentum: Et de impedimentis huius sacramenti: Et de corona & de dignitate episcopali: Et an talis dignitas sit ordo: De potestate Papali requisita in ecclesia.

¶ De sacramento ordinis breuiter, & succincte.



**Q**UÆRITUR primo; cum D. Thoma. Vtrum ordo in ecclesia, esse debeat. Respondetur autem, quod quia secundum Diuum Dionysium, Deus prouidet, ut ultima perficiantur per media, & media per prima, sicut etiam membra influunt alijs membris: ita ordinem in ecclesia oportuit esse, quo mediante quasi Deo cooperantes, & ei assimilati ministri ordinati in alios influerent diuina.

¶ Quæritur secundo, Vtrum conuenienter ordo diffiniatur. Respondetur autem, quod ordo bene sic diffinitur, scilicet. Ordo est signaculum quoddam ecclesie, per quod spiritualis potestas impenditur ordinato.

¶ Tertio quæritur, Vtrum ordo sit sacramentum: quia est visibile signum, in quo suscipienti quædam sanctificatio, & consecratio confertur.

¶ Quæritur quarto, Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimitur. Respondetur, quod ideo conuenienter exprimitur, quia in ista forma ordinis exprimitur usus ordinis, per actum, qui imperatur, & exprimitur traditio potestatis per imperatum modum, dum dicitur: Accipe potestatem, &c.

¶ Quæritur quinto, Vtrum hoc sacramentum ordinis habeat materiam. Respondetur autem, quod sicut in alijs sacramentis requiritur materia: ita & in hoc. Sed differenter quidem: quia efficientia aliorum sacramentorum consistit in materia proxima illorum cum forma, quæ diuinam virtutem habet: sed efficacia huius sacramenti ordinis principaliter consistit in ministro profertente formam: sed materia adhibetur ad determinandum potestatem traditam, quod patet ex hoc, quod materia competit vsui potestatis.

A ¶ De effectu huius sacramenti ordinis.

**Q**UÆRITUR primo cum S. Thoma. Vtrum in hoc sacramento conferatur gratia gratum faciens. Respondetur autem, quod quia Dei perfecta sunt opera, non enim Deus deficit in necessarijs, ideo sicut gratiam confert suscipientibus alia sacramenta, quia suscipientibus ea est necessaria: ita gratiam confert ministris dum ordinantur, quia ut digne, & congrue alijs ministrent sacramenta gratia opus habent.

¶ Quæritur secundo. Vtrum in omnibus ordinibus imprimatur character. Respondetur autem, quod quia omnes ordines etiam minores perpetuo manent, & nunquam iterantur, & per omnes constituitur aliquis supra plebem per potestatem acceptam, ideo accipit signum distinctiuum, & indelebile, per quod distinguatur à plebe, id est, characterem.

¶ Quæritur tertio, Vtrum character ordinis, præsupponat characterem confirmationis. Respondetur autem, quod de necessitate sacramenti huius sacramento ordinis præsupponitur character baptismalis: quia baptismus est ianua sacramentorum: non autem de necessitate præsupponitur ei sacramentum confirmationis, sed solum ex congruitate sacramenti.

¶ Quæritur quarto. Vtrum character vnus ordinis præsupponat characterem alterius ordinis. Respondetur autem, quod quia potestates sunt distinctæ: ideo de necessitate sacramenti non est, quod suscipiantur prius inferiores, & minores ordines. At licet ecclesia sic modo ordinauit, ut nemo ordinetur per saltum: sed tamen in primitiua ecclesia solum in presbyteros ordinati, poterant quæ sunt inferiorum ordinum exercere; sicut ducatus in regno includitur. Sed tandem si quis per saltum ordinetur in maioribus ordinibus, ordines inferiores omisi suppleri sunt per eorum nouam receptionem.

D ¶ De qualitate suscipientium ordines.

**Q**UÆRITUR primo, cum S. Thoma. Vtrum in suscipientibus ordines requiratur bonitas vitæ. Respondetur autem, quod de necessitate præcepti in istis requiritur bonitas vitæ, sed non requiritur de necessitate sacramenti. Quia secundum D. Dionysium, cap. 1. ecclesiasticæ hierarchiæ, sicut Angeli sublimiores lumen à Deo acceptum in angelos inferiores influunt, & sicut corpus hoc solare lumen, quod habet in hæc inferiora corpora influit: sic minister ordinatus Dei formissimus, & Deo similis debet esse, ut gratiam acceptam à Deo alijs influat.

¶ Qua-

¶ Quæritur secundo. Vtrum in ministro ordinato requiratur scientia totius sacre Scripturæ. Respondetur autem, quod ordinatos ea tantum scire oportet, quæ ad ordinis suscepti executionem conducunt, ideo plus, vel minus oportet eos scire, secundum quod ad plura, vel pauciora eorum officium extenditur. Curatus ergo satis est, si sciat ea, quæ populus debet credere, & obseruare de lege Domini. Nam in difficilibus quæstionibus ad superiores, id est, episcopos debet haberi recursus. At vero hi ministri, qui cura animarum carerent, satis est, si sciant ritè conficere, & celebrare. ¶ Accedit & hic notandum, quod Concilium Trident. Sessio. 23. declarauit circa scientiam requisitam in ministris ecclesie. Nam cauetur cap. 2. ut minores ordines his qui saltem Latinam linguam intelligant conferantur. Et ibi ead. Sessio. 23. cap. 14. decernitur, ut ad presbyteratus ordinem non assumatur, nisi qui bonum habeat testimonium, & nisi examine præcedente comprobetur idoneus, ad docendum populum, necessaria ad salutem omnibus, & ad administranda sacramenta.

¶ Quæritur tertio, Vtrum ex merito vite aliquis ordinis gradus consequatur. Respondetur autem, quod non ex eo, quod aliquis habeat gratiam constituitur minister: sed ex eo quod participat aliquod gratiæ sacramentum, nempe sacramentum ordinis.

¶ Quæritur quarto. Vtrum promones indignos ad ordines peccet. Respondetur autem, peccare eum certè, quoniam infidelis seruus est, præcipue cum in detrimentum ecclesie hoc vergat & diuini honoris derogatione. Sicut etiam infidelis est terreno domino, qui in ei' officio aliquos inuitiles ponit: atque ideo peccatum mortale hoc est.

¶ Quæritur quinto. Vtrum in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto uti. Respondetur autem, quod peccat mortaliter quicumque in mortali existens sacros ordines exequitur: quia lex præcipit, ut homo iuste ea, quæ sunt iusta exequatur. Secus est si minister non ex officio, sed in aliquo articulo necessitatis faceret, quod licitum est facere laico, ut baptizare puerum morientem, vel leuare corpus Christi à terra, si inueniretur proiectum in terra.

¶ De diffinitione ordinum.

**Q**UÆRITUR primo cum Diuo Thoma, Vtrum debeant plures ordines distinguere. Respondetur autem, quod oportet esse plures ordines. Primo propter sapientiam Dei relucens in distinctione rerum ordinata, sicut Regina Saba admirata est ordines ministrantium in domo Salomonis. Secundo, ut per plures ministros perfectè impleantur ministeria: qua de causa

A Moyse alios seniores subdelegauit in iudices populi. Tertio. Propter infirmitatem hominis plura ministeria implere non potentis. Quarto, ratione profectus, quem cooperando Deo in his diuinis ministerijs ministri distincti assequuntur.

¶ Quæritur secundo. Vtrum sint septem ordines. Respondetur esse septem (ut constat) scilicet, Sacerdotium, Diaconatum, Subdiaconatum, ordinem etiam Acolytorum, Lectorum, Exorcistarum, & Ostiariorum, quorum distinctio sumitur in ordine ad Eucharistiam.

¶ Quæritur tertio. Vtrum ordines debeant distinguere per sacros & non sacros. Respondetur autem, quod sic distinguatur. Nam tres tantum sunt sacri, scilicet, Sacerdotium, Diaconatus, & Subdiaconatus: quia habent aliquem actum circa aliquam rem consecratam. Sacerdos, & Diaconus, circa corpus & sanguinem, Subdiaconus circa vasa consecrata, alij vero ordines dicunt non sacri.

¶ Quæritur quarto. Vtrum actus ordinum conuenienter assignentur. Respondetur autem, quod conuenienter talis distinctio hic assignatur, quia ad Eucharistiam multa ordinantur. Nam præter principalem actum consecrandi corpus, alij actus requiruntur. Sed neque est inconueniens, quod vnus ordo plures actus habeat, sicut etiam virtus quanto est superior tanto ad plura se extendit.

C ¶ Quæritur quinto. Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione. Respondetur autem, ibi utique imprimatur sub certa forma. Nam potestas datur sacerdoti in principali actu sacerdotio signato. At principalis hic actus est consecrare corpus Christi & sanguinem ideo sacerdoti in datione calicis continentis materiam, scilicet, hostiam & vinum imprimatur character sacerdotalis. Sacerdotibus autem, & diaconis, ut pote ad magna idoneis sit impositio manus: per quam plenitudo gratiæ significatur, sed soli sacerdoti corpus Christi tractaturo inunguntur manus. Character autem diacono imprimitur in euangeliorum datione: quia diaconus non potest tangere corpus Christi, sed portare, & eius sanguinem dispensare in calice: ideo eius potestas non potuit exprimi per dationem vasis, tantum, neque per dationem materie solum, sed per secundarium actum, scilicet, legendi Euangelia, in qua potestate includitur alia. Acolyths autem imprimatur character in datione vrceoli, & Subdiacono in datione calicis. Circa quod nota cum Soto in. 4. Sententiarum, quod probabilius est, quod contactus materie sit de necessitate sacramenti ordinis. Addit tamen quod cum sit cæremonia fortasse satis est tangere calicem, licet ordinatus non contingat hostiam, sed adhibenda est diligentia, ut ordinandus sacerdos tangat hostiam.



¶ De conferentibus hoc sacramentum.

**Q**uæritur primo cum S. Thoma. Vtrum episcopus sacramentum ordinis conferat. Respondetur, vti que, quia potestas episcopalis est sicut potestas politica communicans bonum commune, & collocans singulos in ordine suo. Et ideo episcopus ipse confirmat, benedicat virgines, ordinandos ordinat, vasa consecrat: Sicut etiam princeps excellentioris potestatis distribuit officia in republica.

¶ Quæritur secundo, Vtrum hæretici, & ab ecclesia præcisi possint ordines conferre. Respondetur autem, quod isti tales si seruent formam ecclesie & eius intentionem, vera sacramenta conferunt. Neque enim characterem amittunt, quia redeunt ad ecclesiam, iterum non ordinantur, sed cum talibus sacramentis gratiam non dant. Et hoc non propter inefficaciam sacramentorum, sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta, propter prohibitionem ecclesie, excepto, nisi baptismus ab eis recipiatur in articulo necessitatis.

¶ De impedimento huius sacramenti.

**Q**uæritur primo cum D. Toma. Vtrum sexus foemineus ordinum susceptionem impediat. Respondetur autem, quod de necessitate sacramenti & non solum de præcepto impeditur foemina à susceptione huius sacramenti, propter seruandam significationem huius sacramenti. Nam in eo datur potestas. Requiritur autem, quod huius potestatis capax habeat eminentiam gradus, & sexus, quia caret mulier, quippe quæ ex naturali conditione sua statum subiectionis habet, atque ideo inhabilis est ad ordines. Sed diaconissa dicebatur olim, quæ legebat homilias de presbytera dicebatur senior: nam id nomen significat.

¶ Quæritur secundo, Vtrum pueri carentes usu rationis ordines possint suscipere. Respondetur autem, quod id certe possunt. Quoniam omnia sacramenta ubi non requiritur actus suscipientis, sed aliqua potestas datur possunt pueri suscipere, quemadmodum est sacramentum ordinis de facto. Sed ratione præcepti signantis ætatem cuiuslibet ordinis suscipiendo non licet sub poena suspensionis anticipare tempus. Sed iam Concilium Tridentinum, 23. cap. 12. statuit nullum in posterum ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum, scilicet, ceptum posse licite pro-

**A** moueri. Aduerte tamen quod in episcopis ad dignitatem episcopalem acceptandam usus rationis est de necessitate: quia accipiunt potestatem supra corpus Christi mysticum; & acceptatio episcopatus est veluti quodam matrimonium.

¶ Quæritur tertio, Vtrum seruitus impediatur alicuiusquem à susceptione ordinis. Respondetur autem, quod quia libertas non est de necessitate sacramenti, sed præcepti, quia non impedit potestatem ordinis seruitus, sed actum tantum: ideo non possunt serui ad sacros ordines promoueri, quibus homo diuinis officijs mancipatur, sicut neque alij obligati rationi: quia fieret iniuria tertio. Sed tamen si ordinetur vere suscipiunt ordines sibi collatos.

¶ Quæritur quarto, Vtrum propter homicidium debeat quis ab ordinibus prohiberi. Respondetur autem quia omnes ministri ecclesie debent conformari in significatione sacramenti Christi occiso, & non occidenti, ideo homicidæ à sacris arcentur, ordinibus ex ecclesie præcepto, non vero ex necessitate aliqua sacramenti.

¶ Quæritur quinto, Vtrum illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri. Respondetur autem, quod certe impediuntur. Et huius causa est: quia ordinati constituuntur in quadam dignitate: ideo ex honestate licet non ex necessitate sacramenti requiritur in ordinatis claritas quædam etiam natalium. Ac per consequens illegitime nati & publice poenitentes, & alij criminibus publicis notabilibus obsecrati, nisi cum eis dispensetur, necessitate præcepti arcentur ab ordinibus.

¶ Quæritur sexto, Vtrum mutilati aliquo membro impediuntur ab ordinibus. Respondetur autem, quod quia requiritur claritas, & executio in ordinato, ideo necessitate tantum præcepti ab ordine arcentur mutilati aliquo membro, unde sequitur notabilis infamia, vt ex abscissione nasi, vel quod ordinis executionem impediatur.

¶ De annexis sacramento ordinis.

**V**trum ordinati debeant tonsuram deferre. Respondetur autem, quod ideo tales tonsuram deferre debent. Primo quia corona significat eminentem dignitatem, ad quam assumuntur ordinati: & secundo quia corona est figura perfecta, quippe quæ circularis figura est, significans perfectionem, qua ordinati perfecti esse debent. Igitur rasura coronæ in qua raduntur capilli à parte superiori, significat ablationem obicis circa supernaturalia, & spiritualia, sed ex parte inferiori significat ablationem obicis, id est, implicationis in temporalibus.

¶ Secun-

¶ Secundo quæritur, Vtrum corona sit ordo. Respondetur, quod non est ordo sed præambulum ad ordinem, quia tonsurati per coronam non deputantur ad ea, quæ per potestates determinatas sunt exercenda, sed ad officia omnibus ecclesiasticis communia, scilicet, ad dicendas diuinas laudes.

¶ Tertio quæritur, Vtrum per receptionem coronæ renuncietur temporalibus bonis. Respondetur autem per eam temporalibus non renunciari, quia terrenorum possessio non contrariatur cultui diuino, ad quem clerici deputantur. Quia secundum D. Gregorium affectus, id est, nimia sollicitudo in crimine est.

¶ Quæritur quarto, Vtrum supra sacerdotalem ordinem debeat esse potestas episcopalis. Respondetur, quod ideo oportet esse potestatem episcopalem supra sacerdotalem, quia secundum actum ordinis sacerdotalis, qui est absolueri, vel ligare non potest simplex sacerdos exercere sine iurisdictione, quam tradit illi episcopus, dum illi tradit materiam, id est, subditos quos circa hoc ei subijcit. Circa autem primum sacerdotis actum, qui est consecrare corpus Christi, & sanguinem (quia materia consecrationis huius est determinata per Christum) non dependet sacerdos iam ordinatus ab episcopo. Preparant tamen episcopi vestes & alia consecrando tanquam ex cõgruitate ad hoc præsupposita.

¶ Quæritur quinto, Vtrum episcopatus sit ordo. Respondetur autem quod episcopatus est ordo vt est quoddam officium ad sacras actiones. Sed non est ordo, prout est sacramentum: quia omnis ordo, prout est sacramentum, ordinatur ad eucharistia sacramentum, supra quod superioritatem maiorem non habet episcopus, quam sacerdos, nisi in ordine ad corpus Christi mysticum.

¶ Quæritur sexto, Vtrum supra episcopos possit esse aliquis superior in ecclesia. Respondetur, quod hoc est necessarium, quia super particularia regimina episcoporum oportet esse aliquod vniuersale regimen, quod totam ecclesiam, quæ vnum corpus est Christi mysticum colligat ad bonum commune. Alias non posset ista vnitas corporis mystici conservari, nisi supra episcopos specialia regimina habentes, poneretur papa totius ecclesie regimen obtinens, quippe qui est vniuersalis vicarius Christi Domini. Vnde negantes hanc vniuersalem papæ potestatem schismatici dicuntur, vt potestatis ecclesie diuisores.

¶ Quæritur septimo, Vtrum vestes ministrorum sint sufficienter institutæ. Respondetur autem, quod conuenienter ecclesia ab Spiritu sancto edocta, has vestes destinavit vnicuique gradui & ordini. Amictus enim fortitudinem significat; Alba puritatem, Cingulum repressionem car-

nis, Manipulus extersionem minimarum macularum. Stola in humero sinistro applicationem ad sacramentorum ministerium in diacono. Stola in utroque humero sacerdotis significat sacerdoti plenam potestatem esse collatam, Dalmatica vero in diacono significat largam dispensationem, id est, sanguinis: calula autem in sacerdote significat charitatem. At vero in episcopis Caligæ rectitudinem gressus, Sandalia contemptum terrenorum, Tunica perseverantiam, Dalmatica largitatem elemosinæ, Chirothecæ cautelam, Mitra scientiam vtriusque testamenti, Baculus curam pastoralem significant, de qua cura habetur versus, Collige, sustenta, stimula бага, morbida, lenita. Finis materiae sacramenti ordinis.

¶ De matrimonio.

C A P. XXXIII.

¶ An matrimonium cadat sub præcepto: Et an eius actus sit licitus vel meritorius.

**N**ostquam reliquas materias sacramentorum Deo obsecundante, absoluiimus, ne inuita sermo de sacramentis sua perfectione careret adieciamus & hic de sacramento matrimonij disputationem expedire. Et quidem tanto magis hanc materiam hic succincte stringere est animus, quanto diffinitio Concilij circa matrimonia clandestina multas abstulit de medio difficultates, quæ olim diffusius per tractabantur, quas hic attingere tantum & prælibare facte esse ducimus. Tum etiam, quia pleraque dubia egregia & scitu digna ad hanc materiam attinentia in aliquibus præcedentibus huius instructo-rij conscientie locis discussa reliquimus.

¶ Igitur de sacramento matrimonij, vt est in officium naturæ peracturo, visum est ordinem D. Thomæ in additionibus seruando, primo, quæ- rere, vtrum matrimonium sit de iure naturali Respondetur autem iuxta mentem & verba eius, quod matrimonium, vt est in officium naturæ, est naturale, non sicut ex principijs naturæ necessitate causatum, vt lapidi moueri sursum, sic est naturale, sed quia matrimonium sic est ex inclinatione naturæ, sicut & actus virtutum mediante libero arbitrio. Quoniam natura hominis inclinatur ad generandum similem in statu perfecto virtutis: quod quidem conuenienter non fit, sine vinculo perpetuo matrimonij. Et quia natura hominis inclinatur coniuges ad præbenda sibi obsequia, nam vxor & vir in necessarijs sibi subueniunt, quod fit per matrimonium est: ergo matrimonium naturale ex parte finis.

¶ Circa

¶ Circa quam doctrinam D. Thomæ notandum est, quod quantum ad sacramenta septem ecclesiæ, inter quæ matrimonium adnumeratur sunt sacramenta fidei, ut pote quæ supernaturalia sunt: tam enim quædam sunt solius fidei, ut omni non supernaturalia sunt, ut baptismus, confirmatio, eucharistia, &c. Sunt vero alia, quæ aliquid naturale habent admixtum, cuius modi est poenitentia, & coniugium. Nam quemadmodum natura instigat ad poenitendum de malefactis, qua ratione poenitentia virtus quædam est, cui natura præter lumen fidei & institutionem sacramenti inclinationem tribuit: sic pari modo coniugium habet, & quod sit tum in officium naturæ, tum sacramentum. Quod circa hic prius de coniugio, quatenus est in officium naturæ, agendum suscepimus: & deinde quatenus est sacramentum.

¶ Secundo queritur cum Diuo Thoma, Vtrum matrimonium cadat sub præcepto. Respondetur autem, quod non tenentur nunc viuentes in lege gratiæ ex præcepto contrahere matrimonium. Quoniam natura ad matrimonium inclinatur, sicut ad quoddam bonum non cuiuslibet particulariter necessarium, sed necessarium communitati ad conseruationem speciei humanæ, quæ bonum quoddam commune est. Præcepta autem obligantia communitatem non sunt implenda per omnes: alia sibi inuicem essent impedimento, si omnes eiues reipublicæ vellent, verbi gratia, esse agricultores, aut factores.

¶ Circa quam doctrinam Diui Thomæ perpendendum est primum, ex prædicta doctrina D. Thomæ rectè colligi, quod si in Republica contingeret, ut aliqua ars mechanica reipublicæ necessaria artificibus, qui ei vellent vacare caret, tunc princeps compellere posset eos, qui essent necessarii. Pari ergo ratione lex matrimonij non singulos, sed ipsam rem publicam astringit, ut ipsa hanc legem matrimonij per aliquos impleri procuret, quando necessitas sic providendi vigeret. Alioquin providentia Dei naturæ quæ instinctus, & voluptas sufficit, ut non desint, qui sponte velint rei uxoriæ & filiorum propagationi incumbere.

¶ Ex prædictis quoque considerandum est, inde assumi aliquale fundamentum ad illius dubij decisionem, vbi quæritur solet, vtrum si genus humanum ingruentibus calamitatibus famis, aut pestis ad id status perueniret, ut periculum immineret, ne species humana penitus interiret, posset tunc cogi sacerdotes & religiosi, & sanctimonialis ad coniugia celebranda. Igitur breuiter contra Paludem in 4. dist. 26. q. 3. & contra a se citatos ibi Doctores, mihi magis arridet tãquam verisimilior opinio affirmatiua Soti, scilicet, q. si soli prædicti remanerent in mundo, neque essent

aliæ faculares, quos princeps posset cogere ad ineunda coniugia pro restauratione, & conseruatione generis humani, ipsi licet voto castitatis essent obstricti ad matrimonia contrahenda huius necessitatis supplendæ gratia, tenerentur. Tum, quia nisi reuelatio specialis fieret tunc a Deo de numero electorum completo, ac proinde de aduenitu finis mundi ius naturale, & commune seruandum esset. Nam cessatio mundi quæ isti sibi persuadent tunc præsumendam esse fore, Deo sic disponente, procul abest ab humana cognitione. Quoniam, ut Christus Dominus Apostolis prædixit, horam illam nemo scit, neque filius hominis. Neque enim in nostra potestate situm est, nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.

¶ Aduertendum est tertio, præceptum istud de matrimonio contrahendo antea in natura integra fuisse positum, ut pro cuiuscunque status ratione deseruaret, scilicet, ut in statu naturæ integræ ante peccatum, vbi nulla concupiscentia dominabatur in officium multiplicandi & propagandi speciem humanam esset, & ut post innocentiam statum in remedium contra effrenatam concupiscentiæ peccatum cederet hominibus. Attamen tanquam verum sacramentum non potuit institui, nisi a Christo in lege euangelica.

¶ Non enim illa creatio, qua Deus creans hominem masculum, & foeminam creauit, institutio fuit sacramenti. Sed neque instigatio illa Dei, qua instigatus dixit Adam: Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea: quam obrem relinquet homo, & cætera: fuit institutio aliqua sacramenti. Non enim opus habebat Deus per verba Adæ hanc institutionem facere, quod si D. Paulus sacramentum hoc magnum esse testatus est, scilicet, in Christo & ecclesia, nullatenus per hoc significare voluit, tunc fuisse institutum in sacramentum proprie matrimonium: Sed ideo sacramentum id esse affirmavit: quoniam fuit id quoddam mysterium præseferens quandam significationem desponsationis Christi domini cum ecclesia: & erat a Christo instituendum in noua lege in verum, & propriam sacramentum matrimonium ipsum.

¶ Ex prædictis sequitur corollarie istud præceptum matrimonij (quoniam naturale est, & quoniam ex principijs per se notis naturæ efficiaci sic illatione infertur, ita ut vni sapientes ea inficiari nequeant) non fuisse reuocatum, sed obligare rem publicam modo iam exposito. Vnde rursum corollarie secundo consequitur, quod huiusmodi matrimonij præceptum, licet semper duret in republica nullatenus tamen consilio castitatis aduersatur. Siquidem ex ipsa Dei providentia naturæ quæ instinctus, & voluptate: vbi matrimoniali admixta non desunt, qui absque coactione rei

ne rei uxoriæ operam impendunt. Sed neque castitatis votum præcepto iuris naturalis conseruandi humanum genus obstat: quia votum castitatis semper includit conditionem illam, nisi ius naturæ conseruandi genus humanum propter imminens necessitatem aliud expolcat. Vnde nunc hoc præceptum non singulos obligat, licet in status innocentiam initio, & post delictum statim singulos forte obligauit.

¶ Queritur iam tertio cum D. Thoma, Vtrum actus matrimonialis sit licitus. Respondetur autem, quod quia natura humana a Deo instituta est bona, sit consequens, ut eius inclinatio ad sui conseruationem bona etiam sit. Cum autem per matrimonialem actum natura conseruatio fiat, impossibile est dicere, quod actus matrimonialis, quo proles procreatur vniuersaliter illicitus sit. Neque obstat, quod in tali actu sit redundantia passionis. Quoniam hæc licet rationis vltimum tollat præteritum: si tamen rationis ordinem non tollit, non est peccatum: alioquin somnus esset peccatum. Igitur non fructio deuitanda est in tali actu, sed nimia fructio a coniugibus est fugienda. Neque obstat, quod in tali actu matrimonia sit turpido subsit: quoniam hæc turpido coniugalis officij non est culpa, sed poenæ ex peccato primorum parentum provenientis. At quia hæc turpido concupiscentiæ continetur in actu coniugali, excusatur in totum per bona matrimonialia ab specie mali, quam alius, illa præsefert turpido. Neque obstat, quod Diuus Chrysostomus super Matth. cap. 19. ait matrimonium mercedem non præstare: quia id intelligit ex ea sola parte, qua actus matrimonialis caret difficultate, & labore annexis virtuti. Sed tamen, quia ex alia parte non caret difficultate ponendi medium inter extrema, ex hac parte, ut pote qui virtus est actus, mercedem meretur. Sicque glossandus est magister Sententiarum. Neque obstat insuper, quod actus matrimonialis semper sit cum aliquo motu sensualitatis. Quoniam non omnis motus sensualitatis, seu concupiscentiæ est peccatum veniale, nisi quando est de aliquo delectabili præter rationis ordinem, qualis non est matrimonialis usus: sed neque motus primus concupiscentiæ venialis culpa est. Igitur, quia actus coniugalis ad virtutes obedientiæ & iustitiæ & religionis pertinet, quia per illum obedientiæ officium impletur coniugi debitum iustitiæ redditur, & Deo cultus redditur, procreando filios ad eius cultum & religionis Christianæ professionem: ideo si procedat ex gratia meritorius est apud Deum. Satis enim est quædam virtualis relatio ad hos fines, neque opus est ad meritum, ut dum copulantur carnaliter coniuges inter se, istos fines meditetur.

¶ Neque licet hinc inferre, quod fractus matrimonialis meritorius est: quod laudè tribuenda sit nimia eius frequentia. Nam licet istud sit bonum officium, non tamen sibi laudem vendicat optanti. Sicut etiam bonum est aliquando comedere, sed laudabilis est abstinere. Ideo Paulus insinuat, quod licet bonum sit, non se defraudare coniuges, sed tamen melius est, ut communi consensu aliquando abstineant, ut præratione vacent. Præterquam, quod moralis actus, ut bonus sit, ut suis circumstantijs modo, & quantitate sit vestitus, oportet.

¶ Quarto queritur, Vtrum actus matrimonij sit meritorius. Respondetur autem, quod talis actus, si sit ordinatus ratione, sic quod ratione religionis, vel iustitiæ coniuges ad ipsum induantur (quoniam tunc bonus actus est) si sit in habentibus gratiam meritorius est, si autem tales libidine moueantur ad actum intra bona matrimonij se continentem tantum venialiter peccabunt. Ut, verbi gratia, cum taliter quis ex libidine accedit ad suam, quod si non esset sua, nullatenus ad eam accederet. Secus autem est, si ita effrenate efferatur, quod ad eam accederet, etiam si sua non esset. Quia tunc mortalis esset talis accessus, id est, propositum accedendi ad alienam, si aliena esset, quod tunc concipit. Aduertendum est denique, quod error hæreticorum nuptias, atque vltim earum tanquam quid illicitum damnantium, damnatur in Concilio Bracarensi, & Toletano. 1. confutaturque ex illa autoritate D. Pauli. 1. ad Timoth. 4. vbi ait: Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus quidam discedent a fide in spiritum dæmoniorum prohibentium nubere, & iubentium abstinere a cibis, quos Deus creauit.

## C A P. XXXV.

*An matrimonium sit sacramentum nouæ legis:*

*Et an debuit institui ante peccatum: Et an conferat gratiam: Et an minister ecclesiæ sit de essentia huius sacramenti: Et quid post Concilium Tridentinum requiratur ad eius valorem: Et an per literas, vel per procuratorem contractum sit validum: Et an copula sit de eius integritate.*

¶ Quæstio. 2. de Matrimonio.

¶ Queritur primo cum D. Tho. Vtrum matrimonium sit sacramentum nouæ legis. Respondetur autem, quod sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis contra peccatum exhibitum per sensibilia signa. Vnde cum hoc inueniatur in matrimonio inter sacramenta computatur.

Cuius

Cuius quidem sacramenti forma non est benedictio sacerdotis, ut pote quæ est quodam sacramentale. Sed ipsa verba, quibus consensus exprimitur matrimonialis, huius sacramenti sunt forma. Insuper, quia sacramentum hoc perficitur per actum utentis hoc sacramento, sicut poenitentia: ideo in his sacramentis actus illa suscipientium, ut subiiciuntur sensibus materia, illorum sunt, quia sunt loco materialis elementi. Habet præterea sacramentum matrimonij efficaciam ex passione Christi: quia ei conformatur, quantum ad charitatem, à Christo Domino ostēsam in passione erga sponsam suam ecclesiam, licet non conformetur passioni Christi, quantum ad poenam. Quibus adde, quod hoc idem sacramentum non significat unionem Christi cum ecclesia, tanquam rem contentam in hoc sacramento, quam efficiat, sicut alia sacramenta rem contentam in ipsis efficiunt, sed habet aliam rem contentam, & significatam, quam efficit contra Magist. Senten. Quocirca in hoc sacramento: sacramentum tantum sunt actus exterioris apparentes: sed res sacramenti est obligatio, quæ in nascitur viri ad mulierem ex talibus actibus: sed res ultima contenta, est effectus sacramenti, id est, gratia.

¶ Circa quam doctrinam D. Tho. notandum est primò, hanc assertionem D. Tho. scilicet, quod matrimonium in noua lege est sacramentum esse rem catholicè diffinitam. cap. ad abolendam. de hæretic. Vbi damnantur, qui aliter quam ecclesia Romana de 7. sacramentis ecclesie senserint: inter quæ numeratur matrimonium. Et in Concilio Constantiensi Sessio. 1. contra Ioannem Hus, & in Concilio Florentino contra Erasmodum id reuocantem in dubium.

¶ Secundò aduertendum est contrahentium verba, aut nuptus, qui eorum loco substituentur, esse materiam & formam. Neque refert ut bene astruit Sotus, præcedentia sint, aut sequentia, ut illa sint materia, hæc vero forma contra Ricard. Sed siue prius vir suum consensum exprimat, siue vxor, amborum verba sibi inuicem sunt materia & forma. Nam vtriusque verba per verba alterius informantur, & perficiuntur, quantum ad significationem, & colligationem coniugalis coniunctionis. Ex quo sequitur benedictiones ecclesie accidentariam formam esse pertinentem ad solennitatem sacramenti matrimonij, non ad eius essentiam. Hinc iam corollarie primò sequitur, opinionem Paludis in 4. dist. 26. quæst. 4. cui accedit Couar. in epitome, de sponsal. & matr. c. 1. part. 2. §. vnic. vbi allegat Adrianum in 4. tract. de matrim. in eius gratiam, non esse consentaneam veritati, quæ isti affirmant, materiam matrimonij, ut sacramentum est, esse ipsos contra-

**A**hentes. Nam si materia debet esse pars sacramenti, quomodo sit consequens, ut contrahentes ipsi, qui non sunt pars sacramenti, sed subiectum eius possint esse eius materia. Præterea secundo etiam inferitur, opinionem glo. in cap. tua nos. de sponsal. quam sequuntur Iurista, & Baldus in rub. ff. de inst. & iure. quæ opinantur materiam huius sacramenti esse internos consensus contrahentium dissonam esse à veritate (licet ei subscribat Nauar. cap. 22. du. 20.) Et patet quoniam tam materia, quam forma sacramentorum sunt sensibiles, at internus consensus sensibiles non sunt.

¶ Hinc denique tertio detegitur fallacia Durandi assertentis, verba seu nuptus non posse esse materiam: quoniam in omnibus sacramentis verba sunt forma, & materia est res, quæ distinguitur contra verba: siquidem rebus & verbis perficiuntur sacramenta. Quoniam respondetur ad Durandum, quod quando dicimus, materiam esse rem, non sic strictè id accipiendum est, ut res distinguatur à verbo, sed vtriusque verba possunt esse materia respectu verborum alterius, siue præcedant siue sequantur, ut prædictum est. Quod etiam plane patet in sacramento poenitentiae, vbi etiam ipsa confessio vocalis, quæ consistit in verbis, non obstante quod per verba fiat, materia proxima est sacramenti, quæ perficitur per verba absolutionis, quæ sunt forma sacramenti.

¶ Quæritur secundo, Vtrum matrimonium debuit institui ante peccatum. Respondetur autem, quod matrimonium, ad quod natura inclinatur intendens ex eo aliquod bonum diuersam institutionem accepit in diuersis statibus hominum, iuxta bonum per matrimonium intentum. Ideo matrimonium, ut ordinatur ad procreationem prolis (quoniam hæc erat necessaria etiam non existente peccato) sic institutum fuit ante peccatum. Secundum autem, quod remedium præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ. Secundum autem determinationem personarum institutionem habuit in lege

**D**Moyfi. At secundum quod repræsentat mysterium coniunctionis Christi & ecclesie, institutionem habuit in noua lege, & secundum hoc est sacramentum nouæ legis. Igitur ante peccatum institutum fuit matrimonium, ut est in officium naturæ ad prolem propagandam. Quatenus verò per gratiam, quam confertur est remedium contra peccatum, & quatenus est signum coniunctionis Christi, & ecclesie iam factæ, sic institutum in noua lege: quia secundum has duas rationes competit ei esse sacramentum nouæ legis. Neque inconuenit, quod matrimonium secundum diuersa habuerit diuersas institutiones. ¶ Circa prædictam doctrinam, quoniam potest quis obijcere, quod

quod alia sunt peccata grauiora, contra quæ nullum institutum est sacramentum, & per consequens, quæq; debuit institui hoc sacramentum matrimonij contra concupiscentiam. Respondetur cum Soto, quod quia concupiscentia est vitium totius nature, id quæ homini quasi natium, ideo indigebat præ alijs remedijs potissimum in re tam necessaria, quam est generis humani propagatio.

¶ Quæritur tertio, Vtrum matrimonium conferat gratiam. Respondetur autem contra alios, quorum opiniones confutat D. Tho. quod matrimonium habet quod in quantum in fide contrahitur conferat gratiam adiuantem ad illa opera, quæ in matrimonio requiruntur. Patet primò, quia secundum D. Aug. matrimonium est ægrotis in remediū, scilicet, ad reprimendam concupiscentiam, sed concupiscentia non reprimitur, nisi per gratiam: ergo in ipso confertur gratia: cuius non tantum est signum contra alios, sed est eius causa. Quoniam si solum esset signum gratiæ secundum hoc in nullo abundaret à sacramentis veteris legis, vnde non esset aliqua ratio, quare sacramentis nouæ legis adnumeraretur. Item secundo patet: Quia non solum matrimonium ut sacramentum præbet remediū satisfaciendo concupiscentiæ, ne deinceps ruat (ut dicebant alij) quia ex ipsa natura actus hoc etiam habuit in veteri lege. Præbet igitur nunc remedium conferendo gratiam, non solum ut recedatur à malo per hoc, quod actus matrimonialis excusatur à peccato, ut dixerunt alij: quia hoc esset nimis parum: nam hoc etiam in veteri lege habuit. Sed præbet gratiam non solum impediendam peccati, sed adiuantem ad ea exequenda opera, quæ in matrimonio sunt requisita. Nam eadem est gratia, quæ impedit peccatum, & ad bonum inclinatur. Sicut idem calor, qui aufert frigus, est qui calefacit. ¶ Vltimò etiam patet: Quia vbi cunq; datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus homo cõmuniter possit vti facultate illa. Sicut videre est in omnibus potentijs animæ, quibus respondent aliqua membra corporis, quibus in actum prodire possint. Igitur cum in matrimonio detur homini ex diuina institutione facultas vtendi uxore sua, ad prolis procreationem, consequens est, ut detur ei gratia, sine qua id cõuenienter facere non possit, sicut de potestate ordinis dictum est. Et sic ista gratia data, est vltima res contenta in hoc sacramento. Habet ergo matrimonium esse sacramentum conferens gratiam, non principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis, sed ex passione Christi, quia Christus Dominus illud sua passione repræsentauit, gratiamq; operatur, ut instrumentum passionis Christi. Neq; est stultum ab hoc sacramento abstinere. Nam & si sit remediū contra concupiscentiam peccati, sed contra eam alia efficaciora remedia spiritualia ad-

**A**hiberi possunt ab his, qui matrimonio non vtuntur: cuiusmodi sunt ieiunia, vigilie, mortificatio carnis per cilicia aut disciplinam. Neq; obstat, quod opera concupiscentiæ congregata secundum se, nata sint concupiscentiam augere: quia secundum quod ratione ordinantur ipsam reprimunt. Quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones & habitus. Et ad hoc vt ratione ordinentur adiuvat gratia, quæ in hoc sacramento datur: quæ reprimat concupiscentiam in sua radice.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Tho. notandum est primò, quod veritas hæc, scilicet, quod matrimonium in noua lege à fidelibus susceptum sacramentum sit conferens gratiam tanquam catholica habenda est, eiusq; negatio tanquam hæretica. Nam licet Sotus in 4. dist. 26. q. 2. art. 3. concedens ægri posse defendi, non esse erroneum, imo hæreticum hanc veritatem negare & tandem id moderetur, censens saltem esse temerarium & valde periculosum. Sed nihilominus tamen post Concil. Florent. diffiniens, nostra sacramenta in hoc differre à veteribus, quod nostra conferant gratiam, quam vetera solum significabant: non est ambigendum de hac catholica fide. Præsertim post diffinitionem Concilij Tridentini, qua Sessio. 24. de sacramento matrimonij, can. 1. sic eam in forma diffinit: Si quis dixerit matrimonium non esse vere, & propriè vnum ex septem legis euangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in ecclesia intentum: neque gratiam conferre, anathema sit. Igitur si S. Thomas & antiqui patres hæc Concilia ætate attigissent, non tantum affirmassent prædictam assertionem esse probabiliter, sed esse catholicam. Neq; obstat primo argumentum, quo sic arguitur in contra. Primo, quod non potest ecclesia formas & materias sacramentorum immutare, sicut videre est in alijs sacramentis, quoniam sunt tanquam fundamenta solida, atq; immutabilia, quæ Christus Dominus fundator ecclesie Apostolicæ & catholicæ præiecit. At verò ecclesia materiam matrimonij solet immutare inhabitabilibus efficiendo quasdam personarum atque earum consensus ad inter se matrimonium contrahendum.

**D**Vnde videtur inferri, quod matrimonium non conferat gratiam tanquam sacramentum. Quoniam respondetur primò, quod hæc est differentia inter reliqua sacramenta, & inter sacramentum matrimonij & poenitentiae, quod in reliquis sacramentis instituit Christus & prædesignauit omnino determinatas materias in specie: vnde nequeunt per ecclesiam immutari. In poenitentia autem & in matrimonio magis in genere & in vniuersali prædiffiniuit, scilicet, quod in sacramento poenitentiae materia esset confessio subditi sacerdoti absoluenti quantum ad hoc, siue talis subiectio esset per iurisdictionem ordina-



dinariam, siue per cōmissionem. Atque etiam in matrimonij sacramento materia essent verba cōtrahentium personarum, non qualiumcunque, sed ad id vinculum contrahendum legitimarum, & habilium. Sicut ergo, quia sic expediebat, in pœnitentiæ sacramento ecclesiæ iurisdictionem distribuēdi facultatem Christus impertuit, quatenus in particulari posset subdere fideles pœnitentes, scilicet, in particulari huic vel alteri sacerdoti quo ad confessionem: ita etiam facultatem suæ ecclesiæ impendit personas habilitandi, vel inhabilitandi ad contrahendum coniugium. Vnde de ecclesiæ materia, pro vt in genere in his duobus sacramentis pœnitentiæ & matrimonij eam instituit Christus, nusquam immutabit, licet in particulari iurisdictiones circa sacramentum pœnitentiæ distribuerit, & circa matrimonium in casibus particularibus, puta, affinitatis, & consanguinitatis personas inhabiles ad id reddiderit, præterea respōdetur ad id clarius & subcinctius, quod quia matrimonium hoc peculiare habet, quod sit alias quidam contractus veluti civilis, de cuius natura est, quod initus inter personas illegitimas, & inhabiles ad contrahendum robur valoris non sortiatur, ideo Christus Dominus illud in sacramentum, hoc est, in instrumentum cōferendæ gratiæ instituens, solum illud matrimonium sacramentum fore constituit, quod alias validus esset contractus, nempe, inter legitimas & habiles tantum personas initus. Personas autē ad id habiles Christus non præsignauit: sed eas præsignādi ecclesiæ facultatē largitus est. Quo circa ecclesiā habilitādo, vel inhabilitādo ad matrimonium contrahendū personas nihil præter institutum Christi innouat, aut immutat: quinimo intentioni Christi in hoc se conformat. Neque obstat secundo argumentū, quo arguitur, quod matrimonium, quia in causa esse videtur, vt homo à perfectiori decidat statu, nempe, cælibatus: & quoniam impedimento videtur esse homini vt ad perfectiorē pertingat statū, non videtur cōferre gratiā, ac per consequens, neque esse sacramentū (nō enim videtur Christus ad hoc instituisse sacramentū collatiua gratiæ, vt instrumenta essent impeditiua perfectioris status. Quoniam respōdetur, quod matrimonium sub ea ratione, qua sacramentū est conferens gratiam (cū per gratiā hominē ipsum perficiat) hominē deterioris conditionis esse nō efficit, neque perfectioni aduersatur. Sed tamen quatenus quidam contractus est, immergens hominē in mille sollicitudines, & curas retardantes ab amorosa & feruorosa vnione cū Deo quod sit per statum religionis, sic ab statu perfectioni impedit. Nō ergo valet cōsequētia Durādi, vt hic arguit, scilicet, quod status matrimonij est imperfectior: ergo per sacramentū matrimonij nō cōfert

A Deus gratiam ad officia illius. Sicut non valet consequentia ista in simili, scilicet, opera vitæ actiua non tanta perfectione præstant sicut opera vitæ contemplatiua, cui secundum D. Thomam. 2. 2. quæst. 182. art. 3. ratione occupationis exterioris aliquale impedimentum, & non infrequens præstant: ergo ad opera vitæ actiue exercenda bonus Christus per sacramenta non confert gratiam, vt meritoria possint esse & accepta Deo. Item secundo respondetur, quod Deus dū, scilicet, matrimonium in sacramentum instituit, quod gratiam conferret, non tam attendit ad statum inferiorem, in quo matrimonium homines cōstituit: sed prospexit ad eius finem id bonum naturæ commune: quod quidem per ipsum propagatur. Vnde sicut (vt tradit D. Thomas) in sacramento ordinis Deus, quia eius perfecti sunt opera, gratiam gratum facientem per ipsum sacramentum confert ministris sacramentorum in ordine ad bonū commune spirituale Christiani populi, scilicet, vt congruē ei sacramenta dispensent: ita etiam in ordine ad bonū commune, id est, in ordine ad instituendā inde procreatā prolem in sanctis & spiritualibus vitæ moribus gratiam nubentibus per sacramentum matrimonij conferre cōstituit. Nā bonum commune, quia autore Aristotele, quodammodo quoddā bonum diuinū est, non incongruē gratiā Dei pro sua promotione & propagatione exposcit. ¶ Præterea nō obstat tertio argumentū, quod obijciūt Hostiensis, & Canonistæ, scilicet, quod cum sacrilegiū simoniacū nō sit expetere aliquod temporale, id est, dotem pro contrahendo matrimonio, videtur inde sequi, quod matrimonium non sit sacramentum gratiam conferens. Nā aliās pro sacramentis aliquid temporale exigere, nō caret culpa immanissimi simoniaci sacrilegij. Quoniam respōdetur iuxta prædicta, matrimonium esse quendam naturalem contractū, & civile, annexam habens onera matrimonialia & familiā sustentandam. Vnde hac ratione non incōuenit, si pro obligatione sustentandi hæc onera, aliquid temporale, id est, dos ab vxore ducenda exigatur. Sicut procul abest à culpa simoniæ, si conuentus monialium præsertim indigens à foemina in monialem recipienda pro sustentatione alimenta exigat, seu dotem. Non enim in hoc casu exigatur temporale pro religionis ingressu & professione, sed pro victu, & vestitu, quotidiano necessario ad sustentationem. Sic etiam pro matrimonio, vt induit rationē sacramenti ex institutione Christi pacifici temporaliter, aut aliquid temporale exigere, est vetitum tantum: non tamen pro eodem, vt contractus est naturalis, exactio temporalis dotis fieri interdicitur in subsidium sustentationis onerū matrimonij. Sicut etiā calix consecra-

secratus, quatenus consecrationis est particeps, venialis prorsus nō est. Verū quatenus materia cōstat argentea, quod venalitati exponatur, & pro pretio distrahatur, nullū incōueniens est. Sic in matrimonio philosophādū nobis est. ¶ Deinde non obstat argumentū, quo quarto sic arguitur, scilicet, quod si matrimonium sacramentū esset conferens gratiam, sequeretur, quod cōtrahētes in mortali, vt pote in indispositi, accedentes ad hoc sacramentū, & ei obicem ponentes peccati mortalis fierent rei: hoc autē ideo in dubium reuocatur: quoniam pauci sunt, qui scrupulo mortalis criminis agitati illud confiteantur: ergo non videtur esse sacramentum. Quoniam respondetur, quod argumentū hoc peculiarem difficultatem ingerit, scilicet, an matrimonium contractum sine interuentu ecclesiastici ministri sacramenti rationem habeat. Cui dubitationi satisfacere nos postea in particulari oportet. Interim tamen ad id dicendum occurrit, scilicet, cōtrahentes ipsos ministri sacramenti officio fungi: quod inde satis liquet, scilicet, quia ipsi materiam & formam huius sacramenti adhibent, vnde sibi ipsis illud administrare videntur. In cuius confirmationē accedit, quod sacerdos ipse quādo ibi interuenit, nihil adhibet quod materiæ, aut formæ sacramenti rationem, aut speciem præ se ferat. Vnde nihil conferens ad essentiam matrimonij ibi dispensat, sed solum benedictiones pertinentes ad solennitatem impedit (vt D. Thomas insinuat.) Denique non obstat argumentū quintum, quo obijciunt, quod non vniuoce, & propriè matrimonium videatur appellandum sacramentū cum cæteris. Si quidem sacramentū hoc, tum per ipsos suscipiētes & contrahentes administratur & perficitur, quod alijs sacramentis non cōpetit: quandoquidem per ministros ecclesiasticos perficiuntur, & dispensantur. Tum etiam, quā matrimonium inter absentes per procuratorem iniri potest. Quoniam ad id respondetur contra Durandū, quod inficiari nemo catholicus potest, sacramentū matrimonij propriè esse sacramentū, ac per cōsequēs vniuoce esse cū alijs. Tum, quia cōcil. Trid. vbi supra, sess. 24. can. 1. verè & propriè sacramentū esse diffinit, & vnum de 7. sacramētis ecclesiæ. Vnde inferitur, quod sit cū alijs vniuoce. Tum, quoniam ad hanc vniuoctionē seruandā, satis est, quod sicut & reliqua sacramenta sic ipsum matrimonium sit in noua lege institutum à Christo Dño in signum sensibile conferens gratiā fidelibus. Neque peculiaritatem, quæ hoc sacramentū habet, tollunt hanc vniuoctionē. Nam alias quod libet sacramentum aliquod particulare continere, non est ambigendum. Ad obiectionē de matrimonio inter absentes post specialiter satisfaciendum venit, scilicet, an sit sacramentum.

Instruct. conc. Pars. 2.

A ¶ Præterea & hic illa sit obuia quæstio, scilicet, an minister ecclesiæ sit de essentia sacramenti matrimonij, in hunc scilicet sensum, quod actus cōtrahentium, nempe, eorum expressi consensus materia & forma sufficientes non sint ad cōferendā gratiā, sed potius verba ministri forma necessaria sint, per quem gratia confertur. Hæc autem quæstio celebris est, vt pote quæ pro vtraque parte, tam affirmatiua, quā negatiua præclaros habet defensores Thomistas. Nempe, Canum in libro de locis, vbi fortiter decertat pro parte affirmatiua, scilicet, quod verba sacerdotis sint de huius sacramenti essentia. Item & Sotum in. 4. sentent. dist. 26. quæst. 2. arti. 3. vbi negatiua tueretur partem. Multa ergo loco citato Magist. Canus argumenta pro sua sententia cōminiscitur. Ea tamen, quæ nobis apparentiora videntur, in præsentiarum præiaciemus, postea dissoluēda. Primo igitur argumentum defumptum ex concilio Triden. sess. 24. capit. 1. nobis non mediocre negotium facessit. Vbi decernitur, irritum esse ac nullum matrimonium illud, quod aliter quā præsentem parochum, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel ordinarij licentiā contrahitur. Si ergo matrimonium sine præsentia parochi consistere non potest, sequitur, quod verba parochi præsentis de essentia matrimonij sint. Nam alias quorsum præsentia parochi ad valide contrahendum necessaria esset, si nullum verbum necessarium ad essentiam sacramenti esset prolaturus, per quod sacramentum validaretur. Secundo præterea arguitur argumento apparenti, quod ex verbis concilio Florentini elicatur. Vbi decernitur omnia sacramenta tribus perfici: nempe, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit ecclesia. Ergo sicut in reliquis sacramentis hoc verificatur, scilicet, vt minister ecclesiasticus necessario concurrat ad collationem sacramenti præter illud suscipientes: ita id necessario fore verificandum in sacramento matrimonij verba concilij ostendunt, postquam vniuersaliter, & sine discrimine id de omnibus sacramentis nullo excepto pronunciant. Insuper & in huius confirmationem accedit axioma philosophicum commune dictans, quod nihil potest esse agens & patiens respectu eiusdem. Cum ergo ipsi matrimonium contrahentes passiuè se habeant in se sacramentum matrimonij, & eius gratiam recipiētes: ergo non se habent actiuè respectu illius, tanquā illud sibi ministrantes: ac per cōsequens requiritur ultra illos minister ecclesiasticus, qui sit principium agens distinctum à recipientibus, qui in eis perficiat sacramentum. ¶ Confirmatur deinde secundo ex autoritate Diui Tho-

A a a mæ

ma. 4. libr. contra gentes. cap. 78. vbi ait, qd matrimonium in quantum ad bonum ecclesie ordinatur, oportet, qd subiaceat regimini ecclesie. Ea enim, inquit, quae populo per ministros ecclesie dispensantur sacramenta dicuntur. Vbi significat matrimonium non esse sacramentum, nisi quando per ministrum ecclesie dispensatur. Tertio praeterea arguitur: Quia sacramenta sunt actus religionis nos effectiue sanctificantes per primam gratiam, quam conferunt: sed nulli insipientes sacramentum effectiue sanctificant se ipsos, sed potius se disponunt per suos actus ad sacramenta, quae per primam gratiam, quam conferunt, dum faciunt ex attrito contritum, sunt principia sanctificantia: ergo sicut in reliquis sacramentis minister ecclesie adhibet formam sanctificantem: sic & in hoc sacramento matrimonij a ministro ecclesie necessario est applicanda. ¶ Deinde quarto arguitur: Quonia contrahentium verba non videntur habere vim, nisi cuiusdam contractus & pacti, sicut in lege naturae & veteri: ergo vt matrimonium, quatenus nunc est in sacramentum nouae legis institutum, aliquid superaddat contractui naturali, & civili, oportuit illi nouum ministerium, nouamq; formam necessariam praestituere, quo distinguatur a contractu solum civili. Denique quinto arguitur: Quia sacramenta nouae legis efficiunt quod significant, & significant quod efficiunt: sed consensus contrahentium expressi per verba eorum nullam praeseferunt significationem sanctitatis & gratiae: ergo ipsi per se tantum illam non efficiunt. Ergo addenda est necessario forma, ex parte ministri ecclesiastici, quae hanc sanctificationem significet, & operetur. Sed in contrarium est, qd ista pars negatiua, scilicet, qd matrimonium sine ministro ecclesiastico applicante formam celebratum non sit sacramentum, pro qua militant haec argumenta: Communiter non est recepta a doctoribus. Nam D. Thomas hic, & vniuersi doctores nemine excepto, asseuerant benedictionem nuptialem, quam impendit minister ecclesiasticus de essentia sacramenti non esse, sed de eius tantum solennitate, quippe quod iam antea per consensus de praesentia fuerat confirmatum. ¶ Igitur pro illucidatione quaestionis statuitur affirmatiua conclusio. Licet nunc post definitionem concilii Trid. ad validitatem matrimonij requiratur praesentia parochi, aut alterius sacerdotis, de eius licentia simul cum duobus saltem testibus: tamen neque nunc, neque ante concilium ad valorem sacramenti matrimonij nulla ex parte ministri ibi assistentis (licet necessaria sit ibi sua personalis assistentia) requiruntur verba, aut actus quae sint sacramenti huius essentialis forma. Haec conclusio est Soti loco citato. Vbi ait, opinionem negatiuam contrariam adeo fuisse singularem, vt nullum haecenus (vt ipse

arbitratur) habuerit assertorem, sed tantum disputatorem. Cum igitur praeter Magist. Canum in suis editionibus, eius non meminerit doctor aliquis, non videtur sustentatione digna. Igitur primo pro eius probatione facit, qd si aliqua esset concurrens forma ad hoc sacramentum, quae se teneret ex parte ministri ecclesiastici, maxime illa esset, quam sacerdos addere solet, dum inter celebrandum sponsalia de praesenti (quae matrimonium sunt) utroque coniuge ad interrogationem sacerdotis respondente, se alterum in coniugem accipere ipse subdit dicens: Ego igitur vos coniungo in nomine Patris, &c. At vero qd haec necessaria non sit id aperte liquet ex eo, qd si necessaria esset, ecclesiam eam expressisset tanquam necessariam ubique seruandam. Nulla tamen patens expressio huius continetur in toto iure canonico, vbi saepissime huius sacramenti alias habetur mentio, neque saltem in capit. licet. de sponsalibus. Vbi solum exprimitur forma solennis exprimentium consensus, scilicet, Ego te accipio in meam, & ego te accipio in meum. Quamquam secundum gloss. ibi, neque haec sit necessaria. Probatur autem secundo, ex concilio Florent. quod tamen pars negatiua sibi patrocinari putat. Nam concilium hoc dum in specie ad matrimonium descendit, tantum diffinit causam efficientem matrimonij regulariter esse mutuum consentium per verba de praesenti expressum. Vnde sumitur vrgens argumentum, qd cum ibi in reliquis sacramentis expressè explicauerit materiam & formam, si qua esset matrimonij alia forma necessaria ex parte ministri ecclesiastici, praeter contrahentium verba, nefas est credere, qd illam subtraxisset, & non expressisset: & qd in re tam necessaria explicanda defecisset. Praeterea tertio patet. Quia in omnibus sacramentis videre est, quomodo forma sacramenti a sacerdote apposita effectum sacramenti significat, vt in baptismo, & reliquorum sacramentorum formis exemplo patet. At cum effectus huius sacramenti coniunctio matrimonialis sit: haec contrahentium consensus per verba expressi sufficere significat. Verba ergo ipsa contrahentium sunt sibi inuicem pro materia & forma. Non ergo requiritur aliud ex parte ministri ecclesiastici praesentis, quod sit sacramenti matrimonij essentialis forma. Neque obstat obiectio haec in contra, scilicet, qd illa verba sacerdotis, Ego vos coniungo, vera sunt. Si ergo verum sensum faciunt, cum significet sacerdotem illam coniunctionem maritali operari: sequitur, qd per illa verba tanquam per formam effectum sacramenti, id est, coniunctionem coniugalem operatur, quae antea per consensus expressos contrahentium non fuerat producta in esse. Quonia respondetur cum Soto, qd forma ista verborum, quam adicit sacerdos dum ait: Ego vos coniungo, non potest interpretari in sensu,

sensu, quae sonat quasi per illam coniungatur, cum ipsi coniuges per suos praevios explicatos per verba consensus, se iam coniuxerint: sicut tempore antiquo, antequam matrimonium institutum esset in sacramentum per eosdem expressos consensus coniungebatur. Igitur ea forma in hoc sensu accipienda est, vt hunc sensum reddat: Ego vos coniungo, id est, ego vestram coniunctionem approbo, & benedico. ¶ Tum etiam confirmatur, quia id est facere sacramentum coniugij, & facere coniugium, sicut id est facere seu administrare sacramentum baptismi, & ministrare baptismum: & sic in reliquis: sed sacerdos dum dicit illa verba: Ego vos coniungo, illos non coniungit, quia non applicat effectrices causas coniunctionis, sed ipsi contrahentes iam eas antea applicauerunt: ergo si tunc eos sacerdos non coniungit, ergo neque tunc contra alios operatur sacramentum coniugij: quia neque efficit coniugium. ¶ Quarto ad haec probatur: Quia (vt refert Nauarrus tanquam valde notandum) in sum. ca. 2. nu. 7. Pius Quintus declarauit parochum & testes non esse necesarios in contrahendo denuo matrimonio ab his, qui illud publice cum denunciatione sufficere contraxerunt, sed propter aliquod impedimentum occultum fuit nullum, quo sublato oportet, vt denuo contrahatur. Qua declaratione (vt inquit Nauarrus) sacrum Poenitentiarum praetorium frequenter vtitur. Si ergo primum matrimonium in facie ecclesiae celebratum propter impedimentum occultum fuit nullum, ac per consequens, neque matrimonium fuit: & iuxta hanc Pij V. declarationem denuo sine Parochi, aut sacerdotis alterius de eius licentia praesentia contrahi potest: ergo etiam prout sacramentum est, aliqua forma essentiali se tenet ex parte ministri ecclesiastici non indiget. Nam sacramentum hoc denuo sic sine parocho contractum sacramentum esse non est ambigendum. Alias Pius Quintus id matrimonium fieri posse non declarasset: quin potius illud fieri interdixisset, tanquam sacramentum legitimum non habens formam, neque conferens gratiam. Quod insuper confirmatur: Quia excludere omnia matrimonia clandestina, quae haecenus ante concilium Trid. passim & ex rationabili causa, interdum sine sacerdote proprio contraherentur a ratione sacramenti, temeritatis labe non caret. Tum: quia nullo iure ecclesiastico id exprimitur, sed neque ab aliquo sanctorum asseritur. Tum, quia tunc iure tantum potest, quae diuino vetita essent, vt pote quae (vt praedictum est) & forma sacramenti, & virtute conferendi gratiam careret. Et tamen non propter hoc, sed propter alia inconuenientia vitanda, quorum meminit concilium Trid. solo iure potestatis inhibentur. ¶ Praeterea ultimo autoritate D. Thomae id roboratur, qui in 4. dist. 28. art. 3. faciens hoc argumentum. In reliquis sacramentis requiritur ecclesiasticus minister: ergo idem videtur in matrimonio necessarius, negat consequentiam. Quia, etiam in sacra

Instruct. conc. Pars. 2.

A memento poenitentiae actus nostri sunt de essentia, quia habet se veluti materia, non tamen per se tantum sufficientes sunt ad producendum sacramenti effectum, scilicet absolutionem a peccatis, sine sacerdote. At vero in matrimonio actus contrahentium sufficientem efficaciam habent ad coniunctionem matrimonialem, quae est proximus sacramenti huius effectus. Quocirca benedictio sacerdotis non est necessaria. Vbi ostendit D. Th. qd quia actus contrahentium sunt causa coniunctionis, in qua matrimonium substantialiter consistit absque aliqua sacerdotis functione, subinde gratiae causa sunt. ¶ Igitur ad argumenta in contra suo ordine dissolueda accingimur, primo respondentes ad primum, quod ex concilio Trid. sessi. 24. ca. 1. desumebatur. Scilicet, qd licet ad valorem contractus matrimonij necessario requiratur praesentia parochi, iuxta definitionem concilij, tamen haec eius praesentia non requiritur ad perficiendum sacramentum matrimonij in ratione sacramenti, per aliquam essentiali formam sacramenti ipsius, quam ipse proferat, sed vt declarat concilium ad euitanda grauiora peccata, quae ex clandestinis coniugijs ortu habent. Praeterea vero coram, qui in statu damnationis permanet, dum priore uxore, cum qua clandestine contraxerant, relicta, cum alia palam contrahit, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Hac igitur ratione Synodus Trid. adducta fuit, vt contractus matrimonij sine parocho, &c. inuitos irritos esse decerneret, inhabiles reddendo personas, ad sic contrahendum. Haec igitur nostra solutio confirmat praedicta supra allegata Pij Quinti declaratio. ¶ Ad secundum argumentum desumptum ex concilio Florent. diffiniere sacramenta consistere ex tribus, ex rebus, & verbis, & persona ministri. Respondetur cum Soto, qd concilium hoc, sic explicat hoc quod antea praedixerat, scilicet, in sacramento requiri ministrum, materiam, & formam, dum postea docet: mutuos consensus per verba de praesenti, quatenus matrimonij efficiens causa sunt materiam quoque illius esse, & formam, quatenus sacramentum est. Quocirca insinuat non esse alium necessarium ministrum praeter ipsos contrahentes, qui formam adhibent & materiam. Neque id mirum videri debet alicui, si consideret, qd Christus Dominus instituit hoc sacramentum nihil aliud fecit quam antiquum matrimonij contractum sanctitatis instrumentum in noua lege efficere. Vnde quia consensus expressos contrahentium ad hanc sanctitatem praestandam tanquam instrumentum destinauit, & sanctificauit, inde est, qd non aliam materiam, vel formam instituere voluit. ¶ Ad confirmationem vero desumptam ex axiomate philosophorum distante, qd nemo potest esse agens & patiens respectu eiusdem. Respondetur primo, qd si loquamur de contrahentibus matrimonio respectu sacramenti nihil vetat, qd respectu eiusdem sacramenti ex diuersis rationibus sint

A a a 2 agen-

agētes & causæ effectrices illius per suos actus; quatenus applicant consensus: & q̄ sint causæ passivæ, id est, illius receptivæ quatenus illud sacramentū in se recipiant. Sicut, verbi gratia, intellectus possibilis respectu eiusdē conceptus à se producti se habet activè, & passivè, diversis rationibus. Activè, scilicet, quatenus illum cōceptū parit: passivè verò in quantū illum cōceptū à se partum in se subiectivè recipit. Si autem loquamur de verbis contrahentiū matrimonium exprimentibus consensus, quatenus adinvicem cōparantur, vt materia & forma: id etiā fit diversis rationibus. Nam si cōsensus viri vt expressus est per illius verba respectu consensus sic expressi vxoris, se habet vtroq; modo, scilicet, vt materia & forma: id est, distincta ratione. Nam quatenus consideratur vt perficiens consentum vxoris in ratione matrimonij & sacramenti, habet se vt forma. Quatenus verò consideratur, vt quid perfectibile, quod perficitur per verba cōsensus vxoris, sic habet se veluti materia: quoniā de ratione formæ est perficere: & de ratione materiz est, q̄ perficiatur. Et sic etiā philosophandū est ex parte mulieris contrahentis. Vnde hic nō cōceditur aliquid absurdi cōtra axiomata philosophorū. Nam axioma hoc dicitur quod nihil potest esse agens & patiens respectu eiusdē, intelligitur, q̄ nihil eadem ratione, qua est agens respectu eiusdem potest esse patiens, id est, receptivū respectu illius: sed bene tñ diversis rationibus, vt explicuimus. ¶ Ad secundā confirmationem desumptam ex autoritate Divi Thomæ lib. 4. cōtra gentes cap. 78. dicentis, q̄ sacramentum hoc matrimonij regimini ecclesie subditur, vbi adijcit, q̄ ea quæ populo per ministros dispensantur, sacramenta dicuntur. Respondetur, q̄ hoc solū hic innuit D. Thom. scilicet, q̄ sacramentū hoc subijcitur regimini ecclesie, scilicet, quoad determinandū personas habiles, vel inhabiles, ad illud cōtrahendū, sicut de facto consanguineos in quarto gradu & infra ad cōtrahendū inhabiles reddit. Ideoq; affirmat hoc sacramentū dispensari per ministros ecclesie. Tum, quia ministri ecclesie ad sic contrahendum habiles & legitimas personas admittunt: tum, quia his solum nubentibus benedictiones nuptiales impendunt, & pro legitime cōiugatis acceptāt, & nō alios. ¶ Ad tertiū argumentū, quo arguitur, q̄ in ceteris sacramentis illa suscipiētes nihil ad sanctitatē, quā ibi recipiunt, operātur effectivè, sed solū se disponūt ad illam, & per cōsequēs, q̄ idem vsu eueniat in hoc matrimonij sacramēto, respōdetur, q̄ nihil in cōuenit propter rationes supra allatas (siquidem Deus in hoc sacramento eosdem actus contrahentiū voluit ad id officij destinatos esse, & sanctos, ac propter hoc neque

A nouam materiam ac formam illius instituit præter contrahentiū actus) q̄ nō solum dispositivè, sed effectivè instrumentaliter ipsi contrahentes se ipsos sanctificent per hoc sacramentū: siquidem materiam illius & formam simul sibi applicant: quod non cōtingit, in reliquis sacramētis. Vnde nihil mirum, si hoc sacramentū à reliquis in hoc discriminetur. Præterquam q̄ (vt D. Thom. in 3. part. q. 86. arti. 6. ait) etiā actus pœnitentis qui in sacramento pœnitentiæ se habent vt materia concurrunt instrumentaliter ad gratiam. Nam licet sacramentū principaliter operetur effectū virtute formæ, sed etiam virtute materiz suam producit effectū. ¶ Ad quartum argumentū respōdetur, q̄ verba contrahentiū matrimonij, vt actus quidam sunt humani, licet solū videantur habere vim quandam cuiusdā contractus & pacti: tñ eo q̄ directè faciunt coniunctionē illā matrimoniale, quæ sacramētum est matrimonij, non quidem tanquam ineri actus humani (vt asserēbant Pelagiani) sed ex institutione Christi cōferunt gratiā in illo momento, quo posterior consensus accedit priori: neque alia oportuit expectari aut superaddi sacerdotis formā. Quocirca qñ dicitur matrimonij conferre gratiā, intelligitur per causas, quibus fit matrimonium, nempe, per cōsensus, scilicet, exterius expressos, quibus conflatur obligatio & vinculū, quod est matrimonium. Superaddit ergo matrimonij, vt est sacramentum cōtractui naturali & civili matrimonij, autore D. Thom. in addit. quæst. 42. arti. 3. in solut. ad. 1. q̄ ex passione Christi (quia illud Christus sua passione repræsentavit) ex Christi institutione cōfert gratiam, & nō principaliter hoc habet ex aliqua sanctificatione sacerdotis. Vnde nō oportuit (vt supra probauimus) nouū ministrū, nouāve formā necessariā se tenentē ex parte ministri ecclesiastici ei præstituerē, quo distinguatur à cōtractu civili mero. ¶ Ad quintū argumentū, quo arguitur matrimonij sine ministro nō esse sacramētū, eo q̄ nō significat gratiā, aut sanctitatē aliquā, quā significādo efficiat: respōdetur quidē, q̄ verba cōtrahentiū ex ea significatione, quā sortiūtur ex impositione humana nō habent quidē significare sanctitatē, & gratiā. Sed tñ quatenus in materiā & formā sacramenti assumūtur à Ch̄o, sic ex institutione diuina sunt signū ad placitū Dei ab ipso institutū ad gratiā, quæ ibi præstatur significandā. Sicut etiā verba sacramēti ordinis ex humana impositione nō significāt expressè gratiā gratū facientē, quā cōferunt: sed tñ ex institutione diuina illā significāt atque efficiūt. ¶ Præterea ad illā quæstionē in vltimo argumēto supra insinuatā cōtrouertendā hic accedim⁹. Igitur, quāuis nemo hæc tñ in dubiū verterit, an matrimonij per literas, vel per pro-

curato-

curatorem sit verū, atque adeo indissolubile vinculum (vt ait Sotus) tamen in disputationem adducitur, vtum verum sacramentū sit gratiæ collatum. Nam tam Durandus dist. 26. quæst. 3. quā etiam Caietan. in quæsti. speciali. ad. 3. partem adiecta, illud esse sacramentum negant. Igitur quo huius quæstionis nodus pateat arguitur primò pro parte eorum. Quia susceptio sacramēti cum sit passio personalis requirit actionē personæ præsentis, ad cuius dispositionem ei per sacramentum gratia conferatur: vt videre est clarè in reliquis sacramentis: ergo fieri nequit, vt matrimonium inter absentes per literas, vel per procuratorem etiam coram parocho & testibus celebratum sacramentum sit conferens gratiam. ¶ Secundo arguitur. Quia sicut sacramentū matrimonij in cōtractu quodam consistit: sic etiam sacramentum pœnitentiæ ex actu iudiciali consistit: sed absolutio sacramentalis non exhibetur, nisi pœnitenti præsentis (nemo enim potest per procuratorem confiteri) ergo neque etiam matrimonium per procuratorem celebratum erit sacramentum. ¶ Tertio arguitur. Quia sacramenta non solum sunt causæ morales gratiæ, sed (vt tradit D. Thomas) ad modum agentis naturalis concurrunt ad gratiam (licet instrumenta Dei sint supernaturalia) sed modus agendi causæ naturalis est agere in passum & susceptiuum præsens (vt patet in calore ignis) ergo neque etiam matrimonium per literas, aut per procuratores, cum fiat inter absentes, gratiam non operabitur in illis: ac per consequens non erit sacramentum. ¶ Quarto confirmatur. Quoniam non videtur consonū rationi, q̄ ad tantam distantiam conferat gratiā, & suum producat effectum: cum ad modū agentis phisici operetur. ¶ Quinto arguitur. Quia in conueniens videtur esse affirmare, q̄ Deus instituerit aliquod sacramentum, quod ignaris prorsus eius susceptionis temporis, ac per cōsequens pro tunc in dispositis aptum natum sit conferre gratiam, cum frequenter cōtingere possit, q̄ pro tunc sint dormientes, aut quod peius est obicem ponant gratiæ, perpetrantes tunc, vel antea aliquod, cuius nō pœnitent pro tunc, crimen lethale. ¶ Et cōfirmatur. Quoniam actus aliquis humanus requiritur ad susceptionē sacramēti, quo si tunc dormirent carerent. ¶ Sexto arguitur. Quoniam, si verū fuisse sacramentū inter absentes cōtractū cōcedatur, sequeretur, q̄ nec fas esset illis dū sunt præsentis iterū (vt in vsu est) illud ratificare per eadē verba, ne sacrilegi videretur bis volētes recipere idē sacramentū, atq; eius gratiā. ¶ Sexto arguitur. Quia si matrimonij inter absentes celebratū sacramentū esset, sequeretur, q̄ illi, qui suos procuratores ad cōtrahendū legarūt roties, quoties in peccato somno indulgerēt, nouæ

Instituēt. cons. Pars. 2.

A culpæ rei fierent, quippe qui tunc obicē gratiæ sacramēti opponerent, quod tñ præter omniū opinionē esse videtur. Sed in cōtrarium est q̄ huiusmodi matrimonia hæc usq; ecclesia tolerauit, & nūc tolerat quæ intolerare fas non esset, neq; admittere, si ratio sacramēti in eis fraudaretur. ¶ Igitur propter argumēta hæc hanc cōtentionē da, quæ hūc sunt allata in cōfessione est omnia hūc Caietani, & Durandi opinionē nō esse de stitū omnimodu probabilitate. Ceterum (vt mostiq; quicamque sententiā) statuitur hæc cōclusio, scilicet q̄ matrimonij cōtractū inter absentes, siue per procuratores, siue per literas, siue est vinculum indissolubile, sic etiā est verū sacramentū, si tamē modo fiat iuxta normā prescriptā à Concilio Tridēnsi, scilicet, corā curato & testibus. Hanc autem probabiliore esse censet Sotus. Probat autem primo, quia (vt dictū est) si hoc matrimonij sacramentū non esset, ab ecclesia nō foret permittendū, ne ratio sacramenti in eo frustretur. Secundo probatur. Quoniam Christus Dñs instituit matrimonij in sacramentū, simpliciter & citra vllā exceptionē sic illud instituit: nō ergo fas est à ratione sacramēti exire per matrimonij ritū inter absentes: potissimū cum verū sit matrimonij: & tum etiā cum ratio & virtus nō ex lege illud demonstret vinculū esse indissolubile. ¶ Tertio patet. Quoniam gratia cōfertur in matrimonio ad idoneā functionem matrimonij officiorum. Finis autē hic nō minus necessarius est matrimonio per procuratorem cōtracto, quam reliquis: ergo in hoc etiam matrimonio cōfertur gratia. ¶ Quarto patet. Quia Ch̄s nihil immutauit circa matrimonij, qñ illud instituit in instrumentū cōferēdi gratiā: ergo sicut celebratū inter presentes cōfert gratiā, sic etiā inter absentes. Hæc ad detur autē hoc ratione à simili. Quia, si Deus ex p̄uolūgio assumeret elemosinā in instrumentū: conferrēdi gratiā, nō minus elemosinā tūc gratiā conferret, qñ erogata esset per propriā personā: quā qñ per tertiā personā erogaretur. ¶ Quinto probatur. Quia matrimonij inter infideles nō est ratū, & pōt dissolui si vnus eorū cōuersus ad fidem vxorē ducat fidelem, maximè in casu, quo infidelis vxorē requisita reuertit neque habitare vult eū cōuerso sine cōtumelia saluatoris: & huius ratio est: quia nō est sacramentū. Ergo si vt habetur ea. ex parte de cōuersi cōiugator. matrimonij cōtractū per intermediā personā inter fideles omnino indissolubile est, nisi solū per p̄fessionē solennē religionis dum nō fuit cōsummatū: sequitur q̄ est sacramentū. De quo verificatur illud euāgelij. Quos Deus cōiungit, homo nō separet. ¶ Superest iam ad argumēta præ obiecta satisfacere. Igitur ad primum argumentū respōdetur, q̄ hoc peculiare sibi vindicat hoc sacramen-

Aaa 3 tum



tum, quod cum sit contractus civilis ex sua natura, non propterea quod rationem in se sacramenti continet ex institutione diuina a sua natura alias recedit. Quocirca cum eius materia sint actus contrahentium, qui quidem actus habent se etiam ut forma, consequens sit, ut in absentia contrahentium possit celebrari, dum praedicti consensus per procuratores coniunguntur. Unde proprie loquendo ipsi contrahentes sunt, qui praestant consensus applicatque materiam & formam, licet ad eos exprimendos aliquo internuncio, aut operaliter tunc utantur. Et ita ipsi proprie sunt sacramenti huius tunc susceptores: quia sic non excluduntur a vere contrahendo. Unde hic obiectio illa non procedit, scilicet, quod iam isti per susceptionem sacramenti alienam, id est, a procuratoribus factam ipsi iustificarentur recipientes gratiam: quoniam non proprie ipsi, & non ipsi procuratores sunt susceptores sacramenti, & applicatores materiae eius & formae, licet consensus suos per literas, aut internuncios exprimant.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, discrimen videns esse inter sacramentum poenitentiae, & inter sacramentum matrimonij, propter quod sacramentum poenitentiae consistere non potest inter absentes constare potest. Tum, quia sacramentum confessionis necessario requirit integritatem materiae possibilem, quam integritatem nequeunt praestare absentes. Potest enim accideret, ut interim dum nunciis pergit ad petendam absolutionem, poenitens denuo in aliquorum lethalium criminum recordationem veniat: quorum cum alias possit fieri confessio, si non fiat, ut de facto tunc non sit, oblatere videtur, tum integritati materiae possibili, tum etiam absolutioni. Quod quidem in bonis cessare videtur in matrimonio, etiam inter absentes contrahibili. Tum etiam, quia ut tradit D. Thom. in 3. part. quaest. 6. art. 2. confessio sicut fit in noua lege sacerdoti explicando speciale peccatum commissum, & omnia peccata integre, & eorum circumstantias mutantem speciem, non erat de lege naturae, aut civili. At vero matrimonium antea erat de lege naturali, & institutum ab autore naturae. Quocirca (ut praedictum est) noluit Christus ipsam naturam contractus matrimonij immutare eo quod etiam aptum natum erat celebrari etiam inter absentes. Unde voluit istud sacramentum etiam constare inter absentes. Sacramentum autem confessionis consistere noluit inter absentes, eo quod licet iudicium sit, sed non qualecunque, sed secretum, cuius perpetuae obseruationi repugnat publice per internuncios exerceri aut per missas literas. Unde communis animi concepcio doctorum est, quod absolutio sacramentalis absenti consentienti per literas impensa non sit valida. Contra quosdam

A neotericos, quorum assertionem contrariam consuetudo antiqua ecclesiae catholicae damnat. Cuius auctoritati (ut docet D. Thom. 2. 2. art. 12.) magis standum est, quam auctoritati, vel Diui Augustini vel D. Hieronymi, vel cuiuscunque doctoris. Haec igitur consuetudo ecclesiae, quae quia tam maximam habet auctoritatem, semper in omnibus est amulanda; testatur non tam sanam doctrinam esse aliquorum audacium iuniorum affirmantium, ab solutiones sacramentales sic absentibus & per literas consentientibus in absentia, posse impediri: quoniam sacerdos certificari debet de praesenti dispositione poenitentis modo assueto & possibili.

¶ Ad tertium vero argumentum respondetur, quod licet sacramenta non solum instrumenta sunt moralia gratiae (ut arbitratus est Magister Canus in relectione de sacram. in communi) sed etiam sint instrumenta supernaturalia ad instar agentis naturalis producentia gratiam: nihilominus tamen quoniam sacramentum matrimonij instrumentum est Dei omnia sua reali virtute tangentes, & ad omnia loca & tempora se extendentes, ideo nihil mirum, si ex peculiari iam dicta ratione voluit per illud instrumentaliter operari gratiam inter contrahentes, etiam dum sunt inter se absentes & praesentes, alias non per se, sed per suos procuratores. Neque hoc aduersatur menti D. Thomae, qui censet sacramenta operari gratiam in anima instrumentaliter ad modum agentis naturalis. Quia per hoc

C D. Thomas noluit insinuare hic omnimoda interuenire similitudinem, sed aliqualem, scilicet, quae consistit in hoc, quod sicut agens naturale educit formam de potentia materiae: sic etiam Deus per sua supernaturalia instrumenta, quae sunt sacramenta producit gratiam educendo eam de potentia obedientiali animae suscipientis sacramenta ad instar artificis naturalis, qui de potentia obedientiali ligni educit formam artificiale arboris, vel scani. Ex quo patet ad confirmationem. Neque enim inuenit, quod sacramentum matrimonij inter tam distantes loco inter se conferat gratiam. Neque opus est materiae & formae eius eodem tempore concurrere, aut amborum consensum simul explicari. Quoniam Christus nihil de natura contractus matrimonij voluit immutare, dum illud in sacramentum instituit: sed illud exornauit per gratiam, eo modo quo solitum erat celebrari, siue inter praesentes, siue inter absentes.

¶ Ad quartum argumentum respondetur, negando inconueniens, quod inferitur ex eo, quod matrimonium celebratum inter absentes sit sacramentum, scilicet, quod ignaris & indispositis conferat gratiam: quia etiam verum est, quod amentibus & pueris ante usum rationis gratia baptismalis confertur per baptismum. Quod si dormientibus habentibus antea votum martyrij (ut communiter asseritur) corona martyrij tribuitur, non videtur

detur miraculo esse ascribendum: si dormientes, ac proinde pro tunc actualiter ignari huius sacramenti eius gratia donentur. Neque obstat, quod tunc illis nihil extrinsecus applicatur. Quoniam dicitur, quod hoc sacramentum non habet formam, & materiam extrinsecas omnino. Sed satis est proinde, quod eorum consensus, qui se habet, ut materia & forma coeant tunc per procuratores. Neque postquam procuratores pro contrahendo miserunt sunt censendi omnino, esse ignari interstitij temporis, quo matrimonium per procuratores potest celebrari. Quocirca per illud interstitium temporis, per quod coniectari potest matrimonium posse celebrari, si non se praeparant ad sacramenti gratiam, culpa non carent. Nisi aliqui ex ignorantia huius praeparationis necessariae ad gratiam sacramentalem excusentur, sicut censent aliqui doctores, aliquos praesertim rusticos excusari. Unde ab absurditate procul abest, si concedamus, quod non quum committunt peccatum, si dum verisimiliter coniecitur consensus mutuos continere debere obicem peccati gratiae obijciunt. Secus est autem, quando uterque nescit prorsus, quando alter est consensus. Neque obstat, quod tempore contrahendi nullus eorum actus humanus concurrat, ut si tunc sint consopiti somno. Quia satis est antea concurrerint, & tunc per procuratores cum habitualiter maneat, & non fuerint recessi simul coeant. Et sic patet ad confirmationem.

¶ Ad quintum argumentum. Vbi inferitur, quod si matrimonium inter absentes esset sacramentum sequeretur, quod nefas esset illud iterum in praesentia ratificare. Respondetur, quod certe ratificatione non indiget. Quoniam consensus priores per procuratores simul coeuntes sufficientes fuerunt ad gratiae collationem & ad matrimonij indissolubile vinculum inducendum. Non tamen culpa est tribuendum autore Soto, sed laudabile est ad tollendos scrupulos, ne forte fuerint consensus interrupti, ut in praesentia postea eosdem ratificent. Nam si iterum repetant verba in praesentia non fit denuo sacramentum, sed ratificatur contractus in ratione contractus, sed non repetitur in ratione sacramenti.

¶ Ad sextum argumentum iam ex praedictis argumentorum solutionibus patet solutio.

¶ Quaritur quarto, cum D. Thoma, an carnalis comixtio sit de integritate matrimonij. Respondetur autem, quod duplex est integritas. Vna, quae consistit in essentia rei, quae attenditur secundum perfectionem primam, quae consistit in ipso esse rei. Alia, quae attenditur secundum perfectionem secundam, quae consistit in operatione. Quia ergo carnalis comixtio est quaedam operatio siue usus matrimonij, per quod facultas ad hoc datur:

Instruct. consc. Pars. 2.

A ideo erit carnalis comixtio de secunda perfectione matrimonij, & non de prima. Neque obstat, quod in ipsa institutione matrimonij dicitur esse. Erunt duo in carne una: quoniam Adam per illa verba exposuit integritatem matrimonij non solum quod ad primam integritatem, quae consistit in esse rei, sed etiam quod ad secundam, quae consistit in operatione rei. Quoniam res ex suo actu & operatione innotescit. Item non obstat, quod carnalis comixtio non pertinet ad significationem sacramenti. Quoniam rei contenta in Sacramento significatio est de necessitate sacramenti: carnalis autem comixtio non pertinet ad rem contentam in Sacramento, sed potius pertinet ad rem non contentam. Neque obstat etiam, quod matrimonium significat coniunctionem Christi & ecclesiae, quae non videtur significari nisi per coniunctionem corporum in actu. Quoniam cum duplex sit in matrimonio significatio Christi & ecclesiae, una, quae significatur iuxta monitum Pauli obedientis, ut viri diligant uxores, sicut Christus dilexit ecclesiam, haec essentialiter in mutuo consensu consistit, qui prauehit copulam: & alia, quae significatio per comixtionem carnalem, quae ratio hypostatice Christi cum nostra natura significatur. Haec vltima significatio de essentia sacramenti matrimonij non est: quoniam ad secundam perfectionem, & integritatem matrimonij spectat. Neque etiam obstat, quod hoc sacramentum ordinatur ad conseruationem speciei, quae sine carnali comixtione consistere & perseverare non potest, tanquam ad finem. Quoniam respondetur, quod res non peruenit ad finem, nisi per actum proprium. Unde ex hoc non colligitur, quod commissio carnalis sit de essentia matrimonij, sed quod pertineat ad secundam eius perfectionem, quae consistit in operatione. Item non obstat, quod matrimonium, secundum quod est sacramentum, remedium praestat contra concupiscentiam iuxta illud, 1. ad Corinth. 7. Melius est nubere, quam vri, quod quidem remedium videtur praestare & praestat per copulam carnalem. Quoniam ad hoc dicitur, quod matrimonium per gratiam, quam confert, dum contrahitur ante copulam iam remedium est contra concupiscentiam, unde ante copulam carnalem est sacramentum. Quauis verum sit, quod ex actu comixtionis cum propria uxore restinguit impetum concupiscentiae erga alienas: sed hoc pertinet ad integritatem secundam.

¶ Circa quam doctrinam Diui Thomae notandum est primo, quod duo concludit Diuus Thomas in hoc articulo. Primum, quod matrimonium tunc ex sua prima & essentiali perfectione consistat & integritate cum de praesenti per mutuum consensum est iam conciliatum. Quod & patet primo. Nam alias, si in mutuo consensu eius non

A a a 4 confi.

conferretur essentia, sed in carnali commissione, sequeretur quod matrimonium sterilem, & femininum esset verum matrimonium, cum copula carnalis, productivam proles habere non possint, ad quam propagandam copula conjugalis a natura destinatur. Sed consequens est falsum. Nam hinc sequeretur, quod Zacharias & Abraham, qui probe noverant uxores suas Sanctam Isabelam, & Saraim esse steriles peccarent cogedentes ad illas, ut potest per verum matrimonium non effectas coniuges suas. Secundo patet ex definitione matrimonij contenta in decreto traisita 27. quæst. 2. Vbi dicitur, quod matrimonij nuptialis maris & foeminae coniunctio individua, ritus consuetudinem retinens. Hæc autem coniunctio, & vinculum tunc perficitur cum personæ sibi se inuicem per consensum tradunt: ergo tunc in matrimonium sua essentia perficitur. Quod & confirmatur. Nam cum copula sit usus & operatio matrimonialis, & usus & operatio rei non fit de re agens substantia, sit tamen ante copulam conciliatio, & præterea id probatur. Quonia tunc matrimonium censetur celebrari in ratione sacramenti, cum gratia sacramentalis per illud conferatur gratia hæc (ut prædictum est) dum amborum consensus de presenti concurrunt, datur: ergo tunc essentialiter perficitur sacramentum.

¶ Accedit etiam & alia ratio, quod sacramentum suo nomine sanctificationem importat: sed sine carnali commissione matrimonium est sanctius, ut Magister sententiarum docet; ergo carnalis commissio est de necessitate sacramenti. Quod confirmari potest ex eo, quod in paradiso terreno fuit matrimonium priorum parentum conjugum: & tamen ibi non fuit carnalis copula. Unde liquet commissionem carnalem non esse de integritate matrimonij. Denique etiam id demonstratur, & hæc catholica veritas multis canonibus comprobatur contra Gratianum qui. 27. quæst. 2. can. institutū. §. potest & aliter. & can. sic quippe. §. ex his. contrarium errorem tenet, in quo prius fuerat Vitchess, scilicet, quod ante copulam carnalem matrimonium non sit solidum neque firmum. Quod tamen asserere nota erroris non caret, ut patet ex multis canonibus eadē causa, & quæstione, & patet ex Nicolao papa can. sufficit ead. caus. & quæst. vbi ait solum consensum matrimonium facere, ut sint veri coniuges. Præterea id corroboratur ex can. beata Mariae ad usum. & quæst. Vbi ex Diuo Augustino lib. 1. de nuptijs, & concupiscentia. cap. 9. habetur, quod inter virginem aliam, & Ioseph fuit verum matrimonium, absq; copula tamen. Quod & confirmat verbū Angeli Matthæi. 1. dicentis: Nolite timere accipere Mariam coniugem tuam.

C A P. XXXVI.

¶ Sponsalia quid sint, & quot modis fiant, & quot modis aliqui dicantur sponsi: & quid iura intelligant nomine sponsorum: Et an cognoscere sponsam alterius sit circumstantia aggravans: Et an promissio matrimonij facta puella tacente sit de sponsatio: Et de arrhis intercedentibus in sponsalibus, quæ dirimuntur ingressu religionis, vel aliter: Et de quodam casu sine uoluntate: Et quam formam verborum faciunt secundum de presenti, aut de futuro: Et de ista equivoce: Valo contrahere: Et de ista, non habebis aliam uxorem, nisi te. Et quid si quis fallaciter promisit ducere puellam. Et de casu quodam particulari cuiusdam viduæ. Et si puella, cui data est fides, cum dives sit, non vult dotem dare. Et an puella legatum sibi relictum, si non nupsit possit accipere si nubat, & de arrhis permissis in sponsalibus. Reijcitur tamen hic pena.

De matrimonio, quo ad sponsalia.

**Q**uaritur primo cum Diuo Thoma, Virum sponsalia sint futurarum nuptiarum promissio. Respondetur autem, quod dicuntur sponsalia promissio matrimonij contrahendi per verba de futuro. Hæc autem promissio dupliciter fit, scilicet, absolute, & sub conditione. Primum fit quatuor modis, videlicet, nuda promissione. Secundo datione arrhæ sponsalitiæ, ut pecunia, vel aliquid huiusmodi. Tertio annuli subarrhatione. Quarto interueniente iuramento. Si autem fiat prædicta promissio sub conditione distinguendum est. Aut est conditio honesta, ut cum dicitur: Accipiam te si parentibus placeat: & tunc stante conditione stat promissio: & non stante non stat. Aut est inhonesta: & hoc dupliciter. Quia aut est contraria bonis matrimonij, ut si dicam: Accipiam te si venena sterilitatis percures: & tunc non contrahuntur sponsalia. Aut non est contraria bonis matrimonij, ut Accipiam te si furtis meis consentias, & tunc stat promissio, sed tollenda est conditio. Cui accedit, quod ipsa sponsalia & sponsorum donatio est compromissionis confirmatio. Et ideo ab hoc denominatur, quasi à perfectiori nuptiarum promissio. Quæ quidem promissio sub mortali obligat ad sui impletionem, nisi legitimum impedimentum interueniat. Et secundum hoc ecclesia cogit iniungendo poenitentiam pro peccato. Tamen in foro contentioso non compellitur: quo-

quonia matrimonia coacta consueverunt malos exitus habere. Nisi forte iuramentum interuenierit: quia tunc cogendus est, ut quidam dicunt. Quauis alijs non videatur propter causam prædictam, præcipue, si de vxorificio timeatur. Sed neque conditio illa, quæ apponitur sponsalibus matrimonij libertatem tollit: quia si est inhonesta abijcitur: et si honesta sit ad auget honestatē: et si sit de utili, id est, de pecunia danda in dotem libertatem non adimit. Sed si conditio soluendæ pecuniæ ponatur per modum poenæ: tunc quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat: neque potest exigi poena illa ab eo, qui non vult matrimonium complere.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ notandum est primo, id quod D. Thomas in solutione ad. 6. argumentum tradit, scilicet, quod dupliciter dicuntur sponsi. Vno modo proprie, quatenus coniunctio matrimonialis, in qua substantiā liter consistit matrimonium, promittitur, ut completa in futurum. At quidem isti simpliciter sunt sponsi: quia condistinguuntur contra veros coniuges: quonia coniuges veri sunt qui vere iam conciliati sunt per coniugium de presenti: Quo circa in rigore accipiendo terminos sponsi, & coniuges opponuntur. Sed aliter dicuntur sponsi magis improprie ipsi etiam coniuges, qui de presenti contraxerint ante copulam quatenus vltimum ipsum matrimonij, id est, copulam in futurum tunc implicite spondenti. Quo pacto non distinguuntur hæc sponsalia à coniugio. Atque hoc pacto beata Virgo fuit coniux vera Iosephi. Quod animaduersione necessarium esse dicit Sotus, pro plurimorum canonum intelligentia, qui aliter atque aliter nomen sponsi & sponsæ soliti sunt usurpare. Ex quo infertur, quod nomen vxoris proprie mulier nupta sibi non usurpat, nisi postquam per copulam res vxoria consumatur. Quo circa Origines can. inuenta. 27. quæst. 2. licet beata Virgini nomen coniugis cum angelo tribuit, sed renuit concedere, ut in rigore beata Maria diceretur vxor Iosephi, licet sic putatiue appellaretur in suo populo.

¶ Perpendendum est secundo quod sponsalia sunt promissio mutua, siue reciproca. Quonia, licet alterius tantum promissio sufficiat ad se alteri obligandum, non tamen sufficit ad sponsalia efficienda, nisi altera quoque pars tacite aut expresse idem alteri promittat secundum omnes. Arrhæ autem & iuramentum non causa necessitatis, sed maioris firmitatis in sponsalibus aliquando interuenire solent. Ita Nauarrus in summa. ca. 22. nu. 25.

¶ Aduertendum est tertio cum Couarruua in epitome de matr. & spons. 1. part. cap. 1. quod est regula generalis ad percalendam intelligenda-

tiam legum, & canonū, scilicet, vbi de sponsis occurrit mentio, quod talis lex aut canon intelligenda est de his, qui non præstiterunt conjugalem consensum, ac propterea matrimonium non contraxerunt: nisi communis, aut frequens loquendi usus aliud suadeat, aut intentio eius, qui legem condidit aliud iudicet, aut mens eius, qui contra fecit, aut testamentum codicillum contulerit. Ita Felin. Rubr. de spōs. & Paulus Passi. consil. 62. colum. 3. volum. 4. Ex qua regula licet primo corollarie colligere quod qui coit cum sponsa alterius de futuro, non committit proprie adulterium contra glossam, eadem modo dum, verbo sponsam, de iur. iurando. Quod videtur esse de mente D. Thomæ 2. 2. quæst. 154. art. 8. Vbi tradit, quod adulterium, sicut ipsum nomen sonat, est accessus ad alienum torum. Igitur, quia hic non violatur alienus torus, non videtur proprie & perfecte committi adulterium: licet secundum iuristas hæc iniuria vindicari possit sicut iniuria sponsæ, & sponso de futuro illata: quia hic veluti species: quædam & inchoatio matrimonij videtur violari. Igitur licet adulter proprie non sit ducens sponsam alterius de futuro, sed tamen contra eam agere sponso permittitur, & iure sponsi & non mariti illud crimine vindicare. Igitur, licet in hoc Couarruua a veritate & mente D. Thomæ non aberret, nescio tamen, an verū attingat in hoc, quod adijcit quod committit se cum sponsa alterius de futuro, non teneri ista circumstantiam confiteri. Tum, quia dico, quod licet actus perfecte non mutet speciem, tamen videtur, quod hic interueniat circumstantia nota biliter aggravans, scilicet, illata sponso de futuro iniuria, contra ius, quod habebat illam ducendi contra sui honoris violationem. Tum quia remote reducitur ad quandam imperfectam speciem adulterij, quonia sponsalia quædam quasi inchoationes sunt ad matrimonium. Unde sicut faciens abortiri embrionem qui quidē est quædam inchoatio ad vitam hominis, licet proprie homicida non dicatur, tamen tenetur in confessione hanc circumstantiam explicare, sic etiam sponsalium sic violator per coitum cum sponsa alterius de futuro, videtur quod teneatur istam circumstantiam in confessione explicare: saluo iudicio meliori me potentium docere.

¶ Ex prædictis etiam secundo corollarie sequitur, quod quia accessus ad sponsam alterius de futuro, adulterium non est: hinc est, quod licet iuxta cap. si vero. de sent. excomm. percussus clericum fornicantem cum propria vxore, excommunicatus non sit, etiam si forte hic tunc cum sponsa sua de presenti solum fornicantem clericum percussisset, secundum glossam ibi. Tamen si clericum fornicantem cum sponsa sibi de futuro



quis percussit in excommunicationem incidit. Quamvis Couarruias censet hunc ratione iniuriæ acceptæ excusari, taliter, quod satis sit à tali excommunicatione eum ab episcopo absolui. Sequitur tertio corollarie filios ex tali concubitu, cum sponsa aliena de futuro natos adulterinos non esse, unde pœnis adulterinis filijs iure decretis non subijciunt, quod ad plurimum canonum & legum intellectum conducere valde. Couarruias admonet. Hæc illi sunt notæ pro iudicis.

¶ Præterea quoniam D. Thomas sponsalia fieri primo auda promissione ait, quaritur, an si aliquis promisit puellam illam duciturus, si ipsa tunc pro tunc, sive postea illi sit adimplenda promissio. Videtur autem, quod nam postquam tacuit non videtur illi placuisse promissio, nec eam acceptasse. Sed in contrarium est regula iurisdictionis quod qui tacet consentire videtur, quæ maxime verificatur in favorabilibus. Respondetur ergo, quod licet (ut prædictum est) nisi puella hæc tacite, vel expresse idem illi promiserit, sponsalia non sunt dicendum interuenisse: tamen puella, quæ sic tacuit, videtur tacite, si sibi expediret etiam in illam promissionem consentisse, nisi post eam non acceptare vellet: quoniam tunc signum esset tacite promissionem contempsisse, & à principio iuram non consentisse, aut postea per deliberationem, quam intendit, post facere, mutasse sententiam acceptandi promissum. Præsertim quando quando ad iuram boni viri larga intercessio iam, mora, intra quam implere sibi promissum non postulat, sed illud oblivioni tradidit.

¶ Deinde quoniam D. Thomas tradit, quod sponsalia contrahuntur absolute per dationem arrhæ sponsalitiæ aduertendum est, quod arrha sponsalitiæ non secuto matrimonio sine alterius culpa, simpliciter restituenda est. Vt si quia alter in greffus est religionem: vel defunctus est: vel reperiuntur impedimentum, vel huiusmodi, ideo matrimonium subsequutum non est: Si vero non est subsequutum propter culpam dantis, ipse, qui dedit, perdet: si vero propter culpam recipientis recipiens soluet eam in duplum. C. de sponsal. l. arrhis. In conscientia tamen secundum aliquos non tenetur ad duplum, nisi facta fuerit condemnatio. Quod potest colligi ex notatis per glossam, cap. fraternitas, 2. quæst. 2.

¶ Hinc aliquoties potest coniectari solutio ad casum à me interrogatum. Vbi proponebatur, virum & feminam in tere conuenisse de contrahendo matrimonio in futurum: post hæc autem inter se inita sponsalia ipse ad bellum extra regnū est profectus: vbi aliquantulo tempore dimoratus scripsit ad illam, ut in curia regali à rege obtinere licentiam curaret, quo sibi liceret ab exerci-

tu remeare in Hispaniam, quo fidem datam ei fæminæ implet. Qua licentia non modicis expensis à fæmina factis impetrata, vir ille reuertens in Hispaniâ causa ducendi uxorem in itinere obiit. Quærebatur ergo, an talis mulier bona conscientia tales poterat recuperare expensas ex bonis à defuncto sponso relictis. Videtur autem dicendum id iure posse. Tum, quia illas expensas non debuit condonare, neque gratis dare. Tum, quia causa matrimonij futuri eas expendit, quod tamen citra culpam suam propter obitum sponsi, qui post sponsalia peregre profectus est, ad bellum effectum caruit: ergo vis habet ad eas expensas recuperandas: sicut in simili casu recuperantur arrhæ, quæ causa matrimonij contrahendi dantur.

¶ Circa donationem arrharum, & aliorum munerum, quæ sponsa ab sponso solent donari, non erit præter propositū, si quid legibus Hispanicis sancitum est, hic dicamus. Dicitur ergo primo, q. leg. 5. 2. Tauri à Regina Ioanna edita sancitur sponsam eam de futuro, quam etiam de presenti quæ de presente contraxit, si ante copulā osculata fuerit ab sponso, ab ipso tum lucrari dimidia partem rerum, quas ei sponsus dederat ante copulam. Quæ quidem lex intelligenda est quando osculum post sponsalia præstitum fuit. Ita Ioannes Lupinus sic interpretatur legem: asserens secus esse, si ante sponsalia osculata fuerit.

Quod autore Couarruias conducit ad intellectum legis. l. si ab sponso. C. de don. ante nupt. Igitur hoc discrimen est: hic agnoscere inter hæc legem, & prædictam legem regiam, quod hæc regia lex loquitur etiam de sponsa de presenti ante copulam: illa vero lex iuris communis loquitur in sponsis de futuro, ante conjugalem consensum. Præterea (ut l. 1. lib. tit. 2. recopilatiō. nou. leg. habet) nullus ad regna hæc pertinens, qui sibi sponsam desponsauerit, vel uxorem duxerit uxori suæ vel sponsæ in vestibus siue localibus, vel alijs rebus impertire possit, ultra eam quotā, quæ octauam partem dotis, quam cum ipsa recepit non excedat, vbi omnes contractus, vel pacta, vel promissiones in fraudem huius legis facta annullatur, & in se nullius esse valoris, & effectus declaratur.

¶ In super & l. secunda decernitur arrhas non debere excedere decimam partem bonorum mariti eas largientis, cui legi renunciari non potest, neque tabellio tunc de tali renunciatione potest fidem facere sub pœna amissionis officij, quo in posterum uti non possit, sub pœna falsarij. Et loco citato. l. 3. decernitur eas arrhas, quæ dantur à marito pertinere ad uxorem, vel ad eius hæredes cum caret filijs. ¶ L. etiam. 1. 2. tit. 1. lib. 4. decernitur posse citra pœnam in contractibus arrharum interponi iuramentum, quo confirmen-

tur

tur huiusmodi contractus. ¶ Ad hæc nobis nunc indagandum est examen illud, quod discernere possumus inter verborum sensum, quatenus inde colligamus, quænam verba nudam habeant significationem de futuro: an vero sensum faciant de presenti, quo innotescat, an matrimonium vel sponsalia per ea contrahantur. Igitur de hac forma verborum, scilicet, accipiam te in meam, non est ambigendum, quin sit de futuro. Sed de his formis, habeo te in meum, & te in meam, aut te nebo te, aut reputabo te pro mea, vel tractabo te sicut meam, vel alia similis formæ, in dubium vertitur, an sint verba sonantia contractum de futuro, aut de presenti. Igitur ab hac quæstione quatenus attinet ad forum conscientiæ, facile se expedit Sotus in. 4. dist. 27. quæst. 2. art. 2. quasi distinguens. Nam quia prædicta verba ambigua sunt, possunt facere & hunc sensum, scilicet, ex nunc tenebo, tractabo, vel reputabo te pro mea. Quod si contrahens in hoc sensu locutus est ea, planum est in conscientia per illa consensum de presenti præstitisse, quoniam ex nunc æquiualeat verbo de presenti. Quoniam legitime fieri nequit, ut vir habeat fæminam pro sua ex tunc, nisi consensus de presenti tunc interueniat. Idemque iudicandum esse videtur in conscientia, si dixerint: eris posthac seu ex nunc meus, & eris mea. Quoniam si ex nunc, vel posthac habiturus est eam pro sua, vel vult ut sit sua, signum est iam nunc consentire de presenti. Secus autem est, si vir sic dicat: Esto mea vxor, quoniam consensum de futuro contrahendo matrimonio insinuant. Quoniam verba sunt imperatiui modi temporis futuri, quasi rogantis, ac petentis consensum. Sicut si testator dixerit alicui: Hæres meus esto, intelligitur non statim, sed post mortem. Igitur quantum attinet ad conscientiam in his formis, quæ amphibologiam præferunt consulendæ sunt mentes contrahentium, an per eas voluerint contrahere de futuro, aut de presenti: atque eorum intentioni standum est ut iudicetur, an per eas in foro conscientiæ matrimonium aut sponsalia fuerint contracta. Quod ergo maius iuristis facessit negotium est, quomodo in foro exteriori in his casibus sit iudicandum, an pro matrimonio, aut pro sponsalibus. Et idem est dubium de his, scilicet, formis: Habeo te in uxorem: iuro, promitto, quod te in uxorem habebo: quæ similes sunt cum prædictis amphibologicis formis. Videtur autem, quod in foro exteriori in benigniore sensum in fauorem, scilicet, matrimonij sint interpretandæ. Tum etiam, quia qui actu habet uxorem fæminam præsumitur, & præmittitur cum illa contraxisse. Cum ergo iste talis actu in futurum sit eam in uxorem habiturus, virtute horum verborum, videtur in matrimonium con-

A sensisse, & non nisi cum hæc verba protulit: quia post alia verba de presenti non repetit eum habere eam pro sua. Ergo virtute horum verborum præbuerat consensum de presenti. Propter apparentiam harum rationum glossa communiter recepta cap. ex parte, de sponsalibus, & canonistæ, eam communiter recipientes, tenent eam formam verborum facere matrimonium. Nihilominus tamen hic respondetur, quod hic non conficitur per supra dicta verba matrimonium, sed solum sponsalia censentur contracta. Hanc tenent contra glossam & contra communem canonistarum. Adrianus in. 4. sent. quæst. 1. 3. de matrim. & Magister sent. in. 4. dist. 28. cap. 2. & Palud. in. 4. dist. 27. q. 2. art. 4. conclus. 4. & Couarruias. 2. part. de sponsal. & matr. cap. 4. Quod & patet. Tum quoniam prædicta verba, scilicet, habeo te pro mea & similia, scilicet, promitto, iuro, quod te in uxorem habeo non competunt matrimonio contrahendo cum sint de futuro. Tum, quia possunt intelligi vera sine matrimonio de presenti. Tunc, quia ex illis non sequitur necessario consensus de presenti. Neque obstant rationes obiectæ in contra: quoniam proculdubio sic pro matrimonio illa verba interpretari non possunt, cum potius sensum de futuro faciant. Item etiam non obstat secunda ratio, scilicet, quod qui actu habet uxorem fæminam, præsumitur cum illa contraxisse. Quia respondetur, quod per prædicta verba illa, actu non habet, sed promittit se habiturum: unde tenetur illam ducere statim. Imo sic iudicandum erit in conscientia, quando ipsi contrahentes per prædicta verba interrogati de sua intentione dubitant, scilicet, quam intentionem habuerint, an de presenti, an de futuro. Quoniam vulgaris sensus horum verborum, qui est tunc attendendus, consensum de presenti non sonat, sed potius de futuro. Ex quo corollarie sequitur, quod si quis post sponsalia sic rursus diceret sponsæ: Promitto te ducere in uxorem, ac te habere in coniugem, per hæc verba matrimonium non censetur contrahere: quia verba subiecta hæc ex præcedentibus intelliguntur. l. finali. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, & oleo. Atque ideo hæc sponsalia tantum de futuro sunt, quibus promittit illam duciturum, & eam ductā bene tractaturum.

¶ Deinde aliud dubium emergit, scilicet, an per hæc verba: Volo tecum contrahere, vel volo te esse uxorem meam, & illa respondeat, volo te esse virum meum contrahatur de presenti. Sunt, inquit Sotus, qui negant satis esse ad matrimonium contrahendum, sed solum per illa contrahi sponsalia. Ita tenet Ioannes Andr. c. ex literis. & Sylu. matrimonium. 2. quæst. 9. Igitur etiam Sotus ab hac quæstione quatenus attinet ad forum con-

scien-



scientia, facile se expedit per hanc distinctionem. Quia (inquit) hoc verbum, volo, æquiuocum est. Nam aliquando id significat, quod consentio, & aliquando id significat quod cupio, & desidero. Si igitur in prima significatione sumatur, ita, vt volo idem valeat, quod consentio & voluntas; id est, assensum præbeo, matrimonium est. Secus est si idem sit quod cupio, & desidero. Vnde in conscientia consulenda est intentio per hæc verba contrahentium, an hoc, vel illud significare voluerint, & sic in conscientia iuxta eam iudicandum erit.

¶ Ceterum quoniam iurista in foro exteriori communi sensui verborum solent astare, circa hanc quaestionem in varias abiere sententias. Nam Ioannes Andreas, cap. ex literis, de sponsal. imo & Syluester, matrimonium. 2. quaest. 9. qui vt theologus in foro conscientia loquitur, sentiunt per hanc formam, Volo tecum contrahere, sponsalia de futuro contrahi tantum: quoniam per eam designatur initium actus, eiusque suspensio. Astiensis vero & Cardinalis per eam formam matrimonium conciliari asserunt. Ideo eos conciliare nititur Couarruias loco citato dicens, opinionem Ioannis Andree & Syluestri, veram esse si absolute illa verba considerentur. Sed tamen opinionem oppositam Cardinalis & Astiensis putat verum habere præsupposito aliquo, scilicet, in his casibus. Primo, quando ad interrogationem alterius talia verba deliberate essent prolata secundum Bartolum in l. gerit. colum. 3. ff. de adquir. hæredit. Secundo, quando præcessit contractus de matrimonio contrahendo. Tertio si communis vsus hanc significationem matrimonij receperit secundum Cardinalem dict. cap. ex literis. Secundo dicitur ad quaestionem, loquendo in foro exteriori quod licet, volo contrahere absolute non sonet matrimonium, nisi in prædictis exceptis casibus: imo secundum Sorum nullo modo in conscientia ista forma, Volo tecum contrahere, vbi etiam alter respondeat, & ego tecum, non sit satis ad matrimonium: quia velle contrahere non est contrahere: tamen ista forma, volo esse te vxorem, vel si verbum, volo te habeat adiunctum istum accusatiuum, in vxorem, censenda est sufficiens ad matrimonium secundum Doctores dict. cap. ex literis. & Hostiensis. & Abbas. & Syluester, vbi supra quoniam tunc verbum, volo, adus ipsi rei arg. in vendentis. C. de contrah. emptione. Item censent omnes iurista non sponsalia sed matrimonium contrahi per hæc verba: volo te habere in vxorem, volo te tenere in vxorem. Quoniam tunc verbum volo ad iungitur verbo prænotanti executionem, actus perfecti, quam prænotat hoc infinitiuum presentis, scilicet, habere tenere.

A ¶ Deinde hic occurrit perplexa quaestio hæc enodanda; scilicet, de ista forma, Nō habebō aliā vxorem, nisi te, vel. Non ducam aliam mulierē, nisi te: an sponsalia efficiat, vel non. At Sotus in 4. dist. 29. quaest. 2. artic. 3. istam formam æquiuocam esse censet. Nam potest, inquit, facere sensum exceptiuum, vt idem sit, quod præter te: & tunc per eam sponsalia fiunt: quia parit obligationem contrahendi. Potest etiam ratione illius particulæ, nisi te, facere sensum conditionalem, vt sit sensus. Si non duxero te, nullam ducam, & quia hic sensus mere negatiuus est; neque vim sponsaliorum inducit. Quoniam statuenda est hic regula generalis, scilicet, quod nunquam pura negatio obligationem matrimonij, aut sponsaliorum inducere potest: sed affirmatio implicita, vel explicita est, quæ talem obligationem parit, eo quod ad matrimonij, vel sponsaliorum contractum ineundum requiritur aliquis positiuus consensus. Couarruias autem loco supra allegato absolute post longam disputationem tenet per supradicta verba non confici matrimonium contra Syluestrum, matrimonium. 2. quaest. 10. & contra Ioann. Andr. Cardinalem. Præpositum, & alios, & contra communem subnixam hac ratione, scilicet, quod dictio, nisi, cum sequitur negatiua, facit positionem (vt notatur in regula peccatum, de regulis iuris lib. 6.) Imo ibi tandem concludit Couarruias per verba sic concepta neque sponsalia contrahi, contra Calderin. Zochū. Cepolam, & Alciatum in l. si sterilis. §. pen. ff. de act. empti. & Adrianum in 4. quaest. 12. de mari. Citat autem Couarruias pro sua sententia Paludem in 4. dist. 27. quaest. 1. art. 1. colu. 2. cui accedit etiam Sotus in casu, quo li. nisi te, accipiatur in sensu conditionali. Pro resolutione ergo quaestionis dicitur primo; quod stando in foro exteriori, vbi attenditur magis communis vsus & sensus verborum: videtur dicendum cum Palude, & Couarruias, quod per verba sic concepta. Nō habebō aliam mulierem in vxorem: nisi te, vel; Non ducam aliam in vxorem, nisi te: inter quas formas nulla est differentia secundum Sotum, & Couarruiam, licet eam ponat Adrianus si nihil aliud addatur, neque præsupponatur, neque sponsalia neque matrimonium contrahi possunt. Probat primum: quia oratio negatiua, qualis resultat ex prædictis verbis, nisi aliquid extrinsecum addatur iuxta dialecticos, nihil ponit ex se: ergo neque satis idonea est ad sponsalia inducenda.

¶ Quod & corroboratur apertis exemplis, scilicet, vt si promittat Imperator hoc anno non gesturum bellum, nisi contra Turcam: Quia hæc est condicionalis negatiua, nihil ponit in esse. Quia resoluitur in hanc, si gesturus est bellum illud promittit gerere contra Turcam, vnde nō

pure

pure promittit illud gerere. Similiter, si aliquis promittit non alienare domum extra familiam, non proinde promittit se alienaturum intra familiam. Igitur quia nihil absolute per talia verba promittitur, sed si promittens elegerit ducere vxorem, ideo per illa verba non absoluta sponsalia contrahuntur.

¶ Secundo dicitur, quod in vtroque foro certum est per hanc orationem. Nunquā aliam a te vxorem ducam, nullum contractum fieri, neque contractum oriri ducendi hanc, quoniam est mera negatio. Adde, quod per oppositum liquet, quod per hanc formam. Non aliam, sed te ducam, sit sponsaliorum contractus: Ita Sotus: quia, sed te, exceptio est affirmatoria ducendi illam. Atque idem dicendum est secundum Couarr. de ista forma. Ducam vxorem, & non aliam, nisi te quia per eam fiunt sponsalia. Secundum autem Adri. sponsalia contracta censentur, si contrahentes hac forma vtantur. Promitto contrahere matrimonium, & non cū alia, nisi tecum: quia affirmatiue excipitur ista: & hic aliquid positiuè affirmatur, sicut etiam eadem ratione per hanc formam, scilicet, contraho matrimonium, & non cum alia, nisi tecum matrimonium conficitur. Quoniam hic aliquid ponitur & affirmatur, quasi per sensum exceptiuum. Quia quidem ratione & hæc forma, quia exceptiua est, scilicet, Cum alia non contraho præter te, idonea est ad matrimonium conciliandum. Sicut etiam autore Soto hæc forma. Nullam mulierem ducam præter te obligationem sponsaliorum inducit. Quoniam secundum dialecticos sensus est, non aliam ducam, & ducam te.

¶ Tertio notanter dicitur, quod quia ex adiectione extrinseca oratio negatiua aliquid affirmatiue potest habere admixtum, ac propterea tunc aliquid asserere, & ponere potest: hinc sequitur, quod sponsalia hæc sint, dum dicitur. Promitto ducere vxorem, & non aliam, quam te: quia bene inde inferitur, ergo promitto ducere te. Sicut bene etiam sequitur. Promitto vendere hanc domum, & non alij, quam tibi, ergo promitto vendere tibi. Igitur ad argumentum pro opinione communi & etiam Syluestri, vbi obijciebatur, quod conditio, nisi cum sequitur negatiua, facit positionem (vt patet in Regula peccatum, de regul. iuris. Respondetur, quod ex ista regula. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, non inferitur, quod statim facta restitutione dimittitur, nisi poeniteat. Neque obstat, quod hæc forma est similis illi, scilicet, nō datur venia, nisi correcto que videtur aliquid affirmare, scilicet, quod venia datur correcto. Quia hæc posterior forma de vere correctis, & de venia data a Deo ex subiecta materia, & non ex sua natura ceteretur aliquid

A affirmare. Et patet, quod ex natura sua nihil affirmet ex validissimo textu in l. Titia. §. fin. ff. de manumil. testamento. Vbi dicitur his verbis seruo: Onesiphore, nisi rationes reddideris, liber ne esto. Vbi post nisi, solum sequitur negatio potestatis, id est, quod ante redditas rationes non possit fieri liber. Vbi ex rationibus redditis non actu manumittitur hic seruus ipso facto, quia solum hic datur facultas manumittendi illum ex rationibus redditis. Neque obstat quod leg. si sterilis. §. penul. ff. de actione empti qui promissit nō vendere equum, nisi Titio tenetur actione empti si Titio vendere, vt ibi inde colligunt Cepola, & Alciatus. Quia respondetur, quod nihil tale inde colligitur. Igitur cum dubium emergit, circa has formas vtendum est Regula cap. intelligentia, de verb. significat.

¶ Præterea circa illa verba D. Thomæ in corpore huius primi articuli cōtenta, vbi ait in solutione ad. 2. argum. quod ex tali promissione sponsaliorum obligatur vnus alteri ad matrimonium contrahendum, alias peccat mortaliter, ni soluat promissum, nisi impedimentum interueniat, quaeritur, vtrum si quis fallacibus verbis promissit ducere faminam, absque intentione tamen implendi promissum, vel se obligandi, teneatur nihilominus sub obligatione culpæ mortalis ducere illam. Videtur autem quod non. Nam assertio, quæ a iuristis & a theologis etiam solet admitti, est, quod votum, id est, promissio facta Deo dum defuit intentio se obligandi, vim obligandi non obtinet. Respondetur ergo ad quaestionem: & dicitur primo, quod si ex illa fallaci promissione, qua promissit faminam virginem ducturam inde subsecutum est, quod eam deflorauit, maior exurgit obligatio eam in vxorem ducendi, vt habetur extra. de adult. cap. 1. & 2. Secundo dicitur cum Soto, quod etiam si nō fuerit virgo, quam sic fallaciter tali promissione decepit, tenetur in hoc casu secundum Adrianum, Scotum, & omnes matrimonium promissum perficere, cessante legitimo impedimento. Quoniam solida sunt faciēda verba & pacta in contractibus, vbi interuenit pactio dandi, vt des, & faciendi, vt facias. Hæc est D. Thomæ etiam quaest. 46. art. 2. in solutione ad. 4. Vbi quauis loquatur de puella decepta & sub specie matrimonij deflorata: tamen hoc verum habet in non deflorata, cui fallaciter verba promissionis data sunt propter prædictam rationem. Facit tamen D. Thomas ibi duas exceptiones, quas admittunt omnes. Primo, si sponsus sit multo melioris conditionis. Secundo, si ex verbis eius, vel ex bonis coniecturis facile poterat deprehendi fallacia. Nam in his duobus casibus etiam antequam aliam ducat eam ducere non tenetur. Si tamen secūdas iam celebrauerit nuptias

arbi-

arbitrio boni viri aliquid compensabit priori sponsa de futuro decepta & in his etiam casibus aliquid tenetur recompensare; etiam si fuerit virgo, si aliquid damnum ex tali fallacia est passa. Pensato etiam ex altera parte, an propter coniecturas apparentes de prædicta fallacia, ipsa censenda sit sua sponte se voluisse decipi: quoniam advertere debuit talem sponsorem secum solum iocari, id verbo tenus promittendo. Sed quid, si sub conditione hæc sibi coporis copiam faceret, eam sponsus ducere promisit, quam reputabat virginem esse; que tamen virgo erat, an in hoc casu teneatur eam ducere. Respondetur autem, quod si cognovisset non esse virginem, quam virginem esse putarat, non tenetur eam ducere, etiam si eam ducendum se esse iurasset; quia potest solutionem à iuramento petere: Huius sententia est Bartholomæus Firmus, in sua summa, verbo, ipso fallacia. §. 1. 2. Cuius ratio esse potest, quia si hoc sciivisset, scilicet, virginem non esse, non promississet: Sicut neque obligat votum illius, qui vovit ire ad sanctum Iacobum, credens non distare, nisi per quadraginta miliaria: & postea reperit distare per quingenta vel mille miliaria, quod si sciivisset nullo modo vovisset. Sic etiam si quis prædictam feminam credens esse virginem, se illam ducendum illi promisit, promissio obligativa non est. Quoniam implicitè facta esse videtur cum ea conditione, si esset virgo. Et hoc verum habet in conscientia. Nam in foro exteriori si eam conditionem non expressit, forte compelleretur ad eam ducendam. Præsertim si iuramentum adiecit ad sponsaliorum confirmationem, nisi gravis exitus, puta, vxoricideum ex tali compulsione timeretur.

Præterea ex prædictis iam patere potest, quid sit dicendum ad illum casum, de quo dum hæc scriberem sum dicere rogatus. Vbi proponebatur, quod quidam iuuenis, licet aliquid tantum leve de aliqua vidua esset suspicatus, tamen ei fallaciter, sine animo implendi, fidei dederit, eam ducendi, quod eam alliceret ad admittendos impudicos tactus. Postquam fidei dationem, admissus ab ea ad oscula & tactus, circa vas eius non tam omnino intra vas, eam polluit: ex qua pollutione ipsa post conquesta est se factum concepisse. Quæ situm est ergo, an iuuenis hic eam teneatur ducere in casu, quo post datam fidem, novit ex testibus fide dignis id ei narrantibus, ante hanc datam fidem inhonestam, & impudicam fuisse admittendo alium, & alios solos cum sola, locis & horis suspectis. Respondetur ergo, quod duplici ratione non tenetur eam ducere. Tum, quia etiam si vere id ei promississet sub hac honesta implicita conditione, si inhonesta non fuisset, & impudica, videretur fidem dedisse

se, & non alias. Tum etiam, eo quod (vt ferebatur) ipse aliquantulum altioris esset conditionis, quam illa; cum ipse esset ingenuus, & ipsa fere ruralis. Sed an ei pro hac deceptione ille iuuenis teneatur aliquid recompensare, rursus dubitatur. Respondetur autem, quod tutius dicitur, quod arbitrio boni viri teneatur aliquid recompensare pro nuptijs eius, & pro alimentis inde suscepta proles, non in integrum, sed attento, quod ipsa aliqualem iniuriam passa est ex illa pollutione, qua circa orificium vasis eius eam polluit, ex qua pollutione concepisse se ait. Quia ergo hoc non omnino incredibile est, quod ipsa testatur, sed probabile ex opinione physicorum asserentium, vulvam, & matricem mulieris sic attractivam habere virtutem, vt sperma viri effusum in orificio vasis, licet non omnino intra: ad se trahatur: videtur, quod & pro alenda tali prole contribuere teneatur, magis, vel minus, iuxta minores, vel maiores coniecturas, vel apparentiam, quibus sibi aliquo modo persuadet, quod illa proles sit sua, vel potest esse sua.

Porro non præpostere hic incidit & illa quaestio, scilicet, an iurans aliquam se accepturum in vxorem, teneatur cum ea contrahere matrimonium, si cum ipsa diues sit, nolit ei dotem assignare. Respondetur autem, quod Baldus in cap. iura vit. de probat. respondens ad quaestionem præmissam opinatur, quod iurans aliquam accipere in vxorem, etiam nulla dotis promissione præmissa, non est compellendus ad ducendum eam, si ipsa diues sit, & nolit dotem congruentem sibi assignare. Sed quia hæc opinio Baldi sic absolute accepta Couarruiaz non probatur: ideo respondetur ad quaestionem, quod prædicta sententia Baldi verum non habet in casu, quo ipse sponsus esset diues, vnde posset se & sponsam alere: quia tunc sibi imputet defectum dotis, vnde eam alat, postquam de dote constituenda pactum non fecit. Alias in casu, quo vir pauper sit atque ipsa sponsa de futuro diues, videtur locum habere opinio Baldi, scilicet, quod etiam nulla dotis promissione præmissa, non est compellendus eam ducere: si cum ipsa diues sit nolit dotem congruentem sibi assignare.

Præterea quaeritur circa illa verba D. Thomæ hic in solutione ad quartum, vbi ait, quod quando ponitur conditio pecuniæ per poenæ modum, sit contra matrimonij libertatem, an si testator legaverit centum puellæ, si non nupserit: si nupserit possit in conscientia tale legatum sibi acquirere. Videtur autem, quod non. Quia iuxta regulam generalem, cum constat de voluntate testatoris, ipsa in conscientia servanda est. Sed in contrarium est, quoniam legatum hoc est contra libertatem matrimonij: ergo secundum D. Thomam

illam illa conditio, si non nupserit abijcienda est tanquam non obligatoria. Respondetur ergo primo, quod in hoc casu dum testator legavit centum puellæ, si non nupserit, etiam si nupserit secundum Couarruiaz de varijs resolut. lib. 1. cap. 19. illud legatum sibi vindicare poterit, etiam in conscientia, licet sit contra expressam voluntatem testatoris. Quoniam contra eam expressam voluntatem legantis ea centum, lex & potuit, & voluit ei dari illa centum in fauorem procreandæ proles pro republica, contra apertissimum testatis iudicium. Ita ibi Couarr. contra. Metin. libr. de rest. quæst. 23. columna. 2. tenet. Secundo dicitur quod si alicui puellæ legatum fuerit centum, si nupserit, si ingrediatur religionem illa centum assequetur, quia præsumitur etiam pro religione. Non tamen prohibetur pater puellæ, si non per modum auertendi filiam à religione faciat quia hoc esset impium, sed alias iustis motu rationibus, filia legare centum, si nupserit, minus, scilicet, quinquaginta, si religiosa fiat: quia maior est dos necessaria pro vno, quam pro alio. Et licet in hoc casu iuxta sententiam Bart. huic si velit profiteri, centum danda sint, perinde ac si nupserit (ne retrahatur à religione) etiam contra expressam voluntatem patris. Sed dum expressa fuit voluntas patris, quod solum profitendi quinquaginta darentur, verior est contraria sententia Couarruiaz, quod tantum illa quinquaginta sint ei danda. Quoniam neque ex hoc retrahitur aliqua puella à religione, dum dos sit sufficiens, eo quod pauperiori dote recipitur.

Sed quid, si legata fuerit quantitas pecuniæ alicui puellæ, si Petro nupserit, an si non Petro, sed alteri nupserit, amittat legatum. Videtur autem quod non: quoniam videtur tale legatum matrimonij libertatem impedire. In oppositum est, quia hic constat de voluntate testatoris, quæ observanda est in conscientia, dum est nota. Respondetur autem, quod si talis virgo ex consensu sui patris non Petro, sed alteri nubat, non ideo perdit legatum, ita Couarruiaz de sponsalibus. & matrimonij lib. 3. 2. part. Quoniam licet non sit de essentia matrimonij filij, vel filia consensus patris: tamen secundum Concilium Tridentinum honestum est non sine consensu parentum fieri. Vt etiam habet glossa cap. sufficiat. 27. quæst. 2. Ideo per legatum non debuit auerti filia à sequendo circa matrimonium consensum patris. Vnde puto veram istam opinionem Couarruiaz, stando in foro exteriori: quoniam in hoc foro illa conditio in hoc casu rejiceretur, & legatum maneret purum. Tamen in foro conscientia, vbi de opposita voluntate testatoris constaret, quod noluit id legatum ipsa virgo sibi acquireret in casu, quo Petro non nubere. Quoniam legantis intererat

illam Petro sic nubere in conscientia, vbi sequenda est mens testatoris, dum constat, legati ipsa puella non videtur acquirere dominium: quia secundum Caietanum ventum est ad casum in quo testator noluit suorum bonorum in ipsam transferre dominium. Ex prædictis sequitur corollarie, quod vt patet. l. cum tale. ff. de cond. & dem. §. recriptum, legatum factum Bertæ, si arbitratu Sempronij nupserit, in foro exteriori reiecta conditione, purum est. Secus est, si dixisset, si cum consilio Sempronij nupserit: quoniam qui tenetur exigere consilium, non tenetur illud sequi secundum communem. Sed de his satis: nam reliqua pertinentia ad libertatem matrimonij, postea suo loco, cum agemus de consensu coacto prosequemur.

Præterea ex illa doctrina D. Thomæ in prædicta solutione ad. 4. colligitur, quod poena reiecta est, non solum à contractu matrimonij, sed etiam à contractu sponsalium, quia vtrobique consensus debet esse liber, (vt patet cap. gemma. de sponsalibus. neque. C. de nuptijs. & l. finalis. C. de sponsalibus, etiam si non ibi in tali poena interueniat metus cadens in virum constantem, atque etiam si talis promissio poenæ sit in modica quantitate talis promissio poenæ non valet. Arrhæ autem permittuntur in sponsalibus dari in quantitate, siue in specie, licet vtrinque dentur secundum Bald. in l. fin. Et huius ratio est, quoniam Arrhæ cum danda sit actualiter non tam faciliter constituitur, sicut poena.

Potestque arrhæ fieri in quacunque quantitate: si tamen tradatur: de cuius traditione constare debet, & potest constare per confessionem eius, qui eam recepit, dum contrarium non probatur. l. publica. §. fin. ff. de despons. Tamen secundum Couarruiaz si confessio vtrinque fieret maxima esse fraudis præsumptio. Itaque arrhæ in hoc sponsaliorum contractu, si promittuntur excluduntur, quia videntur tunc locum habere poenæ si tradantur, permittuntur. Secundo est notandum, ne in æquiocatione vocabulorum decipiatur, quod arrhæ, de quibus nunc sumus locuti, sunt quæ dantur ad confirmationem contractus sponsaliorum, quæ matrimonio subsecuto ad dantem reuertuntur, eo vero eius culpa non contracto eas amittit secundum communem contra Hostiensis.

Sed arrhæ in alio sensu, vulgariter apud Hispanos nuncupantur donationes, quas faciunt viri suis vxoribus, ante vel post matrimonium contractum, vt statim consummato matrimonio eis adquirantur in præmium pudicitia de quibus supra diximus quod secundum l. 1. tit. 2. lib. 3. fori. & leg. 50. & sequenti Tauri non potest arrhæ hæc excedere decimam partem bonorum mariti. Cæ.

ti. Ceterum & si donatio propter nuptias antiquitus apud Hispanos arrha diceretur (vt patet. l. 1. tit. 1. r. partita. 4.) sed nunc (vt ait Couarr. contra Rodericum Xuarez, donatio propter nuptias in Castella non dicuntur arrhae (quidquid sit de partitis antiquis). Vnde si expendamus leges praedictas fori & Tauri, quae ibi vocantur arrhae, dantur sic uxori in praemium pudicitiae, sed donatio ob nuptias proprie speciali titulo hypothecae uxori subijcitur, pro soluenda eius dote. Facit pro hoc textus in l. siue a me. C. ad Vellei.

¶ An vero possit quis cogi in foro exteriori ad implenda sponsalia promissa (licet de hoc in hoc art. 1. in solutione ad. 2. huius dubij meminerit D. Thomas, & suam dixerit sententiam) tamen potest de eo erit latius disputandum. Quo circa ad. 2. art. transeamus, missam hic hanc, quaestionem facientes.

C A P. XXXVII.

De tempore assignato pro sponsalibus.

¶ An septennium sit tempus determinatum ad sponsalia: Et an istam aetatem malitia supplere possit. Et an impuberes contrahentes per verba de presenti censeantur sponsalia de futuro contraxisse. Et an nunc post Concil. Trid. sponsalia de futuro, sine praesentia parochi, & testium contracta sine valida. Et an post Concilium Trid. matrimonium celebratum coram parochi & testibus, quod ratione impedimenti occulti fuit nullum, obtemperata dispensatione per priuatum consensum nouum possit reuadari, vel per copulam, vel per amplexus, & oscula, vel per cohabitationem diutinam subsequantur.



**V**ERITVR secundo, an tempus septennij sit competenter assignatum pro sponsalibus contrahendis. Respondetur autem quod secundum iura septennium est tempus determinatum ad sponsalia contrahenda. Cum enim in sponsalibus fiat quaedam promissio requiritur aliquis usus rationis, qui ante primum septennium non accidit regulariter, quoniam ante septennium puer neque ipse per se, neque ab alio capere potest quid sibi expedit; quia tunc circa septennium & non ante aliqualis rationis usus incipit esse: nam tunc pueri ad scholas ponuntur.

**A** Est quoque secundum philosophum primo ethicorum, triplex status hominis. Primus cum neque per se, neque per alium veritatem cognoscere potest: quod (vt diximus) est ante primum septennium. Sed quia ratio paulatim in homine conualescit, secundum quod quietantur motus, & fluxibilitates humorum sensualitatis: ideo post septennium ubi puer per alium potest capere quid sibi conueniat, accedit secundus status hominis, ubi licet intelligere non possit per se, potest informari ab alio; quod contingit circa finem primi septennij. Tertius autem hominis status est, cum per seipsum cognoscere potest, quid sibi utile sit: & hoc incipit in fine secundi septennij, in his, quae pertinent ad se: sed in fine tertij septennij quantum ad ea, quae alios concernunt. Ideo ante primum septennium homo nulli contractui est aptus: sed in fine primi septennij incipit esse aptus ad aliqua, ad promittendum in futurum: praecipue de his, ad quae ratio naturalis inclinat magis: non autem ad obligandum se perpetuo vinculo quia ad hoc non firmam voluntatem habet. Atque ideo tali tempore possunt contrahere sponsalia. Sed in fine secundi septennij iam potest se obligare de his, quae ad personam ipsius pertinent, vel ad religionem, vel ad coniugium. Sed post tertium septennium potest etiam de alijs se obligare, & secundum leges constituitur ei potestas de rebus suis disponendi. Post. 2. 2. annum: igitur quando septennium completum ad contrahenda sponsalia in pueris requisitum esse dicitur, intelligitur, dum ipsi per se contrahunt, quia tunc per se consentire habent. At ante istud tempus parentes sponsalia pro filijs contrahere possunt, & filij cum peruenierint ad legitimam aetatem consentire debent. Quod intelligitur non de necessitate, sed de honestate, iuxta gloss. in l. sponsalia. ff. de spons. sic tamen sponsalia contracta a parentibus pro filijs ante septennium dependet ex consensu filiorum, postquam usum habuerint rationis, vt sine illo firma non sint. Quo circa septennium requiritur ad contrahenda sponsalia, vel ad ea confirmanda. Quare, nisi inter magnates & principes pro bono publicae pacis sponsalia haec a parentibus pro filijs contrahi posse non deberent tolerari, dum filij septennium nondum attigere, quia ratione ad id sufficienti carent. Neque obstat, quod D. Gregorius. 4. dialog. cap. 1. refert, puerum quinque annorum propter peccatum blasphemiae a diabolo fuisse extinctum, quem ideo ait paternam negligentiam gehennae nutritum fuisse. Quia respondetur casum hunc fuisse singularem, & praeter legem, vt in illa aetate tanta esset acceleratio rationis, quae ad peccatum mortale committendum in illo puero satis esset. Sed iura canonica id quod regulare & ordinarium est atten-

attendunt, dum septennium ad contrahenda sponsalia praefigunt. Nam (vt ait, Diuus Thomas) licet in casu particulari ante id tempus possit dari sufficiens usus rationis ad peccatum aliquod mortale committendum: sed maior usus rationis requiritur ad providendum in futurum: quod fit per contractum sponsalium. Praeterea neque obstat videtur, quod ante septennium possunt pueris placere nuptiae aliquando. Quoniam haec complacentia in illis tunc non tam ex ordine rationis, quam ex libidine oritur: quare ista complacentia non attenditur a iure canonico. Deinde si quis obijciat, quod pro matrimonio contrahendo distincta tempora sunt signata ab ecclesia, nempe; duodecim annus pro foemina, & decimus quartus pro masculo, & per consequens, quod etiam pro contrahendis sponsalium contractibus diuersa tempora ab ecclesia deberent assignari, responderetur, quod huius discriminis ratio est: quoniam matrimonium ad prolem procreandam ordinatur, & quia vir in secundo septennij sine sit aptus ad generandum, & puella in duodecimo anno potest coeipere (vt dicitur de animalibus, auctor est Philosophus) ideo distincta tempora consignata sunt pro masculo & foemina ad contrahendum matrimonium. Cui additur, quod in viro cui cura administrationis familiae contreditur, maior prudentia ex postulat. Ad sponsalia vero idem tempus septennij vtrique tam masculo, quam foeminae praestitum iure: quoniam ad ea contrahenda rationis usus exigitur, qui vtrique in primo septennio solet aduenire. ¶ Circa praedictam doctrinam huius secundi articuli Diui Thomae, quaeritur primo, an aetas ista septem annorum ad sponsalia iure canonico requisita praemature iudicio ac malitia suppleri possit, aut praenitri. Videtur autem, quod non: quia vt patet. capit. ex literis. & capit. sequenti. de sponsalibus. iura ad id exigunt. 7. annos completos. Nam non dicunt in septennio posse perfici. Nam si sic perfici posse concederent finis septennij posset praenitri iuxta distinctionem communem. Propter hanc rationem Panormitanus cap. iuuenis. de sponsalibus. censet, nihil de rigore iuris fore remittendum. Quo circa existimat, quod si hebdomada, vel dies forte desit ad septennium sponsalia sic contracta robore obligandi carebunt. Sed in contrarium est, quod (vt secundo Physicorum, traditur) quod parum distat a re nihil distare videtur. Atque ideo si paulo ante septennium sponsalia contracta fuerint: solida esse, reputandum est. Igitur pro resolutione quaestionis statuitur prima propositio. Possunt valide contrahi sponsalia ante septennium, paulo, scilicet, ante si tamen praematurus rationis usus ac malitia suppleat septennij aetatem.

**A** tem. Haec opinio est Sancti Thomae hic in hoc secundo articulo in solutione ad. 7. Et est communis; cui accedunt Archidiacono, & Florentino, & Syluestro verbo, sponsalia. §. secundo. & Sotus in. 4. distinct. 27. quae sit secunda. artic. 2. & Gonzar. de sponsalibus. capit. 2. & Nauarrus in summa cap. 2. numero: 29. Quibus suffragatur Iurisperitus in l. sponsalibus. ff. de spons. & probatur, cum quia satis est, quid agant ipsi intelligere, iuxta cap. ex literis. de sponsalibus in puerberum. Tum secundo: quia in matrimonio praematura aetas ad generandum supplet, ergo etiam in sponsalibus supplet intellectus, ita glossa capit. iuuenis. de sponsalibus. communiter recepta. Tum, quia moraliter loquendo, quod parum distat a re nihil distare videtur. Neque obstat obiectio haec sine argumentum, scilicet, quod professio ante aetatem legitimam validum non est, id est, si fiat ante. 16. annum expletum (vt diffinit Concil. Tridentinum Sessio. 25. cap. 35. ergo neque etiam sponsalia ante septennium valida erunt. Quoniam responderetur, quod talis professio non est valida, quia tibi decernitur si uetustiam habetur cap. unde regul. in. 6. Tum, quia si uetustiam aliquos idcirco decernitur, scilicet, quia non potest postea professio sanctorum hinc est, cum hinc est. Tum, quia uoti solennis ualor dependet (cum sit traditio) ex acceptatione ecclesiae, quae accipit illud ex parte Dei. Et hoc ubi deest legitima aetas non uult acceptare, neque validare, licet: ualidet sponsalia, & matrimonia contracta ante legitimam aetatem, si tamen malitia suppleat aetatem. Quoniam religionis onus grauius est, quam matrimonij. Quoniam motus naturae inclinans ad matrimonium eius onus aliquantulum allevat. Ideo ecclesia maturiori consilio, & aetate legitima praescripta, uoluit professionis uotum solenne emitti: quia onus eius grauius premere uidetur. Sequenda conclusio: Si de usu rationis suppleante ante septennium non constet, & sic tunc contracta sponsalia sic in dubio non sunt reputanda valida, neque publica honestatis obligationem inducere, praesertim in foro exteriori. Haec est Nauarrus loco allegato. Et in hoc casu uidetur habere locum opinio Panormit. Probatur, quoniam vsque ad praedictam aetatem non praesumitur in dubio malitiam suppleat aetatem, vt patet ca. puberes. de sponsalibus in puerber, & cap. 1. §. idem quoque. eod. tit. libro. 6. Cui sententia assentiunt glossae, & communiter doctores. Atque ita intelligendus est Couarruias loco ubi supra in epitome de matrim. & sponsal. Vbi asserit, quod sponsalium contractus annum septimum completum ita exigit, ut inceptus minime sufficiat, cap. literas. & ca. sequenti. de sponsalibus. Dies autem ultimus anni septimi sufficit



sufficit etiam inceptus licet non sit completus. **¶** *Ex praedictis autem corollarie sequitur; quod si sponsalia ante septennium contracta nulla fuerint; quia non apparebat sufficientis usus rationis. post septennium possunt conualescere ex tacito consensu ad sponsalia deducto. glossa. capit. literas. de sponsalibus. secundum Abbat. Præterea ex supradictis colligitur corollarie secundo; quod id, quod D. Thomas in solutione ad. 7. hic concludit, scilicet, quod in sponsalibus si appropinquant contrahentes sponsalia, ad tempus septennij, talia sponsalia habent roborem; intelligitur dum moraliter constat propter usum sufficientem rationis malitiam eorum suppletur ætatem. Hanc autem præventionem rationis sufficientis ad id posse accidere quidam restantur per sex menses ante septennium, sed Divus Thomas hic melius esse censet, ut id temporis secundum conditionem contrahentium determinetur: quia in quibusdam magis usus rationis accelerat quam in alijs.*

**¶** *Accedit ad prædicta considerandum; quod sponsalia etsi contrahantur verbis, ex quibus coniugalis consensus futurus promittitur: tamen sponsalia de presenti facta à pueris iam adeptis septennium ad contrahendum matrimonium, licet propter defectum ætatis matrimonij vim habere non possint; de licet facta fuerint per verba de presenti tamen sponsalia tantum de futuro esse censentur ex iuris interpretatione ea. unico. de despons. impub. in. 6. §. primo. Pater, quoniam licet non valeat ex defectu causæ efficientis, ut matrimonium, valent tamen eodem modo, quo fieri res potuit. quæcunque ratione. ff. de procurat. Neque obstat argumentum supra desumptum ex concilio Tridentino, à simili, ubi sessio. 25. cap. 15. determinatur, quod votum solenne ante legitimam ætatem emissum, sit nullum, ita ut ad nullum effectum inducat obligationem: ergo neque sponsalia per consequens de presenti, quæ inter legitimam non adeptos ætatem matrimonium non esse censentur; neque sponsaliorum de futuro vim habebunt. Quoniam respondetur, ut supra diximus, quod de ecclesia ita expressè decrevit circa professionem solennem, ut ante tempus tale, vel ante annum probationis ad nihil obligaret, ne tantum onus professionis, nisi summa cum consideratione, & deliberatione majoribus subirent. Unde quantumvis professio tacite facta secundum aliquos ante. 16. annum facta valeat, non ut votum solenne, sed ut votum religionis simplex: tamè expressè emissæ talis professio nullum roborem, neque voti simplicis videtur habere, id sic declarante concilio. **¶** *At in fauore matrimonij, quod facilius est onus ius inter carentes ætate ad matrimonium contrahendum**

**A** interpretatur benigne, quod licet matrimonium non contraxerint; sponsalia tamen de futuro per ea de presenti verba. censentur contractisse. Tum, quia sub matrimonij contractu sponsalium conventio comprehenditur: tam angustis. ff. de seruit. Tum etiam, quia hic attenditur intentio contrahentium, qui videntur sponsalia voluisse contrahere casu, quo matrimonium invalidum foret. Unde ratione favorabilis contractus si non voluit, ut est factus valuit eo modo quo fieri potuit.

**¶** *Sed neque huic sententiæ obstat nunc novum decretum concilii Trident. sess. 24. capit. 1. ubi irritos & nullos esse decernit contractus matrimoniales, sine parochi, vel alterius sacerdotis de eius licentia, & sine testibus in ius, ex quo tales contractus, neque vim sponsaliorum videntur obtinere. Quoniam respondetur, quod obiectio hæc præ se fert, & aliam difficultatem, cuius meminuit Cordub. in tractatu de casibus conscientiarum quæst. 52. Vbi hanc controuertit quæstionem, scilicet: Vtrum nunc sicut post concilium Tridentinum matrimonium sine parochi, & testibus celebratum, est nullum ita sponsalia, scilicet, de futuro sine parochi & testibus celebrata irrita fiant. Et quia ex huius quæstionis resolutione patebit, quid obiectio prædicta sit respondendum, interim & hanc quæstionem expediamus oportet.*

**C** **¶** *Quæritur ergo nunc. Vtrum nunc post concilium Tridentinum sponsalia clandestina, id est, sine parochi & testibus contracta vera sint sponsalia robore obligandi habentia. Videtur autem, quod inualida sint propter rationem Panormitani in cap. cum inhibito. de clandestinis de spons. & Sylvestri matrimonij. 6. q. 7. & glossæ in l. oratio. ff. de sponsalibus & Didaci del. Castillo in expositione legum Taurensium lib. 49. Secundum quos quando prohibetur matrimonium & specialiter sub aliqua pœna, sub eadem quoque pœna intelligitur sponsalia prohibita esse. Sicut patet in casu, quo matrimonium ratione alicuius impedimenti est prohibitum in eodem casu sponsalia de futuro censentur interdicta. Sed in contrarium est, quod concilium Tridentinum nihil ibi meminit de sponsalibus de futuro. Respondetur ergo ad quæstionem; quod verius dicitur, quod nunc post concilium Trident. sponsalia de futuro clandestina, id est, sine parochi & testibus sunt valida. Ita Corduba ibi. Quod patet primo, quia non est eadem ratio de sponsalibus & matrimonio sic contractis. Nam non idem periculum imminet ex sponsalibus sic clandestinis; sicut ex tali matrimonio sic occulto, & sine parochi contracto: cui periculo providere se velle clare demonstrat concilium: ergo idem intelligere de utroque est extra rationem*

**D** **¶** *Interpretatur benigne, quod licet matrimonium non contraxerint; sponsalia tamen de futuro per ea de presenti verba. censentur contractisse. Tum, quia sub matrimonij contractu sponsalium conventio comprehenditur: tam angustis. ff. de seruit. Tum etiam, quia hic attenditur intentio contrahentium, qui videntur sponsalia voluisse contrahere casu, quo matrimonium invalidum foret. Unde ratione favorabilis contractus si non voluit, ut est factus valuit eo modo quo fieri potuit.*

tionem & intentionem expressam concilij. Quoniam etsi nunc post Concilium & post sponsalia de futuro sequatur copula inter sponsos etiam affectu maritali coeuntes, talis copula matrimonium ex interpretatione iuris non efficit: non ergo ex sponsalibus istis clandestinis ea pericula, & inconuenientia nunc sequuntur, quæ ex matrimonijs clandestinis antea sequebantur. Unde nunc sic clandestine sponsalia ineuntes, non ita pœnam excommunicationis, synodalem incurrunt: sicut si clandestine matrimonium contraherent. Tum etiam patet ex practica communiter recepta communiter. Nam qui sponsalia iniere coram duobus testibus etiam in absentia curati, iudicialiter per ecclesiam compelluntur ad ea sponsalia implenda, scilicet, ad contrahendum de presenti coram parochi & testibus, ad quod nullatenus cogeret ecclesia, si ea sponsalia de futuro nullius fuissent roboris, vel momenti.

**¶** *Igitur nunc ad obiectioem, qua obijciebatur, quod ecclesia, quia irritat matrimonium contractum sine parochi & testibus, non compellit sic contrahentes de presenti ad iterum contrahendum coram parochi & testibus. Ergo tale matrimonium nullum inter carentes ætate, ex iuris interpretatione non censetur esse sponsalia de futuro, quasi factum sit per illud quod potuit fieri, scilicet, de futuro desponsatio. Respondetur, quod certè ecclesia (ut ait Corduba) non cogit, si tales clandestine sine curato, & testibus matrimonium contraxere, ad illud iterum in facie ecclesiæ legitimè coram parochi, & testibus contrahendum, etiam ad instantiam vnus eorum. Tum in odium delicti per ambos commissi, tum, ne qui pro hoc instaret ex suo delicto iam perpetrato commodum & fauorem reportaret. Non enim est dignus qui ecclesiæ benignitatem facile experiat, cuius salubria præcepta temere contemplit. Ita concilium Trident. sess. 24. cap. 5. Sed hoc non obstante dico, quod si ipsi antequam sic clandestine matrimonium de presenti contraxere, iam inter se sponsalia de futuro contraxerant, etiam clandestine sine testibus atque parochi: quoniam (ut supra dictum est) ea concilium Tridentinum non irritat ideo nisi se mutuo ab eis absoluant (quia in suo vigore obligandi manent) virtute illorum coram iurato & testibus iterum matrimonium de presenti contrahere legitimè tenentur.*

**¶** *Cæterum non est idem prorsus iudicium ferendum de pueris iam septennium adeptis, qui ante legitimam ætatem matrimonij sponsalia de presenti coram curato, vel in eius absentia ex ignorantia contraxere: quia his forsitan etiam post concilium Tridentinum parcat ecclesia. Quoniam*

**A** **¶** *niam secundum iura simplicitati parcendum est, ut in fauore matrimonij etsi non sit matrimonium (quia defuit eis legitima ætas) tamen sponsalia de futuro contraxisse censentur. Unde ex hac differentie ratione inter vtrumque casum, sustineri potest, quod illud cap. vnicum. de desponsatione impub. in. 6. adhuc post concilium Tridentinum viget, scilicet, quod tale matrimonium impuberum valeat pro sponsalibus de futuro ex interpretatione iuris.*

**¶** *Igitur ad rationem in contra positam pro Panormitano, & eius sequacibus. Respondetur, quod neque eorum opinio neque eius fundamentum nunc acceptatur: imo respuitur per glossam in Clement. de consangu. & affinit. & per Cardinalem in dicto capit. cum inhibito. & per Felinum ibidem. & in rubric. de sponsalibus. & per Speculum coniugiorum part. 1. art. 10. Non ergo dum sub aliqua pœna, puta, excommunicationis in aliquo casu interdicitur matrimonium, in eodem casu censentur esse prohibita sponsalia sub eadem pœna. Nam licet regula iuris videatur eis suffragari, ubi de regul. iuris in. 6. dicitur, scilicet, quod id, quod vna via prohibet ad id alia non admittitur: vnde inferunt; quod cui vetatur matrimonium, vetantur & desponsalia. Respondetur tamen, quod id solum habet verum quando sponsalia transire possunt, vel de facto transiunt in matrimonium, vel si in sponsalibus intervenit intentio statim conficiendi matrimonium per copulam carnalem post hoc affectu maritali secutam, ut affirmat Nauar. in summa capit. 22. numer. 43. & numer. 68. quoniam tunc censura incurreretur. Nunc autem quoniam post concilium Tridentinum sponsalia de futuro etiam post illa subsecuta copula maritali non transiunt in matrimonium de presenti, si non contrahitur de presenti coram parochi & testibus, iuxta decretum concilij: ideo non prohibentur nunc supradicta sponsalia clandestina. Sicut propterea, quod tempore quadragesimali matrimonia solennia, id est, cum velationibus celebrari interdiciuntur, non ideo tunc sponsalia de futuro contrahi censentur interdictum (ut bene ait Sylvester matrimonium. 7. quæstionem secunda. §. quarto. Cæterum, si matrimonium clandestine fieret intercedente prædicta maritali copula, sic contrahentes in censuram synodalem excommunicationis inciderent, sicut & ante concilium Trident. licet re vera matrimonium verum non conficeretur, sed de facto intentaretur.*

**C** **¶** *Porro, quoniam nunc post concilium Tridentinum sponsalia de futuro per copulam affectu maritali post subsecutam in matrimonium de presenti transire negauimus: nunc id dubij mentis occurrit, an matrimonium de presenti celebratum*

bratum in facie ecclesie coram parcho & testibus, quod quidem ratione alicuius occulti impedimenti non valuit, an sublato impedimento per dispensationem, vel aliter, per copulam postea habitam affectu maritali possit ratificari denuo per ipsos contrahentes: ita ut necesse non habeant in facie ecclesie coram parcho, & testibus iterum de nouo contrahere. Videtur autem quod non, quoniam concilium Tridentinum neque etiam ipsi episcopo cui facit facultatem relaxandi denunciations ibi fieri mandatas in casu, quo eas relaxare ei videbitur conueniens, non facit facultatem remittendi presentiam parochi & testium. Sed in contrarium est, quod (ut supra meminimus) Nauarro in summa cap. 22. numer. 70. ita referente, Pius Quintus declarauit, id quod valde notandum est, scilicet, testes & parochum non esse necessarios in contrahendo denuo matrimonio ab his, qui illud publice cum denunciatione sufficiente coram parcho & testibus contraxerunt: sed propter aliquod impedimentum occultum est nullum: quo sublato oportet ut denuo contrahatur. Igitur si in hoc casu sine presentia parochi & testium potest tunc denuo interueniente nouo consensu, inter ipsos contrahentes matrimonium solide renouari: ergo etiam per copulam affectu maritali inter eos habitam potest tale matrimonium consolidari, si commisceantur cum animo tunc perficiendi matrimonium, quod ante valide non contraxissent post norunt. Respondetur ergo, quod certe admissio, quod admittit ibi Nauarrus scilicet, quod ex ista declaratione Pij Quinti, fieri potest, ut in predicto casu nouo accedente de presenti consensu iam priuatim inter se sublato impedimento sine presentia parochi, & testium, denuo valide contrahere possint: sit consequens non esse negandum, quin per copulam maritalem hunc nouum consensum explicantem, possint valide de nouo sic contrahere. Nam copula illa nunc post Concilium explicatiua est consensus sufficientis, sicut & ante concilium. Licet ergo post sponsalia de futuro copula maritalis ea matrimonium esse non efficiat: videtur tamen, quod in dicto casu, postquam in facie ecclesie iuxta normam Concilij contractum est matrimonium, licet inualide ratione occulti impedimenti: denuo per copulam carnalem explicatiuam consensus noui matrimonialis, possint valide contrahere. Quod exinde patet, quoniam copula hæc æquiualeat consensui matrimoniali: quia sufficienter illud explicat inter illos, sicut ante. Si igitur ut refert Nauarrus sacrum poenitentiarum prætorium frequenter hac declaratione Pij Quinti utitur, non temere nunc & ad hanc casum eam extendi posse censemus.

**A** ¶ Hinc rursus & aliud suboritur dubium, an in predicto casu per oscula & amplexus maritali affectu habitos, predictum matrimonium contractum in facie ecclesie & ratione impedimenti occulti ignorati inualidum, postea sublato per legitimam dispensationem possit revalidari nunc post Concilium Tridentinum. Respondetur, quod aliter in hoc casu iudicandum est stando in foro conscientie, & aliter in foro exteriori: ubi proceditur interdum per præsumptiones. Si loquamur in foro conscientie, ubi standum est veritati, si in rei veritate per illa oscula, & amplexus voluerunt significare suos consensus, quos tunc de nouo conceperunt ad matrimonium sic contrahendum, sufficere quidem: nam ratione mutui consensus sic explicati matrimonium validabitur. Si autem loquamur, stando in foro exteriori: sicut ante Concilium per oscula & tactus subsecutos post sponsalia de futuro non præsumebatur matrimonium esse contractum. Quoniam secundum Couarruiam ex iure non præsumebatur matrimonium ex sponsalibus fieri, nisi per copulam, vel aliquid simile valde vrgens signum capit. fina. de sponsalibus. Sic neque præsumetur ab ecclesia matrimonium esse revalidatum per oscula in predicto casu: etiam si declaratio predicta Pij Quinti admittatur. Quia hic non sufficit coniectura quælibet ad id præsumendum, sed requiritur id, quod constat, si euidenter constet ex coniecturis à lege, vel à canone approbatis. l. prima. C. de test. Vnde & hanc præsumptionem induceret traductio solennis ad domum post tale matrimonium publice in facie ecclesie, sed inualide ratione occulti impedimenti contractum, post sublatum impedimentum facta, vel quando subarratio sufficiens ad matrimonium subiecta est post illud.

**D** ¶ Deinde & aliud ex predictis suboritur dubium, si aliqua mulieris adacta metu cadente in virum constantem, publice in facie ecclesie coram parcho & testibus contraxit: quod quidem matrimonium fuit nullum, ut patet capit. veniens. el. 2. de sponsalibus. an si talis mulier post traducta fuerit in domum viri, & postea habitauerit diu cum viro per istam cohabitationem admissa predicta declaratione Pij Quinti, præsumendum sit matrimonium primum revalidasse, etiam si non contrahat denuo cum marito in presentia parochi, & testium, Videtur autem quod non: quia declaratio Pij Quinti per nouum consensum sic sine tali presentia revalidari posse declarat. Sed ista cum viro cohabitatione non videtur inducere nouum consensum de presenti ad contrahendum matrimonium: ergo non præsumitur sic validari matrimonium ratione metus grauis  
ante

antea inualidum. Sed in contrarium est, quod si vir diu cohabitauit vxori præsumitur ab eo cognita. 32. quæstione prima. dixit Dominus. & 26. quæstione prima. ca. ne aliqua. sed copula hæc iuridicam antea inducebat præsumptionem consensus in matrimonium post sponsalia: ergo & nunc etiam eam inducit in proposito quæstionis casu. Respondetur ergo ad quæstionem, quod stando in foro conscientie, quando diu de nouo liberum de presenti non præstitit consensum, matrimonium per illam traductionem ad domum viri, & habitationem etiam diuinam cum ipso habitam matrimonium verum non confurgit. Sed an præsumptum matrimonium tunc inde redundet stante hac Pij Quinti declaratione, nunc merito dubitatur. Sed tamen respondetur, quod in foro exteriori præsumendum est quod per talem diuinam cohabitationem, tale matrimonium per vim contractum validatur & ex cohabitatione diutina, qualis est durans per annum & dimidium, secundum præsumptiones iuris conualescit, ut diffinitur capi, ad id. de sponsalibus. Qui quidem textus quotidie allegatur. Contra quam præsumptionem probatio in contrarium non admittitur cap. is qui de sponsalibus. Vbi & si glossa dicat, quod contra præsumptionem, scilicet, quod per diuinam habitationem sit à viro cognita, probatio admittatur, de probat. ca. proposuisti. quia est præsumptio iuris: tamen, ut habetur dicto cap. ad id. contra prædictam præsumptionem, scilicet, quod sic per diuinam mansionem cum viro consenserit (quia est præsumptio de iure) non est admittenda probatio, scilicet, quod non consenserit in eum. Vnde sequitur secundum Ioan. Andr. quod duo decimo anno nupta in facie ecclesie, etiam si tunc nondum erat completa legitima ætas, atque etiam in casu, quo tunc malitia non suppleret ætatem, legitima vxor reputaretur ab ecclesia, cum apud virum compleisset annum duodecimum.

### ¶ De sponsaliorum separatione.

## CAP. XXXVIII.

¶ *Vtrum sponsalia dirimantur per ingressum religionis: Et de alijs casibus, in quibus dirimuntur. Et an per votum castitatis post emissum dirimantur. Et quid si quis post prima sponsalia alteri desponsatur. Et de casibus, in quibus in iudicio dirimuntur. Et quid in casu quo ipsa non vult dare dotem. Et an sponsus sit compellendus ducere sponsam. Et an impuberes possint post ab sponsalibus resilire. Et de intel*  
Instruct. consc. Pars. 2.

**A** *ligentia regula generalis ad separationem sponsaliorum: scilicet, quando noua causa emergit.*



**D** Varitur tertio. Vtrum sponsalia dirimi possint altero religionem intrare. Respondetur autem, quod sponsalia dirimi possunt: nam ipso iure dirimuntur cum aliquis religionem ingreditur.

Neque obstat, quod de pecunia, quam alteri promitto non possunt alteri obligationem facere: quoniam hic diuersa currit ratio. Quia talis promissio sponsalium soluitur per mortem spirituale, cum sit spiritualis tantum. Dirimuntur etiam ipso iure cum sponsus contrahit cum alia per verba de presenti. Neque obstat, quod venditio secunda non derogat venditioni primæ: ergo neque secundus contractus potest derogare primo. Quia respondetur, quod ratio ista tenet, si essent vnus rationis vterque contractus. Sed in hoc casu contractus secundus, qui est matrimonium, est fortior contractus, quam primus: & ideo soluit ipsum. ¶ In alijs autem casibus dirimuntur sponsalia secundum iudicium ecclesie. Primo, in casu, quo alter ad terras longinquas se transtulit, neque ad tempus statuerit pro matrimonio reuersus esse. Neque hic intercedit dubium, in quo oportet rationem partem amplecti, id est, sponsum præstolari: quoniam ius ecclesiasticum determinat æquitatem, quæ in hoc casu seruanda est. Nam ipse sponsus non comparet statuto tempore ad matrimonium conficiendum, si per ipsam non stetit, quominus matrimonium tunc completeretur, licite tunc alteri sine peccato nubere poterit. Si autem ipse in culpa fuit, ne perficeretur: tunc defrauda promissionis, aut iuramenti peccato debet agere poenitentiam, si iuramentum interuenit, & contrahere cum alia si vult iudicio ecclesie.

**C** ¶ Secundo dirimuntur sponsalia, si alter eorum grauem infirmitatem incurrit, quæ sit, vel deformans, ut nasi abscissio, vel debilitas, sicut hydroplis, vel contra bonum proles, ut lepra, quæ foetum inficere solet. Nam causa dirimendi sufficiens tunc est ne sibi inuicem displiceant, cum matrimonium sic contractum malum exitum sortiantur. Neque hic poena punitur talis sponsus, sed ex poena, id est, ex infirmitate incurta dānū reportat: quod non est inconueniens. Itē tertio, sponsalia dirimuntur, si sponsus consanguineam sponsæ cognouerit: ad quod probandum sufficit sola fama propter scandalum. Neque in hoc aliquid detrahitur sponsæ: imo ei confert: quia absoluitur ab eo, qui per fornicationem se odiosum reddidit, & sponsæ suspectū. Item quarto dirimuntur sponsalia, si alter eorum interim fornicetur: quoniam licet adhuc per sponsalia vnus non acceperit potestatem in corpus alterius: tamen ex hoc sunt sibi inui

cem suspecti de non seruanda fide in futurum: & ideo potest vnus sibi præcauere cōtra alium sponsalia dirimendo. Item quinto dirimuntur sponsalia per mutuam absolutionem: quoniam tunc nemini fit iniuria. Neque id facti arguit leuitatem animorum, scilicet, velle retractare quæ prius firmata sunt: quæ incerta iuat providentia nostræ, vt dicitur in libro Sapientie. Item sexto dirimuntur, propter defectum ætatis: quia quando non fuerunt vera sponsalia: tamen fuit ibi quidam modus sponsalium. Et ideo, ne videatur approbare ad annos legitimos venies, debet perere solutionem sponsalium in iudicio ecclesie faciendam, propter bonum exemplū.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ pro illius maiori explicatione animaduertenda sunt aliqua & aliqua incidentia dubia explicanda. Et primo circa primum casum, in quo per ingressum religionis dirimuntur sponsalia, vt patet capit. ex publico, de conuers. conu. notaandum est primo, secundum Syluestrum, verborum sponsalia. §. decimo, cui accedit Sotus in 4. sententia. distinctione. 27. quæst. 2. artic. 5. cum citans, quod non est in hoc casu ad dissolutionem sponsaliorum expectanda professio, vt in matrimonio non consummato expectatur: sed quæ primo vnus sponsorum habitum induit, potest alter ad alia vota euolare. Tum, quia eo ipso, quod alter induit habitum ostendit, quod sponsaliorum contractui nolit stare: sed propositum reuocauerit. Neque propter huiusmodi dissolutionem sponsaliorum poena incurritur amittendi arrhas. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric.

¶ Secundo circa eundem primum casum hic nobis occurrit dubium, quod nobis cap. commissum, de sponsalibus excitat. Vbi decernitur, quod si quis sponsalia iurauerit, & postea ad religionis statum suscipiat, tutius est ei iuramento seruato contrahere, & tunc demum ad religionem migrare. Quæritur ergo, an hoc sic literaliter obseruandum sit. Et videtur, quod contrahere talis prius debeat. Tum, quoniam hoc tutius esse reputet pontifex. Tum, quia Scotus distin. 30. quæst. 2. huius est sententia: propterea, quod sic iuramentum in sua forma seruatur: & hinc religionis ingressui, obstaculum nullum paratur. Respondetur ergo secundum Syluestrum, vbi supra, & Palud. distin. 28. & Sotum loco allegato, & Couarruuiam in epitome de sponsal. cap. 5. quod non est necessarium in hoc casu prius contrahere, & post ingredi religionem. Tum, quia cum religio sit excelsior status, quam matrimonium, procul dubio ipso iure in contractu sponsaliorum subintelligitur exceptio, nisi alter sponsorum voluerit ad religionis statum cōuolare. Eademque exceptio in iuramento est

A subintelligenda: quoniam nemo præsumitur contra id, quod est cōsiliū euangelicum velle iurare. Tum, quia vanum esse videtur, illud matrimonium contrahere, quod statim per professionem esset dissoluendum. Tum tertio, quoniam puella hinc nonnulla afficeretur iniuria, & non nihil notæ pateretur, si sponsus citra propositum consummandi ab ea, extorqueret consensum, de præsentem quam erat statim relicurus. Igitur textus ille glossandus est (vt glossator ibi eum glossat) scilicet, quod intelligatur, tutius esse tunc contrahere, saltem quo ad opinionem vulgi, ne iste de facto dicatur venire contra iuramentū. Quæ glossam accipiat Sotus. Secundo & melius & magis ad literam, & mentem textus glossatur à Couarruuiam, scilicet, quod capit. commissum, loquitur in casu, quo non deliberate statuerat religionem profiteri. Nam tunc admonetur à papa, vt prius compleat iuramentum, quod fecerat de matrimonio contrahendo. Quam glossam magis genuinam esse ostendunt illa verba textus. Vbi respondetur, quod tutius est ei religione iuramenti seruata prius contrahere, & postea, si elegerit ad religionem migrare. Vbi per illa verba, si elegerit, insinuat papa, quod de assumendo statu religionis iste sponsus nondum satis deliberauerat, aut elegerat.

C Præterea circa prædictum casum & hic alia dubitatio obuiat. Vtrum per votum simplex castitatis sponsalia dirimantur. Videtur autem, quod votum simplex castitatis ea dissoluat, si post emittatur propter rationem Soti vbi supra. Quia, inquit, cum sponsalia non faciant matrimonium, liberum est vtrique votum simplex castitatis emittere. Tum, quia tale votum licitum est, vt pote quod melioris frugis est, quam matrimonij status: ergo semper exceptio talis voti in sponsalibus implicatur, ac per consequens sponsalia prius contracta dirimit. In contrarium est, quod si votum simplex castitatis, quia melioris est frugis & maiori pollens est perfectione spirituali, quam promissio matrimonij dissolueret vinculum sponsaliorum, etiā sequeretur inde, quod votum perseverandi in oratione, & contemplatione per maiorem partem diei quotidie, si sic emitteretur post sponsalia, rescinderet illa, cum hoc votum complere melioris sit frugis, quam nubere.

D Igitur Corduba, qui in tractatu de casibus conscientie quæst. 136. huius meminit quæstionis, refert quinque opiniones circa eam versari, quas recitare hic caula prolixitatis vitandæ omitto. Verum duo puncta in ea explicanda veniunt. Scilicet. Primo, an sponsus peccet post sponsalia vouendo votum castitatis. Secundo, an tale votum dirimat sponsalia.

¶ Circa

¶ Circa autem primum quæstionis punctum versantur duæ opiniones. Vna Nauarri in summa cap. 2. num. 27. vbi asseruerat, quod alter sponsus in alterius præiudicium vouere non potest, excepto voto religionis: quod etiam post contractum matrimoniū facere & implere potest. Vbi clarè insinuat, quod talis sponsus vouens castitatem peccat, vt pote in præiudicium sponsæ id faciens. Sotus verò loco citato oppositum asserit, scilicet, quod citra omne dubium, tale votum licitum est, vt pote melioris frugis: ac per consequens semper in sponsalibus implicatur eius exceptio. Igitur (vt nostram sententiam dicamus) veriorum & probabiliorum esse existimamus opinionem Syluestri, verbo: sponsalia. quæst. 7. in fine. Vbi asserit, sponsum post sponsalia votum castitatis emittendo peccare, nisi vouendo intendat ingredi religionem. Cui suffragatur Corduba vbi supra. Cui etiam accedit Palude & Archidiaconus. cap. ex parte, de conuers. conu. (vt refert Nauarrus vbi supra). Et patet, quoniam votum hoc in præiudicium sponsæ videtur emissam. Vnde non caret culpa peccati. Tum etiam, quoniam ratio Soti in contra, quæ pro sua opinione adducit (vt fatetur Corduba) non videtur omnino firma & vera: propterea, quod in sponsalibus solum votum religionis videtur exceptū speciali ratione, quam insinuat Diuus Thomas in solutione ad. 1. in isto artic. 3. scilicet. Quia religio est mors spiritualis, dissoluit promissionem sponsaliū, quæ est spiritualis ad huc, id est, nondum est consummata id est, deducta ad complementū per copulam. At vero professio simplex castitatis mors spiritualis non est, vt dissoluere possit sponsalia. Vnde neque votum simplex suscipiendi ordinem sacrum sponsalia præcedentia dirimere non est tam certum, sicut illud affirmat Corduba, allegans Syluestri verb. sponsalia. quæst. 7. in fine. Et tamen Syluester nihil meminit finaliter, de voto ordinis sacri, sed religionis tantum: sicut etiam Nauarrus tantum votum religionis exceptit. Vnde votum castitatis ob suam spiritualitatem non dissoluit sponsalia præcedentia. Alioquin, vt bene infert Corduba, votum vacandi quotidie orationi, cum sit opus maioris perfectionis illa dissolueret.

¶ Ex prædictis tandem constat, quid sit dicendum ad secundum quæstionis punctum, scilicet, an tale votum dirimat sponsalia. Igitur respondetur primo cum eodem Syluestro ibi in summa matrimonium. 7. quæst. 5. & sponsalia. quæst. 7. quæst. 10. quæst. 2. quod postquam alter sponsorum compererit alterum emisisse votum castitatis, potest libere inire sponsalia cum altero. Et hoc citra dubium asserit. Quia eo ipso, quod al-

Instruct. consci. 2. Pars.

A ter castitatem vouit à fide & contractu sponsaliorum videtur recessisse: vnde altera pars videtur manere libera. Secundo dicitur, quod dum aliquis sponsorum emisit votum castitatis sine intentione formali vel virtuali profitendi postea religionem, per tale votum non dirimuntur sponsalia præcedentia, siue sponsalia fuerint iurata, siue non. Quod & probant rationes adductæ contra Sotum. Quod & consonum intentioni Diui Thomæ, & eius responsioni esse videtur in solutione supradicta ad primum. Vnde si quæreretur quis pergat, quid acturus tunc est, qui votum castitatis emisit. Respondetur autem secundum Petrum de Palude, cuius opinionem magis approbat Syluester, quod debet talis sponsus emissor voti castitatis, aut obtinere dissolutionem sponsalium ab sponsa, si velit ea dissoluere, aut solemnizare votum castitatis professione, vel ordine sacro, vel satisfacere sponsæ taliter, vt ob eam satisfactionem contenta maneatur de non contrahendo matrimonio promisso. Sed id, quod adijcit Palude, scilicet, quod aut debet solemnizare votum castitatis suscipiendo ordinem sacrum (vt prædiximus) non tam proconstanti habetur neque, quod per votum solum suscipiendi ordinem sacrum dissoluantur sponsalia præcedentia, licet verum sit secundum omnes (vt fatetur Corduba) quod per actuale susceptionem ordinis sacri dissoluantur: quoniam per talem susceptionem ordinis illegitima fit deinceps persona ad matrimonium contrahendum. Non tamen hinc sequitur, quod sponsus licuit votum emittere suscipiendi ordinem sacrum, vel quod tale votum sponsalia, quæ sunt de iure naturali implenda videatur dissoluere. Nam sicut de pecunia, quam alteri promissi, non possunt alteri licite facere obligationem: & sicut etiam pecuniam alicui puella in dotem promissam videtur, quod non possit promissor licite etiam pro fabrica ecclesie, ecclesie promittere, ita contingit hic. Neque obstat, quod talis possit vouere religionem. Quoniam diuersa est ratio de religione: quæ (vt ait Diuus Thomas) tum, quia videtur excepta in contractu etiam matrimonij non consummati: tum, quia est quædam mors spiritualis, est apta nata extinguere quæcunque alia vota, aut promissiones in seculo factas, quæ sibi sint impedimento: Sacri tamen ordinis votum non videtur exceptum. Vnde forte licite non fit, quoniam cum præiudicio sponsæ fit. Quocirca opinio Paludis dicentis, quod etiam votum castitatis emissum ab sponsa contra voluntatem sponsæ, possit ordine sacro solemnizari, sicut non audeo omnino approbare, ita neque condemnare.

¶ Circa secundum casum, in quo ipso iure dissol-

Bbb 4 uuntur



tuntur sponfal. nempe, quando sponsus post sponfal. contrahit cum alia de præfenti cap. si inter virum. de sponf. & capit. de illis. vbi habetur, qd etiam si sponfal. fuerint iuramento firmata, dirimuntur per consensum de præfenti cum altera: primo occurrit notandum cum Couarruua in dict. epitome cap. qd hic casus habet etiam fundamentum in iure ciuili. l. quoties. C. de rei vendi. Vbi habetur, qd etiam si prima venditio fuerit iurata, si iam secundo rem tradiderit, & vendiderit venditor, secunda venditio est valida, quidquid sit de peccato. Atque idem est, si primo promisit vendere iuramento, & tandem vendidit secundo: hæc secunda venditio tenet: & ex ea potest compelli ad tradendam rem venditam. Sed credit Couarruuias, qd si ante venditionem, vel traditionem rei, illi vendidisset, cui iurauerat vendere, esset eius venditio potior ad compellendum venditorem, vt illi potius ratione iuramenti tradat, quam alteri. Sic ergo decisio huius legis, licet non omnino quadret præfenti casui: tamen in hoc quadrat, qd sicut venditio facta secundo valet post, non obstante præuia promissione de vendendo alteri: sic non obstante sponfaliorum promissione valet matrimonium per consensum de præfenti factum, cum alia, etiam non subsecuta copula.

¶ Circa hunc casum occurrit dubium. Vtrum si qui inierat sponfal. cum prima, rursus sponfal. contrahit cum secunda, quam cognouit non vxorio affectu, nunc post concilium Tridentinum teneatur ducere primam vel secundam. Respondetur autem, qd Maioris dist. 27. quæst. 5. tenet secundam potius esse seruandam fidem, eo qd ei maius intulit damnum. Putatque Maioris hanc esse decisionem cap. r. de sponf. duor. Sotus autem contrariam opinionem magis consonam veritati esse autumat, hac persuasus ratione: quoniam cum ille priori formam fidem impignorauerit ei potius fidem seruare debet, vt habetur cap. sicut. de sponfal. Igitur pro decisione quæstionis dicitur primo, quod stando nunc in rigore post Concilium Tridentinum, si loquamur in foro conscientie & in rigore, verior est sententia Soti, scilicet, quod potius priori sponfæ fides sit seruanda. Et quantum prima sponfal. non fuerint iurata, & secunda fuerint iuramento circumuallata, standum sit in hoc casu prioribus sponfalibus, & indicenda sit poenitentia pro iuramento violato. Quam sufficienter probat eius ratio, scilicet, quod iniuria quæ illata est secundæ, cognoscendo eam fornicariæ, nõ auferit suum ius priori. Soto accedit Nauarrus in summa capit. 22. num. 26. quæ quidem opinio, vbi incommoda vtriusque sponfæ essent æqualia, aut parum discrepantia, maxime verum ha-

**A** bet, scilicet, quod ducenda est prima sponfa, nõ obstante, quod secunda cognita fuerit affectu fornicario. Sed secundo dicimus quod (ne opinionem Maioris omnino excludamus) illa potest de æquitate, licet non de rigore, habere locum, quando secunda magnum incommodum pateretur ex eo, quod maneret illusa, & cum iactura graui sui honoris, & virginitatis, & prima nihil tam graue pateretur ex fide sibi violata. Secundo, quando videlicet sponfus, quia coram te sponfus & cum iuramento pollicitus est ducere secundam, timet probabiliter sibi imminenti pericula, eo quod de violatione iuramenti accusabitur, & quod censuris cogetur ducere secundam, vel quid simile: quoniam tunc rationabiliter prima deberet esse contenta, vt secundæ sponfæ graui damno (præsertim si bona fide & ignara contraxit) subueniatur sine prioris graui damno, & quod honori viri & scandalo inde oriundo sic cum secunda contrahendo caueatur. Tertio dicitur, quod ante concilium Tridentinum, quando sponfal. de futuro præsumptiuè per copulam subsecutam transibant in matrimonium, si tunc in foro exteriori concubitus ille cum sponfa secunda legitimè probaretur, ex præsumptione iudicaretur tunc fuisse matrimonium consummatum. Cæterum nunc post concilium Tridentinum, quoniam per copulam non præsumitur matrimonium perfici post sponfal. de futuro (quia non admittitur matrimonium validum esse, nisi coram parocho, & testibus celebretur) ideo siue accesserit ad secundam sponfam de futuro cum affectu maritali, siue sine illo, tenebitur, talis sponfus, iuxta sententiam Soti & Nauarri, ducere primam, nisi in casibus in quibus Maioris opinionem, vt probabilem admisimus. Quam nunc etiam limitandam duximus & sic esse æquam, dummodo si quam leuem, & non grauem incommoditatem inde prima passa est ex violatione fidei sibi datæ pro ea aliquid recompensetur arbitrio boni viri.

**D** ¶ Circa casus, in quibus non ipso iure sponfal. de futuro dirimuntur, sed per iudicem ecclesie veniunt dirimenda, notandum est, primum eorum esse, dum sponsus ad terras longinquas se transfuit, neque ad tempus statutum pro matrimonio redijt. Circa quem casum aliter ius commune ciuile aliter ius canonicum videtur disponere. Nam secundum ius ciuile dissolui possunt sponfal. si sponsus vagetur per orbem modo expectetur per triennium, si nescitur in quo loco sit. l. 2. C. de repu. & l. 8. tit. 1. part. 4. Si vero sponsus intra provinciam sit expectari debet per biennium. l. 2. C. de sponfalib. Ita vt si absentia sit necessaria ex impedimento iusto expectetur, donec cesset. l. 1. de pe. ff. de sponfal.

sponfal. nisi ex periculo fornicationis iudex det licentiam sponfæ ad contrahendum cum alio, argumento cap. finalis. de eo, qui cognouit, consanguin. Sed tamen secundum ius canonicum ea de illis, de sponfalibus, cui magis in hoc standum est, nullus terminus legis ciuilis est expectandus sed potest sponfa petere licentiam ad contrahendum cum alio, iuxta illa verba, liberum sit, dicti cap. de illis. Tum quia secundum Abbat. Card. & Præpos. quibus accedit Couarruuias, illa verba excludunt illos terminos ciuiles, argumento glossæ in Clement. dudum, verbo, libere, de sepult. Tum: quia secundum Sotum, sponsus ille absens per suum discessum ad remotas gentes, ceteris suo renunciare iuri, nisi de alterius licentia fuerit profectus. Credit tamen Couarruuias, qd vbi sponsus in propinquo loco est, absens est requirendus, vt intra certum tempus contrahat matrimonium ratione illius textus de illis, de sponf. Quod si iusto impedimento detineretur, non temere sunt sponfal. dissolueda: sed attendenda sponfæ qualitate, quæ forsitan ex mora periculum pateretur. Ita Hostiensis: quia textus non loquitur in his casibus. Circa quem casum dubitare quis poterit, an adueniente die, quæ fuit pro matrimonio, contrahendo designata, sponfal. dissoluantur, si matrimonium tunc non contrahatur. Respondetur, quod adueniente tali die dissoluantur sponfal.: quod & glossa cap. sicut. de sponfalib. ait, speciale esse in matrimonio. Sed tamen hoc procedit in casibus, in quibus terminus adjicitur sponfalibus ad limitandam obligationem, & eam restringendam: nam tunc illa obligatio contrahendi matrimonium expirat. Veruntamen ille, per quem stetit, quominus contraheretur, tenetur ex culpa illa. Sic autem terminus videtur apponi, si tempore desponsationis apponatur, vt eo elapso non duret obligatio, quoniam tunc mora non purgatur. l. traiecit. §. de illo. ff. de act. & oblig. Secus autem est, si iam ex intervallo post sponfal. contracta tractetur de die nuptiarum, & signetur: quoniam lapsus illius diei tunc non liberat a contrahendo. Quoniam tunc talis dies potius ponitur ad sollicitandum, quam ad extinguendum obligationem. arg. l. Cellus. ff. de arbitris. Vnde fit consequens, quod quando sponfus est requisitus, vt contrahat certa die si nolit, non videtur per hoc dissentire: quia forte terminus ille illi non conuenit ad contrahendum matrimonium ob aliquam causam. Secus est, quando appareret nolite ipso tempore, neque alio contrahere.

¶ Præterea circa secundum casum, in quo iudicio ecclesie dissoluantur sponfal., nempe, propter incursum infirmitatis contingentem in aliquo sponforum, est notandum secundum Sotum,

**A** quod ista infirmitas grauis, vel scditas notabilis, scilicet, paralyssis, caecitas, lepra, vel similis, si antecessit sponfalibus, & fuit prænota, ea non dissoluit. Secus, si non fuit prænota, aut si post sponfal. successit, quoniam tunc ea dirimit cap. literas de coniug. leprof.

¶ Præterea ad hunc secundum casum reducere possumus quæstionem illam, quæ quæritur, vtrum paupertas superueniens, quæ in causa est, vt sponfa non sit soluendo, dotem quam sponso dare est pollicita, sponfal. dissoluat, sicut ea dissoluit grauis subsecuta infirmitas. Respondetur primo, qd glossa, cap. quemadmodum, de iure iurando, tenet, quod sponfam lapsam in suis facultatibus, & redactam ad paupertatem, quæ antea diues erat, tenetur, sponfus non repellere, sed eam ducere. Quæ quidem glossa vera est in casu, quo ipsa sponfa nihil dare promisit & est communis & Ioannis Andreæ & Imolæ & aliorum in dict. cap. quæ admodum, & l. si ita stipulatus fuero, te liti. §. si tibi. ff. de verb. oblig. in fine, contra Panormitanum reprobatem hanc glossam, & affirmantem, quod etiam si iurauerit eam ducere, & etiam in casu, quo ipsa sponso nihil in dotem promiserit, eam in pauperiem lapsam ducere non tenetur. Et probatur ista communis, cui magis subscribit Couarruuias, quoniam sibi imputare debet sponfus, quod de dote sibi constituenda pactum non fecit: quoniam sic videtur renunciasse iuri petendi dotem: vnde tenetur eam ducere, & alere. Neque valet ratio Panormit. quam adducit in contra, scilicet, quod neque iuramentum neque promissio obligat mutatis rebus. Quoniam respondetur, quod si sua ratio vniuersaliter esset vera, eodem modo probaret, quod dissolueda forent desponsalia inita cum puella, quæ tempore desponsationis pulchra erat: tamen labente tempore eius pulchritudo euauit. Quod tamen textus, quemadmodum, videtur reprobare, si attendantur exempla grauis infirmitatis: quæ sponfal. dissoluedere decernit, & non minora. Igitur, quia non ducitur vxor propter diuitias, aut nimiam eius pulchritudinem, vt propter finem, sed propter bona matrimonij: ideo si post sponfa decidat a suis facultatibus, vel a suo viuido decore, nõ censentur esse mutata hæ res, quæ iure, vel ratione sufficiente deberent contractum sponfaliorum impedire. Alioquin omnes promissiones antea factæ vacillarent, si ex quacunque mutatione rerum post subsecuta deberent infirmari.

**C** ¶ Secus autem esset secundum communem opinionem, & Nauarr. & Couarruuiam, si sponfa in paupertatem lapsa promississet dotem, etiam si nequeat promissionem dotis implere: quoniam tunc eam sponfus ducere non tenetur. Ita Nauarr. in sum. ca. 22. nu. 27. Vbi superaddit, quod

cū sponsa sponso certā dotē non promittit, vide rūt omnia bona sua promittere secundum gloss. in mulier bona. ff. de iure dotium. Hæc est Bartol. in constante. ff. soluto matrimonio. In cuius gratiā citatur Aristoteles, & Cicero, in topicis ad Trebatium Nihilominus Couarruias illo cap. 5. videtur affirmare contrarium contra istos; & contra Abbatem, scilicet, non esse verum, neque ex iure posse probari, quod femina habēs bona si simpliciter contrahat matrimonium, videatur illa in dotem dare, etiam attenda dignitate mariti. Ita glossa cap. quemadmodum, de condit. ap. pos. & l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Ac tandem concludit, quod si vera esset illa opinio Bartoli. illa si constans, esset intelligenda in muliere matrimonium contrahente, non vero in sponsalia contrahente. Sed tamen (si mea quidquam valet sententia) apparet, quod sententia Bartoli, & Ciceronis atque Aristotelis de æquitate naturalis valeat (licet non sit expressum in iure civili) eo quod postquam vxor in sociam vitæ indiuiduæ assumitur, si bona possideat in ea quantitate debeat ex eis contribuere ad onera matrimonij sustentanda, quæ dignitatem mariti & suam decet. Quoniam vita socialis hoc exposcit, vt ad mutuū subsidium sibi præstandum coniuges tenentur. Cæterum de illa quæstione, scilicet, an iurans aliquam accipere in vxorem, teneatur cum ea contrahere matrimonium, si cum ipsa sit diues, nolit ei dotē assignare, supra meminimus, dicentes cum Couarruias, quod opinio contraria Baldi. cap. iuravit. de probationib. dicentis, quod non tenetur eam ducere, si ipsa sit diues, & nolit dotem consignare, etiam si non promiserit, non procedit, nisi quando ipse esset pauper. Quoniam si maritus diues est sibi imputet, quod de dote sibi constituenda non est pactus. Ideo nihil amplius in ea disputanda hic immoramur. Sed omittentes casus, qui difficultate carent de his, qui aliquam præferunt, dicere pergamus. Igitur, quia casus ille, scilicet, quod per affinitatem superuenientem per commissionem carnalem cum alterius consanguineo dirimantur continetur expresse. 2. 7. quæst. 2. can. si quis sponsam, & cap. ex literis, de eo qui cogn. consang. vxor. Et quia idem est de quocunque iuris impedimento superueniente & scandalo, quod matrimonio contrahendo aduerfetur, iuxta tenorem cap. cum in tua. de sponsal. anteamas ad differendum de illo casu, vbi mutuo se absoluunt, scilicet, vtrum per mutuam absolutionem sponsalia dissoluantur. Et quidem quæstio hæc licet in se clara sit: sed aliquam difficultatem implicare solet, scilicet, in casu, quo sponsalia principaliter essent iurata propter Deum. Vt cum quis iurat se matrimonium contrahiturum cum aliqua puella paupere ob

A amore Dei, & elemosynam. Quaritur ergo, an hoc in casu per mutuam absolutionem hæc sponsalia possint dissolui. Igitur breuiter respondetur cum Nauarro cap. 22. num. 25. contra Innoc. & Panormit. cap. præterea. 1. de sponsal. & contra Syluest. verbo, sponsalia quæst. 10. quod reuera etiam, si illa sponsalia sint principaliter iurata propter Deum, dissolui possunt per mutuam absolutionem. Patet hoc. Tum, quia iuramentum illud recipit Deus in vtilitatem partis, & ideo ipsa potest ei renuntiare arg. quauis pactum. de pact. lib. 6. Tum, quia alioquin iuramentum emissum in fauorem puellæ si ei renuntiare non posset, posset ei ob varias rationes præiudicium inferre contra. l. quod fauore. C. de legib. & cap. quod ob gratiam de reg. iur. in. 6. Per has ergo rationes soluitur ratio colorata quæ pro contraria opinione videtur astare. Accedit & ad hunc casum, quod quando per mutuam solutionem sponsalia iurata non dissoluantur, si alter eorum renuit cum altero sponso matrimonium contrahere, iam alter manet liber, si quidem fides sibi iniuriam mutuo data est.

B Verum hic Sotus hoc excitat dubium, scilicet, cur postquam sponsalia conscientiam ligant, non compelluntur sponsi ab ecclesia promissæ fidei astare, præsertim in casu, quo alter renitente contrahere alter petit in iudicio ecclesiastico sibi fidem seruari. Videtur autem, quod iste renitens sit compellendus contrahere. Tum, quoniam in reliquis contractibus civilibus compelluntur à iudice contrahentes pacta seruare. Tum, quia ea ex literis, de sponsal. decernitur sponsum non acquiescentem monitis compellendum esse, vt ipsam sponsam (nisi rationalis causa obstiterit) in vxorem recipiat. Sed in contrarium est quod taxat. Vbi respondet Papa, quod sponsum iurans sponsalia potius est monendus, quam cogendus ad contrahendum: eo quod coactiones difficiles soleant frequenter exitus habere. Igitur ad quæstionem dicimus primo, quod hic non in dubium reuocamus, quod Abbas in cap. requisit, de sponsal. dubitauit, scilicet, an hæc promissio matrimonij futuri in conscientia ad suam impletionem obliget vel non. Quoniam citra dubium de iure naturali, & diuino oritur hæc obligatio. Secundo dicitur, quod hic Couarruias in epitome cap. 4. summo rigore inuehitur contra glossam cap. de illis, de sponsal. eo quod asseruerit ibi promittentes coniugalem consensum, sine iuramento, non compellendos esse à iudice matrimonium contrahere: hancque assertionem glossæ de errore subnotat. Cui tamen glossæ Sotus in. 4. dist. 27. quæst. 2. art. 5. in dubio circa. 5. casum videtur assentire, citans in gratiam glossæ caput, præterea.

terea. 1. de sponsal. Igitur in tam perplexa quæstione, vbi textus etiam ipsi canonici videntur variare, quo eos concordemus, & quæstioni faciamus satis, dicitur tertio, quod quoties probabiliter ex circumstantijs & ex negotij & personarum qualitate conijcere potest iudex, quod ex compulsionem perpetuitas matrimonij infirmabitur, atque vacillabit: tunc monendus est potius quàm cogendus sponsum renuens stare promissioni, etiam si antea eam iuramento firmasset. Patet, quia tunc talis compulsio, si moderata non esset, libertatem consensus matrimonialis videtur impedire, sine qua perpetuitas matrimonij non solet stare: quia talis immoderata compulsio videtur huic perpetuitati repugnare. Si autem obstinatio sponsum renuentis contrahere non tanta sit, quin per coactionem moderatam tandem respiciens acquiescet, vt ex qualitate personarum, & negotiorum licebit coniectare: tunc hac moderata coactione iudex vti poterit, quando sic non infelices exitus ex talibus nuptijs sperarentur. Patet, quia Papa per caput requisit, hos infelices exitus intendit vitare.

¶ Quo circa non videntur discordare à iure canonico, qui censent in hoc casu per censuram excommunicationis ad contrahendum posse adigi. arg. cap. peruenit. de adulterijs. Vbi cauetur, quod renuens recipere quam decepti excommunicetur. Vbi adiicit glossa, quod tamen finaliter idem si perliterit in sua pertinacia non est compellendus eam accipere. Probatur autem hoc ratione. Nam excommunicatio, quauis grauis est poena, tamen (quia est medicinalis poena. 2. quæst. 1. cap. multi, quæ infligitur non ad destructionem, sed ad medelam) multos solet trahere ad sanam mentem, & respicientiam, vt iam quasi respicientes voluntarie acceptent, quod ante renuebant. Nusquam tamen vtendum est per poenam acerba, quæ consensui libero ac perpetuitati matrimonij videatur repugnare: nam ex hoc non potest vitari infelix exitus, quod Papa cupit vitare. Neque obstat, quod hoc non videtur tolerandum, scilicet, quod iste impune fiat iuramenti violator: quoniam multa permittit ecclesia, ne maiora mala & scadala contingant. His prædictis videtur assentire Couarruias illo cap. 4. Vbi hoc corollariū infert, quod matrimonium nullum esset, si talis sponsum metu compulsus, matrimonium perficere compellatur, etiam si libere ante contraxerit. Quoniam iuxta caput. requisit, potius videtur monendus, quam compellendus. Quoniam ista compulsio per metum grauis poena non videtur omnino iusta, licet alias sponsum renuens dignus esset tali compulsionem & poena. Intelligit ergo huius assertum Couarruias procedere, vbi metus cadens in virum constât in hoc interuenire:

A ¶ Circa alium casum, in quo sponsalia dissoluantur, scilicet, quando post alter eorum fornicatur est primo notandum, quod fornicatio, si subsequatur sponsalia etiam iuramento munita, ea dissoluit, vt patet cap. quemadmodum de iure iurand. Secus tamen est, vt inibi dicitur, si talis fornicatio sponsalibus antecesserit. Sic Sotus. Imò secundum Nauarrum cap. 22. nu. 27. etiam per præcedentem fornicationem separantur sponsalia, quando tempore desponsationis ignorata fuit: si tamen post contractum matrimonij veniret in notitiam innocentis sponsum secundum omnes: quod maxime procedit incidendo in hæresim, vel apostasiam cap. non solum. 28. quæst. 1. Quod intelligit siue talis fornicatio fuerit coacta, siue voluntaria secundum glossam dicto cap. quemadmodum, verbo. oculos. Ita Sotus, & Nauarrus, & Couar. Cuius rationem ipse reddit. Quia non tenetur quis neque cogendus est contrahere bigamiam, non dum præstito consensu coniugali. Ita l. 8. tit. 1. part. 4. Imò propter eandem rationem neque sponsam præcise coactam in fornicatione iuxta d. accipere sponsum tenetur. Cæterum sponsa non de futuro, sed iam de præsentibus, si oppressa fuit, vt præcisa neque quoad torum relinquit potest. Secus si ex metu ac vi conditionali fornicata fuerit, contra Abbatem, qui in utroque casu prædicta poena sponsam de præsentibus siue vxorem liberam esse censet. Quibus accedit secundo, quod secundum communem, prædicta assertio sic intelligitur, quod in hoc casu fornicationis in potestate innocentis manet sponsalia dissolueri. Verum si innocens consenserit adhuc, & petat sponsam stare promisso, illa contrahere tenetur. Tum, quia suum peccatum ei non debet patrocinari. Tum quia neque ex suo delicto debet commodum libertatis reportare: sic etiam è contra si sponsum fornicetur. Ita. l. prædicta. 8.

¶ Circa illum casum, vbi defectu ætatis dissoluantur sponsalia, aduertendum est, quod impubes contrahens sponsalia, potest adueniente pubertate ab eis recedere. cap. 1. de sponsalibus impub. Sed ante perfectam ætatem dissensus non admittitur, etiam si vterque impubes sponsaliorum peteret dissolutionem. Sed iam hic fit obuium dubium an talis impubes in foro tantum exteriori permittatur in ætate pubertatis recedere ab sponsalibus, aut etiam in conscientia liceat tunc ab eis velle resiliere. Nam frater Iosephus in suis floribus theologiae, eius est sententia, quod ratio ne æquitatis naturalis, quæ obligat etiam impubes dum sufficienti polleant ratione tenentur astare fidei promissæ. Sed hoc nihilominus non obstante dicendum videtur, etiam in conscientia liberum eis esse, cum peruenerint ad perfectam ætatem.

etatem ab sponsalibus antea initis resilire. Quoniam hoc ius canonicum non tantum permittit, sed etiam concedit eis. Neque id fit abque maturatione consultatione sed ne ex immatura consideratione, qualis est ante pubertatem, quasi minus liberi accedant ad subeundum onus graue, quod secum fert matrimonij perpetuus status. Igitur secundum opinionem communem, si duo impuberes contraxerint sponsalia, qui primo peruenit ad perfectam etatem, poterit huic contractui refragari contra glossam cap. de illis, versiculis de sponsalibus, de sponsal. impub. Vbi affirmat ab hoc alium impubere fore expectandum. Sed tamen contra ipsam communiter tenetur, debere illum, qui prius ad etatem perfectam peruenierit, statim reclamare, si sponsalibus acquiescere denuo nolit. Quod si tunc non contradixerit, sponsalia illa firma manebunt in ratione sponsaliorum, quantum non in ratione matrimonij. Neque in hoc aduersantur sibi inuicem, §. si vero, & §. mulier, cap. de illis, de sponsal. impuber. si recte inspiciantur. In omnibus casibus, §. vero, statim ad vitrendam est contradictio facti puberis ab impubere. At in casu secundo, §. non est admittenda: vnde manifesta est inter vtrunque casum differentia. Facit pro hoc l. 8. tit. 4. part. Vnde ex ultimo illis, §. mulier, colligitur, quod is, qui cum pubes esset contraxit matrimonium, aut sponsalia cum impubere, impubere expectare debet, usque ad pubertatis tempus, neque ipse, ex quo in legitimo tempore consensit poterit resilire.

Sed controuersi hic solet, an impubes contrahens sponsalia, praestito iuramento possit pubertatis tempore aduenienti ab eis resilire. Videtur autem, quod non. Nam contractus minoris alias inualidus iuramento validatur, si pupillus sit doli capax. Sed in contrarium est, quod talis contractus minoris, non videtur iuramento firmari, quoniam potest obtinere absolutionem a iuramento, quae danda est in tali casu ratione imperfectae etatis. Igitur ad quaestionem dicitur quod in casu quaestionis, ubi sponsalia fuerunt iurata, impubes, qui ea iurauit, perueniens ad pubertatem, ea retractare non potest. Patet, ex cap. ex literis el. 2. de sponsal. & matr. Et probatur: quoniam hoc est speciale in sponsalibus: quoniam hic etas non est tam stricta, quin iudicio suppleri possit. Ita Couarru. in epito. cap. 5. §. 1. Vbi in gratiam huius allegat. l. 56. tit. 5. & l. 6. tit. 1. 9. partit. 6. Ita affirmat glossa singularis secundum Abbat. dicto cap. de illis. Quod intelligendum est, dum hoc iurauit impubes proximus iam pubertati, vt discretionem ad id polleret. Nam secundum glossam Abbat. & Doctores cap. ex literis in. 2. de sponsal. & l. finali. §. in eum. ff. de lib. caus. is proximus pubertati ratione pollens iuramento se attrin-

gere potest. Ad argumentum autem in contra, quoniam hanc implicat iuridicam difficultatem vtrum contractus minoris alias inualidus iuramento firmetur, ad id difficultatis primo respondendo dicimus cum Couarru. ubi supra, quod communis & verior opinio est illa Alexandri, Alciati, & Cyni, quod talis contractus pupilli impuberis iuramento non firmatur: quoniam relaxationem iuramenti postulare potest: quae sibi ratione imperfectae etatis non est deneganda. Quoniam aliud est contractum iuramento firmari a pupillo, qui certe non per hoc firmatur: & aliud est iuramentum ob discretionem obligare: & ideo indigere absolutione, quae danda est in tali casu. Vnde ad argumentum respondetur, quod sponsalia praedicta vt patet ex praedicto cap. ex literis, ex speciali ratione praedicta iuramento firmantur. Praeterea accedit ad praedicta, quod sponsalia iuris interpretatione tantum de futuro contracta a pubere, & impubere etiam coram testibus & curato, non efficiuntur matrimonium ex consensu impuberis legitimam etatem post attingentis, nisi & pubes etiam consentiat, id est, nisi notus vtriusque consensus de nouo accedat. Ita Couarru. ubi supra, tenet contra Syluester. verbo matrimonium. §. quae. 8. Patet primo ex cap. 1. §. 1. de sponsal. impub. in. 6. ubi non sufficit perseverentia priorum consensusum, sed exiguntur consensus de nouo de praesenti. Et patet: quia illud matrimonium, quod inter impuberes contractum ex iuris interpretatione reputatur pro sponsalibus tantum, dissoluitur etiam altero adulto effecto, & consentienti ex omnibus causis, quibus reliqua sponsalia re & verbis de futuro dissoluntur: ergo indigent nouo consensu vtriusque vt in verum matrimonium talia sponsalia transeant. Adde etiam, quod sponsalia contrahens cum minori, id est, impubere cum sit pubes ab eis recedere nequit. cap. de illis. Sicut, si maior contraheret cum minori sine autoritate curatoris, minor posset dissentire, sed non maior, si contractus esset in fauorem minoris. l. non cominus. C. de procur. Igitur ex praedictis sequitur corollarie, quod contractus sponsaliorum puberis cum impubere iam adepti septennium, ideo impedimentum publicae honestatis causat, quia verus contractus sponsaliorum esse censetur.

Sequitur etiam secundo, quod licet pubes a sponsalibus contractis cum impubere recedere nequeat: tamen si matrimonium cum alia contrahat per illud sponsalia praecedentia dissoluntur cap. de illis, de sponsal.

Praeterea circa illum casum, scilicet, in quo dissolui etiam sponsalia asseritur, scilicet, si superueniat aliquid de nouo, quod si praecessisset non essent contracta, quem tanquam de mente D.

Thomae

Thomae in quarto dist. 27. Nauarrus in summa cap. 22. num. 27. acceptat, cuius etiam Syluester verbo, sponsalia, meminit. quae. 10. notandum est primo, quod casus hic tunc est admittendus, quando aliqua causa de nouo emergit, quae si a principio affuisset (quia rationalis est) rationabiliter consensum sponsaliorum abstulisset, & ne fierent impedimento fuisset, vt verbo, pactum. §. 4. explicat Syluester. Alioquin non quaecunque causa imaginabilis, quam imaginatur contrahens, quae si affuisset sponsalia non contraxisset, sponsalia dissoluit, etiam si de nouo emergat, nisi sit rationalis. Quo circa, ne sponsus in hoc casu, quando, scilicet, ista noua emergit causa decipiatur, tanquam iudicans in propria causa: non suo iudicio, sed iudicio ecclesiae dissoluenda sunt, quae iudicabit, an causa de nouo emergens tam rationalis sit, & sufficiens, vt tempore contractus, si adesset eum rationabiliter impedisset, & quo minus fieret obstitisset.

Item dissoluntur sponsalia per morum alterius contrahentium asperitatem, secundum Nauarrum loco citato. Qui in huius gratiam citat Pannormitanum cap. veniens, qui clerici, vel vouentes. Et praesertim propter sauitiam sponsi, vt ait Syluester allegans eundem in dicto cap. Si igitur aliqui alij casus similes occurrant per praedictos regulandi sunt. Omnes ergo hi casus, & similes dum occurrunt, quoniam ipso iure non dirimunt sponsalia, ideo autoritate iudicis ecclesiastici tunc dirimenda sunt. Si tamen aliquis sponsus in his casibus absque tali autoritate cum alia contraheret, graue peccatum non effugeret, non tamen iuxta Nauarrum cap. 22. num. 28. mortale esset peccatum. Quod & etiam Syluester verbo sponsalia quae. 11. confirmare videtur. Quod limitandum esse censo, quando sponsus de sufficientia causa dubitans, cum consilio alicuius doctoris periti ea ipse dissolueret sine autoritate iudicis ecclesiastici. Alioquin si merito dubitans de sufficientia causa, proprio iudicio contrahendo cum alia illa velit dissoluere, forte quia periculo se exponit grauius laedendi primam sponsam, peccabit plusquam venialiter. Caeterum cum cessat praedictum dubium, regula illa generalis procedit, scilicet, quod in nullo casu, in quo causa dissoluendi ea est manifesta, tam quoad veritatem, quam quoad iustitiam, praedicta ecclesiae autoritas requiritur secundum Nauarrum. ubi supra: quoniam tales ab ipso iure absoluuntur. Huic autem sententiae suffragatur Syluester verbo, sponsalia quae. 11. Et idem est, quando sponsalia sunt clandestina: quia tunc scandalum cessat. Igitur vt in summa tam copiose explicatos casus dissoluendi sponsalia praestringamus, aduerte, sponsalia dissolui. Primo partium consensu,

Secundo religionis ingressu. Tertio superuenientia affinitatis. Quarto ex poenitentia impuberis. Quinto ex lapsu temporis praestituti. Sexto causa morbi. Septimo causa fornicationis. Octauo ex defectu promissi. Nono ratione inimicitiae capitalis. Decimo ex fama alicuius impedimenti. Vndecimo ex ordine sacro postea suscepto. Duodecimo ex cognatione legali. Decimotertio ex asperitate morum. Decimotertio ex parte vnus per votum castitatis alterius. Decimoquarto per ingressum religionis alterius, etiam sine professione. Decimoquinto generaliter propter causam generalem superuenientem, quae si a principio fuisset, impediisset ea contrahi.

## C A P. XXXIX.

### De ratione matrimonij.

¶ Vtrum matrimonium sit coniunctio, & quid significet matrimonium, & quibus nominibus nominetur: Et an conuenienter definiatur. Et an consensus sit causa matrimonij. Et an Deus sine consensu aliquis in matrimonium coniungit. Et an ex virtute relictæ a Deo respublica possit aliquos matrimonio coniungere inuitos, & sine consensu. Leges loquentes de matrimonio, de quo matrimonio intelligatur. Et an consensus per verba exprimi debeat. Et an solus mutus consensus sufficiat: & an simul concurrere debeat. Et quid si coniuges bona fide contrahentes postea de impedimento eius dubitant. Et de corollarijs Victoria. Et an protestatio, qua quis protestatus est non consentire, probet contra matrimonium. Et de furioso contrahente, & de consensu in occulta praestito. De matrimonio clandestino, & quo tripliciter dicatur: Et an validum sit post Concilium Tridentinum. Et de eius poenis: Et de bannis.



¶ PRAETerea circa quaestionem, 44. ubi Sanctus Thomas de ratione matrimonij agit, quaeritur primo, vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis. Respondetur autem cum Sancto Thoma, quod coniunctio adunationem importat: vnde ubi est adunatio aliquorum, ibi est aliqua coniunctio. Sicut igitur multi homines adunantur ad vnam militiam, vel negotiationem exequenda: ita per matrimonium ordinatur aliqui ad vnam cognationem, & educationem proliis, & iterum ad vnam vitam domesticam. Constat autem



autem, quod in matrimonio est aliqua coniunctio, secundum quam dicitur maritus & uxor, & talis coniunctio ex hoc quod ordinatur ad aliquod unum est matrimonium. Coniunctio autem corporum, & animorum ad matrimonium consequitur. Item quia matrimonium est vinculum, quo coniuges ligantur formaliter, non effectiue, ideo non oportet quod sit aliud à coniunctione. Præterea, quia ista coniunctio est res & sacramentum simul, ideo non requiritur, quod sit quid sensibile: sed satis est quod uerba exprimentia consensum, quæ sunt sacramentum tantum, & causa prædictæ coniunctionis, sunt sensibilia. Deinde aduertendum, quod relatio, quæ est matrimonium, est una ex parte causæ, quia ad eandem numero generationem ordinatur: & est multiplex secundum numerum ex parte subiecti, id est, utriusque coniugis. Ex parte ergo subiecti significatur istis nominibus, uxor & maritus. Secundum autem quod est una ex parte causæ, significatur hoc nomine, matrimonij.

¶ Circa quam doctrinam D. Thomæ notandum primo occurrit circa diffinitionem, quid nominis matrimonij, quod dicitur matrimonium quasi matrem & prolem muniens: & quoniam prius mater in utero, & deinde in fine munit, & fouet prolem, quam post iam adultam pater munit: ideo tanquam à priori, scilicet à munimine matris matrimonium sortitus est nomen matrimonij. Dicitur præterea matrimonium, nuptiæ à nubendo, ex eo, quod caput femine dum traditur uir o pudoris gratia velatur, id est, quasi nube tegitur, in signum obedientiæ debiti uiri. Sed uir tantum super humeros uelut recipit, quia significatur per hoc, quod onera matrimonij sustentanda super humeros suos suscipit. Hoc autem nomen nuptiarum, secundum sanctos patres, usque ad traditionem, qua uxor traditur uiro ad consummandam copulam, locum non habet. Atque ideo secundum Sotum sancti negant inter Mariam & Ioseph. celebratas fuisse nuptias: unde nubere proprius dicitur de uxore, quam de uiro.

¶ Secundo scitu iam hic opus est, coniugium, & matrimonium pro quo supponat. Nam cum sint hic quinque consideranda, scilicet, consensus interni, & contractus exterior, scilicet, uerba & obligatio, seu vinculum inde resultans, & facultas, quam uterque alteri facit sur ad carnalem copulam, merito inquiratur per quoniam horum matrimonium seu coniugium supponat. Respondetur autem matrimonium accipi non posse pro consensu interno, quia non est sensibile: omne autem sacramentum sensibile est. Neque pro contractu externo, scilicet, pro uerbis, quibus consensus exprimitur: quia consensus & uerba non sunt matrimonium, sed causa ipsius. Sed etiam facultas ad concubitum non sufficit ad matrimonium: quo-

nam si sine perpetua coniunctione Deus aliquibus facultatem faceret, utendi inter se copula, inter tales non ideo sufficeret ad matrimonium. Unde concluditur matrimonium pro vinculo & obligatione mutua, quæ ex mutuo consensu exterius expresso ad communem vitam innascitur supponit.

¶ Tertio perpendendum est hic, ad intelligentiam plurimum casuum legalium, & pro intelligentia aliquarum legum de matrimonio loquentium, quod lex quæ de matrimonio loquitur intelligenda est de matrimonio ex consensu de presenti rato, etiam non consummato, secundum communem opinionem doctorum, & Andreæ & Tiraquelli. Pro qua facit causa finale de frigidis, & cap. per tuas, qui filij sunt legitimi. Quam Andreas & Tiraquellus tuentur aduersum Baldum. C. de reuocat. donat. l. si unquam. Opinio tamen Baldi non est omnino excludenda: quoniam uerum habet ubi subiecta materia, uel legis intentio copulam exigeret. Ita glossa in c. unica. de consang. Ex quo regula hæc corollarie sequitur ad exacte resoluenda multa dubia, quæ licet late disputentur ab aliquibus Doctoribus, non tam exacte, scilicet, quod ubi iura aliquid statuerunt in marito, uel uxore intelligenda sunt de talibus, qui de presenti contraxere etiam copula non secuta. l. penultima. C. de incest. nup. & l. penultima. ff. de dō. inter uir. & uxo. Si autem aliqua do intelligenda sunt in uiro, & uxore subsecuta copula: id uisum euenit, uel ex communi uisum loquendi, uel ex legis intentione, uel ex alia simili ratione.

¶ Quarto considerandum est, quod matrimonium ante carnis copulam perfectum est, quoad sanctitatem sacramenti. Igitur secundum Concilium Colonienſe tit. de mat. matrimonium aliud est ratum legitimum, ut inter infideles: aliud ratum, ut inter baptizatos. Nam ratum illud facit fides, & sacramentum, & aliud est consummatum. Unde consequitur, quod quia matrimonium inter infideles non est actu sacramentum inde fit, ut non sit tam firmum secundum D. Thomam. in. 4. dist. 39. quæst. 1. art. 2.

¶ Quinto ex prædictis constat matrimonium congrue sic nominari. Nam cum in matrimonio tria interueniant, scilicet, essentia ipsius, quæ est coniunctio, secundum hoc etiam uocatur coniugium. Et cum secundo in ipso interueniat causa eius, quæ est desponsatio, secundum hoc uocatur nuptiæ à nubendo: quia caput femine in signum subiectionis velatur. Secundum autem tertium, quod in matrimonio intenditur, quod est proles, dicitur matrimonium, quasi matris munium, id est, officium circa educandam prolem. Vel dicitur matrimonium quasi matrem monens, ut seruet fidem. Vel dicitur matrimonium ab una materia, id est, ad unam prolem ex eadem materia matris à uiro disposita tandem gignendam. Vel secundum

dum Isidorus dicitur matrimonium quasi à matre nati, quia per matrimonium fit aliqua mater nati. ¶ Igitur denominatur matrimonium à matre: quia licet pater sit dignior causa prolis, sed mater circa illam magis est officiosa, quam pater, quia data est uiro in adiutorium prolis. Neque inconuenit etiam quod de nominetur nuptiæ, quoniam aliquando essentia rei sicut etiam cognoscitur per aliqua accidentalia, ita per ea uel ab eis solet nominari. Neque inconuenit etiam, quod matrimonium uocetur coniugium (licet coniunctio, genus sit ad matrimonium) quoniam etiam species, quando imperfecta est, ita quod nihil dignitatis addit ad rationem generis, quam complete habet à tali genere: denominari solet, sicut animalia imperfecta à carentia animæ rationali consueuimus, animalia appellare, quod est genus ad suas species. Et sic fecimus satis articulo secundo D. Thomæ ubi inquit, utrum matrimonium congrue nominetur. Ideo ad tertium articulum explicandum tranſeamus.

¶ Queritur ergo tertio cum D. Thomæ, utrum matrimonium conuenienter diffiniatur. Respondetur autem, quod sicut dictum est in matrimonio tria est considerare, scilicet, eius causam, & essentiam eius, & effectum, & secundum hoc, tres inueniuntur diffinitiones de matrimonio datae. Igitur diffinitio Hugonis, scilicet, quod matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus, tangit causam, id est, consensum, & non est diffinitio per se quid ditatiua. Diffinitio autem, quæ assignatur à magistro sent. in litera, scilicet, quod matrimonium est coniunctio maritalis inter legitimas personas indiuiduam uitæ consuetudinem retinens, scilicet, tangit essentiam matrimonij, dicens esse coniunctionem: nam hæc coniunctio constituit genus: quod autem sit maritalis constituit differentiam. Quoniam si aliud genus passionis esset inter uirum, & feminam in ordine ad aliud negotium, matrimonium non esset. Per illam autem particulam, inter personas legitimas, explicatur subiectum matrimonij. Per illam autem particulam, indiuiduam consuetudinem uitæ retinens, explicatur causa finalis: nam ad hanc consuetudinem huiusmodi coniunctio ordinatur. Alia autem matrimonij diffinitio, qua ab alijs diffinitur, scilicet, quod matrimonium est consortium communis uitæ, & communicatio diuini & humani iuris, tangit effectum, ad quem ordinatur matrimonium, scilicet, qui est uita communis in rebus domesticis, & communicatio communis, quam ordinat ius diuinum & humanum. Neque est circulatio, sicut hic diffiniatur matrimonium, in diffinitione ponatur illa particula, maritalis. Quia ponitur maritalis in hoc sensu, quod matri-

monium est coniunctio ad ea, quæ mariti officium requirit, quæ non poterant uno nomine exprimi. Differentia autem hæc, scilicet, maritalis potius sumitur à uiro, quam à muliere: quoniam ut dicit Apostolus uir non est propter mulierem, sed mulier propter uirum. Neque est contra illam particulam diffinitionis, scilicet, consuetudo indiuidua uitæ, quod sæpe accidit, quod coniuges diuersi sint moribus: quia licet uita coniugali diuisa sit, quantum ad actus singulares, utriusque tamen uita coniugalis indiuidua debet esse, quo ad finem matrimonij.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ notandum occurrit, quod matrimonium etiam non consummatum per copulam, est vinculum indiuiduum ex institutione diuina, iuxta illud, Quos Deus coniungit, homo non separet. Neque obstat, quod non consummatum per religionem dissoluatur. Nam secundum Couarr. id est, per accidens. Quoniam quando contraxere cum animo perpetuo perseverandi, matrimonium inierunt, uel dicitur, quod certe id eius indiuisiōni non repugnat: quoniam sicut mors corporalis tollit vinculum matrimonij, etiam consummati, quod est alius indiuiduum de se: ita religio (quia mors spiritualis est) tollit vinculum matrimonij, non consummati, quod spirituale est ante copulam non obstante, quod de se sit vinculum indiuiduum. Præterea secundo est aduertendum, quod matrimonium in hoc differt à reliquis contractibus humanis, quod in alijs contractibus fit, ut per contrarias causas ab his, quibus colligantur possint dissolui: ut sicut consensu utriusque partis celebrata fuit emptio, & uenditio, sic contrario dissensu possit rescindi. §. finali. Inst. quibus mod. tollitur obligatio. At uero contractus matrimonialis, quoniam non est mere civilis à solo dependens humano consensu, in fieri, & conseruari sed à lege quoque diuina, lege ipsa diuina, qua institutum est, sacramentum fit, illico indissolubile, ut per contrarias uoluntates dissolui nequeat.

¶ Quo circa D. Aug. c. solet. 32. q. 2. Siquis, inquit, aliqua sibi ad tempus habuerit, adulter est. ¶ Queritur præterea tertio de consensu matrimonij, scilicet, an consensus sit causa matrimonij. Respondetur autem, quod in omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio, mediante operatione, quæ eam significat, sicut per ablutionem corporalem in baptismo fit ablutio interior spiritualis. Unde cum in matrimonio sit quedam spiritualis coniunctio in quantum matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis, secundum quod est in officium naturæ, & civilis uitæ, oportet quod mediante materiali fiat spiritualis uirtute diuina. Unde cum coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum consensum

fenfum, oportet, quod hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio. Huiusmodi autem consensus matrimoniales, quia sunt causae instrumentales sacramenti, ex divina institutione, habent efficaciam. Sed neque ipse consensus est matrimonium, sed causa est matrimonij, quod est quaedam unio ordinatorum ad unum. Non enim consensus proprie loquendo coniunctionem Christi ad ecclesiam significat: sed voluntatem eius, qua factum est, ut ecclesia coniungeretur. Item sicut matrimonium est unum ex parte eius, in quod fit coniunctio, ita uterque consensus censetur esse unus, non quidem ex parte subiectorum, sed ex parte eius, in quod consentitur, scilicet, praedictae coniunctionis.

¶ Circa praedictam doctrinam D. Thomae notandum est, primum circa quaestionem illam, quae solet hic excitari, scilicet, an Deus per se solum, circa consensus contrahentium possit inter aliquos matrimonium verum conciliare, quod revera respondendum est, quod ex absoluta potestate id potest facere. Tum, quia absolutus est dominus etiam corporum & vitae. Tum etiam, quoniam cum consensus sit causa efficiens matrimonij, Deus causalitatem causae efficientis supplere potest. Nam quidquid potest facere per causam secundam, potest facere se ipso solo. Verum tunc si se ipso solo matrimonium conciliaret, tale matrimonium non alterius speciei matrimonium esset, sed eiusdem cum matrimonio per humanos consensus contracto. Non enim sola causarum varietas tollit in effectu eandem specificam naturam: calor enim genitus à sole eiusdem speciei est cum calore ignis: quare ille nonnunquam ignem generat.

¶ Praeterea secundo advertendum est, quod etiam in dubium hic reuocari solet, utrum aliquando Deus id fecerit, ut absque humano consensu aliquos matrimonio iungeret. Videtur autem id iam fecisse. Quia Osee, 1. legitur, quod Deus illi praecipit dicere: Vade fume tibi uxorem fornicationis, & fac tibi filios fornicationis. Sed nihilominus responderet cum Soto in 4. dist. 27. quae st. 1. art. 2. quod reuera non est credibile Deum, qui disponit omnia suaviter, sic fecisse, imo illorum animos induxit, ut in matrimonium consentiret. Sed dicti sunt filij fornicationis propter turpitudinem, qua prius mater inquinata erat. Vnde etiam probabilius videtur, quod primos parentes, scilicet, Adam & Euam, non coniunxerit Deus in matrimonium absque eorum consensu. Nam ratio suavisima providentiae Dei docet, quod dum illis praecipit, ut genus suum propagarent, tunc eis inspiravit, ut in matrimonium consentirent. Et ista ratione Christus Dominus (dum ait: Quod Deus coniungit homo non separet) indi-

cat Deum eos coniunxisse. Igitur licet Deus de potestate absoluta circa consensus potuerit aliquos matrimonio copulare: quod autem hac via fuerit potestate affirmare, forte, inquit Soto, remedium non caret.

¶ Praeterea tertio, & in liem vocari solet. Vtrum Deus Christianae reipublicae, siue ecclesiasticae, siue civilis contulerit hanc facultatem, ut dum expediret bono communi in vias, dissentientesque personas in matrimonium cogeret. Videtur autem hanc potestatem reipublicae à Deo esse collatam, ut pro bono fidei catholicae reipublicae ad id possit cogere: sicut pro bono reipublicae ad vendendum frumenta cogere potest. Tum, quia autore Arist. 1. Politicor. ciues potius sunt reipublicae quam sui ipsorum, veluti membra: totius sunt corporis, cui seruire tenentur: ergo potest reipublicae pro pace regni ad hoc cogere. Nihilominus respondetur quod non nihil temeritatis praesertit affirmare, quod reipublicae Deus contulerit huiusmodi facultatem, ut absque consensu contrahentium possit coniugia validare: Nam Deus matrimonium instituens in sacramentum solum in instrumentum conferenda gratiae illud assumpsit, relinquens alias illud in sua natura, quia id expedientissimum erat. Matrimonium autem cum de sua natura ad indiuiduam perpetuo vitam perpetuo ducendam ordinatur, ut ad finem, huic eius perpetuitati repugnat coactus & ingratus consensus. Ac subinde Deum hanc facultatem cogendi ad illud reipublicae tribuisse non sinit conueniens. Non tamen ex hac ratione licet inferre, quod neque Deus repugnantes ad id cogere possit. Quoniam quos Deus coniungeret, posset per suam inspirationem ad mutuum amorem allicere. Igitur ad primam obiectionem in contra respondetur, quia reipublicae potissimum confert, ut coniuges amore mutuo se complectantur: hoc commodum publicum non est propter aliud violandum: quia in matrimonio coactio multum periculi affert, quod solet cessare in alijs contractibus.

¶ Ad secundam autem obiectionem respondetur, quod eatenus dominium habet reipublica in ciues, ut tamen libertatem, quae eius naturae docet in matrimonio seruandam eis debeat seruare. Neque obstat, quod ecclesia sponsos de futuro consummates copulam cogebat ad matrimonium. Neque obstat, quod conditionem impossibilem in sponsalibus pro non adiecta dicit cogens eam adijcientem ad contrahendum matrimonium. Neque obstat, quod perseverans ultra annum in religione ab ecclesia cogitur ad seruandum religionis statum. Quoniam in omnibus his casibus praesumit ecclesia sufficientes habuisse consensus: ideo eos cogit. Per hanc tamen coactionem, si reuera in his casibus consensus non praesuit, ecclesia facere nequit, ut verum sit matri-

matrimonium matq; idem dicitur de casu ultimo. Accedit ad praedicta, quod ad matrimonium requiritur non solum consensus, sed mutuus, ut patet ex Concilio Florentino. Non tamen requiritur consensus formalis, & expressus in carnalem copulam, sed satis est illam implicite, & in virtute in illo consensu contineri (ut verificatur in Beata Virgine.) Tum, quia in hoc consensu expresso: Accipio te in meam, non exprimitur consensus in copulam. Tum, quia ut dictum est copula non est de essentia matrimonij, sed de eius secunda integritate, quae consistit in operatione. Igitur ibi hic consensus implicitus habetur in copulam, scilicet, si alius voluerit. Vnde consensus hic perpetuae virginitati non repugnat. Ut si aliquis concipiens propositum virginitatis, corporis sui potestatem coniugi tradat, dum scit alterum illius potestate non vlurum. Sicut usu evenit in beata Virgine, quae certa erat de Ioseph, quod nunquam esset debitum ab ea exacturus. Vnde ut D. Aug. can. beata Maria. 27. q. 1. ait, beata Maria ante contractum matrimonium non emisit absolutum votum virginitatis, sed post ambo coniuges communi consensu illud emiserunt.

¶ Quæritur deinde, an consensus per verba exprimi debeat. Respondetur autem, quod sicut ex dictis patet, coniunctio matrimonialis sit ad modum obligationis in contractibus materialibus. Et quia materiales contractus non possunt fieri, nisi sibi inuicem voluntatem suam verbis promant, qui contrahunt, ideo etiam oportet, quod consensus matrimonium faciens verbis exprimat, ut expressio verborum se habeat ad matrimonium, sicut ablutio exterior ad baptismum. Neque est eadem ratio de voto, quoniam solo interiori consensu emitti potest: quoniam ibi non est aliqua sacramentalis obligatio, quae oporteat fieri ad modum contractus humani, sicut est de matrimonio. Praeterea, quoniam nutus pro verbis computantur, nutibus mutuis suum consensum coniugandi exprimere possunt. Verum si filij taceant parentibus in matrimonium eorum per verba consentientibus. Quoniam verba parentum in illo casu computantur, ac si essent filiae puellae praereverentia tacentis sufficientes signa sunt, quod sunt eius, ex quo non contradicit.

¶ Circa praedictam doctrinam D. Thomae primo notandum est, ideo mutuum consensum requiri ad matrimonium, quoniam non est simplex contractus, ut donatio; sed est mutuus contractus, scilicet, do ut des, consentio, si consentis. Sed neque mutuus consensus sine expressione sufficit, alioquin contrahentes per literas, siue per nuncium, cum sunt distantes matrimonium verum contraherent, antequam alteruter reciperet nuncium, vel literas.

Instruct. consci. 2. Pars.

¶ Vnde verba Innocentij capit. tuæ fraternitati. de sponsalibus, ubi ait, matrimonium in veritate contrahi per legitimum viri & mulieris consensum, sed quantum ad ecclesiam necessaria esse verba consensus de praesenti exprimentia, non insinuant, sufficere solum consensus internos, sine expressione, etiam in foro conscientiae. Sed solum per praedicta verba Innocentius voluit dicere, quod quomodocunque constaret consensus internos esse mutuos, id sufficeret. Sed hoc constare nequit, nisi per signa exteriora. Quod autem adiecit necessaria esse verba quantum ad ecclesiam, id intellexit, non quasi essent de essentia verba, sed ad obuiandum litibus. Nam alias expressionem per nutus sufficere declarat, etiam sine verbis, dum subiungit, surdos & mutos posse contrahere sine verbis, nempe, per nutus. Quando ergo Pontifices, & doctores dicunt, solum consensum sufficere, necesse est, ut intelligant consensum mutuum. Quo circa non excludunt, quin sint necessaria verba, signa, vel nutus, quibus fiat consensus mutuus. Sed solum id significat quod Panormitanus ait, se exponendo verbo sufficit. cap. cum locum. de sponsal. nempe, quod non requiritur consensus parentum, aut carnalis copula, aut consensus in copulam, aut benedictio ecclesiae: imo neque certa verborum forma: sed satis est quocumque modo adiuicem suos consensus expriment. Quibus adde, quod secundum eundem Innocentium, neque verba sine interno consensu sufficiunt; quoniam & in reliquis sacramentis, si desit intentio ea suscipiendi, valide non suscipiuntur. Sed neque verba etiam in valentibus loqui necessaria sunt, ut docet Innocentius ubi supra, quoniam satis est nutibus uti. Nam per nutus mutos posse contrahere declarat; ac per consequens liquido ostendit verba non esse de essentia istius expressionis. Imò etiam taciturnitas puellae sufficit sine verbis & nutibus, si alius in eius praesentia, quando de contrahendo matrimonio tractatur, pro ea affirmando respondet, & ipsa non contradicit, secundum sententiam communem. Quoniam illa taciturnitas tunc, quasi consensus eius indicium videtur sufficere. Caterum, quoniam Palude in 4. distinctione. 27. ibi. quaestione. 2. articulo. 3. hanc sententiam communem in dubium reuocat, dicens, non sufficere, nisi sit aliquis parentum, vel tutor, qui pro ea respondeat argumentum. I. in sponsalibus. ff. eod. titulo. Vbi habetur filiam patri consentire, nisi euidenter dissentiat. Ideo per distinctionem hanc difficultas tollenda est, scilicet, per distinctionem utriusque fori. Nam si loquamur in foro conscientiae, si ibi tunc adsit verus consensus contrahentium, quicumque alius pro sponso, vel sponsa respondeat,

Ccc deat,

deat, ipsis tacentibus & non contradicentibus, valet matrimonium. Si autem de foro exteriori ecclesie loquamur, in illo non haberetur pro rato; nisi pater, vel mater, vel tutor esset ille, qui responderet. Igitur in foro conscientie aliunde perpendendum est, an contrahentis filij, vel non filij concurrerit voluntas. Nam etiam vsu euenire potest, vt patre pro puella respondente ipsa metu eius sileat, neque reclamare sit ausa. Si autem ex alijs coniecturis liquere possit præ sola verecundia tacuisse, quia alias contrahere in votis habebat, quicunque alius tunc pro ea responderit, in conscientia sufficiet. Ita Sotus.

¶ Sed quia hic dubitari contingit, an vtriusque consensus simul concurrere debeant, & huic dubitationi nos satisfacere oportet. Dicimus ergo, quod quia Christus Dominus matrimonium in situens in sacramentum de eo, quatenus erat de iure nature nihil mutauit: ideo sicut in lege nature contractus longiori tempore per literas, vel nuntios poterant, & nunc possunt conciliari: sic etiam & nunc matrimonium, neque de hoc inter catholicos dubitatur. Igitur, si materia sit legitima satis est, si vnus hodie consentiat, & alter post aliquod tempus, vt cum matrimonium per nuntium, aut literas contrahitur, dummodo consensus prioris coniugis non sit recisus, sed virtualiter maneat, quod in his casibus animaduersione est necessarium. Nam vsu euenire potest, vt postquam quis prius in matrimonium per literas consentit, quia litera forte perire, negotium fuerit interceptum, & obliuioni quasi traditum per longum temporis interuallum, puta, per decennium, vel septennium, post quod alter si consentit, non videtur tunc matrimonium solidari; eo quod iam consensus prioris videtur sic euanuisse, vt neque in virtute iam maneat: vnde tutius tunc esset consensus prioris renouari.

¶ Præterea circa id quod superius, vt certissimum est assertum, scilicet, quod externa verba absque interno consensu non sufficiunt ad matrimonium, graue dubium idemque molestum oritur, scilicet, quod si talis consensus interior est necessarius, iam in multis euentibus in suspensionem, & in dubium res venire posset, an verum contractum fuerit matrimonium, aut non, præsertim vbi alter fatetur, se in matrimonium consensisse, alter vero id negat. Respondetur ergo primo, quod quia moralis certitudo hic satis est ad quietandas conscientias, sicut in reliquis sacramentis, vt certissimus, ea nos valide recepisse, satis est, quod constet nobis de applicatione materie, & forme facta à ministro: ita pariter per verba, quibus coniuges consensus explicant, satis vterque de matrimonio sit certus. Si autem aliquando merito res hæc in dubium veniret, aliter tunc in suo foro exte-

**A**riori iudicat ecclesia. Nam dum res est dubia pendens in æquilibrio, si verba legitime probantur, in fauorem matrimonij sententiam profert ecclesia, habens illud pro rato, licet nonnunquam in foro conscientie nullum fuerit. Et idem est dum alter se consensisse affirmat, alter vero se consensisse negat. Si autem probatur error, vel metus sufficiens, illud irritum ducit. Cæterum, quatenus attinet ad iudicium proferendum in foro conscientie distinguendum esse videtur. Nam si dubium tunc emergens circa consensum matrimonij tantum, tenuis, scrupuli cuiusdam apparentiam præfert, secundum Scotum dist. 3. & omnes, & vt habetur expresse ca. inquisitioni, de sent. excomm. deponi debet. Si autem tale dubium est (quod dubium tunc dicitur, quando homo neque assentit, neque dissentit, sed in æquilibrio suspensus manet) tunc si aliqua morali probabilitate fulcitur, quæ merito illud dubium excitat: vt quando vtrinque sunt pares coniecturæ non licet deponere hoc dubium, neque ad secundas transire nuptias. Quod & patet: quoniam in hoc casu cum vterque habeat in alterum possessionem, neutri licet propter suum dubium alterum possessione sua spoliare.

¶ Sed perplexior hic instat dubitatio, scilicet, an postquam coniuges matrimonij sui possessionem ad inuicem nacti sunt, si ambo, vel alter de matrimonio incipit dubitare ex aliqua emergente ratione, scilicet, aut quia de priore marito, quem mortuum putauerat, dum secundo contraxit, post ex auditu incipit dubitare, an viuat: vel de præfenti matrimonio, an si ratione consanguinitatis sit nullum, iam incipit hæsitare: vel ratione alterius impedimenti, an petere & reddere possit debitum. Respondetur ergo, quod vt habetur in al. legato capite, inquisitioni, de sent. excomm. si talis sit dubitatio, quam relinquere, aut non potest, aut non debet, tunc reddere debet, sed non petere: quoniam conditio possidentis est melior. Ergo alter coniux bona fide adeptus possessionem supra alterum propter dubium alterius, sua possessione spoliari non debet. Vnde ei petenti debitum est reddendum, contra Adrian. in. 4. q. de præscript. arbitramentum coniugi de matrimonio hæsitanti nullatenus licere debitum, aut reddere aut petere. Neque obstat ratio Adriani, quia id contendit probare, scilicet, quod sicut dubitati rem esse suam, non licet eam sibi vendicare: sic neque si eam possideat licet ei eam retinere. Quoniam dico quod est contra regulam iuris dictam antem, quod in dubio melior est conditio possidentis. Imo quod non possit talis petere in dubio, durum videtur, nisi mitigetur declarando cap. illud, inquisitioni, scilicet, sic, quod dubitans etiam ante examinationem dubij, reddat debitum propter possessionem, quam

quam petens habet, non tamen ante examinationem huiusmodi, debitum ipse petat. Si tamen facta examinatione diligenti adhuc mancipiti manet, tum durissimum videtur negare, quod ipse non possit petere debitum, cum bona fide in possessionem matrimonij ingressus sit, & citra culpam suam in illud incidit dubium. Atque tunc iste agit quidem solum contra dubium speculationum, contra quod agere non est peccatum, etiam si non deponat illud. Non tamen agit contra dubium practicum, contra quod agere si non deponeretur, atque deberet deponi, non careret peccato. Igitur licet iste dubitet, an ille coniux sit suus, quod scilicet dubitat speculatione, non sequitur, quod dubitet practice, an illi sit reddendum debitum, aut ab eo petendum, quod est dubium practicum: quoniam per possessionem ei constat, quod vtrumque potest. ¶ Sed maior hic vrget difficultas in casu, cum mala fide dubitans probabiliter dubio priores nuptias esse legitimas ad secundas transiit, an secundæ sint dirimendæ. Respondetur, probabiliter esse secundas esse dirimendas. Quoniam cum mala fides nemini suffragetur, illud secundum matrimonium ex altera parte claudicat: & ideo ex neutra parte solidatur. Tum, quia cæteris paribus, in dubio prior possessio præualet, atque ideo in re dubia matrimonium prius præualet.

¶ Ex prædictis sequuntur quedam corollaria, quæ tradita fuere à Victoria. Primum, quod consensus expressus sufficiat, & sit necessarius ad matrimonium (quoniam sufficit certitudo moralis ad securitatem conscientie) ideo, si est probabile, quod puella consentit, licet habeat formidinem vir pro altera parte agat, tunc contra illam, & in illo casu licet illa dicat non consensisse, ei non credat. Nam si crediderit non poterit ad eam accedere. Si tamen in hoc casu illa petit, faciat eam prius consentire, & postea reddat. Secundo corollarie sequitur, quod si est dubius pro vtraque parte, an vxor consenserit, vel non, si bona fide contraxit cum ea, etiam durante dubio deponat conscientiam, & petat & reddat. Tertio sequitur, quod quando coacta puella consensit, si non constat quod fuit coacta metu cadenti in virum, constat, si illa dixit: Accipio te in meum, secundum Scotum, deponenda est conscientia, & licitum erit exigere tunc, & reddere debitum. Si autem non possit deponere conscientiam, quia antea vidit maximam resistantiam puellæ, & postmodum puella affirmat se non consensisse, & reclamatur, non poterit ei reddere, etiam si ipsa petat, nisi de nouo consentiat. Neque potest exigere, quoniam in hoc casu est probabilitas, quod non consenserit. Alias vxori dicenti se non consensisse vir credere non tenetur: quia inclinare potest in eam partem, quod il-

Instruct. consci. 2. Pars.

**A**la mentitur, si vxori credere non conuincatur. ¶ Præterea, vt iuristis quoque morem geramus, respondere nos etiam oportet ad illam quaestionem, qua ab ipsis quaeritur, vtum protestatio, qua aliquis contrahentium protestatus est se matrimonio non consentire, neque consensurum, si præcedat verba consensum post experimentia, probet aliquid contra matrimonium in exteriori iudicio, si post contrahatur. Respondetur autem secundum Couarr. in dict. epitom. 2. part. ca. 2. quod protestatio hæc altero consentiente præcedens verba consensum experimentia, defectum ipsius consensus probat, in exteriori etiam iudicio, modo hæc probatio constet iudici, nisi copula post eam subsequuta fuerit: quia per eam recessisse videtur à protestatione: & requiritur vt iuuet protestatio consensus alterius in eam, ne illusione & leuitate contrahentium tantum sacramentum tractetur. Verum si hæc protestatio fieret sine consensu alterius minime iuaret protestantem, secundum glossam communiter receptam cap. tua nos. de spons.

¶ Ad hæc licet furiosus dum correptus est furia contrahere matrimonium non possit, quia liberum tunc nequit præstare consensum, in lucidis tamen interuallis, si ea habet contrahere potest. Tamen qui per mensem, aut per annum continuo fuit furiosus, in dubio post præsumitur talis, ex glossa, cap. finali. de successione, ab intest. quæ secundum Francum & Couarr. est communiter recepta. Secus autem est, si probetur in aliquot actibus tantum furiosum fuisse. Non enim in dubio præsumitur tunc furor eius durare, secundum Bart. in l. ff. de bono poss. infan. delat. Accedit ad hoc, quod procedit præsumptio furoris quo ad actus paulo post furoris tempus actos, non quo ad actus post longum interuallum à tempore furoris, neque continuatio furoris præsumitur, vbi periti testificantur illum furorem ex accidenti causa contigisse, quæ modo sublata est, & verisimili coniectura cessauit. Ita Aret. in l. 2. ff. de testa. Ex prædictis autem præsumptionibus in foro exteriori circa matrimonium ab antea furioso post contractum pronunciat sententia & circa eius validitatem.

¶ Adde etiam, quod in dubio cum lucida interualla habens, an aliquid egerit tempore furoris, aut tempore sanæ mentis dubitatur, præsumptio sumenda tunc est ex actus ipsius qualitate, an rationalis sit, an verò irrationabilis. Ita Ias. l. furiosum. Igitur ab infano, & ab ebrio matrimonium contractum valore caret.

¶ Deinde quaeritur, an consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium. Respondetur autem, quod causa sacramentalis signando efficiunt; vnde hoc efficiunt quod signant. Et

Ccc 2 quia



quia cum aliquis consensum suum per verba de futuro exprimit, non signat se facere matrimonium; sed promittit se facturum: ideo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsonem eius, quæ sponsalia nominantur. Sicut etiã si spirituale matrimonium, idest, religio in futurum voueatur, nõ est votũ solẽne, quia nõ dũ aliquis ex hoc est monachus, sed se futurum monachũ pollicetur. Licet verũ sit, q̄ dum actu emittit solennẽ professionẽ, professionis, idest, religionis actus per verba de futuro exprimitur, scilicet, de obedientia obseruanda, & de obseruantia regulæ complenda.

¶ Deinde quæritur, utrũ cõsensus expressus per verba citra consensum interiorẽ faciat matrimonium. Respondetur autem, q̄ sicut se habet ablutio exterior ad baptismũ, ita se habet expressio verborũ ad hoc sacramentũ (vt prædictũ est.) Vnde sicut si aliquis ablutionẽ exteriorẽ reciperet, nõ intẽdẽs recipere sacramentũ, sed ludũ, vel dolũ facere, nõ esset baptizatus: ita expressio verborũ sine interiori cõsensu matrimonium nõ facit. Quod si aliquis dolose sine intẽtione cõtrahat, licet defectus intẽtione & cõsensu sibi in foro cõscientiæ patrocinetur, vt nõ sit ligatus vinculo matrimonij: tamẽ in foro ecclesiæ in quo iudicatur secũdũ allegata & probata, talis defectus cõsensus ei nõ patrociniabitur: quia dũ interuenerũt legitima verba matrimonij fuisse iudicabit. Sed neq; in foro pænitiẽ talis dolus verborũ sine intẽtione cõtrahẽdi, ei patrociniatur, quãtũ ad hoc, q̄ nõ teneatur vere cõplere quod sũtẽ egit. Præterea probabiliter potest credi dolũ nõ fuisse circa defectũ consensus, nisi signa euidentia doli apparuerint: quia de quolibet præsumẽdũ est bonũ, nisi probetur cõtrariũ. Vnde ille ex cuius parte fuit dolus, nõ est excusatus per ignorantiã. Verũ si talis illi forã trãserit ad secũdas nuptias, cõpelleretur per ecclesiã redire ad primas, licet primis consensum se nõ præstitisse affirmet. Quoniã ecclesiã iudicat secũdũ ea, quæ foris apparẽt: neq; decipitur in iustitia, quãuis decipiatur in factõ. Quia ille debet prius excõmunicacionẽ sustinere, quam ad priorẽ vxorẽ accedat: vel debet in alias regiones remotas fugere. Sed de his satis est pro nũc: quia cũ in superioribus plura pertinentia ad declarationem huius articuli dixerimus, non opus est, vt hic ea iterum inculcemus.

¶ Quæritur præterea, Vtrum cõsensus in occulto præstitus per verba de præsentĩ faciat matrimonium. Respondetur autẽ, q̄ sicut in alijs sacramentis dũmodo cõcurrãt ea, quæ sunt de eorũ essentia per defectũ solẽnitatis pertinetis ad sacramentũ nõ irritatur sacramentũ: sic in matrimonio, quia de eius essentia tantum est consensus mutus expressus per verba de præsentĩ, si hic ad sit verũ ma-

**A** trimoniũ perficitur inter legitimas personas, etiã si desint ea quæ pertinet ad eius solẽnitatẽ. Cuiusmodi est publica solẽnitas bannorũ: quoniam ad hoc adhibetur, vt matrimonium conuenientius fiat. Vnde si omittatur verũ est matrimonium: quãuis peccent sic cõtrahẽtes, nisi per aliquã causam summã excusentur. Igitur neq; si filia constituta in potestate patris nubat sine eius consensu, ideo irritatur cõiugium. Quoniã non est in potestate patris, quasi ancilla, vt sui corporis potestate careat: sed quasi filia ad educandũ. Vnde nubere libere potest valide inconsulto patre: sicut etiã eo inconsulto potest religionẽ intrare, cũ sit persona libera. Cæterũ, & si nũc matrimonium post Cõcilium Tridentinũ valide perfici possit, sine ministerio ministri, quia ipsi contrahentes sibi ministrant, & applicant materiã huius sacramenti nõ tamen nunc valide perfici potest sine præsentia parochi, aut alterius sacerdotis, de eius licentia & sine duobus saltem testibus: quoniã sine his inhabiles fiunt personæ ad contrahendũ, vt patet ex eodẽ Concil. sess. 24. c. 1. Attẽde verõ, q̄ licet matrimonia inter consanguineos intra quartum gradũ sint prohibita per ecclesiã, ac per cõsequẽs nulla, id est, quia ecclesiã prohibendo ea tales personas consanguineas simul inhabiles ad cõtrahendũ reddit. Tamen ecclesiã prohibendo matrimonia clandestina, idest, sine bannis; illegitimas personas ad sic contrahendum non reddit, dummodo coram parochõ, &c. & duobus saltem testibus contrahant.

¶ Circa prædictã doctrinam notandũ est primo, q̄ dupliciter matrimonia dicuntur clandestina. Vno modo quando fiunt sine bannis publicis. Alio modo quando cõtrahuntur, sine præsentia parochi & duorum testiu, quibus valeat ecclesiæ matrimonium innotescere. Igitur secũdũ Sotum in. 4. sent. dist. 28. q. 1. art. 2. illud propriẽ clãdestinum matrimonium iure censendũ est, quod clãm ecclesiã fit, hoc est, ipsa nesciente, vt potest sine parochõ & testibus, per quos illi constare possit. ¶ Præterea circa banna quid Concil. Tridentinum loco allegato statuerit, hic in forma subiicere nõ erit ab re. Præcipit ergo Concilium sic, q̄ in posterũ, antequã matrimonium cõtrahatur, ter à proprio contrahentiũ parochõ tribus continuis diebus festiuis in ecclesiã inter missarũ solennia publice denunciatur, inter quos matrimonium sit contrahendum. Quibus denunciacionibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie ecclesiæ procedatur. Vbi parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptũ vniuscũ-

vniuscũsque provinciæ ritum. Quod si aliquã do probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denunciaciones: tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem parochõ, & duobus vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummacionem denunciaciones in ecclesiã fiant, vt si aliqua subsunt impedimenta facilius detegantur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciaciones remittantur, q̄ illius prudentiã, & iudicio sancta Synodus relinquit. Ita in forma Concilium decernit. Circa hoc igitur Concilij decretum notãdum est primo, quod quauis præceptum de præmittendis bannis hic Concilium indixerit: tamen quia iudicio ordinarij relinquit, vt quãdo expedire iudicauerit has denunciaciones seu banna remittere possit: ideo libet hic plures euentus enarrare, in quibus dispensare licet episcopo, & decet ipsum concedere, vt sine bannis solum coram parochõ, & duobus testibus matrimonium contrahatur. Primo in casu, quo iam semel matrimonium in facie ecclesiæ celebratum legitime est: quod tamẽ in rei veritate propter occultum impedimentum nullum fuit. Tunc obtenta dispensatione non debet matrimonium iterum publicitus contrahi, ne oriatur scandalum. Imò iuxta declarationem Pij V. quam Nauarrus allegat in summ. ca. 22. nu. 70. allegans à sacro poenitentiarie prætorio per frequentem vsũ esse receptam, tunc sublato impedimento per dispensationem possunt contrahentes iterum valide contrahere inter se, sine parochõ & testibus. Et hoc citra peccatum: Maximẽ secundum Cordubam, quando ex renouatione contractus matrimonij coram curato & testibus scandalum timeretur ex diuulgatione facti. Imò in hoc casu Sotus vbi supra sat esse censet, vt si alter tantum impedimentum nouit, eo sublato citra reuelacionẽ impedimenti faciendam alteri dissimulante ei persuadeat, vt se habeat pro cõiuge. Secũdo, banna remitti possunt, quando repentinus casus rationem offerret contrahendi. Vt si in inuasiõne & direptione ciuitatis solũ parceretur coniugatis. Vel alias, nisi contraherent aliqui essent de concubinato accusandi, & damnandi. Vel si puella, vel inuenis impediretur à parentibus, vel tutoribus, causa eius patrimonium consumendi à nuptijs. Vel si aliquibus in rem & vtilitatem cederet maximã coniugio copulari, & valde timeret eo elapso tẽpore inhibendos fore, ne contrahere possint: possent hi omnes in his casibus corã parochõ & duobus testibus ex licentia episcopi remissis bannis matrimonium secretõ contrahere. ¶ Accedit ad prædicta, q̄ multi casus sunt, quos numerant doctores, in quibus episcopũ decet di-

Instituã. concil. 2, Pars.

**A** dispensare ne fiant banna. In primis ergo cũ magnatibus, quoniã cum magna deliberatione soliti sunt sua coniugia tractare, facile dispensare conceditur. Deinde secundo, vbi alicuius impedimentum malitiose opponendi subest timor. Item propter verecundiã cõtrahentium, vt si valde ingenuus & nobilis ruralẽ, & multo se inferiorẽ feminã sit ducturus in cõiugem, in omnibus his casibus secũdũ Palud. episcopus ex cõsuetudine per Papam dissimulata, imò ex concessione prædicta concilij Tridentini dispensare valet, ne banna fiant. Et potissima ratio dispensandi super bannis faciendis est illa, cuius meminit Concilium expressẽ, scilicet, quãdo suspicio subesset, q̄ matrimonium aliã malitiose possit impediri: quã causam frequentissimam esse in Hispania asserit Sotus. Quã utique de causa in multis ecclesijs Hispaniã, quarum princeps est Tolerana, iam ante Concil. Tridentinum mos iste bannorum sic in detuetudinem abierat, vt ob eorum defectum, non æstimarentur clandestina matrimonia, sed solum ob defectum testiu.

¶ Præterea circa hæc banna notandum est, quod licet Innocentius cap. cum inhibitiõ de clandestin. de spons. bannorum motem ad omnem ecclesiam prorogauerit, eumque rursus Concilium Tridentinũ de nouo sub præcepto indixerit: tamen per ius cõmune nulla est decreta, vel excõmunicacionis, vel alterius censura poena contrahentibus absque bannis & clanculo: sed peculiariter nonnulli prælati illam censuram in suis diocesisibus ad canones, vt ipsi aiũt adijciunt. Quo circa, qui eam non ignorant, etiã si matrimonium nullũ sine bannis contrahant, quoniã coram parochõ & testibus non contrahunt, vel si ibi contrahant coram istis, inualide tamen cõtrahunt ratione alicuius impedimenti dirimentis interuenientis, nihilominus sic contrahendo sententiã excõmunicacionis se subdunt. Vbi summopere aduertendum est, quod huiusmodi censuram ignorãtes dummodo eorũ ignorantia crassa non fuerit, & supina (licet inuincibilis non fuerit, sed vincibilis) ea censura excõmunicacionis minime ligantur, secũdũ nobiles doctores, & vt tradit Bonifacius cap. vt animarum, de cons. lib. 6.

¶ Ex prædictis corollarie infert Sotus, q̄ si in prædictis casibus, vbi ratio exigit, vt episcopus dispenset, si copia episcopi haberi non potest, vel si eam licentiam tunc sine causa denegat, contrahentes sine bannis non peccabunt, neque excõmunicacionis vinculo ligabuntur. Quod tamen limitandũ censeo, quia Sotus ante dectẽtũ hoc Cõcilij Tridentini locutus est, q̄ sit post Concilium etiã verum eius corollarium, quando clãm sine bannis, coram parochõ tamen

Ccc 3

& duo-

& duobus testibus in prædictis euentibus cōtraherent. Alias si in his euentibus sine bannis, & simul sine parcho & testibus contraherent, ex cōmunicatione episcopali innodarentur. Nō enim ad sic contrahendum sine parcho & testibus in aliquo etiam vrgenti casu licentiam habet aliquis, neque sic satisfaceret causæ excusanti in illis euentibus.

¶ Sed si quis adijciat sciscitari in casu, quo hanc censurā sic contrahentes sine bannis incurrerint, per quem possint absolui. Respondetur, quod hi plane per bullam cruciatæ à confessore in confessione absolui possunt multa etiam synodali nō soluta. Quoniā multa hæc nō est satisfactio debita alicui parti: Et ideo licet applicata fuerit fabricæ, ad satisfactiōē partis nō pertinet, sed ad reorū viadictā. Sed neque quando super bannis oportet dispēsare, multa aliqua etiā pro fabrica dispēsandis secundū Sotū est imponēda: quoniā cū subest causa dispensandi, talis multa & pœna iniqua est. Insuper de pœnis & cēsuris in trāgressores prohibitionis clandestini matrimonij, nunc hic meminisse operæpretium est. Igitur cap. finali. de cland. despons. decernitur, q̄ præter peccatū, quod illic committitur mortale, si sine causa & licentia id fiat, videlicet vt parochialis sacerdos, vel monachus, qui illic interfuerit ab officio suspendatur per triennium, & præterea, vt filij ex eo matrimonio geniti pro illegitimis habeantur. Sed hic variant doctores circa duo puncta, scilicet, an hæc pœna illegitimationis incurratur per omissionem bannorum solam, an etiam testium. Glossa igitur in dict. cap. finali. & Paludano atque Archidiacono ei suffragatibus, affirmantibus ob solam bannorum omissionem, vbi eorum viger cōsuetudo, illegitimationis pœnam incurri. Panormitano autem atq; Syluestro verbo. matrimonium. 2. §. vlt. approbat asserentibus, quod, si testes interfuerint propter solam omissionem bannorum tam grauis pœna nō incurritur. Nihilominus cum Soto eorum discordiam sic tollimus dicentes, q̄ reuera neutri eorū artigerunt veritatis punctum. Nam illic ius cēset filios illegitimos fieri non ob sola clandestina & interdicta matrimonia, siue banna defuerint, siue etiam testes: sed si contrahantur in gradu prohibito, etiam si parentes impedimentum matrimonij ignorauerint. Nam si contrahatur in gradu concessio, etiam sine bannis & testibus nō aliam pœnam sic contrahentibus illic Papa designat iniungendam, quam condignam pro tali factō pœnitentiā. Quam quidem sententiam ex vsu ecclesiæ probat Sotus. Cui quidem Soti sententiæ Couarruias accedit in epitom. cap. 6. de imped. matrim. Vbi ait, q̄ matrimonium clandestinum dato aliquo impedimento prolem

A illegitimam reddit, non obstante vtriusque parentis bona fide, cap. cum inhibito. §. 1. de clandest. despons. & l. 2. tit. 7. part. 4. Neque obstat, quod stante aliquo impedimento iam constare potest matrimonium clandestinum tale nō constare, ac per consequens filios ex eo susceptos esse illegitimos: quoniam id Papa ibi admonuisse videtur, ne ignorantia parentum liberis suffragari posse crederetur, contendentibus filiis se legitimos esse, eo quod bona fide fuissent progenti. Sicut etiam declarat Papa filios genitos ex matrimonio nulla ratione impedimenti sciti ab vtroque parente in facie ecclesiæ contracto illegitimos esse, ne in facie ecclesiæ parentes contraxisse sibi suffragari putarent; quia nihil id iuuat eis, nisi forte (vt glossa ibi ait) alter parentum impedimentum ignorauerit.

B ¶ Præterea circa prædictā pœnam illatam cap. inhibito. dicto. §. finali. de clandest. despons. interuentibus matrimonio clandestino, scilicet, quod tam parochus, quam quilibet alius sacerdos, qui ibi interfuerit per triennium ab officio suspendatur, notandum est, quod iste dum suspensus ob id criminis fuerit ab officio: Ea suspensione durante censeatur segregatus à beneficio secundum Syluest. verb. suspensio. quæst. 7. & alios. Siquidem est regula generalis, quod suspensus ab officio ob crimen graue, etiam suspensus est à beneficio. Secus autē est, si ob leue crimē suspensus esset ab officio: quia tunc non ideo suspensus esset à beneficio secundum doctores.

C ¶ Sed si, quis nam possit absolueri ab hac suspensione, inquiratur. Respondetur sane quod ab ea posse absolueri episcopum cum non sit reserua-ta Papæ, affirmat Præposit. cap. nuper. Sed nihilominus dicitur, quod quia hic est adiectus terminus triennij ad suspensionem prædictam faciendam, secundum communem, & Imolam in Clem. 1. §. verum. de hæretic. & Couarr. vbi supra. non potest episcopus ab ea absolueri. Quoniam suspensum ob pœnam delicti maximè ex constitutione à Concilio edita episcopus non potest absolueri: quia episcopi nequeunt contra concilia dispensare, secundum communem opinionem cap. at si clerici. §. finali de iudic. Unde sequitur contra Paul. Abbat. & sequaces, q̄ secundum Couarru. episcopus à iure suspensum ob contumaciam non potest absolueri. Quia aut iste suspenditur ad tempus signatum, & sic intra illud non potest absolui. Aut suspenditur simpliciter ob contumaciam: & quia tunc censeatur restricta pœna ad tēpus, quo durat cōtumacia, iuxta ca. ex literis de constit. ideo tunc contumacia tēpore elapso tollitur talis suspensio absq; aliqua absolute, secundū gloss. clem. 1. de decimis. Idēq; est in interdicto ad tēpus. Cessat em̄

sine

sine alia relaxatione iuris elapso tempore, secundū gloss. insignem, cap. non est vobis. de spons. secundum Doctores. Secus est de excommunicatione ad tempus lata secundum communem, & gloss. singul. in cap. ad aures. de simon. vt dicit Felinus & Abbas ibi. Adde prædictis etiam sacerdotem interessentem matrimonio clandestino non esse legitimum testem ad semiplenam probationem, secundum Parisi. & Præposit. dict. cap. cū inhibito.

¶ Quæstionem autem illam, quæ hic poterat in disputationem adduci, scilicet, an iuxta l. Taurinam. 49. ius in sit parentibus ex hæredandi filiā clam nubentem, vbi testibus pœna amissionis omnium bonorum imponitur de industria disputandam ad illum articulum reseruamus. Vbi quærit Diuus Thomas, an filius præcepto patris possit compelli ad matrimonium. Interim tamen illa opinio Albornozi, quæ sequitur Corduba in quæstionibus additis ad tractatum de casibus conscient. nobis magis placet. Vbi asserunt, quod nunc post Concilium Tridentinum, si eoram curato & testibus filia contrahat, sine bannis, etiam in consulto patre ex hæredari ob id à patre non potest. Quoniam in pœnalibus verba accipienda sunt proprie. Et secundum Sotum vbi supra, matrimonium proprie clandestinum est, quod sine parcho & testibus celebratur, per quos possit innotescere ecclesiæ. Si igitur tale matrimonium proprie clandestinum nō est, neque pœna prædictæ legis Taurinæ quæ loquitur de matrimonio clam contracto debet esse subiectum: Et ita tenendum est, licet ante Concilium Tridentinum hæc res posita esset in dubio, & in opinionibus.

¶ Præterea aduertendū est cum Nauarro in summa, cap. 25. num. 144. quod non complens sponsalia clandestina contracta etiam post Concilium Tridentinum peccat quidē plus quam venialiter: quia non implet fidem datam in re graui. Quia (vt prædiximus) etiam ex sententia Cordubæ Concilium Tridentinum non illa annullat, licet annullat matrimonium contractum sine parcho & testibus, ac per consequens annullat matrimonium præsumptum per copulam carnalem habitam post ipsum Concilium; & post sponsalia de futuro. Sic etiam grauisime peccat qui discedit à matrimonio contracto coram parcho fœminæ, etiam si parochus habitationis viri nō assistat. Perpende tamen, quod licet Nauar. loco citato asserat cōgregationē Conc. Trid. sub Pio. 7. interpretatā fuisse sufficere & requiri parochum mulieris, & nō viri, scilicet, quādo matrimonium contrahitur in parochia mulieris: tamen sub Gregorio. 13. eadē congregatio censuit sufficere parochum viri, quādo in eius parochia cōtrahitur.

Instru. confci. 2. Pars.

A ¶ Deinde disceptari solet, an consummatio matrimonij ante solennem benedictionem ecclesiæ, peccatum mortale sit. Dubium autem hoc auget in primis, quod Euaristus, can. aliter. 3. q. 7. & Sicilius Papa in epistola ad Pomerium cap. 4. ait, scilicet, q̄ illa benedictio, quæ nupturæ fœminæ sacerdos imponit sacrilegium est, si violetur. Nihilominus respondetur, quod quia in primitiua ecclesia consensus de præsentī post sponsalia præcedentia de futuro, non adhibebantur, nisi ad valuas ecclesiæ sem benedictionibus: ideo tunc graue reputabatur esse peccatum matrimonium, vt pote quod sine illis reputabatur clandestinum contrahere. Iam ergo nunc temporis, vbi consensus de præsentī has benedictiones solent antecedere, probabilius est secundum Caiet. super. 3. partem. quæstio. 2. q̄ nisi fiat ex contemptu, non sit culpæ mortali tribuendum, tam reddendo, quam petendo consummare matrimonium per copulam benedictiones ecclesiæ præueniendō contra Richardum. Quoniā si ex nulla causa fiat, veniale tantum erit. Imo vt cenet Sotus, etsi nulla occurrat alia causa, consulendum esset sponsis, qui de præsentī contraxere, dum benedictionum solennitas prorogatur, vt si interim ab impudicis tactibus nequeunt se continere matrimonium consummante, causa vitadi eas oblocenas pollutiones, quibus per impudicos actus solent causam præbere, quod & deberent cauere puellarum matres. ¶ Circa quas etiam benedictiones loco citato decernit Concil. Trident. at que hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque à quoquam, nisi ab ipso parcho, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse, quacunque consuetudine etiam in memorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis parochus, vel alius sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex privilegio, vel in memorabili consuetudine licere contendat alterius parochiæ sponsos, sine illoꝝ parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit ipso iure tandiu suspensus maneat, quādiu ab ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluaatur. Hortaturq; conciliū sponsos, vt ante contrahendū, cōstitutes communem sumant.

¶ Porro circa eas angustias, quas ante Concilium Tridentinum matrimonium clandestinum sine testibus contractū sectim asserbat, si post illud, in facie ecclesiæ, aliud secundo cū alia celebrabatur perpendendū est, eā esse potissimam, & perplexissimam, quod post ecclesia iuxta allegata

& probata, cogebat sic contrahentem adhærescere secundæ, eique sub excommunicationis lætæ sententiæ debitum coniugale reddere, cum re vera concubina esset, & non vera vxor. Hanc autem perplexitatem Magister senten. dist. 38. sic arbitratus est, posse tolli, talem per obedientiam ecclesiæ excusando à peccato quantum debitum secundæ reddat. Sed certe Magister satis perperam hic hallucinatus est, nõ considerans, tunc reddere debitum, utpote quia tunc cū fornicatione coniunctum est, esse intrinsece malū: quod non potest desinere esse peccatum, magis quam homo esse rationalis: etiam si fieret ad obediendum ecclesiæ, & ad maiora mala cauenda.

Ideo talem ecclesiæ sic ex falsa præsumptione non parere non inobedientiæ tribuendum est: imò Deo inobediens fieret, etiam si causa vitandæ mortis ad eam accederet. Sed neque contra alium peius, quam Magister, errantem est concedendum, quod iste reddendo debitum per permissionem quandam ad vitandum maius malū excusetur. Quoniã in se homo non dicitur propriè permittere, quod potest & tenetur, utpote intrinsece malum in se vitare. Nã intrinsece malum committere non est de se medium ordinatum ad maius malum vitandum. Secus autem esset si non esset intrinsece malum. Igitur sicut si mulier permitteret secum alium fornicari, per mittendo id, faceret peccatum concurrente ad fornicationem: sic & iste in hoc casu admittendo ad copulam illam, cum qua in facie ecclesiæ post matrimonium clandestinum contraxit. Igitur hic iuxta caput inquisitioni, de senten. excommun. potius debet sententiam excommunicationis sustinere in hoc casu, quam debitum reddere. Quo circa opinio Magistri contraria, merito, ut non bene sana refutatur ab omnibus. Posset ergo tunc cogente ecclesiã cum secunda habitare: sed nullatenus liceret etiam ipsa petente ei carnaliter commisceri.

Ad hæc queritur, Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro faciat matrimonium. Respondetur cum D. Thomã, quod iuramentum solum confirmat dictum, & significatum non mutat. Ideo, quia verba de futuro non faciebant matrimonium per se, neque per iuramentum adiunctum illud facient. Carnalis autem copula post sponsalia de futuro, olim ante Concilium Tridentinum in foro ecclesiæ tantum, & non in foro conscientie, nisi adesset consensus de presenti circa matrimonium, matrimonium faciebat. Sed iam hæc ecclesiæ præsumptio cessat, post Concil. Trident. Ideo in presentiarum, à multis dubijs abstinemus, quæ olim circa matrimonium præsumptum per subsecutam copulam versabantur.

## CAP. XL.

## De consensu coacto.

*¶ Vtrum aliquis consensus possit esse coactus: Et an aliqua coactio cadat in virum constantem: Et an hæc coactio tollat matrimonium iure naturali, vel positivo: Et an si quis matrimonium metu graui contrahere, & simul consummare cogatur, an erit validum, si consummet affectu maritali ne peccet. Et an metus ab intrinseco vitiet matrimonium. Vbi statuitur regula generalis circa metum ab extrinseco, siue iustus siue non. Et quid si fur ducat filiam alterius, ne se prodatur: vbi curiosa disputantur. Et an si metum passus dederit coactioni causam tunc annulletur matrimonium: Et de diffinitionis metus constantis intelligentia. Et an metus reuerentialis dirimat matrimonium. Et an coactio innitiatus voto castitatis maneat ligatus. Et an post Concil. Trident. metus præcedens possit purgari habitatione spontanea. Et quid si filius coram curato tacet, & pater respondeat.*



Queritur primò, Vtrum aliquis consensus possit esse coactus. Respondetur autem, quod duplex est coactio vel violentia. Vna quæ facit necessitatem absolutam. Et tale violentum dicitur à Philosophis, violentum simpliciter. Vt cū quis aliquem corporaliter impellit ad metum. Alia est autem coactio, quæ facit necessitatem conditionatam. Et hanc vocat Philosophus violentum mixtum. Sicut cum quis nauigans, proijcit mercem in mare, ne periclitetur. Et in isto violento, quantum hoc quod fit non fit per se voluntarium: tamen consideratis circumstantijs & nunc, voluntarium est. Et quia actus in particularibus sunt: ideo simpliciter voluntarium est: sed secundum quid inuoluntarium. Vnde hæc violentia, vel coactio potest esse de consensu, qui est actus voluntatis: non autem prima. Et quia hæc coactio fit ex hoc, quod timetur aliquod periculum imminens, ideo ista vis idem est, quod metus, qui voluntatē cogit quodammodo. Sed & prima vis cadit in corporalibus actibus, quæ dicitur violentia simpliciter: quã legistatores attendunt, quia at tēdūt magis actus exteriores, in quibus ipsa inuenitur. Ideo legislator per vim intelligit coactionē simpliciter, propter quod vim contra metum diuidit. Sed nunc agitur de consensu interiori, in quē nõ cadit coactio, seu vis, quæ à metu distinguitur.

Et

Et ideo quantum ad propositum pertinet, idem est coactio, quod metus. Est autem metus secundum iuris peritos, instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Igitur licet violentia simpliciter in consensum mentis cadere non potest: quia est actus liberi arbitrij; & quia omnis consensus principium est ad intra, & non ad extra: tamen violentia conditionata in eum cadere potest. Quando igitur affirmatur, quod consensus voluntatis cogi non potest, quia libera est, intelligitur de coactione prima simpliciter, quæ secundum Sotum tantum in rebus inanimatis & in membris corporalibus inuenitur, non autem in voluntate, neque in appetitu sensitiuo, quorum actus immediati sunt ab intra; & quia inclinationes sunt totius suppositi humani. At quia aliæ hominis potentie ut intellectus, & sensus sic inclinationes hominis non sunt; ideo homo in illis potest pati violentiam simpliciter, contra Durandum lib. 2. dist. 25. quæst. 4. asserentem, neque intellectum, neque vllam apprehensiuam potentiam cogi simpliciter posse.

Præterea secundo queritur, Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum. Respondetur autem, quod constans ab inconstanti distinguitur, quantum ad duo. Primo quantum ad qualitatem periculi, quod timetur: quia constans sequitur rationem rectam, quia ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris mali: non autem cogitur ad maius malum, ut vitet minus malum. Sed inconstans cogitur ad maius malum, ut vitet minus malum, scilicet, ad peccatum propter metum corporalis poenæ; sed pertinax e contra non potest cogi ad maius malum sustinendum; vel faciendum, ut vitet maius malum. Vnde constans est medius inter inconstantem & pertinacem. Secundo differunt quantum ad æstimationem periculi imminētis, quoniam constans & fortis, nõ nisi ex forte æstimatione & probabili cogitur: sed inconstans ex leui Prover. 7. Fugit impius nemine persequente. Igitur fortis & constans ideo intrepidus à Philosopho vocatur, non, quod omnino non timeat; sed quia non timet, quando non oportet, vel nisi quando oportet. Verum etsi constans ad peccata, quia maiora sunt mala cogi non possit vllò modo, quia (ut docet Philosophus. 3. ethic.) magis debet homo mori, quam talia sustinere: sed tamen quædam dāna corporalia sunt minora, quibusdam alijs, inter quæ sunt præcipua: quæ ad personam pertineat, sicut mors, verbera, deonestatio per stuprum, & seruitus. Et ideo constans ex istis cogitur ad alia damna corporalia. Et hæc continentur hoc versu. Stupri siue status, verberis atque necis. Neque differunt vtrum hæc pertineant ad personam propriam, vel vxoris, vel filiorum, vel

aliorum huiusmodi. (Infamia autem quantumvis sit maius malum, tamen quia ei de facili occurrere potest, ideo secundum iura non reputatur cadere in virum constantem. At licet hoc sic affirmet D. Thomas hic in solut. ad 3. tamen loquendo ad propositum si infamia merito timeretur perpetua, & non delenda diu, forte eius metus admittendus est, tanquam cadens in virum constantem. Accedit ad prædicta, quod constans non cogitur ad mentiendum, si det aliquid ex metu, cuius postea vult petere restitutionem, etiam si promiserit non repetiturum. Quia constans hoc non potuit promittere scilicet, id non se denunciaturum iudici: quia hoc contra iustitiã esset ad quod cogi non potest. Igitur metus leuis non excusat à culpa: timor autem cadens in constantem virum, excusat à peccato, quod non est intrinsece malum, alias non excusat. Metus autem cadens in virum constantem est quem secum compatitur virtus, quia virtuti non repugnat. Licet Sotus sub aliorum censura affirmet mendacium veniale propter seruandam vitam virtuti constanti non derogare: quia ut ipse ait, sepius in die cadit iustus, venialiter, scilicet. Quod tamen videtur contra D. Thomam & contra rationem hominis constantis, qui nõ debet propter poenam mortis, quæ est minus malum committere maius malum, quale est mendacium veniale, utpote quod nullatenus potest à sua malitia denudari, quia intrinsece est malum.

Deinde queritur, vtrum consensus coactus tollat matrimonium. Respondetur autem, quod vinculum matrimonij est perpetuum: vnde illud, quod perpetuitati repugnat, matrimonium tollit. Metus autem, qui cadit in constantem virum tollit matrimonium; & non alius: quia constans vir iudicatur virtuosus, qui est mensura in omnibus operibus humanis (ut philosophus ait in. 3. ethic.) Taleque matrimonium tam coram Deo, quam coram ecclesia contra alios dicentes, quod coram Deo est validum, est certe inuolidum, licet præstiterit consensus: quia ille fuit inuolidus ad matrimonium: quia coactus coactione cadenti in virum constantem, licet non excusatus sit à peccato, cum dixit se consentire voluntariè, & liberè cum sic non cõsenserit. Neque obstat quod coactus tali metu recipiens baptismum valide illum recipit; quia intentio non est causa sufficiens sacramenti in baptismo, sed solum, eliciens actionem, agentis: sed consensus est causa efficiens in matrimonio: & ideo non est simile. Tum etiam, quoniam ad matrimonium non sufficit quodcunq; inuoluntarium, sed voluntarium completè: quia debet esse perpetuum: & ideo per volitum mixtum impeditur. Vnde rali ter sic coactus non debet induci semper ad hoc, quod in matrimonio illo

Ccc 5 fct:



stet: sed solum quando timetur periculum de eius dissolutione.

¶ Iam circa prædictam doctrinam prima quaestio obuiat: Quoniam si metus cadens in virum constantem matrimonium inualidum efficit, merito dubitatur, quoniam iure diuino, aut naturali, aut solum pontificio id efficiat. Hæc autem quaestio inter duas versatur opiniones. Prima enim est Scoti dist. 29. art. 2. dicentis iure diuino & naturali matrimonium ex metu cadenti in virum constantem contractum esse irritum. Alia vero est contraria opinio Ricardi eadem dist. q. 1. art. 1. & Paludani, & Durandi, & aliorum plurium, affirmantium per solum decretum ecclesie fieri inualidum. Igitur ut probabilitate opinionis Scoti ostendamus rationes pro ea facientes nos hic præmittere oportet. Primum: Quia, contractus matrimonij suapte natura expostulat, ut sit liberissimus: quippe qui ad perpetuam cohabitationem ordinatur: ergo iure naturæ, autore naturæ sic disponente, suauiter, si prædicto modo sit coactus, est inualidus.

¶ Præterea secundo Quia omnes alij contractus ex iniusto metu coacti iure naturali sunt irriti: quia exigunt consensus libertatem: ergo à fortiori matrimonium ubi maior libertas exigitur. Deinde tertio. Quia si iure diuino coactus consensus irritus non esset: ecclesia ipsum irritare nequiret: non enim ecclesia irritare potest aliquid, quoad essentiam sacramenti pertinet. Vide cum consensus de essentia sacramenti matrimonij sit, illum irritare non potest. Item quarto. Quoniam matrimonium sic ex tali metu contractum inter infideles est irritum, & inualidum: sicut est etiã inualidum inter Christianos: ergo signum est patens, quod non solum iure pontificio, sed iure naturali, quod etiam inter infideles viget, est irritum & inualidum. Accedit 5. quod neque compulsa promissiones, si extra iuramentum fiant, tenent naturam ipsam dictante.

¶ Adde sexto quod si consensus coactus iure naturæ non esset inualidus ad firmandum matrimonium, neque etiam esset inualidus ad firmandum simplex & solenne votum: ac per consequens iure diuino & naturali tale votum coacte emissum validum esset. Quod tamen apparet falsum; ex eo, quod si iure diuino validum esset, ecclesia nequiret illud irritare, ut potest factum Deo: cum tamen vota metu extorta ecclesia passim solita sit irritare.

¶ Igitur ad quaestionem responderetur, quod licet opinio Scoti probabilitate non sit destituta, sed opposita opinio Ricardi, Durandi, & Paludani & aliorum verisimilior est, scilicet, quod solo iure pontificio matrimonium metu cadenti in virum constantem contractum diffinitur esse irritum

A & inane. At licet D. Thomas in hoc suam mentem non satis explicuerit, sed Soto videtur, quod magis inclinauerit in sententiam Ricardi: quia insinuat, quod possit petere sic coactus restitutionem ab ecclesia, qui illud matrimonium suo iure irritauit. Probat autem primo: Quoniam ius naturale non distinguit expresse inter metum leuem, si alicuius sit momenti, & inter metum grauem in ordine ad irritandos contractus: quia metus leuis etiam suapte natura est iniurius, & omnis iniuria venit refarcienda: ergo si iure diuino & naturali metus leuis non inualidat contractus neque etiam metus grauis iure diuino, aut naturali inualidat matrimonium, aut solenne votum, sed solum iure positivo. Non enim nos distinguere debemus, quod ius naturale non distinguit, scilicet, quod grauis metus ea irritet iure naturali, & non leuis, quod si leuis iure naturali ea non irritat: ergo neque etiam metus grauis. Item patet: Quia metus honoris, vel pecunie iure naturæ non irritat matrimonium, qui tamen adeo grauis est, ut adæquetur interdum, & non absque ratione metui vinculum triennialium, vel seruitutis, quæ longe minori pretio posset redimi: ergo si metus hic honoris, vel pecunie amittendæ iure naturæ non irritat matrimonium: ergo metus prædictus grauis, inter quem computatur carcer triennialis, vel redimibilis, illa seruitus iure naturali matrimonium non irritauit. Præterea tertio: Quia si metus cadens in virum constantem irritat matrimonium est, quia tollit libertatem: sed metus leuis aliquando potest eam libertatem auferre, ut metus ablationis dotis incussus puellæ vel leuis metus iniectus personæ formidolosæ: ergo si iste metus iure naturali matrimonium non irritat, ergo neque ille metus grauis.

¶ Et confirmatur: Quia vix potest aliquando discerni metus grauis à leui, nisi ex arbitrio prudentum. Accedit quarto, quod vir constans tanquam minus malum potest eligere, magis uxorem ducere, quam nollet, quam peti mortem: ergo ius naturæ hoc medium redimendi vitam non tollit, ac per consequens, consensus matrimonij coactus irritare non videtur: nisi in bonum matrimonij ecclesia aliter statueret.

¶ Igitur pro solutione argumentorum Scoti hoc notamen memoriam mandandum est, per quod omnia argumenta prædicta diluantur, scilicet, quod cum matrimonium sit non solum sacramentum, verum etiam contractus civilis, quantum ecclesia, quatenus sacramentum, est, eius essentiam mutare non possit: tamen quatenus est contractus civilis potuit, ut inualidare eius materiam inter cognatos: ita & irritare consensus coactus per metum cadentem in constantem virum, ad illa repellenda incommoda, quæ ex illo pullulare possent:

possent: & in gratiam matrimonij alias obiectio nes metus leuis rejicere. Cum ergo ius naturale, & diuinum tale consensus minime confirmet, non est negandum ecclesiam per potestatem sibi diuinitus traditam administrandi rempublicam Christianam, id iure posse: licet irritare non possit sacramentum baptismi, etiam ubi vtraque intentio, tam ministri, quam suscipientis est coacta. Quia ibi minister per suam intentionem, licet coactam, applicat materiam; & formam baptismi, quæ sunt causa efficiens, & intentio suscipientis est eius dispositio. Quo circa licet vtraque sit extorta per metum, non inde impedimentum præstat baptismi: sed matrimonio quidem impedimento est coactus consensus. Tum, ut sacramentum est: quia est eius immediata causa. Tum, quia fini matrimonij, qui est perpetua habitatio, & grata obstat defectus libertatis in consentiendo: quod non obstat in alijs sacramentis: neque in sacramento baptismi: quia ibi professio vitæ Christianæ fit per naturam sacramenti, ex quo oritur obligatio etiam in paruulis per intentionem ecclesie: Igitur ad argumentum primum Scoti dicitur, quod consensus coactus est simpliciter voluntarius. Et ideo iure naturali non probatur esse inualidus: sed iure ecclesie cassatur in matrimonio.

¶ Ad secundum autem respondetur, negando, quod alij contractus, scilicet, venditionis, vel locationis per metum celebrati sint ipso iure nulli, sed debent in irritum reuocari, ut patet in cap. Abbas. de his, quæ vi, metus ve.

¶ Ad tertium argumentum responsum iam est, ecclesiam circa matrimonium, quo ad id quod pertinet ad eius essentiam quatenus est sacramentum, non potest aliquid immutare: sed ex ea parte, qua est contractus civilis, potuit consensus eius coactus infirmare: sicut & eius materiam efficiere illegitimam inter consanguineos.

¶ Præterea ad quartum argumentum respondetur, negando, quod etiam inter infideles huiusmodi consensus coactus teneat. Quoniam licet ecclesia circa illos nihil disponere valeat: nihilominus ias gentium & civile vim habuit inualidandi tale matrimonium ea ratione, qua est civilis contractus. Et sic patet ad 5. de coactis promissionibus: sunt enim non ipso iure nullæ, sed cassandæ.

¶ Ad sextum argumentum respondetur secundum Ricardum dist. 29. quaest. 2. art. 1. contra Panormitanum in dict. ca. Abbas. & contra Syluestrum, verbo, metus. §. 8. quod usus ecclesie habet, quod probantem legitime metu graui compulsum se esse ad vouendum à voto absoluat. Quod certe ecclesia non faceret si ex sola præsumptione procederet. Censet ergo in conscientia

illam illum consensus non esse validum, neque legitimum. Neque tamen hoc conuincit iure diuino talem consensus fuisse cassum. Nam quia ecclesia tanquam Dei ministro ius habet formas vouendi, saltem solenniter limitandi: ideo potuit votum solenne coacte vouentis non approbare, neque acceptare. Atque idem dici potest de voto simplici coacte emisso, scilicet, quod ecclesia, sicut potuit, tempus ad sic vouendum legitimum statuere: ita potuit & de modo vouendi disponere. Igitur quoniam eadem summa libertas in vtroque, scilicet, in voto religionis solenni, & in matrimonio requiritur, quoniam vtriusque vinculum est suapte natura perpetuum, & indissolubile: ideo pari ratione ecclesia debet eiusmodi consensus coactus in voto solenne inualidare, ut in matrimonio: quod perpenis canonibus & rationibus est multo probabilius.

¶ Cæterum, si cui opinio Scoti magis arriserit, opus habet asserere, discrimen inter metum grauem, & leuem iure naturæ esse stabilitum, ut alter irritet contractus, alter vero non. Sed quid sit de hac controuersia, planum est coactus consensus inualidare matrimonium.

¶ Accedit & hic alia quaestio, scilicet, si quispiam metu mortis compellatur, sponsalia, vel matrimonium iurare, utrum teneatur iuramentum seruare. Videtur autem quod teneatur: Nam alias periturus censeretur. Nam et si consensus coactus sit inualidus, saltem per iuramentum firmatur. Tum secundo: quia si iuramenta coacta non tenerent, nulla opus esset absolutione ab illis: indigent autem huiusmodi absolutione. cap. verum. de iureiur. ergo non sunt nulla. Præterea tertio: quoniam iuramenta coacta seruanda sunt, quando seruari possunt, sine interitu æternæ salutis. cap. si vero. de iureiur. & cap. debitores. eod. tit. Ratione cuius, & latroni coacte promissum per iuramentum causa seruandæ vitæ, soluedum est: quoniam licitum est hoc medio redimere vitam: ergo etiam matrimonium coacte iuratum implendum est: postquam, licet hoc medio redimere vitam: nam minus malum hoc est quam in mortem incidere. Item quarto, quia renunciatio electionis, quæ per metum iuramento firmatur, est obligatoria: ut patet cap. ad aures. de his, quæ vi, metusve causa fiunt. Ergo pari ratione, matrimonia ex metu conflata, & iuramento firmata, erunt obligatoria. Igitur ad quaestionem responderetur, quod prædictis rationibus non obstantibus iuramentum, neque in sponsalibus, neque in matrimonijs metu graui contractis tenet. Hæc est Ricardi & Paludani, qui subscribens Ricardum licet aliam arbitretur probabilem, hanc tamen existimat probabiliorem. Est etiam Soti in. 4. Sentent. dist. 29. quaest. 1. artic. 3. Qui hæc adeo probabili-

lissimam esse ducit opinionem, ut aliam vix posse sustineri censet. Est etiam Covarruix in epitome, capit. 3, §. 5. qui huic magis accedit. Patet: quia alias non satis esset prospectum in commo- dis, quæ contra finem matrimonij ex matrimo- nio coacto solent pullulare, quia ab ecclesia, vel à Deo inualidatur consensus coactus in illud. Quoniam alias, si matrimonium firmum maneret, nullus post pateret locus restitutioni: atque per consequens ille coactus per iniuriam omni destitutus remedio ligatus perpetuo maneret. Igitur neq; in cōscientia huiusmodi matrimoniū validum est: sed neque si in conscientia validum esset nullatenus debet compelli. Nam etiam si non esset vi extortum, ad illud non esset cogendus, quando malus timeretur exitus. Neque obstat D. August. can. inter cætera. 2. 2. quæst. 4. ubi ait, matrimonium timore necis iuramento promissionis de futuro firmatum valere, quoniam intelligit id D. Augustinus, si post liberè confirmetur. Itaq; nō approbavit illud matrimonium tanquam necessarium: sed tanquam iustum & honestum, si propter iuramentum libero cōsensu post contrahatur. Ad primum igitur argumen- tum in contra respondetur, quod licet ille, qui matrimonium coactè iuravit non impleat, periurus non sit, quia Deus vel ecclesia, iuxta vtran- que opinionem ventilatam illud facit irritū, nisi qui per metum iuravit absente metu iuramen- tum confirmaverit.

¶ Ad secundum respondetur, quod per hanc so- lutionem diluitur, sicut & reliqua, scilicet, quod in alijs casibus, sicut etiam in casu, quo metu mor- tis iuramento aliquid promissum est latroni, pro- missio coacta & iuramento firmata est seruanda. Quoniam in his casibus iniuriam ex tali metu incusso patientes in integrum per restitutionem in integrum possunt restitui: quod non possent in matrimonio coacto vsu euenire: si semel esset va- lidum: restitutioni enim tunc non pateret locus. ¶ Porro iam vrgentior hic nos premit difficul- tas, quæ in maiores nos conijcit angustias, scili- cet, an si mortis metu matrimonium quis con- summare compellatur, matrimonium tunc sit va- lidum. Et quidem quæstio hæc nunc post Con- cilium Tridentinum, ubi copula post sponsalia de futuro non facit iam matrimonium præsum- ptum, tantopere vrgere non potest, sicut antea. Nisi forte in casu, quo coram parcho & testibus esset contractum matrimonium, ex metu tamen graui incusso: si post hoc metu mortis illud con- summare sic coactus cogere: videtur autem, quod validum nō sit. Primo ex regula iuris cap. cum quid. in. 6. Vbi decernitur, quod cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur: ex illo: sed iure prohibitum est valide ex metū

A graui posse matrimonium contrahi: ergo etiam, cum ex matrimonio sequatur copula, sequitur, qd eadem ratione sit prohibitum, valide per co- pulam coactam posse matrimonium consumma- ri. Secundo etiam arguitur ex regula iuris, capit. cum quid vna. in. 6. Vbi habetur, quod cum quid vna via prohibetur alicui ad id alia non debet admitti: sed qui cogit grauius ad matrimonium alium, prohibetur valide matrimonium contra- here: ergo non debet admitti, ut per coactam co- pulam possit valide illud matrimonium cōsum- mari, sic cogendo alium: ergo tunc per illam co- actam consummationem matrimonium nō erit validum. Tertio arguitur. Quoniam si tale matri- monium sic coactè esset validum, non satis esset consultum matrimonij perpetuitati: quoniam con- sensus in carnalem copulam perinde est coactus, atque consensus in matrimonium: eademq; perin- de ratione cōuenit esse irritum & cassum. Igitur ad quæstionem respondetur primò, qd dum con- sensus vtrouque nullus fuit interueniens, quia vtrouque dissensit ille coactus, & dum metu cō- traxit coram curato & testibus, & dum copulam metu consummauit: quia vterque consensus de- fuit: tunc in conscientia matrimonium inde non conualuit: quia tunc concubitus non potuit esse maritalis. Sed quid, si ille vtrumq; consensum, C sed tamen coactum habuisse cōfiteretur. Respo- detur cum Soto, quod non satis constat quid tunc ecclesia decerneret, an esse validum vel inuali- dum. Sed tamen dicitur tamen cum Palude dist. 29. quæst. 1. art. 4. & cum Soto, qui oppositam opinionem probabiliorē olim æstimabat, qd ta- le matrimonium in foro ecclesiæ esset validum. Et hoc inquit Soto est tunc sentire, qd ecclesia debeat illud præsumere matrimonium, atq; adeo contrahentes constringere, ut in eo perseverent. Sed quia hæc opinio Paludani & Soti, est cōtra communem opinionem Panormitani, & Præpo- siti & aliorum multorum contra Hostiensem. in cap. consultationi. de sponsalib. quam cōmunem sequitur Navarrus in sum. 2. 2. num. 51. dicens, ra- tione hac irrefragabili probari, scilicet, quod de- essentia matrimonij est, quod consensus sit liber. cap. cum dilectus. de his, quæ vi, met. Ex quo cō- sequitur, inquit, quod cum consensus directus in matrimonium metu mortis extortus nō sit satis liber, à fortiori consensus indirectus, & per quan- dam consequentiam resultans ex copula eodem metu mortis extorta, non erit satis liber. Ideo cir- ca hanc quæstionem, ut prædictos doctores in- ter se dissentientes aliquantulum concordemus, tan- dem resolutorie dicendum putamus, quod ad- missa primo illa declaratione Pij V. quæ ait Na- varrus in sum. cap. 2. 2. nu. 7. frequenter esse recep- tam in vsu à sacro penitentiariæ prætorio, scilicet,

licet, qd matrimoniū in facie ecclesiæ coram paro- cho & testibus celebratū, quod ratione alicuius impedimenti occulti fuit nullū, sublato impedi- mento posse denuo inter dictos cōtrahentes tan- tū secreto valide cōtrahi, potest subinde cōcedi, qd opinio Paludani & Soti vera sit, in casu, in quo iam ille metu coactus etiā ad cōsummandā copu- lā nō ex metu illato ab alio directè, vel immedia- re, sed potius ex metu peccati ne peccet fornican- do in maritali cōsensus cōsentire copulā: nā tunc vide- tur tunc ex cōsensu hoc in maritalē copulā habi- to matrimonium firmari. Patet primò: Quia si stante mihi vi illata ad cōtrahendū cū Maria, ac- cedat alius, scilicet, Ioannes & offerat decem au- reos, ut cōtrahā cum illa: tum plane si ex hac no- ua causa motus cū illa contraherem matrimoniū solidum esset. Ergo pariter censendū est solidari ex prædicta menti oblata causa, scilicet, ne Deus offendatur maritali affectu copula habita cōtra- ctū denuo matrimonium. Tum secundo patet: Quia secundū regulam iuris in. 6. c. quod ob gra- illud, quod in gratiā alicuius cōceditur nō est in- us dispensandi retorquendū: sed in gratiā ex me- tu contrahentis matrimonium est, qd nō contrahat valide, & in gratiā eius id videtur cōcessisse hoc ecclesiæ: ergo in casu, quo ad vitandā Dei offen- sam vult iam affectu maritali copulari, ista gratiā nō est in eius dispēdium retorquenda, scilicet, ut redigatur ad statū rigorosum, vbi illi subeunda sit mors, aut offensa Dei sit à se perpetranda, for- nicando cū non sua. Item tertio patet: Quia ab- sente metu coactionis, qui fuit metus mortis, iā valide cōtrahitur, sed iam mentē contrahentis in hoc casu præoccupat magis metus cauēdi offen- sam Dei, quā metus mortis: ergo ex tali metu, sci- licet, vitandi offensam Dei matrimoniū contra- ctum per copulā affectu maritali & contrahendi habitā, erit ratū. Item vltimo patet: Nā si puella metu graui patris sui adacta, profiteretur religio- nem, professio esset nulla: tamen si postea non tū ex metu præcedenti patris, quā ne sibi leuitati & notæ tribuatur à populo, qd professionem & reli- gionē refutauerit, vult iam ex hac causa votū fir- mare tacitè vel expressè: tunc votum consolida- tur: licet ista secunda voti cōfirmatio ortum ali- qualem habuerit ex priori coactione illata à pa- tre: ergo pari ratione matrimoniū prædictū antè coactū ratificatum per copulā maritalē, causa Dei offensam cauēdi, validū erit: licet hæc cau- sa, id est, necessitas vitandi offensam Dei originē duxerit ex metu præcedenti illato ad consumman- dum. ¶ Si autē directè & immediatè, & solum ex prædicto metu mortis adigatur ad copulam con- summandū: in hoc casu multū apparentiæ habet opinio cōmunis Panor. & Navar. & canonistarū & aliorū magistrorum, quorū meminuit Soto. Et

A per prædicta patere potest solutio ad argumēta. Igitur in casu supradicto, qui in istas angustias cogitur peccatū poterit euadere altero duorum modorū; vel citius succumbendo præsentaneæ morti, si sibi tunc intentaretur, vel eam copulam affectu maritali cōsummando, & matrimonium perficiendo. Quod tanto tutius efficiet, quāto si non tantum ex metu præcedenti: sed potius ex causa cauēdi copulam fornicariam & offensam Dei ad id perficiendum moueatur.

¶ Præterea, pro huius materiæ intelligentia ope- rare pretium est notare distinctionem illā, quæ de metu hic solet præstitui. Nā alius est metus ab intrinseco, qui infertur à Deo per causas natura- les: ut si quis metu morbi, cui per focia vxorē cre- dit posse subueniri, vxorem duceret. Alius autē est metus illatus ab extrinseco, scilicet, à patre puellæ minanti necem alicui, nisi filiam suam du- cat in vxorem. Igitur metus, qui ab intrinseco di- manat dum infertur à Deo per causas merè natu- rales, per morbos, per calamitates, & casus fortui- tos, ut cōmunitè dicitur, matrimonium non im- pedit, quia infertur à Deo. Sed de metu ab intrin- seco isto an omnis talis matrimonium impediatur, merito hic dubitatur: quia etiā videtur tollere li- bertatem ad perpetuitatem matrimonij necessa- riam, Nihilominus respondetur, qd nullus metus ab intrinseco vitiat matrimonium. Vt si causa vi- tandi morbi vxorem duceret aliquis: quoniam iste morbi metus ab intrinseco ex rei natura na- scitur, & à nemine infertur. Imo, ut rectè ait So- rus, licet incutiatur à rebus inanimis, extrinse- cus, vel à feris animalibus proprie dicitur ab in- trinseco. Qualis etiā est metus proueniens à pro- cæla maris, ab incendio: qui nō dicitur ab extrin- seco illatus, eo qd fit per modum naturæ. Cæterū de metu, qui ab extrinseco procedit, an omnis ta- lis metus matrimonium vitiet, in quæstionē ver- titur. Igitur Syluest. verb. metus. §. 6. in hoc casu per hanc distinctionē hanc soluit quæstionē, sci- licet, qd si metus sit iustus, matrimoniū non vitia- tur. Si vero iniustus sit, tunc vitiat. Syluest. etiam videtur assentire Medina in sua instruct. confess. §. 6. de votis. Vbi tenet, qd mulier cōpre- hensa in adulterio à marito ei minanti mortē, nisi professsa fuerit religionem, si ex hoc metu proce- denti ex causa iusta professionem emittat, valida est. Igitur pro resolutione huius quæstionis, sta- tuuntur regula generalis, quæ magis securitati con- scientiarum consulit, scilicet, qd quoties metus ad hoc peculiariter incutiatur, ut matrimoniū cōtra- hat, ille si est cadens in constantem virū vitiat matrimonium, siue iuste, siue iniuria fuerit illa- tus: alioquin minime. Et probatur regula hæc ex ratione generali: quia vterq; iste metus siue iuste siue iniuste ad hunc finem specialiter illatus so- litus

litus est tollere libertatem ad finem matrimonij, qui est eius perpetuitas requisita. Verum, quia sermones in vniuersali minus profunt ex prædicta regula, adhuc emergit dubium, scilicet, quid sit dicendum in illo casu, ubi quis furem in crimine deprehendens, cominatur ei se eum delaturum, nisi filiam suam uxorem duxerit, ubi reuera metus iure & iuste incutitur. Et quid in casu illo sentiendum est, in quo iudex delinquenti ad mortem timentis immunitatem offerret, si matrimonium cum filia iudicis contraheret, alioquin ei iuste mortem inferendam cominatur, ubi etiam metus videtur iuste illatus. Respondetur ergo in primo casu, matrimonium non tenere, licet illum furem deprehendens iuste apud iudicem possit accusare. Ita Sotus tenet ubi supra, cui accedit Couarruuiam. In epitome. cap. 3. ex. §. sequent. §. 3. Quorum sententia suffragatur edictum, quod metus causa, ut habetur. l. nec timorem, & l. isti quidem, ff. cod. tit. Probatur ratione Soti, quia prædictus metus infert ad contrahendum, licet possit furem iuste accusare, quam corroborat Couarruuias dicens, quod matrimonium in hoc casu non valet, quia ille metus est illatus, alias nullum timorem habenti. Unde quia ille fur sic contrahens hunc metum sibi non intulerat, sed ab eo qui deprehendit in furto est ei illatus, ideo matrimonium ex tali timore non valet. ¶ Ad secundum vero casum respondetur, circa eum Sotum & Couarruuiam in prædictis locis inuenio dissidentes. Nam Sotus censet in hoc secundo casu matrimonium non valere, quamuis ipse exemplificet eum in principe, & nos in iudice, quod non variat naturam casus. Et ratio, qua sibi id persuadet est, quia metus licet fuerit iustus, est tamen illatus illo fine. Couarruuias vero matrimonium in hoc casu secundo ideo validum esse opinatur, quia captio iam timentis mortem, quam iuste iuxta legem meretur, dum princeps, vel iudex illam offert conditionem immunitatis à poena mortis, si talem foeminam duxerit, & si nolit alioquin poenam mortis lege decretam exequatur in eum, ei cominatur sic minando, & istam conditionem offerendo, potius metum ab eo aufert, quam ei inferat ad matrimonium. Couarruuias vero suffragatur Syluest. verb. metus. q. 6. Igitur Doctores hos alioquin graues concordare, si possim volenti, hoc hic occurrit dicendum, quod si talis delinquens in carcerem coniectus, iam alioquin antea presentaneam & certam iustamque timebat mortem, in hoc casu vera videtur opinio Couarruuiæ, scilicet, quod tale matrimonium sit validum: siquidem tunc magis ei timor aufertur, quam infertur. Si tamen non ita persuasus erat, quod certo esset moriturus, quonia aliam spem probabilem conceperat, se aliqua via liberandum à morte, vnde non tantopere mortem timebat,

**A** tunc in hoc casu verisimilior est, & apparentior opinio Soti, scilicet, quod in hoc casu per illam oblationem conditionis, & minas adiunctas matrimonium illud sic contractum validum non fuerit: siquidem ratio eius hic currit, quod peculiariter in hoc casu ad contrahendum sit metus incussus, quo antea de facto carebat: quia mortem (ut supponimus propter spem euasionis probabilem non timebat: quia tunc ex solo metu incusso censetur contraxisse. Igitur secundum Couarruuiam & Sotum, magis considerandum esse videtur in his casibus, an metus sit illatus ad finem contrahendi, quam si iniuste vel iuste inferatur.

**B** ¶ Præterea, quo via aperiatur ad alias similes quaestiones in hac materia dissoluendas, quaeritur, an matrimonium sit nullum, vel validum in casibus omnibus, in quibus metum passus dedit coactioni causam. Videtur autem, quod in omnibus his casibus matrimonium sit nullum. Nam qui contraxit sponsalia antea libere, si metu compulsus matrimonium perficere compellatur, matrimonium est nullum, etiam si libere antea contraxerit ea sponsalia, ut affirmat Couarruuias in epitome cap. 4. & probat ex capit. requisit. de sponsalib. sed in hoc casu iste metum passus dedit causam tali coactioni, quia sponsalia contraxit antea: ergo etiam si metum passus dedit causam coactioni matrimonium est inane. Sed in contrarium est quod ubi supra docet Sotus, scilicet, quod si aliquis iudex compellat violatorem virginis etiam metu mortis eam in uxorem ducere, consensus sic contrahentis, satis est solidus ad firmandum matrimonium: & tamen hic causam dedit huic metui & coactioni violando virginem: ergo passus metum, etsi causam dedit coactioni, non ideo annullatur matrimonium ab ipso contractum. Igitur pro decisione huius quaestiones, in qua isti graues doctores videntur variare, dico primo, quod quando metus, quem quis patitur, est à lege propositus, ut si sit lex, quod qui virginem violauerit, eam ducat, ut habetur cap. 1. de adulter. tunc quamuis iudex metu mortis eum compellat, ille consensus solidus est, & firmus, & matrimonium per consequens inderesultat validum. Et in hoc sensu vera est sententia Soti, ut ipse se explicat. & patet ex. l. continer. §. sed vim. ff. quod metus causa. Vbi habetur, quod vis, quam magistratus, scilicet, per legem recte intulit iure licito non vitiat contractum. Et probatur ratione: quoniam iste metus, cui iste deflorando virginem dedit causam, potius est à lege, quam à iudice eam exequenti. Igitur non annullatur contractus per vim & coactionem, qua lex cogit expresse ad illum implendum. Secundo dicitur, quod in omnibus casibus, ubi metus &

**C** coactio non est procedens expresse à lege, etiam si tali coactioni dederit quis causam nullus erit contractus tali inuitus metu, ut patet in casu illo allato à Couarruuiam de eo, qui metu cadenti in virum constantem ducere cogitur, quam prius sibi de futuro desponsauerat. Quoniam ias non disponit expresse talem fore cogendum ad matrimonium, praesertim metu cadenti in virum constantem, & dum malus exitus timeretur. Unde consequitur, quod si pater puellae iuuenem comprehensum in stupro metu mortis cogeret ad contrahendum cum illa, matrimonium validum non esset: quoniam etsi lex exprimat defloratorem virginis compellendum esse ad eam ducendam, sed id intelligitur publica iudicis auctoritate, non autem auctoritate priuata patris: nam nemo priuatus potest sibi ius dicere. Igitur illa assertio Couarruuiæ, scilicet, quod matrimonium metu contractum sit nullum, procedit etiam in casibus, in quibus metum passus dedit coactioni causam. Quam probat ex. l. neque timorem. §. primo. ff. quod metus causa, & ex glossa communiter recepta, cap. veniens. in secundo. de sponsalib. & ex textu optimo capit. quia diuersitatem. de concessio. praebend. Tenet verum, quando causa, vel culpa data non tendit directe ad coactionem, vel metum inferendum virtute expressæ legis, quæ executioni est mandata per iudicem, non per priuatum personam.

**D** ¶ Iam ex prædictis liquet, quid sit dicendum ad casum, in quo metus alio fine est illatus. Vt si aliquis princeps etiam iniuste obsessus in sua ciuitate ab hoste, quo se liberaret, metu captiuis offerret illi hosti illius ducere in uxorem filiam. Nam certe tunc matrimonium validum consideretur: quoniam metus ille obsidionis non est ad finem matrimonij illatus, sed sua sponte voluit, qui illum patiebatur ea se conditione liberare. Secus esset tamen si hostis illo fine urbem obsideret, ut principem ad illud matrimonium cogeret. Atque idem dicendum est in casu, quo infirmus metu mortis polliceretur medico se eius filiam ducturum, si eum curauerit. Imo si medicus eum curare renuerit, nisi infirmus eius filiam in uxorem acceperit, in utroque casu matrimonium celebratum manebit ratum: quoniam metus hic non à medico, sed à morbo ortum directe habuit. Non enim medicus infert metum, sed morbus. Matrimonium autem est sicut pretium pro medela constitutum. Ita Sot. ubi supra. Vbi subiungit aliud simile exemplum de puella, quæ si delinquenti coniecto in carcerem ob crimen morte punibile offerat conditionem se illum liberaturam, si se velit in uxorem ducere: tenet quidem tunc matrimonium: quoniam ille

coactio

**A** metus non est illatus ab illa, sed est oblata conditio, si vult à metu, in quo est constitutus liberari iuxta. l. metum. 2. §. licet. Item in casu hoc, in quo secundum Couarruuiam dicitur esse lex apud Hispanos, & secundum alios etiam apud Gallos, quod damnatus ad mortem, si velit ducere meretricem uxorem liberetur (qui quidem usus non esset iustus in quouis crimine) etiam matrimonium teneret: quia iste damnatus metum sibi intulit, quia non est illatus ab alio. Sicut etiam si liberta putans se ob ingratitudinem iterum redigendam in seruitutem, causa huius timoris contulit aliquid dono vel ratione contractus suo patrono: factum tenet. Quia hic non est ei metus oblatus, sed quem ipsa ex natura rei, & ex lege concipit: & ideo non vitiat contractum.

**B** ¶ Ad hæc quaeritur quomodo constans sit, qui contrahendo coacte dicit, se consentire cum non consentiat, ac per consequens mentitur decipiens alterum: hoc enim longe abest à viro constanti, qui rationabiliter solet operari. Respondetur ergo, quod licet nouerit suum consensum esse nullum, debet illum adhibere, si velit effugere culpam mendacij. Quoniam adhibendo illum consensum etiam nullum non mentitur, secundum Sotum, & Couarruuiam, quia secundum Sotum consentit tunc, quantum in se est, neque alium decipit, sed alius à seipso decipitur. Et secundum Couarruuiam iste tunc non mentitur, sed verum dicit, cum ait se matrimonio consentire, quia simpliciter consentit, non tamen libere. l. si mulier. §. finali. ff. quod metus causa. Et ita accipienda sunt verba contrahentis secundum Maiorem in. 4. dist. 29.

**C** ¶ Quod si quis curiosus sciscitetur, Vtrum laudabilius sit mortem potius oppetere, quam talem consensum habere. Respondetur, quod si posset postea talis metum probare, vitio tunc illi daretur, si tunc metu mortis ad actum non consentiret: esset enim tunc prodigus vitæ cum illa via posset mortem propulsare. Si autem sciret se postea metum non posse probare, laudabilius illi esset ex genere rei consentire: quando quidem minus malum est ingratam habere uxorem, quam mortem iniustam perpeti. Posset tamen matrimonium hoc in tantam eius infamiam, & ignominiam vergere, ut liceret ei potius mori, quam ei consensum præstare. Vt si vir clarissimus genere ignominiosam mulierculam ducere cogeretur.

**D** ¶ Præterea, ne hic prætereatur quaestio scitu necessaria, scilicet, quomodo sit intelligenda illa diffinitio Diui Thomæ, qua in. 4. Sententiarum distinctione. 29. diffinit, quod metus cadens in virum constantem est ille, quo minus malum,

malum,



malū, maioris mali euitandi causa eligitur: quia videtur non sit vsquequaque bona diffinitio. Quoniam non videtur constans secundum hanc diffinitionem, qui causa vitandi mortem venialiter & officiose mentiretur: quoniam maius malum est mendaciam, quam perpetratio mortis. Respondetur ergo, quod diffinitio D. Thomæ secundum Nauarrum in summ. cap. 22. num. 51. intelligenda est de timore cadenti in virum constantem, quatenus talis timor excusat à peccato. Non enim excusaretur à peccato, neque constans conferretur, qui eligeret maius malum ad euitandum minus. Sed non est intelligenda procedere in omni casu ad infirmandum actum meticalosum: quoniam potest puella, licet non citra peccatum confirmare contractum matrimonij, dicens se libere consentire, cum tamen ex metu leui consentiat. In quo casu forte eligit minus malum, id est, contrahere, quam perpeti illum metum leuem: quia forte leuius fert & leuius sibi onus est illud matrimonij onus subire, quam poenam leuem, id est, metum reuerentialem patris sustinere. Ergo non infirmatur matrimonium semper ex eo solum, quod ex metu eligatur minus malum ad euitandum maius malum. Igitur ad effectum infirmandi contractum, qualis sit iustus metus, & cadens in virum constantem arbitrio iudicis in dubio relinquendum est, secundum Nauarrum loco supra allegato, & secundum Couarruiam in epitome capit. 3. §. 4. Quod probant primo, ex cap. cum dilectus. de his, quæ vi. & ex glossa ibi communiter recepta, & ex glossa etiam communiter recepta in l. interpositas. C. de transact. Quod ex obiecto ipso, & ex qualitate subiecti, & ex alijs arbitrari poterit iudex. Nam in primis supponendum est, quod ex obiecto ipso solo, sine alijs circumstantijs est timor iustus, & cadens in virum constantem ille, qui est metus mortis, vel mutilationis membri, vel amissionis omnium bonorum, si magna sint: quia vita quædam sunt, iuxta glossam receptam in l. aduocati. C. de aduo. di. iud. & dist. cap. cum dilectus. In alijs autem obiectis non tam grauibus non solum ipsam malum obiectum, sed circumstantias fortitudinis, & fragilitatis & non solum sexus, sed & ætatis, & innatæ magnitudinis, vel paruitatis, aliorumque accidentium metū passi oportet considerare ad considerandum, an metus sit iustus atque cadens in virum constantem. Accedit Sotus loco citato (ex quo primo corollariè sequitur, quod minor timor est iustus in muliere, quam in viro, iuxta glossam singularem cap. cum locum. de sponsal. Secundo etiam corollariè sequitur, quod eiusdem mali obiecti metus in alio consideratis circumstan-

tijis iudicandus est iustus, & in alio iudicandus est esse vanus.

¶ Nam ex prædictis examinare nos oportet in particulari, an hæc obiecta sequentia, scilicet, excommunicatio, incarceration, amissio omnium bonorum, causent metum iustum & cadentem in virum constantem. Et primo loquendo de excommunicatione dicimus, quod si excommunicatio est iniusta, tunc metus oriens ex illa cadens est in virum constantem. Est communis hæc assertio secundum Couar. loco citato, & est Ioan. Andree, & Abbatis, cap. cum dilectus. & glo. cap. olim in 3. de restit. spoliat. & Rotæ in nouis. 35. quæ tamen est intelligenda, nisi superior facillime adiri possit ad tollendam excommunicationem, quod iudex arbitrabitur. Si autem excommunicatio fuit iusta non erit metus ex ea procedens cadens in virum constantem ex eo, quod qui talem metum allegat, cum ipsemet sua culpa sibi intulit. Facit pro hoc textus optimus. in l. si mulier. in principio. ff. quod metus causa. Quoniam cum lex aliquid comminatur, nisi fiat aliquid, qui contra legem agit, non dicitur facere ex metu id, quod agit, vt comminationem legis euadat, quia ipse sibi intulit metum committendo rem dignam comminatione. Sicut si qui libertus est promittat patrono centum aureos casu, quo patronus eos exigit, ne redigatur in seruitutem ob ingrati tudinem in l. si mulier. ff. quod metus causa. ¶ Ex his infertur, quod si captus in bello iusto promittit aliquid pro redemptione, non eum excusat à fide implenda metus captiuitatis. Quoniam ex captiuitate iusta metus ante à se conceptus aufertur. patet. l. nam & seruus. ff. de negot. gestis. Et quia secundum D. Tho. 2. 2. q. 8. & q. 71. art. 3. etiam iniquum hostem in bello non licet fallitate decipere. Vnde captus si pretiū promittit tenetur soluere, etiam hosti iniusto. Facit tex. in l. ab hostibus. & l. captus. C. de captiuis. Quoniam secundum Cicer. lib. 3. de offic. hostibus etiam seruandum est fides, quanuis à privato præstetur, nisi detur in perniciem publicam. cap. noli extimare. 23. q. 1.

¶ Præterea, dum de metu carceris quæritur, dicitur, quod dum iniuste est illatus, irritū facit contractū, vt si quis aliū in carcerē detradat, vt consensum matrimonij extorqueat. l. qui in carcerē. ff. quod metus causa. & Clem. 1. de poenis. Vel si hac de causa minatur etiā iustā accusationē. Deinde de amissione bonorū dicimus, quod si talis amissio sit omnium bonorū, eius metus cadens est in virum constantem. glo. in c. 2. de his quæ vi. Tum, quia magnæ æstimatur esse patrimoniū, si quidē vita hominis esse æstimatur. Nā (vt in proverbio est ex Hesiodi carmine) pecunia est anima miseris mortalibus. Igitur amissio omnium bonorū, nisi parua quantitas sit (vt limitat Nauar.) quia amissio

magnæ

magnæ rei est) iusta causa est timoris. argumento. l. propter litem. in principio. ff. de excusatione. tutorum.

¶ Porro & hic non est prætereunda illa quæstio tam scitu digna, in qua non omnino videntur concordare moderni Doctores, scilicet, an metus reuerentialis impediatur matrimonium carnale. Videtur autem, quod certè illud impediatur. Quoniam professio religionis secundum communem opinionem, est nulla ex solo metu reuerentiali emissa, vt patet capit. præfens. & capit. puellæ. secunda quæstione prima. capit. cum virum. de regulis iuris. sic Antonius, Angelus, Imola, Iason, Alexander, Rodericus Xarez: ergo etiam metus reuerentialis impediatur matrimonium: quoniam eadem est ratio in voto solenni religionis, & in matrimonio carnali: quia æqua libertas requiritur in utroque. Sed in contrarium est, quod metus reuerentialis computatur inter metus leues: ergo neque matrimonium neque professionem religionis annullat. Igitur ad quæstionem dicitur primo, quod Nauarrus in summa capitul. vigesimo secundo. numero. 51. cum limitatione visus est admittere, quod metus reuerentialis puellæ annullat votum puellæ vouentis religionem, etiam quoad forum exterius, scilicet, quando sic iste metus est causa, sine qua non profiteretur, & fuit ei causa principalis vouendi. Quod perinde videtur insinuare de metu reuerentiali, ex quo tanquam ex causa principali, & sine qua non, matrimonium puella contraheret. Quoniam secundum ipsum regula generalis est, quod ad reddendum actum inefficacem coram Deo sufficit quilibet timor etiam minor iusto, modo sit causa, sine qua non, saltem principalis actus. Quam quidem regulam facile admitterem in actibus suapte natura gratuitis, procedentibus ex beneuolentia, vt in donationibus, & elemosynis, & mutationibus, & similibus largitionibus. Sed in alijs contractibus, vbi non interuenit mera gratia, sed datur, vt alius det, sit aliquid, vt alius faciat, non videtur hæc regula vniuersaliter admittenda: Vnde consequenter non videtur satis solidum corollarium, quod inde ex prædicta regula infert, scilicet, quod retorquet contra diffinitionem prædictam Diui Thomæ, dicens, quod leges constituentes discrimen inter vtrumque metum, scilicet, leuem & grauem fundantur in præsumptione, qua præsumunt metum leuem, non esse causam, sine qua non, actus, metum autem grauem causam, sine qua non esse, actus. Quoniam contra ipsum Nauarrum esse videtur, quod tales leges non tam fundantur in præsumptione, quam in ipsa natura rei. Vnde Sotus

sufficiens hoc confirmat dicto articulo. tertio. dum ait, quod iura & leges hæc ostendunt, more & vsu illud semper esse seruandum, vt matrimonium per metum constantis viri contractum sit invalidum, & per alium leuem minime. Neque in hoc pontifices condentes iura procedunt ex præsumptione secundum Sotum, sed ex natura rei, id est metus: qui si sit leuis non sic libertatis integritatem videtur auferre (licet sit causa aliquando, sine qua non, sicut eam aufert metus grauis.

¶ Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, quod metus reuerentialis purus, si nihil aliud adiungatur in neutro foro, siue conscientie siue exteriori, non impedit, neque rescindit matrimonium sic contractum, etiam si fuerit causa sine qua non fuisset contractum. Hæc assertio nostra est contra Nauarrum, & contra suam Regulam generalem, pro qua allegat Adrianum. Hæc est Couarruiæ in epitome capitul. tertio. ex. §. sequent. §. sexto. quam probat ex glossa. capitul. præfens clericus. secunda quæstione tertia. & ex l. si patre cogente. ff. de ritu nuptiarum. Ita Abbas, Calderinus, Hostiensis, Imola. Item secundo probatur: Quoniam in matrimonio requiritur maior libertas, quam in cæteris contractibus: ergo videtur, quod matrimonium ex metu contractum sit nullum in casibus illis, in quibus cæteri contractus, quia facti sunt ex metu rescinduntur. Sed cæteri contractus non rescinduntur ex solo metu reuerentiali, nisi præcedentibus minis illatis grauibus ab eo, qui solet, quod minatur exequi, secundum Bartolum in l. prima. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. actio non detur. & secundum etiam communem. Ergo neque etiam matrimonium ex solo metu reuerentiali, non annullatur, nisi forte in casu, quo talis metus reuerentialis puellæ procedat à minis illatis à suo parente, qui solet quod minatur, & si graue sit, præ atrocitate suæ conditionis executioni statim furiose mandare: contra Nauarrum, qui absolute matrimonium procedens ex metu reuerentiali solo, dum sit causa, sine qua non, etiam quoad forum exterius pronuntiat, non tenere.

¶ Cuius quidem opinio videtur posse habere locum in casu, quo cum metu reuerentiali contingeret grauis lætio puellæ, ex ipso contractu matrimonij, quia, scilicet, vel homini ignominioso, & multum disparis conditionis matrimonio à patre copulatur, vel si non nubit tali sua legitima & dote defraudatur. Nam videtur in hoc casu matrimonium neque in foro exteriori tenere.

¶ Probatur autē id, quia maior libertas exigitur

in matrimonio, quam in alijs contractibus. Sed alijs quibus contractus, vbi simul cum metu reuerentiali enormis læsio contingit in contractu, rescinditur. Quia hoc solum etiam in minis non probatis sufficit ad rescindendum eum, etiam si contractus esset iuratus, secundum Paulum Castrensem, Aretinum, & Aymoneum. Ergo si omnino eodem casu, quo cæteri contractus ex metu sunt rescindendi matrimonium est nullum, sequitur, quod si in hoc casu enormis læsionis coniunctæ cum metu reuerentiali alius contractus inde procedens venit rescindendus, quod etiam matrimonium in hoc casu contractum sit nullum. Igitur communiter receptum est ab omnibus, quod ex solo metu reuerentiali matrimonium non annullatur contra Nauarrum, & Ioannem Igneum.

¶ Igitur ad argumentum in contra de voto religionis emisso ex metu reuerentiali. Respondetur, quod licet opinio communis sit (vt ait Couarruias) quod metus reuerentialis solus habet annullare professionem propter textus, & Doctores pro hac communi allegatos: tamen nos sanius tenemus hic cum Couarruias, scilicet, quod eadem ratio est in voto solenni, & in matrimonio carnali, quia æqua libertas requiritur in utroque. Atque ideo tam votum solenne religionis, quam matrimonium carnale facta ex metu reuerentiali, quia leuis metus est, tenent. Secus si fiant ex metu graui. Arbitror autem contra communem opinionem ex solo reuerentiali metu in foro exteriori votum solenne religionis non annullari, sicque esse in vtu. Secus est, si ex metu cadenti in virum constantem emissa sit professio.

¶ Adde tamen, quod Couarruias, qui arbitratur, quod concurrentibus minis cum metu reuerentiali, vt prædictum est, inculsis à parente atrocibus, qui minas graues, quas cominatur, solet exequi, non contrahitur valide. Idem censet esse in casu, quo cum metu reuerentiali concurrunt preces importunæ. Sed tamen arbitror, quod hic vltimus casus, nisi aliud addatur, non est tam certus. Nam casus hic non videtur continere metum cadentem in virum constantem.

¶ At cum hoc metu si ordinatus sit aliquis hæsitari solet, an voto castitatis maneat obligatus, vel non, ex eo, quod pro vtraque parte contraria militat ratio. Nam videtur, quod ligatus tali voto maneat, quoniam initiatus sacris etiam coactè inhabilis sit ad matrimonium contrahendum. Tum etiam, quoniam sic coactus ad baptismum obnoxius manet secundum Concilium quartum Toletanum, ad obseruantiam vitæ Christianæ. Sed tandem licet hic pro-

A prius non sit locus id dubij examinandi, dicitur cum Soto in quarto sententiarum, mutante contrariam sententiam, quam tenebat in Tomo de iustitia & iure, quod probabilius est, quod sic metu graui ordinatus non manet astrictus voto castitatis. Quoniam secus est de sic metu graui baptizato. Nam professio Christiana facta per baptismum, non est propriè votum. Soto autem subscribit Nauarrus in summa capit. 22. nu. 51. dicens contra fratrem Iosephum, quod ordinatus ordine sacro metu cadenti in virum constantem, non tenetur ad votum castitatis ordini annexum. Addit tamen Nauarrus, quod si metu reuerentiali sic initiatus est aliquis, iusta causa hæc est dispensandi cum ipso circa preces horarias persoluendas. Sed de his satis.

¶ Præterea quoniam in dubio ad iudicium, & arbitrium iudicis spectat, quis sit metus cadens in virum constantem, iudicare: ideo notandum est primo, quod vt ei innotescat talis metus, probari potest per coniecturas & per testes. Et cum vtrinque de metu, & libertate testificantur, iudex ex rationibus & causis ab eis redditus in testimonio arbitrabitur, quibus sit magis fides adhibenda. In dubio tamen, quando pares sunt vtrinque rationes, & tractatur de re propria, metum allegantis amittenda, deque eius incommodo (vt tradit Innocentius capit. super hoc. de renunt.) tunc potius adhibenda est fides testibus testificantibus metum illatum fuisse, quam centum dicentibus actum liberum fuisse. Quoniam secundum Couarruiam asserentes de metu id metus viso corpore percipere potuerunt. Quod autem alij testificantur de libertate, ita percipere non potuerunt, eo quod libertas res est latens. Est communis. Accedit ad prædicta, quod protestatio metus in ipso actu ipsa parte aduersa præsentate, neque contradicente, probat. & ipsum metum, iuxta textum, & glossam. capit. Lotharius. 31.

D quæst. 2. Item, si talis protestatio fiat ante actum ex causa legitima, etiam ex interuallo, actus gestus præsumitur metu expeditus secundum Abbatem capit. primo. de his, quæ vi. met. Sed aduertendum est tandem, quod si patiens metum non audeat protestari in publico, in secreto id agere potest, secundum Inolam, Paulum, Angelum, & Baldum in l. qui in aliena. §. primo. ff. de acquirenda hæreditate. Imo si neque secreto possit protestari, fat erit postea metum probare.

¶ Deinde nunc post Concilium Tridentinum quæstio scitu digna & necessaria sit hic obuia, scilicet, vtrum metus præcedens in matrimonio purgetur purgatione spontanea. Verbi gratia,

gratia, aliquis adactus metu cadenti in virum constantem, contraxit cum aliqua coram curato & testibus: an postea metus hic possit purgari habitando spontaneè cum ea. Videtur autem, quod sicut nunc post Concilium tale matrimonij metus non purgatur per copulam: ita neque per spontaneam post subsecutam habitationem. Nihilominus probabiliter respondetur, quod si illa declaratio Pij Quinti recepta est in vtu (vt arbitratur Nauarrus) scilicet, quod matrimonium celebratum in facie ecclesiæ, & coram curato, & testibus, si ratione impedimenti occulti fuit nullum, eo impedimento sublato potest ratificari per nouum consensum habitum inter contrahentes. Ita quidem, sicut per nouum consensum potest in hoc casu denuo contrahi valide matrimonium, etiam per copulam maritalem spontaneam & habitationem voluntariam consensum nouum exprimentem, tale matrimonium sic per metum antea contractum, quod nullum fuit, conualescere potest. Quoniam secundum Couarruiam capit. 3. ex §. teque. §. sexto. metus. metus præcedens purgatur ex purgatione spontanea, si sit tanti temporis, quod inde præsumi possit, sublaram esse timoris causam, & spontaneum consensum accessisse in capit. ad id. de sponsalibus. Durat enim metus, dum durat causa. Si autem causa iam abest, vel alia aduenit causa, quæ secum nouum adducit consensum, videtur metus purgari, vt per habitationem spontaneam vnus anni, & dimidij. Existimo autem stante illa declaratione Pij Quinti, quod sicut in hoc casu per copulam spontaneam post subsecutam præsumi potest in foro exteriori, quod matrimonium prædictum conualescit, ita & per diuinam illam cohabitationem spontaneam. Sed ista præsumptio procedere potest in foro exteriori in hoc casu. Sed in foro conscientie, vbi innititur veritati, nisi accedat nouus consensus explicatus per verba vel natus, vel per maritalem copulam, aut per prædictam cohabitationem subsecutam, matrimonium per copulam solam, aut cohabitationem non conualescit.

¶ Præterea aduertendum est, quod matrimonium ex tacito consensu filij præsentis, neque contradicentis, patre pro eo contrahente coram curato, & testibus secundum Couarruiam illo capit. 3. minime tenet iuxta capit. 1. in fine. de desponsa. impuber. in sexto. quando filius tacuit propter metum reuerentialem patris, alias non taciturus. Quod probat: quoniam secundum Bartolum in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. & Felin. Anton. & Abbat. consensus prædictus in tacente præsumptus facile eliditur, cum expressus non sit. Sed nihilominus di-

Instruct. consc. 2. Pars.

A co, quod quidquid sit de foro exteriori, in quo ipsi videntur loqui: tamen in foro conscientie, si aliquem consensum tacens adhibuit, licet non esset tam spontaneus consensus propter metum reuerentialem patris; videtur validum matrimonium fuisse contractum. Quod patet quoniam metus solus reuerentialis, cum silentio (vt supra dictum est) non infirmat consensum adhibutum, neque in foro conscientie. Neque obstat, quod ipse filius tacuit pro ipso contrahente sic matrimonium patre: quoniam per verba patris voluit suum exprimeret consensum, postquam tacuit ex metu reuerentiali, cum sine graui metu posset contradicere. Secus autem est, si dissensit interius habens dissensum contrarium, aut si negatiuè omnino interius se habuit. Saluo igitur aliorum iudicio, ita in foro conscientie videtur esse dicendum, maxime iure acceptante in tali contractu responsum patris pro filio, vel filia tacente. ¶ Porro metus præsumptio est iusta causa deponendi foeminam in loco honesto, vt libere consentiat matrimonio, iuxta cap. cum locum. de sponsalibus.

## C A P. X L I.

### ¶ De modis alijs retrahentibus à matrimonio.

¶ A contractum matrimonij omnis reiicienda est poena. Et an rapta nubens raptori amittat bona raptoris. Et vtrum dos possit taxari filiabus. An poena foemina secundo nubentis nunc habeat locum. Et an nubenti intra annum luctus mobilia sint reddenda statim. Et an vidua si secundo nubat amittat legatum sibi relictum sub conditione, ne nubat. Et an lucri spe possit aliquis allici ad contrahendum: & cuius erit hoc lucrum. Et an consensus coactus ex parte cogentis saltem, faciat matrimonium.



¶ Postquam de coactione & metu, quo aliquis à contrahendo libere matrimonium auerti potest, abundè dictum est, nunc de alijs modis, quibus aliquis retrahi à matrimonio contrahendo potest, dicendum superest. Vnde primo præmittendum est, quod à contractu matrimonij, omnis reiicienda est poena, quæ consensus illius debet esse omnino liber etiam in ipsis sponsalibus. ca. gemma. de spons. & l. neq. C. de nuptijs.

D d d 2 nuptijs.

nuptijs, & l. fin. C. de spons. Etiam si talis poena non sit adeo grauis, quæ inducat metum cadentem in virum constantem. Quocirca (vt prædictum est) neque etiam inter consanguineos desponsatorum, licet poenæ appositio neque promissio poenæ valet etiam in modica quantitate. Arrha tamen potest præstari in contractu desponsationis, id est, in pignus implendi matrimonium. L. arrha. & l. fin. C. de spons. & l. 1. titu. 2. part. 4. ¶ Præterea in particulari quæritur, vtrum rapta in casa, quo potest nubere ipsi raptori, si ipsi nubat amittat ea bona raptoris, quæ ei applicantur ex iure, etiam si lex dicat, quæ ea amittat, si ei nupserit. Videtur autem, quæ ea non amittat, quia hæc amissio bonorum poena est, per quam non potest rapta à libere contrahendo cum raptore, si vult auerti. Sed in contrariū est, quæ in hoc casu non videtur inferri poena, sed auferri lucrum, si nubat ei, quod optime potest auferri. Sed nihilominus respondetur, quæ licet rapta possit libere contrahere cum raptore, non tamen quando in potestate raptoris manserit, secundum Concil. Trident. sessio. 24. cap. 6. Tamen si rapta à raptore separata & in loco tuto & libero constituta, illum in virum habere conserferit, eam raptor in vxorem habebit. In quo casu, si ei nupserit iam separata & libere contentiens, non ideo prædicta bona amittet. Quoniā ne consensus liber impediatur illa poena omnino cessat canonice sanctione secundum glossam singularem. cap. de puellis. 3. 6. quæst. 2. Imo cōcilium determinat, quæ in hoc casu raptor, quam ducit raptam teneatur dotare, siue eam vxorem duxerit, siue non: decenterque arbitrio iudicis eam dotabit. Neque obstat ratio in contra, quia hæc amissio, siue aliqua conditione prius constituti poena est, quæ hic cessat iure canonico. ¶ Deinde quæritur, vtrum dos possit taxari per legem filiabus sicut de facto taxatur per legem Matritiam, de dote filiabus constituenda in tali quantitate & non plus. Videtur autem, quæ lex ista taxans dotem iusta non sit ex eo, quod impedire videtur matrimonium. Respondetur autem nos de hac quæstione copiosius meminisse in primo tomo nostri Instructoris conscientiæ. Vbi tandem conclusimus, quæ quando sic est vsu receptum, vt filia non restituat ante repetitionem non excessum dotis, ante repetitionem in iudicio non tenentur gener & filia eum restituere, quia vsus interpretatur legem, & quia lex non obligat, nisi prout est in vsu recepta. Igitur lectorem remittentes ad prædictum locum, tantum hic secundo adiicimus eum Couarruia epitome de spons. §. nono. cap. 3. secundæ partis, quæ hæc lex Matritia de certa dote constituenda filiabus & non vltra, æqua & iusta de se videtur

esset. Quoniam lex hæc non impedit matrimonium, sed ad utilitatem reipublicæ respicit, ne exhauriantur diuitum facultates, dum patres quo filias sublimioribus genere & diuitijs maritis matrimonio locent, promittunt aureos montes. Vnde sequitur, quod si lex hæc alicubi in vtroque foro foret vsu recepta, sine dubio in vtroque vim obligandi obtineret, alias non, vbi sic non esset vsu recepta. ¶ Insuper quæritur, vtrum illa lex prima. C. de secundis nuptijs. vbi sancitum est, vt foemina intra annum, vel intra mensem luctus secundo nubens amittat proprietatem & vsu bonorum, quæ sibi prior maritus reliquit nunc vigeat. Respondetur autem, quod leges poenales contra foeminas intra annum luctus nubentes, vel intra mensem, cessant iam quidem, quoniam correctæ sunt iam per ius canonicum, sicut similes leges Hispaniæ sic sunt correctæ. At vero cæteræ leges poenales contra ipsas minimè cessant. Cuiusmodi est lex, quod si sine reddita ratione tutela filiorum quando eorum erat tutrix nupserit amittat hæreditatem filiorum, iuxta legem. 1. C. de secundis nuptijs. Cuiusmodi etiam est lex decernens, quod foemina talis priuatur successione filij, cui ante secundas nuptias tutorem non petijt, si filius intestatus moriatur. iuxta l. omnem. & Baldum ibi. C. ad Tertullianum. Sed vt hæc poenæ locum habeant oportet matrimonium secundum esse copula cōsummatum. l. fin. titu. 1. 2. part. 4. contra Baldum. Accedit ad prædicta, quod neque etiam illa dispositio (quia non est poenalis) cessat vbi. l. 5. Tauri. & l. 1. foemina. C. de secundis nuptijs. cauetur, quæ mater secundo nubens. Atque etiam pater tenentur filijs ex primo matrimonio susceptis reseruare lucra sibi ex illo matrimonio delata, vt si adquisiuit ipsa aliquid ex bonis prioris viri, aut vir aliquid adquisiuit ex bonis prioris vxoris. Neque enim ius canonicum prohibet procedere has leges: quoniam non ad poenam respiciunt, sed ad æquitatem iustitiæ. Cuiusmodi sunt etiam leges, quæ deferunt aliquid lucri, ex priori matrimonio viro, vel foemina secundo contrahentibus, si id deferatur ex bonis alterius coniugis, & deferatur titulo lucratiuo non habito respectu ad onus præcedens: quia sic delatū debet filijs prioris matrimonij reseruari. Secus autem est de dimidia lucrorū parte iure regio regni Hispaniæ adquisita: quia hæc non est filijs prioris coniugis reseruanda. Quia hæc pars datur à iure ratione cuiusdam societatis: quoniam vtriusque coniugis labore & industria hæc bona acquiruntur. Ita. l. 14. Tauri. Quæ quia neque poenalis est, neque impediens matrimonium, ideo iure canonico non est sublata.

¶ Deinde

¶ Deinde quæritur, vtrum si mulier intra annum luctus nupserit teneatur hæredes ei mobilia bona reddere intra annum, quæ in dotem attulit, aut alimenta præstare. Videtur autem, quæ ad id teneantur. Nam aliàs ex denegatione horū bonorum à contrahendo libere matrimonium intra annum luctus retraheretur: quod contra intentionem iuris canonici est impedimēta matrimonij intendenti prohibere. Respondetur autem primo, quæ licet iuxta glossam cōmunem. l. diuortio. ff. soluto matrimo. bonorum mobiliū fructus, quia efficiuntur ipsorum hæredum, non teneantur eos restituere viduæ post anni dilationem, vbi tenentur ei restituere bona mobilia: tamen secundum opinionem cōmunem, & æquiorum, dum mobilia dotis non restituuntur viduæ, est alenda vidua ab hæredibus mariti, si ipsa non habeat, vnde possit se alere. Sicque intelligenda est glossa. l. diuortio. Secus autē est, si ipsa intra annum nupserit: quia tunc hæredes licet teneantur bona immobilia reddere statim iuxta. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. tamen mobilia tunc intra annum ei reddere non tenebuntur, neque alimenta præstare. Hoc autem merito limitat Couarruias vbi supra, scilicet, esse verum, nisi in casu, quo maritus hic secundus, esset pauper, non habens, vnde vxorem alat. Vnde tunc vel alenda est ab hæredibus prioris mariti, vel sua dos est restituenda. Alioquin retraheretur à contrahendo cum homine paupere, si cum illo matrimonium contrahere vellet. Præterea accedit ad prædicta, quæ mulier in quocunque casu est alenda, prouidenda est ab hæredibus de viduali bus vestibus lugubribus etiam pretiosis. l. verbo viduus. de verb. signifi. iuxta regionis vsu, & personarum conditionem, decentiamque status. Adde, quæ in casu etiam, quo non tenentur ei has vestes dare, eas ei donasse præsumuntur pro tempore viduitatis. Atque satis est ad hoc secundum Couarruiam probatus vsus, quæ viduæ illis vestibus solent lugere maritos. Neque opus est probasse vsu deducendi eas vestes ex viri hæreditate. Cæterum si foemina intra annum nubat has vestes mariti hæredibus tenetur reddere, siue pretiosæ sint, siue non. Ita Baldus videtur affirmare, dum indistinctè loquitur. ¶ Deinde in dubium venit, vtrum vidua per legatum sibi factum possit reuocari à secundo matrimonio contrahendo. Vt si sibi legetur aliquid in testamento sub hac conditione, si viduitatem seruauerit. Videtur autem, quod hæc conditio à legato reiicienda sit, tanquam retrahens à matrimonio contrahendo, vt pote quæ poenalis videtur. Sed in contrarium est, quod honestum est à secundis nuptijs abstinere, ac per consequens honesta videtur illa legati conditio, vnde

Instruct. concilii. 2. Pars.

A de non videtur reiicienda. Respondetur autem primo, quod si maritus, vel viduæ filij in testamento legauerint ei aliquid. hinc. adijciantes clausulam, & conditionem. si castè vixerit, tunc si ipsa secundo nupserit, huiusmodi legatum amittit. Hæc est contra Bartolum indistinctè tenentem, quod hoc legatum sub hac conditione à marito relictum viduæ, ab ipsa secundo nubente non amittitur. At probatur primo, quia conditio calibatus non reiicitur in his, qui iam primas nuptias contraxerunt. l. 2. C. de indi. vid. tollend. Secundo patet: Quia honestum est à secundis nuptijs abstinere: nam ex his solet contristari animus prioris mariti, & filiorum ex primo marito. Secundo dicitur, quod stando in foro exteriori, si tale legatum relinquatur viduæ à patre suo, vel ab alio extraneo sub illa conditione, si castè vixerit, vel si aliquid sub hac conditione legaretur ei ab alijs, qui non essent prioris viri consanguinei, tunc non amitteret illud nubendo. Est communis hæc opinio contra Bartolum non distinguente. Et patet, Quia nubendo etiam castè vivit, & honestè can. vicinā. distin. 3. i. Tum secundo. Quia ad extraneos alios legantes, vel ad parentem eius parum videtur at tinere, quod ipsa viuat in calibatu, vel nubat. Quod tamen attinet ad priorem maritum, & eius filios, qui de secundis nuptijs distat viduæ contristantur. Tertio dicitur, quod stando in foro conscientiæ in casu, quo maritus, vel extraneus aliquid reliquerit in testamento viduæ, siue sub illa conditione, si castè vixerit, siue sub illa, si secundo non nupserit, quando constat de voluntate testatoris, scilicet, quæ sub illa conditione voluit legare, & non aliter, illa conditio, siue castitatis, siue viduitatis, aut calibatus, non obseruata legatum sibi illa vindicare licitè non potest, secundum Caietanum in summa, verbo, poena. Et ratio secundum eum est sola testatoris voluntas, scilicet, quia ventum est ad casum, in quo testator bona sua ad eam transire noluit nullo modo. ¶ Denique vltimè dicitur ad quæstionem, quæ in casu, quo testator vixerit: lego hoc, vel illud vxori meæ, si castè vixerit, si ipsa transierit ad secundas nuptias, si conscientia legatum perdit, quando ignoratur vitima testatoris voluntas. Quia in dubio præsumitur, quæ testator idè sic sub ista conditione legauit legatum vxori, vt eam obligaret ad seruandum calibatum, ex eo quæ naturaliter de secundis nuptijs vxoris vir contristatur: præsertim si relinquit filios orphanos, qui opus habent cura materna. Et idem dicendum est in dubio, quando prioris viri consanguinei & filij aliquid sub prædicta conditione castitatis seruadæ legassent. Quia in dubio dū de voluntate

D d d. 3. testa-



testatoris non constat præsumptionibus iuris, & verisimilibus coniecturis etiam in conscientia standū est. Cæterum, si ab alijs extraneis prædictæ videtur aliquid legatū est sub cōditione, si castè vixerit in dubio quando testatoris vltima voluntas ignoratur, in cōscientia nō amittit legatū, etiam si secundo nubat: quā (vt prædictū est) etiam nubendo castè viuit. Ita Panor. cap. vt clericorum. de vita & honest. cler. dicens, q̄ non satis est dixisse in legato, si castè vixerit ad amittendum legatū, si secūdo nubat. Quia ad illud amittendum debet addi, & si in viduitate permanserit, & in cælibatu. De alijs autem casibus, si iacet, q̄n legatur virgini aliquid cum cōditione, vt in perpetuo cælibatu permaneat, vel sub ratiōne conditione, si Petro nubat, iam supra dictū est, & nunc aliquid dicitur. ¶ Præterea, ne quid hic præteratur, quod merito desiderari possit, quæritur, an lucris spe possit quis allici ad contrahendum matrimoniū, scilicet, vt eo non cōtracto illud amittat. Videtur autem id fieri non posse. Quoniam cum matrimoniū sit sacramentū illud lucrum videtur dari pro eo, vt fiat quod satisfactoria. In contrariū est, quoniam cōditio lucris ex causa dotis; vel alia honesta in contractu matrimoniij adiecta, omnino admittenda esse videtur. Respondetur autem ad quæstionē primo, quod quando cōditio lucris adijcitur in matrimonio, in dubio tūc lucrum præsumitur dari causa dotis, si detur ab vxore: & in dubio honesta cōditio præsumitur, nisi causa cognita turpis causa promittendi stiterit. ¶ Secundo dicitur, q̄ potest etiam matrimonio constante donatio fieri vxori puellæ à viro sene, vel ignobili causa remunerandæ iuuentutis, vel nobilitatis. l. mulieres. C. de dignit. Verūtamen donatio ista ab vxore secundas nuptias contrahente nō debet seruari filijs primi matrimoniij. Sic lex Tauri. l. 16. Ita Ripa, & Franc. in l. foemina. de secūd. nupt. sic Ioan. Lup. Atque lex prædicta Tauri, idem statuit in viro, & in vxore, quod in dict. l. foemina fuerat statutū. Adde etiam, q̄ licet hæc donatio causa iuuentutis, vel nobilitatis vxoris dos solita sit nominari: tūc hæc donatio nō habet priuilegia veræ dotis. Facit pro hoc lex, scilicet. l. afsiduis. C. qui prior in pignore habet. Ex quo sequitur ad quæstionem, q̄ scilicet, possit quis inuitari ad matrimoniū causa lucris consequēdi: quia illud lucrum non soluitur, vel impenditur ibi tanquā pretium matrimoniij, quatenus est sacramentum, sed vt cōditio inuitans ad contrahendum matrimoniū, quatenus est cōtractus civilis. Secūdo magis ad punctum quæstionis accedendo dicimus, q̄ bene potest quis spe lucris adiecto modo induci ad contrahendum matrimoniū, ita vt illo matrimonio non cōtracto

A lucrum amittat. Vt, verbi gratia, si aliquis per istum modum instituat Petrum in suum hæredem, vt matrimonio copuletur Mariæ, alias vult illum priuare hæreditate, & tunc nisi eam ducat hæreditate manebit priuatus, secundū Couarruuiam in epitome cap. ex. §. seq. §. 3. Vbi in huius gratiam citat Oldra. consil. 16. Intelligitur autē hoc esse verum, nisi modus hic adijciatur in filij legitima. Neque obstat prædictæ assertioni, q̄ iste modus videtur esse pœna, secundū glossam in l. 1. ff. si quis propter. ver. si per integrum. ff. de itiner. ac per consequens, q̄ videatur à cōtractu matrimoniij esse reijciendus. iuxta cap. gemma. de sponsalib. Vnde videtur, q̄ tunc hæres sic institutus si contrahat cum alia, non videatur priuandus esse hæreditate. Nam respondetur, q̄ certè ea priuandus est, quoniam priuari quē lucrum iam adquæsit, pœna censetur esse, nisi in casu, quo priuatur ab eo, qui lucrum dedit cōditione, vel modo, vel pacto adiecto: sicut contingit in casu nostræ assertiois. Quoniam ista priuatio pœna non est, secundum glossam rectè cōsideratam. l. si duo. ff. de acquir. hæred. Vnde sic saluatur opinio Oldræ. Sed, quia hic incidenter solet dubitari, an quantitas ex prædicta cōditione promissa, & data sic pertineat ad maritū, vel vxorem. Respondendum ad hoc sic esse videtur, q̄ dum ex cōiecturis patet testatorem eam quātitatem fore mariti, voluisse ad maritū quidem soluto matrimonio pertinere. Et sic procedit sententia Bartoli in l. 2. ff. de his, quæ pœnæ causa. Vbi ait, q̄ soluto matrimonio maritus eam habebit præcipuam, scilicet, quando ex coniecturis apparet eam fuisse testatoris mentē. Sed quid dicendum est in dubio, dum de ea intētio ne non cōstat. Respondetur, q̄ in dubio illa quātitas dos vxoris censeri debet: quoniam id lucris in vtilitatem foeminae constat datum, & promissum. Ita Baldus, & Paul. de Castr. & Socin. contra Bartolum. Qui etiam aiunt, q̄ legatum factum monasterio, si Ioannam in monialem acceperit, ipsi Ioannæ videtur relictum.

D ¶ Deinde quæritur cum Diuo Thoma. Vtrum consensus coactus ex parte cogentis saltem faciat matrimoniū. Respondetur autem, q̄ cum matrimoniū sit quædam relatio, & non possit innasci relatio in vno extremorum, sine hoc, q̄ fiat in alio. Ideo quicquid impedit matrimoniū in vno impedit ipsum in altero: quia non potest esse, quod aliquis sit vir non vxoris, vel aliqua sit vxor non habens virum: sicut mater non habens filiū. Et ideò dicendum est, quod extante consensu coacto, neque ex parte cogentis constat matrimoniū. Vnde dicitur communiter, quod in hoc casu non claudicat ex vna parte & ex alia non: sed si sit impedimentum ex parte

vnus,

vnus, neque etiam erit matrimoniū ex parte alterius. Neque obstat dicere, quod sicut potest quis amare sine hoc, quod ab amato ametur: ita possit esse matrimoniū in ordine ad eum, qui consentire non vult. Quoniam ad hoc respondeatur, quod non est eadem ratio. Quia licet quis possit amare, se non amantem tamen amore amicitia, quia importat mutuam relationem vnionis per mutuum amorem, non potest quis amare: quin etiam reametur. Quoniam secundū Philosophum. 8. Ethicor. ad amicitiam, quia in quadam vnione consistit, requiritur redamatio. Sic etiam quoniam matrimoniū, in quadam vnionis relatione consistit, requiritur vtrinque ad ipsum consensus liber & non coactus. Neque obstat obijcere, quod si coacta pars post cōsentiat erit matrimoniū verū ex primo consensu cogentis. Quia ex isto consensu partis antea coactæ renouato antea cogens non ligatur: ergo ex primo consensu suo ligabatur matrimonio: & per consequens videtur, quod ex parte cogentis antea erat matrimoniū. Quoniam ad hoc respondeatur, quod ex consensu libero illius, qui prius coactus est, non fit matrimoniū, nisi in quantum consensus præcedens in altero adhuc maneat in suo vigore. Vnde si dissentiret non fieret matrimoniū. Vnde consequitur, q̄ antea durante coactione, quam alteri inferebat ex suo solo consensu non manebat matrimoniū ligatū.

## CAP. XLII.

### De consensu conditionato.

¶ An per consensum conditionatum fiat matrimoniū. Et an demonstratio, modus, & causa vitient matrimoniū, sicut vitiat illud cōditio, quæ est contra substantiam matrimoniij. Explicatur autem mens Diui Thomæ in articulo, vbi ait, quod cōditio de præsentī cōtraria bonis matrimoniij tollit matrimoniū. Et de pluribus conditionibus exemplificatis annullantibus matrimoniū, vel non. Vide ibi, vbi statuitur optima regula generalis. Et de conditionibus honestis contrarijs, vel non contrarijs matrimoniij, & de ista, si patri placuerit, vel pater voluerit. Et an adimpleta cōditione sponsalium requiratur nouus consensus. Vbi pulchra distinctio concordans opinionones ponitur. Et quid de ista forma, Contra hoc tecum, si papa dispensauerit, an vim faciat sponsalium, & de conditionibus, quæ honeste, vel inhoneste possunt esse iuxta variū intellectum. Vt si virgo reperitur. Et an cōditiones contra bona matrimoniij, aliquando reijciantur à cōtractu, si alter refragetur.



ORR. Oiam de consensu conditionato in ordine ad matrimoniū inedit hic disputatio. Vnde quæsitū prius opus est, an per consensum conditionatum fiat matrimoniū.

Respondetur autem cum D. Thoma, quod cōditio appositā, aut est de præsentī, aut est de futuro. Si de præsentī, & non est cōtraria matrimoniū, siue sit honesta, siue non honesta, stat matrimoniū stante cōditione, & ea non stante non stat. Si autem sit cōtraria bonis matrimoniij non efficitur matrimoniū. Si autem sit cōditio de futuro, aut est necessaria, sicut solem ori rieras. Et tunc est matrimoniū: quoniam temporalia futura iam sunt præsentia in causis suis. Aut est contingens, vt datio pecuniæ, vel acceptatio parentum. Et tunc est idem iudicium de tali consensu, sicut de consensu, qui fit per verba de futuro, vnde non facit matrimoniū. Ex quo inferitur, quod cum matrimoniū sit cōtractus, sicut ceteri cōtractus possunt fieri per conditionatum consensum, ita & matrimoniū.

¶ Circa prædictam doctrinam Diui Thomæ primum oritur dubiū, an sicut cōditio cōtra substantiam, vel contra bona matrimoniij vitiat matrimoniū: ita etiam demonstratio modus, & causa dum adijciuntur contra cōtrariū matrimoniij possint illum vitare. Quæstio autem hæc non adeò pericia est: siquidem Socus; & Nauarrus videntur circa eam diuersimodè opinari. Nam Socus in 4. sent. dist. 29. quæst. 2. art. 1. in prima cōclusionē tenet, q̄ ista tria modèramina cōtractuum, scilicet, demonstratio, modus, & causa siue vera siue falsa, siue turpia, siue honesta, aut cuiuscunque qualitatis sint, nihil ad matrimoniū confirmandū, vel infirmandū referunt magis, quam si non apponerentur nisi formam conditionis induant. Sed in contrariū videtur esse Nauarrus in sum. cap. 22. nu. 62. Vbi ait, q̄ licet hæc tria causa, modus, & demonstratio nunquam suspendant matrimoniū, annihilant tamē illud, quando sunt contra eius substantiā & bona causa. de cōdit. apposit. Cuius sententiæ videtur hic fauere D. Thomas, vbi ait, q̄ cōditio si de præsentī apponatur, si sit cōtraria bonis matrimoniij nō efficitur matrimoniū. Et tūc cōditio de præsentī nō est propriè cōditio, cū nō suspēdat cōtractū, sed potius se habet, vt modus, vel causa, vel demonstratio. Ergo si ista cōditio de præsentī, quæ cōditio propriè uō est, dū est cōtraria bonis matrimoniij, ipsum vitiat, secundum Diuū

Ddd 4 Tho-

Instruct. confc. 2. Pars.

Thomam: ergo etiam secundum eundem demōstratio & causa & modus, dum contraria sunt bonis matrimonij ipsum vitiant, etiam si formā conditionis non induant, contra Sotum.

¶ Igitur pro expeditione quaestionis praenotandum est cum Iuristis, quod quatuor solent intervenire in contractibus ineundis moderationes, scilicet, demōstratio, modus, causa, & conditio. Moderationes autē hae his notis discerni solent. Nam demōstratio exprimitur per relativum, aut per nomen exprimens qualitatem: ut si quis dixerit, Duce Mariam, quae libera est, aut, duco istā virginem. Modus autem explicatur per istam conjunctionem: ut si quis contrahens dicat, Duce uxorem, ut vitae meae sociam, & consolatricem habeam. Similiter & ad modum reducitur praedictio temporis: ut si dicatur, Contraham tecum post Epiphaniam, ubi licet nuptias solemnizare. At vero causa per ly, quia, exprimi solet, ut dum sic contrahitur, Duce praetoris filiam, quia simul cum accessione honoris pingui dote abundat. Conditio autem exprimitur per, si, aut, cum, & huiusmodi: Ut verbi gratia, si quis dicat, Contraho tecum, si in dotem attuleris mille aureos, aut, cum obstruieris a rege remissionem delicti mei, vel, contrahio tecum, si patri meo id non displicuerit. His ergo praemissis dicitur primo, ad quaestionem, quod tam demōstrationes, quam causa, quam etiam modi, quando sunt de futuro ambigua solent esse. Possunt enim importare, vel conditionem, vel credulitatem proferentis: Ut si quis de futuro demōstrative dicat, Contraho tecum, quae data est mihi tantum doris & similiter si dicat, Contraho tecum, quae venenum sterilitatis potabis: Item si casualiter dicat, Contraho tecum, quia dabis mihi tantam dotem: Item etiam per viam modi, si quis diceret, Contraho tecum, ut impedimenta generationis proceres. Igitur, si importent duntaxat credulitatem proferentis, nullatenus contractum matrimonij vitiant. Si autem conditionem referat (ut videtur sentire Sotus) scilicet, quod in his exemplis positus magis habeant formam conditionis tunc matrimonium suspendit illae moderationes, scilicet, Contraho tecum, quae data est mihi tantum doris, vel quia dabis mihi tantam dotem, quia honestae conditiones de futuro per has formas designantur. At illae formae, scilicet, Contraho tecum, vel accipio te, quae venenum sterilitatis potabis, vel, Contraho tecum, ut impedimenta generationis proceres, licet ambiguae sint: tamen quia vim conditionis videntur sonare matrimonium videntur vitare. Igitur has formas aequivoce proferentes interrogandi sunt de sensu & intentione, quibus eas protulerunt, & iuxta eorum intentionem & sensum sunt accipiendae,

ut in foro conscientiae iudicium haberi possit, an per eas formae suspensum fuerit matrimonium, vel vitiatum, vel non. In foro autem exteriori iudicium proferri solet iuxta magis communem & vulgarem sensum verborum, secundum communem. Igitur, ut clarius loquamur, quam Sotus, dicitur secundo, quod huiusmodi moderationes contractum, scilicet demōstratio, causa, & modus, quando relinquuntur in sua natura, ita quod conditionem obligantem non inducunt matrimonium, non variant, neque vitiant, neque infirmant, neque confirmant. Quod & probatur ratio Soti, quia istae moderationes sic in sua natura sumptae non attingunt ad substantiam contractus, ut illud firmare, aut infirmare possint: sed potius pertinent ad causas, quae contrahentes movebant, vel ad opiniones rerum, quas conceperant. Unde infert Sotus, quod matrimonium erit firmum, quantum per formam demōstrativam, aut causalem falsam contrahatur. Ut si dicatur, Contraho tecum, quae pater mihi desponsavit, aut, quia parentibus nostris placet, licet hoc sit falsum, matrimonium valet. Quoniam falsa demōstratio legatum, aut contractum nequam vitiat, si falsa. ff. de condit. & demōstrat.

¶ Iam ex praedictis patere potest, quomodo sit intelligendus Navarrus in argumento in contra. Vbi ait, quod modus demōstratio, & causa, quando sunt contra substantiam, & bona matrimonij annihilant illud. Quoniam intelligitur, iuxta intellectum Soti, quando induunt rationem conditionis obligantis ad aliquid contra substantiam, & bona matrimonij. Secus autem est, si ad causas extrinsecas motivas ad contrahendum pertineant. Quoniam & dicere possumus, quod cap. finale, de condit. appositis. quod pro sua praedicta sententia allegat Navarrus, parum sibi suffragatur: quoniam illic non de causa, & demōstratione agitur, sed solum de conditionibus, quae inferuntur contractui contra substantiam coniugij. Ut si alter dicat alteri, Contraho tecum si generationem proles euites, vel, donec inveniam aliam facultatibus & honore digniorem, aut, si pro quaestu adulterandam te tradas. Quia tunc, inquit papa, quantumvis matrimonialis contractus sit favorabilis caret effectu. Nam prima conditio est contra bonum proles, secunda autem contra sacramentum: quod debet esse individuum, tertia autem est contra bonum fidei, quae sunt tria bona sacramenti.

¶ Praeterea, quo mentem Divi Thomae explicemus in verbis huius articuli, ubi ait, quod conditio si est de praesenti & contraria bonis matrimonij, scilicet, proli, fidelitati, aut indivisibilitati sacramenti, non efficitur matrimonium, explicare hic operae pretium erit, quomodo haec doctrina

na

na verificetur. Nam Covarruvias in epitome de sponsis, part. cap. 3. contrarium videtur affirmare dicens, quod conditio praeteriti, aut praesentis temporis, licet sit contra substantiam matrimonij, ipsum minime vitiat: quia non sunt propriae conditiones. Ut si dicat quis mulieri, Contraho tecum, si adulterium commisisti, vel, Contraho tecum, si nunc habes animum adulterandi: quia non suspendit actum, sed stante, inquit, ea etiam stat matrimonium, & non stante non stat. Igitur ad quaestionem respondentes dicimus, quod revera, si conditio de praesenti apponatur, aut de praeterito, quae licet de se contraria bonis matrimonij sit, si tamen contraria bonis matrimonij, quod in praesenti contrahitur non est, matrimonium ipsum non vitiat. Haec est Covarruviae ubi supra, licet non tam expresse loquatur: Est Soti ubi supra, licet ipse exempla ponat demōstrative, & casualiter, & non conditionaliter. Quia, inquit, quod matrimonium contrahitur, qui sic contrahit, Accipio te, quae vel quia venenum sterilitatis potasti, siue potaverit, vel non potaverit: imo valide contrahitur, quantum dicat, quia scio te sterilitatem procuraturam, vel precio amicos recepturam: quia istam moderationem non ut conditionem apponit, licet fini matrimonij obstet. Ergo multo magis nostra assertio: secundum ipsum patet esse vera: quando ipsa conditio, licet de se sit contraria bonis matrimonij, non tamen matrimonio, quod de praesenti contrahitur obstat. Verum dicitur contraho tecum, si adulterium commisisti, neque enim bonis eius aduersatur. Verum tamen de istis formis conditionalibus, quae de praesenti sunt, scilicet, Contraho tecum, si habes animum adulterandi, vel si sterilis es, vel si habes propositum sterilitatem procurandi, videtur dicendum, quod quia aequivoce sensum praeserunt, & quia bonis contrahendi matrimonij videntur aduersari, per distinctionem melius de illis sit sic dicere, quod si conditiones huiusmodi de praesenti apponantur a contrahente, ita, ut per eas non intendat obligationem contra bona matrimonij inducere in alterum, sed solum per eas suum velit exprimere consensum, per eas non tollitur matrimonium. Si autem talem obligationem per eas intendat inducere, matrimonium vitatur. Huic sententiae nostrae videtur Sotus assentire: qui loco citato huiusmodi exempla subiicit, scilicet, Contraho tecum, quia scio te sterilitatem procuraturam, vel quia venenum sterilitatis potasti. Et ratio eius hic suffragatur magis, scilicet, quod per praedictas etiam conditiones de praesenti non vitietur, quia non ut conditiones videntur apponi aut ut obligationem inferentes agendi aliquid contra bona matrimonij, sed quasi credulitatem eas proferentis insinuantes, quae credit, ita esse, sci

licet, mulierem venena sterilitatis habere animum nunc in praesenti potandi, aut adulterandi, quem potest habere, vel non habere, vel mutare.

¶ Caterum, quia gratia explicandi D. Thomam hanc enodandi quaestionem labore suscepimus, adhuc haeret animus circa praedictam distinctionem. Quoniam ipse in distincte ait, quod conditio de praesenti adiecta contractui matrimonij, si sit contraria bonis matrimonij ipsum vitiat: ideo respondendum censeo, quod vera est eius sententia. Quia, licet conditio de praesenti a ratione propriae conditionis in hoc deficiat, quod non suspendit contractum: tamen rationem obligandi in ordine ad contractum, qui de praesenti initur, non amittit, atque ideo dum sic contrahitur matrimonium, sub tali conditione de praesenti, quae contraria est bonis matrimonij, iure ad D. Thomam pronuntiatur esse nullum, propter conditionem de praesenti ibi appositam, quae alias solet obligare, quia ibi videtur apponi per modum obligantis, quod & de sua natura habet. Sed nos loquimur, dum per intentionem proferentis a sua natura abstrahitur: quia per eam non vult alium obligare, sed tantum suam intentionem & voluntatem illi insinuare.

¶ Ex praedictis etiam sequitur corollarie, quod Navarrus & Covarruvias in epitome cap. 3. secunda parte dicentes, quod etiam modus, & non solum conditio, quando est contra substantiam actum vitiat. l. per seruum. ff. de usu, & hab. possunt concordari cum Soto, ubi supra, censente modum, quia non pertinet ad essentiam contractus matrimonij nunquam irritare illud. Quoniam verum, ait Sotus, & eius sententia procedit, quando modus, vel causa solum esset causa impulsiva ad contrahendum movens tantum. Quoniam ut sic si apponatur in alijs contractibus, contractus ex defectu talis modi non revocantur cap. verum, de cond. appos. At vero assertio opposita Covarruviae & Navarrus verum habet, quando talis modus est causa non tantum impulsiva, sed principalis, & finalis, & sine qua non. Facit. l. Manuia. ff. de manumiss. testament. quoniam tunc solet revocari contractus modo non interveniente. Quoniam tunc per talem modum sic adiectum ad matrimonium obligatio contra substantiam matrimonij indicitur. Ut si quis contrahens dicat, Contraho tecum cum animo non contrahendi, vel perseverandi in matrimonio tantum usque ad. Ioannos. Quod perinde est, atque si quis instituens haeredem diceret, Instituo haeredem talem animo non instituendi, ubi nulla esset institutio, quoniam adijcitur conditio repugnans initio contractus, id est, legitimo consensui. Similiter quando per modum adiectum indicitur obligatio contraria bonis matrimonij, ut si quis contrahens sic di

D d d 5 ceret

ceret, **C**ontrahio tecum cum obligatione nō procreandi prolem, vel cum obligatione non reddēdi tibi debitum, matrimonium esset nullū. **Q**uoniam, vt S. Thomas in addition. quæst. 49. art. 3. ait, licet fides & proles, si considerentur in seipsis, pertineant ad vsum matrimonij, per quē & proles producit & pactio coniugalis seruat, sed secundum quod sunt in suis principijs, ita vt pro prole accipiatur intentio prolis & pro fide accipiatur debitum seruandi fidem, in reddendo debitum sic essentialissima sunt in matrimonio, taliter, quod si aliquid contrarium huius exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit, non esset verum matrimonium. Sic ibi D. Thomas.

¶ Porro ex prædictis potest colligi hæc assertio, quæ sit tanquam regula generalis, scilicet, quod qui habet animum contra bona matrimonij, non tamen contra eius essentiam, si non explicet in contrahendo suum talem animum, volendo alteri indicere conditionem obligatiuam contra bona matrimonij, matrimonium contrahit validū. Vt si habeat animum contrahendi, cum proposito tamen non seruandi vxori fidem, secundum assertio sit, quæ etiam pro regula generali haberi potest, scilicet, si quis habet intentionem contra essentiam matrimonij, vt si in animo gerat contrahere solum ad duos annos, siue id deducat in pactum, vel non, vel siue id explicet, vel non tunc non efficitur matrimonium. Ita Palud. contra Panor. titulum.

¶ Præterea, quoniam de consensu conditionato agere cepimus, qui quidem consensus etiam in matrimonio conditionem admittit, licet eā matrimonium non admittat, sicut neque ceteri actus legitimi. actus legitimi. ff. de regul. iur. Ideo de hac conditione, scilicet, si adulterabis, inquiritur an matrimonium vitiet. Videtur autem illud nō vitiare, quia secundum Angelum de Claua. in sum. verbo, matrimonium. 3. impedimento. 3. §. 2. tantum est contra bona matrimonij, sine quibus substantia ipsa matrimonij stare potest. Sed in contrariū, q̄ in cap. fin. de condit. appositis, declaratur expresse contra substantiam matrimonij, esse istam conditionem, si pro quæstu adulterandam te tradas. Sed nihilominus respondetur, quod certe talis conditio matrimonium vitiat. Ita D. Thomas in. 4. dist. 3. i. q. 1. art. 2. & Syluester. verbo, matrimonium. 4. quæst. 6. Et patet ex dicto cap. finali. Ita Couarruias in epito. 2. part. ca. 3. Quoniam autore Diuo Thoma (vt prædiximus) fides seruanda marito, tā in reddendo, ei debitum, quam in non tradendo alteri corpus, pro vt sumitur in suo principio, id est, pro intentione obligandi se ad huiusmodi fidem seruandā, essentialissimū quid est in matrimonio.

¶ Deinde in dubium reuocatur, an hæc conditio,

**A** scilicet, **C**ontrahio tecum cum hac conditione, vt viuamus in perpetua castitate, vel vt religionem consummato: matrimonio profiteamur, vitiet matrimonium. Videtur autem, quod non. Quoniam domina nostra sub hac conditione perpetua castitatis videtur contraxisse cum D. Iosepho, quæ tamen matrimonium inter eos non annullauit. Sed in contrarium videtur esse caput finale de condit. apposit. Respondetur autem contra Palud. in. 4. dist. 30. quæst. 2. conclus. 2. quod certe talis conditio & si honesta sit, tamen matrimonium destruit. Sicut etiam illa. **C**ontrahio tecum, si mihi post concesseris licentiam, vt facerem sicut. Hæc est D. Thomas in. 4. sent. & in. 2. part. quæst. 48. art. 1. ad. 3. Est Adriani, & Ricardi, & Bonauentura contra Paludem in. 4. dist. 3. quæst. 1. art. 2. Et probatur: Quia traditio corporum, est de essentia matrimonij, licet non ipe vltus. In hoc autem casu non videtur vel le tradere alteri corpus totaliter, qui excipit conditionem, vt postea viuam in perpetua castitate, vel quod consummato matrimonio sollempnitatum professionis emittant. Nam licet id ex mutuo consensu post id possit facere, sed non potest sunt a principio contrahendo id in pactū deducere. Quoniam contra bonum prolis, & fidem, quæ sunt bona matrimonij est. Vnde corollarie sequitur cum Adriano dubio. 7. quod si quis ista adiciat honestam conditionem, scilicet, **C**ontrahio tecum, si sextis ferijs non commisceamur non est validum matrimonium, quoniam repugnat totali traditioni corporum, quæ de essentia est matrimonij. Neque obstat exemplum Virginis Mariæ: quia Domina nostra castitatem non deduxit in conditionem dum D. Iosepho nupsit, quauis sciret Ioseph esse in eodē castitatis proposito. Consensit igitur in potentiam, sciens, se non peruenturam ad actum, quæ quidem virginitati non contrariatur. Vnde in actum non consensit explicite. Neque hoc obstat voto virginittatis absoluto, quod dicitur post emisisse. Quia post contractum matrimonium castitas voueri potest per coniuges, sicut post vouerunt absolute ipsa & Ioseph. ca. quod Deo patri. 33. quæst. 5. Item sequitur secundo corollarie, istam conditionem, quauis honestam, scilicet, **C**ontrahio tecum, si negaueris debitum, quoties mihi non licet exigere, matrimonium inualidare. Hoc corollarium est Couarruiæ illo ca. 3. Quod & probatur: quoniam contra totalem traditionem corporum, quæ est de essentia matrimonij id videtur esse. Nā, licet in multis casibus vltus euenire possit, vt maritus non possit debitum exigere licite, vt quia emisit ipse votum continentia, vel dubitat de impedimento: de cuius carentia ipsa nō dubitat, tunc & si ipse debitum non licite petat: tamen

tamen viro sic petenti debitum eius solutionem vxor negare non potest. Ita Adrianus.

### De conditionibus honestis non contrarijs matrimonio.

**R**ursus de conditionibus honestis non contrarijs matrimonio, dicere nos aliquid hic oportet, vt rum matrimonium impediant, aut suspendant. Vt, verbi gratia, si Petrus dicat Mariæ secum consentienti, corā curato & testibus. **C**ontrahio tecum, si patri meo placuerit. Respondetur autem, quod si ista conditio adiecta contractui de præfenti sensum faciat de præterito, & de præfenti, in quo sensu Sotus loco citato videtur eam accipere tunc, quia conditio est de præfenti & honesta, & non suspendens contractum, ipsa stante stat & contractus, taliter, quod etiā si ipsi contrahentes assensionem parentum ignorant, imo quauis arbitrentur eis id ingrātū esse, si postmodum constitit id parentibus gratum fuisse, non est opus alio consensu, sed matrimonium, inquit Sotus habendum est prorato. Imo satis est, quod cum iam cogitauerant de illo, illis placuerat, vel esto non cogitassent de illo, satis esset ad firmitatem matrimonij, si postea interrogati approbarent illud: quoniam approbatio illa videtur esse interpres virtualis consensus præteriti, vel saltem eis non displicuisse. Illa nanque conditio, si patri placuerit, hunc sensum videtur reddere, scilicet, si non fuerit dissentitus, & sciens gratum habuerit. Si vero cum sub ea conditione de præfenti intellecta consenserunt, parentibus placeat matrimonium nullum est absq; nouo consensu: quoniam conditio hæc ad illud momentum referenda est, in quo consensus de præfenti exprimitur. Ita Sotus. Sed quia eius hæc assertio non totam exhaurit quæstionem difficultatem, dico secundo, quod illud verbum, si patri placuerit, potest etiam reddere sensum futuri temporis subianctiu modi, in quo sensu verisimilius & frequentius solet apponi, ita vt faciat hunc vulgarem sensum. Si le plaziere despues, o ouie re placido a mi padre. Et tunc licet a diiciatur verbo præfentis temporis matrimonium non fiet de præfenti: quoniam suspenditur tunc consensus in futurum per illam conditionem de futuro. Atque certe in hoc sensu eam formam dicendi volunt filij accipere. Quia filij morigerati nihil firmum volunt concludere de suo statu, aut de contractu matrimonij in consensu parentibus. Et in dubio sic est præsumendum, quando de eorum intentione constare non potest.

¶ Præterea circa prædicta perpendendum est cū Navarro in summa cap. 22. num. 63. & 64. quod

**A** ista conditio dum sic quis ait. **C**ontrahio tecum si pater consenserit, & sic ait coram curato & testibus, si accipiatur in sensu de præterito, vt sit sensus, si hæcenus & nunc pater iam consenserit: si tēpore, quo apponitur & pro quo apponitur pater est mortuus, & filius ignorat, statim non valet matrimonium: quia conditio non potuit impleri cum mortuus neque consentire, neque dissentire possit, cap. si gratiose. de rescript. lib. 6. Si autem sciuit patrem fuisse mortuum, habetur pro non apposita, quia impossibilis habēda est. Et consequenter censendum est matrimonium valere. Ita Syluester verbo, matrimonium. 4. & Rofela verbo, matrimonium. 5. §. 8. Si autem prædicta conditio, dum dicitur. **C**ontrahio tecum si patri placuerit, sensum faciat de futuro, id est, si post cōsultus pater assensum præbuerit, non potest cōstituere verū matrimonium in præfenti cū tunc apposita suspendat consensum.

¶ Verum in hoc casu si sic sit contractum coram testibus & curato semel, si postea consultus pater assentiat, an virtute declarationis Pij. 5. supra dictæ talis contractus conualescere possit in matrimonium, dum post habito consensu patris rursus de præfenti inter se solos in absentia curati & testium contrahunt, dubitari merito potest: quia iam coram testibus & curato fuerat semel contractum. Nihilominus respondetur, verius esse, q̄ tunc post consensum patris habitū, inter seiplos solos sine curato & testibus præsentibus, valide contrahere non possint ex eo, quod Cōcil. Trid. matrimonium sine curato & testibus initum irritat. Et prædicta declaratio solum se extendit ad matrimonium, quod per verba de præfenti corā curato & testibus semel celebratum fuit nullum ratione alicuius occulti impedimenti. De hoc enim solū declarat Pius. 5. q̄ post sublato impedimento potest post firmari per nouum consensum contrahentiū habitum inter se solos, sine curato & testibus. At vero hæc declaratio nō procedit, quando solum coram curato & testibus solum sponsalia de futuro sunt celebrata, vt contingit in præfenti casu. Igitur in hoc casu vbi contrahitur de futuro dicendo, scilicet, **C**ontrahio tecum, si post patri meo placuerit: quia honesta conditio est, & de futuro stante ea stabunt sponsalia tantum, & non stante non stabunt. Vnde si post hæc verba pater fuit mortuus antequam præstasset consensum, sponsalia non tenebunt: quoniam deest impletio conditionis honestæ. Quod intellige iuxta mentem Nauarri, hoc vere procedere, quando sic contrahens ignorabat mortem sui patris. Nam si mortem eius iam cum sic contraxit rescierat, sponsalia firma manebunt: quoniam in hoc casu talis conditio tanquam impossibilis reiicienda est. Non enim pater, qui mortuus esse



esse sciebatur poterat assentire. Ceterum in vtroque casu, si quis sic contraxit ante conditionem impletam absolute, legitime contrahat de presenti cum alia, matrimonium erit validum, licet post illud conditio impleatur. arg. cap. super eo, & ca. si pro te. de rescript. lib. 6. Imo nunc post Concilium Tridentinum etiam si post conditionem de futuro impletam cum alia contrahat de presenti, istud matrimonium de presenti legitime coram curato & testibus celebratum valebit. Quoniam iam post Concilium Tridentinum impleta conditio de futuro per eius impletionem non presumitur fieri matrimonium, sicut ante Concilium secundum communem opinionem canonistarum presumebatur. Quoniam nunc post Concilium, nisi coram curato & testibus de presenti matrimonium celebratur, omne matrimonium, alias antea presumpsum irritatur.

Præterea ex prædictis suboritur & alia dubitatio, scilicet, in casu, quo quis sub ista conditione sic contraxerit. Contraho tecum, vel contraham tecum, si pater meus voluerit, ita, ut ista conditio respiciat futurum consensum patris. Nam in hoc sensu utraque prædicta forma solum constituit sponsalia, an si pater post renuerit semel, post confirmari possint hæc sponsalia, si rursus postquam contradixit nouum consensum ipse pater præsterit. Quæstio autem hæc (ut testatur Nauarrus vbi supra) in magna controversia est. Nam pro parte affirmatiua facit, quod primus actus, id est, dissensus primus patris sit attendendus. arg. l. bones. §. hoc sermone. ff. de verborum signific. Nihilominus verius dicitur cum Nauarro, quod talia sponsalia confirmantur, si quousque pater consentiat contrahentium consensus perduret: alias non. Ita Syluester verbo. matrimonium. 3. quæst. 4. & Cardinalis cap. super eo. de condit. appof.

At vero non minus hic nos premit id dubium, scilicet, an in hoc casu si pater tacet non assentiendo, aut contradicendo expresse, dicta sponsalia sub prædicta conditione, si pater consenserit, maneant confirmata. Videtur autem quod non: quia facta non presumuntur, nisi probentur. cap. cum in iure. de offic. delegati. Et quia iuxta regulam iuris in. 6. qui tacet non fatetur, sed neque negare videtur. Nihilominus respondetur cum Syluestro, & Nauarro vbi supra, quod certe videntur in hoc casu ea sponsalia confirmari, si in patre tacente appareant signa persuasoria: quod ideo tacet, quoniam ea sponsalia sibi placent. Non autem videntur confirmari per parentis taciturnitatem in casu, quo indicia appaerent in eo, quod ideo tacet, quia sibi displicent. At vero in dubio, vbi coniectura non inclinans magis ad vnâ partem, quam aliam non censetur per taciturnitatem

confirmari, propter iura allegata. Ita Nauarrus. In quo postremo puncto dissentit Syluestro, affirmante, quod in dubio indicandum est ideo tacere, eo quod sibi illa desponsalia placeant. Quod tamen dictum Syluestri videtur esse contra prædicta iura.

Deinde in dubium vertitur, an ista conditio honesta, scilicet, si pater meus voluerit, vel si tanta dos mihi detur. Contraho tecum vel contraham tecum in aliquo casu possint non suspendere matrimonium, aut sponsalia. Videtur autem, quod semper suspendant, quia sunt conditiones de futuro. Respondetur autem cum Nauarro in sum. cap. 22. num. 62. quod si talis conditio ponatur à principio resolutiue, ita quod ante contractum, illius conditionis meminerunt contrahentes, sed postea nihilominus contractum absolute inire voluerunt, vel si antea absolute contraxerunt, sed post contractum ex intervallo illa conditio est appofita, in his casibus non suspendit matrimonium, si addita est sic antecedenter, vel consequenter ad matrimonium contractum per verbum de presenti, scilicet, Contraho tecum. Neque suspendit sponsalia, si sic adiecta est ad verbum de futuro, scilicet, Contraham tecum cap. 1. de condit. appof. At si ista conditio in ipso contractu annexatur, ut vera conditio, sub qua & non aliter volunt contrahere suspendit contractum quemcumque. Sed conditio de presenti, aut de preterito, quia non est vera conditio non suspendit. Ut si quis dixerit, Contraho tecum, si pater tuus iam mihi talem possessionem in dotem contulit, vel si pater meus id matrimonium iam approbanit. Imo statim si est falsa matrimonium nullum est: si vero vera sit statim valet. l. illa institutio. ff. de cond. instit. l. cum ad præsens. cum seq. ff. si certum petatur. & §. conditiones, instit. de verb. At eadem ratione causa in contractu posita non suspendit contractum. Sicut etiam ista conditio. Contraho tecum, si promittis mille aureos, matrimonium alias legitime celebratum sic sub ea conditione coram curato & testibus, non suspendit sed statim ipsa coram curato & testibus id promittente, matrimonium est firmum, licet post conditio non impleatur. Quoniam illa conditio, si promittis mille aureos, est honesta, & de presenti, licet res promissa implenda veniat in futurum.

Porro hic etiam dum agitur de conditione prædicta honesta de futuro digladiantur Doctores, vtrum si talis conditio adijciatur verbis de presenti, ut si quis alicui dicat, Contraho tecum, si pater consenserit, aut si mihi talem dotem dederis, si impleta conditio opus sit nouo consensu ad confirmandum matrimonium, an vero sufficiat ille præcedens. Videtur autem, quod præcedens solum sufficiat, si non sit rescissus, sed tempore imple-

pletionis conditionis virtualiter maneat. Pro qua sententia quæ iuristarum communis est, arguitur primo argumentum iurisperitorum, qui eam tenent: Quia omnes alij contractus civiles semel sub conditione futura iniri, impleta conditio non opus habent alio contractu, neque consensu, ut maneant firmi post impletam conditionem: ergo idem est de matrimonio sentiendum. Item secundo arguitur: Quia si quis dicat feminæ. Contraho tecum si tu contuleris, iste consensus est conditionalis dependens de futuro, id est, de consensu alterius: & tamen ipsa consentiente post, non est opus vira alium habere nouum consentium: ergo neque etiam in casu quæstionis impleta conditio, est necessarius alius nouus consensus. Sed in contrarium est textus, super eo. de condit. appofit. Vbi decernitur, quod adueniente conditione cogendus est talis matrimonium contrahere: ergo in tali contractu necessarius est nouus consensus, alioquin si suffecisset consensus præteritus cum actuali impletionem conditionis non decerneret textus, talem fore cogendum ad contrahendum de nouo, sed ad statim iam matrimonium contractum, si iam per totam impletionem conditionis fuisset firmatum atque solidatum. Dicitur ergo primo ad quæstionem, quod quæstio hæc olim ante determinationem concilij maioris erat momenti & magis leuiter necessaria. Sed nunc post Concilium Tridentinum decernens matrimonium iniri sine præsentia curati aut testium esse inualidum, planum est quod impletio conditionis sola cum consensu præterito manente matrimonium non confirmat, nisi de nouo coram curato, & testibus consensus de presenti nouus & absolutus & per verba de presenti inter contrahentes interueniat. Nam consensus præcedens, ut pote conditionatus, & de futuro, etiam si coram curato, & testibus præstitus fuisset, non sufficit. Neque in hoc casu declaratio Pij. 5. procedit. Secundo dicitur ad quæstionem, quod ante determinationem Concilij, verior erat, sicut & nunc est opinio communis theologorum, scilicet, D. Thomæ in. 4. sent. dist. 29. q. 3. versiculo ad tertium & Maioris in. 4. dist. 27. q. 4. colum. 2. & Adriani in. 4. sent. de matrim. cap. ad discernendum, & Soti in. 4. dist. 29. quæst. 2. art. 1. Vbi ait esse omnium theologorum, & Couarruizæ in epitome. 2. parte cap. 3. Qui ait, Magistrum Victoriam Salmaticæ anno. 1531. in purgatione publica opinionem hanc communem theologorum defendisse, quæ habet, nouum consensum de presenti requiri post sponsalia sub conditione honesta de futuro contracta, ad confirmandum matrimonium, etiam impleta iam conditio, contra Panormitanum & canonistas, & Paludæ. Probatur autem primo: Quia à principio non fuit

consensus sufficiens ad matrimonium, quia erat conditionalis, & reuocabilis. Nam, si sufficiens esset de facto reuocari non posset. Neque euentus conditionis efficit de se nouum consensum: ergo non reuocatur tale matrimonium, sine nouo consensu tacito, vel expresse. Item secundo patet: Quia talis contractus solum habet vim promissionis: ergo non transit in matrimonium, nisi consensus nouus addatur. Quia ille consensus promissionis dependet de futuro: consensus autem dependere in futurum in virtute est esse de futuro: ergo neque quando expressa fuit conditio de futuro, neque quando impletur conditio non fit matrimonium, nisi nouus adhibeatur consensus de presenti. Item probatur ex capite. de illis. de conditionibus. appof. vbi decernitur ab Alexandro, quod si quis sic iurauit feminæ: Ego te in vxorem accipiam, si centum mihi donaueris, de periurio non venit culpandus, si renuat accipere centum illa non soluentem: nisi consensus de presenti, vel copula accesserit, quæ consensus nouus est tacitus. Ergo nisi consensus absolutus de presenti interueniat, matrimonium non est validum. Item patet: Quoniam caput. super eo, de condit. appof. quod sibi canonistæ fauere putant, magis nobis suffragatur. Vbi habetur, quod contrahentes matrimonium sub conditione non improbata de futuro, non compelluntur matrimonium consummare ante conditionis euentum. Quoniam eo ipso, quod insinuat, non cogendos ante aduentum conditionis ad matrimonium, ostendit posse cogi post ad contrahendum: ergo per totam impletionem conditionis, sine nouo consensu interueniente non fuit contractum. Concludit ergo Sotus oppositam opinionem magis simplici assertionem canonistarum sustentari, quæ firma ratione & pensata fundari. Unde inserto corollarium, scilicet, quod conditio de futuro verbis etiam de presenti adiecta, non facit dum adimpletur matrimonium, sed confirmat sponsalia. Quo circa si alter illorum ad aliud matrimonium transierit, illud erit validum.

Veruntamen ne omnino opinionem communem canonistarum, quæ illorum nomine circumfertur, omnino refutemus, & ut etiam sententiam contrariam S. Thomæ & theologorum simul defendamus, præmittenda videtur esse hæc distinctio, quæ aliqualem viam ad concordiam aperit, scilicet, quod conditio sic adiecta de futuro aliquando est talis qualitatis, quæ dependet ex alieno arbitrio, & complenda venit per alienum arbitrium, cui referuatur. Ut cum quis consentiens sic in feminam, ei dixit. Contraho tecum, si pater meus consentium præstiterit. Et tunc in hoc casu vera est sententia S. Thomæ, & theologorum, scilicet, quod non satis fit impletio conditionis,

tionis, id est, consensus præstitus à patre, nisi ipsi denuò de præfenti consentiant propter ratione, quam reddit Papa cap. super eo, de condi. Quia consensus primus liber dici nõ potuit, qui in alieno arbitrio, scilicet, patris fuit reseruat: ergo adimpleta conditione, id est, habito consensu patris requiritur nouus consensus liber ex alieno arbitrio non dependens ad contrahendum illud matrimonium validè. Si autem conditio illa honesta de futuro talis sit qualitat, quod per ipsos contrahentes veniat adimplenda: tunc neq; post Concilium Tridentinum opinionem canonistarum in isto casu ausim omnino refutare. Verbi gratia. Si aliquis alicui foeminae dixerit, Accipio te in meam, si hinc ad mensum dederis mihi mille aureos: si illa in fine mensis conuocans eum coram curato, & testibus illi illos mille aureos numeraret dicens. En tibi coram curato & testibus in confirmationem matrimonij conditionalis antea inter nos initi mille aureos promissos impendo, & ipse eos tibi acciperet: fieret planè matrimonium per impletionem conditionis, scilicet, per acceptionem & dationem illorum aureorum, quia per eam sufficienter explicatur consensus de præfenti tacite, vel expresse. Secus esset si illa foemina solueret illos aureos non per se in præfentia curati & testium, sed per oconomum ea incõsulta coram curato & testibus fieret solutio: quia tum forte non validaretur matrimonium: nisi in tali datione & acceptione aliquod signum consensus noui de præfenti apparet. Quamquam & in hoc casu forte inficiari quis merito non poterit, quod matrimonium integretur per consensum nouum de præfenti, quem per oconomum sua vice soluentem in confirmationem matrimonij mille aureos coram curato & testibus se habere ostendit. Igitur ad. 1. argumentum in contra respondetur, quod istud argumentum iuristarum, quod ex alijs contractibus ciuilibus ad matrimonium adaptatur parui momenti esse videtur. Nam in alijs contractibus præsumitur iure consensum semper in virtute durare, quousque conditio superueniat. Et ideò licet ille fuerit de futuro impleta conditione confirmat contractum ciuilem. Secus vero est in matrimonio vbi necessarius est consensus de præfenti Neque obstat replicare, quod in alijs sacramentis, vt in baptismo satis est vt habuerit antea quis intentione suscipiendi in futurum baptismum, vt postea si sine noua consensu sic ei etiam dormienti sit ministratus, sit validus: & per consequens quod idem sit dicendum de sacramento matrimonij. Quia respõdetur ad id, hoc discriminis interesse inter baptismum & matrimonium, quod in baptismo intentio, scilicet, suscipiendi illum, sicut etiam intentio conferendi illum requiritur, vt ait D. Tho-

mas in. 3. part. quæst. 64. art. 8. Sicut in cæteris sacramentis, vt materia sacramenti, scilicet, ablutio aquæ quæ potest ordinari ad plura, scilicet, ad munditiam corporalem & ad sanctitatem ordinetur ad vnum, id est, ad sacramentalem effectum per intentionem abluentis. Sed consensus in matrimonio est causa efficiens ipsius matrimonij, & sacramenti: & ideò ne talis consensus impediatur effectum sacramenti, oportet, vt sit consensus absolutus, & non conditionatus nec dependens ex euentu futuro. Vnde, sicut non valeret absolutio sacramentalis, si sub ista conditione de futuro fieret, scilicet, Absolutio te, si post decem aureos impenderis pauperibus, quia non est in potestate ministri suspendere actum, id est, effectum sacramenti: sic etiam matrimonium nõ valet sub illa conditione de futuro. Et per supra dicta patet ad secundum argumentum. Nam respondetur, quod cum quis dicit foeminae. Contraho tecum, si tu consenseris, ista conditio non apponitur tanquam de futuro, sed est conditio, quæ tacite inest contractui tanquam de substantia ipsius. Vnde contractum matrimonij non infirmat etiã si exprimitur. Vnde illa consentiente non est necessarius in viro alius nouus consensus: quia ille in virtute continuatur, donec fiat mutuus adueniente alterius consensu. Et ideò non est similis illi, qui pendet de futura conditione, aut de consensu alterius tertij, puta parentis.

Præterea & hic celebris illa quæstio prætereunda non est, scilicet, si aliqui per verba de præfenti contrahunt, dicentes, Contraho tecum, si Papa dispensauerit super nostro impedimento, an subsequuta dispensatione sine nouo consensu, matrimonium sit, an sponsalia, ita, vt licet matrimonium non sit, possint cogi ad illud contrahendum. Igitur, quia quæstio hæc non est tanto opere in controuersia, ideò dicitur, quod secundum communem opinionem etiam canonistarum contra Calderinum & alios, quos Syluest. verbo matrimonium. 3. §. 9. refert, quia illegitima est materia etiam obtenta impedimenti dispensatione, non fit matrimonium virtute prioris contractus, nisi nouo adhibito consensu de præfenti denuò contrahatur. Ita Panormit. & Innocent. in cap. super eo. & Sotus & Couarruias vbi supra. Fuit Victoriz: qui dicitur eam defendisse in Flandria contra aliquos, qui nihil confecerunt disputando. Sotus autem hanc sententiam adeò certam esse reputat, vt censet contrariam omni probabilitate carere. Probat autem ex eius ratione: Quoniam lex & dispensatio, futura respicit, non præterita: ergo dispensatio, qua Papa super matrimonio vt in gradu prohibito possit contrahi dispensat, non ratificat matrimonium, aut contractum, qui antea inualidus erat: sed solum facultatem

dat

dat illis contrahendi: ergo si contrahere volunt nouo opus habent consensu. Item secundo patet: Quia consensus ille inter illegitimas personas, validus non fuit ad matrimonium conficiendum: ergo per dispensationem sequentem fieri nequit vt fuerit validus: ergo opus est obtenta dispensatione nouo consensu contrahentium. Item tertio patet: Quoniam, si per solam dispensationem post superuenientem sine nouo consensu virtute prioris fieret matrimonium, sequeretur, quod si illis inuitis iam Papa dispensaret non possent à tali matrimonio resilire, ac per consequens papa posset inter inuitos matrimonium solidare, si ne nouo consensu, quod est absurdum dictu. Itè vltimo patet à simili: Quia artifices, qui super ineptam materiam operati sunt frustra censentur laborasse, nisi de nouo applicentur apta materia operentur: ergo neque illi contrahentes, qui contraxere matrimonium materia contractus existente illegitima aliquid confecere, aut conficere possunt: nisi per dispensationem legitimitata materia rursus de nouo contrahant nouo interueniente consensu.

Præterea, quæstio hæc prædictæ affinis maiorem præferre videtur difficultatem, scilicet, an saltem huiusmodi contractus inter cognatos sub conditione, si Papa dispensauerit, vim obtineant sponsaliorum, ita vt superueniente dispensatione teneantur contrahere. Videtur autem, quod neque sponsaliorum vim obtineant. Primo: Quia secundum Panormit. & iuxta. l. cum lex. ff. de fideiussor. ex facto iure improbatum nulla nascitur obligatio: ergo neque ex sponsalibus cadentibus super illegitimam materiam & iure improbatam. Item secundo arguitur: Quoniam matrimonium inter cognatos lege improbatum ideò est nullum, etiam sub illa conditione, si papa dispense: ergo etiam sponsalia sub eadem conditione inter cognatos contracta iure sunt improbatam, ac per consequens nulla: quoniam cognati eadem ratione inhabiles sunt materiae sponsaliorum, sicut & matrimonij, quousque materia sit legitima. Facit. l. oratio. ff. de spõs. Vbi decernitur, quod lex, quæ prohibet matrimonium subinde prohibet sponsalia.

Deinde tertio arguitur: Quoniam sponsalia inter cognatos contracta, sine expressione huius conditionis, si papa dispensauerit, sunt nulla secundum etiam Adrian. & omnes: ergo etiam si ista conditio exprimitur, non erunt valida. Patet consequentia: quoniam ista conditio ex iure ipso inest tacite ipsi contractui: & conditio tacita nihil vigoris addit per hoc, quod explicatur. Ergo si ista conditio tacita & implicita nihil facit ad validitatem contractus: ergo neque etiam explicita, si fuerit, quicquam ad eius valorem,

conferat. Insuper quarto arguitur: Quoniam iuxta caput. veniens, de eo, qui cognouit cõsangu. vxor. affinitas præcedens matrimonium, impedit matrimonium & sponsalia: ergo etiam cõsanguinitas præcedens sponsalia illa irrita facit, quacunque illa conditione fiant. Propter hæc argumenta Sotus vbi supra opinionem tenentem, quod neque adueniente dispensatione talis contractus sit sponsalia, multo probabilior esse existimat, licet non necessariam. Quam opinionem ait esse communem contra Adrian. in materia de matrimonio quæst. 10.

Igitur vt nostram insinuemus sententiam, si quidquam valet, dicimus primo, quod uerum huius difficultatis in hoc consistit in parte, scilicet, an conditio dispensationis in moralibus impossibilis reputetur. Quoniam si impossibilis reputatur, cum conditio impossibilis habeatur pro non adiecta iuxta cap. finale. de condit. appol. & ille contractus sponsaliorum inter cognatos ista conditione reiecta sit nullus: sequitur, quod etiam obtenta dispensatione ex eo nulla oriatur obligatio sponsaliorum. Sed quia probabile est multum, quod talis conditio non est impossibilis: ideò opinio contraria Adriani non parum probabilis solet reputari. Tum, quia illa conditio nõ fuit illicita, neque illicitè fuit inserta tali contractui: quoniam contrahentes volentes contrahere licitè censentur illum contractum retulisse ad tempus licitum iuxta. l. in tempus. ff. de hæredu instit. Vnde qui sic contrahunt non sunt excommunicati ex Clem. vnica de cõsangu. Tum etiã quia illa conditio dispensationis non reputatur impossibilis: quia neque reputatur impossibile quod princeps solet concedere in. l. ad Iulianum. §. constat. de legat. 1. Facitque pro hoc optimus textus in. l. intercidit. de cond. & demonstr. Imò secundum Couarruiam non dicitur strictè impossibile id, quod dependet à principe, etiam si id non sit solitus concedere, quatenus attinet ad caput finale. de cond. appolitis, vbi impossibile intelligitur quod à natura, vel à iure est impossibile. At secundum D. Thomam. 12. quæst. 97. art. 4. non est contra ius, sed ortum habet à iure concessio dispensationis super legem. Quia ideò secundum illud Pauli. 1. ad Corint. 9. Dispensatio mihi credita est, potestas dispensandi prælati est credita, vt ordinent qualiter præceptum sit à singulis implendum, scilicet, vt in casibus, in quibus lex deficit, quia oppositum magis expedit ad promotionem boni communis, & si per obseruationem præcepti in hoc casu impeditur aliquid melius vel cauebitur maius malum, si dispõdetur in lege possint dispensare.

Igitur vltimo resolutoriè dicimus, vt vtranque opinionem ad aliqualem concordiam redigamus,

mus, scilicet, quod opinio communis negatiua est vera, & obseruanda in casu, quo nulla suberat spes obtinendi talem dispensationem. Quoniam nullarationabilis causa occurrebat dispensandi: sed dispensatio potius obtenta fuit per importunitatem & fauorem mediatorum, quam ex aliqua exigente ratione. Quod tunc magis hoc ita esse verum persuaderi potest, quando eam simpliciter petentes semel atque iterum fuerant repulsam passi. Quoniam in hoc casu argumenta Soti contra Adrianum magnam energiam videntur habere. At vero contraria opinio Adriani, scilicet, quod obtenta dispensatione ille contractus vim sponsaliorum habeat, apparet vera in casu, quo spes verisimilis erat eam dispensationem obtinendi: eo quod multum rationabilis urgebat causa & premebat necessitas, in quibus frequenter talis dispensatio solita erat dari. Neque tandem Sotus post longam disputationem multum ab hac sententia abhorret. Qui & si inficietur huiusmodi contractum vim habere sponsaliorum, tamen quandoque habere obligationem ex quadam honestate orientem, concedit, nempe, dum matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens est, & dum expensæ in expeditione dispensationis amplæ factæ sunt. Verum nos non veremur concedere, quod prædictus contractus vim sponsaliorum obtineat post obtentam dispensationem, & non antea. Quoniam tunc legitimam iam sortitur materiam: & quoniam ad tempus licitum, in quo iam materia foret legitima ex intentione contrahentium, talis contractus est relatus, ut ex tunc in ratione sponsaliorum, & non ante inciperet obligare. Quod si quis hic sic replicet, scilicet, quod si antea, ante dispensationem obtentam in vi sponsaliorum non obligabat: ergo poterant sic contrahentes ab eo contractu resilire, neque tenebantur expectare vsque ad obtentionem dispensationis. Respondetur, quod si causa vrgēs & rationabilis dispensandi suppetebat, non poterant tunc resilire, sed tenebantur expectare dispensationem. Non quidem propter obligationem sponsaliorum ante dispensationem existentem: quia nulla talis existit: sed propter illam obligationem honestatis, quam secundum Sotum voluerunt super se ipsos inducere, ne in cassum fierent expensæ, vel alia bona de causa. Quia tunc nullum peccatum erit etiam id iurare. Et in hoc sensu, inquit Sotus, huiusmodi pacta debent iniri, ut vitentur peccata. Sed certe in hoc dissentimus ab ipso, quod nullum censemus esse peccatum iurare contrahere sponsalia non pro tempore antecedenti dispensationem, sed pro tempore immediatè eam sequenti: & quod sponsalia vera resultare post dispensationem virtute prioris contractus opinamur, quæ

non erant antea sponsalia. ¶ Igitur ad, 1. argumentum Soti negatur, quod sit actus reprobatus iure, nunc contrahere sponsalia sub conditione si Papa dispensauerit, quando volunt contrahentes sortiri vim obligandi post dispensationem, ubi iam sponsaliorum materia potest esse legitima. Vnde ex illis post obtentam dispensationem oritur vis obligandi in ratione sponsaliorum. Quia secundum Couarruiam implicite sic volunt contrahere sponsalia pro tempore dispensationis iam impetratæ, & non ante: quia licitè intendunt contrahere & vitare peccatum. ¶ Ad secundum autem argum. conceditur, quod matrimonium inter cognatos est nullum, dum materia est non legitimata per Papam. Et pari ratione concedimus Soto, quod, quia sponsaliorum illegitima materia sunt cognati, ideo ante dispensationem in ratione sponsaliorum obligare se non possunt, etiam si talia sponsalia inita fuerint sub ea conditione, si Papa dispensauerit. Sed ex hoc non probatur, quod desponsatio cum sit promissio de futuro, in quo differt à matrimonio, quod est actualis & præsentanea traditio, non possit eius obligatio differri ad id tempus licitum, in quo per dispensationem legitimata est iam materia. Nam quod hoc possit fieri secundum Couarruiam fundamentum magnum habet in iure. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quando sine expressione huius conditionis, si papa dispenseauerit contrahuntur sponsalia inter cognatos censentur se velle obligare statim in ratione sponsaliorum, ante obtentam dispensationem, atque ideo talis contractus sponsaliorum non valet. Sed quando in hoc contractu exprimitur conditio, si papa dispensauerit, censentur per expressionem conditionis, post conditionem, & non ante, in ratione sponsaliorum se velle obligare, scilicet, eum iam locum habet obligatio sponsaliorum: quia super materiam per dispensationem legitimatam cadit. Ideo multum refert secundum Adrianum exprimere hic eam conditionem, vel eam tacere, quia aliam præsumptionem facit in hoc casu tacita, quam expressa, neque hic eiusdem vigoris est, si sit tacita, quàm si esset expressa talis conditio. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod affinitas præcedens irritat matrimonium subsequens: quia matrimonium tunc cadit super illegitimam materiam. Sed negatur, quod affinitas præcedens sic irritet contractum sponsaliorum sub conditione, si Papa dispensauerit, quando obligatio horum sponsaliorum antea contractum refertur ad tempus, in quo iam per dispensationem legitimata est materia: quia ex tunc habet contractus vim, cum iam cadit super legitimam materiam. Reliqua argumenta quæ possent obijci, per supra dicta diluuntur.

¶ Certe-

¶ Cæterum illa vltima dubitatio Soti, ubi sciscitatur, Vtrum, si cognati obtenta iam dispensatione affectu coniugali commisceantur carnaliter, inde ex tali copula sine alio nouo consensu inter eos matrimonium resultet, iam non tanti momenti est post concilium Tridentinum, ubi per copulam etiam coniugali affectu habitam non præsumitur matrimonium, neque validè contrahitur, cum in præsentia curati & testium sic per copulam non contrahatur. Tamen ante concilium si id casus contigisset, verius asserit Sotus, quod tunc illud esset matrimonium siue scientes, siue ignorantes dispensationem fuisse obtentam affectu coniugali coissent. Tum, quia tunc postquam ille contractus sortitus est vim sponsalium, illa copula maritalis venisset. Tum, quia ille contractus ante dispensationem initus, qui solum obligabat ex quadam honestate testimonium reddidisset, quod affectu maritali coissent: quod sufficiebat tunc ante concilium ad matrimonium præsumptum. Vnde tunc sic coeuntes matrimonium retractare non poterant, si post tempus concessionis dispensationis affectu maritali conuenisse compertum esset.

¶ De conditionibus, quæ honestæ, vel inhonestæ possunt esse iuxta varium intellectum.

Præterea & hic discutere oportet ambiguitates, quæ oriuntur circa hos modos contrahendi, scilicet, Contraho tecum, vel contraham tecum, si te virginem esse reperero, vel si permiseris coitum. Quæ quidem conditiones variè possunt habere sensum. Igitur quia citra distinctionem hic dissoluere has ambiguitates nequimus: in primis distinguendum esse videtur, præsupponedo primo contra Syluestrum, verb. matrimonium. 4. & contra Nauarrum eum allegantem in sua sum. cap. 22. nu. 65. quod iam post concilium Tridentinum non tantum refert dicere contrahendo per verba de præsentia, Contraho tecum, si coitum permiseris, vel dicere de futuro, Contraham tecum, si ad copulam me admiseris per verbum de futuro. Quoniam iam si utroque modo contrahatur in absentia curati & testium quemcumque sensum habuerint contrahentes, sic nullum matrimonium validum confici potest. Sed aduertendum est tamen, quod si nunc post concilium Trid. aliqui sic contraherent coram curato, & testibus, ita, ut vir de præsentia diceret forminæ, Contraho nunc tecum coram curato, & in vxorè te assumo, si te virginem reperero, iuxta varios sensus in foro exteriori præsumetur esse matrimonium, vel solum sponsalia. Nam si intellexit, si illam reperisset virginem per inspectionem honestarum foeminarum, non erit nunc matrimonium co-

Instruct. confci. 2. Pars.

ditionale, ut ait esse Nauarrus, sed potius secundum mentem Dni Thomæ & Soti erunt sponsalia. Ita in quarto Sententiarum, distinct. 29. quaestione. 2. Conditio enim de futuro, qualis est ista, Si te virginem inuenero adiecta verbis de præsentia, quia in isto sensu honesto accepta, non reijcitur à contractu, sed facit consensum in virtute esse de futuro, ideo sponsalia constituit conditionalia, quæ impleta conditione non trahunt in matrimonium, nisi denuo & nouo consensu de præsentia coram curato & testibus contrahatur. Si vero dū sic coram curato & testibus contraxit quis per verbum præsentis temporis, & sub illa conditione, intellexit de inuentione & exploratione eius virginis per copulam futuram carnalè affectu fornicario habendam, est purum matrimonium quo ad ecclesiam: quia tunc ista conditio cum sit de futuro tanquam turpis, in fauorem matrimonij reijcitur, & habetur pro non appositâ. Sicut per illam formam verbi de futuro, Contraham tecum, si te virginem inuenero per copulam eadem ratione, quia intellecta de inuentione per copulam fornicariam ista conditio, ut turpis reijcitur, pura solum sponsalia contrahuntur iuxta cap. fin. de condit. apposit. Imo illa forma, Contraho tecum, si te virginem inuenero per affectum coniugali copulam tecum habendam, etiam coram curato & testibus prolata fortè nunc post Concilium Tridentinum quoad ecclesiam matrimonium validum faciet. Tum, quia iam ista conditio & turpis de facto, & moraliter impossibilis reputatur. Quoniam matrimonium iam non per copulam, quæ in præsentia curati & testium, ut pote res absurda visu nequit haberi: sed per consensum de præsentia habitam coram illo & testibus potest validè contrahi. Si igitur ista conditio turpis, aut impossibilis moraliter reputatur, scilicet, quod matrimonium sola copula affectu vxorio post perficiatur, quia iam sic non perficitur coram curato: ergo talis conditio iuxta dictum caput finale, habetur pro non adiecta. Et cum ista conditio reiecta reliqua verba dicta coram curato, & testibus sonent matrimonium de præsentia, sequitur, quod quoad ecclesiam in hoc casu matrimonium de præsentia censendum sit interuenisse in hoc sensu. Sicut etiam, quoad ecclesiam matrimonium esset purum, si coram curato & testibus nunc sic contraheret quis per verbum in præsentis temporis, Contraho tecum matrimonium, si permiseris coitum etiam si cum animo suspendendi matrimonium vsque ad coitum id dixisset. Quia in hoc casu adpositæ conditione de futuro inhonestæ, quæ habetur pro non adiecta. Non enim iam post concilium propter rationem iam dictam reputatur honesta. ¶ At coram Deo in hoc casu, si habuit animum suspendendi consentum matrimonij, vsque ad impletam conditionem

E e e

coitus



coitus cum illa verba protulit coram testibus, & curato, neque tunc neque per coitum etiā cōiugali affectu post habitum, contractū est in foro conscientiæ verum matrimonium, quia defuit consensus de presenti legitimus. Quia ille consensus expressus per copulācū non fuerit expressus de presenti corā curato, legitimus non est. Si vero nunc per verbū futuri tēporis sic cōtrahatur, Contrahā tecū, si te virginem inuenero, siue sic contrahatur corā curato & testibus siue in absentia illorū, si intellecta fuit à sic cōtrahente ista cōditio in sensu honesto, nempe, si te virginē per conspectū foeminarū honestarū inuenero, cōtrahūtur sponsalia cōditionalia, quæ confirmantur per impletionē conditionis. Secus autē esset si intellecta fuisset talis cōditio in sensu inhonesto, scilicet, per copulācū etiā habitā cū illa: quia tunc quoad ecclesiā non conditionalia sponsalia intelligerētur esse contracta, sed pura. Quoniam talis cōditio, ut potē inhonesta habetur pro non apposita. Et hæc sunt summopere aduertenda, quæ dōfufe traduntur ab aliquibus doctoribus antiquis. Eo q̄, cū ante Concilium Tridentinū sint locuti, suā doctrinā ad decreta concilij nō potuerūt adaptare. Cæterū loquēdo de conditionibus, quæ aperte sunt honestæ, si adijciantur verbo de presenti siue verbo de futuro, quia istæ cōditiones non rejiciuntur à iure ipsisstantibus stat contractus, & ipsis deficientibus non stat. Vt si quis dixerit, Contraho tecū, vel contraham tecum, si dederis mille: vtroque modo secundum Diuum Thomam sunt sponsalia conditionalia, quæ per impletionē conditionis cōfirmantur: neq; antea satis firma sunt, quoniam defectu conditionis possunt frustrari.

De conditionibus cōtra bona matrimonij rursus, scilicet, vtrum aliquando rejiciantur à contractu.

**P**orro ne quid hic omissum fiat quod meritē desideretur, rursus hic de cōditionibus, quæ sunt cōtra bona matrimonij disputantes an aliquo casu rejiciendæ sint tanquā nō vitiantes matrimonium, in dubiū reuocamus. Et primo in particulari quærit, vtrū q̄n quis sic cōtrahit cū aliqua, Cōtraho tecū, si adulteraueris, an ista cōditio in aliquo casu veniat rejiciēda. Respondet ergo cū Couar. in epito. 2. par. c. 3. q̄ cōditio cōtra substantiā matrimonij, vel cōtra eius bona adiecto matrimonio, vitiat ipsum, ut prædictū est, & ut patet ex ca. fin. de cōd. appof. Tamē q̄n cōtrahēs suspēdūt cōtractū post euentū cōditionis, ita q̄ ante euentū cōditionis nolūt cōtrahere, sed post, ut si quis dicat, Cōtraho tecū, si adulteraueris, & ipse & foemina, cū qua sic contrahit nolūt cōtrahere, donec cōditiones istæ eueniāt, nō vitiant matrimonium, quod post euentū huiusmodi cōditionū post cōtrahitur. Quia istæ cōditiones in hoc casu nō cōcurrūt cū isto cōiugio: ideo solū rejiciūtur tanquā turpes. Si tū cōtrahens dicat libero animo, Tecum contraho, tū volo te adulterari, vel venenum sumere sterilitatis causa, vitiat cōtractus matrimonij, q̄n sic contrahēdo in ipso cōtractu huius cōditionis vult obligationē inducere, q̄n modus qui refragatur substantiæ matrimonij irritat ipsum. Si autē dum absolute & purē iam cōtrahit de presenti quis cum foemina, in pacto à cōtractu separato in cōtinenti adiecto matrimonio iam cōtracto conditionē aliquā apponeret cōtra bona matrimonij, imō cōtra eius essentiā matrimonij ante separatim contractū, nō vitiat, quia istud pactū rejicitur à cōtractu. Probat in l. per seruū. §. 1. cū. l. seq. ff. de vsu & hab. Vbi distinguitur, vtrū in eadem oratione, vel diuersa adijciatur modus cōtra substantiā actus. Cæterū cōditio cōtra substantiam matrimonij, etiā si sit resolutiua actus, ipsum cōtractū vitiat, secundū Couar. Vt si quis ita cōtrahat cū foemina, ut si fornicetur liceat ei aliā vxorem accipere. Nihil enim tūc sic cōtrahens agit: quia hæc adiectio actū corrūpit. Ita Cardin. Abbas, Præposit. Probat ex illo cap. fin. Vbi dicitur, q̄ nihil fit, si sic matrimonium cōtrahatur, sic, Contraho tecum dum aliam inuenero.

Præterea de cōditionibus, quæ nō totaliter cōtra bona matrimonij videntur esse, quæritur, vtrū si adijciatur contractui matrimonij, ipsum vitient, vel an habeantur pro non appositis. Vt si quis cōtrahendo cū foemina ei dicat, Duco te in vxorē, si prole interfeceris antequā nascatur, vel postquā nata fuerit, aut, si reddideris eā māmcam, truncā, aut cæcā ad parandū victum. Respondetur autē cum Adriano, q̄ certæ conditiones hæc nō habentur pro non adiectis, sed matrimonium vitiant: quia contra bonū matrimonij, id est, cōtra prolem sunt, ad cuius propagationem & bonam educationem matrimonij ordinatur. Cæterum si quis dixerit, Duco te si prolem semper exponamus, & non aliam, non per hoc vitari videtur matrimonium. Quoniam hæc cōditio non est totaliter contra bonū prolis: quia non totaliter per hoc intendunt abijcere omnem curam prolis, cum intendunt eam exponere, ut ab alijs alatur.

Ad hæc & quæstio hæc absoluenda superest, scilicet, cōditio matrimonij ab vno adiecta contra substantiam matrimonij altero refragante, an irritum faciat matrimonium. Et quidem quæstio hæc non tam facilis est. Quia licet opinio communis affert pro parte affirmatiua: tamen

pro

pro parte negatiua hoc militat vrgentiſſimum argumentum, scilicet, quia si quis dicat, Contraho tecum, si adulteraueris, & foemina respōdeat obſistendo huic conditioni, dicens, Et ego contraho tecum, sed tamen hanc conditionem non accepto, in hoc casu ipsa sic conditioni contradicente alter adijciens conditionem non cōsentit matrimonio, neque sponsa libus: ergo nec matrimonium, sed neque sponsalia de futuro tunc cōtrahuntur. Respondetur ergo ad quæstionē primam, q̄ stādo in foro exteriori in hoc casu altero contradicente conditioni non infirmatur cōtractus, sed erit tunc tantum desponsatio de futuro. Et ita intelligenda est opinio affirmatiua communis. Ita Syluest. verb. matrimonij. 4. q. 5. Et probatur primo: quoniam præsumitur in foro exteriori alter recessisse à conditione, quam posuit, postquam adhuc altero conditioni contradicente acceptauit contractum. Ita etiam Couarruias illo cap. 3. Addit tamen Syluester ibi, neq; etiam vitari sponsalia, si altero proferente conditionem prædictam contra substantiam matrimonij, alius proferat verba pura, & absoluta, dicens, Volo tecum contrahere. Sed hoc non potest ita bene defendi, neque placet doctoribus. Quoniam tunc adijciens illam conditionē, non videtur recessisse ab illa, dum alter ei non contradixit, sed purē respondit. Secundo probatur, quod illa sic contradicente conditioni, sponsalia inde constituantur pura: quoniam consensus cōditionalis non vitiat actum, quando alter est purus: quia ad eum vitandum requiritur etiam alterius consensus in illam conditionem, quæ est contra substantiam actus adiecta: sicut exigetur ad agendum actum validum iuxta, cap. 1. de regul. iur. Secundo dicitur, quod stādo in foro conscientiæ, vbi veritati, & non præsumptioni innititur, si quia ipsa contradixit conditioni, ille cōtractu negauit assensum, nullum in conscientia inde coniungit sponsaliorum vinculum: Sicut neque in casu, quo ille, nisi sub illa conditione voluit præbere assensum sponsalibus, si illi tacens, & purē respōdens, illam noluit admittere. Siquidem etsi illa admisisset eam vitaretur contractus. Accedit ad prædicta, q̄ etiam cōditio, cuius euentus obligationem oriri aperte impedit, ipsum contractū matrimonij vitiat. Vt si quis dixerit, Contraho tecū, si veneris ad obsequias meas. Est enim hæc cōditio cōtra substantiam actus, quæ obligationē nasci nō permittit, secundū Adrianū. 4. de mati. q. 1. Neque copulā sublecuta etiā ante cōcil. Triden. præsumptionem matrimonij hic operabatur secundū eum. Sed contra prædicta quis arguere potest, q̄ illa cōditio, Si adulteraueris, siue alter taceat siue cōtradiceat sit rejiciēda tanquam non vitians con-

Instruct. concil. 2. Pars.

tractum. Quoniam in susceptione sacrorū ordinum illa protestatio seu cōditio adiecta ab illoſ recipiente, scilicet, q̄ eos recipit sub conditione ut post liceat sibi ducere vxorē, rejicitur in ordinibus: quia in ordinibus susceptis manere debet & non matrimonio si post vxorē ducat. Imo & in professione religionis illa cōditio, quam quis profitendo adijcit dicens, Facio professionem solennem, cum conditione tamen, ut talem possessionem tanquā propriā mihi possidere liceat, videtur rejiciēda tanquam non vitians professionē: ergo etiam in matrimonio illa cōditio, Si adulteraueris, videtur fore rejiciēda tanquam non vitians contractū: quoniam prædictæ rejiciuntur, etsi sint contra statum ordinis vel religionis. Igitur quia argumentū hoc efflagitat solutionē horum casuum. Respondetur ad primū, q̄ in susceptione ordinum sacrorū rejicitur prædicta cōditio, atque ideo debet in ordinibus susceptis manere & non in matrimonio: Ita can. diaconi. 28. dist. Quod si sic initiatus saceris sine conditione, postea contrahat matrimonium, deponitur ab ordine. Nō tamen dicta cōditio est contra substantiam ordinis sacri: quia solum ex iure ecclesiæ castitas est adiecta ordini sacro: & ideo rejicitur tanquam non vitians oblationem ordinis neque clericale statum. At verò illa cōditio, Si adulteraueris, quia (ut ait papa cap. finali. de cond. appof.) contra substantiam matrimonij est, non rejicitur: quia certe vitiat matrimonium. Ad secundum autē eum casum obiectum in argumento dicitur, q̄ professio facta sub ista cōditione, ut profitens aliqua adquirat, siue retineat, ut propriā inuito prælato, irrita est: quia est contra religionis substantiam. Quia contra religionis substantiam est nō profiteri paupertatem. Vnde talis cōditio nō rejicitur tanquam non vitians professionem, quia verē eam vitiat. In hoc ergo casu vera est glossa in illo cap. finali. de cond. appof. Ita Couarruias in illo cap. 3. Qui tamen addit primo, q̄ si quis sub ista cōditione profiteatur, scilicet, q̄ sibi liceat retinere quandā domum, veluti propriā cū bonis iam adquisitis, valebit professio facta in religione militari Sancti Iacobi. Quoniam ista cōditio rejicietur tunc: quia attentā peculiari illius religionis qualitate nō repugnat istius religionis imperfecto statui respectu aliarū religionū magis perfectarū. Addit autem secundo, q̄ si quis in approbatis religionibus Mendicantiū vel alijs, vbi tria vota essentialia solēnia emittuntur profiteretur sub ea cōditione, ut sibi liceat quandā domū, ut propriā habere, professio esset valida: quia tunc ista cōditio tanquā eam non vitians rejiceretur. Quod probat ex cap. infruante, qui clerici vel vouentes. Et sic ait intel-

Ecc 2 ligen.

ligendam esse glossam capit. ingressi. de sacro A  
sanctis eccles. Sed certè ex illo capite insinuan-  
te accedente glossa, solum colligitur, q̄ tenet  
professio cum retentione vsusfructus bonorum  
antea acquisitorum. Igitur sententia Couarru-  
viæ potest tolerari in casu, in quo adiecta condi-  
tio illa in religionibus Mendicantibus non con-  
tineat, q̄ proprietatem illius domus & bonorū,  
quæ sibi proficiens referuat vult sibi etiam inui-  
to prælato retinere taliter, q̄ neque vsufruc-  
tum concessum sibi possit in vita religiosi re-  
uocare prælatus. Quoniam si hoc in conditione  
deduceretur, certè professio vitaretur. Non  
enim in hoc casu votum paupertatis integerrime  
seruaretur, vt Concil. Triden. sess. 25. cap. 2.  
de reformat. liquidò ostendit.

¶ Deniq; vltimò est notandum, q̄ conditio quã  
do est inhonesta, non tamen contraria matrimo-  
nio, si est de præsentis, vt ista, Contraho tecum,  
si habes nunc propositum furandi cyphum au-  
reum Patris tui, stante ea stat matrimonium, si  
coram curato & testibus sic contrahatur, & ea  
stante non stat. Nam hæc cōditio, quia proprie-  
non est conditio, quia de futuro non est, neque  
obligationem infert peccandi in futurum, ideo  
non reijcitur à iure. At verò conditio inhonesta  
quæ contra bona matrimonij non est reijcitur à  
iure in fauorem matrimonij tanquã non vitians  
sponsalia, aut matrimonium, vt habetur capite  
finali. de condit. apposit. tum in fauorem matri-  
monij, tum ne detur occasio obligandi ad pecca-  
tum in futurum. Vnde, si quis coram curato &  
testibus dixerit, Contraho tecum, si furata fue-  
ris centum aureos: quoad ecclesiam in hoc casu  
matrimonium verum conficitur: quoniam illa  
conditio reijcitur (vt prædictum est.) At si dica-  
tur, Contrahã tecum, si furata fueris decem, etiã  
non impleta conditione quoad ecclesiam pura  
sponsalia conficiuntur. Veruntamen quo ad  
Deum in omnibus casibus, quibus defuerit verus  
consensus etiam reiectis conditionibus, vali-  
dus contractus non erit. Non enim ecclesia po-  
test, sed neque intendit in matrimonio, vel spon-  
salibus supplere defectum cōsensus, quã deficit.

## C A P. XLIII.

¶ De conditione impossibili adie-  
cta matrimonio.

¶ An conditio impossibilis matrimonium tollat.  
Et quid sit conditionem impossibilem haberi  
pro non adiecta: & similiter de conditione  
turpi. Vbi assignantur tres intelligentie cap.

finalis. de condit. appositis. Et an conditiones  
hæc quæ habentur pro non adiectis, quando  
sunt impossibiles, intelligantur de impossibili-  
bus à natura, aut de impossibilibus moraliter.  
Et an in aliquibus casibus, & quot conditio  
impossibilis aut turpis in foro exteriori faciat  
matrimonium nullum. An cap. finale. de con-  
dit. apposit. intelligatur de conditionibus im-  
possibilibus à iure, vel ratione subiecti & cir-  
cunstantiarum: & de conditione necessaria.  
Et quid de illa conditione, si tecum congressus  
te virginem reperero.



V ERITVR præterea de condi-  
tione impossibili, an ipsa matrimo-  
nium tollat. Vt si dicat quis, Contra-  
ho tecum, si digito cælum attigeris.  
Videtur autem, quòd illud tollat. Primò quo-  
niam sic contrahens nullum videtur habere con-  
sensum, nisi sub illa conditione: quæ tamen im-  
pleri non potest. Tum secundò, quia qui ista ver-  
ba profert, ridens illa vel idco profert, atque  
per consequens insinuat se contrahendi inten-  
tione carere. Tum tertio, quia omnes reliqui cō-  
tractus ciuiles, sub huiusmodi conditione initi,  
quasi iure sunt irriti. Instit. de inutilibus stipul.  
§. si impossibilis. & l. impossibilis. ff. de verborū  
obligationib. quia conditio impossibilis tollit  
libertatem: ergo etiam est irritum matrimoniū  
sub conditione impossibili contractum. Sed in  
contrarium est Gregorius Nonus, capit. finali.  
de condit. appositis. dicens, impossibiles con-  
ditiones in fauorem matrimonij pro non adie-  
ctis haberi. Respondetur autem, quòd in foro  
conscientiæ apud Deum, vbi non est verus con-  
sensus de præsentis nullum coniungitur matri-  
monium, siue ibi conditio impossibilis addatur,  
siue nulla: quanuis Ecclesia in suo tribunali  
possit illud ex præsumptione pronuntiare va-  
lidum. Sicut de iure matrimonium sub condi-  
tione impossibili contractum ecclesia in suo iu-  
dicio præsumit tale, ac si nulla esset conditio ap-  
posita. Patet autem hoc ex capit. finali. de condi-  
tione apposit. Sic enim hic papa matrimonium  
præsumendum esse iubet, ac si nulla appositae  
esset conditio. Sicut etiam dum contrahitur per  
hanc formam, Contrahã tecum, si cras de cælo  
sol ceciderit, sponsalia esse præsumuntur, ac  
proinde tenentur contrahere cras.  
¶ Circa prædictam doctrinam primò indagan-  
dum nobis est, qualis fuerit intellectus illius ca-  
pituli finali. de cond. apposi. Vbi papa decernit  
conditionem impossibilem adiectam cōtractui  
matrimoniali in fauore m̄rimonij haberi p̄ nō  
adiecta.

adiecta. Nam prima fronte ista iuridica sanctio A  
difficilis intellectu esse apparet. Ac propterea  
communiter reiectus est ille intellectus, qui  
à nonnullis assignatur, scilicet, q̄ ecclesia tunc  
matrimonium esse decernat, quod sub illa condi-  
tione impossibili cōtrahitur, eo q̄ ecclesia pos-  
sit de non matrimonio matrimonium facere. Quæ  
quidem opinio digna est, vt penitus ab scholis  
explodatur. Nam licet ecclesia possit in suo fo-  
ro inhabilem reddere materiam ad matrimonium  
vt fecit inter cognatos, & licet possit in suo tri-  
bunali secundum allegata & probata hoc, aut il-  
lud pronuntiare esse matrimonium, aut nō esse  
tale: sed tamen quod re vera matrimonium fuit,  
facere, vt non sit, aut quòd matrimonium non  
fuit facere, vt sit reuera non valet. ¶ Exclusus in  
super est ille intellectus Adriani in tract. de ma-  
trimo. dubio. 7. qui sentit iuxta caput finale. de  
condit. apposit. q̄ dum apponens conditionem  
impossibilem nouit eam esse impossibilem, tunc  
talis conditio nō debet haberi pro non adiecta,  
quia præsumitur tanquam impossibile matri-  
monium reputasse: ac proinde non consensisse.  
Secus autē esse Adrianus existimat, quā talem cō-  
ditionem possibilem esse censebat, quā tunc vo-  
luisse contrahere videtur. Quam interpretatio-  
nem merito respuit Sotus in. 4. sent. dist. 29. q. 2.  
art. 2. Quoniam distinctio hæc textui Gregorij  
non consonat. Quoniã illic simili tenore decer-  
nitur cōditionē impossibilem, vel turpem haberi  
pro nō adiectis. Turpis autem etiã si sciatur esse  
turpis, habetur pro non adiecta: ergo etiam con-  
trahentes sub cōditione quæ scitur esse impossi-  
bilis. Imo si æstimata fuisset possibilis, non inde  
arguitur absolutū habuisse consensum: sed pen-  
dentem ex illa conditione, quam purabatur possi-  
bilem: & tamen papa iubet haberi pro non adie-  
cta. ¶ Illud præterea interpretamentū, quod lo-  
co citato prædictis duobus exclusis adhibet So-  
tus vbi supra, non omnino satisfacit. Vbi cōcludit,  
q̄ sensus pontificis de conditione impossibili  
habenda pro non adiecta, non est, q̄ eo ipso iu-  
dicandum sit verū esse matrimonium, aut spon-  
salia, sed intentio eius fuit nudare contractum ea  
cōditione: vt si vel ex ipsa, vel aliunde præsumā-  
tur habuisse verū cōsensum matrimonium habeat  
tur pro rato & illa conditio neutrū obliget con-  
trahentiū. Hoc inquit sonat, habeatur pro nō ad-  
iecta, vt de matrimonio, & de sponsalibus iudi-  
cetur. Quæ sensum putat esse clarissimū contra  
Doctores fingentes alia mysteria. Verū neque  
hæc glossa satis textui arridet, neque menti pon-  
tificis. Quoniã in hoc capite finali. pari ratione  
in fauore matrimonij vtraque conditio, tam im-  
possibilis, quã turpis habetur pro nō adiecta, &  
tñ de cōditione turpi cap. 1. de condit. apposi. ac  
Instruct. consci. 2. Pars.

cedente glossa, dicitur, q̄ frangatur talis condi-  
tio, & de sponsatio irrefragabiliter teneatur: ergo  
de sponsatio facta sub cōditione turpi adiecta. cō-  
ditione irrefragabiliter est tenenda. Ergo pari ra-  
tione de sponsatio sub cōditione impossibili ea ad-  
iecta irrefragabiliter est tenenda. Ergo si irrefra-  
gabiliter est tenenda: pro tali desponsatione, sci-  
licet, q̄ fuerit valida in foro ecclesiæ est iudican-  
dū irrefragabiliter: nisi ista præsumptio ecclesie  
per alias clariores probationes elidatur. Quod  
tñ est cōtra Sotum, & dicentē, q̄ nō eo ipso in foro  
exteriori sit iudicandū fuisse sponsalia, neque se  
voluisse cōtrahentes sic obligare. Et patet cōtra  
ipsum. Tum, quia mens pōtificis ibi fuit in fauore  
matrimonij in dubijs his casibus in foro eccle-  
siæ tollere perplexitatem iudicū, qui de talibus  
casibus deberēt iudicare: ergo voluit, vt pro ma-  
trimonio, & desponsatione tali proferrent iudi-  
ciū. Alioquin in his dubijs casibus, dū omnibus  
perpētis alijs circumstantijs dubiū maneret, eccle-  
sia perplexitati iudicum nō sufficienter occur-  
risset. Igitur hac etiã apparenti intelligentia Soti  
apparēter impugnata, tres aliæ eiusdē capituli si-  
nalis mēti meæ occurrūt intelligentiæ, ex quibus  
lector eliget quã maluerit. Prima ergo intelligen-  
tia est, q̄ ideo ecclesia in hoc casu concipit hanc  
præsumptionē, scilicet, q̄ tale matrimonium sub  
cōditione impossibili initū sit validū, quia natu-  
ra viri ad cōiunctionē matrimonialē valde prona  
est. Nā (vt ait D. Thom. in additionib. ad 3. eius  
partē & habetur. q. 41.) ideo matrimonium est de  
iure naturali, quia est ex inclinatione naturæ,  
quia natura hominis inclinatur ad generandū sibi  
simile in statu perfecto virtutis, quod sine vin-  
culo perpetuo matrimonij equienter non fit.  
Igitur, quia matrimonium quid appetibile est, &  
ex inclinatione naturæ mediante libero arbitrio  
ortū habes: ideo nō incōcinnē papa hæc præsum-  
ptionē in tali matrimonio, etiã sub cōditione im-  
possibili inito fundauit. Nā facile est præsumen-  
dū id volitū esse ad quod natura inclinatur, etiã in  
dubio potius, quã oppositū, dum oppositū non  
probatur. Et hæc intelligentia proba est, quā funda-  
tur in doctrina D. Thomæ. Secūda autē intelli-  
gētia sit, scilicet, q̄ papa ideo merito præsumit  
matrimonium validū cōtrahi in hoc casu, quā qui  
adiicit conditionē, quã nouit esse impossibilem,  
videtur illā cōditionē noluisse per alterū imple-  
ri. Nam secundum Aristotelem voluntas abso-  
luta non est impossibilem, quæ talia sciuntur  
esse. Vnde videtur non sub illa conditione con-  
sensisse, sed purum cōsensum præstitisse. Vnde  
non absque ratione & fundamento id ecclesia  
præsumit. Tertia autē intelligentia est, q̄ ec-  
clesia id rationabiliter præsumit, quia omnis fi-  
delis cōtrahēs, & maximè sciēs statutū ecclesiæ  
Ecc 3 iuxta

iuxta intentionem ecclesie, creditur velle contrahere. Sicut dum suscipit reliqua sacramenta iuxta intentionem ecclesie videtur illa velle suscipere. Cum autem intentio ecclesie sit (vt patet in predicto capite finali) qd talis conditio impossibilis rejiciatur, & purus fuisse consensus in matrimonium iudicetur, merito presumitur implicitè saltem consensus parum voluisse prestare, dum oppositum non probatur. At intelligentie hæ tres verisimiliores sunt, potiusquã illa Paludis in. 4. dist. 29. q. 2. art. 5. conclus. 5. Qui asserit intelligentiam illius textus hanc esse, scilicet, qd tale matrimonium sub conditione impossibili contractum in conscientia non tenet, quia videtur deficere consensus: tñ qui sic contraxit tenetur ex precepto, ad purè contrahendum. Quia hoc non placet Couarruias quia in illo cap. finali nihil precipitur de iterum purè contrahendo matrimonium, neque placet Soto. Præterea secundo circa prædictam doctrinam inquiri merito potest, an conditiones hæ impossibiles, quas ecclesia in dicto cap. fin. rejicit, & pro adiectis haberi non vult, intelligantur esse solè conditiones illæ, quæ à natura impossibiles sunt, aut etiã textus ille sub conditionibus impossibilibus comprehendat conditiones, quæ à iure impossibiles sunt, aut etiam eas, quæ moraliter censentur impossibiles esse. Exè plurimè primarum est. Vt si dixerit aliquis, Contraho tecum, si cælum digito tetigeris, aut si heri non fuit ortus sol. Exèplum autè secundarum, id est, impossibilitatè à iure sit, vt verbi gratia, si quis contrahens sic dicat, Contraho tecum, si intra consanguineos possit contrahi, quæ in dubio ad ius præsens refertur, ac propterea de iure est impossibilis. Exèplum autè conditionum impossibilitatè moraliter est. Vt si quis cum foemina paupere, quam scit quasi nihil habere, aut moraliter aliunde habere posse dicat, Contraho tecum, si triginta mille aureos in dotem attuleris. Igitur ad quæstionem dicendum videtur eum Couarruias in epito. 2. parte, cap. 3. q. cap. illud finale. de condit. apposit. intelligendum venit, etiã de conditionibus primigenis, scilicet, impossibilibus à natura. Vt si quis contrahens nunc etiã coram curato & testibus dixerit, Contraho tecum, si cælum digito tetigeris, contra Sotum vbi supra. Vbi affirmat Papam in illo capite finali, non subiecisse exèplum de his à natura impossibilibus conditionibus, scilicet, si cælum digito tetigeris, aut de alijs huius generis, sed doctores ex legibus iuris ciuilibus, & ex alijs ea exèpla attulisse. Quia certè contra ipsum Sotum est, qd cum illic Papa indistinctè loquatur de conditionibus impossibilibus, eas certè non excludit, sed potius comprehendit. Nam secundum Axioma iuristarum, quibus ius non distinguit, neq; nos distinguere debemus. Tum etiã, quoniam fundamenta illa tria præsumptiois

A. ecclesie, & in his conditionibus impossibilibus à natura locum habent. Sed notandum est cum Syluester. verb. matrimonium. 3. q. 8. qd cum duplices sint conditiones impossibiles, quædam ex sua natura impossibiles, vt sunt supradictæ, scilicet, si cælum digito tetigeris, quæ excludunt à contractu: & aliæ sint impossibiles non ex natura sua, sed ex aliquo accidenti, hæ quidem secunda quia ex sua natura possibiles sunt non excluduntur à contractu. Vt si facta fuit aliqua conditio ex his impossibilis ex lapsu temporis, quod redire non potest: Vt si verbi gratia, quis sic contrahat cum foemina, Contraho tecum, si es virgo, vel si pater tuus viuit, quauis præmissa corruptio mulieris, vel morte patris eius hæ conditiones sint impossibiles, non rejiciuntur à contractu matrimonij, sed eis stantibus stat matrimonium, & non stantibus non stat: quia ex natura sua erant possibiles. Sic etiã Adria. 4. de matrim. q. 6. & Palud. in dicta dist. art. 5. conclus. 4. Idemq; ait Couarruias contingere in vltimis voluntatibus iuxta. l. ab omnibus. §. in testamento. ff. delegat. 1. & l. si Mæuia. ff. de hæredi. instit. Quæ leges hæ de impossibilibus à natura conditionibus loquuntur qualis est dicere, Contraho tecum, si tua filia viuit. Impossibilis enim hæc conditio est à natura si nunc quæ habuit filiam: quia talis filia nusquam concepta, & habita nequit viuere. Vnde infert Adrianus corollarium, qd conditio in præsens, vel in præteritum concepta, quæ neque contingit, neque potuit contingisse, tollenda est ab vltimis voluntatibus: quia hæc videtur esse conditio impossibilis à sua natura, sicut illa, Si cælum digito tetigeris. Illa vero quæ potuit contingisse, sed tñ non contingit, qualis est illa, Si es virgo, falsa censetur esse, & actum viuat. l. cum. in. 2. §. ff. de iniust. rupt. Caterum si in futurum concipiatur conditio, quæ potuit contingisse, tñ modo contingere non potest, vt si quis sic contrahat, Contraho tecum, si Petrus hinc ad annum vixerit, si talis Petrus tempore adiectæ conditionis iam obierat, talis conditio rejicitur, vt impossibilis. l. multa. §. 1. ff. de condit. & demõstr. secundum cõem. Sicq; est intelligenda opinio Paludis. Sed tamen Nauar. in sum. ca. 22. nu. 64. aliter distinguit (vt prædiximus) in hoc, quasi simili casu, scilicet, Contraho tecum, si pater postea interrogatus consenserit. Quia si tempore, quo sic contraxit mortuus erat pater eius, & filius id ignorabat statim non valet matrimonium: quia conditio possibilis de se ex accidenti morte non potuit impleri, cum iam mortuus non possit consentire, neq; dissentire, ca. si gratiose, de rescrip. Si autem cum sic pactus est sciuit patrem esse mortuum, pro non apposita habenda est, quia impossibilis est: ac per consequens matrimonium sic contractum etiam nunc coram curato & testibus censendum est valere. Ita Syluester verb. matrimonium. 4. & Rosella.

¶ Præ-

¶ Præterea, quia peculiarem difficultatem habet hæc dubitatio, scilicet, an sicut conditio impossibilis, aut turpis nullum præ se fert matrimonij contractum in foro conscientie, quando deest consensus, an ita in foro iudiciali aliquando etiã matrimonium nullum cõficiat, & quando id contingere possit. Respondetur autem, qd in quatuor casibus & quoad ecclesiam taliter contrahens sub prædicta conditione impossibili, vel turpi non videtur validum conficere matrimonium, secundum Adrianum in. 4. q. 6. de matrim. Primo quando constat consensum defecisse, quia sic contrahens expressit nolle consentire omnino, nisi adueniret conditio. Secundo, quando iudex ex coniecturis potest presumere consensum defecisse. Tertio, quando probatur, qd contrahens credebatur conditionem illam esse ex natura sua possibilem, licet reuera esset impossibilis. Quoniam etiam corrumpit actus in testamento, si testator credebatur conditionem esse possibilem. l. seruo manumisso. ff. de condit. indeb. Quarto (prout insinuat Sotus) quando conditio ipsa indicat totum illud, contrahentem, & irriorie & fictè dixisse. Quæ quidem assertio Soti ne videatur capiti finali prædicto repugnare limitanda est, ad casum, qd non solum ex impossibilitate ipsius conditionis, sed etiam ex imparitate, vel conditionis, vel status contrahentium, vel aliter apparet talem impossibilem conditionem prius irriorie, & fictè & fraudulenter fuisse appositam. ¶ Ex prædictis infertur corollarie ad mentem Couarruias, qd etiam ad instar conditionis impossibilis putatur possibilis, matrimonium contractum sub turpi conditione, quæ tamen à sic contrahente credebatur honesta, non tenet, neque potest dici purè contractum. Ita Adrianus q. 7. de matrimonio. Vt si quis sic contrahat, Contraho tecum, si mihi reddas debitum, etiam si dubites talem copulam esse licitam. Quam conditionem ipse eam apponens licitam esse credidit & non turpem, ideo non intendit in matrimonium purè consentire. Nam idem est in testamento, & in vltima voluntate.

¶ Præterea, quia secunda parti quæstionis à principio posita, vbi quærebatur, vtrum caput prædictum finale. de condit. intelligatur etiam de conditionibus impossibilibus à iure nondum parentem intercepti, satisfacere potuimus. Ideo ad eam respondentem nunc dicimus, quod certè tale caput etiam de conditionibus hic intelligitur, quia indistinctè loquitur, & quia hic habent locum eius iuris præsumptiones. Igitur si quis contrahat cum extranea sub hac conditione, vt si intra consanguineos possit contrahi matrimonium intra quartum gradum, vel si filius à patre possit sine causa ex hæredari matrimonium tenet, Instr. consci. 2. Pars.

A. reiectis his conditionibus, vt pote, quæ impossibiles sunt de iure. Et probatur: quoniam & testamentum sub his conditionibus impossibilibus de iure conditum tenet eis reiectis. l. 1. iuxta cõmunem intellectum. ff. de condit. instit. §. impossibilis. Referuntur enim prædictæ conditiones in dubio ad ius præsens, secundum quod iure impossibiles sunt. Secus autem est autore Adriano in. 4. quæst. 2. de matrim. si prædictæ conditiones referantur ad futurum. Vt si quis dicat, Contraho tecum, si aliquando licebit cum consanguinea in quarto gradu contrahere: quia tunc ista conditio cum non sit omnino impossibilis à iure, quia potest id per dispensationem ab altera parte, vel ab eam ponente obtentam licere actum purum non reddit. Quia in hoc casu non rejicitur. Quod notat Couarruias contra Syluestrum verb. matrimonium. 3. quæst. 9. non distinguendum, sed indistinctè negantem matrimonium sub conditione iure tantum impossibili contractum validum esse reiecta conditione. Immo minimè eam rejiciendam fore existimat. At ista sententia Syluestri verum habet solum, in casu, quod de facto contraheret cum consanguinea intra quartum gradum, sub ea conditione, vt si intra consanguineos in illo quarto gradu contrahi possit, quia tunc matrimonium non tenet, quoniam cum conditio illa referatur ad præsens tempus, in quo materia est illegitima matrimonium constat contrahi inuvalidum, quod perinde esset inuvalidum, etiam si illa conditio rejiceretur. Sed si sub eis conditionibus cum foemina extranea, quæ alias legitima esset materia contraheret, istæ conditiones, vt pote impossibiles de iure, & relatæ ad ius præsens rejicerentur. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, qd si quis sic contraheret cum sua consanguinea intra quartum gradum, sic dicens, Contraho tecum, si cum consanguinea intra quartum gradum contrahere licet, excommunicatio incurritur, iuxta Clem. vnicam. de consang. quia quoad ecclesiam rejicitur ista conditio, vt pote impossibilis de iure, & matrimonium manet purum, licet ratioe illegitimæ materiæ sit inuvalidum. Quod tñ intellige, scilicet, censuram in hoc casu incurri, nisi defecisset consensus coniugalis, quod in animæ iudicio, interiori notandum est autore Adria. in. 4. de matrim. ¶ Ad hæc de quæstionis propositæ tertia parte, vbi quæsitum est, an caput finale, intelligatur de conditionibus de se possibilibus, sed tñ, moraliter ratione subiecti & circumstantiarum impossibilibus, scilicet, qd pro non adiectis sint habenda, dicendum superest. Respondetur ergo per distinctionem, quæ videtur vbi supra insinuare Sotus, qd si sit sic conditio moraliter impossibilis, vt non nisi ab ignorantissimo homine possit credi possibilis, tunc talis conditio adiecta contractui matrimonij habet.

Ecc 4 tur pro



tur pro non adiecta, & matrimonium manet purum. Vt si contrahens cum muliere quis diceret ei, Contraho tecum, si per artem alchimidica hoc cuprum fuerit à te in aurum versum. Vel, si contrahens cum muliere, quam nouit pauperrimam & omni ope & spe diuitiarum destitutam dicat, Contraho tecum, si centum mille aureos in domum attuleris. Certè matrimonium sic coram curato & testibus celebratum quoad ecclesiam iudicabitur validum, quia rejicitur illa conditio, secundum illud cap. final. quod indistinctè rejicitur conditiones impossibiles, non distinguens de moralibus, vel à iure, vel à natura impossibilitatibus. Quocirca prædicta conditio reiecta matrimonium manet purum. Si autem conditio, quæ apponitur, quæ de facto moraliter est impossibilis talis sit, quæ à contrahente non imprudenter creditur possibilis, non est habenda tanquam non adiecta, imò facit contractum suspendi ex adimplerione conditionis futura, quæ si non adimpletur non obligat. Vt verbi gratia, si puella quæ pauper videtur dicat, se habere decem aut viginti millia ducatorum: & iuuenis dicat, Contraho tecum, vel contraham tecum, si tantum, id est, viginti mille aueros dederis, & non alias. Vel si puella vsa mendacio diceret, se obtinere maximum apud regem fauorem, & iuuenis ei responderet, Contraham tecum, si mihi feceris donari illustre officium, aut titulum. Tunc in hoc casu conditiones hæc licet essent illi puellæ impossibiles: tamen non sunt habendæ pro non adiectis, sed eis extantibus, id est, impletis in futurum extabit contractus, alias non: quia poterant, neque prorsus citra prudentiam, credi esse possibiles. Huic sententiæ suffragatur Covarruuias vbi supra. Vbi ait, quod licet vtraque ista conditio, scilicet, si cælum digito tetigeris, & illa altera moraliter impossibilis, sub qua sic contraheretur à iuvene cum puella paupere, Contraho tecum, si dederis mihi mille aureos, dum scitur non posse dare videantur irrisoriè adiectæ: tamen purè quo ad ecclesiam censetur esse matrimonium contractum, quia fauore matrimonij impossibiles conditiones pro non adiectis ecclesia haberi voluit.

Præterea de conditione necessaria meminisse hic nos oportet, scilicet, vtrum matrimonium contractum sub conditione necessario futura, ut, Contraho tecum, si cras sol oriatur, valeat explosa hac conditione, vel an debeat euentus expectari. Respondetur autem, quod D. Thomas in 4. dist. 29. q. 3. & Palude ibi. quæst. 2. artic. 5. concl. 3. & Syluest. verb. matrimonium. 3. q. 2. contra glo. in cap. perpetuas. de condit. apposit. & contra Ioan. Andr. & contra Anton. tenent prædictum matrimonium valere statim, quia talis

conditio non suspendit actum. I. hæres meus. ff. de condit. & demonstr. Hæc autem opinio Diui Thomæ intelligitur esse vera, etiam si dies sit in certa conditionis certè. Vt si quis dicat, Contraho tecum, si moriturus sis, contra Iasonem, & Bartol. Sed Bartolus loquitur de actione, quæ non est orta ante diem certum, licet obligatio sit orta, quia alias innouari non potest. l. 1. ff. de nou. Atque ideo Bartolus nihil videtur sentire contra D. Thomam. Igitur vera est opinio D. Thomæ. Nisi quando secundum Adrianum & Henricum conditio refertur ad tempus futurum, scilicet, si quis dicat, Contraho tecum, si & quando cras sol oriatur, vel quædo sol erit in signo Libræ. Tunc enim conditio non refellitur, sed suspenditur actus. Atque exceptio hæc non est contra mentem D. Thomæ: quia non locutus est in hoc exceptionis casu. Et sic in hoc casu habet locum glossa dicta. At vero istud censetur purè matrimonium, secundum aliquos Thomistas, Ego te duco in vxorè, si Antichristus est reprobatus, vel si ista est de fide, quod Antichristus nascetur & damnabitur, contra Covar. in epito. 2. par. cap. 3. & contra Adrian. q. 17. de mati. Et probat: quia licet istæ conditiones ex sua natura non sint necessariae absolute, sed potius istæ sint contra gentes, scilicet, si Antichristus nascetur, & Antichristus damnabitur: tamen sunt necessariae infallibilitate fidei, & sacræ scripturæ. Ad hæc quasi finem volentes imponere huic materiæ, ne quid prætermittamus, quod merito desideretur, de illa conditione, scilicet, Contraho tecum, si te congressus virginè inuenero, de qua supra diximus, quæ tanquam turpis habetur pro non adiecta, rursus in 4. sent. dist. 29. quæst. 2. art. 3. mentionè faciès Sotus nobis obliuiscere videtur, dicès, quod licet quis contraheret sponsalia per conditionem de futuro, scilicet, si te incorrupta & virginè in toro tecum concubens inuenero, etià si accederet animo non maritali, sed fornicario in consocietia non teneretur contractui sponsaliorum astare, quia conditio non fertur super turpè actum coeundi, sed super honestam virginitalis qualitatem. Verum quia ut ipse illic insinuat, hæc sua sententia est contra doctores, qui autumat istam conditionem si te virginè reperero esse turpè, atque per consequens quoad ecclesiam rejiciendam, deberet ipse Sotus aduertere, quod prædicti doctores aduertunt, scilicet, conditionem turpè censeri secundum ius, quæ implicat obligationem in futurum peccandi, quam huius incitamenti ad peccandum tollendi gratia, ius rejici iubet. Cui ergo in hoc sensu accepta hæc conditio, in quo eam explicat Sotus obligationem in sponsam velit inducere peccandi per accessum non maritalè, sed fornicariu, sequitur, quod talis conditio sit turpis atque rejicienda, præsertim post conciliu Tridentinu, vbi sponsalia per so-

per solam secretam copulam non trāseunt in matrimonium. Accedit vltimo quod istæ conditiones, licet quando sunt honestæ, & de futuro suspendant contractum, sicut & illæ si non inuenta fuerit esse cæca, aut muta, cocles, aut leprosa, vel similibus: tamen istæ conditiones ad finem matrimonij minus referentes, scilicet, si quis contrahe ret cum absente sub conditione, si est pulchra, vel morigerata, quia istæ conditiones recipiunt magis & minus, rejiciuntur ab ecclesia: præsertim in matrimonio de præsentia contracto. Neque obstat obiectio Hostiensis, scilicet, quod emptio rei corruptæ putatæ incorruptæ, ut si sic ematur serua, valet, ut patet ex l. alioqui. ff. de cōtrah. empt. Quia respondetur, quod hic interuenit error solus intellectus, vbi nulla expressa est conditio exterius. Sed nos loquimur in casu, quonon turpis conditio de futuro, sed honesta est adiecta, quam ius dicat, non esse rejiciendam.

### C A P. XLIII.

*Vtrum pater possit præcipere filio, vt matrimonium contrahat: & quid circa hoc sanxit Concil. Trid. Et an leges filias nubentes clam possint hereditate priuare, præsertim post Concilium Tridentinum, vbi sacramentum matrimonij contractum clam sine presentia parochi proprij, & duorum saltem testium pronuntiatum esse nullum.*



**V**ARITVR deinde cum D. Thoma, vtrum aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum. Respondetur autem, quod cum in matrimonio sit quasi quædam seruitus perpetua, pater præcepto non potest cogere filium ad matrimonium contrahendum, cum filius sit liberæ conditionis. Sed ad id matrimonium contrahendum potest eum inducere ex rationabili causa. Et tunc sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad præceptum patris, ut si causa illa cogat de necessitate, vel de honestate & præceptum similiter cogat, alias non. Neque obstat illud D. Pauli ad Colosens. 3. Filij obedite parētibus vestris per omnia. Quoniam verbum Apostoli non intelligitur in illis, in quibus filius est liber sui, sicut pater. Et huiusmodi est matrimonium, per quod etiam filius fit pater. Neque etiam obstat, quod Isaac præcepit Iacob, quod non acciperet vxorè de filiabus Chanaa. Quoniam Iacob alias tenebatur ad faciendum mandatū patris: tū propter malitiā illarū mulierū Chanaa: tū, quia femē Chanaan de terra pellendū erat, quia semini patriarcharū promitte-

bat. Et ideo Isaac id præcipere poterat. Neque obstat tertio, quod patres solent promittere futura matrimonia pro filiis & etiam iuramento firmat, quia ad hoc dicitur, quod non iuratur id à parētibus nisi illa conditione intellecta, si filijs placuerit, & ipsi obligantur ad eos bona fide inducendū. Neque obstat vltimo, quod pater spiritualis, scilicet, papa potest compellere præcepto ad matrimonium spirituale, scilicet, ad episcopatū accipiendū. Quia respondetur, quod concessio, quod papa præcepto possit cogere ad acceptandū episcopatū, negatur, quod pater perinde possit cogere filiū ad matrimonium: quoniam differentia est. Tum: quoniam non est aliqua seruitus corporalis in matrimonio spirituali sicut est in corporali: quoniam episcopatus est sicut quoddam spirituale matrimonium & sicut quoddam officium dispensandæ rei publicæ. 1. ad Corint. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros. Tum: quia ad episcopatus munus non sunt idonei illud ambientes: sed potius idonei sunt illi qui nolunt suscipere id onus nisi coacti. Vnde regimen ecclesiæ conseruari non posset nisi per ecclesiam cogentur.

Circa prædictam doctrinam D. Thomæ multa occurrunt animaduertenda. Primo, quod licet pro constanti habeatur, quod papa potest cogere aliquem ad acceptandū episcopatū propter rationem redditam à D. Thoma in insolutione illius quartæ argumenti: tamen id in dubiū reuocatur, scilicet, vtrum prouinciales vel generales ordinū possint præcepto compellere religiosos sibi subditos ad acceptandū episcopatū. Nihilominus tamē verisimilius dicitur, quod ad id neque prouinciales, neque generales compellere subditos religiosos possint. Tū propter verbū D. Bernardi dicētis sic: Votū meū non adaugeat prælatus. Vbi insinuat prælatū id præcipere non posse: quia esset adaugere votū subditi, quod adaugere non potest. Tum: quia subditus per professionem confugit ad monasticam vitam, tanquam ad asylum securū: ergo non potest eum expellere ab ordine per præceptum acceptandū episcopatum extra ordinem, quod est acceptare onus vt Conciliū Tridentinū ait ipsis etiam angelicis humeris formidandum. De quo testatur D. August. quod licet nihil sit felicius, sed nihil est difficilius, aut laboriosius aut periculosius. Præterea secundo perpendenda est sanctio moderna Concil. Trident. & eius explicatio. Vbi sensio. 24. ca. IX. cauetur, vt ne matrimonij libertas violetur, nulli adigantur ad matrimonium inuiti. Quo circa præcepit sancta Synodus ibi omnibus cuiuscunq; gradus: & dignitatis, & conditionis existat sub anathematis poena, quā ipso facto incurrant, ne quouis modo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant. Pro cuius

explicatione notat Corduba in additionibus ad tractatum de casibus conscientiae q. 171. q. quando pater & princeps sine iusta causa, vel fraudulenter vi, vel minis impediendo sunt mulieri, quominus nubat personae, quacum matrimonio copulari volebat: eo sine, ut cui ipsi volunt nubat, tunc dicuntur indirecte compellere ad matrimonium, quod eis & cuiuscumque Concilium Tridentinum facere prohibet sub latae excommunicationis poena. Si tamen sine fraude, & absque praedicto sine rationabiliter obstant, ne aliqua foemina nubat viro ignominioso in dedecus paternum & parentelae, vel si Rex prohiberet, ne filij illustriusimorum magnatum matrimonio coniugantur in casu, quo eorum duae amplissimae primogeniturae in vna domum coeuntes periculum regni, & reipublicae crearent: tunc nihil ipsi contra Concilium Tridentinum molirentur. Quoniam hoc non est compellere eos, ut nubant contra voluntatem suam, quibus nolunt: sed est eos arcere a nuptiis contrahendis cum his, quibuscumque irrationabiliter contrahere volunt. Unde cessat hic malicia & compulsio de qua meminit Concilium. Sicut non tollitur libertas electionis, vel matrimonij, quando electores prohibent eligere personas indignas ad regimen, vel quando contractum matrimonium interdicitur ducere in uxores consanguineas. Ex quo sequitur, quod quando filiae patris repressae sunt a parentibus, ne cum indigno viro contrahant, cui parabant nubere & postea intelligentes voluntatem parentum, neque sibi expedire tales nuptias gaudent nubere his, quibus patres eas nubere volunt, iam valet matrimonium. Non enim dicitur tunc fieri ex vi. Sequitur igitur ex praedictis corollarie, quod patribus inconsultis, & contra voluntatem non requisitam parentum, si filij vel filiae nuptias contrahant & si non attingant 25 annos nisi excusentur iusta causa ad hoc faciendum peccant graviter, & aliquando mortaliter, secundum Cordubam. Tum, quia tenentur filij obedire parentibus in gubernatione domus, & statum personarum & vitae, & in his, quae si contra consilium parentum frant merito graviter parentes contristantur. Tum, quia incumbit parentibus locare matrimonio filias: iuxta illud Ecclesiastic. 7. Da filiam tuam prudenti. Et ut insinuat D. Paulus. 1. ad Corint. 7. Vbi ait, quod qui virginem suam, scilicet, filiam locat matrimonio, bene facit. Neque haec assertio Cordubae est contra doctrinam D. Thomae. Si autem causa subesset nubendi inconsultis parentibus, scilicet, quia transiit tempus, neque patres curant de matrimonio, filiarum: vel quia fauent magis alijs filijs: vel ex cupiditate negligunt: vel nolunt eas locare matrimonio, quibus ipsae rationabiliter volunt, & eas decet, vel si cogunt eas nubere cum merito si-

bi ex ovis viris, vel nubere eis: quibus non expedit, neque earum conscientijs, vel quieti congruit: quia impetu osus est maritus ille atrocisq; conditionis, vel deformis, vel infirmus vel claudus, vel lufibus vel scortationibus deditus, tum excusaretur filiae huiusmodi a culpa, si inconsultis parentibus, & citra eorum licentiam nubere. Sequitur etiam ex praedictis secundo corollarie, quod patres & principes minis, vel metu cogere non possunt foeminam ad nubendum tali viro: alias matrimonium ex tali metu si caderet in virum constantem in validum esset. Sed bene possunt patres, & principes filios, & subditos auertere etiam aliqui vi ne contrahant matrimonium cum personis, ex quibus dedecus paratur parentibus, & periculum reipublicae: nisi, ut praedictum est, id faciat in fraude, ut filij & subditi nuptias contrahant cum his personis, quas exhorrent & respuunt. Porro iam illa quaestio tam controuersa inter doctores hic suum vendicat locum ubi quaeritur, utrum leges civiles tam iuris communis, quam iuris specialis Hispaniae decernentes filias clae praeter parentum voluntatem nubentes hereditatis iure posse a parentibus spoliari, sint iustae & obligantes in foro conscientiae, vel exteriori. Qualis est lex Hispanica. 49. inter Taurinas, vbi si filia clam, praeter parentum voluntatem nuperit facultas sit eis eam hereditatis iure spoliare: & etiam illa lex magis moderna Vallisoleti adiecta, vbi stabilitur, quod quavis filia viginti quinque annorum aetatem excesserit eidem subdatur legi. Videtur autem, quod leges haec poenam indicere non possint, quia cap. Auth. tuam, de ordin. cognit. videtur haec facultas indicendi leges poenales, ut pote tollentes libertatem matrimonij, principibus adimi. Secundo: quia ius canonicum liberam potestatem tribuit filijs matrimonia contrahendi: ergo principis seculares leges poenales ab hac libertate contrahendi arcetes ferre non poterunt. Tertio: quia decretum Concilij Tridentini sententiam excommunicationis fulminat contra principes quoscumque cogentes quominus libere subditi matrimonia contrahant: ergo neque etiam per statuta poenalia ad id possunt cogere filios. Nam quod vna via prohibetur & alia via, scilicet, via legis iure hereditatis spoliatis videtur etiam prohiberi, scilicet, ne sic cogant subditos, quominus libere contrahant per talem legem eis libertatem tollentes. Sed in contrarium est, quod ecclesia matrimonia clandestina per suas leges punit: ergo princeps secularis poterit ad observantiam huius legis canonicae adijcere poenas statuendo, quod filij, qui clandestina matrimonia sine consensu parentum contraxerint possint hereditate eis debita priuari.

¶ Igitur

¶ Igitur responsurus ad quaestionem, dico primo, quod varietas & dissidium doctorum circa eam ostendunt eius difficultatem magnam. Nam in primis Couarruias varium & perplexum se in hac quaestione ostendit in epitome. Si quidem in ca. 2. part. 6. 8. defendit opinionem communem, scilicet, quod tales leges civiles sunt irritae & annullatae per ius canonicum, quatenus poenam inferunt tollentem matrimonij libertatem. Quam quidem opinionem communem ait esse Holtiensis, Abbatis & aliorum ca. 1. de despons. impuber. & Ioan. Lupi, Alexandr. Decij Ferrar. Roderici Xuarez. l. 2. tit. de matrim. libr. 3. fori. Quam etiam opinionem communem ait Corduba loco supra citato, multos doctores tam theologos, quam iuristas, tam antiquos, quam modernos tenuisse. Inter quos connumerat Victoriam in suis scriptis de sacram. Sylvestrum verbo, lex. q. 15. & Magistrum Vera Cruz in suo Speculo coniugiorum part. 3. art. 1. Sed tamen Couarruias, qui loco citato tenet cum ista communi, quam ait procedere etiam si filia sic clam inconsulto parente, nubat turpi & indigno ante aetatis 25. annum rursus in eodem epitome infra cap. 6. de impedimentis matrimonij, defendit contrariam opinionem. Cui accedit Sotus. in. 4. sent. dist. 29. q. 1. artic. 1. cui etiam suffragatur Cordub. in illa. q. 171. Higitur omnes defendunt illam legem. 49. Taurinam, vbi regina Ioanna tribuit facultatem parentibus exharedandi filiam clam nubentem, ac testibus poenam amissionis omnium bonorum imponit, cum exilio a regno sub poena mortis minime violando. Secundo respondentem directe ad quaestionem dicimus, quod certe ante Concilium Tridentinum filiae nubentes clam & sine consensu parentum iuste poterant plecti praedictis poenalibus legibus hispanicis etiam, neque enim leges haec, quibus ideo iure hereditatis paterna poterant a parentibus spoliari iniuste erant, aut irritae per ius canonicum. Haec assertio est verisimilior, licet sit contra communem, est Soti loco citato & Cordubae, vbi supra, & Couarruias in epitome loco allegato. Haec igitur opinio, quae si secundum Sotum potius vi rationum, quam multitudinem eius assertorum libretur, verior est, probatur. Primo, quia nullibi expresse reperitur, quod iura canonica principibus huiusmodi leges poenales ferre interdicerent: Tum etiam patet secundo quia licet matrimonium sit sacramentum, est tamen alias contractus civilis, vnde nihil vetat ut quatenus sacramentum ad forum ecclesiasticum spectet, & in quantum civilis contractus, civili etiam legi aliquatenus subdatur, ut licet principes non valeant quae sunt de matrimonij substantia mutare, valeant tamen contrahentes multare, vbi in bonum publicum contrahen-

do deliquerint. Haec rationes sunt Soti quibus tertio addit, quod etiam delictum vsurae, & periurij pertinet ad forum ecclesiasticum: & nihilominus principes saeculares per suas leges aduersus periuros & vsurarios quatenus reipublicae noxamentum afferunt leges poenales iuste decernunt, sicut etiam aduersus incestas nuptias viuentibus vxoribus contrahentes, aut cum infidelibus, aut Iudaeis matrimonia coniungentes. Ergo cum delictum sit inconsultis parentibus matrimonium sine urgente causa attentare id delicti puniendi facultatem iura canonica principibus secularibus non adimunt. Probat etiam quarto ex ratione Couarruias: Quia inferior quavis legem superioris tollere non possit, addere tamen poenas legi superioris optime potest, iuxta glossam, quam dicit singularem Felin. in cap. 1. de despons. si cut princeps secularis adijcit poenas per suas leges aduersus sacrilegia perpetrantes. Item probat eam Couarruias: Quia lex principis saecularis in quacunque re disponat, etiam si mentionem clericorum faciat, si iusta sit & honesta, neque contraria sacris canonibus seruari debet, quia ab ipsis Romanis pontificibus tacite videtur recepta ca. 1. de nou. oper. nunciat. & cap. 1. de iuram. calumniae, & cap. inquisitionis de haeretico. in. 6. & secundum Fortunat. in tract. de ultimo sine illat. 14. Ergo postquam lex illa Taurina. 49. & alia similis est iusta & honesta, & non contraria iuri canonico, tacite a papa videtur recepta. Tum etiam ultimo probat: Quia si essent aliqua iura canonica prohibentia principibus secularibus de rebus pertinentibus ad ius ecclesiasticum disponere, secundum dispositionem aequitatis naturalis sunt interpretanda, scilicet, quando tales dispositiones principum saecularium canonicis dispositionibus contrariatae, non vero quando eas nouis adiectis poenis coadiuant.

¶ Ex praedicta assertione sequuntur aliqua corollaria. Primo, quod secundum Sotum, quia poena istius legis Taurinae grauisima poena est, & (ut fateatur etiam Couar. 2. parte epitome c. 6. per quam filiae ab optatis nuptijs & optatis maritis suscipiendis impediuntur, vnde aliquo modo aduersatur canonico iuri, libera fore matrimonia decernenti: ideo ante Concilium, si vsu vigeat, non debebat toto rigore executioni mandari & non contra masculos filios, sed circa filias, quae non tanta prudentia vident. Sed neque exequenda erat haec poena aduersus filiam, quae iniuria parentum oppressa erat, quam ne dotarent, vel alia causa tradere nuptijs recusabant: praesertim si nupsisset aequali. Igitur rigor iste legis ante Concilium Tridentinum neque in filiabus parentum inferioris sortis ita obseruandus erat, ut in illustrium filiabus, quia neque tantum detrimenti vulgares per haec matrimonia in sua fami-

familia capiunt. ¶ Secundum corollarium, per A quod satisfit plenius quæstioni, sit quod nunc post Concilium Tridentinum lex illa Taurina. 49. & alia similes, vigorem obligandi videntur amississe. Nam licet ante Concilium, ubi vsu vige- bant, cum supra dictis contemperamentis Soti poterant obligare, & executioni mandari, sed iam post promulgationem Concilij hæc leges non ha- bent locum, neque ratio vlla exigit, vt modo pro- cedere debeat earum executio. Hæc assertio est Cordubæ in illa q. 171. & Albornozij, in sua arte de contract. lib. 4. tit. 8. folio. 160. Quam & pro- bat: quia leges hæc loquuntur de matrimonio clâ destino: at matrimonium proprie clandestinum, de quo intelligenda est lex Taurina, quippe quæ est pœnalis: non est secundum Sotum illud, quod coram persona publica, id est, coram curato & te- stibus celebratur: igitur post Concilium Trid. nullum matrimonium clandestinum est verum, & validum, loquendo de proprio matrimonio clan- destino. Quod si iam tale matrimonium clande- stinum, id est, sine curato & testibus non est vali- dum: ergo nulla ratio subest, vt lege Taurina, aut alia simili filia illud cōtrahens puniatur: quia iam cum nullum sit id matrimonium, ex eo par- tes in sua familia parum detrimenti capiunt. Nā licet posset aliquis respondere, quod satis sit & fuerit, vt à filia fuerit intentatum, licet non vali- de, vt pœna legis possit mulctari, sicut quæ bis nubit viuenti primo viro, sed nihilominus diuer- sa est ratio. Quia bis sic nubendo iniuria irroga- tur sacramento, quam vult vlcisci ecclesia: at in- ualide contrahens filia clam sine præsentia cura- ti, & testium non magnum detrimentum infert familiæ paternæ, & patri, quod lex cauere inten- debat. Igitur concludendum est cum Corduba, & Albornozio, quod post Concilium Tridenti- num filia non possunt iure hæreditatis paternæ aut maternæ priuari, eo quod clam nubant incō- sulto patre, licet antea esset in dubio, vel opinio- ne, quod poterant. Cæterum vt bene ait Couar- ruuias) neque ante Concilium prædicta iura puni- entia matrimonia clandestina, quoad pœnas locum habebant in contrahentibus sponsalia de futuro clandestina. Ita glossa communiter rece- pta in clem. vnic. de consang. & affin. verbo con- trahere.

¶ Iam nunc ad argumenta in contra responden- tes dicimus ad. r. cum Soto, quod ille textus, au- ten. tuam, de ordine. cogn. inepte allegatur. Quia illic solam decernitur causam matrimonia- lem, atque adeo liberorū legitimationes ad exa- men ecclesiasticum pertinere, cui incumbit iudi- care, an matrimoniū fuerit validū. Vnde nō licet inferre, principes nō posse de successione hære- ditaria propter crimen amittenda leges ferre.

¶ Ad secundū respondendo conceditur, quod nō solum ius canonicum tribuit filiis liberam facul- tatem contrahendi matrimonium, sed etiam tale ius in iure diuino, & naturali habet fundamētū. Non tamen hinc licet inferre, quod principibus adempta sit facultas pœnas decernēdi aduersum illud, licet valide, cum delicto tamen contrahen- tes. Sicut etiam ecclesia matrimonia cum delicto contracta salua contrahentium libertate, vt vali- de possint contrahere, dum materia non est ille- gitima, punire est solita.

¶ Ad tertium respondetur, quod (vt supradictū est) post Concilium Tridentinū prædictæ leges ci- uiles pœnales non procedunt. Sed & quia decre- tum Concilij Tridentini excommunicationis sen- tentiam decernentis contra principes, & quoscū- que directe, vel indirecte impediētes ne matri- monia libere contrahantur, quatenus sit intelli- gendum supra explicuimus, non est cur iterum in id explicando hic immoremur.

## C A P. XLV.

### ¶ De obiecto consensus, & de bo- nis matrimonij.

C ¶ *Virum consensus faciens matrimonium sit in carnalem copulam: Et an talis consensus possit esse in aliquam ob causam inhonestam. Vtrum bona excusantia matrimonium sufficiēter assignentur: & quod sit principalis. Et an actus matrimonialis possit excusari sine prædictis bonis. Et an solam delectationem querere in illo sit peccatum, vel ibi solā inten- dere vitiationem fornicationis. Et de abusibus contingentibus in actu matrimoniali. Et an sit abusus accedere ad uxorem gratia sani- tatis.*



V A R I T V R deinde cum. S. Thoma, Vtrum consensus, qui facit matrimonium sit consensus in carna- lem copulam. Respondetur autem quod consensus, qui matrimonium facit, est consensus in matrimonium, quia obiectum voluntatis est ipsum volitum. Vnde sicut carnalis copula se habet ad matrimonium: Ita cō- sensus, qui matrimonium causat, est in carnalem copulam. Matrimonium autē (vt prædictū est) non est essentialiter ipsa coniunctio carnalis, sed quædā associatio viri & uxoris in ordine ad carnalem copulam, & alia, quæ ex consequenti ad uxorem & virum pertinent, secundum quod da- tur

tur eis potestas inuicem, respectu carnalis copu- læ. Et hæc associatio coniugalis copula dicitur. Vnde patet, quod bene dixerunt illi, qui dixe- runt, quod consentire in matrimonium, est con- sentire in carnalem copulam implicite, non ex- plicite. Nam copula carnalis continetur sicut ef- fectus in causa implicite in potestate, quæ tra- ditur in matrimonio corporum in ordine ad co- pulam, sicut vsus rei est in potestate concessa vtendi illare, sicut effectus in causa. Neque ob- stat quod D. Hieronymus ait, scilicet, quod vo- uentibus virginitatem non solum nubere, sed & velle nubere damnabile est, scilicet, propter carnalem copulam. Quoniam id idcirco ait D. Hieronymus, quia per talem consensum datur potestas ad id, quod non licet vouenti virginita- tem, scilicet, ad copulam carnalem, quæ implici- tē in illa potestate continetur.

¶ Quibus adde, quod si mulier diceret viro, Con- sentio in te, ita vt non cognoscas me, ista condi- tio explicita non solum actui, sed potestati con- trariatur copulæ carnalis. Et ideo conditio hæc contraria est matrimonio. Alias si nulla appona- tur conditio, sed simpliciter quis consentiat in matrimonium, non subinde explicitē consentit in copulam, neque hoc contrariatur matrimo- nio, sed neque virginitati. Nam beata Virgo Ma- ria consentiens in matrimonium cum Ioseph, & beatus Ioannes euangelista post consensum nu- ptialem, fuerunt virgines mente & carne.

¶ Queritur deinde, Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam. Respondetur autem cum D. Thoma, quod causa ad quam ordinatur ma- trimonium potest accipi dupliciter, scilicet, per se & per accidens. Per se autem causa matrimo- nij est, ad quam matrimonium est de se ordina- tum: & hæc semper bona est, scilicet, procreatio prolis, & vitatio fornicationis. Sed per accidens causa finalis ipsius est hoc, quod contrahentes intendunt ex matrimonio, & quia hoc quod ex matrimonio intenditur consequitur ad matri- monium, & priora non variantur ex posteriori- bus, sed ex conuerso, ideo ex illa causa non reci- pit matrimonium bonitatem, vel malitiam, sed ipsi contrahentes, quorum est finis per se, & quia causæ per accidens sunt infinitæ: Ideo infi- nitæ tales causæ possunt esse in matrimonio: qua- rum quædam sunt honestæ & quædam inhonestæ. Concluditur ergo, quod licet matrimonij finis per se & principalis sit vnus, sed potest habe- re plures secundarios & de per se, & infinitos per accidens, etiam inhonestos. Nam & si ipsa coniū- ctio matrimonialis pro vt accipitur pro ipsa rela- tione, quæ est matrimonium semper sit à Deo, & bona sit à quacunque fiat causa: tamen vt con-

A iunctio prædicta accipitur pro actu eorum, qui coniunguntur, sic quandoque est mala: & quan- do est mala non est adeo simpliciter, sed inquan- tum habet aliquid de bono. Sed neque intentio causæ finalis inhonestæ, quæ per accidens se ha- bet ad matrimoniū, vitiat ipsum. Quoniam sicut in reliquis sacramentis satis est seruare intentio- nem, qua intendit sacramentum tradere ecclesia, ita & in matrimonio, licet alij adiungantur fines mali de per accidens ex parte suscipiētis. Quæ admodum verus est baptismus vbi intenditur sanitas mentis, quam intendit ecclesia, licet post hoc illum suscipiens alios intendat sinistros fi- nes: ita & validum est matrimonium, quod ordi- natur ad suum finē principalem de per se, quod etiam intendit ecclesia. Imo sicut satis est velle suscipere baptismum in ratione baptismi: ita etiā satis est vt contrahens intendat matrimonium in ratione matrimonij contrahere. Nam tunc, li- cet non ordinet illud ad fines alios, quos etiam ecclesia intendit, nihilominus verum matrimo- nium contrahit, si quidem turpis alius finis, si adijciatur non cadit super coniunctionem Chri- sti, & ecclesiæ per sacramentum matrimonij si- gnificatam, sed tenebit se ex parte operationis vnitorum in matrimonio.

C ¶ Circa quæstionem. 49. ex additio- nibus ad. 3. partem D. Tho- mæ de bonis ma- trimonij.

Q Væritur primo, cum D. Thoma, Vtrum ma- trimonium debeat habere aliqua bona, quibus excusetur. Respondetur autē, quod nul- lus sapiens debet aliquam iacturam sustinere, ni- si pro aliqua recompensatione alicuius æqualis, vel melioris boni. Vnde electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensatio- nem ordinetur & honestetur. In coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accidit. Tum, quia propter vehementiam delectationis absorbetur ratio, vt non possit aliquid intelligen- re in ipsa (vt philosophus dicit) Tum etiam pro- pter tribulationem carnis, quam oportet tales su- stinere, ex sollicitudine temporalium, vt patet. 1. ad Corint. 7. Et ideo talis coniunctionis electio non potest esse ordinata, nisi per recompensatio- nem aliquorum, & ex quibus prædicta coniun- ctio honestetur. Et hæc sunt bona quæ matrimo- nium excusant & honestum reddunt. Neque ob- stat, quod ad actum nutritiæ excusandum nul- la requiruntur bona: quia ad hoc dicitur, quod est di- uersa ratio. Nam in actu comestionis nō est tam

vehe.



vehemens delectatio rationē absorbēs, sicut est in delectatione actus generatiuæ, quæ non solum corrupta fuit, sed etiam infecta per peccatū originale. Nutritiua verò, per quam non traducitur peccatum originale corrupta fuit, sed non infecta. Item, quia Deus per suam diuinam prouidentiam in actu generatiuæ delectationem maiore apponit ad excitandum ad actum, quo defectui speciei subuenitur. Tum, quia bonum speciei est bonum commune. Tum etiam quia defectum sui indiuidui magis quis sentit in seipso, quam defectum speciei, atque ideo minus sufficit ad excitandum ad conseruationem indiuidui, quam ad propagationem speciei. Idcirco ad matrimoniū, per quod propagatur species plura bona exculantia iacturamq; reuoluntaria concurrunt. Vnde bona hæc, quæ etiam matrimonium honestant sunt de ratione matrimonij, & ideo non indiget eis, quasi exterioribus quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem, quæ ei secundum se competit. Nam licet matrimonium ex hoc ipso quod est in officium, & remedium habeat rationem vtilis, & honesti: sed utrunque horum ei competit ex hoc, quod huiusmodi bona habet, quibus fit & officium, & remedium concupiscentiæ adhibens. Huiusmodi autem bona matrimonij se habent ad matrimonium, sicut circumstantiæ ad actus virtutis, ex quibus habet, quod virtutis, actus esse possit. Vnde sicut actus alicuius virtutis honestatur virtute, quasi principio elicitiuo & circumstantijs quasi formalibus principijs ipsius, sic & actus matrimonij.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ notandum est cum Soto in 4. dist. 31. q. 1. art. 1. contra Durandum, dicentem matrimonium excusari, quia actus carnalis ex genere suo indifferens est. Quod reuera quando D. Augustinus, & doctores matrimonium excusare contendunt contra hæreticos licitas esse nuptias, negantes non intelligunt solū actum generationis excusari, quatenus ad honestum vel inhonestum, nempe ad coniugalem, vel fornicarium, indifferens est. Nā tunc per hoc, quod contraheretur ad honestatem coniugij satis excusaretur: quemadmodum comedere per hoc, quod sit gratia alenda vitæ. Igitur matrimonium atque eius vfus, quæ in sua ratione non indifferencia sunt, sed bonitatem, & honestatem includunt: ideo per tria bona matrimonij excusari asseruntur, non ut indifferencia sunt: sed in hoc sensu, scilicet, quod omne opus siue indifferens, siue de se bonum si, si tamen præ sefert speciem mali, siue culpæ, siue peccatæ, siue alterius cuiuscunque detrimenti, indiget excusari, eo quod huiusmodi detrimenta non sunt absque alijs bonis, & commodis eorum iacturam reuoluntarijs eligēda. Cū

**A** ergo matrimonium, eiusque vfus plurimū tribulationum & molestiarum secum inducant, oneraque grauissima secum importent, vt ex D. Paulo. 1. ad Corint. 7. colligitur: hinc satis demonstratur quam debeat matrimonium excusari, vt eius bonitas & honestas appareat. At vero peculiare fuit, quod matrimonium in statu naturæ integræ, & matrimonium dominiæ nostræ cum D. Iosepho, excusari non indiguerunt: eo quod in statu naturæ integræ nullæ potuissent esse molestiæ, quippe, quæ ex originali peccato pollolarunt. Tū, quia matrimonium Dominiæ nostræ cū Sancto Iosepho molestia caruit in concipiēdo, siue in pariēdo. Quod si labores aliquos virgo sanctissima, & Ioseph vir eius pertulerunt in seruādo puero Deo ab Herodis tyrannide, obsequium fuit Deo exhibitum magnis meritis referunt.

¶ Quæritur secūdo cū D. Thoma, vtrū bona matrimonij sufficienter assignentur a magistro sentent. scilicet, fides, proles, & sacramentū. Respondetur autē, quod matrimonium est in officium naturæ, & est sacramentū ecclesiæ. In quantum ergo est in officium naturæ duobus ordinatur, sicut & quilibet alius virtutis actus. Quorū vnū exigitur ex parte ipsius agentis: & hæc est intentio finis debiti, & sic ponitur bonū matrimonij proles. Aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonis in genere, ex hoc, quod cadit supra debitā materiā: & sic est fides, per quam homo ad suam accedit & nō ad aliā. Et vterius habet aliquam bonitatem, in quantum est sacramentum: & hoc signatur ipso nomine sacramenti. Non autē expresse ponitur aliud bonū matrimonij, scilicet, comunicatio operum. Quia cū hæc comunicatio ordinetur ad educationē prolis, in prole quasi in principali fine includitur. Fides autē, quod bonū matrimonij dicitur, esse, non est fides, quæ est virtus theologica: sed est fides promissionis, per quā per contractum matrimonij, talis vir tali mulieri determinatur. Pertinet autem ad hanc fidem tum sibi inuicem debitum reddere. Et hoc est principalius quippe quod sequitur ex ipsa mutua potestate corporum inuicem data. Tum etiam ad alienum torum non accedere. Vnde sub fide ponitur reddere debitum, licet sit actus iustitiæ. Item etiam opus non est ponere explicite, quod vnitas sit bonū sacramenti. Quia vel vnitas hæc intelligitur in sacramento, tanquam quid consequens in diuisionem matrimonij, & ipsum matrimonium: inde enim consequitur vnitas, id est, quod sit vna vnitas. Vel dicendū est, quod dicta vnitas, quæ est in matrimonio vnus ad vnā pertinet ad fidem, sicut & diuisio ad sacramentum. At matrimonium, licet ex hoc, quod ordinatur ad prolem vtile, sit tamē honestum est in quantum debite ordinatur per rationem. Quod si quis hic nobis obijciat, quod

non

non debeat sacramentum inter bona matrimonij poni, quia hæc bona ponuntur vt conditiones quædam matrimonij. At sacramentum non conditio matrimonij, sed ipsummet matrimonium esse videtur. Respondetur hoc sibi accipiat primum, quod sicut Magister sent. ait. 3. 1. dist. 4. sacramentum non dicitur hic matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ eiusdem rei est signum, cuius & matrimonium. Vel dicendū est, quod quauis matrimonium sit sacramentum, tamen matrimonio secundum se considerato, scilicet, quatenus est in officium naturæ, qua ratione nō est sacramentū ecclesiæ, aduenit ratio sacramenti ex institutione Christi, ex quo etiam habet honestatem. Et ideo sacramentalitas eius (vt ita dicā) ponitur inter honestatiam matrimonij. Et secūdum hoc in tertio bono matrimonij, scilicet, sacramentum non solum intelligitur inseparabilitas sed etiam omnia, quæ ad significationē eius pertinent. Adde præterea, quod fides etiam, quam hic etiam connumeramus inter tria bona honestatiam matrimonium, non accipitur hic pro aliqua virtute, sed pro quadam conditione virtutis, ex qua fides nominatur, quæ ponitur pars iustitiæ. ¶ Deinde quæritur, vtrum sacramentum sit principaliter inter bona matrimonij. Respondetur autem cum D. Thoma, quod in re aliqua aliquid dicitur principaliter esse duobus modis, scilicet, aut quia essentialius, aut quia dignius. Si quia dignius, sic sacramentū esse cōferēs gratiā dignius est in matrimonio, quam ipsum esse in officium naturæ. ¶ Si autem dicatur principaliter id, quod est essentialius, sic sacramentum matrimonij secundū diuisionem, quam importat essentialius est, quam proles & fides, secundum quod cōsiderantur in se ipsis, quia sine his in re sacramentum esse potest matrimonium, non tamē sine diuisionem. Si autem fides & proles considerentur secundum quod sunt in suis principijs, ita vt pro prole accipiat intentio prolis, & pro fide debitum seruandi fidem, sine quibus esse matrimonium non potest: quia in hoc matrimonio ex ipsa actione coniugali causantur: ita quod si aliquid contrarium huius exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit non esset verum matrimonium: & sic accipiendo fidem & prolem, proles est essentialissimum quid in matrimonio, & secundū fides, & tertio sacramentum: Sicut homini essentialius est esse naturæ, quā esse gratiæ, quauis esse gratiæ sit dignius. Item, quauis proles in intentione, vt pote finis matrimonij sit quid primum: sed secundum consecutionē est quid vltimum. Et ideo non est quid primum secundum consecutionem. Præterea proles non ponitur, vt differentia matrimonij: Sed potius sacramentum, pro vt ponitur tertium matrimonij

**A** bonum, pertinet ad matrimonium ratione suæ differentia. Et ideo ex hac parte principaliter bonum est sacramentum. Dicitur enim sacramentū ex significatione huius rei sacræ determinatæ, quam matrimonium significat. Sed neque obstat quod matrimonium, scilicet, non consummatū possit per mortem spiritualem, id est, per professionem religionis separari, vt ratione diuisionis sit principaliter bonum ipsum sacramentum. Quoniam sicut secundum D. August. vinculum matrimonij non se extendit vltra vitam, in qua contrahitur, quia in alia vita in resurrectione iuxta illud Matthæi. 22. neque nubent neque nubentur: ideo dicitur inseparabile: quia non potest in hac vita separari, nisi per mortem corporalem, aut spiritualement tantum, qualis est professio religionis solennis, dum matrimonium nondum est consummatum. Neque obstat secundū obiectio, qua obijci potest, quod inseparabilitas non semper comitatur matrimonium. Quia respondetur, quod consensus, qui effectiue conficit matrimonium & si non sit perpetuus materialiter: id est, quantum ad substantiam, quia ille actus cessat: tamen formaliter quantum ad obligationem perpetuam inseparabilitatis, quam inducit ex tali consensu matrimonium inseparabilitatem habet, & effectum perpetuum. Non per aliquem characterem, qui ibi imprimatur, quia ibi non traditur potestas ad aliquos actus spirituales, sed per potestatem, quam in se inuicem coniuges accipiunt in ordine ad actus corporales, matrimonium sit perpetuum.

¶ Quæritur deinde cum Sancto Thoma, Vtrum actus matrimonialis excusetur per bona prædicta. Respondetur autem, quod cum actus dicatur excusari dupliciter, vno modo, dum excusatur a culpa in toto, vel in parte, per ignorantiam operantis: alio modo ex parte sui, id est, quando talis actus non est malus, in genere autem moris ex eodem habet actus, quod non sit malus, & quod sit bonus: quoniam in particulari nullus datur actus indifferens, quoad bonum vel malum. Cū ergo actus matrimonij actus virtutis sit: quæ ponit illum in medio per intentionem prolis, & obseruationem fidei: & cum etiam bonitate sacramenti non solum bonus, sed etiam sanctus dicatur: quam bonitatem hic actus habet ex diuisionem coniunctionis, secundum quam significat coniunctionem Christi ad ecclesiam: patet hinc, quod prædicta bona sufficienter actum matrimonij excusant. Neque obstat, quod exercēs actum copulæ matrimonialis pro tunc in maiori bono, puta, in actu rationis læsionem pro illa breui morula patiat. Sicut neque est inconueniens, quod aliquis ad tempus a perfectiori actu puta, contemplationis cesset, vt interdū actioni vacet,

vacet, præfertim, quod per matrimonij actum non incurrit homo damnatum rationis, quantum ad habitum, sed solum quantum ad actum pro breui morula ratione boni communis, id est, speciei humanæ propagandæ. Accedit ad prædicta, quod actus matrimonialis non habet inseparabilem malitiam culpæ. Nam hanc si haberet nulla circumstantia, neque bonum super additum posset illam honestando actum separare. Sed malum tantum poenæ ei actui in hæret, id est, inobedientia concupiscentiæ ad rationem. Atque ideo ista tria bona illum excusare & honestare possunt. Item etiam aduertendum est, quod actum coniugalem illicitum non efficit delectatio, quanuis sit intentus secundum quantitatem: si tamen non excedat limites sibi à ratione præfixos ante principium suum, quanuis in prædicta delectatione ratio eos ordinare non possit.

¶ Quoniam tunc passio dicitur immoderata, non quando est intensa, sed quando limites rationis excedit. Insuper turpitudine illa, & erubescencia quæ in actu matrimonij semper est, turpitudine poenæ est solum, quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit. Vnde nullam malitiam culpæ in tali actu esse arguit.

¶ Quæritur deinde cum D. Thoma, vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij. Respondetur autem, quod bona matrimonij secundum quod sunt in actu intentione, faciunt actum matrimonij honestum, quantum ad illa duo bona matrimonij, quæ ipsius actum respiciunt. Vnde quando coniuges conueniunt causa prolis procreandæ, vel ut sibi inuicem debitum reddant, quæ ad finem pertinent, totaliter excusantur à peccato. Sed tertium bonum non pertinet ad vsum matrimonij, sed ad essentiam ipsius, ut dictum est. Vnde facit ipsum matrimonium honestum, non autem actum eius: ut per hoc actus eius absque peccato reddatur: quia causa alicuius significationis conueniunt. Et ideo duobus solis modis coniuges, absque omni peccato conueniunt, scilicet, causa procreandæ prolis, & debiti reddendi: alias semper est ibi peccatum ad minus veniale. Sicut etiam, quando natura tantum mouet ad actum matrimonij, non excusatur talis actus à peccato omnino, nisi in quantum motus naturæ ordinatur actu, vel habitu ulterius ad prolem secundum quod est bonum sacramenti, id est, quatenus proles suscepta ordinatur in Deum. Præterea est aduertendum, quod si quis intendat per actum matrimonialem vitare peccatum fornicationis in coniuge, citra peccatum id facit: quoniam hæc est quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet. Sed si intendit vitare aliquam fornicationem in se: sic est ibi aliqua superfluitas, & secundum hoc est peccatum veniale. Ne-

que ad hoc est matrimonium institutum, neque secundum indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus. Neque satis est, quod talis vitetur re sua, ut excusetur à veniali: quia tunc excusatur quis à peccato vitendo re sua, quando re sua vititur, ut debet, secundum omnes circumstantias. Vnde licet intendere sanitatis conseruationem non sit perse malum: sed tamen hæc intentio redditur mala, si ex aliquo sanitas intendatur, quod non est de se ad hoc ordinatum. Sicut si quis ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quæreret. Sic etiam est in proposito, si ex actu matrimonij, solam sanitatem corporalem quærat aliquis.

¶ Quæritur deinde cum D. Thoma, vtrum cognoscens uxorem non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem mortaliter peccet. Respondetur autem, quod cum actus matrimonialis non sit per se malus, neque etiam quærare delectationem ex illo semper est peccatum mortale. Quia secundum philosophum. 10. Ethicorum, idem est iudicium de operatione, & de eius delectatione: quoniam operationis bonæ est delectatio bona, & malæ mala. Et ideo dicendum est, quod si delectatio, quærat ultra honestatem matrimonij, ut, scilicet, aliquis in coniuge non attendat, quod coniux est, sed solum quod mulier est paratus idem facere cum ea, si non esset coniux, est peccatum mortale propter tale propositum, quod habet. Si autem delectatio quærat intra limites matrimonij, ut, scilicet, talis delectatio in alia non quæreretur, quam in coniuge, sic est veniale peccatum. Sic ergo intelligendus est D. Hieronymus, quando ait, quod voluptates, quæ de meretricum amplexibus capiuntur in uxore damnandæ sunt, quia loquitur D. Hieronymus in casu, quo vir voluptates meretricias sic in uxore quærit: quod tunc contingit, quando nihil aliud in ea attendit, quam quod in meretrice attenderet: ita ut huius gratia accederet ad illam, & si non esset sua. Cum autem intra limites matrimonij delectationem quis quærit non peccat mortaliter: quia non fruitur tunc creatura ut ultimo fine, sed vititur creatura propter se, se autem habitualiter propter Deum, quanuis non actu. Quando vero dicit Magister in litera, quod cognoscens uxorem sola libidine ab introitu ecclesiæ arctatur, non ex hoc conuincitur, quod sic cognoscere sit culpa mortalis, pro qua mereatur excommunicari. Sed dicitur propter hoc, quod talis sic se spiritualibus reddit inhabilem, propterea quod efficitur in actu illo totus caro.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ in prædictis articulis contentam notandum est ex ea colligi has conclusiones, quarum prima est, quod

quod concubitus coniugalis solius voluptatis gratia, ita ut illa sit electa & principaliter intenta, non est de se peccatum mortale, nisi aliam admisceatur mortalis circumstantia: quoniam delectatio bona est secundum philosophum, quando de bona operatione sumitur. Nam licet electio voluptatis, non sine matrimonij facta peruersio finis sit: sed non omnis peruersio finis de se est mortalis, nisi quando prorsus ad transgressionem progreditur limitum naturæ. Ut si quis citra matrimonium voluptate illa vteretur. Alias si causa voluptatis sola accedere ad uxorem mortalis causa esset: tunc steriles & senes nequirent citra culpam mortalem debitum exigere, quod concessu est absurdissimum. Secunda autem assertio, seu conclusio est, quod accedere ad coniugem generationis causa, cum delectatione ei adhaerente & placente omni caret culpa, nisi nimius excessus voluptatis procuretur. Quia non est culpæ tribuendum admittere velle delectationem adiunctam illi actui matrimoniali, quam natura sagax illi indidit, propter necessitatem conseruandi speciem. Sicut citra crimen est admittere delectationem comestionis, quam autor naturæ causa conseruandi individuum indidit sumptioni cibi. ¶ Sed neque concubitus matrimonialis absque vilo generationis proposito vsquam ab vilo antiquorum admittitur, tanquam licitus, contra Maiorem in quarto distinctione. 31. conclusio. 7. & contra Ekiem homil. 1. de matrimo. ei subscribentem. Sit igitur tertia conclusio. Huiusmodi concubitus matrimonialis voluptatis gratia exercitus, venialis est culpa. Hanc tenet Diuus Augustinus lib. primo. de nuptijs & concupiscent. cap. 4. & in Enchiridion. capit. 78. Vbi ait, quod huiusmodi concubitus sunt ex illo peccatorum genere, quorum veniam quotidie petimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra. Cui subscribit Beda primæ ad Corinth. 7. Hanc asseruit D. Gregorius loco citato. 33. quæst. 4. cano. vir cum propria. Est Diui Thomæ in præsentiarum & Altiſiodorens. & Ricardi & omnium Theologorum. Quorum omnium sententiâ hanc communem negare non abest ab aliquo nota temeritatis. Nam Diuus Paulus. 1. ad Corinth. 7. cum propter incontinentiam cauendam permittit, ut vnusquisque propriam uxorem habeat, non id concedit ad solam explendam voluptatē. Tum etiam secundo probatur contra Maiorem. Nam sicut comedere & bibere, nisi nutritionis gratia, vel alio honesto fine fiat, non caret veniali culpa, quia saltem esset actus ociosus: ita & matrimonialis coitus, nisi fiat honesto fine & non solius voluptatis gratia. Tum tertio: Quia feminis effusio nociua est corpori, nisi in finem ma-

Instruct. concilii. 2. Pars.

trimonij referatur, & non in solâ delectationem. Nam delectatio contra Maiorem secundum Philosophum. 10. Ethic. per se non est bona, nisi ratione operationis, cui annexa est. Tum quarto: Quia ut aliquis actus sit bonus & actus virtutis non satis est, quod referatur in utile, sed quod referatur in finem honestum. Nam id, quod est honestum cum honore sit dignum, præmium est virtutis. Tum quinto: Quia quod sola captatio voluptatis absque alio fine sit. Deo accepta ad vitam æternam, non est concessio dignum: ergo neque quod sola illa sit bona. Sicut neque dignum concessu est, quod liceat homini eo solo sine ducere uxorem, ut illo actu seipsum objectet.

¶ Præterea notandum est circa illam ancipitem valde quæstionem. Vtrum liceat coniugibus debitum petere ad vitandam fornicationem in se ipsis, quod pars negatiua, scilicet, quod non liceat est Sanctorum autoritatibus valde impunita: scilicet, D. Augusti. Gregorij Bedæ, & Magistris sent. & D. Thomæ in. 4. sententia distinctione. 31. quæst. artic. 2. & Bonaventuræ, & Ricardi contra Altiſiodorens. lib. 4. in materia de matrimonio. cap. 4. quæst. 2. & contra Hugonem super illud Ecclesiastes. Tempus amplexandi, & contra Scotum hos sequentem distinctio. 26. in fine quæstionis. & contra Durandum distinctione. 31. quæst. articulo quarta. & Caiet. in summa, capit. de vsum matrimonij, & contra Syluestrum verbo, debitum coniugale. §. sexto. in fine. Sotus vero in. 4. distinctio. 31. quæst. 1. articulo, tam negatiuam, quam affirmatiuam partem sagaciter tueretur. Et tandem primo ait, quod u. aritum debitum ab uxore exigere causa vitandæ fornicationis in illa, & similiter & ipsam petere à marito causa vitandi in illo, licitum est, & ab omni culpa immune, Et in hoc primo eius assertio nulla est controuersia. Est enim Diui Augustini libro de bono coniugali. capit. 7. & 10. Vbi ait, quod huius rei gratia, id est, vitandæ fornicationis causa reddere debitum licet, sed non exigere, & 33. quæst. 7. can. secundum verba, ex eodem Diuo Augustino habetur, est Beda. 1. ad Corinth. 7. & Magistri sententia. & Diui Thomæ, & omnium. Erratio est quia huiusmodi redditio pertinet ad fidem coniugij. Secundo Sotus quasi gratia conciliandi aliquo modo vtrâque opinionem cum Paludano quæstione 72. & cum Capreolo distinguit, scilicet, quod quando homo potest alia via fugiendo occasiones fornicationis in se propellere, non licet hac sola de causa ad uxorem accedere: quia tunc non tam facit causa vitandæ fornicationis, quam potius de voluptate illa, quam vltro eligit. Sed si moraliter loquendo non habet aliam viam, hæc, inquit Sotus, est licita. Quia, ut omnibus in confesso est, cum secundario in

F ff reme-

remedium concupiscentiæ institutum, sit matrimonium, licet illo uti ad hunc finem, licet non sit principalis finis. Deinde respondet Sorus ad obiectiones pro vtraque parte, & præsertim ad auctoritatem D. Augustini cap. 6. de bono coniugali. Vbi ait, quod concubitus gratia concupiscentiæ satiandæ sit venialis. Qui autem ad vitandam fornicationem congregatur cum vxore concupiscentiam satiare videtur. Et cap. 7. vbi ait, quod vltra necessitatem prolis exigere debitum venialis culpa est. Respondet, inquam, quod D. Augustinus hic intelligit culpam venialem interuenire, quando ipsa concupiscentia dominatur, ut ait cap. 10. Ira Gregor. ca. vir cum propria. ¶ Vt ergo nostram sententiam insinuemus in questione tam difficili, si forte digna sit, quæ audiatur, per quo hæc asserta ad eam ducimus respondendum. Primo, quod sententia quæ parti negatiuæ fauet, ut pote, quæ sanctorum est cõis, & Sancti Thomæ veneranda est, & acceptanda, defendenda, & explicanda: quippe quæ in materia morali, vbi respicitur id, quod regulariter & vt in plurimum contingit, verior est. Secundo dicitur, quod opinio D. Thomæ & Sanctorum moraliter est vera. Tunc, quia dum gratia tantum fornicationem vitandi in se viro cõtingit debitum petere immoderatus ardor libidinis solet interuenire. Et hoc forte in sol. ad 2. iniquat. D. Thomas dicens, quod si isto fine accedendo est libi aliqua superfluitas, id est, immoderantia libidinis, & ardoris. Tum etiam, quia regulariter sunt alia remedia. Quocirca istud non est regulariter necessarium ad vitandam fornicationem, si alia remedia acceptentur, & occasiones vitentur. Accedit etiam ad prædicta hæc ratio, quæ Sanctorum opinio & D. Thomæ non solum regulariter esse veram persuadet, sed & semper verum habere ostendit. Quia, etsi in confesso sit omnibus, quod matrimonium institutum sit in remedium concupiscentiæ ipsius contrahentis, sed tamen id est, non tanquam in finem primarium. Et hoc indicat D. Thomas in solut. illa ad 2. dicit, matrimonium ad vitandam fornicationem non fuisse institutum. Quod intellige tanquam ad finem primarium. Nam non inficiatur expresse fuisse institutum ad hoc, tanquam ad finem secundarium. Hinc igitur tale mihi videat conficere argumentum validissimum, tum in gratiam sententiæ Sanctorum, tum in debilitationem, & enervationem argumenti in contra, quod Sorus & alij vrgentissimum esse putant. Quia sic arguo. Cum quis accedit ad suam gratia solius fornicationis vitandæ non motus principaliter à generatione prolis, vel à debiti redditione: iste accessus ex parte intentionis sic accedens, non est conueniens suo primario fini, & per se primo intento à natura: ergo aliquo modo

A est innaturalis, id est, præter naturam ex intentione accedens, quæ non conformatur principaliter primario fini, neque ab eo mouetur. Quia secundum Diuum Thomam in additionibus ad eius tertiam partem, quæ est. 65. artic. 1. innaturalis esse videtur, quod non conuenit fini per se intento. Quod si talis accessus ex parte intentionis agentis quodammodo innaturalis est: ergo licitus non est, neque bonus, sed saltem venialiter malus: quia procedit ab agente moto magis principaliter ab eo quod solum secundario deberet eum mouere. Item confirmatur ex principijs Diui Thomæ in artic. citato. Vbi ait, quod habere plures vxores ideo secundario est contra legem naturæ, quia tollit secundarium finem aliquo modo, id est, pacem domus & tollit sacramentum: ergo multo magis erit innaturale iuxta mentem Diui Thomæ, saltem ex parte intentionis accedens, accedere ad vxorem gratia tantum fornicationis vitandæ. Quia iam qui sic accedit peruertit ordinem ex parte intentionis, cum non moueatur principaliter propter finem primarium gignendi prolem: sed propter secundarium. Præsertim quando vtrunque finem ex tali accessu prætereundum potest: quia neque senex est aut vxor eius sterilis.

¶ Non tamen ex hac nostra ratione potens est aliquis nos redarguere, quod eodem argumento probaremus, quod talis accessus ad vxorem causa solum vitandi, fornicationem mortalis sit ex eo, quod ex parte intentionis accedens innaturalis sit. Quia respondetur, quod est aliqua liter innaturalis propter peruersionem finis: quia non mouetur talis à principali fine, id est, à prole. Non tamen omnis peruersio finis (vt bene ait Sorus distinctione. 31. quæstione. 1. artic. 3.) est de se mortalis, nisi quando prorsus progreditur ad transgressionem limitum naturæ. Vt si quis citra matrimonium concupiscentiam libidinis cum aliena, vel aliter satiari vellet. Atque ideo electio illa, qua quis eligit per matrimonialem accessum vitare fornicationem, & si fiat absque illo fine principali fidei & prolis mouente, non ideo erit mortalis, sed satis est esse venialem. Et certe explicatio hæc postrema sententiæ Sanctorum conformior est eorum menti, & verbis. Nam huiusmodi eorum assertio, scilicet, quod nunquam coniugibus liceat, nisi procreandi gratia se se cognoscere, vel propter fidem debiti reddendi, aliter exactius explicari non potest: neque in alios sinistros sensus retorqueri debet. Quoniam neque Diuus Paulus. 1. ad Corinth. 7. dicens, quod propter fornicationem, scilicet, vitandam vnusquisque propriam vxorem habeat, sententiæ Sanctorum aduersatur. Sicut neque ille alius locus eius melius est nubere quam

quam vti, aut alius similis. Quoniam sanam patitur interpretationem, scilicet, quod liceat accedere propter fornicationem vitandam, non tamen propter hunc finem principaliter mouente, sed secundario: neque principali fine prolis præmeandæ exclusio. ¶ Ad id autem quod obijcere quis in contra potest contra istam sententiam sanctorum, scilicet, quod si vera esset nullatenus possemus excusare à culpa veniali steriles, & senes, & prægnantes, si congressus inter se coniugales haberent. Quoniam vterque primo, Respondetur possumus, quod non excludunt à sua intentione prolem, si possent eam propagare, quia eo fine si obtineri posset parati essent accedere, & de per accidens est, quod iam ratione vel infirmitatis, vel senectutis non possint generare, ipsi enim faciunt quod in se est, operantes propter secundarium finem, quando iam primarius obtineri non potest. Vnde dum bona fide id faciunt, & nimia immoderantia libidinis non interuenit, non est eis culpa veniali tribuenda. Quia vel nulla culpa venialis interuenit, vel si aliqua poterat interuenire, & de se interuenit, ab ea, ignorantia & bona fides excusat. Quocirca consilium est, inquit Sorus, de his nunquam prædicare, neque cum secularibus tractare. Nam si dicatur id eis esse licitum, tanto magis habenas licentiæ ipsi laxabunt. Sed si poenitens in sacramento explicuerit gratia fornicationis vitandæ ad coniugem accessisse, non est id scrupulose ei aggrauandum: sed monendus est, ut sicuti Christianus rei vacet vxoriæ. Neque rursus valet contra opinionem sanctorum obiectio, qualis solet obijci, scilicet, quod si vera esset, hinc probaretur, quod status matrimonialis culpis inundaret venialibus, quoniam responderetur primo, quod ea peccata non proueniunt de per se ex natura matrimonialis status, sed ex culpa hominum coniugatorum, & ex eorum immoderantia, & superfluitate. Secundo responderi potest non esse mirandum, si status coniugis huiusmodi habeat annexa venialia pericula: nam propterea D. Paulus cupiebat, ut omnes essent sicut ipse. ¶ Nunc superest adnotare circa abusus, qui contingunt in actu matrimoniali. Primo, quod præter nefandissimum flagitium, quod committitur in abusu illegitimi vasis contra naturam inter nimum hæcuios, primus ille abusus adnumeratur, quando perinde se habet vir cum vxore, ac si meretrix esset, vel aliena. Nam si talis esset perinde ad illam accederet. Circa quem abusum notat Sorus, quod talis conditionalis, scilicet, etiam si esset aliena accederet ad illam, potest accipi dupliciter. Vno modo, ut sit tantum in re, & non in affectu, & sic nullum est peccatum. Propterea, quod si aliqua meretrix adesset vir illum cognosceret, nulla afficeretur culpa. Sed si talem habeat

A affectum & actum voluntatis cognoscendi illa, si adesset, hoc crimine non caret. Secundus autem abusus matrimonij est, effusio seminis extra vas legitimum: qui quidem abusus lethale crimen est, si sit notabilis effusio. Nam si solum distillatio non tanta culpa notanda venit. Sicut etiam culpa mortali tribuenda non est, si dum vir sana intentione intra vas coire conatur, celerius, quam voluit extra vas spermatizauit. Etiam si prius id accedere posse metuerit, quia id non suæ voluntati sed festinationi naturæ assignandum est. Tertius autem abusus est quando vir intra vas vxoris seminat præpostero modo accedendo ad illam, vel resupinum in tali copula se exhibendo vxori. An vero abusus hic mortale vitium sit, in dubium reuocatur à multis. Nam sunt qui culpam mortali tribuant sic ad vxorem accedere, eo quod talem coitum generationi esse ineptum putant. Nihilominus, licet Sorus, loco citato cum Caietano in summa, verbis matrimonij, asserat intra vas vxoris legitimum congregandam nunquam contingere mortale crimen, eo quod secundum Albertum Magnum, & medicos matricem perinde atque stomachus virtutem habet attractiuam, qua semen exorbitat, perinde sic tenent non impedit generationem: tamen te veram in hac parte sicut in 1. tomo nostri Instructorij conscientiæ, sic & nunc per distinctionem respondendum duximus, scilicet, quod aliqua scemina etiam ex coniugatis, quia laxioris vasis, & frigidioris naturæ, & complexionis sunt, ideo experientia teste edocet & experta etiam sunt sic concumbendo cum suis viris etiam intra vas per superagressione earum supra viros, vel retro accessione virorum ad illas non satis attrahere se semen ad matricem, sed statim vel coitum vel magnam partem spermatem extra effundi, neque posse retineri, ut aliqua eorum in sacramentali foro scrupulo agitata confessæ sunt confessoribus huiusmodi. Ergo coniugata admittentes hoc concubitus cum periculo tali peccant quidem mortaliter. ¶ Aliqua vero coniugata sunt quæ quia strictioris sunt vasis, & calidioris complexionis sunt: iam sunt experta sic concumbendo se attrahere semen & retinere intra matricem, neque aliquid illius notabiliter extra vas earum effluere. In his ergo verum habet opinio Caietani, & Soris, scilicet, quod non est eis tribuendum culpam mortali, si tales congressus suorum virorum admittant. Adde etiam quod licet coniugibus sola amoris ostendendi inuicem causa liceat se osculari: tamen complexus inter eos inuicem venialia peccata sunt, obscæna tamen & à viris probis detestanda. Tactus autem impudicus inter coniuges, si cum periculo mollitiei fiant mortali culpa non carent. Sed tamen ab omni culpa absunt, quando sunt ad



excitandam potentiā coeundi generationis gratia. Extra hos vero casus peccata sunt venialia. Nam post prædictam quæstionem discussam, scilicet, an gratia vitandæ fornicationis principaliter, vel tantum liceat à coniuge debitum petere, vbi sanctorū sententiam & D. Thomæ summus magis amplexari, nihil est, q̄ in ea quæstione multum immoremur, quæ quæritur, vtrū vir qui gratia solius sanitatis accedit ad uxorem in culpam incidit venialem. Quia licet Sotus fateatur, q̄ dum præsentaneū esset periculū ingentis morbi, & cōstaret illud esse medium necessarium, fortasse talis accessus nulla esset culpa dignus: tū nos eū D. Thomæ & cū sanctis satius tenemus, q̄ id facti nō caret culpa veniali, quia institutio sacramenti & matrimonij nō est ad finē sanitatis relata. Vnde licet procurare sanitatem in se bonus sit finis: tamen per medium hoc, scilicet, copula uxoris nūquā est bonus: quia semper aliqua superfluitas, voluptatis ibi interuenit. Igitur, si in hoc casu talis vir excusandus est à culpa veniali, est in casu, quo accedat quidē ad uxorem principaliter quidē gratia prolis, & ex consequenti gratia sanitatis: nā sic nulla contingit peruersio finis. Sicut elemosyna, licet ex fine per se intento ordinetur ad subueniendū proximo tū non præsciendū eam ab hoc fine, quia alias nō esset elemosyna, licet eam ordinare ad obtinendum sanitatem corporalem à Deo.

### C A P. XLVI.

#### De impedimentis matrimonij.

*Utrum inconuenienter impedimenta in matrimonio assignentur: De impedimentis non dimittentibus vndecim. Et an consuetudo impediat: Et an habens antea votum simplex castitatis peccet mortaliter, si contrahat cum proposito ingrediendi religionem ante copulam. Et an iste teneatur ingredi, vel possit consummare, vel in casu, quo voverat non nubere. De schismatis impedimento, & confirmationis, & incestus cum vō sanguine uxoris. Et quid de incestu cum propria consanguinea, de impedimento raptus & uxoricidij & clandestini matrimonij.*



**M**TRVM inconuenienter in matrimonio impedimenta assignentur. Respondetur autem cum Diuo Thoma, q̄ sunt quædam, quæ sunt de essentia matrimonij, & quædam de solennitate eius, sicut in alijs sacramentis.

**A** Igitur impedimēta, quæ solū cōtrahuntur solēntati sacramenti matrimonij, nō efficiūt, quin sit verū sacramentū: & talia dicūtur impedire contrahendū, sed nō dirimūt contractū. Sicut prohibitio ecclesiæ & tēpus feriatū. Vnde versus: Ecclesiæ vetitū, nec nō tēpus feriatū. Impediūt fieri, permittūt iuncta teneri. Impedimēta autē, quæ cōtrahuntur his, quæ sunt de essentia matrimonij, faciunt, vt nō sit verū matrimonij. Et ideo dicūtur nō solū impedire cōtrahendū, sed dirimere iam cōtractū, quæ his versibus cōtinētur: Error, cōditio, votū, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas; Si sis affinis, si forte coire nequibus. Hæc sociata vetant cōnubia, facta retractāt. Ex parte autē cōtractus matrimonij ponūtur hæc impedimenta: Vis, id est, coactio, & error, propterea q̄ sunt cōtra voluntariū consensum, qui requiritur ad matrimonij validū contrahendū. At vero ex parte cōtrahentiū ponūtur hæc impedimēta, scilicet, impotentia coeundi, quæ impedit simpliciter, q̄n̄ omnino quis nō potest coire cū aliqua scemina. Et secundo cōditio seruitutis, quæ impedit à libere coeundo. Tertio impedimentum ordinis quod propterea q̄ impedit à licito coitu impedit, & dirimit matrimonij: quia sic ordinatus ex officio suscepto obligatur ad cōtinentiā. Quartum impedimentū est votum solēne: quia est traditio, qua suum corpus religiosus tradit Deo per votum castitatis. Et impedimenta hæc simpliciter, id est, respectu omniū personarū impedimēta etiā dirimentia sunt. Sunt tñ alia impedimenta non simpliciter dirimentia, sed respectu alicuius personæ, vel propter obligationē ad alterā personā. Et sic est quintū impedimentū, quod dicitur, ligamen: q̄n̄ qui vni ligatus est iam matrimonio nō potest alteri coniūgi. Præterea est & sextū impedimentū, quod dicitur disparitas cultus, quod impedit propter nimiam distantiam, quā habet vir fidelis ad mulierem infidelem. Item & septimū impedimentū est, quod dicitur cognatio, quod impedit propter nimiam propinquitatē personarū duarū, ratione tertiæ matrimonio cōiunctæ. Deinde octauū impedimentū est, quod dicitur, publicæ honestatis iustitia, quod ideo impedit, quia hic inuenitur propinquitas duarū personarū respectu tertiæ per sponsalia iunctæ. Postremo nonū impedimentū est, quod dicitur crimē adulterij, quod impedit propter indebitā coniunctionē ad adulterā primo factā, quā adulter sub titulo matrimonij, vel desponsationis cognouit, siue adulterij præcesserit, siue post fidē datam fuerit subsecutū. Sunt igitur omnia impedimenta ad vnum numerum reducenda, quæ matrimonium dirimūt impedimenta duodecim, & si quæ sunt alia ad hæc reducuntur.

¶ Accedit

¶ Accedit ad prædicta, quod obiectiones ponendas circa impedimenta numerata diluamus operæpretium esse notare, primò, quod etiā in alijs sacramentis commune est, vt impediri possint, si quid de eorum essentia, aut solennitate subtrahatur. Tamen ascribuntur particulariter matrimonio impedimenta. Primò, quia in duabus personis tanquam in subiecto sacramentum hoc cōsistit, cætera verò non nisi in vna. Quod autem ex pluribus pendet, vt bene ait Sotus, facilius impeditur. Secundo, quia matrimonium habet in nobis causam, & in Deo: sed alia quædam sacramenta solum in Deo: igitur magis impedibile est, quam alia sacramenta. Tertio: Quia de alijs sacramentis est præceptum, aut consilium, sicut de bonis perfectioribus: sed de matrimonio est indulgentia, sicut de bono minus perfecto. Et ideo vt detur occasio proficiendi in melius, plura impedimenta assignantur matrimonio, quam alijs sacramentis. Nam & si id quod perfectius est pluribus modis, impediri possit in quantum ad id, quod est perfectius, plura requiruntur: si tamen aliquod imperfectum sit, ad quod plura requiruntur, illud etiam habebit plura impedimenta: & sic est de matrimonio, vbi aliqua personæ sunt illegitimæ ad contrahendū. Neque obstat, quod matrimonium in concupiscentiæ remedium sit indultum: quoniam alia sunt remedia, quibus potest vnusquisque efficacius morbo concupiscentiæ subuenire, quā per matrimonium.

¶ Quibus adde, quod licet impedimenta de per accidens possint esse infinita, sicut & omnes causæ de per accidens impediētes: sed tamen causæ corrumpentes aliquod bonum sunt determinatæ numero, sicut etiam causæ constituentis: ac per consequens impedimenta per se dirimentia matrimonium finita numero esse possunt & sunt. Sicut etiam conditiones particulariū personarum in singulari sunt infinitæ: sed in generali possunt reduci ad certū numerū: sicut in medicina patet & in omnibus artibus operatiuis, quæ sunt particulariū, in quibus & actus considerantur & conditiones. ¶ Circa hæc doctrinam Diui Thomæ, vbi agit de impedimentis matrimonij in generali, & primo de impedimentis impediētibus & nō dirimentibus, & secundo de dirimentibus, notandū est primo, circa non dirimentia, quæ sunt ecclesiæ, vetitū & tempus feriatū, q̄ ad impediendū matrimonij nō cōtractū, scilicet, vt aliqui veniunt per ecclesiā contrahere, sufficit fama, siue alia probatione impedimenti, cap. super eo. de cōsang. Itē sufficit vnus testis ad id. cap. præterea. in. 2. de sponsal. Ita gloss. & doctores ibi dicunt id sufficere: quia hic tractatur de peccato vitando. Vnde qui scit impedimentum

Instruct. concilien. 2. Pars.

**A** matrimonij etiā ex delicto secreto ortū, si ille impeditus sic postquā est admonitus, ne contrahat nolit abstinere à cōtrahendo, tenetur denūtiare de illo, licet non possit probare. Agitur enim de peccato vitando secundū Nauar. c. sacerdotes. de pœnit. dist. 6. nu. 27. cōtra Maiorē in. 4. dist. 2 r. qui contrariū tenet in impedimento orto ex crimine occulto volētis cōtrahere. At D. Thom. in addit. ad. 3. par. q. 55. art. 10. Nauar. suffragatur, dicens, q̄ sicut accusatur homo nocens, ne toleretur, ita etiā factū de se illicitū, ne toleretur accusatur: quale factū est velle contrahere matrimonij obstante aliquo impedimento ecclesiæ. Præterea aduertendū est cum Couar. in epit. ca. 6: 2. par. q̄ testis sufficiens ad impediendū matrimonium cōtrahendū debet esse testis iuratus, qui testificetur impedimentū illud certo scire. Nam alias testis etiam cum certa scientia, si non iurat, non impedit, iuxta text. singularē & Abb. ibi, cap. 1. de cōsang. Vbi Abb. ait, maiorem fidē soli famæ exhibendam esse hac in re quam duobus testibus, vni de certa scientia non iurati, sed tantum testificantis, & alteri iuranti se audiuisset. Sufficit tamen is, qui de auditu tantum testificatur, si testificetur de consanguinitatis impedimento, iuxta formā à canonibus expressam in cap. licet ex quadam. de testib. quoniam is solus testis sufficeret ad impediendū matrimonij nondū contractum, secundū Præposit. Felin. & Abb.

¶ Accedit etiam ad prædicta, q̄ propter dictum vnus testis matrimonij præmissis sponsalibus iuratis non impeditur, iuxta text. & gloss. dict. cap. præterea. 2. de sponsal. & c. super eo. Ita Præpositus, Abbas, Henricus in dict. c. præterea. Ita etiā continetur. l. 18. tit. 9. Part. 4. cōtra Hostiensem. Tamen sola fama secundū Doctores communiter & gloss. in cap. super eo. de consang. sufficiens est impedire matrimonij, etiā præmissis sponsalibus iuratis. Verum extraximus casum, qui continetur in dicto cap. præterea. vnus testis, si est integer, & circumspēctus in testimonio valet, & sufficit ad impediendū matrimonium, cuius præcedentia sponsalia non sunt iurata. Ita communiter tenetur secundū Præposit. cap. illo præterea. & Abbatem, cap. super eo. de eo, qui cognouit consanguin. Et ratio huius est: quia fama vni testi integrè deponēti similis est: sed fama (vt constat) sufficiens est ad impediendū matrimonium: igitur & prædictus integer testis ad id sufficiens erit. At vero quanta integritate testis præditus esse debeat, citra dubiam arbitrio iudicis committendum venit. Neque obstat illud capit. præterea. quia ibi ille testis non erat integer: quoniam plurimum defectuum nota poterat ei inuri.

¶ Præterea circa impedimenta impediētia, sed

ff 3 non

non dirimentia est notandum secundo, secundum Covar. in epitome. 2. par. cap. 6. de impediment. matrim. quod valet matrimonium contractum à periuro, licet contrahere non deberet: quia secundum Imolam cap. dilecto. de præb. actus spiritualis, cuius laicus capax est, contra iuramentum factum valet. Similiter matrimonium ab excommunicato contractum valorem suum obtinet, licet excommunicatio à sacramentis percipiendis arceat, cap. significasti. de eo qui duxit in matrim. quam pollui. argumentum optimum ad hoc desumitur ex text. singulari cap. cum illorum. de sent. excom. Vbi professio facta ab excommunicato valida est.

¶ Præterea & adnumerasse hic in particulari impedimenta matrimonij illud non dirimentia operæpretium erit. Sunt igitur hæc impedimenta vndecim. Primum interdictum ecclesie, vt si episcopus inhibeat aliquibus ne contrahant. Secundum impedimentum voti simplicis. Tertium impedimentum, sunt sponsalia præcedentia cum alia. Quartum, quando quis est alteri iunctus catechismo, quia tenuit eum ante baptismum ad catechismum, cap. per catechismum. de cognat. spirit. in. 6. Impedimentum autem quintum est incestus cum consanguineis vxoris, cap. 1. de eo qui cognouit consang. & Similiter dicendum est de vxore. Sextum autem impedimentum est vxoricidium. 33. q. 2. cap. admonere. Septimum autem est raptus alienæ sponsæ, in cap. statutum. 27. quæst. 2. Octauum autem est leuatio proprii filij de fonte baptismi, vel de chrismate insidians matrimonio, vt vxorem possit priuare debito coniugij, cap. de eo. 30. quæst. 1. Nonum autem est occisio sacerdotis, de poenit. & remiss. c. presbyterum, quando presbyterica conuictus est de hoc in iudicio, secundum Panormitanum ibi, secundum vnam expositionem. Decimum autem impedimentum est crimen, propter quod quis fecit solennem poenitentiam. 33. quæst. 3. capit. de his hoc non est amplius in vsu. Vndecimum est, si quis inoniam accepit in vxorem, cap. hi vero. 27. quæst. 1. ¶ Deinde, quoniam scire refert, quale peccatum sit contra hæc impedimenta contrahere, respondetur primo, quod facere contra tria prima impedimenta, videlicet, contra prohibitionem ecclesie contrahere, cui debetur obedientia, vel contra votum, quia Deo fit promissio mortale peccatum est. Sicut etiam mortali culpæ est tribuendum, si quis contra sponsalia aliam accipiat, quia fides seruanda est. Quod intelligendum est quando desuit causa rationabilis excusans à fractione datæ fidei. Nam alias, vt ait Nauar. in summ. ca. 22. cap. 72. si quis post sponsalia contracta cum vna sic contrahat sponsalia aut matrimonium cum alia, si cum iu-

sta causa excusante id faciat, ante facultatem ei à iudice concessam, venialem culpam, grauem tamen incurrit.

¶ Porro aduertendum est cum Couarruua cap. 5. 2. parte, in epitome, quod iudicis prohibitio etiam impedit matrimonium: tamen valet contractum cap. 1. cum alijs, de matrimonio contracto contra interdictum ecclesie. Et idem est quādo fit contra prohibitionem legis, aut Papæ. Nam tunc etiam valet contractum, quando talis prohibitio habet temporalem causam, & non perpetuam prohibitionis. Ita glossa capit. cum tua. de spons. duor. Et licet dicat Decius, quod hoc sit speciale in matrimonio, quod causa prohibitionis eius per legem existente perpetua non sit validum: tamen hæc eius assertio dubia est. Fit autem separatio matrimonij tunc ad tempus in poenam, glossa cap. in tua. de spons. duor. Tamen contractus tenet, nisi contrahentes crediderint primum matrimonium, supra quo litigatur validum esse. Quia tunc esset defectus consensus in secundo.

¶ Deinde dubitare forsitan quis poterit, an consuetudo impedimentum esse possit ad impedendum matrimonium. Respondetur ergo, quod si consuetudo mixta clericorum, & laicorum prohibeat matrimonium inter aliquas personas contrahi ad vitandum scandalum, ea admittenda est, quāuis ex iure canonico personæ ad id alias sint habiles, cap. super eo. de cognat. spirit. & secundum glossam communiter receptam. c. super his. de consang. Tamen, an talis consuetudo possit matrimonium non solum impedire, sed etiam irritare inhabiles reddendo personas ad contrahendum, quæ ipso iure canonico sunt non inhabiles, magis in dubium vertitur, eo quod arbitrantur aliqui canones cum scandalo coniugia contrahi non velle tolerare. Vnde videtur eis, quod tales sic contrahentes sint separandi, quasi hac ratione matrimonium hoc ab ecclesia irritum iudicetur. Sed nihilominus dicendum puto, cum Covar. in epit. 6. part. 2. contra Dried. scilicet, quod sola consuetudo non potest ad matrimonium inhabiles efficere aliàs habiles, licet posset talis consuetudo circa solennitates in contractu matrimonij seruandas aliquid inducere modo esset consuetudo illa mixta à laicis, & clericis introducta, secundum Abb. Felin. & Præpos. Et licet hic secundum communem exigatur scientia principis: sed Couarruuias hanc principis scientiam necessariam non esse hic arbitratur: quia in consuetudine scientia principis necessaria non est, glo. in. c. in istis. §. leges. 4. dist. quā Abb. dicit esse notabilem in cap. cum ex offic. col. 4. de præscrip. Ex quo ratio opinionis communis retunditur.

¶ Præterea circa secundum impedimentum, quod est votum simplex castitatis, queritur, an qui vouit simpli-

simpliciter castitatē, si postea contrahat cum intentione non consummādi, sed ingrediēdi religionē, an mortaliter peccet sic contrahendo. Videtur autē, quod non: quia non intendit se impotentē reddere ad seruandū votū. Sed in contrariū est, quod allegat D. Tho. ex D. Hieron. & habetur in addition. ad 3. par. q. 48. art. 1. in. 1. argum. & in eius solut. vbi dicitur, quod vouentibus virginitatem non solum nubere, sed velle nubere damnabile est: quia per talē consensum datur potestas ad id, quod non licet: quia sic peccaret qui daret potestatem accipiendi illud, quod ipse in deposito habet. Igitur ad quæstionē hanc respondetur, quod verisimilius est, quod post votū castitatis contrahens matrimonium, etiā si id faciat animo non consummādi, sed ante consummationē ingrediēdi religionem peccat mortaliter. Hæc assertio est (vt apparet) D. Tho. in additio. ad eius. 3. par. q. 53. art. 1. vbi in arg. 1. citat illam auctoritatem D. Hieron. dicentis, quod virginitatē vouentibus non solum nubere, sed & velle nubere damnabile est. Vnde S. Thom. infert, quod ille, qui post votū simplex continentie contrahit sine dubio peccat mortaliter. Ita Syluest. matrimonium. 7. §. 5. & Ricard. dist. 28. contra Scotum, & Fr. Iosephum in suis Florib. Theolog. & contra Angel. verb. matrimonium impedimento. 5. Et probatur contra ipsos. Tum primo, quia sic contrahens etiam cum animo ingrediēdi religionē ante copulam, regulariter non poterit vitare amplexus & oscula, quæ sunt contra votū castitatis. Tum secundo, quia sic contrahendo, periculo se exponit mutandi animū. Tum tertio, quia secundum institutionē ecclesie votū castitatis simplex impedimentū est matrimonij contrahendi, licet si contrahatur ipsum non dirimat. Ergo contra institutionem ecclesie est, & contra eius præceptū sic contra votum castitatis contrahere. Tum quarto, quia astringere se contractui matrimonij, vbi datur alteri potestas corporis in ordine ad copulam, videtur esse directe contra votum. Tum quinto, quia sic fitē contrahendo, id est, cum animo non consummādi talis non videtur immunis à perniciosa deceptione, qua decipit coniugem in re graui. Nam & si post relinquat eam virginē ingrediēdo religionem, sed non sine aliqua suspitionis nota, scilicet, quod non citra culpam vxoris reliquerit eam: vel quod forte, licet non consummauerit cum ea, quod eam spreuerit ob aliquos defectus eius iam notos. Vnde rationes hæc moraliter concludunt, non citra culpam mortalem id fieri: quia infert illi graue damnum, quia non tam facile alij nubet ob suspitionem copulæ cum illo habitæ. Cæterum ne omnino sententiam Scoti explodamus, dicimus, quod forte illa habet verum in casu, quo talis mortis metu adactus, aut alioquin metu in familie aliquo, licet non sufficienti ad dirimen-

Instruct. confci. 2. Pars.

dam matrimonium, ad contrahendum cum ea fuisset impulsus. Quia tunc contrahendo cum ea post votum castitatis animo non consummādi, sed profitendi religionem, non peccaret mortaliter, dum satageret, ne culpa sua tali sponsæ de præfenti quicquam detrimenti eueniret. Ita in primo tomo nostri Instruct. confci. capit. 83. diffiniuimus in gratiam Angeli & Calderini sequentium Scotum. Licet Syluester loco citato huic etiam limitationi videtur dissentire, dicens, quod puella habens votum castitatis simplex ex eo, quod male tractetur à parentibus, quia non contentit matrimonio non potest licite contrahere, etiam si intendat non consummare, sed ante copulam ingredi religionem. Quam sententiā Syluestri in hoc casu facile admiserim. Quoniam puella, quæ tali metu parentum contrahit periculo probabili se exponit matrimonium consummādi contra votum. Quoniam cum metus facile inuadat puellas idem metus, qui impulit eam ad contrahendum, impellet eam ad consummādi: vel certe iam sic irretita illo vinculo illecebris viri, vel molestis precibus parentum adducta copulæ acquiescet animo religionis assumendæ renuntians. Verū breuiter & succincte libet hic admonere, quod in hoc casu illa puella tanto facilius poterit mutare animū ingrediēdi religionē, quanto probabilis est opinio Soti & Victor. contra Caiet. & comunem, scilicet, quod post votum castitatis nubens de præfenti non tenetur, vt tunc seruet votum hoc, ingredi religionē ante copulam, quoniam (vt in primo tomo secundum hos egregios doctores diximus) bene poterit licet non ad petitionē suā, sed ad instantiam viri consummare: sicut meminimus me legisse in canonico iure. Et ratio est: quia ipse non vouit graue & perpetuū onus religionis, quod in triplo, vel quadruplo grauius est, quā castitatis simplex votum: non ergo, quia vir contrahens matrimonium iam post contractū matrimonium votum antea à se emissum castitatis implere non potest, nisi ante consummationē illius ingrediēdo religionem, ideo astringendus est ad religionis ingressum. Nam hoc esset in triplo vel quadruplo obligationē illius voti velle adaugere: quod est contra D. Bernar. sententiā, qui ait: Votū meū non adaugeat prælatus. Reliqua quæ de contrahentibus post votū castitatis vel non nubendi, vel ingrediēdi religionē tractari solent, scilicet, an possint licite consummare, vel post consummationē reddere, aut petere debitū, quia in materia de voto, & in materia de debiti petitione, aut redditione in nostro primo tomo iam discussa sunt, ideo hinc non sunt iterum inculcanda. Nam illic diffiniuimus, quod post votum simplex religionis de præfenti contrahens matrimonium ante consummationem sub

Fff 4

pecca-

peccato mortali tenetur ingredi religionem, & non consummare, sed post consummationem citra ullam dispensationem vtrumque potest, scilicet, tam petere, quam reddere debitum: quonia ad nullum votum castitatis expresse antequam contraheret erat actualiter obligatus, secundum Caiet. & alios. Atque idem est si post votum non nubendi, iam contraxisset: si in voto non nubendi non intendit simul se obligare ad castitatem seruandam: quia postquam nuptias cum peccato contraxit non peccat, saltem ad instantiam alterius consummando: neque post consummationem debitum petendo, aut reddendo: quoniam nihil contra votum castitatis agit cum nullam emisit. Si autem post castitatis votum contraheret peccaret (vt dictum est) ad petitionem suam consummando: non tamen si consummaret ad instantiam & petitionem coniugis. Sed neque iste post consummationem potest petere debitum: quia quantum in se est tenetur votum castitatis a se antea emissum seruare. Tamen post consummationem tenetur reddere debitum exigenti, secundum D. Thomam in 4. dist. 38. quaest. 1. Poterit tamen supra dicta petitione dispensare episcopus, & melius erit propter periculum. Adde vero, quod tenetur iste reddere petenti expresse, vel interpretatiue per signa: vel quando credit mulierem velle, sed propter vorecundiam non petere. Nam propter hoc non debet onerosum se exhibere vxori in matrimonio, vt

**A** techismum tantum contracta, quia si fuisset cognita a Papa forte matrimonium non permitteret arg. c. postulasti. de rescriptis. ¶ Adde praeterea cum Nauar. in sum. c. 22. nu. 72. q. catechismus est instructio sollemniter a sacerdote facta baptizato, antequam baptizetur de articulis fidei sanctae fidei catholicae credendis, cap. ante baptismum. de consecrat. dist. 4. Ex qua instructione nascitur cognatio spiritualis inter easdem personas, quas ex baptismo. Sed haec cognatio licet impediatur, non tamen dirimit. c. per catechismum. de cogn. spirit. in 6. Sed cognatio ex baptismo contracta maioris est effectus: quia non solum impedit, sed dirimit. ¶ Si autem quis sciscitetur, an haec cognatio ex catechismo contracta restricta esse censetur per Concil. Trid. sicut restricta est illa, quae innascitur ex baptismo & confirmatione. Respondetur cum eodem Nauar. q. certe ad eandem normam restricta videtur. In cuius gratiam facit gloss. Iohannis in cap. non debet. de consang. & affin. quatenus determinat, per istud caput fuisse sublata quaedam genera publicae honestatis, eo quod sublata fuerunt genera similia affinitatis. Secundum patet ex axiomate tradito per Domin. in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6. scilicet, quod vbi duo sic se habent, quod vnum est metiens, & alterum mensum, lex corrigens, vel limitans, metiens censetur limitare & corrigere mensum, si eadem ratio militat in utroque. Constat autem, quod cognatio spiritualis quae nascitur ex baptismo metitur eam, quae ex confirmatione & catechismo nascitur. Igitur Concilium limitans illam, videtur & hanc limitasse. Vnde hoc impedimentum solum interuenit, iam inter catechizantem & catechizatum, & parentes catechizati. ¶ Circa quintum impedimentum, quod est incestus cum consanguineis vxoris notandum est, quod incestus cum consanguinea vxoris, tum mortua vxore puniatur ab ecclesia, vt nullam aliam possit accipere, cap. 1. de eo qui cogn. consang. similiterque dicendum est de vxore quae permittit se cognosci a consanguineis mariti, secundum D. Tho. & Archid. Florent. ¶ At iam hic magna excitatur contentio inter Doctores, scilicet, vtrum incestus cum propria consanguinea hoc etiam pariat impedimentum, scilicet, contrahendi cum alia. Et quidem magnam haec quaestio nobis faceret negotium, nisi supra in materia de incestu eam contra Nauar. & eius sequaces expediuissemus. Igitur Nauar. in sum. c. 22. nu. 74. refert duas circa dictam quaestionem opiniones, scilicet, primam negatiuam, quae est communiter recepta (vt ipse ait) quae etiam est D. Tho. in 4. dist. 34. q. 1. art. fin. & Soti dist. 37. art. 2. sub fin. & Archiep. Florent. 3. par. c. 16. §. 4. tit. 1. & Syluest. verbo, matrimonium. 7. impedimento ultimo. & Archidiaconi, & Ricardi. Hi igitur omnes tenent

tenent negatiuam, scilicet, quod incestus cum propria consanguinea non impedit matrimonium contrahendum cum alia, quos sequitur Couarrunias in epitom. 4. cap. 6. in principio num. 4. Alia autem opinio est contraria, scilicet, affirmatiua, quod incestus cum propria consanguinea impedimentum impediens sit, quam ibi tuetur Nauarrus dicens, esse plerorumque omnium canonistarum. Panorm. Praeposit. in dict. c. 1. & 2. de eo qui cognovit consang. & Angeli verbo incestus. §. 5. Igitur vt nostram mentem aperiamus dicimus, quod opinio affirmatiua S. Thomae quam Nauarr. fatetur esse communem, licet illam refellat, est verisimilior, & citra scrupulum tenenda. Tum, quia secundum ipsum non reperitur in iure expresse hoc de incestu cum propria consanguinea, scilicet, quod sit incestus impediens matrimonium cum alia. Tum, quia secundum Ricardum non tantum iniuriatur matrimonio maritis per incestum cum consanguinea propria, quantum cum vxoris consanguinea. Tum, quia secundum D. Tho. incestus ponitur impedimentum non tam ratione culpae, quam ratione affinitatis, quae causat, & incestus viri cum propria consanguinea etiam sit maioris culpae, quam incestus cum consanguinea vxoris, sed non causat affinitatem cum propria vxore; quae tamen secundum Couarruniam causat cum vxore de nouo incestus cum consanguinea vxoris. Cui opinioni affirmatiuae subscribit Rosela, & Alphons. de Castro. lib. 1. de potest. legis poen. ca. 7. ad fin. Neque opus est iam hic iterum respondere ad multas auctoritates, & textus, quos hic coarctat Nauarrus. Tum, quia plerique eorum nihil attinent ad praesentem casum, sed in alijs casibus specialibus loquuntur. Tum, quia si aliqui textus eorum insinuant aliquid contra praedictam opinionem S. Tho. & communem, qualis est canon. qui propinquam. 35. q. 3. & alij. nos quicquam mouere non debent. Quia ibi glossa ait, quod quia quae dicuntur in hac quaestione ferre per totum sunt correctae, per constitutionem nouam, quae incipit non debet. extra. de consang. ideo ea legi non esse necessarium. Vide ergo supra in materia de incestu, vbi de hac agentes quaestione sigillatim respondimus ad omnes rationes & textus hic obiectos contra D. Tho. a Nauarro. Qui quidem Nauarrus tandem concedit cum communi affirmatiua D. Thomae, se nunquam vidisse, neque audiuisset vllum incestuosum petere dispensationem a Papa, vel episcopo, nisi ad contrahendum cum ea, cum qua incestum commisit, vel cum eius consanguinea ob affinitatem inde ortam. Quam consuetudinem, si Papa sciret, iuberet forte ne in dispensationibus cum incestuosus apponeretur praedicta clausula, vt superstes sine spe coniugij maneat. Quae clausula stylus curiae interere solet dispensationi, cum dispensat, vt consanguineis,

**A** qui se incestu polluerunt contrahant inter se matrimonium. Sed crediderim talem clausulam sic apponi, non tanquam explicatiuam iuris, sed in delicti horreni commissi poenam, quae quidem poena non afficit, nisi eos, quibus actualiter imponitur. Igitur concludit Nauar. illo ca. 22. nu. 85. quod consuetudo habet, quod neque a papa neque ab episcopo in impedimento incestus, neque in omnibus alijs impedimentis, quae impediunt & non dirimunt petatur dispensatio secundum Palud. in 4. dist. 28. quaest. 2. & 5. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 16. §. 4. Neque in tanta aetate ait Nauarrus se vidisse, aut audiuisset super praedictis peti dispensationem ab episcopo, vel a Papa, nisi quando cum aliquo eorum impedimento alium impedimentum dirimens concurrat. Verum Caietanus iam summa, cordate, verbo, matrimonium nos admonet, quod exceptis impedimentis his, tribus, scilicet, interdicti ecclesiae, scilicet, cum in aliquo casu interdicat matrimonium, & voti simplicis, castitatis, & sponsaliorum, cum alia in alijs impedimentis non dirimentibus non est iudicandum esse mortale, si quis citra dispensationem contrahat, quando contentus deest, neque est consuetum petere licentiam. Quia episcopi scientes, & nihil dicentes videtur consentire. Turtius tamen est, inquit, petere dispensationem, vel per se vel per alium. Et episcopus potest dispensare in omnibus, praeter quam in voto & sponsalio: quia ista aliunde habent robur, scilicet, ex iure naturali, & diuino, potius quam ex iure positivo, secundum Caiet. vbi supra. ¶ Adde etiam cum Couarr. vbi supra quod incestus etiam cum ea, cum qua quis habet publicae honestatis impedimentum, impedit matrimonium cum alia: quod tamen intellige durante vita alterius delinquentis. cap. duo pueri. de desponsat. impuber. contractum tamen matrimonium firmum erit. glossa cap. 2. de poenit. & remis. & l. 1. 14. & 13. tit. 2. partit. 4. ¶ Circa sextum impedimentum, quod est vxoricidium, notandum est, quod istud impedimentum habetur ca. admonere. 33. quaest. 2. Et quantum Syluester affirmet, quod si vxor virum interficiat, non impeditur ex hoc a contrahendo matrimonium cum alio, quia hoc in iure canonico non reperitur expresse diffinitum: tamen Palude dist. 34. oppositum tenet, quod sequitur Nauar. c. 22. nu. 74. in sum. Et probat: Quia licet poena non debeat extendi extra casum. c. poenae. de poen. dist. 1. tamen hoc fallit in correlatiuis in quibus eadem ratio ideo suadet, secundum Panorm. in Proemio Greg. & secundum Felin. & alios. Et quia eadem ratio & maior sua det in vxore, quod in marito, in cuius gratiam Nauar. citat Sotum in dist. 37. Hoc autem intelligitur, quando simpliciter etiam sine alia mala intentione vxor occidit suum virum. Na si faciat intentione ha-



bēdi adulterū, talis occisio mariti nō solū est impedimētū impediens, sed etiam simul dirimens: nam est impedimentum criminis.

¶ Circa septimū impedimentū, quod est raptus alienæ sponsæ in ca. statutum. 27. q. 2. notādum est, q̄ nō solū raptor alienæ sponsæ est impeditus à contrahendo cū alia, sed ex nouo decreto Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. inter raptorem, & raptam, quādiu ipsa in raptoris potestate man ferit, nullum posse consistere matrimonium de cernit: nisi post ipsa in tuto loco & in libertate constituta, libere velit nubere raptori.

¶ Circa octauū impedimentū, q̄ est leuatio proprii filij de fonte baptismatis, vel de chrismate causa insidiandi matrimonio, vt possit vxorem priuare debito cōiugij. c. de eo. 3. q. 1. nihil occur rit notādū, nisi q̄ cū pater filiū in articulo necessitatis baptizat, vel ex ignorantia, adhibita tamen diligētia etiā extra casum necessitatis, non id impedit vt talis debitū petere, & reddere possit: & multo minus, impedit matrimonium cū alia cōtrahendū. Si autem aliter fiat impedit petitionem debiti, non autem redditionem, altero exigēte, qui nō fuit in culpa, secundū D. Thom. in 4. sent. & Panor. in cap. 2. de cognat. spirit.

¶ Circa nonū impedimentū, scilicet, quod sacerdotis occisio est iam dictū est. Sed & de impedimento climinis, pro quo solēnis poenitētia imponēbatur, quia iā in vsu nō est, nō est opus de eo vltra meminisse. Sed circa vndecimū impedimētū, scilicet, quādo quis monialē in vxorē accepit, nihil restat dicēdū de his impedimētis petere dispensationem, an in defuetudinē abierit, vel quādo de eis dispensatio petenda sit, & à quo dictū est supra de mente Caietani & Nauarri.

¶ Porro nequid circa impedimenta impediētia præteratur, notādū est, q̄ interdictum ecclesiæ quod erat præcipuū impedimētū impediens, includit prohibitionē ecclesiæ, quæ prohibet contrahi matrimonium per verba de præsentī clandestine, etiā corā curato & duobus testibus, aut publice sine trina denūciatione prius in ecclesia facta, quo qui impedimētū esse sciunt, indigent illud ca. cū inhibitio. de clādest. despōt. Et tales licet nō iure cōmuni, sed tamē iure episcopali solēt excōmunicari. De quo supra plura diximus. Ideo ad reliqua trāseamus: Adnotātes secūdo cū Couarruua, q̄ quia inquiri solet, quod dicatur matrimonium clādestinū, dicēdū est, illud matrimonium clādestinū dici non posse, quod contrahitur publice in conspectu maioris partis vicinæ, itā vt etiā, si sine solennitate, contrahatur vicinis sciētibus nō dicitur clādestinū, secundū Syluest. verbo. matrim. 2. in fine. Et hæc opinio est moribus recepta teste Palud. in 4. sent. dist. 28. q. 2. ar. 3. cōcl. 3. Quia id quod sit sciētibus vicinis dici-

tur publice fieri. Similiter secūdū Nauar. in sum. c. 22. nu. 69. & 70. clandestinū matrimoniū non est, quod fit in facie ecclesiæ, quod alibi dicitur in ianua ecclesiæ, vel in ipsa ecclesia. Itaque vt dicitur cōtrahi in facie ecclesiæ, satis est præsentia cognatorū, & vicinorū, & idoneus testiū numerus, iuxta Panor. cōmuniter receptam. cap. cum inhibitio. de clādest. despōt. ¶ Præterea aduertendum est Nauarrū vbi supra in disputationem pro vtraq; parte adduxisse, an matrimonium nūc post Cōcilium Tridentinum sic in facie ecclesiæ publice contractū, sine tamē sacerdotis proprii, aut alterius de eius licentia præsentia, sit validū.

Et pro parte negatiua allegat illud Cōcilij, scilicet, qui aliter, scilicet, sit irritum. Et pro parte affirmatiua q̄ valeat allegat, q̄ ille versiculus Concilij, scilicet, qui aliter, intelligendus sit de contractibus clandestine, vbi indecisam relinquit quæstionem. Sed certē dum aliter Papa decretū hoc non declarauerit, standum est consuetudini, quæ optima interpret est legis. Quæ certe hætenus videtur interpretata fuisse, scilicet, nullū matrimonium etiā publice & in facie ecclesiæ cōtra præsentia parochi valuisse. Tum, quia ecclesiæ sacramentum tale sine præsentia publici ministri sui, id est, curati noluit celebrari, tum propter dignitatem sacramenti. Tum, quia sic cōmodius obuiatur grauibus peccatis, quæ ex matrimonijs alijs aliter celebratis solebant oriri. Concludit tandē Nauarrus, q̄ si cōtraheretur coram parochi & testibus, non præmissa trina denūciatione, vel nō omīssa legitime, valeret quidem matrimonium, sed diceretur clandestinum, quo ad alios effectus, quā annullationis matrimonij. Et probat, quia quo ad alios effectus nō videtur de rogari iuri antiquo, à quo nō est recedēdū in eo, in quo nō recedit nouū. l. præcipimus. C. de appell. Quā sentētia Nauarri taliter acceptamus, vt nō ex tēdatur ad casum priuadi filiā clā, id est, sine denūciationibus corā curato & testibus nubētē iure hæreditatis paternæ, quia (vt prædixim⁹

Corduba & Albornozio) post Concil. Tridentinum coram curato & testibus cōtrahat sine alia publicitate, & bannis tali iure nō priuatur. Quoniam, vt prædixit Sotus non est proprie matrimonium clandestinum quod coram testibus, & ministro publico ecclesiæ, qualis est curatus celebratur. Ex quo sequitur, quod verba in legibus poenalibus cum stricte & proprie sumi debeāt, leges hæc priuantes filias iure hæreditatis paternæ si clandestinē nubant non comprehendunt filias coram curato, & testibus post Concilium Tridentinum nubentes, sed neq; sine curato nubentes. Quia cū matrimonium hoc sit nullū, parum incōmodum inde paratur domui paternæ, quia validum matrimonium non fuit cōtractū: nequē

neq; filia ei matrimonio cogetur astare, si sibi & patri nō expedit: imo etiam si expediat; & quia pater non assentit, neque ipsa vult de nouo consentire. Adde de mente Couarruuiæ esse, in epitome, q̄ dicentibus se contraxisse coram curato & testibus, non est credendum, nisi probet, quādo id vergit in præiudicium alterius. ¶ Insuper aduertendum est, circa solennitatem nuptiarū, primo, q̄ tempora antiqua antiqui iuris, quæ erant prohibita circa benedictiones nuptiales, quæ antea erāt à septuagesima ad Pascha, & eius octauam, & à tribus Litaniarum diebus ad septimum diem Pentecostes, vt patet cap. Capellanus. de ferijs. nunc Concilium Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimonij restringit ea in hæc verba: Ab Aduentu Dñi nostri Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & à feria. 4. Cinerum vsque in octauam Paschatis inclusiue, antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in alijs vero temporibus nuptias celebrari permittit. ¶ Sed an consummare matrimonium his temporibus liceat, interrogari solet. Respondetur ergo primo, q̄ si quis temporibus ab ecclesia prohibitis benedictiones nuptiarū accipit, aut in domum suam sponsam solenniter traducit peccat quidem, & nunc quidem post Concil. Trid. plus quam venialiter, quoniam sub verbo præceptiuo præcipit eas prohibitiones solēniū nuptiarum diligenter ab omnibus obseruari. Secundo dicitur, q̄ contummare his temporibus prohibitis matrimonium per copulam, absque traductione solenni in domum, vel absque solennitate nuptiarum, nullo tempore est interdicitū. Ita Caiet. in sum. verb. matrim. parte. 2. Cui accedit Nauar. in sum. ca. 22. nu. 71. contra Palud. in 4. dist. 32. & Rosel. verbo impedimentū. 13. §. 3. & D. Anton. 3. par. tit. 2. c. 17. & cōtra quosdam alios, quos arbitratur Nauar. sine ratione necessaria tenere, tales sic consummantes peccare prima vice solum. Imo secundum Sotū consulendi sunt tales sponsi de præsentī his temporibus consummare, quando citra periculum fornicandi nequeunt diutius expectare tempus solennitatis nuptiarum.

### CAP. XLVII.

¶ De impedimentis dirimentibus matrimonium in speciali: & primo de impedimento erroris.

¶ Virum error dirimat matrimonium: Et an omnis error hoc faciat, scilicet, qualitatis generis. Et quando error qualitatis & fortunæ referatur ad personam. Deinde de impedimento

conditionis, id est, seruitutis. Et an valeat matrimonium, si ingenuus duxit, quam putauit liberam dicens in animo, quod eam duceret, etiam si esset ancilla. Et quid si herus ingenuo ignoranti ancillam tradat in vxorem, an fiat libera. Et an teneat matrimonium vbi tractatur curiosa. Et an error falsus impediatur matrimonium. Et an impediatur matrimonium per procuratorem reuocatum id ignorantem. Et an seruus coniugatus possit vendi extra prouinciam. Et an seruitus possit matrimonio superuenire. Et an partus sequatur ventrem.



VÆRITVR ergo primo, cum D. Tho. Vtrum error debeat poni matrimonij impedimentum per se. Respondetur, q̄ quicūque impedit causam de sui natura impedit & effectum similiter. Consensus autem est causa matrimonij (vt dictum est.) Cum ergo cōsensus sit voluntatis actus, qui præsupponit actum intellectus, sequitur q̄ error conditionis cum sit defectus actus intellectus, inducit defectum consensus, etiam in matrimonio. Et sic error personæ, scilicet, dum erratur circa illam de iure naturali habet, q̄ euacuet matrimonium. Ignorantia autem impediens voluntarium semper habet adiūctum errorem aliquid de se ponētem. Vnde vbi est ignorantia impeditiua voluntarij ibi oportet esse errorem, & ideo etiam ponitur error esse impedimentum, quasi causa proxima. Qui quidem error quantis non contrarietur secundum se matrimonio, contrariatur tamen ei quantum ad causam, scilicet, quoad consensum & intentionem. Non tamen hinc sequitur, q̄ sicut si aliquis baptizans Ioannem credat baptizare Petrum nihilominus vere est baptizatus, q̄ sic etiā si quis contrahat cum Maria credens & intēdēs contrahere cum Ioāna sit verum matrimonium contractum cum Maria. Quoniam nō est simile de vtroq; casu, siquidem character baptismi nō causatur ex intentione baptizantis directe, sed ex elemēto materiali exterius adhibito. Intētio nanque baptizantis solum operatur, vt dirigens elementum materiale ad effectum propriū. At vinculum coniugale ex ipso consensu causatur directe: & ideo est dispar ratio. Neque obstat, q̄ inter Liam & Iacob non obstante errore præcedēte in Iacob fuit postea verum matrimonium. Quoniam secundū Magist. sent. dist. 5. in. 4. sent. matrimonium, qd fuit inter Liā & Iacob, non fuit perfectū ex ipso cōcubitu, qui ex errore contingit, sed ex cōsensu, qui postmodū accessit, cum vterq; à peccato excusetur, vt patet eadem dist.

¶ Secun-

¶ Secundo quaeritur, Vtrum omnis error matrimonium impediat, & non solum error conditionis aut personae (vt in litera dicitur). Respondetur autē eū D. Tho. q̄ sicut error ex hoc, q̄ inuoluntariū causat, habet excusare peccatū: ita ex eodem habet, q̄ matrimonium impediat. Error autē nō excusat à peccato, nisi sit illius circumstantiæ, cuius appositio vel remotio facit differentiā liciti & illiciti in actu. Si enim quis percutiat suū patrē baculo ferreo, quē credebat lignēū esse, nō excusatur à toto, quāuis forte excusetur à tanto. Sed si credat aliquis percutere filiū causa disciplinæ & percutiat Patrē, excusatur à tanto adhibita diligentia. Vnde oportet, q̄ error qui matrimonium impedit, sit alicuius eorū, quæ sunt de essentia matrimonij. Duo autē includit ipsum matrimonium, scilicet, personas duas, quæ coniūguntur, & mutuā potestatem in inuicē, in qua matrimonium consistit. Primū autē tollitur per errorē personæ. Secundū per errorē conditionis: quia seruus nō potest potestatem sui corporis libere alteri tradere, sine cōsensu sui domini. Et p̄pter hoc hi duo errores matrimonium dirimunt, & non alij. Igitur error non ex natura generis, eo q̄ error sit in cōmuni habet q̄ impediat matrimonium: sed ex natura differentiæ adiunctæ, scilicet, prout est error alicuius eorū, quæ sunt de essentia matrimonij. Vnde hæreticus (licet sit maior & grauior eius error) quia tñ nō est circa essentialia matrimonij, valide contrahat. Sicut etiā valide baptizatur infidelis, etiā si erret circa baptismū, dū modo intendat facere, vel recipere quod ecclesia dat: quāuis credat nihil esse, nihilominus recipit characterē. Ceterū non sequitur, q̄ si error personæ, aut conditionis impedit matrimonium, sic etiā error qualitatis, aut fortunæ illud impediat: quia diuersitas qualitatis, aut fortunæ nō variat aliquid eorū, quæ sunt de essentia matrimonij, sicut facit cōditio seruitutis. Sicut nō sequitur, q̄ si ignorantia cuiuslibet circumstantiæ tollit inuoluntariū, vt traditur. 3. Ethic. q̄ error & ignorantia qualitatis etiā tollat matrimonium. Quoniam (vt dictū est) nō quilibet circumstantiæ ignorantia causat inuoluntariū, qd̄ excusat peccatū. Vnde nihil cōcluditur, quia ex eodē error ex hoc q̄ inuoluntariū causat, habet excusare peccatū, & impedire matrimonium. Error autē nobilitatis, in quātū huiusmodi, nō euacuat matrimonium, eadē ratione, qua neq; error qualitatis euacuat, nisi reducat in errorē personæ. Vnde si mulier directē cōsentiat in hūc, quē falso putat esse filiū alicuius magnatis, error ipsius circa nobilitatē nō euacuat matrimonium. Si autē directē intendit cōsentire in filiū regis, quicumque sit ille; tūc si alius presentetur ei, quam filius regis, est error personæ euacuas matrimonium. Si autē seruitus sciatur nō impedire matrimonium. Sed error aliorū

A impedimentorū, quæ illegitimas faciūt personas nō ponitur inter impedimēta, quia siue talia impedimēta sciatur, siue ignorentur semper impediūt matrimonium. Præterea nō obstat, q̄ in alijs cōtractibus, puta, emptionis cū datur aurū æquiuales, p̄ alio auro nō impeditur emptionis cōtractus: quia nō licet hinc arguere, q̄ neq; matrimonium impeditur, si p̄ vna muliere alia accipiatur: quia pecunia accipitur in cōtractibus, quasi mēsurā aliarū rerū, vt patet in. 5. Ethicor. & nō quasi propter se quaerita. Et ideo nō obest cōtractui dare vnā pecuniā æquiualentē pro alia. Sed in re quæ sita propter se in cōtractu, si esset error impeditur cōtractus, vt si alicui videretur asinus pro equo: & similiter est in matrimonio, vbi mulier est res quaerita per se. Si autē error personæ, aut conditionis per plures annos durasset, post quā sic ex errore tali cōtractū est matrimonium, vbi iā genuissent filios, sic contrahētes nō obstant quacūque mora tēporis, nō erit validū matrimonium, nisi post errorē sublaturū de nouo velint cōsentire sic errantes. In casu autē, quo mulier cōsensit de presenti in aliquē absentem, & postea offeratur ei frater absentis, & ei cōmisceatur credens esse virū suū, in quē consenserat, non potest habere hunc secundū, à quo est sic carnaliter cognita primo viuēte, sed potest secundū relinquere, vel ad primū redire, & ignorantia facti excusat. Sicut excusaretur, si post consummatū matrimonium à cōsanguineo viri sui fraudulenter cognosceretur: quia fraus alterius non debet sibi præiudicare. Si autē nō consenserat in fratrem eius, potest eam, quem per errorem accepit retinere: neque potest ad fratrem eius redire: præcipue si sit cognita carnaliter ab eo, quem accepit.

¶ Circa prædictā doctrinā D. Thomæ notandū est primo, q̄ cōtractus matrimonij cū rusticana, aut ignobili inter errores qualitatis statuitur. At quæ ideo talis error matrimonium non annullat: quoniam extra essentialia hæc sunt matrimonij. Si autē quis cōtrahit cū paupere, putās se contrahere cū diuite (quia talis error est circa fortunam, quæ extra essentialia est sacramenti) ideo neq; in hoc casu annullatur matrimonium. Nisi quis sic cōtrahēs id deduceret in pactū: Dicens si est talis foemina diues contrahā cū illa, aliās non. Nā in hoc casu si in pluribus esset indigens, vitaretur cōtractus, secundum mentem Soti: quia talis cōditio suspendit cōtractū. Tamē dū ista pertinentia ad qualitatem, vel fortunā moderamina per modū conditionis non apponuntur in cōtractu matrimonij, illud nō vitiant, præsertim dū de presenti matrimonium cōtrahitur. Nā si essent sponsalia proculdubio ille, qui per errorē grauiter deceptus est, cōpellendus nō est (vt adnotauit Hugo cā. raptor. 27. q. 1.) Nā & qui sponsalia cū corrupta

ptā cōtrahit, putās esse virginē non est cogendus. Sicut neq; eadē ratione compellendus esse videt illustris vir, qui aliquā foeminā sibi de futuro de spōsauerit, quā credebat esse illustrē, quæ tamē infimæ sortis mulier erat. Arbitror autē, q̄ si quis de presenti cōtraheret sub hac expressa cōditione. Cōtraho cū Ioanna, si est diues, non esset matrimonium, si esset notabiliter pauper, & vt in pluribus indigens. Nā hæc cōditio, cū sit veluti de presenti, neq; cōtraria matrimonio, illa extante stat matrimonium, atque illa deficiente non extat: quia hæc cōditio nō reijcitur. Neque existimo hanc assertionē omnino esse cōtra Sotū, licet alibi dixerit, q̄ hæc cōditiones. Dico te in vxorē, si es morigera, vel si es pulchra nō sunt admittendæ; sed reijciendæ à cōtractu matrimonij: quoniam suscipiūt magis aut minus. Sed iamē hic, 30. dist. q̄. art. 1. post tertiā cōclusionē videtur insinuarē, q̄ si quis cōtraheret sub hac cōditione. Si es diues, & illa foemina vt in plurimū indigeret: sub illa cōditione p̄deret cōtractus. Quali videatur sentire, q̄ illa cōditio nō reijceretur à cōtractu. ¶ Secundo perpendendum est, q̄ quia D. Thomas hic ait, q̄ error nobilitatis, aut fortunæ p̄ se matrimonium nō euacuat, hoc intelligēdū est esse verū, nisi quādo in aliquib⁹ casibus error hic refert ad errorē personæ. Vt contingit in casu, quo aliqua cogitat se nubere primogenito, cui obuenit primogenitura, & tamen nubit minori, qui sibi pro alio offertur. Vel quādo filia regis, aut magnatis putaret se nubere filio alterius regis, aut clarissimi optimatis sibi parati, & præteraretur ei alius inferioris notæ, quē illa putaret esse illum principē. Ceterū, quia difficile est interdū intellectū ad errorē personæ, aut fortunæ referatur ad errorē personæ, pro hoc discrimine discernendo statuit Sotus regulā hanc generalem, scilicet, q̄ quando cōsensus in hanc particulare personā fertur directe, error est qualitatis tantū, si alius tūc interuenit, qui proinde matrimonium nō euacuat. Si autē cōsensus fertur in illū dūtaxat, cui illa cōditio aut dignitas adest, error tūc qualitatis refertur ad errorem personæ, qui proinde matrimonium vitiat. Vt, verbi gratia, si puella huic singulariter nupsit, licet id fecerit quia credebat esse filiū regis, aut primogenitū, tunc error est qualitatis, non annullās. Sed si nō intendebat contrahere nisi cū illo filio regis, aut diuite, quē in animo habebat, matrimonium nō tenet: quia est error personæ. Vnde infert primo Sotus, q̄ licet ille primogenitus, scilicet, Petrus, quocūq; intēdebat nubere sit iam vita defunctus, quādo nupsit fratri eius, id est, Ioanni matrimonium cū Ioanne non tenet, licet iā Ioannes sit iā primogenitus, id est, cui conuenit ius primogenituræ, quia non intendebat tunc contrahere cū Ioanne, sed cum

A Petro fratre eius. Sicut etiam, si puella per verba de presenti intendens nubere absenti Petro nupsit presenti Ioanni, quē putabat esse Petrū, non potest viuēte Petro in hoc casu nubere Ioanni, etiā si velit permanere cū Ioanne, eo q̄ iā ei multos pepererit filios: quia nō fuit illud matrimonium, quāuis excusata fuerit à culpa. Hunc ergo casum Soti intellige iuxta intelligentiam D. Thomæ in solut. ad vltimū, scilicet, quādo cōsensus in absentē Petrū, & ipse in ipsam de presenti. Accedit ad prædicta, q̄ Nauar. ait in sum. c. 22. nū. 32. scilicet, q̄ nō est error personæ, sed fortunæ, aut qualitatis, si credatur talis, cū quo puella cōtrahit, esse talis regis, aut ducis filius, si talis filij cognitio nō habeatur secundū Syluest. verbo, matrimonium. 8. q. 1. §. 5. & Rosellā, verbo, impedimētū. 2. Vnde error est etiā qualitatis, si is, qui nubet puellæ credatur ab ipsa indeterminatē, q̄ est filius regis, aut ducis aut nobilis, nesciendo cuius patris sit filius.

¶ De impedimento conditionis, hoc est, seruitutis.

¶ Quæritur ergo, Vtrū cōditio seruitutis impediat matrimonium. Respondetur cum D. Tho. q̄ in matrimonij cōtractu obligat vnus coniūgū alteri ad debitū reddēdū. Er̄deo si ille, qui se obligat, est impotens ad soluendū, ignorantia huiusmodi impotentiæ in eo, cui sit obligatio, tollit cōtractū. Sicut etiā per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad soluendū debitū, vt omnino nō possit soluere: ita per seruitutē, vt libere debitū soluere non possit. Et ideo sicut potentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autē si sciatur: ita cōditio seruitutis ignorata impedit matrimonium, nō autem seruitus scita: quia quilibet potest in eo, quod sibi debetur spōte detrimentū aliquod subire: quod videtur accidere, cū liber scit se contrahere cum serua. Sicut etiā, quando æqualis est obligatio ex vtraq; parte, vt in matrimonio est ad debitū reddēdū; nō potest aliquis requirere maiore obligationē ex parte alterius, quam ipse possit facere. Propter quod etiā seruus, si contrahit cū ancilla, quæ credit liberā non propter hoc impeditur matrimonium. Neq; est inconueniens, quod matrimonium, quod est naturalis iuris impediatur per aliquod, quod est contra naturā, eo quod est cōtra primā intentionem naturæ: quale est seruitus hominis, quæ est cōtra naturā, quatenus est cōtra primā intentionem naturæ. Sed nō est cōtra naturā quantū ad secundā intentionem eiusdē naturæ quæ primo intendit, vt quilibet sit bonus, & liber: & secundo, quod si sit malus in poenā possit poena seruitutis puniri. Nā & poena seruitutis licet à iure naturali pro-

proficitur, est tamē determinata à iure positiuo. Et ideo eodē iure positiuo determinate est factū, q̄ seruitus ignorata matrimoniū impedit, ne aliquis sine culpa puniatur. Est enim quædam pœna, v̄xoris, q̄ habeat virū seruū, & econuerso. Vnde seruitus ignorata impedit, nō autē scita. Secus est de alijs impedimentis, quæ à lege habent vim impediēdi. Nā hæc, siue sciuntur, siue ignorantur semper impediūt: quia voluntas cōtrahentis in his debet subdi legi. Sed quia seruitus facit matrimoniū aliquāliter inefficax, ad solutionē debiti, & quia in voluntate nostra sitū est nobis debitū relaxare: ideo seruitus scita matrimoniū non impedit: licet illud impediāt seruitus ignorata. Nō autem est eadem ratio de libertate ignorata: quia hæc nō impedit matrimoniū postquā actū matrimoniū nō impedit. Sed neq; est eadē ratio de lepra: quoniam lepra nō ponitur impedimentū matrimoniū: propterea quod nō impedit matrimoniū quātū ad primū actū suū. Quia leprosi debitū possunt reddere libere: quanuis aliqua grauiora matrimoniū inferat, quātū ad secundos effectus. Et ideo nō impedit matrimoniū, sicut seruitus, cuius impedimentū nō inter necessaria impedimenta matrimoniū, sed inter voluntaria cōputatur. Itē est differētia inter seruitutē corporalē, & seruitutē spiritualē peccati. Quoniam, & si seruitus peccati sit peior, sed non impedit matrimoniū, etiā ignorata quia non est tā incōmoda, tamque impediētia, sicut seruitus corpora.

¶ Circa prædictā doctrinā D. Thomæ notādum est primo, q̄ cū D. Thomas ait, seruitutē ignoratā impedire matrimoniū, de ignorantia illa est intelligendus, quæ vsū & more reputatur ignorantia. Nā ignorantia leuissima: quā facillime quis excuset se potest pro nulla reputatur. Vt si quis contraxit cū muliere vili, & atrii coloris, quā videt ab herede videri tractari, quantū ad forū externū ecclesiæ nō censetur à iudice ecclesiastico eius seruitutem ignorasse. Imo (vt ait Sotus) tam crassa posset esse ignorantia vt in conscientia censetur illa non ignorare, sed sciens cū ancilla contraxisse. ¶ Accedit ad hoc, q̄ quia error melioris partis ve conditionis nihil matrimonio obstat, ideo, si liber ingenuū duxerit, quā putat esse ancillā matrimoniū non tollitur. Quoniam cū erret iste sit melioris conditionis nō ceteretur esse error. Igitur regula generalis ex prædictis resultat, scilicet, q̄ seruitus nūquā matrimonio obstat, nisi quando ab illo coniuge ignoratur, qui liber est. Vnde sequitur, q̄ vbi nulla interuenit seruitus, licet interuenire credatur, reuera nullū obuiat impedimentū. Præterea ex prædictis sequitur corollarie, q̄ si ingenuus, qui ancillā, quā putat liberā, duxerit, si postea cōpererit esse ancillā, aut id probabiliter fuerit opinatus, & nihilominus

caritaliter eā cognouerit quoad ecclesiā præsumetur cōtraxisse matrimoniū cap. proposuit. & cap. ad nostrā de coniug. seruo. Idemque censendum est in conscientia. Nisi cū accessit ad illā animū cōcepit accedēdi ad illā tāquā ad cōcubinā.

¶ Porro iā hic in quæstionē verti solet, an si ingenuus ancillā duxit, quā liberā esse existimabat, si in animo tenuit, q̄ etiā si esset ancilla eā duceret, verū fuerit cōtractū matrimoniū. Igitur Ricard. dist. 37. art. 1. tenet tale matrimoniū validū esse, cui subscribit Nauar. in sum. c. 22. nu. 33. Dicēs, q̄ si tali affectu quis contrahit, vt etiam putans esse liberam, quā cum cōtrahit si sciret esse ancillā, sicut reuera est, illā duceret, matrimoniū contraheret. At Sotus in 4. d. 37. q. vnica. art. 2. licet istā opinionem Ricardi & Nauarri & Iosephi in suis Floribus, non omni probabilitate destitutā esse putet, scilicet, q̄ cū contrahens contrahendo talē haberet animū & consensum, scilicet, q̄ quāuis illa ancilla esset eā duceret esset matrimoniū: tamē per hanc distinctionem hanc, sibi videtur explicatius soluere quæstionē, scilicet, q̄ si expresse dicat. Duco te in vxorē, quāuis sis ancilla, tūc licet credat esset liberā, verū est matrimoniū. Quoniam consensus practicus fertur in ancillā: & ideo illa ignorantia speculatiua non obest. Secus est, inquit, si absolute cōtrahit cū hac, quā credit esse liberā: quia neque mente, neq; voce explicat illā cōditionē, quā seorsum apud se habet, vel illū consensum, quē apud se concepit, scilicet, Quāuis hæc esset ancilla illam ducerem. Quia in hoc casu matrimonium non teneret: quia canones, inquit, hūc consensum pro nullo ducunt. Sed, quia hæc resolutio Soti totā nō exhaurit difficultatē, aut nō itā clare quæstionē dissoluit: ideo ad quæstionem, saluo aliorū iudicio, per hæc asserta respondendū censo. Primo: q̄ si talis in re sic esset in animo habitualiter solū dispositus, q̄ si illam, quam ducit ancillam credens esse liberam duceret, similiter si nosset esse ancillam, non per hoc tale matrimonium solidatur: quoniam huiusmodi conditionales nihil ad rem pertinent, neq; aliquid ponunt in esse. Secundo dicitur, q̄ si illa cōditionalis voce, vel affectu exprimat per hoc verbū indicatiui de presenti, scilicet, duco te etiā si sis ancilla, tūc vera est sentētia Ricardi, & Nauarri: cui etiam in hoc sensu accedit Sotus. Et patet: quia talis conditio per modum indicatiui de presenti expressa, efficacē & practicum consensum de presenti importat, qui fertur in ancillam & ideo ignorantia speculatiua non obstat. ¶ Tercio dicitur, q̄ si talis, quando contrahit, illam conditionem affectu, vel voce exprimit per modum subiunctiui, in hunc modum, scilicet, Ducerem illam si esset ancilla, vel quanuis esset ancilla: tūc certe, quia ambiguum facit sensum & potius videtur

detur sic significari quædam velleitas conditionata, quā consensus absolutus, & practicus, ideo forte quoad ecclesiā non censetur esse matrimonium. Nam cum cōsensus matrimonij sit causa matrimonij, debet esse absolutus, & efficacax. Et patet à simili: Quia si Rex diceret voce & in animo suo: Si Petrus esset liber à coningali statu, illum instituerem in proconsulem, non censetur per hanc modam conditionalem efficaciter illi in proconsulē, etiā si hæc extaret conditio: ergo neque in prædicto casu vbi nō absolute, neque efficaciter cōsentit in ancillā, sed potius per modū cuiusdam velleitatis aut propositi conditionalis. Sicut etiā si confessor absoluens pœnitentem à non reseruatis diceret intus in animo vel voce, Etiam si esses implicatus aliquibus reseruatis, de quibus etiam te possum absoluere te absoluerē: nō propter hoc actualē & efficacē absolutionē à reseruatis censetur impendere: sed solum suam videtur insinuare voluntatē, & animū, scilicet, q̄ id faceret, si id certo sibi constaret, scilicet, pœnitentē asserere censuras, vel casus reseruatos. At verito in conscientia illius sic contrahentis matrimonium consulendus est animus, scilicet, an sic locutus cōsensum habuerit absolutū, & efficacē de presenti, vel nō. Et iuxta eū erit iudicādū.

¶ Si autem quis contrahens cum serua, quam putat liberam, in animo, vel voce exterius diceret. Etiam si sis serua, vel quamuis sis serua gauderē nunc de isto contractu matrimonij, quem tecum in eo, profecto non auderem affirmare, q̄ isto modo matrimonium non contraheret. Quoniam cum gaudere sit secundum D. Thom. quædam delectatio voluntatis præsupponit actum voluntatis, id est, eius consensum. Ex quo consequitur, Sicut si Petrus sacerdos audiret episcopum dicentem, gauderem si scirem Petrum mei episcopatus subditorum audire confessiones, videtur quod virtute horum verborum possit eos subditos audire, & absoluere, quia virtute talium verborum explicantium beneplacitum, & consensum episcopi, videtur accipere iurisdictionē, sic & in proposito casu.

¶ Sed iam, dubium circa prædicta oritur, Vtrum si herus ancillæ eam ingenuo sua sponte desponsauerit, si in casu, quo sponsus credidit fuisse liberam, matrimonium vigorem obtineat. At Couarruias in hoc casu in sua epitome cap. 3. §. 6. vbi agit de metu, vtrū purgetur, videtur tenere partem negatiuam, scilicet, quod licet in hoc casu seruus liber efficiatur, matrimonium non valet: quia ipse sponsus, qui ignorabat esse seruam potest à contractu discedere. In cuius probationem allegat. l. 1. tit. 5. part. 5. Alij autem doctores oppositum tenent. Igitur pro decisione quæstionis dicitur primo, quod seruus, qui domino sciente,

& consentiente contrahit cum libera, ignorante eius seruitutem, si præsens dominus id non reuelat, liber efficitur. Secus est si fœmina iam sciebat eius seruitutem in autentico de nuptijs. §. si vero ab initio. Et doctores ita tenent communiter in ca. 1. & fin. de coniugio seruo. & l. 1. ad fin. tit. 5. part. 4. Et sic intelligitur secundum Couarruiam. l. 5. tit. 2. part. 4. Vbi diffinitur, quod si seruus sciente domino, & non contradicente contrahat cum libera, liber fit ipse. Nam intelligitur si ipsa eius seruitutem in hoc calu ignorabit. Secundo dicitur cum glossa recepta communiter cap. ad nostram, de coniugio seruo. & illic cum Panormitano, scilicet, quod si herus ancillæ ingenuo eam sua sponte desponsauerit, matrimonium valide contrahitur, quanuis sponsus credat eam esse liberam. Hæc est Hostiensis, & Abbatis & doctorum communiter in cap. vltimo, de coniugio seruo. & Syluestri. verbo. matrimonium. 8. quæst. 2. Quibus accedit Sotus in 4. dist. 37. quæst. vnica art. 2. quam sententiā dicit haberi in autentico de nupt. §. si vero ab initio. Cui etiam Nauarrus in sum. subscribit cap. 22. num. 33. Vbi cum glossa in cap. fin. de coniugio seruo. magis limitanter videtur loqui, dicens, quod dominus tradens suam ancillam tanquam liberam libero, credenti eam esse liberam, manumittere illam videtur. Probatur: quoniam dominus eo ipso, quod ancillam libero nuptum tradit eam manumittit & libertate donat. Sed quid, si eam herus non tradat libero, sed tamen sciens taceat. Ad hoc respondetur, & sit dictum tertium, quod licet in hoc casu probabilis videatur opinio Panormitani, cui loco citato accedit Sotus, scilicet, quod tunc, quia illa ancilla libera fit etiam matrimonium sit validum. Tamen contraria opinio, quæ est Couarruiæ forte est probabilior. Prima pars huius tertij dicti probatur: quia in tali casu, quia herus tacet consentire videtur in libertatem ancillæ. Secus est si eam traderet seruo. Sed quod opposita pars sit probabilior patet. Tum, quia ipse liber, qui putabat eam esse liberam potest ab hoc contractu discedere, vt habetur. l. 1. tit. 5. part. 4. ergo matrimonium non fuit validū, nisi nouo consensu ignorantia sublata integretur. Tum secundo patet: quia illa regula, in qua fundatur affirmatiua opinio. Panormitani, scilicet, quod qui tacet consentire videtur, in hoc casu non videtur locum habere, quia (vt ait glossa cap. is. qui tacet, de regulis iuris in 6.) qui tacet non videtur consentire, quando agitur de incommo suo, sicut contingit in proposito, vbi herus ancillæ nubentis libero putanti eam liberam tacet: quia non videtur consentire cum hic agatur de incommo suo, id est, de amissione suæ ancillæ. Tertio patet: quia forte lex, aut ius, quod



quod decernit tunc tacente domino & sciente fieri liberam seruum illam, quæ nubet libero seruitutis eius ignorati fundatur in præsumptione, qua ius præsumit dominum in eius libertatem consentire. At quoniam tunc, si herus reuera dicit tacet, non consentit hoc ius fundatur in falsa præsumptione. Vnde in conscientia illa non fit libera, ac per consequens matrimonium non tenet. Quod autem tale ius fundatur in præsumptione verisimiliter apparet ex hoc, quod cum seruitus sit de secundaria intentione naturæ (vt prædictus ius posituum non intendit in conscientia priuare herum sua ancilla, dum non consentit in eius libertatem, eo solum quod tacens permittat eam nubere libero: sed solum in foro exteriori præsumit voluisse eam manumittere, eo quod videns & sciens tacuerit. Qui autem oppositam affirmatiuam opinionem Soti defendere voluerit, necesse habet negare, quod tale ius fundatur in præsumptione sola, imò affirmare habet, quod tum herum priuare voluit lex iure seruitutis ancillæ suæ, etiam si in libertatem eius non consentit in pœnam sui delicti: eo quod sciens & videns dolum & deceptionem ancillæ circa liberum quam vitare tenebatur, admonendo liberum ignorantem, ne contraheret cum sua ancilla id facere renuit. Et ad regulam iuris dicere habet, quod illa facit pro affirmatiua sententia in eo sensu accepta, quo glossa ibi eam explicat dicto cap. is qui tacet. Quia quando quis tacet in actibus, qui non possunt explicari sine consensu suo tunc sua taciturnitas pro consensu habetur. Cum ergo in proposito matrimonium illud perfici non possit, stante in libero ignorantia seruitutis illius ancillæ, nisi eam herus manumittat, tacendo videtur consentire in eius manumissionem, & libertatem.

¶ Deinde adnotandum est in super, quod is, qui ancillam suam in vxorem ducit, eo ipso eam manumittit. ita. l. 5. tit. 2. 2. part. 4. & l. 1. tit. 13. ea. partita. Estque decisio ista maxime consentanea rationi arg. l. matrimonij causa. §. qui & à quibus. & l. vltim. C. de manumiss. quæ maxime facit pro hac conclusione. Accedit etiam ad prædicta, quod illa conditio, scilicet, si quis sine liberis discesserit posita in testamento, deficit in liberis natis ex matre libera, & patre seruo. Quoniam secundum Couarruuiam liberi, quid efficere faciunt istam conditionem, sunt etiam qui nati sunt ex matre libera, & patre seruo. Quocirca tunc expirare faciunt substitutionem alterius factam in testamento. Vt si testator seruo suo ducenti vxorem liberam eius non ignorantem seruitutem in testamento reliquisset hæredem cum substitutione alterius: si ille seruus discessisset sine liberis, liberi ei nati tunc ex tali coniuge libera

A expirare facerent illam substitutionem. Secus esset in casu, quo tales liberi domino acquirerent, vt nati ex matre serua, quia sic est præsumendum ex mente testatoris. Imo si dominus foeminae scienti seruitutem seruum suum in matrimonium tradiderit, ipse seruus fit liber, si dotalia instrumenta ad hoc matrimonium constituerit. l. vnica. §. sed si quis. C. de latin. Idemque est censendum, si seruus domino suo præsentem & tacentem, neque contradicente, hæc instrumenta fecerit. Nam fauore libertatis hoc videtur esse inductum.

B ¶ Adde vltimo, quod si postquam ancilla in scio domino libero nupserit credenti, eam esse liberam, dominus eam manumittat, per hoc solum matrimonium non firmatur, nisi nouus consensus vtrinque accedat: quia illucisque nullum erat matrimonium. Ita Sotus.

¶ Præterea & hic illa occurrit dubitatio, scilicet, vtrum si herus ancillam nuptam secreto manumittat, & post maritus manumissionem hanc ignorans eam cognoscat ex hac copula matrimonium conualescat. Videtur autem matrimonium integrari, quia iam cum illa sit libera errorque eius mariti cessauerit, & per copulam maritali affectu habitam legitimum præstiterint consensum nouum, nihil videtur defuisse ad matrimonij essentiam. Quidam igitur (vt refert Palud. dist. 35. quæst. 1.) propter hanc rationem partem tenent affirmatiuam. Nihilominus tenendum est cum glossa super can. si quis ingenuus. 29. quæst. 2. cui magis vbi supra, accedit Sotus, scilicet, quod tunc per prædictam copulam non conualescit matrimonium. Quod probabilius forte est. Et probatur: quia, nisi maritus nouerit eam fuisse manumissam, copula tunc non reputatur nouus consensus, etiã si ab ignorate affectu maritali habita fuerit, cuiã secreto manumissa, quia consensus ab initio nullus fuit. Et illa ignorantia qua credebatur ab initio esse liberã, semper durat. Vnde virtute prioris matrimonij quod nullum fuit, videtur illi foeminae copulari, postquam libera secreto facta est. Ex hoc autem sequi videtur, quod per dictam copulam nullus præstetur nouus consensus in matrimonium. Sed forte hic aliquis rogabit, Vtrum si liber ignoranter matrimonium contrahit cum serua, & nihilominus comperta iam veritate, quod serua sit adhuc vult eam pro vxore habere, & illa non vult, cogi possit illa per ecclesiam ad integrandum matrimonium quod nullum fuerat. Respondetur ergo cum glossa capit. finali. de coniug. seruorum, quam sequitur Nauarrus vbi supra, quod conuenit cogi per ecclesiam, vt quia matrimonio ante nullo causam ipsa dedit,

dedit, vt reintegret illud denuo consentiẽdo contra fratrem Ioseph in suis flor. Theolog. quia quantum est de se iam se voluit primo obligare, & quod semel placuit amplius displicere non potest, iuxta regulam iuris in. 6. contra Sotum, vbi supra, qui ait ob honestatem promissæ fidei debere induci, vt consentiat de nouo ipsa, non tamen iure cogi. Cuius sententia procedit loquendo de coactione graui cadente in virum constantem, alioquin cum illa promissio fidei debitum legale videatur includere iuxta regulam quod semel placuit aliqui leui coactione cogi potest, licet non graui. Adhæc cum de libertate meminimus, hic de perpetua intelligi volumus. Quocirca libera, quæ perpetua libertate est iam donata, in ratione matrimonij contrahendi libera est. Vnde si quis ingenuus eã in scio eius præteritæ seruitutis ducat in vxorem matrimonium validum est, etiam si alias, si scisset fuisse ancillam nunquam eam duxisset. Insuper aduertendum est, quod quousque homo seruus esse probetur in possessione libertatis tuendus est. Cumque libertas decennio præscribatur, si seruus tãto tempore in coniugio durauerit, non poterit ab hero repeti.

¶ Postremo autem, quia hic dubitari solet, vtrum hoc impedimentum erroris seruitutis sit de iure naturæ, an de iure positio pontificio, Respondendum censo cum Soto loco citato, & cum Paludano dist. 35. quæst. 1. ex statuto ecclesiæ esse hoc impedimentum, neque esse simile de errore personæ. Et patet: nam hic non est nisi error qualitatis, & ideo nisi statutum ecclesiæ obstaret matrimonium teneret. Sed tamen statutum hoc in iure naturali maximum fundamentum habet. Nam error hic seruitutis maxima incommoda secum affert. circa illegitimationem filiorum ad ordines, & ad ciuiles honores, & publicos obediendos, quæ incommoda homini ignaro inferri iniquissimum est. Tandem concludentes dicimus, quod id quod de ingenuo respectu ancillæ dictum est, de ingenua etiam respectu serui intelligi oportet.

¶ Porro solet hic satisfieri illi questioni, scilicet, vtrum ad dissoluendum huiusmodi matrimonium, postquã ingenuus cognouit suã vxorem esse ancillam requiratur autoritas iudicis ecclesiastici. Igitur respondentes ad illã dicendum duximus, quod sicut in materia de adulterio & consanguinitate post dicitur, si certior ipse fuerit factus de prædicto vxoris defectu potest propria autoritate se separare ab illa quoad torum, imò etiam quoad habi-

A tationem si matrimonium fuit omnino clandestinum. Si autem fuit in facie ecclesiæ celebratum, vel saltem coram curato, & duobus testibus, quibus possit probari, etsi ipsa reclamauerit, quoad habitationem relinqui non potest, antequam in foro iudiciali cognita causa pronuntietur esse ancillã. cap. porro. de diuor.

¶ Porro & hic non præter propositum & illud dubium expediendum venit, scilicet, quãdo duæ personæ re vera habiles ad contrahendum contrahunt matrimonium: & tamẽ vna illarum illo errore falso tenetur, quod subfit impedimentum seruitutis, aut aliud, an error hic impediat matrimonium cum tali errore contractum. Respondetur ergo, quod vere inter eos tunc contrahitur matrimonium, quoniam talis error falsus non est contra essentiam matrimonij, si non obstante illo errore voluit consentire & contrahere & facere quod fieri poterat. Neque obstat lex. is qui putat. ff. de acquir. hære. Vbi requiritur ad hoc, quod possit quis repudiare hæreditatem, quod non potest se necessarium hæredem esse ex errore eum vere voluntarius sit. Quoniam ad hunc actum repudiandi hæreditatem oportet eum scire, ex qua causa agit, & quo iure. Sed contrahens matrimonium, vt contrahat, non requiritur, sciat nullum subesse impedimentum, sed satis est, quod nullum sit & consentiat. Ita Couar. in Epitom. cap. 3. Verumtamen pro maioris explicationis gratia addiderim, quod si quis contrahentium certissime sibi esset persuasus, falso tamen, quod aliquod subesset impedimentum, quod de iure & de facto valide contrahi prohiberet: tunc si cum isto errore contraheret, non videretur absolute consentire. Quoniam secundum Aristot. voluntas absoluta non est impossibilium omnino, quando talia esse certo esse putamus. Quocirca tunc ratione defectus legitissimi consensu tale matrimonium etiam inter habiles posset claudicare. ¶ Quibus adde, quod etiam ratione doli quãdo dolus interuenit, dubitari solet, an matrimonium irritetur. Sed iam ex prædictis ad id dubij solutio patet. Quoniam, si talis dolus dans causam matrimonio sit circa qualitatem personæ, vel eius fortunam, non vitiat ipsum. Si autem causet errorem personæ, vel conditionis eius, id est, seruitutis, sic vitabit ipsum matrimonium. Ita glossa singularis. cap. cum dilectus. de his quæ vi. & cap. cum in Apostolica. de sponsal. Vbi decernitur, quod litis pendentia super matrimonio non impedit, quod secundo contractum sit validum, si primum erat nullum; & nullum esse per sententiam

est pronuntiatum. Si tamen in conscientia ex confessione contrahentis facta confessario pareret eum in seruam, quam sciebat esse talem consensisse de presenti, verum coram Deo erit matrimonium, licet in foro exteriori lata fuerit sententia erronea, quia per falsas probationes probauit se seius seruitutem ignorasse. At quamuis hæc sententia, qua pronuntiatu causa ignorantia seruitutis non fuisse præstitum legitimum consensum in falsa præsumptione & probatione probantis falsum, fundetur; tamen sufficiens erit quoad ecclesiam ad inducendum diuortium: sed non in foro conscientia, in quo stando, alteram in hoc casu ducere non poterit.

¶ Præterea, quoniam sicut error personæ & conditionis eius, impedimentum matrimonij est: ita etiam & ignorantia (vt supra diximus) quærere hic non erit ab re, an sicut ignorantia personæ & conditionis eius vitiat matrimonium: ita è contrario, quando contrahitur per literas, vel procuratorem matrimonium inter absentes ignorantia reuocationis mandati in casu, quo reuocatur, qua tenetur alia pars, aut talis procurator, validet contractum matrimonij, vel non. Videtur autem, quod teneat talis contractus. Quoniam secundum Clem. 1. de renunc. vt reuocatio mandati teneat deducenda est ad mandatarij scientiam, secundum glossam in eadem dicta Clem. Ita, quod ipsa reuocatio etiam tacite facta, est ipsi procuratori denuntianda, vt teneat: ergo si talis reuocatio in presenti casu non tenet, matrimonium illud prædicta ignorantia reuocationis mandati aut literarum extante initum validum erit. Sed in contrarium est, quod extante tali reuocatione mandati sic à procuratore etiam ignorata deficit consensus ad tale matrimonium: quoniam rescinditur & reuocatur: ergo tale matrimonium validum non erit. Igitur pro expeditione huius quæstionis dicitur primo, ad quæstionem, quod certè non valet matrimonium per procuratorem contractum, si ipse procurator fuit prius reuocatus, etiam ipso procuratore & alio contrahente ignorantibus (vt patet capit. finali. de procuratoribus in fine in. 6.) Vnde sequitur primo, quod matrimonium inter consanguineos contractum sub conditione, si papa dispensauerit impeditur etiam adueniente dispensatione, ita vt non valeat, si alter etiam altero ignorante reuocauerit consensum prius à se præstitum, etiam si qui reuocauit iurasset non reuocaturum. Ita gloss. in dict. cap. finali. Quam opinionem Couarruias in Epithome,

A secund. part. cap. 4. ait, frequenter quoad matrimonia sic esse receptam, vt non sit in dubium reuocanda.

¶ Sequitur secundo, quod ad hoc non requiritur reuocatio mandati expressa, sed sufficit tacita. Vt, verbi gratia, si post primum mandatum datum ante contractum matrimonium cum prima det secundum mandatum ad contrahendum cum alia cap. si duo. de procurat. in. 6. Idemque dicendum est in casu, quo aliquis ignorante procuratore, qui nondum nomine eius contraxerat contraxit cum alia. Ita Abbas in cap. in causis. de electio. colum. 6. Et patet: quia idem est in casu, quo compromiserunt canonici in aliquem electorem. Quoniam si antequam hic compromissarius eligat, ipsi eligunt, per hoc videtur renunciare compromisso: sicut etiam si mandans etiam mandatario ignorante mandato vtatur. Ad obiectionem in contra ex illa Clem. 1. de renuntiatione, respondetur, quod ista clementina non obstat, quoniam specialis dispositio cap. si duo. speciali ratione locum habet in matrimonio, quoniam matrimonium cum sit sacramentum non perficitur, nisi per consensum contrahentium, cum sit etiam contractus. Qui quidem consensus videtur iam reuocatus, etiam si procurator id ignoret. Secus autem est in reuocatione mandati ad renuntiandum beneficio ecclesiastico dati, quia ista reuocatio non prodest, nisi mandatario nota fiat. Quod si mandans renuntiauit beneficio, priusquam reuocatio mandatario nota fieret, licet in hoc casu renuntiatio mandantis secundum à mandatario ignorante facta præferenda videatur, sed hoc non placet Couarruias ex eo, quod illa renuntiatio mandantis est tacita reuocatio mandati, quæ reuocatio, vt teneat deducenda est ad mandatarij scientiam. Ita glossa in Clement. 1. de renuntia. Itaque talis reuocatio, etiam si sic tacite facta est, est ipsi procuratori denuntianda. Ideoque putat Couarruias ex prima renuntiatione mandantis beneficium non vacare.

¶ Præterea cum Sancto Thomâ quæratur secundo, vtrum seruus contrahere possit sine consensu domini. Respondetur autem, quod ius posituum (vt dictum est) progreditur à iure naturali. Et ideo seruitus, quæ est de iure positio non potest præiudicare his, quæ sunt de iure naturali. Sicut autem appetitus naturæ est ad operationem indiuidui: ita est ad conseruationem speciei per generationem. Vnde sicut seruus non subditur domino, quin possit comedere, & dormire, & alia huiusmodi facere,

quæ ad necessitatem corporis pertinet; sine quibus natura conseruari non potest: ita non subditur ei, quantum ad hoc, quod non possit libere matrimonium contrahere, etiam domino nesciente, aut contradicente: quia seruus est res domini, quantum ad ea, quæ naturalibus superadduntur: sed quantum ad naturalia omnes sunt pares. Vnde si dominus præcipiat seruo, vt non contrahat matrimonium, obedire ei in hoc non tenetur; sicut neque in casu, quo mandaret ei, vt non comederet. Ex quo sequitur, quod si seruus volente domino matrimonium contraxerit, debet prætermittere seruitium domini imperantis & reddere debitum vxori; quia per hoc, quod dominus concessit, vt seruus matrimonium contraheret, intelligitur concessisse omnia, quæ matrimonium requirit. Si autem matrimonium contradicente domino, aut ignorante est contractum, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire. Sed tandem in hoc casu omnibus rite pensatis, & periculo castitatis vxoris, ex vna parte, & damno, quod accrescit domino, si pro eo tempore suo seruitio desit, iudicari poterit, cui magis seruire teneatur domino, vel vxori. ¶ Ex quo præterea sequitur, quod in casu, quod vxor non potest virum seruum sequi ratione infirmitatis, vel periculi animæ, vel aliter, dominus cogendus est, ne seruum vendat, taliter quod faciat onera matrimonij grauiora, præsertim, cum non desit facultas sibi vbicunq; seruum suum vendendi iusto pretio. Adde etiam, quod quia aliquis profitendo religionem obligatur diuinis obsequijs, quantum ad totum tempus, sed vir tenetur debitum reddere vxori, non semper, sed congruis temporibus: ideo non potest esse religiosus, quod etiam neque contra voluntatem domini se possit vinculo matrimoniali astringere, ducendo vxorem. Præterquam, quod ille, qui intrat religionem, aut suscipit ordinem obligat se ad aliqua opera, quæ sunt naturalibus superaddita, in quibus dominus potestatem eius habet, sed per matrimonium obligat se seruus ad naturalia, super quibus dominus potestatem non habet. Vnde potest continentiam vouere, sine voluntate domini. Atq; ideo non est simile de vtroque, scilicet, de religione & matrimonio respectu serui.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ, notandum est primo, quod (vt ait D. Thom.) prudentia opus est ad discernendum, quando seruus dum contra voluntatem domini contrahit, magis teneatur domino seruire, quam

vxori, vel è contra. Nam si inde parum detrimenti domino imminet, potius vxori morere oportet. Si autem in re præcipui momenti obtemperandum sit domino, magis domino, quam vxori parum periculi, aut incommodi patienti obsequendum est, & in re dubia vtra necessitas præponderet, potius in fauorem matrimonij est inclinandum, præsertim quando periculum carnis in coniuge timetur cap. licet. de coniug. seruor. Secundo recolendum est opinionem D. Tho. contra alios æquiores esse, qui ait, serui etiam contrahentis contra voluntatem domini venditionem prohibendam esse, ne fiat in extraneas prouincias, quia est in perniciem naturalis iuris matrimonij, præsertim cum non desit facultas seruum iusto pretio, vbique atq; adeo in propria patria vendendi. At licet Nauar. in sum. cap. 22. n. 34. afferat hanc sententiam D. Tho. sub pœna mortalis dominum, non teneri seruare, scilicet, vt non vendat huiusmodi seruum extra prouinciã in remotissimas prouincias, iuxta communem in cap. 1. de coniug. seruo. quoniam solum insinuat Nauar. ex quadam honestate ad id teneri: tamen Sotus, vbi supra rationabilius tenet, quod talis venditio charitati, atq; forsitan iustitiæ aduersatur. At que per consequens innuit talem venditionem de se non carere culpa mortali. Dixerim de se, quia vendens sic ex ignorantia posset excusari à mortali, putans sibi licere. Cæterum, si herus bona fide compulsus id faceret, vt si peregre proficiscens, vel ad bellum, vel aliqua de causa seruum duceret secum, & illic egestate pressus illum venderet, secundum Sotum excusaretur à culpa mortali. Tuncq; si maritus possit commode illuc vxorem transferre, tenetur quidem illa obedire. Si autem sine graui detrimento illa eum sequi non posset, iure matrimonij, tunc eum sequi non cogeretur; teneatur tamen viuente marito castam vitam ducere. Neque ipsa aliquam culpam posset rejicere in alium: sed solum sibi id imputare, eo quod sciens ac prudens seruo nubere voluit.

¶ Quæratur deinde cum S. Thom. vtrum seruitus possit matrimonio interuenire, ita vt vir se alteri in seruum vendat. Respondetur autem, quod vir subditur vxori solum in his, quæ ad actum naturæ pertinent, in quibus sunt æquales, ad quæ seruitutis subiectio se non extendit. Et ideo vir nolente vxore se potest alteri in seruum dare, non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens, potest dissolueri ipsum, vt dictum est. Quod, si aliquando

vir in fraudem matrimonij & in præiudicium vxoris in seruū se videret, inde sibi soli inferret damnum, scilicet, seruitutis. Vxori autem ex hoc nullum potest præiudicium generari, quin teneatur reddere debitum petenti, & ad omnia quæ matrimonium requirit. Nō enim potest ab his retrahi domini sui præcepto. Neque ex eo, quod matrimoniū & libertas sint fauorabiliora, quam seruitus, inde sequitur, quod seruitus viri non possit matrimonio superuenire: quoniam seruitus superueniens non potest præiudicare matrimonio in eo, quod matrimonium requirit, vnde matrimonio nō aduersatur. Nam tunc seruus tenetur vxori debitum reddere etiam nolente domino. Sed neque licet ex prædictis inferre, quod quia vir & vxor in matrimonio ad paria iudicantur, vxor se possit in ancillam dare nolente marito: quoniam vir est caput vxoris, & debet corrigere eam, non autem è conuerso. Et ideo vxor non potest se dare in ancillam nolente viro. Neque obstat ad prædicta, quod seruitus ignorata vitiat matrimonium contrahendum: quoniam non hinc sequitur, quod seruitus viri superueniens matrimonio etiam nolente vxore ipsum matrimonium iam contractum destruat. Quoniam licet in corruptibilibus aliquando id quod impedit generationē destruat rem generatam: tamen in perpetuis, qualis est anima rationalis, impedimentū præstari potest, ne incipiant: non autem, vt post esse desistant. Sic etiam matrimonium quod est perpetuum vinculum præsentis vite manēte, impediri potest per seruitutem præcedentem, ne fiat: non autem potest per sequentem seruitutem impediri, sic vt vitietur, & desinat esse.

¶ Queritur deinde cum S. Thom. Vtrum filij debeant sequi conditionem patris. Respon- detur autem, quod secundum leges ciuiles partus sequitur ventrem. Et hoc rationabiliter, quia proles habet à patre complemētum formale, sed à matre substantiam corporis: seruitus autem corporalis conditio est, cum seruus fit quasi instrumentum domini in operando. Et ideo proles in libertate & seruitute sequitur matrem; sed in his, quæ pertinent ad dignitatem, secundum quod est ex forma rei, sequitur patrem, sicut in honoribus, & municipijs & hæreditate, & alijs huiusmodi. Et in hoc etiam concordant canones, & lex Moyfi. Et patet Exod. 21. At verò id quod in aliquibus terris, quæ iure ciuili non reguntur vfu euenit, scilicet, vt partus sequatur deteriorem conditionem, vt, scilicet, si pater sit seruus, quāuis

**A** mater sit libera, filij sint serui, quando seruitus præcessit matrimonium, non ita rationale est, sicut illud quod multorum sapiētum diuturno consilio determinatum est: Maxime cum exemplum naturale hic suffragetur. Nam hoc etiā in naturalibus inuenitur, quod receptum est in recipiente per modum recipientis, non per modum dantis. Et ideo rationale est, quod semen receptum in muliere ad conditionem ipsius trahatur. Non igitur seruitus & libertas sumenda est à patre, sed à matre. Nam licet pater sit dignius principiū, mater tamen (vt dictum est) dat substantiam corporalem, ex parte cuius attenditur conditio seruitutis, & libertatis. Et licet essentia rei magis descendat à forma: tamen, quia filius in materialibus conditionibus, secundum quas attenditur seruitus magis debet assimilari matri, quā patri (quia res habet à forma esse specificum, sed conditiones materiales habet à materia) ideo non obstante, quod in his, quæ ad rationem speciei pertinet, magis similitur filius patri, quam matri, seruitutis conditio in filijs magis sumitur à sola matre, quā ex patre, à quo habet formationem in suo complemento. Si autem in genealogijs in scripturis sacris, & secundum communem consuetudinem ordo generationis magis textitur per mares, quā per foeminas, id ideo est, quia honor magis est ex patre, quam ex matre. Et ideo secundum communem consuetudinem magis nominantur filij à patre, quam à matre: tamē in his quæ ad virtutem spectant, magis sequitur matrem.

### CAP. XLVIII.

#### ¶ De impedimento voti & ordinis.

*An votum simplex dirimat matrimonium contractum. Et an post votum simplex castitatis contrahere matrimonium peccatum sit. Et de voto non nubendi: & à quo possit dispensari. Et an votum solenne dirimat matrimonium. Et vtrum super votum solenne castitatis papa possit dispensare, vbi soluantur argumenta pro parte affirmatiua.*

**Q**ueritur cum D. Thoma, vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Respondetur autem, quod per hoc res aliqua

aliqua definit esse in potestate alicuius, per quod transit in dominium alterius: promissio autem alicuius rei non transfert eam in dominium eius, cui promittitur: & ideo non ex hoc ipso, quod aliquis rem promittit aliquam definit res illa esse in potestate sua. Cum ergo in voto simplici non sit, nisi simplex promissio proprii corporis ad continentiam Deo seruandam facta, per votum simplex remanet homo adhuc dominus sui corporis: & ideo de facto potest se ipsum alteri dare: in qua datione sacramentum matrimonij consistit, quod indissolubile est. Et propter hoc votum simplex, quamuis impediatur contrahendum (quia peccat contrahēs matrimonium post votum simplex continentia) tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium propter hoc dirimi. Quoniam quoad modum ligandi matrimonium est fortius vinculum quam votum continentia simplex: licet votum sit fortius vinculum, quantum ad id, cui & ad quod obligatur vouens. Vnde licet post votum continentia de presenti contrahens non possit cognoscere vxorem suam sine peccato, quia adhuc restat sibi facultas implendi votum continentia ante matrimonium consummatum; sed post consummatum iam factum est illicitum, non reddere debitum vxori exigenti ex culpa sua. Et ideo obligatio voti iam non se extendit ad denegandum debitum petenti; sed solum ad non petendum. Debet tamen poenitere pro continentia non seruata, teneaturque mortua vxore totaliter continere.

¶ Circa prædictam doctrinam Diui Thomæ notandum est primo, quod post votum simplex castitatis, religionis, aut sacri ordinis ad coniugium transire culpa mortali non caret, quia Deo fides frangitur cum matrimonio ex diametro voto castitatis opponatur, cum coniux ex iustitia teneatur alteri debitum coniugale soluere. ¶ Cui adde, quod matrimonium post votum simplex siue castitatis, siue ordinis sacri, siue religionis contractum firmum est, ac solidum propter rationē D. Thomæ, quia est traditio. Neque obstat, quod nemo se potest ad peccandum obligare, sicut videtur se obligare, qui sic contrahit post votum simplex castitatis; quia obligat se ad copulam, quæ est contra votum castitatis. Quia respondetur, quod quamuis contractus per quem homo ad delinquendum se obligat non teneat: tamen negatur, quod talis sic contrahens post tale votum sic contrahendo ad peccandum se obliget; quia non se obligat ad exigendum, quia talis exactio peccatum est

**A** fet, sed obligat se post matrimonium tantum ad reddendum: quæ quidem redditio tunc non est peccatum. Secundo autem respondetur ad obiectum, quod non inconuenit, quod aliquis contractus, qui est peccatum sit validus, sicut, verbi gratia, donatio prodiga peccatum est; & tamen non ideo est inualida. Sic etiam, licet matrimonium habentis votum castitatis peccato non caruerit, non tamen sequitur, quod post validum non sit. Neque obstat etiam, quod quando datio aliqua est per legem prohibita, non tenet, vt traditio sacerdotij simoniaca, vt ait Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 62. articulo. 5. Quia respondetur, quod datio alicuius rei potest esse illicita dupliciter. Vno modo ex natura rei. Atque adeo per legem prohibita, vt emptio, & venditio simoniaca; quia spiritualia de se venalia non sunt. Et huiusmodi datio nulla est. Sed alia est datio, quæ solum illicita est, quia prohibita ratione alicuius circumstantia, scilicet, quia excessiua est, sicut datio prodiga. Et ista facta tenet. Atque huiusmodi est traditio per matrimonium ab eo, qui fecit votū castitatis. Quæ quidem traditio non ratione generis vel substantia, sed ratione subiecti; quia repugnat promissioni castitatis, quam fecit, illicita est. Ideo quamuis sit traditio illicita, sed tamen facta tenet. Pretium autem, quod datur meretrici, non est ad propositum; quia datio illa illicita est, licet pro re fiat absurda.

¶ Præterea in dubium vertere aliquis hic poterit, Vtrum contrahere matrimonium post votum castitatis peccatum sit. Quoniam videtur, quod in consummando illud consistat peccatum, non vero in contrahendo illud; quoniam sic contrahendo non fit impotens habens votum hoc ad illud implendum: quoniam potest adhuc post votum implere per ingressum religionis, antequam matrimonium consummet. Nihilominus respondetur cum sancto Thoma hic, & cum communi Theologorum sententia, quod peccatum est etiam si fiat cum animo ingrediendi religionem, quia illud dicitur coniux in re graui. Imo propter rationes supra factas contra Scotum probauimus, esse plusquam veniale sic contrahere. Quia cum per matrimonium fiat traditio corporum in ordine ad copulam, iniuria irrogatur voto: & quia sic contrahere est contra canones can. rursus. qui clerici, vel vouētes. & can. vouentibus. distinct. 27. & can. sequenti.

¶ Siquis autem hic percontetur, quid remedium in hoc casu sit adhibendum: quoniam de eo meminimus supra breuiter hic responsum



adhoc perstringimus, dicentes, quod si quis post votum religionis contraxit etiam post ratum matrimonium antequam consummet illud, tenetur vxorem etiam inuitam dimittere, & religionem ingredi: quoniam adhuc & obligatio voti durat, neque in hoc casu dispē sare poterit episcopus, sed solus papa. Sed cō summato iam matrimonio, nisi de consensu vxoris religionem etiam profitentis, religionem profiteri nequit. Si autem post votum religionis simplex cōsummet, licet id citra peccatum facere non possit, tamen post tam reddere quam petere debitum potest, ex mente Caietani. Neque enim votum simplex religionis actualem includit ex se obligationem castitatis, nisi mente vel voce exprimat. Si autem post votum simplex castitatis quis contrahat, iam dictum est cum Soto & Victoria contra Syluestrum, verbo, matrimonium. 7. quæst. 5. Quoniam (vt ait Sotus in. 4. distin. 38. quæst. 2. art. 1.) non est adigendus talis in tam arctas angustias, vt votum castitatis impleat cum mutatione status sæcularis in religiosum. Ideo consummare poterit matrimonium sine peccato, si id faciat ad instantiam coniugis, & non ad suam. Sed iam post consummationem solum reddere poterit, sed nō exigere. Nisi secundum alios, quorum sententiam non respuit hic S. Thom. in aliquibus casibus petat, in quibus vxorem velle sibi reddi debitum, intelligit; nec tamen petere audere præ verecundia ipsam cognoscit. Quia tunc petere poterit debitum ab vxore, ne onerosum se illi exhibeat: quia tunc censenda est vxor tacite & interpretatiue petere. Si autem aliquis post votum simplex sacri ordinis contrahat de præfenti (in quo quidem voto non includitur actualis obligatio castitatis, nisi exprimat) poterit, postquam contraxit cum peccato, tam ad petitionē suam, quam ad petitionem vxoris consummare. Quoniam nō tenetur ante consummationem ad religionē, vtpote quæ res ardua est, trāsmigrare. Igitur ex prædictis corollarie sequitur, quod post votum simplex religionis contrahens non solum peccat vno peccato, scilicet, contrahēdo, sed etiam alio peccato consummando, etiam si consummet ad petitionem vxoris. Si autem aliquis post votum simplex castitatis contrahat, peccat contrahendo, non tamen peccat consummando, nisi id exigendo debitum faciat. Si quis autem post votum simplex præcisum sacri ordinis contrahat, peccat contrahēdo; non tamen consummando, siue ad suā petitionem, siue ad petitionem vxoris id faciat.

**A** Quoniam iam non potest implere votū illud: & nō tenetur ingredi religionem, vt illud impleat: & non vouit expresse votum castitatis, à quo impediatur consummare. Qui autem post matrimonium voto simplici castitatis se implicuit, reddere tenetur, sed non petere. At que in hoc casu dum difficilis est accessus ad papam, potest episcopus, imo debet dispensare ad cauendum periculum; non tamen simpliciter potest dispensare super tali voto castitatis, nisi solus papa, quominus defuncto coniuge teneatur votum seruare. Quoniam super voto simplici perpetuæ castitatis solus papa dispensare potest. Secus est super votū castitatis, nō perpetuæ, sed in tempus. Quia super hoc episcopus dispensare potest, eo quod nō dicitur propriè & simpliciter votū castitatis.

**B** Præterea de voto præciso non nubendi inquitu dignum est, vtrum si quis post huiusmodi votum contrahat peccet consummando: nam quod tali voto astrictus peccet cōtrahendo, nemo ambigit. Respondetur autem secundum Sotum loco citato, quod si votū huiusmodi præcise sumatur, non est votum castitatis, neque per fornicationem violatur. Quo circa super huiusmodi voto episcopus potest dispensare. Ex qua Soti assertionem videtur corollarie sequi, negatiue respondendum esse ad quæstionem, scilicet, quod prædictus consummando matrimonium non peccat; cum voto castitatis aut religionis simplici non sit astrictus. Vnde cum iam nihil obstat consummationi matrimonij citra peccatum erit illud cōsummare, etiam petendo. Quæritur deinde cum S. Thom. Vtrum votum solenne dirimat matrimonium iam contractum. Respondetur autem, quod omnes dicunt, quod sicut votum solenne impedit matrimonium contrahendū; ita etiam dirimit iam post ipsum contractum.

**C** Quidam autem assignant pro causa huius scādalum. Sed hoc nihil est: quia & simplex votum, quandoq; habet scandalum cum sit quādoque quodammodo publicum. Et insuper in dissolubilitas est de veritate vitæ, quæ nō est propter scandalum dimittenda. Et ideo alij dicunt, quod hoc est propter statutum ecclesie. Sed hoc etiam non sufficit: Quoniam secundum hoc posset ecclesia contrarium statuere, quod non videtur verum. Et ideo dicendū est cum alijs, quod votum solenne religionis habet quod dirimat matrimonium contractum in quantum per ipsum homo sui corporis amiserit potestatem se Deo ad perpetuam continentiam tradēs, vt ex prædictis patet. Et ideo non potest se ipsum tradere religiosus in potestatem

testatem vxoris matrimonium cōtrahendo: Et quia matrimonium quod sequitur tale votum nullum est; ideo tale votum dicitur dirimere matrimonium contractum, quod nō dirimit votum simplex. Quamuis Cælestin. car. rursus, qui clerici, vel vouentes, dicat; votum simplex nō minus obligare apud Deum, quā solenne. Nam dictum eius hoc, intelligitur in quantum vtriusque voti transgressio est culpa mortalis separans à Deo; licet grauius sit frangere votum solenne, quam simplex. Sed tamen quantum ad matrimonium per quod homo homini obligatur, votum simplex, & solenne non æque obligant. Nam ad quædam obligat votum solenne, & nō simplex. Vnde licet votum simplex religionis sit iuramento firmatum, matrimonium superueniens nō dirimit. Quoniam licet iuramentum plus obliget ex parte eius, ex quo fit obligatio, quam votum; sed votum solenne plus obligat, quantum ad modum obligandi in quantum actualiter tradit hoc, quod promittitur: quod nō fit per iuramentum. Vnde licet votum solenne dirimat matrimonium, non sequitur, quod votum simplex etiam iuratum illud dirimat. Nā votum solenne plus habet quam votum simplex: quia votum solenne actualem & actualiter exhibitionem proprii corporis habet, quā non habet votum simplex.

**D** Circa prædictam doctrinam D. Tho. notandum est primo, quod hæc cōclusio hic statuta à D. Tho. scilicet, quod votum solenne non modo matrimonium impedit, verum & contractum dirimit, ab omnibus (vt ait Diuus Thomas) vnanimi consensu acceptatur; estque tanquam catholica veritas recipiēda. Est enim pluribus canonibus sancita, vt cap. infinuante. ne clerici, vel vouentes. & can. viduas à proposito. 27. q. 1. & can. presbyteris ead. dist. 27. Cuius ratio à schola Theologica vniuersaliter redditur hæc: Quoniam votum solenne non est promissio sola, qualis est votum simplex: sed est vera traditio in potestatem alterius: quia vouens religionem quoad tria vota essentialia se Deo perpetuo tradit, & mancipat. Vnde immerito Scotus dist. 38. hanc vniuersalem rationem refutat dicens, quod etiam per votū castitatis simplex homo Deo suum corpus tradit, quoad actum voti. Quia, inquit, traditio consistit in actu volūtatis volentis se tradere. Sed certe iste doctor hic allucinatur. Nam licet verum sit, quod ius vnicuique sit, dominium sui in alterum transferre; non tamē per solam promissionem hoc facit, quia promittere nō est dare. Item patet: quia

**A** votum solenne est quædam spiritualis despōsatio; & matrimonium cum Christo domino: ergo habet dirimere matrimonium. Tū, quia religionis status est perfectior: ergo nihil mirum si dirimat matrimoniū post se contractū.

**B** ¶ Iam se illa ardua celeberrimaque quæstio hic exerit, scilicet; vtrum super votum solenne castitatis papa sic valeat dispensare, vt qui illud suscepit citra delictum possit alicui matrimonio copulari. Hæc quæstionem magni momenti esse & ad ecclesiasticā rempublicā eius decisionem maxime referre arbitratur Sotus in. 4. sent. dist. 38. q. 2. art. 2. De qua agit ibi, & dicit se copiosius egisse lib. 7. de iust. & iur. q. 5. artic. 2. Pro parte affirmatiua, scilicet, quod papa possit super hoc casu dispensare patrocinantur non despiciendi auctores, scilicet, Ricard. d. 38. art. 9. Henric. Gandens. quodlib. 5. q. 25. & 26. & Duran. q. 2. & Palud. q. 4. Scotus etiam huic videtur suffragari, Caiet. etiam 1. 2. q. 88. & q. 12. 1. quolibet, hanc sic asseueranter tuetur, vt affirmet D. Thom. eam non negasse, sicut videtur D. Tho. in præfentiarū eam non refutasse. Sed opposita negatiua opinio, scilicet, quod super eo casu papa dispensare non possit fautores habet D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. & omnes antiquos doctores, Alti-fiodor. Alex. Alenf. 3. part. Bonauent. d. 38. in fin. qui pro indubitata eam tenuerūt. Quibus accedit Syluest. verbo, votum. 4. q. 5. & glos. in cap. cum ad monasterium. de statu monachorum. Igitur quo magis difficultatē quæstionis aperiamus, arguitur primo pro parte affirmatiua. Et primò ex iure canonico: Nam ca. 1. de voto. in. 6. decernitur, quod votū simplex à solenni voto ex humana constitutione distinguitur: ergo si papa potuit facere, quod votum simplex non dirimat matrimonium; poterit etiam dispensare, vt votum solenne iam factum matrimonium non impediatur, aut dirimatur, postquam distinctio inter vtrunq; est ex cōstitutione humana. Secūdo arguitur: Quoniam probabile reputatur ab aliquibus doctoribus, imo probabilius existimatur à Soto; quod in casu, quo totus orbis ad id status peruenisset, vt omne genus humanum peste interisset, & tunc solus religiosus cum sola moniali remansisset, possent inter se causa restaurandi genus humanum matrimonium inire: ergo etiā pro bono cōmuni pacificationis reipublicæ Christianæ, aut regni, quando alias per bella & cædes in interitum abiret posset religiosus dispensante papa matrimonium inire. Tertio arguitur, ex autoritate sedis Apostolicæ, quæ eum rege Aragoniæ antea religioso, vt vxorē

duceret, dicitur dispensasse. Item; Quia Cælestinus Tertius fertur dispensasse cum Sanctimoniali Constantia Rogerij filia: ergo cum non sit credendum sedem Apostolicam in hoc errasse, videtur, quod pars affirmatiua firmiter sit tenenda.

¶ Quarto præterea arguitur: Quoniam religiones militares inter approbatas religiones computantur à Diuo Thoma, in secunda secunda, quæstione. 88. articulo. 3. vbi diffinit institui posse aliquam religionem ad bella gerenda propter fidei, ac diuini cultus; atque reipublicæ ac pauperum defensionem: sed cum religiosi militaribus Sancti Iacobi dispensatum est per sedem Apostolicam, vt ducant vxores, & cum religiosi militaribus Sancti Ioânis identidem posse dispensari quidam autumant: ergo etiam papa ex vrgentissima ratione pro bono communi necessario reipublicæ Christianæ cū alijs religiosi aliorum ordinum poterit dispensare.

¶ Insuper arguitur quinto: Quoniam acceptio status episcopalis est quoddam matrimonium spirituale perpetuum; sed papa potest dispensare cum episcopo, vt dimittat sp̄sam suam ecclesiam episcopalem, qua cū matrimonium spirituale contraxerat, & dispone re, quod illa ecclesia alteri detur: ergo etiam non obstante, quod professio solennis religionis desp̄satio quædã & spirituale quoddam matrimonium sit cum Deo, poterit etiã papa dispensare vice Dei, ex vrgentissima causa, vt dimittat statum religionis, qui religiosus erat, & matrimonio possit coniugari.

¶ Item sexto arguitur: Quoniam religiosus sua culpa expulsus à religione non tenetur ultra ad statuta religionis, sed neque ad paupertatem, cum eam nō. commode seruare possit, neque ad obedientiam, quoniam religio cum ab eius obedientia repellit: ergo si per re pulsam à religione manet exemptus à voto obedientiæ, & paupertatis: ergo multo magis per dispensationem papæ poterit religiosus manere liber à voto continentiæ emisso in religione; & per consequens poterit vxorē ducere. Patet consequentia; quoniam non minus essentialia sunt religioni votum paupertatis, & obedientiæ, quam castitatis.

¶ Septimo: Quoniam dispensare potest papa sicut vsu euenit dispensare propter legitimam causam, vt religiosus fiat clericus; & tamen tunc videtur à voto obedientiæ ordinis, & relicti, & à voto paupertatis eximi. cū non possit illa iam obseruare: ergo pari ratione poterit illum eximere à voto castitatis

dispensando, vt ducat vxorem, præsertim ex vrgentissima causa.

¶ Item octauo arguitur: Quoniam in voto solenni cum emittitur videtur includi voluntas papæ, scilicet, nisi aliud ipse voluerit: ergo pro bono communi totius reipublicæ Christianæ poterit in eo dispensare. Sed in contrarium est diffinitio Innocentij pontificis cap. cum ad monasterium. de statu monachorum, vbi ait; Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis adeo annexa est regulæ monachali, vt contra eam neq; summus pontifex possit indulgere.

¶ Igitur pro expeditione quæstionis statuitur negatiua cōclusio, scilicet, quod super votum solenne nulla cadit ecclesiæ dispensatio, quæ tutior opinio est, & diffinitioni sedis apostolicæ conformior, atque subinde tenenda, vt pote quæ clarioribus verbis, neque expressioribus ab Innocentio papa in illo dict. cap. cum ad monasterium nō potuit diffiniri, quæ ibi diffinita est. Quæ etiam est antiquorū, & D. Thom. vbi supra. Qui inter sua fundamenta hoc decretum Innoc. refert. Probatur autē ex ratione D. Thom. Quoniam per votum solenne homo se mancipat, & consecrat Deo in obsequium eius, & in illum religionis statum; Sicut homo per matrimonium se tradit vxori vinculo perpetuo: ergo sicut papa nulla ex causa dispensare potest, vt maritus separetur ab vxore, quoad vinculum, multo minus per dispensationem potest remouere religiosum professum à vinculo voti castitatis religionis.

Secundo probatur: Quia si religiosus per dispensationem posset fieri nō religiosus, sequeretur vnum absurdū valde, quod scilicet, post matrimonium ratum, possent coniuges hac via disp̄sationis ad alia transire matrimonia. Quæ quidem sequela probatur clare in casu, quod maritus aliquis post matrimonium ratū ante copulam religionem profiteretur, & sua coniux subinde alium sibi matrimonio copularet virum: iam si in hoc casu dispensaret papa cum illo religioso, posset aliam sibi accipere vxorem; quoniam priorem vxorem accipere sibi nequit, cum legitime cum alio fuerit matrimonio copulata, quod quidē matrimonium dissolui nequit. Ergo iam in hoc casu cōiuges post matrimonium ratum hac via possent transire ad alia matrimonia, quod est cōtra ius diuinum. Item tertio probatur: Quia si per promotionem ad sacros ordines non dirimitur matrimonium ratum; id ideo fit, quia votum castitatis non est de intrinseca ratione annexum ordinibus, atque ideo habet locum

super

super eo dispensatio ad contrahendum post tale votum matrimonium: ergo à cōtraria ratione infertur, quod si matrimonium ratū dissoluitur per votum religionis solenne, id ideo proculdubio fit, quia intrinsece includit votū castitatis omnino indispenabile & perpetuū. Et hæc argumenta, licet pauciora sunt fortiora. Igitur antequam ad dissoluenda argumenta accingamur, prænotandum est, quod (quia differentia, qua differt votum simplex à solenni viam aperit ad hanc enodandam quæstionem) triplex versatur opinio circa differentiam, qua dicta vota differunt. Prima namque opinio est aliquorum Canonistarum, qui affirmant solum penes ceremonias, & solennitatē differre; quia solenne votum emittitur cū solennitate, & ceremonijs nonnullis, quod non vsu euenit in voto simplici. Sed hæc opinio, vt bene dixit Victoria, est sine fundamento: quia professio tacita est votum solenne, & sine aliqua cerimonia fit. Secunda opinio est D. Thom. in. 4. dist. 3. q. 1. artic. 2. afferentis, quod vtrumque votum differt ad inuicem penes traditionem & promissionem. Quoniam votum simplex est tantum promissio, solenne autem est traditio. Sicut differunt sponsalia, & matrimonium. Et hanc opinionem D. Th. hic amplectentes prædictam statuimus conclusionem. Tertia autem opinio est Caiet. scilicet, quod sola differentia voti simplicis à voto solenni dimanat ex solo iure humano ecclesiastico, decernente, quod votum solenne dirimat matrimonium; quia inhabiles facit religiosas personas ad contrahendum; sicut inhabiles reddit personas inter se consanguineas in quarto gradu, & infra ad contrahendū matrimonium. Quam opinionem tuetur Caieta. & alij eius fautores eam sequuntur. Quam Magister à Victoria in scholijs super. 2. 2. D. Th. à se dictatis anno. 1535. clariorem & faciliorem & probabilē esse arbitratus est. Adijciēs, quod qui hanc opinionem Caietani sequi & tenere voluerint, necessario subinde concedere coguntur, quod & Caiet. concedit, scilicet, quod papa potest dispensare in matrimonio rato nō consummato. Cuius opinionis potissimum fundamentum est illud ex. c. vnic. de vot. in. 6. Vbi dicitur, quod voti solennitas ex sola cōstitutione ecclesiæ est inuēta. Ex quo ibi concluditur à papa, quod illud votum debet dici solenne, quantum ad matrimonium post cōtractum dirimendū quod solennizatū per sacri ordinis susceptionē, aut per professionē expressam, vel tacitā in approbata religione, non per hoc æquiparat votum sacri ordinis, & votum professionis solennis in omnibus, etiam in ordine ad dirimendum matrimonium. Nam in professione religionis illa consecratio & benedictio, vel cerimonia non adhibetur tanquā in qua voti solennis substantia

licam approbatis. Sed quia capite cum ad monasterium. de statu monachorum ex professo, verbo, neque existimet Abbas diffinitur sic, scilicet, quod abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam neque summus Pontifex possit licentiam indulgere, vbi papa expressioribus verbis nequiuit diffinire sententiam D. Thomæ, quam diffinit (vt sentit glossa ibi) ideo proculdubio sententia D. Thomæ sanior est, & tutior, & tenenda, vt pote quæ expresse diffinitioni sedis Apostolicæ innititur. Nam id quod ex cap. vnic. de voto. in. 6. in gratiam affirmatiuæ contrariæ Caietani & alij ei suffragantes, allegant nihil expresse cōtra Diuum Thomam concludit. Nam & planam habet intelligentiam Diui Thomæ sententiæ non contrariam, vt in solutionibus argumentorum patebit. Iam superest ad illa 8. argumenta pro parte affirmatiua allata respondere, per quorum solutionem sententia Diui Tho. magis corroborabitur, & debilitas contrariæ opinionis magis apparebit.

¶ Igitur ad primum argumentum desumptum ex cap. vnic. de voto. in. 6. Respondetur primo, quod ex isto capite solum habetur, quod solennitas voti ex cōstitutione ecclesiæ est inuenta. At verò, quanuis cerimonia solennitatis sit de iure pontificio, & ex cōstitutione ecclesiæ: tamen (vt bene ait Sotus loco citato in solut. ad. 1.) vera traditio hominis ei usque libertatis ibi fit, qua ratione iure diuino, imo & naturali tale votum indispenabile est. Neque est eadem ratio de voto castitatis annexo sacro ordini; quoniam solū de iure positio est annexum tali ordini, atq; proinde iure pontificio dirimit matrimonium. Quod ex eo patet: Quia accidentarium est votum hoc sacerdotio: siquidem Græci sine illo sunt veri sacerdotes. At votum continentie de intrinseca ratione religionis est. Non enim tali voto sublato potest consistere absoluta religio. Hoc enim per se sola religio sonat; quod quidē ordo sacer non significat. Vnde quando in prædicto c. vnic. concludit papa; quod illud votum debet dici solenne, quantum ad matrimonium post cōtractum dirimendū quod solennizatū per sacri ordinis susceptionē, aut per professionē expressam, vel tacitā in approbata religione, non per hoc æquiparat votum sacri ordinis, & votum professionis solennis in omnibus, etiam in ordine ad dirimendum matrimonium. Nam in professione religionis illa consecratio & benedictio, vel cerimonia non adhibetur tanquā in qua voti solennis substantia

consistat, sed solum tanquam signum; quo mācipatio & traditio totalis, quæ ibi fit Deo approbatur, Deoq; offertur. Nam in ordine Prædicatorum, post emissum votum solenne illa fit benedictio: Sicut in matrimonio postquam essentialiter contractum est solenes benedictiones adhibentur. In sacerdotio verò votum continentia interveniens inde apparet ex sola constitutione ecclesie dirimere matrimonium, quod in eo non fit Deo totalis traditio, sicut patet, quia ibi alia vota præter castitatis, quæ solennia sint non emittuntur: & quia (vt prædictum est) de eius ratione non est votum castitatis: sicut re vera est de ratione religionis. Secundo respondetur, quod ista consequentia non valet, scilicet. Illa solennitas in voto professionis, per quam consecratur homo Deo est de constitutione ecclesie, & de iure positivo: ergo illud votum per eandem constitutionem ecclesie est dispensabile, taliter, vt talis homo fiat persona habilis ad matrimonium. Quoniam instantia huius consequentia clare patet in simili: Quoniam ex voluntate & lege humana ecclesie pedit, quod aliqua res sint sacræ, vt calix consecratus: & tamen ex iure diuino est; quod calix consecratus, quantum ad consecrationem venalis non fit; sed fit materia indebita venditionis. Ita vt super hoc papa citra crimine simoniae dispensare non possit. Sic licet ex iure positivo ecclesie votum solenne religionis dependeat quantum ad approbationem & acceptationem illius traditionis, & mancipationis, qua illic totaliter & perpetuo se homo Deo mancipat: tamen post acceptationem & approbationem factam per illam solennitatem ecclesie non sequitur, quod ecclesia possit illum per dispensationem habilitare ad matrimonium contraheandum; cum iure diuino iam ad id fit materia inhabilis, sicut iure diuino calix consecratus post consecrationem, vt consecratus est, quia materia indebita est venditionis, vt sic vendi non potest. Sicut etiam, quia iure naturali & diuino pater inhabilis est ad contrahendum cum filia, per dispensationem ecclesie, pater ad id non valet habilitari. Sed si forte curiosus lector sciscitetur, quid in causa sit, cur mater nostra ecclesia acceperit à Deo facultatem constituendi solennitatem, per quam se possit homo totaliter & perpetuo Deo mancipare in religione, & non aliter, etiam si velit. Respondetur primo, quod quoniam professio religionis est quedam traditio, qua se profitens tradit Deo, oportuit, vt ecclesia vice Dei haberet auctoritatem acceptandi huius

A modi traditionem, vt pateret, quod esset totalis & perpetua, & vt postea pro libito ei non renuntiaretur, neque ab ea retro cederetur, & vt per solennitatem ecclesie tanquam per signum publicum institutum ab ecclesia acceptaretur: verum taliter acceptaretur, quod tunc tanquam consummata traditio per nullam licentiam, aut dispensationem ecclesie frustraretur, aut irritari posset. Quod, vt supra diximus, patenter insinuauit Innocen. in illo cap. cum ad monasterium.

B ¶ Ad secundum argumentum dicitur, quod si concedamus in eo casu tanquam probabile, quod & concedit Sotus contra Caiet. scilicet, quod tunc monialis illa cum illo religioso posset causa restaurandi genus humanum perditum matrimonium contrahere, quoniam ius naturale propagandi speciem humanam primæuum, & ab exordio mundi inditum reuiuisceret, quantum ad suam antiquam obligationem, rursusque vigorem acciperet: quia ratio eius obligationis rediret: tamen non inde sequitur, quod nunc ratione alicuius boni communis causa, aut gratia pacificandi regnum liceat dispensare cum religioso, vt vxorem accipiat. Quoniam coniugium monachi cum religiosa in casu totius interitus hominum medium erat à natura ordinatum ad restaurandam humanam speciem: tamen coniugium monachi cum moniali non est medium à natura ordinatum ad pacificationem reipublice Christiane. Sicut neque dissolutio matrimonij præsertim consummati est medium per se ordinatum ad tranquillitatem reipublice procurandam. Vnde sicut hac de causa non licet separare virum ab vxore, vt alteri vxor nubat, sic non licet religiosum à statu suæ religionis amouere, quatenus per dispensationem ducat vxorem. Quoniam satis est inconuenientia & scandala sedare secularia per media ad id de se ordinata; & non licet tunc recurrere ad extraordinaria media, & de se illicita, vt tollantur.

C ¶ Ad tertium argumentum, quod desumitur ex auctoritate papæ, & sedis Apostolicæ; quæ in dictis casibus fertur iam dispensasse in hoc casu; dicitur primo, quod historia illa Regis Aragonie, qua traditur cum tali rege cum esset monachus, fuisse per sedem Apostolicam dispensatum, vt vxorem sibi acciperet, à pocrypha historia est, quippe quæ nullo subnixa est alio testimonio, quam Paludani, aut aliorum doctorum, qui originalem historiam non referunt. Tum, quia inter annales Aragonum illa histo-

ria

ria non refertur. Tum, quia decretum Innocentij inter decreta pontificia relatum diffinit summum Pontificem non posse super hoc dispensare. Tum, quia Syluester votum. 4. q. 5. refert alios dicentes illum monachum non fuisse professum. Secundo respondetur, quod si verum esset cum tali rege Aragonie monacho fuisse dispensatum, aut si verum est, quod Cælestinus Tertius (vt fertur) dispensauit cum sanctimoniali Constantia Rogerij filia (quia de Summis pontificibus sic dispensantibus non decet irreuerenter loqui, vt alij loquuntur) tum dicendum est, quod sic dispensando, se habuerunt, vt aliquando se solent habere Romani pontifices dum in rebus, quæ sub diuersis opinionibus versantur nonnunquam vnam opinionem doctorum sequuntur: non tamen eam tanquam legem constituentes, neque contrariam condemnantes. Quocirca etsi concedamus aliquos pontifices Romanos super voto solenni castitatis dispensasse, illud non habetur pro lege, potissime cum inter decreta non referatur. Nam pontificum sententia in litibus occurrentibus, & eorum gesta non sunt habenda tanquam canonice leges, neque multo minus tanquam articuli fidei: quia neque sub illa forma constituuntur. Accedit etiam ad hoc, quod si Cælestinus Tertius cum Constantia filia Rogerij moniali dispensasset (vt fertur) Innocentius Tertius, qui ei proxime successit eam dispensationem non ignorasset: qui tamen ea non obstante dicto capitulo cum ad monasterium. de indispensabilitate voti solennis, decretum illud edidit, cuius decreti cum meminerit Diuus Thomas illud veneranter amplectens, gestum Cælestini non creditur ignorasse, sed quia inter decreta non erat adnumeratum illius nullam opus habuit facere mentionem. Sicut neque etiam in hac parte Paludani subterfugij, quo euertere contendit decretum illud Innocentij, vlla est habenda ratio, scilicet, cum ait, pontificem id tantum intellexisse, quod cum monacho permanente monacho, non potest papa in castitate dispensare: quia papa hanc limitationem non insinuat, sed absolute & sine distinctione ait, quod non possit papa dispensare cum monacho in castitate, siue monacho manente, siue non manente: quia illa traditio totalis indissolubilis est, & perpetua, quandiu monachus superstes est in hac vita.

¶ Ad quartum argumentum, quod desumitur ex religionibus militaribus, cum quibus videtur dispensasse papa, respondetur, quod licet Sotus in libro de iustitia & iure, affirmet

A religiones militares præter ordinem Sancti Ioannis nomine tenus esse religiones; tamen non puto propter auctoritatem Diui Thomæ. 2. 2. quæstione. 88. articulo. 3. vbi inter religiones computat militares; religiones militares Sancti Iacobi ab aliqua ratione non quidem absoluta religionis, sed secundum quid esse secludendas: sunt etenim etsi non simpliciter religiones, sed tamen secundum quid. Nam castitatem aliqualem cum aliqua obedientia licet exigua promittunt. Sed quia iam ferè abolita est effigies absolutæ religionis inter illos, & obseruantia trium votorum inter eosdem parum viget, arbitror, Sotum non male sentire, dum ait, quod expediret huiusmodi religionum militarium equitibus, scilicet, Sancti Iacobi dispensationem obtinere, vt sibi possent, vbi velint vxores copulare, non semel, sed vbi secundo, & tertio eis expe-  
B dit. Tum: quia castitas non videtur esse annexa intrinsece & essentialiter eorum religioni, cum simpliciter religio non sit, sed secundum quid (vt censet Sotus.) Tum: quia institutio vitæ eorum cum inter domicellas, & aulas principum conuersentur, tantam cautelam in obseruando votum castitatis non compatitur. Sed de religiosis militibus, Sancti Ioannis maius instat dubium, an cum eis sic possit, aut debeat dispensari, propterea quod aliquantulo strictior est inter eos trium votorum obseruantia, licet non tam stricta, sicut inter regulares pœnitentiam profitentes. Igitur in hoc casu Sotus non satis se explicat, an horum religio simpliciter sit dicenda religio; ita vt super voto castitatis eorum, vt nubant, non possit papa dispensare. Corduba vero in quæstionibus adiectis ad tractatum de castibus conscientia, quæstione. 148. aperte affirmat, quod in religione equitum Sancti Ioannis votum solenne emittitur dirimens matrimonium. Insuper & in quæstione. 179. aperte indicat religionem istorum equitum Sancti Ioannis simpliciter & absolute esse religionem: quia ibi affirmat cum Nauarro in opusculo de redditibus ecclesiasticis, in fine, quod vir, qui de præsentibus contraxit post matrimonium ratum non consummatum profiteri potest ordinem militum Sancti Ioannis. Hanc tenet Corduba cum Nauarro contra Sotum in lib. de iustitia & iure, lib. 8. quæstione. 5. articulo. 13. dicentem, quod non licet, nisi talis vir fiat clericus, qui commoretur cum alijs clericis in conuentu. Igitur, si ita est, vt Corduba ibi ait, quod hæc assertio Soti non videtur vera (tum quia consuetudo,

do,



do, quæ maiori pollet vi, est in contrarium, tū, quia debilis est ratio Soti) certe magis tenenda esse videtur opinio Nauarri, & Cordubæ. Maxime, quia D. Thomas, vbi supra, videtur ei suffragari. Qui de religionibus etiam approbatis loquens ait, quod potest institui talis militaris religio ad defendendam fidem, & religionem Christianam ab hostibus, qualis est ista religio Sancti Ioannis; quæ inter cæteras religiones militares iam collapsas maiori obseruantia trium votorum viget. Quamuis fatemur tandem, quod certa huius rei diffinitio ad sedem Apostolicam referenda est, vt hoc ipsa diffiniat. Addit vero Corduba, quod qui vouit esse religiosum ordinis D. Francisci, licet peccet ingrediendo ordinem equitum militarium: tamen postquam professus est in tali ordine, liber manet ab obligatione proficendi in ordine Sancti Francisci, iuxta cap. penult. de regularibus in. 6. Quam quidem sententiam non tam facile admiserim: quoniam valde notabilis est excessus religionis Sancti Francisci in perfectione, quo antecellit religionem equitum militarium Sancti Ioannis. Et caput illud penultimum glossari potest quod procedit, quando inter religionem promissam & laxiorem, in qua post promissam ille proficitur, notabilis valde non interuenit excessus. Quocirca salua vera intelligentia istius capituli, puto dicendum, quod si talis, qui primo votum simplex religionis Sancti Francisci emisit, & post in religione Sancti Ioannis militum professus est, est valde proficiuus vel necessarius ad defendendam reipublicam Christianam ab infidelibus hostibus, propter egregiam suam peritiam, qua in arte militari præstat: tunc securus manebit in ordine D. Ioannis, quem professus est. Alioquin tutius est (si commode potest) in ordine Sancti Francisci profiteri solenniter, prout promiserat. Quod tamen diffiniendum sacre sedis Apostolicæ tandem committo. Vnde ad argumentum patet solutio. Quoniam tenendo, quod religio Sancti Ioannis sit simpliciter & absolute religio, repugnat ei sine voto castitatis consistere. Quocirca de ea etiam verificabitur decretum illud Innocen. 3. cap. cum ad monasterium.

¶ Ad quintum argumentum respondetur primo, quod non est eadem ratio de matrimonio spirituali, quo qui acceptat episcopatum contrahit cum ecclesia & de professione solenni religionis. Quoniam matrimonium istud non est tam stabile, quin aliquo modo dirimi possit (vt docet D. Thomas. 2. 2. q. 185.) per

**A** ingressum religionis dispensante papa & non aliter. Nam sic potest relinquere gregem. Sed (vt prædictum est) super professione religionis solenni non potest magis dispensare, quàm super matrimonio consummato, vt quoad vinculum dirimatur. Secundo respondetur cum Magistro fratre à Peña, quod si papa dispensaret cum episcopo sine causa, non auferendo ei curam animarum, vt perpetuo in episcopatu non resideret, peccaret, & factum nõ teneret. Sicut si cum monacho dispensaret, vt duceret uxorem dispensatio esset inualida iuxta Diui Thomæ sententiam, & Innocen. 3. diffinitio nem. Si autem papa sine vlla causa ab episcopo auferat pastorem curam de facto & alteri eam cõferat, factum tenebit. Tum, quia episcopus in partem sollicitudinis curæ animarum assumitur à papa (vt traditur in iure, & Diuus Thomas docet.) Vnde non est mirum, si de facto ab ea cura exonerare eum possit papa. Tum, quia episcopi iurisdictionem accipiunt à papa, secundum veriore opinionem. Vnde cum de facto habeant subordinatam eam potestati papæ poterit de facto eam ab eis tollere. Alias sequerentur multa & magna inconuenientia. Tamen in hoc casu secundum D. Thomam sic sine causa à papa amotus episcopus à suo episcopatu debet esse in animi præparatione, quātum est de se ad curandas oues.

¶ Ad sextum argumentum respondetur, quod religiosus sua culpa expulsus à religione, neque etiam ex dispensatione papæ potest ducere uxorem. Tum, quia non per hoc absoluitur totaliter ab obligatione status religiosi, quia tenetur emendam vitæ præstare, & conari, vt recipiatur iterum. Tum, quia si hoc obtinere non potuerit, tenetur esse saltem in animi præparatione ad obseruantiam sui status, cum possit; atque interim dum non potest obseruare integraliter omnia, quæ ad suum statum pertinent, tenetur ex his omnia, quæ commode potest seruare. Et quia votum castitatis emisit in religione seruare potest: ideo etiam sic eius vinculo manet strictus, vt papa cum eo dispensare nõ possit, vt matrimonio copuletur.

¶ Ad septimum argumentum respondetur cum Magistro Bañes, quod talis religiosus dispensatus à papa propter legitimam causam, vt fiat clericus, tenetur tria vota essentialia seruare: alioquin timendum est, quod fiat Apostata à religione. Atque idem dicendum est de religiosis militaribus conuentualibus, & de canonicis regularibus beneficiatis. Quocirca negatur, quod cum his proficentibus religionem simpliciter solennem possit papa sic

super

super voto castitatis eorum solenni dispensare, vt ducant uxores.

¶ Ad octauum argumentum negatur, quod in voto solenni dum emittitur subintelligatur voluntas papæ, scilicet, nisi ipse voluerit dispensare contra Paludem: quoniam cõmentitia est ista subintellectio.

## CAP. XLIX.

### De impedimento sacri ordinis.

*Vtrum ordo impediatur matrimonio: Et vtrum ordo sacer possit matrimonio superuenire: Et an sacer ordo inter Græcos impediatur matrimonio prius contracti vsu. Et de poena coniugati inter nos suscipientis ordines. Et an beneficiarij contrahentes sponsalia, vel matrimonium ipso iure beneficia amittant: Et de impedimento consanguinitatis: & quid sit consanguinitas: & an sufficere distinguatur per gradus, & lineas: vbi statuntur tres regulæ ad gradus consanguinitatis cognoscendos in vnaquaque linea. Et vtrum consanguinitas de iure naturali impediatur matrimonium, vel in omnibus gradibus Levitici. Et de primo gradu in linea transversali, & de nepte & auo, & de matrimonio cum genero, vel priuigna, vel nuru, vel socru, & inter fratres. an iure naturæ inualidetur: ita vt papa dispensare non possit.*



**V**eritur, Vtrum ordo impediatur matrimonium. Respondetur autem cum D. Thoma, quod ordo sacer de sui ratione habet ex quadam congruentia, quod matrimonium impedire debeat: quia in sacris ordinibus constituti sacra vasa & circa sacra tractant, & ideo decens est, vt munditiam corporalem per continentiam seruet. Sed quod impediatur matrimonium ex constitutione ecclesiæ, habet, tamen aliter apud Latinos, quam apud Græcos. Quia apud Græcos impeditur matrimonium contrahendum solum, ex vi ordinis: sed apud Latinos impeditur ex vi ordinis, & vterius ex voto continentie, quod est ordinibus sacris adnexum. Quod etiam, si quis verbo tenus non emittat, ex hoc ipso, quod ordinem suscipit secundum ritum occidenta-

**A**lis ecclesiæ intelligitur emisisse. Et ideo apud Græcos & alios Orientales sacer ordo impeditur matrimonium contrahendum, non tamè matrimonij prius contracti vsu, nisi forte ignorante, aut contradicente uxore vir ordinem sacrum susceperit, quia ex hoc non potest ei aliquod præiudicium generari. Quomodo autem ordines sacri distinguuntur à non sacris, & in primitiua ecclesia dictum est. At verò licet ordo sacer non habeat contrarietatem ad matrimonium in quantum sacramentum, habet tamen repugnantiam quandam ad ipsum, ratione actus sui, qui spirituales actus impedit. Ideo matrimonium impeditur. Item licet matrimonium significet coniunctionem Christi & ecclesiæ: tamè illi, qui sunt in sacris ordinibus significant Christum nobilioribus actibus, quam illi, qui sunt matrimonio coniuncti: atque ideo sacer ordo matrimonium impedit. Non tamen minores ordines sic matrimonium habent impedire, sicut impediunt ordines sacri. Quoniam in minoribus ordinibus constituti non immediate habent accessum ad tractandum sacra, sicut illi, qui sunt in sacris ordinibus. Sed secundum vsu occidentalis ecclesiæ matrimonij vsus executionem ordinis non sacri impedit propter seruandam maiorem honestatem in officijs ecclesiæ, & quia aliquis ex beneficio ecclesiastico tenetur ad executionem ordinis ex hoc ipso priuilegio clericali gaudet, ideo hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Thomæ, notandum est primò cum Soto in. 4. sentent. dist. 38. q. 1. art. 1. quod dum dicimus sacros ordines matrimonium dissoluere non intelligitur, si fuerat legitimum. Si enim quis de consensu vxoris religionem vouentis, vel ea per diuortium dimissa sacris initiatur, matrimonium non dissoluitur, sed vsus eius cessat. Dicuntur autem illud dirimere, quia post ordines sacros contractum nullum est, vt decreuit Alexan. 3. cap. 1. de cler. coniug. & can. seriatim. 3. 2. dist. & Calixtus can. presbyteris. 27. dist. Cuius statuti ecclesiæ, scilicet, quod ministri sacri non debent esse coniugati, & vxorio officio vacare patet ex multis congruentijs. Primò, quia sunt ministri Christi ex intacta virgine nati, qui etiam fuit virginitatis decus, cui debet ipsos in hoc conformari, vt sint saltem cœlibes. Secundò, quia tractatio corporis Christi & nitorem cordis, & corporis munditiâ efflagitat. Tertiò, quia matrimonia lis vita aduersatur statui clericali sacro, cuius professoribus sanctis meditationibus, sacris

lectio-

lectionibus, & orationibus assiduis quotidie incumbendum est. Quarto quia occupatio vxoris, & liberorum, non permittit, sed excludit eam vigilantem curam, quam erga pauperes, & viduas & orphanos huiusmodi ministri gerere tenentur. Quinto quoniam dignitatis splendor, quo reliquis preminere ministri debent, non secum compatitur, vt cum vxoribus sicut reliquum vulgus carnali copula miscantur. Sexto quoniam si liberorum pro creatio matrimonialis illius licita esset occasio eis subministraret, & tentationes, vt omnes suos conatus illuc intenderet, vt quasi iure hereditario filijs sacerdotia relinqueret. Secundo perpendendum est, quod quia de ratione sacri ordinis intrinseca non est votum castitatis, quoniam sine tali voto initiatus, vt inter Græcos verus sacerdos est: ideo papa de facto etiam cum sacerdote dispensare potest, vt vxorem ducat. At quanuis accidere possit, vt qui huiusmodi dispensationem petiuit grauius peccauerit, cum nulla interuenerit vrgentissima causa, quæ tollat publicum scandalum: tamen facta dispensatione matrimonium est firmum, & legitimum. Quocirca post penitentiam prioris peccati (si aliquod commisit) tuta conscientia debitum reddere debet, & si dispensationem habet etiam exigere valet, ac denique in matrimonio permanere.

Quæritur deinde cum D. Thoma, Vtrum ordo sacerdos possit matrimonio superuenire: Respondetur autem, quod matrimonium non impedit ordinis susceptionem, etiam si matrimonio iunctus ad sacros ordines accedat reclamante vxore: quia nihilominus characterem ordinis suscipit, sed executione ordinis caret. Si autem volente vxore, vel ipsa defuncta recipit ordinem, & etiam executionem recipit: si autem contradicente vxore sacris initiaretur aliquis petere debitum non posset, neque vxor ei teneretur reddere: Non tamen ideo soluitur vinculum matrimonij; quoniam ipse tenebitur vxori debitum reddere, si non possit eam inducere ad continentiam. Si autem vxor sciat, & de consensu eius vir sacros ordines suscipiat, tenetur ipsa perpetuam continentiam vouere: non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis, propter hoc quod vir eius solenne votum emisit. Secus autem esset, si emisisset vir votum simplex. Si autem sine eius consensu vir suscepit ordinem sacrum, non tenetur ipsa continere: quia ex hoc nullum sibi præiudicium generatur. Vnde etiam probabilius dicitur,

A quod quia vxori non consentienti nullum præiudicium potest generari, neque etiam inter orientales, scilicet Græci debent accedere ad sacros ordines, sine consensu vxorum: quia ad minus tempore ministerij sui vxores defraudarentur debiti redditione; quo fraudari non possunt secundum ordinem iuris, si eis contradicentibus, aut ignorantibus viri ordines susceperunt. Verum, si inter Græcos vxor consentiret, eo ipso ipsa se obligat ad alteri in perpetuum non nubendum: quia significatio matrimonij non seruetur, quæ in matrimonio sacerdotis præcipue exigitur. Si autem ipsa non consensit tali ordinationi non videtur ad hoc teneri sed mortuo viro poterit alteri nubere. Vnde ordinatione ipsa non frustratur, etiam si post matrimonium etiam consummatum fiat & contradicente vxore. Quoniam etsi verum sit, quod sacer ordo præcedens inuoluit matrimonium sequens; non tamen est contra matrimonium præcedens infirmat initiationem in sacris sequentem, quoad receptionem characteris. Cuius discriminis causa est, quod matrimonium habet pro causa nostrum consensum, non autem ordo: sed habet causam sacramentalem determinatam à Deo. Ideo quia actus humani impediri possunt, non autem sic impediri potest virtus sacramentalis sacramentorum, quia immutabilis est, licet ordo præcedens possit dirimere matrimonium, sed non est contra matrimonium præcedens ordinem subsequentem, quoad characterem impedire, aut inuoluit potest, vt dictum est.

¶ Circa hanc doctrinam Diui Thomæ notandum est primo, quod Sotus vbi supra, articulo. 2. excitans hanc quæstionem, vtrum mos Græcorum, scilicet, quod sacer ordo impedit matrimonium, non tamen impedit matrimonij prius contracti usum, sit per ecclesiam vniuersalem Latinam approbatus, aut solum permissus, Respondet confirmando denuo sententiam, quam in lib. 7. de iustit. & iure, tenuerat, scilicet, quod ab ipsis ecclesiæ primordijs continentia sacerdotalis floruerit, quam multis autoritatibus; & rationibus munisse se ait. Quibus superaddit morem Græcorum id maxime confirmantem, quia eodem constitutissimo more, quo post susceptos ordines nemini matrimonium permittunt, fatentur, eos, qui ante matrimonium initiabatur sacris, ad coelibatum teneri. Vnde colligit Græcos hunc morem, scilicet, assumentem ad sacerdotium vxoratos, qui post sacerdotium vxorio officio vacent, ex primitiua ecclesia apostolorum non collegisse. Quam si tunc vxorati

vxorati assumebantur ad sacros ordines, id fiebat sicuti modo Latina ecclesia more seruat, videlicet, quod sine consensu & voto vxoris nemo ordinabatur, & ordinatus quoque se voto coelibatus astringebat. Excepto, quod tunc vxores ad ingressum religionis non compellebantur: non enim erant tunc huiusmodi monasteria. Vnde sufficiebat tunc illis votum simplex castitatis emittere. Alebantur tamen tunc ab ipsis maritis iam ordinatis & fortasse non in eadem domo commorantibus. In quo sensu Sotus pie & verisimiliter interpretatur illum locum D. Pauli, oportet presbyterum esse vnus vxoris virum. Et alia similia loca, & canones aliud sonantes propterea sinistrum sensum reddere ait, quia deprauati fuerunt à Græcis, adijcentibus statutis Conciliorum Carthagenensium cum Romana ecclesia sententium, & statuentium, scilicet, quod presbyteri, & episcopi & diaconi licent, quod priora tempora continere debent ab vxoribus: ipsi (inquam) adiecerunt istam limitationem, cum instaret tempus sacrificij. Atque subinde addiderunt, vt sacerdotes tempore ordinationis profiteri castitatem non cogentur. Igitur concludit Sotus Græcorum usum esse errorem aduersus primum apostolorum institutum. Quocirca can. quæsitum. de pœnit. & Remiss. & can. aliter. 2. dist. & c. cum olim. de cleric. coniugat. & alios plures, quibus asseritur, orientalem ecclesiam non admisisse votum adnexum ordinibus glossat sic quod in his canonibus non refertur ille vsus Græcorum tanquam legitimus, sed tanquam error à Latinis toleratus. ¶ Ad verbum autem Niceænæ Synodi, quod refertur can. Nicæna. 3. dist. vbi cum de hac re sententia interrogaretur Pannutius respondit, coniugalem concubitum sacerdotibus esse permittendum, auscultantibus ei reliquis patribus, respondet idem Sotus illam historiam inter canones Nicænæ Synodi non extare. Adijciens secundo, quod cum sacerdotes cepissent cum vxoribus habitare præ corruptis illius temporis moribus (vt refert Epiphanius) ideo pius pater Pannutius, quoniam reuocationem ad pristinum statum, de qua synodus cogitabat, facile fieri posse non videbat, consuluit permittendum esse eum ab usum, potius quam nationem Græcam deturbandam, sicut ecclesia modo illos permittit libere. Sed quia sciscitari quis posset, vtrum sacerdotes Græci nunc vtentes vxoribus in malo statu permaneant, Respondet, quod cum votum adnexum ordinibus non sit de iure diuino, sed potestatis videtur ecclesia Latina eorum tolerando mē-

tis duritiæ cum illis dispensare. Igitur quia pio doctore Soto & pie loquenti, & in gratiam consuetudinis ecclesiæ catholice Romanæ non fas est refragari, potius duximus eius piæ affectus venerantes, huius quæstionis diffinitionem ad ecclesiam catholicam Romanam, quæ colūna & firmamentum est veritatis remittere, quam hic aliquid ex proprio Marte diffinire.

¶ Circa eandem doctrinam D. Tho. Notandum est secundo, quod sacer ordo non solum matrimonium irritum facit (vt patet ca. si quis & ca. erubescat 3. dist.) sed etiam irregularis est, qui sic contrahit vt patet ca. 1. & 2. qui clerici vel vouentes. Et non solum hoc, sed ipso iure est excommunicatus clem. vnic. de consang. & affinit. & alijs penitus venit puniedus. ¶ Accedit ad hoc, quod etiam coniugatus si suscipiat sacrum ordinem punitur. quælitum de pœnit. & remiss. Immo est irregularis (vt patet in extrauag. antiquæ. de voto) neque exigere potest debitum ab vxore: reddere tamē tenetur, secundum omnes c. 2. de cleric. coniugato. Itē etiam talis coniugatus per verba de presenti, si initiatur sacris secundum dictum c. antiquæ monedus est vt religionem ingrediatur, si matrimonium nondum est consummatum, quod si reuerit, & vxor insliterit, compellitur per excommunicationem ad matrimonij consummationem, qui quidem casus (vt dicitur ibi in summano) est notabilis, & qui satis efferrī non potest. ¶ Adde etiam, quod ex licentia vxoris licet marito sacris ordinibus insigniri, ipsa tamen si iuuenis est, aut suspecta circa continentiam, compellitur religionem profiteri. Alioquin si neque suspecta est, neque iuuenis satis est, si extrareligionem voueat continentiam. c. coniugatas de couerf. coniuga. Ita Abbas c. 1. eod. tit. & Syluest. verbo matrim. 8. impedimento. 12. q. 12. Sed vxor episcopi etiam si suspicione careat, si dedit ei licentiam, cogenda est in hoc casu ad religionem, secundum omnium intelligentiam in c. sane de couerf. coniug. ¶ Sed & nunc inquirendum venit, an in minoribus constituti licite contrahunt matrimonium ante subdiaconatum, vel an beneficia ideo amittant, si sint beneficiati. Respondetur autē primo, quod secundum Syluest. verbo. cleric. q. 4. & secundum doctores ca. 1. de cleric. coniugatis, huiusmodi in minoribus constituti licite contrahunt matrimonium. Ita Couarruias in Epithome capit. 6. secundæ partis. Tamen sic contrahentes matrimonium de presenti, etiam ante carnalem copulam beneficia ecclesiastica, si quæ habebant, amittunt, & ipso iure ea vacant, adeo, vt non recuperent illa, etiam in casu, quo eorum vxores ante consummatum matrimonium religionem ingredere-

rentur, vt patet cap. i. de cleric. coniuat. & secundum glossam, ibi cōmuniter receptam, & secundum Panormit. dicto. cap. 3. colum. 3. & Rotam nouam. 26. Quod quidem assertum, verum est etiam in casu, quo matrimoniū sic contractum nullum fuerit ob impedimentū aliquod canonicū, puta, cōsanguinitatis, aut affinitatis, dum modo consensus nō defuerit ad contrahendum. Nam si matrimonium sic ab eis contractum idē fuit inualidum, quia solum defuit ex parte ipsorum, verus consensus, beneficia tunc ipso iure non vacant. Secūdo dicitur, quod ob sola sponsalia de futuro ab eis contracta beneficia ipso iure nō vacant secundū Inolam, Ancar. Cardinal. & Nauar. in sum. cap. 25. nu. 120. & Couarru. vbi supra & communem. Vnde infertur, quod si initia tus minoribus contrahat matrimonium cum impubere (quoniam in hoc casu tale matrimonium est desponsatio tantum de futuro) non vacat beneficium ipso iure. Sicut re vera ipso iure vacat cum per verum consensum contrahitur à sic minoribus initiatis matrimonium, quia tunc faciunt actum possessioni contrarium: sicut qui occupat secundum beneficium quod cum primo simul obtinere non potest. Est vero opinio hæc verior & receptior secundum Henric. & Couarru. vbi supra. Neque sic contrahens (vt prædiximus) potest beneficium repetere, etiam si sponsa ante coitum religionem ingrediatur secundum doctores in illo cap. i. Secundo ex prædictis constat per talem coniugalem contractum amitti accessus, & regressus, atque alia quælibet iura ad beneficium ecclesiasticum ab ipsis minoribus initiatis, antea cōtrahentibus. Est communis ca. i. de cleric. coniug. Est Nauar. cap. si quando. de rescript. 5. exceptione. Est Couarr. vbi supra. Præterea per tale matrimoniū vacant pensiones titulo beneficij aliquo onere spirituali adiecto constitutæ. Secus autem est, si sine tali titulo sunt constitutæ: quia tales pensiones possunt laico concedi secundum Cardinal. & Hieron. Gig. & suffragatur textus in cap. si qui. 3. 2. dist. Quibus addit Couarruuias quod iam in vsu Romanæ curiæ receptum est vacare pensiones, etiam si simpliciter nullo adiecto onere spirituali fuerint constitutæ, nisi concessæ fuerint à papa alicui laico pro re in defensionem ecclesiæ vtiliter gerenda, vel gesta, vel quando constat ex voluntate Papæ pensiones per matrimonium nolle extinguī, secundum Ioann. Baptistam tracta. de pens. q. 30. ¶ Postremò aduertendū est, quod sicut initiatus minoribus contrahens sponsa-

lia de futuro secundum omnes non est priuatus beneficio ipso iure, sed venit priuandus secundum omnes, idem ita dicendum est de cōstituto in sacris contrahente matrimonium etiam per verba de præsentī, quia is non perdit beneficium ipso facto, quanuis eo priuari possit. Ita Nauarrus vbi supra, in huius gratiā citat glossam super cap. i. de cleric. coniug. communiter receptam contra Panormit.

### De impedimento consanguinitatis.

**Q**ueritur ergo primo cum D. Thoma, Vtrum definitio consanguinitatis, quæ ab aliquibus ponitur sit cōpetens, scilicet, quod consanguinitas sit vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Respondetur autem, quod secundum philosophum. 8. Ethicorum, omnis amicitia in aliqua communicatione consistit. Et quia amicitia ligatio, seu vnio quædam est, idē cōmunicatio, quæ est amicitia causa vinculum dicitur. Et ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui, quasi colligati ad inuicem, sicut dicuntur conciuēs, qui habent politicam cōmunicationem ad inuicem, & commilitones, qui conueniunt in militari negotio. Et eodem modo qui conueniunt in naturali communicatione dicuntur cōsanguinei. Et ideo in prædicta definitione ponitur, quasi consanguinitatis genus vinculum, quasi subiectum, personæ descendentes ab vno stipite, quarum est huiusmodi vinculum, & quasi eius principium carnalis propagatio. Non tamen ex hac definitione colligitur, quod omnes simus consanguinei, eo quod descendimus ab vno primo stipite, scilicet à protoparente Adamo. Quia individualis virtus, in cuius cōmunicatione vinculum consanguinitatis consistit, tanto magis debilitatur, quanto in plures per propagationem inducitur. Et inde est quod virtus illa, quandoque deficit vt ultra procedere non possit. Et ita paulatim consanguinitas dirimitur secundum Isidorum. Secundū quam consanguinei conueniunt non solum in natura speciei, sed etiam in virtute propria ipsius indiuidui ex vno in multis traducta. Ex qua contingit quandoque, quod filius assimilatur non solum patri, sed auo, vel remotis parentibus, vt dicitur lib. 8. de animalibus. Nam conuenientia ista & similitudo magis attenditur secundum formam, quam secundū, materiam.

Vnde

Vnde carbo ignitus magis conuenit cū igni, quā cū arbore à quo abscissus est. Et similiter alimentū iā cōuersum in speciem nutriti per virtutē nutritiua, magis cōuenit cū ipso nutrito, quā cū ipsa re, vnde sumptū est nutritiuita. Vnde licet carnalis propagatio fiat ex superfluo alimentū, nō sequitur, q̄ sicut qui nascitur ex semine non assimilatur ad res comedas, q̄ neq; etiā assimilatur ad generatē ex suo semine. Potius autē vinculum hoc dicitur cōsanguinitas, quā carnalitas. Quoniam & si Labā Gen. 18. explicans consanguinitatē, quæ erat inter ipsum, & Iacob dixit, Os meū & caro mea est: tamen, quia (vt probatur. p̄ idē animal.) illud, quod proxime cōuertitur in semē, ex quo fit propagatio est sanguis. Ideo vinculum hoc conuenientius dicitur cōsanguinitas, quā carnalitas, quæ derivatur à carne: quoniam sanguis qui in semē viri, aut in mēstruū cōuertitur, est potentia caro & os. ¶ Consanguinitas verò hæc tantum in hominibus reperitur; nō autem in animalibus. Quoniam animalia non coniunguntur ad amicitia vnitatē propter propagationem multorum ex vno parente proximo, sicut vsu euenit in hominibus.

Circa prædictā doctrinā D. Thom. notandū est primo, q̄ si consanguinitas accipiatur pro vt in præsentī sumitur. s. prout est cōmunitio plurium in eodē sanguine sic secundū Sot. in 4. sen. d. 40. q. vni. art. 1. vinculum potius est causa cōsanguinitatis. Nā cognatorū vinculum, est idē sanguis causans cōsanguinitatē quæ nihil aliud est, quā relatio quædā & habitudo realis ad eundē sanguinē, siquidē sanguis cōglutinatio est, quo plures colligantur. Ita Sotus cōtra Ricā. & alios è cōtrario dicētes, q̄ cōsanguinitas sit vinculi causa. Vnde sequitur, q̄ secundū mentē tã Soti, quā Ricardi illa prædicatio posita in definitione, scilicet, consanguinitas est vinculum, non est prædicatio identica, sed causalis. Ex hac ergo definitione colligitur primo, Eua & Adā proprie consanguineos non fuisse. Nā etsi Eua ex osse Adā Deo carnē super inducente edita fuerit, sed non in ventre, sed extra, neq; per semē, aut per sanguinē ab Adā descendit. Quocirca neq; genita fuit ab Adā, neq; concepta, neq; parta, neq; etiā ambo per carnalē propagationē processerūt, sed à Deo ambo creati sunt. Quod si quis obijciat contra prædictā definitionē, quod ex ea definitione sequitur, q̄ pater & filius nō sint cōsanguinei inter se, quoniam non ab eodē stipite ambo descendūt, sed vnus ab altero, Respondetur primo, quod ambo descendunt ab eodē stipite. s. ab auo. Secundo dicitur, q̄ definitio

Instruct. consc. 2. pars.

intelligitur sub distinctione. s. quod ambo descendūt ab vno, vel vnus ab altero. Neq; Christus & eius sanctissima mater per hanc distinctionē excluduntur à vinculo consanguinitatis inter se quoniam opera Spiritus sancti interueniente, consanguinei fuerunt: Quia ad consanguinitatē nō requiritur descensus per carnalē concubitū: quia satis est ad consanguinitatē, quod propagatio fiat per descensum sanguinem, vel vtriusq; parentis, vel Matris, vt in beatissima Virgine. ¶ Postremo, quia quis obijcere potest contra D. Thom. doctrinā dicentem in soluti. ad. 3. quod conuenientia magis attenditur secundū formā, secundū quā aliquid est in actu, quam secundū materiam, secundū quā est in potentia, sic cōtra ipsam arguēdo, scilicet, q̄ consanguinitas conuenientia est nō in forma specifica, sed cōuenientia in materia, in qua tamen etiā fratres solent differre: ergo consanguinitas nulla est conuenientia. Respondetur, q̄ certē cōsanguinitas nō est cōuenientia specifica ratione formæ, sed est materialis conuenientia. Nam sanguis ad materiam spectat, vt caro. At, quāuis in diuersis indiuiduis diuersa sint numero materia, est tamen idē sanguis in ordine ad causam efficiētē, quia, scilicet, ab eodē stipite & radice procedit, vnde idē riuulus, qui ab eodem effluit fonte. Igitur, quia denominatio à proxima materia fieri debet, quæ quidem se habet vt forma respectu materię remotæ, idē D. Thom. dixit, q̄ ista conuenientia magis attendenda est secundū formam, secundum quam aliquid est in actu, quam secundum materiam, secundū quā quis est in potentia.

Præterea queritur cū D. Thom. vtrum cōsanguinitas conuenienter distinguatur per lineas & gradus. Respondetur autē, q̄ cōsanguinitas est quædā propinquitas in naturali cōmunicatione fundata. Vnde secundū Philosophum. 8. Ethic. ista communicatio est triplex, vna secundum habitudinem principij ad principiatum, secundum quam sumitur prima linea, quæ est descendētium ab vno eodemque principio. Alia autem est communicatio, quæ est secundum habitudinem principij ad principium, id est, filij ad parentes, secundum quam sumitur linea secunda, quæ est ascendētium. Tertia autem communicatio est secundum habitudinem eorum, qui sunt ab eodem principio ad inuicem, sicut fratres, qui nascuntur ex eisdem, secundum quam sumitur tertia linea, quæ dicitur, transuersalis. Gradus autē in linea inueniuntur diuersi, secundum diuersos progressus propa-

H h

tionis



tionis motus, qui non quiescit in vno termino, sed ultra progreditur. Quia patris est accipere patrem, & filij filium & sic deinceps. At vero, quia gradus cuiuslibet rei est pars aliqua illius rei; ideo gradus propinquitatis esse non potest, vbi non est propinquitas. Quocirca identitas & nimia distantia, quia propinquitatem tollit (quia nemo est sibi ipsi propinquus, sicut neque; aliquis sibi similis) ideo consanguinitatem tollunt. Vnde sequitur, quod nulla persona per se ipsam facit aliquem gradum, sed comparata alicui personae gradum facit ad ipsam. ¶ In duabus autem lineis, scilicet, descendenti & ascendenti secundum vtramque supputationem canonicam & legalem, personam, quae in primo progressu occurrit descendendo vel ascendendo distat ab aliquo, puta a Petro in primo gradu, ut pater & filius. Qui autem secundo vtrique occurrit, distat in secundo gradu ut auus & nepos, & sic deinceps. In linea autem transversali, vbi gradus computantur non secundum quod vnus procedit ex alio, sed secundum quod vterque propagatur ex vno, diuersa est computatio canonica & legali. Quia legalis computatio attendit descensum a communi radice ex vtraque parte. Vnde secundum eam duo fratres, vel frater & soror sibi attinent in secundo gradu. Sed secundum computationem canonicam, duo fratres solum sibi attinent in primo gradu, quia neuter eorum distat a radice communi, nisi per vnum gradum. Igitur secundum computationem canonicam quoto gradu quis distat ab aliquo gradu superiori, toto distat a quolibet descendenti ab ipso, & nunquam minus: quia propter vnum quodque tale & illud magis. Aliquando tamen plus distat aliquis ab aliquo descendente a communi principio, quia ille forte plus distat a communi principio, quam ipse: & secundum remotiorem distantiam oportet tunc consanguinitatem computari. ¶ Aduertendum est autem, quod consanguinitas non est collectio personarum, sed relatio quaedam aliquarum personarum, quarum collectio lineam consanguinitatis ad inuicem facit. Itaque collectio sunt ipsae personae complexim sumptae. Sicut & populus est personarum multitudo. Vnde non licet inferre, quod consanguinitas non conuenienter per lineas distinguatur. Sicut etiam non inconuenit, quod descensus positus sit in definitione consanguinitatis sic in communi, ut consanguinitas possit diuidi per lineam ascendenti, & descendenti. Quoniam descensus, ut communi sumitur, positus est in tali definitione. Sed descensus in particulari prout talis est, scilicet, a persona, cuius consanguinitas quaeritur, sic

**A** lineam descendentiū facit, & condistinguit. Alias descensus communiter sumptus attenditur secundum quamlibet consanguinitatis lineam: quoniam carnalis propagatio descensus est. Insuper linea aliquando sumitur pro ipsa dimensione prima quantitatis continuæ habente duo puncta in actu & infinita in potentia. Aliquando sumitur linea pro his, quae linealiter disponuntur, & sic adaptatur numeris; & sic sumitur hic. Sicut ergo in numeris quaelibet vnitas adiecta gradum facit in tali linea, sic similiter est de linea consanguinitatis. Vnde vna linea sic accepta continet plures gradus. Adde etiā, quod distantia, quae ponitur in definitione gradus, dum sic diffinitur, scilicet, quod gradus est habitudo distantium personarum, & cetera, non excludit propinquitatem consanguinitatis: quia consanguinitati non opponitur, nisi distantia maxima, quae tollit propinquitatem: quemadmodum neque similitudinem tollit aliqua diuersitas. Praeterea & hic considerandum venit, quod sicut vna albedo dicitur maior alia dupliciter, vno modo intensiue ratione intensiōis ipsius qualitatis, alio modo extensiue ex quantitate superficiei: ita & consanguinitas dicitur maior, vel minor, vno modo intensiue ex ipsa natura consanguinitatis, alio modo, quasi dimensiue, & sic gradus consanguinitatis distinguitur. At sic primo modo ex natura consanguinitatis pater & filius attinent sibi magis, scilicet in primo gradu, inter quos nulla distat persona media. Et sic intensiue magis sibi in consanguinitate attinet pater suus, quam frater. Et secundum hoc apparet, quod patruus magis est consanguineus alicui, quam pronepos eius, quauis sint in eodem gradu. Nam licet pater & patruus sint in eodem gradu respectu radice consanguinitatis, quia vterque distat vno gradu ab auo; tamen respectu eius, cuius consanguinitas quaeritur, non sunt in eodem gradu: quia pater est in primo gradu, patruus autem non potest esse propinquior quam in secundo, in quo est auus. Semper igitur personae in aequali numero gradu distant a se inuicem, quamuis quandoque non aequali numero graduum distent a communi principio (ut ex praedictis patet.)

¶ Circa praedictam doctrinam D. Tho. notandum est primo, quod consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite propinquo descendenti, vel quarum vna descendit ab alia carnali propagatione contractu. Propinquo dicitur, quoniam alias omnes descendentes ab Adā essent consanguinei. Sunt tamen aliqui, qui de iure naturali inter ascendentes & descendentes

putant sic vigere propinquitatem consanguinitatis ad decimum, vel duodecimum gradum tantum. Ita ut post hos gradus urgente necessitate liceat contrahere inter se contra Canonistas Scotum, & Durandum, Petrum de Palude, & Ricardum. Cuius rationem assignant: quoniam ad consanguinitatem requiritur certa proportio & distantia. At Couarru. in Epithom. cap. 6. par. 2. arbitratur, quod (licet ista disputatione non egeamus) tamen ratio prohibitionis in ista prima linea non videtur ultra 20. gradum extendi. Secundo notandum est, quod gradus dicitur habitudo, id est, mensura distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duae vel plures personae differant. Gradus autem isti dicti sunt ad similitudinem scalae graduum, per quos ascenditur, vel descenditur. Agnationis autem nomen ad descendentes a matribus attinet. Nam lex civilis hos proprie agnatos appellat. l. non facile. §. i. ff. de gradi. & iuris consultus, versic. cognati. ff. de gradibus. Cognationis vero nomen ad natos de foeminis adaptatur. Vnde duplex linea solet assignari, scilicet, linea paterna, & linea materna. Linea igitur paterna, quando de ea in testamentis & contractibus fit mentio, tam effectiue, quam comprehensiue sumpta est illa secundum Couarr. vbi supra, cuius pater est caput, in qua etiam pater continetur. Et hinc patere potest quid sit linea materna. ¶ Tertio ad cognoscendos gradus in vnaquaque linea statuuntur tres regulae, tam de iure civili, quam canonico. Prima igitur regula est, tam pro ascendenti, quam descendenti, scilicet, quod in ascendenti & descendenti linea, si inter illos nulla est persona media, sunt in primo gradu. Si vero plures personae aut aliqua mediat, tot sunt gradus, quot sunt personae, vna dempta, connumeratis omnibus medijs personis & extremis. Et sic filius coniungitur patri in primo gradu, nepos in secundo, pronepos in tertio, abnepos in quarto. Et haec regula prima deseruit pro linea recta. ¶ Secunda autem regula traditur pro linea transversali, seu obliqua, scilicet, si duo sint transversales in diuersis lineis, & aequaliter ab stipite distant quoto gradu distant ab stipite, distant inter se. Ut fratres distant inter se primo gradu, quo distant a patre. Tertia autem regula generalis est, quae etiam pro lineis transversalibus deseruit. Huiusmodi est, in lineis transversalibus existentes, si ab stipite inaequaliter distant; tunc quoto gradu persona remotior distat ab stipite, distant ipsi inter se cap. vir, qui ab sti-

Instruct. consc. 2. pars.

**A** pite. de consang. ¶ Quarto notandum est discrimen. Nam canones quoad matrimonium gradus distinguunt: quia constituitur inter duas personas matrimonium. Sed ius civile distinguit gradus consanguinitatis quoad successiōnem, quae ab vno in alium deferretur. Vnde infert Couarr. vbi supra, quod promiscue in vtroque foro, quoad coniugia iura canonica probantur, secundum communem. In hereditatibus vero & successiōibus in vtroque foro legalis computatio graduum est obseruanda, ut tenent omnes. In alijs vero contractibus actibusque ceteris similibus, computatio quaelibet in suo proprio foro obseruanda venit. Ita Ioan. Andr. in addit. ad Spec.

**B** ¶ Postremo Sotus, vbi supra, obseruandum esse ait, quod quoad dispensationem obtinendam, quando vnus distat ab stipite quarto gradu, licet alius distet non nisi tertio, vel secundo, non videtur facienda maior difficultas, quam si ambo essent in quarto: quoniam non sunt sanguine propinquiores. Verum hic ad memoriam reuocandum est, quod Pius V. in proprio motu c. sanctissimus. declarauit, scilicet, quod super expressione gradus propinquois in dispensationibus matrimonialibus, non sunt subreptitiae literae, si tantum de gradu remotiori faciunt mentionem, sufficitque in eis exprimere remotiorem gradum, dum tamen iuxta Clemen. & Gregorij constitutiones, quas circa hoc Pius V. innouat, obtineatur postea super propinquois re literae declaratoriae. Item etiam idem Pius V. in proprio motu, qui incipit. Proprio motu decernit officiales, atque sollicitatores sub poena falsi teneri exprimere veritatem in dispensationibus matrimonialibus & in alijs gratis.

¶ Quaeritur deinde cum S. Tho. Vtrum consanguinitas de iure naturali impediatur matrimonium. Respondetur autem, quod in matrimonio aliquid esse contra legem naturae dicitur, per quod matrimonium redditur incōpetens respectu finis, ad quae ordinatur. At licet ex parte finis, id est, prolis generandae matrimonio inter patrem & filiam, & inter filium & matrem finis matrimonij non totaliter impediatur: quia prole possunt inter se suscipere, nutrire & instruere; sed non conuenienti modo in matrimonio id potest fieri inter eos. Quoniam inordinationem quandam naturalem praefert, quod filia cum in omnibus patri debeat esse subiecta, ei iungatur in sociam causa generandae prolis, & educandae. Et ideo de lege naturali est, ut pater & mater a matrimonio repellantur. Et magis etiam mater, quam pater: quia magis reuerentiae, quae debetur parentibus, derogatur,

H h h 2 si fi

si filius matrem, quam si pater filiam ducat uxorem; cum uxor viro aliquo debet esse subiecta. At lex diuina non solum patrem & matrem excludit à matrimonio, sed etiã alias coniunctas personas, quas oportet simul conuersari, præsertim ratione consanguinitatis ob plures rationes, scilicet, Tū, quia huiusmodi personæ debent iuicem alterius altera pudicitiam custodire. Et hanc causam assignat diuina lex dicens, Ne reueles turpitudinē talis; vel talis, quia turpitudō tua est. Tū secundo, quia cū finis secundarius matrimonij sit concupiscentiæ repressio, hic finis deperiret, si quilibet suæ consanguineæ posset matrimonio copulari: quia hinc magnus concupiscentiæ aditus præberetur, nisi inter personas, quas oportet in eadē domo conuersari esset carnalis copula interdicta. ¶ Adde etiã, quod licet finis matrimonij de per accidens sit cōsideratio hominū, & amicitia multiplicatio: tamen huic fini præiudiciū fieret, si aliquis consanguineā suā uxorem duceret, quia ex hoc noua amicitia per matrimoniū non accresceret inter alios. Ideo secundū leges humanas & statuta ecclesię plures consanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati. Sic ergo ex prædictis patet, quod consanguinitas quantū ad aliquas personas impedit matrimoniū de iure naturali, & quantū ad aliquas de iure diuino, & quantū ad aliquas de iure per homines instituto. Sed nullo iure Eua prohibita est matrimonio coniungi Adā: quia non est generata ex Adā, neque prodijt ex eo per modū illū, quo uir naturaliter solitus est generare sibi simile in specie. Si autem aliqui barbarorū nō excludūt à suo matrimonio filias suas, id nō procedit à lege naturali, sed ex concupiscentiæ ardore filiabus carnaliter cōmiscetur, qui legē naturæ in eis offuscavit. At licet in aliquibus animalibus coitus cū matre inueniatur, id ideo est, quia autor naturæ Deus nulli generi animalium indidit sollicitudinē filiorū, aut reuerentiā ad parentes in omne tempus, nisi homini. Alijs autē animalibus plus, vel minus necessitati sunt, vel filij parētibus, vel parētes filijs. Vnde in quibusdā animalibus abhorret filius cognoscere matrem carnaliter, quādiu manet apud ipsam, quod est cognitio matris, & reuerentiā quædā ad ipsam (ut refert philosophus in 8. de animalibus. de camelo & equo.) Et quia omnes honesti mores animalium in hominibus naturaliter congregati sunt, & perfectius, quā in alijs, ideo naturaliter propter hoc abhorret homo cognoscere nō solum matrem, sed & filiā, quod est adhuc minus cōtra naturā. Itē, quia in alijs animalibus ex propa-

gatione carnis nō contrahitur consanguinitas, sicut in hominibus, ideo nō est similis ratio de utrisque. Insuper consanguinitas, licet sit quædā propinquitas, & unio, tollit tamē unionē matrimonij. Neque enim est incōueniēs, quod una unio alterā impediatur. Sicut ubi est identitas, non est similitudo. Et sic consanguinitatis vinculum potest impedire matrimonij coniunctionē.

¶ Circa prædictā doctrinam D. Tho. in disputationē adducitur, an graduū prohibitio, quæ habetur Leui. 18. duret modo, & vim modo in lege nostra retineat. At quæstionis huius elucidatio cōducit tū ad discernendū, an infideles, qui in illis gradibus cōtraxerunt, si modo cōuertantur sint separandi; tū ad iudicandū, utrum papa modo possit super aliquē illorum graduū dispensare. Respondetur autē, quod licet cōmunis opinio sit, illos gradus esse modo iure diuino prohibitos (ut tenet D. Bonauen. d. 40. ar. 1. q. 2. & ibi Ricar. & S. Tho. dist. 39. ar. 3. ad. 3. Vbi ait, quod infideles, qui cōtraxerunt in gradibus in Leuitico prohibitis si cōuertantur sunt separandi, & Syluest. verbo, matrimonium. 8. q. 6. & verbo, papa. §. 17. & Maio. & Vualden.) Tamē in cōtrario extremo sunt Caiet. & Thom. de Argen. qui dicunt ius naturæ solū parentes & liberos prohibere à matrimonio, nō tamen fratres. Igitur, ut rei veritas illucescat ad quæstionē respondetur per hæc asserta. Primo enim dicitur, quod præcepta illa prohibitoria Leuitici illa ratione, qua illa in lege veteri posita sunt, nullū apud nos vigere habent, sed iam obligatio eorum extincta est & cessauit. Itaque si aliqua eorum perdurat ea ratione permanent, quatenus moralia sunt, & vim naturalis iuris retinent. Igitur nō solum ex illis legibus modo in lege gratiæ nullū potest sumi argumentum obligandi, nisi quatenus aliqua illarū vim habent naturalis iuris: sed etiam hæresis est illas prohibitiones quatenus legales erāt modo tanquam necessario obseruandas allegare. Quoniam perinde id esset, ac si aliquis nunc legem circuncisionis necessario esse obseruandam affirmaret. Nam & præcepta veteris legis incircuncisas gentes non obligabant: ergo neque nos obligatio ne illius legis astringimur. Vnde licet concedamus illa præcepta Leuit. 8. esse moralia (ut insinuat D. Augustinus quæst. 53. super Leuiticum dicens, omnia illa mandata in Decalogo esse præconcepta) non tamen subinde colligitur, ut omnia illa matrimonia dirimant. Nam non omnis prohibitio moralis, quæ inducit peccatum, si contra fiat perinde inducit irritationem facti. Nam beneficiorum incom-

patibili-  
gatione carnis nō contrahitur consanguinitas, sicut in hominibus, ideo nō est similis ratio de utrisque. Insuper consanguinitas, licet sit quædā propinquitas, & unio, tollit tamē unionē matrimonij. Neque enim est incōueniēs, quod una unio alterā impediatur. Sicut ubi est identitas, non est similitudo. Et sic consanguinitatis vinculum potest impedire matrimonij coniunctionē.

patibilium multitudo peccatum est illa possidere; non tamen ideo collatio eorum non tenet. Itē, prodigalitas iure naturæ prohibetur: & tamen prodiga donatio tenet. Deinde matrimonium post votum simplex castitatis cōtractum prohibitum erat contrahi: & tamen factum tenet. Sicut etiam matrimonium clandestinum prohibitum est, & tamen sic contractum sine bannis coram curato & testibus valet. Secundo dicitur, quod licet aliqui dicant omnes illas prohibitiones Leuit. 18. esse de iure naturæ, & Palud. vbi sup. & Floren. 3. p. tit. 1. c. 14. aiunt fere omnes esse de iure diuino. Ratione cuius Maioris & Syluest. verbo, papa. §. 17. arbitrantur papam non posse super illis dispensare. Nihilominus, quia nō omnes æquo ordine sunt de iure naturali; sed quædā sunt tanquam prima principia; aliæ vero, ut conclusiones, propinquius vel remotius, ex illis dimanantes: ideo inter eas aliquæ sunt sic iure naturæ validæ, ut eodem iure matrimonium irritent: aliæ autem sunt, quæ licet iure naturæ id prohibeant, non tamen eodem iure irritant. Verumtamen oportet ut ecclesia sic talia matrimonia cohibeat, ut ea casset & anqullet, & nihilominus possit super ipsis dispensare. Sed quia sciscitari quis hic potest quænam matrimonia sunt ita de iure naturæ prohibita, ut eodē iure sint nulla. Dicitur tertio, quod inter patrem, & filiam, & filium & matrem sic iure naturæ ac perinde diuino prohibitum est matrimonium, ut etiam nulla alia lege prohibente sit nullum. Hæc est D. Tho. Cuius prima ratio sumitur à turpitudine hic interueniente. Secunda à summo incendio libidinis, quod inde oriretur. Tertia à summo ardore concupiscentiæ, qui secundum Arist. inde exuscitaretur. Quibus adde, quod hoc videtur esse tam de iure naturæ, ut etiam si in statu naturæ integræ ratio turpitudinis & recudiæ cessaret, & aliæ rationes, scilicet, multiplicandi amicos ex matrimonio cessarent, adhuc in illo statu nefas esset talia inire cōnubia. Quoniā ratio honoris & reuerentiæ quæ debetur parentibus à filiis tunc non cessaret. Vnde, si in illo statu aliqui huiusmodi cōnubia inirent, sicut per ligni vetiti esum illū statum iustitiæ amiserunt; ita per hæc cōnubia mortalia, sicut & per quodcunq; mortale delictum contra ius naturæ commissum illū statum naturæ integræ perdidissent, ut si filius cognosceret matrem. Sed adhuc alij in cōtentionem adducunt, utrum in aliquo vrgentissimo casu possit dispensari, ut pater in uxorem ducat filiam, vel filius matrem. Respondetur

autem, quod licet Martinus de temperantia. q. de incestu. teneat ratione boni communis ne, scilicet, totum genus humanum pereat, licere patri filiam & filio matrem cognoscere, & quamuis Caieta. q. 154. art. 9. opinatur matrimonium patris cum filia esse omnino indispenabile, tãquam intrinsece malum, sicut & mēdaciū: tamen nō videtur negandū, quod Deus super hoc dispensare possit: quoniā nō est tam intrinsece malum sicut mētiri, & peierare. Sed casus Martini & eius euentus, nō est admittendus, scilicet, quod Eua posset esse incepta ad masculos generandos, & apta ad foeminas: quia iste casus est contra prouidentiam diuinam, quæ Eua instituit etiam in matrem virorum. Quod si quis magis vrgere redigēdo casum ad illum statum mundi, ut nō esset in toto orbe nisi pater & filia, aut mater & filius, quid tunc, an tūc cōtrahere possent causa propagandi, & restaurandi genus humanū: igitur in hoc casu licet non tã asseueranter ut id iudicio peritorū nō cōmittat. Sotus, vbi sup. asserit tunc tale cōnubium esse licitū. Tum, quoniā non est tam intrinsece malū, sicut sunt ea, quæ primis principijs iuris naturalis sunt cōtraria. Tum, quia tūc teneretur adhibere hoc naturale remediū credentes, quod autor naturæ in hoc casu dispensaret. Sed alij dicunt tūc hoc remediū nō fore vtendū: quia credendū esset finem adesse mundi. Alij autem asserunt diuinam reuelationē tunc fore expectandam. Sed quia cognitio finis mundi supernaturalis est: quia de die illa nemo scit, & quia reuelatio si expectaretur à Deo, forte denegaretur à Deo; ideo horū assertio firma nō est. Nisi forte dicatur, quod tale mediū non esset per se ordinatum ad restaurandū genus humanū; sicut neque ab initio Deus autor naturæ mediū ordinatū esse voluit, ut ad propagationē generis humani pater filiā duceret, aut filius matrem. Vnde semper ista difformitas irreuerentiæ, quæ respectu parentum ibi interueniret illi matrimonio inesset, nisi per dispensationē Dei tolleretur, quam non videretur tunc face re velle, nisi id expresse reuclaret. Quo circa neque assertio Soti est omnino certa, ut non possit in dubiū reuocari. ¶ Præterea in dubiū hic reuocari solet, an in recta linea solū quartus gradus & infra eū existentes iure naturæ prohibeantur, an vero eodem iure ceteriores gradus interdiciantur. Respondetur autem, quod licet opinio cōmunis fuerit, scilicet, Ricardi, Scoti, Durandi, Paludis, & Caii iuris cōsulti in 1. nuptiæ. 2. ff. de ritu nuptiæ. affirmans sic lineam rectam in infinitum protēdi,

vt Adam si hoc tēpore superstes esset cū nūla foemina posset cōtrahere: tamē Caiet. q. 154. art. 9. & opusc. ad Clemen. VII. de coniug. regis Angliæ, affirmat iure diuino solum prohiberi vnū gradū in linea recta, scilicet, parentū & filiorū. Quod sibi videtur persuadere ex D. Tho. in solu. ad. 3. dicēte, q̄ in cōmixtione parentū & filiorum est aliquid indecens, & repugnans naturali rationi: & quia inter patrē & filiam intercedit vnitas sanguinis, quæ iure naturæ matrimoniu excludit; inter alios vero non item. Igitur pro decisione quæstionis, quia vtraq; opinio videtur extrema; & quia sæpe opinio media minus distare solet à veritate, nos media via hīc incedemus, declinātes etiā ab illa opinione Soti, vbi supr. Quippe quī sic cōtrahat ius naturæ, vt eius vis prohibitiua nō extēdatur in linea recta vltra quartū gradū. Quod nō cū multa verisimilitudine facit. Tū, quia nemo, qui exacte vim iuris naturæ consideret inficiabitur magis vim suam exercere in recta linea, quā in trāsuersali, quoad consanguinitatē, quia aqua vnus riuus maiorē continuitatē, aut vnionē seruat cū fonte à quo dimanat, quā cum alio riuulo ab eodē quoq; fonte descendēte. Quæ ratio aliquale coniecturam secum præfert, q̄ intra etiam quartum gradum ius naturæ prohibens nuptias, vltra quartū gradū etiam extēdatur. Tū secundo, quia nō videtur tam cito euanescere vis cōsanguinitatis deducta per lineam rectā, sicut si consideretur inter sibi attinentes in linea trāsuersali. Quod consonare videtur magis doctrinæ D. Tho. Qui art. 2. q. 54. in solu. ad. 5. ait, quod intensius & ex natura ipsa consanguinitatis, magis attinet alicui pater suus, quam frater, licet in primo gradu vtrique attingat. Ergo si consanguinitas ex sua natura in recta linea considerata intensior est, nō est diuinare dicere quod ius naturæ in recta linea vltra quartum gradū extendatur. Neque est omnino certū, quod esse certū ipse ait, scilicet quod quantum ad nuptias cōtrahendas vltra quartum gradū nulla linea descendit. Quocirca, licet, si casus per impossibile accideret, scilicet, quod quis post tot annos vita superstes esset, vt cū trinepti sua matrimonio iungi posset, quæ iam sibi in quinto gradu lineæ rectæ attineret nō inficiemur, quod dispensari posset per papam ex ratione, vt cum ea cōtraheret. Tamen non ita libere asserimus, q̄ citra talem dispensationē tale matrimoniu esset licitū. Nam ius naturæ etiā vsq; ad hunc gradum videtur vigere, licet nō iam tantū, quin per dispensationē licitum sit oppositū, eo quod in

remotioribus gradibus, prohibitiones istæ sunt veluti conclusionēs remotius deductæ à primis principijs naturæ, quæ licet sint validæ ad obligandū, ne fiat cōtrarium: nō tamen irritāt matrimoniu, si ex causa per ecclesiā super eō fuerit dispensatū. Nam tūc & licitū & validū erit. Igitur vt supra diximus, resoluētes quæstionē, dicimus, q̄ licet nihil certi asseramus: tamen verisimilius est, quod vsq; ad. 7. vel ad 10. vel. 11. gradū, vel certe. 12. ius naturæ inter extantes in recta linea id prohibeat, & nō vltra. Quia ad consanguinitatē requiritur certa proportio, quæ ob rationes prædictas magis se extendit in linea recta & quoad plures distantioresq; personas, quā in linea trāsuersali. Licet Couar. nescio qua motu ratione, vt prædiximus eā prohibitionē extendit vsque ad. 20. gradus. Vnde patet cōtra Caiet. quod contra ius naturæ est, aut cōtrahere cū nepte, ac proinde iure naturæ sic est inualidū, vt ecclesiā, saluo eius certo super hoc & super alijs iudicio, nequeat dispensare. Tū, quia accessus aui ad neptē videtur esse quædā reciprocatio agētis ad seipsum, tāquā ad passum. Tum, quia neptis multū vicinū ab auo sanguinē ducit. Vnde D. Tho. noluit fratres & auos à naturali prohibitione excludere: sed tantū in re euidentiori exemplū posuit. Tū, quia in isto secundo gradu rectæ lineæ natura ipsa videtur nuptias execrari. Nā & aui solent vocari magni patres. Tū, quia rationes factæ de patre & filia, pari fere vigore militant de auo & nepte. Tū, quia nepotes sunt etiā quodammo do auorū partes. Ideo Leui. 18. dicitur; Turpitudinē filia filij tui, id est, neptis, nō reuelabis: quia turpitudō tua est. Vnde rectē concludit Sotus, quod fortasse papa nō valet inter auū & neptē cōiugiū dispensando permittere: quoniam saltē nunquā fecisse legitur, neq; forte id poterit sibi persuadere, vt faciat: eo q̄ aui & nepotes quasi patres & filij reputantur. Quocirca Innoc. qui videtur cōtrariū dicere in. c. gaudemus. de diuort. vbi ait, q̄ qui in secūdo, vel tertio gradu ante baptismū contraxerūt, non sunt separandi, stricte glossandus est, & certe interpretandus videtur in secūdo gradu consanguinitatis in linea trāsuersali, puta, inter patruū, & neptē, & inter fratruēles, & pariter in secūdo affinitatis & in quocūq; tertio.

¶ Quæritur deinde cū D. Tho. vtrum consanguinitatis gradus matrimoniu impediētes potuerunt taxari ab ecclesiā ad quartum gradum. Respondetur autem, quod secundū diuersa tempora inuenitur consanguinitas secundum gradus diuersos matrimonium impedisse.

disse. In principio namque generis humani, solus pater, & mater à matrimonio repellebatur, propter necessitatem, quæ tunc erat propagandi genus humanum. Vnde tunc non erant remouendæ à matrimonio, nisi personæ illæ, quæ incompetentes erant, quantum ad finem matrimonij principalem, qui est bonū prolis. At post multiplicationem generis humani in lege Moyse illæ personæ exceptæ sunt (vt dicit Rabi Moyse) à matrimonio, quæ in vna familia inhabitare solent, tum, vt non præstaretur incendium libidini. Sed hæc lex alios gradus permisit, imo præcepit, vt vnusquisque de sua cognatione vxorem acciperet, ne successio numerum confusio esset. In lege autē noua, quia lex spiritus & amoris est, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti: quia oportet nunc homines magis à carnalibus retrahi, vt spiritualibus vacent, & vt amor amplius diffundatur. At licet olim rationabiliter ex statuto ecclesiæ vsque ad septimū gradum consanguinitas à matrimonio impediēbat, tum, quia vltra hoc non de facili remanebat cōmunitatis radice memoria; tum, quia septiformis Spiritus sancti gratiæ hoc congruebat: tamen modo circa hæc vltima tempora restrictum est ecclesiæ interdictum, vsque ad quartum gradum. Tum, quia inutile erat ad remotiores gradus prohibitionem extendere; quia charitatis frigescente in cordibus ad remotiores consanguineos, quasi nullum fædus est iam maioris amicitia, quam ad extraneos. Tum, quia periculosum est plures gradus quam quatuor prohibere; quia concupiscentia & negligentia præualete, plures gradus homines non satis obseruabant, & sic extali prohibitione lata laqueus damnationis multis iniiciebatur. Congruè igitur ista prohibitio restricta est nunc vsq; ad quartum gradum inclusiuè. Tum, quia vsq; ad quartam generationem homines viuere consueuerant, vt sic non possit consanguinitatis memoria aboleri. Vnde Deus in tertiam & quartam generationem peccata parentum visitaturus in filios comminatur. Tum, quia in qualibet generatione noua fit mixtio cum sanguine alieno. Vnde in prima cōmixtione euanescit sanguinis identitas, quantum ad primū elementū; & in secunda quantum ad secundū; & in tertia quantum ad tertiū: in quarta quantum ad quartum. Nam quatuor elementa secundū suas qualitates remissas continētur virtualiter in mixto. Sic ergo post quartam generationē potest reiterari carnalis coniunctio. Ex quo sequitur, quod quos ecclesiā separat à matrimonio in

his gradibus, Deus nō coniungit, etsi de factō contrahant. Neq; est eadē ratio de baptismo; & matrimonio. Quoniā baptismus, quia à iure diuino habet determinatā materiā, & formā illum irritare nō valet ecclesiā quoad characterē. At quia matrimoniu quidā cōtractus est & officium determinationi legis ecclesiæ subijcitur, vt possit illud irritare. Sicut lex humana officia humana & cōtractus aliquos ciuiles irritare potest. Licet autē cōsanguinitas sit naturale vinculum: tamen quia nō est naturale, q̄ consanguinitas carnalē copulā impediāt, nisi secundum aliquem gradū: ita ecclesiā suo statuto non facit, quod aliqui sint consanguinei, sed facit, quod carnalis copula sit licita, vel illicita secundū diuersa tēpora in diuersis gradibus consanguinitatis. Rationes autē, quæ pro his diuersis prohibitionibus graduū dantur, potius sunt adaptationēs quædam, & congruentiæ, quæ causæ necessariō concludēt. Præsertim autem, quod non est eadē causa secundū diuersa tēpora gradus consanguinitatis prohibēdi. Vnde quod alio tēpore vtiliter cōceditur alio salubriter prohibetur. Ad de etiā, q̄ quia statutū nō imponit modū præteritis, sed futuris: ideo, si ecclesiā prohiberet vnū gradum consanguinitatis, qui antea non erat prohibitus, qui antea erāt cōiuncti in illo post prohibitionē, quoniam nō dirimitur matrimoniu præteritū, nō polluentur aliquo studio pro. Etsi aliquis gradus antea prohibitus concederetur nūc ab ecclesiā, qui antea cōtraxerāt in illo, possunt separari, si velint: sed tamē possunt etiam de nouo cōtrahere & iam esset alia coniunctio. Itē non sequitur, quod si in veteri lege quis prohibebatur accipere in vxorē sororē patris sui, nō tamē filiam fratris, quod neq; modo debet prohibitio de nepotibus, & patruis manere. Quia ecclesiā nunc in prohibendis gradibus consanguinitatis obseruationē attendit amoris, qui nō est minor ad nepotē, quā ad patruū. Ideo prohibuit gradus consanguinitatis in patruis, & nepotibus. Sed lex vetus in his gradibus prohibēdis attendit præcipuè cohabitationē contra concupiscentiā: & quia magis consueuit cohabitare neptis patruo, quam amita nepoti: ideo non erat eadē ratio prohibēdi nepotem, & amitam.

¶ Circa prædictam doctrinam D. Tho. ne quid prætereatur silētio, quod dignū scitu sit, celebris illa quæstio agitari solet, Vtrum primus gradus in linea trāsuersali iure naturæ impediāt matrimoniu inter fratrem & sororē. Igitur Caietan. 2. 2. loco citato partem sustinet negatiuam, vt de auo & nepte. Durandus



vero, & Ricardus & Scotus, Caietano suffragatur, Nisi, quod in hoc differunt, quod isti autumant nunc esse contra ius diuinum; unde innuunt papa non posse super hoc dispensare. Sed Caietanus cum Thoma de Argentina arbitrat, non esse contra ius naturale, neque diuinum matrimonium inter fratrem & sororem, ac per consequens censet papam super eo posse dispensare. Quo ergo quaestioni illucidanda viam aperiamus, notandum est primo, nullum esse hodie gradum diuino iure prohibitum, qui non sit & lege naturali vetitus: quia lex vetus in morte Christi expirauit. cap. tralato. de constit. Ita D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 1. & q. 104. art. 3. Neque omnes gradus prohibiti Leuit. 18. sunt iuris naturalis, secundum D. Thom. 1. 2. q. 105. art. 4. & Caietan. 2. 2. q. 154. artic. 9. & Roffens. & Alphonsum de Castro lib. 1. de potest. leg. poenal. cap. ultimo. Vbi ait, super hoc fuisse pronuntiatam sententiam a papa. Item, quia ducere relictam a fratre non erat contra ius naturae, quia in lege Moyfi permittebatur, & licebat accipere eam causa suscitandi semen fratri. Itaque sententiam esse cum his doctoribus, & cum papa super eo, quod pronuntiauit in determinatione eius, licet verum sit secundum Couarruuiam in Epithome, par. 2. cap. 6. quod aliqui gradus eorum, qui prohibiti fuerunt Leuit. 18. aliquantulum praeserunt indecenciam naturalem, propter quam eorum prohibitio ad prohibitionem naturalem aliquomodo accedit.

His praemissis statuatur conclusio responsiva ad quaestionem, scilicet, matrimonium fratris cum sorore, iure naturali sic prohibitum est, vt non solum inualidum sit, sed neque vt sit validum papa potest dispensare. Quam conclusionem eius diffinitioni subiicimus sicut & caetera omnia. Interim tamen probatur, quoad primam partem, scilicet, quod tale matrimonium sit iure naturali prohibitum, cuius oppositum, erroneum esse putat. Sotus contra Caiet. Primò: Quoniam Innoc. c. gaudemus. de diuortijs. diffinit matrimonium infidelium in primo gradu non tenere: ergo id est, quia iure naturali, cui subiiciuntur etiam infideles, est prohibitum. Secundo patet: quia Genesis. 20. & 26. ob id Abraham iussit uxori suae, vt diceret, se sororem eius esse, vt illo nomine lateret esse eius uxorem. Quocirca Abimelech statim vt rescituit esse uxorem, cognouit, non esse sororem, quae quidem historia testatur, gentibus illis lumine naturali innotuisse, connubia fraterna esse nefanda. Tertio patet ex Aristot. 2. politico. qui connubia tam pater-

na, quam fraterna abominatur. Et Plato etiam lib. 8. de legib. Et patet ex D. August. de Ciuitate, lib. 15. cap. 16. dicente, quod non, nisi per ueris legibus permittebantur fraterna coniugia. Idemque ait lib. 22. contra Faustum cap. 35. D. Ambros. etiam lib. 9. epistolarum, epistol. 66. easdem nefandas nuptias acerrime in seclatur. Ius etiam ciuile eas nuptias detestatur. instit. de nuptij. §. inter eas. Sotus vero citat & Gentiles poetas Lucanum & Lucianum. & Ouidium lib. 9. Metamorph. tanquam lumine naturali edoctos, haec connubia tanquam sceleratissima damnasse. Sed iam non solum auctoritatibus, sed & rationibus hanc nostram commostrare conclusionem oportet, quae est Soti & Paludani, & Florent. & Ioannis Maioris in. 4. dist. 40. & Abulens. Leuit. 18. & Couarr. vbi supra. Probatur ergo primo: Quoniam secundum omnes, gradus primus in recta linea, nempe, inter patrem & filiam est prohibitus iure naturali inualidante inter eos matrimonium: ergo etiam primus gradus in linea transversali: quoniam eadem natura inter fratres eadem prohibitionem interponit. Quod & confirmatur: Nam natura abhorret congressum fratris cum sorore qui quidem horror solet extinguere appetitum commixtionis cum sororibus, nisi inter bestiales & feros homines. Tum secundo, quoniam iure naturali inualidatur matrimonium inter auum & neptem: ergo etiam inter fratrem & sororem. Antecedens probatum est supra; & consequentia patet. Quoniam duo fratres magis proxime & sine medio attinet patri, ac per consequens strictior est inter fratres consanguinitatis nexus ex hac parte, quam inter auum & nepotem: quoniam ille est primus gradus & iste secundus: ergo si vnum matrimonium est inualidum, ergo & aliud. Tum tertio patet: quia omnes illae rationes adductae de patre & filia, & hic quoque vim habent. Nam idem est fere naturalis pudor, si frater sororem cognoscat, ac si pater cum filia congregiatur. Et tam necessario fratres in eadem domo habitant, & in eodem saepe cubili iacent, vt patres & filiae. Itē, quia fratres amant se tanquam idem seipsum, magnum irritamentum praestaretur libidini, nisi natura horrorem illius commixtionis inter illos interposuisset. At quia non satis est nostram conclusionem solidis muniuisset probationibus, nisi contraria argumenta potissime obiecta a Caietano refellamus: ideo opus est hic ea dissoluere.

Ad primum argumentum Caiet. quo arguit, in orbis principio connubia fraterna fuisse li-

se licita; ergo ea iure naturali non esse prohibita. Respondetur, quod inde non concluditur, quod connubium fraternum non fuerit iure naturali prohibitum; sed solum sequitur, quod eodem iure naturali in extrema necessitate procreandi humani generis, fuit super illo dispensatum, sine alia reuelatione praeter clamorem ipsius naturae, vt fratres sororibus commiserentur. Cessante vero hac necessitate, quae non fuit inter patres & filias, etiam inter fratres matrimonium iure naturae indispensabile restat. Non ergo illa maxima Caietan. est vera, quae existimat, quod si aliquid est prohibitum iure naturali, nullam possit suscipere dispensationem: Nam matrimonium inter infideles natura sua perpetuum est; & tamen per conuersionem alterius ad fidem dissoluitur ab auctore naturae. Sicut etiam matrimonium ratum non consummatum cum ex natura sua sit perpetuum per religionis ingressum dissoluitur. Sicut etiam plures uxores vni viro copulari contra ius naturae est; & tamen Deus, vt populus sibi fidelis propagaretur cum eo in veteri lege dispensauit. Ita D. Augustinus eodem loco. de ciui. Dei, ait licuisse primis humani generis temporibus connubia inire fraterna: illa tamen necessitate cessante sic naturae aduerfari, quasi nunquam licere potuerit affirmat.

Ad confirmationem, qua obijcitur, quod fratres non coniunguntur inter se per se ipsos nisi ratione parentum, & per consequens, quod possunt per dispensationem saltem contrahere, Respondetur, quod satis est, vt dispensari non possit, quod tam propinquo strictoque nexu vniuntur, vt quasi idem reputentur. Nam Aristoteles ait, quod filius est pars patris. Vnde de sequitur, quod filius & filia eiusdem tanquam partes vnius totius reputantur.

Ad secundum argumentum, quo arguit Caietanus pontifices dispensasse in hoc gradu, vt cum Rege Portugaliae Emanuele, qui per dispensationem duas sorores successiue duxit, & cum Catherina filia Ferdinandi & Elisabet Hispaniae Regum, vt nuberet duobus fratribus regibus Angliae dispensatum est, Respondetur, quod argumentum hoc futile est, vbi arguit Caiet. a gradu affinitatis, ad gradum consanguinitatis, qui longissime distant. Vnde et si super isto gradu affinitatis dispensatum est, & dispensari potuit: tamen a principio redemptionis generis humani nusquam inter fratrem, & sororem dispensatio facta legitur. Quoniam illa dispensatio matrimonij Comitum Armeniaci, cuius memoria extat in Gallo

rum annalibus, falsa fuit reperta; quia reperi- tus fuit notarius Apostolicus, qui eam dispensationem falso finxerat, eique subscripserat, qui eius falsitatis poenas luit. Neque vt verbo papa. q. 17. refert Syluester, Martinus auctor Florentino dispensauit cum fratre, & sorore in matrimonio, quia (vt refert idem Florentinus) non dispensauit, nisi vt contraheret cum illa, cuius germanam occultam fornicatione polluerat. Ad aliud de Thamar cum fratre Amos; quae vt. 2. Regum. 13. dixisse fertur, Amos fratri suo conanti ad eius stuprum, Noli facere stultitiam hanc; quin potius loquere ad Regem, & non me negabit tibi, quo responso insinuauit tunc licita esse talia connubia, Respondetur dupliciter: primò secundum Paludem dicentem forte Dauidem non fuisse patrem Thamar, sed eius nutritium: quia (vt referunt quidam) Thamar fuit filia cuiusdam captivae Dauidis, ex qua suscepit Absalon. Sed quia Maacha mater Absalon fuit filia Regis Israhel, quae non apparet fuisse captiua, ideo creditur Thamar filia fuisse Dauidis. Quocirca potius & melius secundo dicitur, quod exterrita & perturbata Thamar ex tam nefando ausu, illud repente protulit verbum, quae tamen esse probe nosset connubium tale lege scripta esse prohibitum, non credidit illud per legem esse licitum. Neque quicquam concludit factum in contra barbarorum, qui adulterantes ius naturale has incestuosas contrahunt nuptias.

Ad aliud argumentum Caietani obijcētis, Abraham contraxisse matrimonium cum Sara vera sorore sua, nam id expressis verbis indicauit dicens, vere soror mea est; in cuius confirmationem adiecit, filia patris mei, & non filia matris meae, quod non fecisset, si lege naturae prohibitum fuisset, Respondetur primò, quod Clemente Alexandrino Auctore libr. 2. Stromatum, ideo adiecit Abraham, & non filia matris meae; quia licebat ducere uxorem sororem ex parte patris, & non ex parte matris. Sed quia rationes Caiet. pro vna parte (vt fatetur Sotus) valde probabile esse ostendunt, quod Sara vere fuerit soror Abraham: & quia sancti patres ex alia parte, & Iosephus libr. 1. de antiquitatibus. cap. 14. nunquam tale matrimonium potuerunt satis approbare, contra quod naturam clamare compertum habebat, ideo Diuus Hieronymus in quaestionibus Hebraic. super eundem locum Genes. 20. & contra Eluidium, & in prolo. super Iob. & D. August. 16. de Ciuit. cap. 19. & copiosius. 22. contra Faust. cap. 35. & in quaest. Genes. & refer-

tur. 2. 2. q. 2. can. quæritur. Constante tradit Saram non fuisse, nisi filiam Aram fratris Abraham; ac proinde sororem Loth, quem Aram genuit (vt Genes. 1. 1. legitur) cui sententiæ D. Thom. 2. 2. q. 1. 10. art. 3. subscripsit. Sed neq; Chrysof. homil. 4. 5. super Genesim, videtur clare tenere contrarium. Igitur vt vtranque hanc opinionem Caietani dicentis, quod fuit Sara vera soror Abraham, & Sanctorum dictum Abraham fuisse consobrinam saluamus; Respondendum est iuxta vtramq; hanc opinionem ad argumentum, scilicet, quod si teneamus quod fuit verè soror Abraham (vt facit pagina sonat) tunc dicere compellimur, quod Abraham cum sorore, non nisi ex speciali reuelatione Dei contraxit, vt sicut in exordio mundi ad propagandum genus humanum licuit fratribus sorores in vxores accipere, sic cum Abraham ex infideli Vr Chaldaeorum iussu Dei esset egressus iussus fuit à Deo ad propagandum fidelem populum Dei Deo deuotam & fidelissimam sororem suam Saram ducere vxorem. At si quis istam solutionem non acceptet, eo quod in reuelatione Dei fundatur, quæ scripto memoriæ non est mandata tenentibus cum sanctis, & cum D. Thoma, quod consobrina Abraham fuerit Sara dicendum est, ideo Abraham eam vocasse sororem, quia Thare, qui fuit pater Abraham, & Aram patris Saræ erat pater familias illius domus, quæ à Babylonia recesserat, illeq; totam administrabat familiam, quocirca non solum filij, sed etiam nepotes appellabant eum patrem. Vnde soluitur aliud argumentum Caiet. respondendo, quod ideo Abraham dixit illam fuisse filiam patris sui, & non matris suæ quia ipsa erat neptis Thare, qui ex altera vxore genuit Abraham, & ex altera Aram patrem Saræ. Quod si quis replicauerit, quod autem mentitus est Abraham dicens, verè soror mea est, quod non est credendum, aut admittendum est necessario, quod Sara fuerit vera filia patris sui: nam hæc verè dicitur soror: nam neptis non proprie & verè dicitur soror filij; Ad hoc respondetur, vt sententiæ Sanctorum, & D. Thom. saluamus, & dicitur, quod quemadmodum D. Thom. docet in. 1. part. quæst. 67. art. 1. & 2. lux secundum primam impositionem huius nominis, quia impositum est à luce visibili metaphoricè dicitur in spiritualibus: sed tenet prout iam est in vsu prout significat quodcumq; manifestatum, iuxta illud D. Pauli, omne, quod manifestatur, lumen est, sic proprie Christus dicitur lux, iuxta illud; Erat lux vera, quæ illuminat: & cætera;

ita etiam in præsentiarum philosophandum est, quod nomen sororis in nostra lingua, & sic etiam in Hebraica primo impositum est ad significandam foeminam prognatam ex eodem parente, cum suo fratre. Sed prout iam erat in vsu præsertim inter Hebræos extensum est vocabulum ad significandum neptem patris alicuius ex alio filio genitam fororè. Quocirca & verè potuit dici foror: sicut, qui vtitur termino æquiuoco in vna significatione ex pluribus, quam habet, verum asserit. Potest enim cum loquitur de cane marino, aut cælesti, quod verè sub alio conceptu, & alio sunt canes dicere, quod talis est canis.

¶ Porro an in gradibus Leuit. 18. possit papa dispensare, quoniam & hoc in quæstione vertitur. Respondetur, qd excepto primo gradu consanguinitatis in linea transfuersali, qualis est inter fratres, in secundo & vltioribus bene potest papa dispensare. Vt cum amita, & matertera cum consobrina & cum patruo vel auunculo; & consobrina. Patet quia ius naturale hoc non adeo vetat: & quia rationes de patre & filia, & de duobus fratribus, & de auo & nepte hic non adeo vrgent vt matrimoniū ostendat de iure naturali, esse nullum: & quia Thare duobus filijs suis Abraham, & Nachor duas neptes suas filias filij sui Aram in vxores dedit. Et probatur euidentissime ex cap. gaudemus. de diuortijs. vbi diffinitur, quod infideles, qui in secundo gradu contraxerunt si conuertantur, non separentur. Vbi plane docet non esse impedimentum hoc de iure naturæ, quod & ecclesia vsu & more ostendit contra gloss. cap. literas. de restit. spoliat.

## C A P. L.

### De affinitate.

**D** *Vtrum ex matrimonio consanguinei affinitas causetur: Et an maneat post mortem viri & vxoris: Et vtrum ex sponsalibus causetur affinitas: Et an affinitas sit causa affinitatis. Et an matrimonium impediat: Et an habeat per se gradus: Et an gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis. Et an matrimonium contractum inter consanguineos & affines sit semper dirimendum. Et quomodo sit procedendum ad separationem matrimonij contracti inter consanguineos & affines. Et quid sit affinitas: Et an ex matrimonio contracto*

ante

*ante copulam oriatur affinitas. An quando concurrat affinitas simul cum publica honestate vtriusque mentio faciendâ sit papa. Et an affinitas si per dispensationem tollatur cum est licite contracta an tollatur publica honestas. An primus gradus affinitatis in re et a linea inuoluet matrimonium, vt si quis primam ducat. Et de socru, nuru, nouerca: & de pœnis contrahentium incestas nuptias, satis copiose.*



**D** Orro ne dum immoramur in superfluis, quæ refecanda sunt deficiamus in necessarijs, quæ sub silentio prætereunda non sunt; & vt prolixitatem vitemus, oportet nos vsque ad finem operis dicere magis ex nunc præstringere stylum. Quæritur ergo cum D. Thoma, Vtrum ex matrimonio consanguinei affinitas causetur. Respondetur autem, quod sicut ex naturali generatione causetur consanguinitas, ita ex matrimonio & simul carnali copula contrahitur affinitas inter virum, & vxoris consanguineos ad inuicem & e contra. Vnde in versu dicitur: Mutat nupta genus, sed generata gradū. Quoniam persona, scilicet, generata fit in eodem genere attinentiæ, id est, consanguinitatis: sed alio gradu, per carnalem vero copulam fit in alio genere, scilicet, affinitatis.

¶ Deinde secundo quæritur, Vtrum affinitas maneat post mortem viri & vxoris. Respondetur autem, quod quia relatio ista affinitatis caufata est non ex hoc, quod coniunguntur aliqui; sed caufatur ex hoc, quod aliqui coniuncti sunt; quod est quoddam præteritum in ratione præteriti semper manens: ideo remanentibus subiectis manet relatio affinitatis, quia causa manet etiam, scilicet, coniunctos matrimonio fuisse.

¶ Præterea tertio quæritur, Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet. Respondetur autem, quod quia matrimonium affinitatem caufat principaliter in quantum est ad carnalem commixtionem ordinatū propter prolem, ideo etiam per fornicarium concubitus vbi etiam carnalis commixtio interuenit affinitas contrahitur.

¶ Adhuc quæritur quarto, Vtrum ex sponsalibus causetur affinitas. Respondetur autem, quod quia sponsalia non sunt matrimonium, sed aliqualis præparatio ad illud, ideo per sponsalia non contrahitur affinitas, sed aliquid affinitati simile, quod vocatur publicæ honestatis

affinitas sit causa affinitatis. Respondetur autem, quod sicut punctus motus caufat lineam & ex linea mota, non procedit alia linea; sed superficies, quæ est alterius speciei: ita ex affinitate non caufatur iam aliqua attinentia, quæ sit vera affinitas. Quod & ostendit versiculus hic: Mutat nupta genus, sed generata gradū. Vnde duo alia genera affinitatum, quæ olim oriebantur ex eo, qd vna persona matrimonio iungebatur affini, vel vltorius, iam abiierunt in desertudinem: cessarunt enim tales affinitates secundi, & tertij generis, & solum primum genus affinitatis manet modo prohibitum, in quo est vera affinitas.

¶ Vltra hæc sexto quæritur, Vtrum affinitas matrimonium impediat. Respondetur autem, quod etiam contractum matrimonium dirimit affinitas, si præcedat, nisi tamen si matrimonio iam contracto superuehiat. Quoniam in hoc casu tantum vsus matrimonij impedit. Et huius impedimenti dirimentis est hæc ratio, scilicet, Quoniam affines solent esse amici, & conueniunt inter se habitare, sicut & consanguinei. Vnde si contrahere matrimonium inter se eis permitteretur, & multiplicatio amicitie ad alios hinc impediretur, & magnum incituum libidini, & concupiscentiæ præstaretur.

¶ Deinde septimo quæritur, Vtrum affinitas habeat per se gradus. Respondetur autem, quod distinctio graduum consanguinitatis per se conuenit, affinitati vero id non conuenit, nisi mediante consanguinitate, vt quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir alicuius foemina, toto gradu affinitatis attinet mihi ipsa.

¶ Præterea octavo quæritur, Vtrum gradus affinitatis extendatur, sicut gradus consanguinitatis. Respondetur autem, quod gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis: tamen quia affinitas minus est vinculum facilius nunc & olim dispensatio fit in remotis gradibus affinitatis, quam in remotis consanguinitatis.

¶ Item nono quæritur, Vtrum conjugium contractum inter consanguineos, & affines semper sit dirimendum. Respondetur autem, quod quia concubitus inter tales est incestus mortalis, ad ecclesiam, ad quam spectat vitare mortales offensas Dei; attinet illud matrimonium dirimere, quoniam est nullum.

¶ Subinde quæritur decimo, Vtrum ad separationem matrimonij inter affines, & consanguineos sit procedendum per viam accusationis.

tionis. Respondetur autem, quod accusatur matrimonium etiam quando propter ignorantiam impedimenti reputatur legitimum, quod est alias illegitimum ne factum de se illicitum toleretur in ecclesia, sicut accusatur homo nocens, ne toleretur in republica.

¶ Denique vndecimo queritur, Vtrum ad separationem matrimonij inter affines, & consanguineos contracti debeat procedi per testes. Respondetur autem, quod sicut in alijs causis proceditur per testes sic & hic. Tamen concurrat in hoc casu specialis dispositio, scilicet, quod idem potest esse accusator & testis, & quod hic non iuratur de calumnia, & quod consanguinei possunt esse testes, quodque non seruetur ordo iudicialis. Quia denuntiatione facta contumax potest excommunicari licet non contestata: & valet hic testimonium de auditu. Et post publicationem testium possunt testes induci. Et hoc totum fit, vt peccatum impediatur.

¶ Circa primum articulum D. Thomae, vbi querit, Vtrum ex matrimonio consanguinei affinitas causetur inuestigandum est primo, quid sit affinitas. Respondetur autem, quod affinitas est personarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela. Ita Ioan. Andreas. Dicitur autem omni carens parentela ad significandum, quod affinitas ex consanguinitate necessario non deducitur. Nam alias ex cognitione vnus sororis contrahitur affinitas circa aliam eius sororem. Ceterum, quia ex coitu haec affinitas nascitur, affines dicuntur consanguinei vxoris marito, & e contra intra quartum gradum. Et isti proprie dicuntur affines; licet consanguinei aliquando dicantur affines. Perpendendum est item, quod coitus etiam coactus hanc quoque affinitatem inducit ca. discretionem. de eo, qui cognouit, consanguineam vxoris suae. Ortum quoque affinitas habet ex coitu inter dormientes, siue coactione absoluta habito: atque etiam ex illicito concubitu ortum habet secundum Syluest. matrimonium. 8. impedimento. 15. Ita communiter.

¶ At dubitari hic contingit, Vtrum ex matrimonio de praesenti ante copulam oriatur affinitas. Dubium autem hoc difficultatem ingerit eo quod D. Thomas in. 4. dist. 41. q. 1. art. 1. asserit ex sponsalibus de praesenti ante coitum affinitatem oriri & non publicae honestatis impedimentum. Et in additionibus ad eius tertiam partem. q. 5. art. 4. in solutio. ad. 2. ait, quod matrimonium affinitatem causat non solum ratione carnalis copulae, sed etiam

A ratione societatis coniugalis secundum quam matrimonium naturale est. Vnde ante carnalem copulam ex eo causatur. Cui accedit Florentinus. 3. p. tit. 1. cap. 2. At vero Couarr. in Epitome, cap. 6. part. 2. de affinit. contrarium tenet, cum Abbate, Praeposito, & Syluestro, matrimonio. 8. §. 14. & cum Palud. in. 4. dist. 41. q. 2. & q. 1. ar. 3. Affirmat enim isti ex sponsalibus de praesenti ante coitum oriri publicae honestatis impedimentum, & non affinitatis. Nihilominus respondetur cum Soto in. 4. sent. dist. 41. q. vnica, art. 3. quod licet aliquibus videatur quaestio ista de nomine, scilicet, quod impedimentum hoc ex matrimonio de praesenti ante copulam causatum vocetur affinitas, vel publica honestas: tamen D. Tho. vicinius loquitur ad rem. Quonia certum est, quod per matrimonium ratum etiam ante copulam maius vinculum contrahitur & alterius generis quam per sponsalia. Vnde sequitur, quod impedimentum, quod fit per matrimonium ratum nomen affinitatis obtineat. Quia sicut affinitas nascitur ex carnali copula, qua mediante coniuges fiunt vna caro: ita in matrimonio rato per traditionem corporum ad copulam per illud dicuntur fieri vna caro: ergo tale impedimentum vocandum est affinitas. Quamuis Syluester, vbi supra, vocet eam affinitatem incoatiue. Sed quando de re conuenimus, parum refert quomodo loquamur.

¶ Aduertendum est insuper concurrere posse saepissime affinitatem cum publica honestate, nempe subsecuta inter sponsos carnalis commixtione. Quocirca in dispensatione obtinenda a papa derogatio vtriusque impedimenti contineri debet: est communis (vt tradit glossa in arbore affinitatis.) Ceterum, quia ista opinio communis non satis solido nititur fundamento ea nihilominus non obstante tenendum certo ducimus oppositum cum Syluestro, verbo, dispensatio. q. 5. & matrimonio 8. q. 14. & cum Couarr. vbi supra, citante in huius gratiam Praeposit. Stephan. in arbore, scilicet, quod re vera papa derogando impedimentum affinitatis licite (nam de hac loquimur) absque alia expressione facta in dispensatione publicae honestati derogare videtur. Quia licita affinitas non potest esse sine honestate. Igitur affinitate per dispensationem sublata etiam publica honestas proculdubio tollitur.

¶ Praeterea aduertendum est, quod quia hodie secundum genus affinitatis non prohibetur, ideo potest quis ducere in vxorem relictam a propriae vxoris fratre: & potest quis duas,

duas, vel plures foeminas ducere, quae cum duobus, vel pluribus fratribus contraxerunt. Secundum Cardinal. Praepositum, & Stephan. in arbore affinitatis contra Ioan. Andrae. & Innocent. ¶ Cui accedit, quod cognoscens Ioannam non mutat genus affinitatis, sed vinculi, quippe qui nouus sit affinis ipsis Ioanna consanguineis. At ea foemina, quae Ioannae viro per copulam iuncta fuerit, mutat genus affinitatis. Erit enim in secundo genere affinitatis ipsis Ioannae consanguineis attines: quia Ioanna erat illis affinis in primo genere. Quibus addit Couarruias, vbi supra, quod licet teste Hiero. aliquando literae papales dentur super isto secundo genere affinitatis, tamen ipse opinatur hoc solum fieri non ex necessitate, sed ad sedandum contrahentium serupulos. Adde etiam, quod vir & vxor non sunt affines licet ex eis affinitas oriatur. Ita D. Thomas docet in. 4. sent. dist. 41. quaestione. 1. contra Iasonem & Portium. Licet communiter teneatur, quod lex municipalis de compromittenda lite inter affines orta in viro & vxore, habet etiam locum secundum communem. Quod non procedit facile in sponsis ante consensum de praesenti contra Iasonem, & Seruium, quorum opinio procedit ex aequitate in sponsis de futuro & propter speciem matrimonij poterit illa lex municipalis seruari in his.

¶ Praeterea, quia dictum est ex concubitu carnali affinitatem generari nosse operae pretium erit, qualis sit hic concubitus affinitatis efficax. Respondetur ergo, quod vt habetur ex can. extraordinaria, ex Urbano. 35. q. 3. coitus nefarius non parit affinitatem: quia ibi expuncta priori negatione, quae mendose est apposita, legendum est, extraordinaria pollutio, nisi in naturalibus admittitur, & cetera, non videtur matrimonium impedire. Vnde secundum Nauarrum in sum. ca. 22. n. 42. non sufficit saltem coram Deo violatio sola virginittatis, neque quaelibet alia turpitudine iuxta glossam receptam in dicto cap. extraordinaria, neque sufficit actus Sodomiticus secundum D. Tho. & commun. in. 4. dist. 41. Igitur neque per oscula vel per impudicos tactus. Imo secundum Sotum in. 4. dist. 41. q. vnica, art. 2. neque per solam penetrationem, neque per effusionem feminis extra legitimum vas affinitas exurgit: quia per nullum illorum fiunt duo in carne vna, quousque; feminatio in vase legitimo fiat. Quoniam (vt dicitur in addi. ad. 3. part. q. 55. art. 4. in solutio. ad. 2.) affinitas non per solam fractionem vasis pudoris contrahitur. Sed per

A commixtionem feminum, per quam coeuntes fiunt vna caro. Vnde non sat est foeminam feminasse inter impudicos tactus, & feminasse virum, nisi intra vas legitimum commixta fuerint vtriusque semina. Vnde sequitur, quod si quis prope orificium vasis polluit foeminam, & tam propinque vt vulua & matrix mulieris corrupte, quae suapte natura attractiua est, credatur aliquid feminis intus attraxisse, in dubio ad cautelam petenda est dispensatio super affinitate sic contracta. Sed secundum Metinam Salmanticensem de virgine non sic praesumitur tam facile, quod in hoc casu prope vas virginium polluta semen se sic pollutentis attraxerit, quoniam experientia rari euentus, scilicet, quod virgines sic incorruptae concipiant, & pariant, ostendit, illud quasi moraliter esse impossibile.

¶ Praeterea circa quartum articulum Diui Thomae, vbi diffinit, quod ex sponsalibus de futuro nulla contrahitur affinitas, sed aliquid affinitati simile, scilicet, publicae honestatis vinculum, notandum est, quod publicae honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens robur trahens ab ecclesiae institutione, propter eius honestatem. Vnde consequitur, vt citra carnalem copulam contrahatur, licet illa interueniente aliud impedimentum, scilicet, affinitatis nascatur. At licet iure antiquo non erat necesse, vt sponsalia aut matrimonium iure valerent, quia sufficiebat pure esse contracta sine defectu consensus cap. 1. de spons. lib. 6. vel sub conditione secuta illius purificatione; & impediabat vsque; ad quartum gradum, sed nunc iure nouo Concil. Tridentini sess. 24. cap. 3. de reform. matrim. nulla sponsalia, neque matrimonium inualida producant hoc impedimentum, sed tantum, quae sunt valida; sed non ultra primum gradum. Ex quo sequitur, quod qui contrahit matrimonium cum aliqua, cuius cognatam prius sibi per verba de futuro desponsauerat, istam priorem debet accipere; quia matrimonium cum secunda, scilicet, sorore propter impedimentum publicae honestatis nullum fuit. Et si cum secunda rem habuit, neutram habere potest. Quia in hoc casu neque priorem habere potest propter affinitatis impedimentum secundum omnes cap. literas. de sponsal. impub. & cap. ex literis. de eo, qui cognouit consanguini vxor. Sequitur ex praedictis corollarie primo, quod hodie raro contingit hoc impedimentum publicae honestatis. Tum, quia raro inter nobiles haec sponsalia de futuro celebrantur, sed de praesenti coram curato & testibus contra-



contrahunt. Tum, quia non contrahitur hodie publica honestas per sponsalia inualida, ratione cuius hæc publica honestas non nascitur ex sponsalibus, vel matrimonij cōtractis inter consanguineos, aut affines inter gradū prohibitū, aut cum ordine sacro initiato, aut religioso: quia sunt inualida; licet olim nascerentur, quia non erant inualida ex defectu cōsensu. Ita Nauar. vbi supr. Qui & addit, quod neq; olim, neq; nunc publica honestas innascitur ex sponsalibus à parentibus factis, siue filij legitimæ ætatis sint, siue non; nisi expresse, aut tacite consentiant; aut nisi sint presentes sine contradictione; vel nisi absentes in id præstent consensum, postquam rescierint. ca. 1. §. porro despons. impub. lib. 6. Et licet olim ex matrimonij & spōsalibus inualidis & clādestinis simul in foro conscientia secundum Paludem in. 4. dist. 27. q. 2. art. 5. publica honestas non oriebatur; sed hodie etiam ex publice contractis inualidis non nascitur post Concil. Trid. Sequitur deinde, quod si quis frigidus, aut maleficiatus cuius defectus ante septennium eius innotescere non potuit, post septennium contraxit sponsalia cum adulta, vel prope septenniū, quia legitima fuere spōsalia, honestatis impedimentum pariūt. Quia tunc incognitus defectus sponsalia non impedebat secundum D. Thomam, & Sotum, vbi supra.

¶ Præterea circa sextū articulum D. Thom. vbi ab ipso inquiritur, Vtrum affinitas matrimonij impediat inquirendum est de primo gradu affinitatis in recta linea ascendentium. Vt si quis matrē post filiā ducat; aut si maritus matrē ea mortua ducat priuignā: aut si gener socru: aut si vna nubat patri & post filio: aut si nouerca nubat priuigno: aut si nurus focero; an huiusmodi matrimonia sic iure naturæ sint inualida, vt ecclesia valide, vt contrahantur, dispensare non valeat. Atque idem dubiū est de primo gradu in linea affinitatis transfuersali. Scilicet, an si vna nubat duobus fratribus, aut vnus duabus fororibus tale matrimonium iure naturali sit inualidum. Et quidē de hoc primo gradu affinitatis in vtraque linea, an sit dispensabilis controuertitur. Nam de secundo & duobus sequentibus Innocentius cap. gaudemus. de diuort. decernere videtur non eo rigore esse prohibitos iure naturæ, quin inter infideles talia connubia sint valida in eis contracta.

¶ Igitur pro decisione quæstionis dicitur primo, quod accipere in vxorem eā, quæ fuit vxor fratris accipientis, & accipere in vxorē

A fororem vxoris mortuæ, non fuit iure naturæ sic prohibitum, vt eodem iure matrimonij esset nullum. Vnde ecclesia super hoc potest dispensare. Patet ex dict. cap. gaudemus. Secundo patet, quia licet iure naturæ hoc matrimonium esset prohibitum, non inde sequitur (vt supra probatum est) quod sit eodem iure nullū. Tum, quia ex lege Mosayca ad nostrā nullum ducitur argumentum. Tum, quia hoc non est contra prima principia iuris naturæ, quæ indispensabilia sunt, vt præcepta Decalogi; sed est de numero eorum quæ licet sint inhonesta: tamen etiam citra extremam necessitatem propter finem honestum præsertim publicum possunt honestari: & eorum inhonestas repensari potest maxime ecclesiastica interueniente ad hoc autoritate. Tum, quia hoc connubium inter prædictos, neque primo fini matrimonij, neque prolibus gignendis & educandis repugnat. Non ergo iure naturæ irritatur. At alia maior ratio militat inter patrem & filiam: quia filia est pars patris & ex eius lumbis est decisa: & filius pars est matris ex eius ventre decifus. Tum, quia Aristoteles & Plato nunquam huiusmodi connubium dānarunt. Tum, quia exemplo sanctorum patrū confirmatur. Nam in lege naturæ Iacob duas forores ambas superstites in vxores duxit: & tamen nulla legitur facta cum illo dispensatio. Tum denique patet ex autoritate ecclesiæ. Nam Alexander. 6. cum Rege Portugaliæ dispensauit. Tum, quia Deus in lege veteri permisit, vt frater cum vxore fratris sui defuncti posset matrimonio copulari ad suscitandum semen fratris. Quod si D. Ioannes Herodem reprehendit eo quod vxorem fratris sui duxerat, id maxime fuit, quia à fratre suo illam tulerat, & eo viuente eam duxerat, quod inter omnes gentes execrabile erat.

¶ Secundo dicitur, quod primus affinitatis gradus in linea ascendentium, & descendentium iure naturali matrimonium dirimit, vt si quis contrahat cum nouerca, hoc dicitur esse probabilius. Tum, quia Diuus Paulus. 1. ad Corinth. 5. hoc matrimonium videtur exprobrare dicens: Auditur inter vos fornicatio, qualis neque inter gentes, vt vxorem patris sui aliquis habeat. Tum, quia hoc tenet Diuus Thomas super Epistolam Pauli cap. 1. cui assentit Abulensis cap. 18. in hanc autem magis videtur Sotus, vbi supra, inclinare sententiā: cui suffragatur Couarruias in Epithom. cap. 6. 2. partis. Tamen probabile quoque reputatur oppositum. Nam D. Augustinus eius videtur esse sententiæ. 3. tomo, libr. quæstio. in. q.

61. su.

61. super Leuiticum; & Diuus Thomas in. 4. distinctione. 40. quæstione. 1. articulo. 3. videtur ita tenere, dum ait matrem tantum comprehendendi sub iure naturali prohibitio. Neque obstat Diuus Paulus. 1. ad Corinth. 7. quoniam loquitur ibi de illo incestu, quatenus erat adulterium viuente patre secundum Caietanū. Neq; ibi loquitur de derelicta à patre. ¶ Quod autem hoc in primo gradu affinitatis ascendentium & descendentium matrimonij sit naturæ iure inualidum, sit probabilius, patet secundum Paludem & Sotum, & D. Thomam. 1. ad Corinth. 7. Primo, quia argumentum est vrgens id non valere, postquam talis dispensatio nunquam facta legitur. Et idem est de genero cum focru, & de nuru cum focero, & de vitrico, id est, de marito matris cum priuigna: quia isti sunt in primo affinitatis gradu ascendentium, vel descendentium. Præterea secundo patet: Quia iste gradus proxime accedit ad illum consanguinitatis, qui est inter patrem & filiam. Vnde sicut in Leuitico dicitur turpitudinem matris tuæ nō discooperies mater tua est: ita dicitur turpitudinem patris tui vxoris non discooperies: turpido enim patris tui est. Tum, quia eadem fere pietas debetur nouercis, quæ matribus debetur. Tum, quia cum coniuges fiant vna caro, eodem modo iure naturæ inualidari videtur connubium cum nouerca, sicut cum matre. Tum etiam patet exemplo Ruben Genesis. 35. qui quia se commiscuit cum Bala vxore patris sui postea capit. 49. atrocem maledictionem patris sustinuit, scilicet, ne crescas: quia ascendisti cubile patris tui. Sed & Thamar nurus Iudæ, eo quod subdole se commiscuit cum focero suo Genesis. 38. enorme flagitium commisisse censetur. Neque obstat, quod Adonias filius Dauid petijt Abifac Sunnamitidem, quæ fuerat patris vxor. Tum, quia non fuerat à Dauide cognita. Tum, quia secundum alios non fuit vxor. Tum, quia in hoc passus est repulsam. Sed ex Persis & ex alijs gentibus non satis argumentum idoneum sumitur in contra: Igitur excepto hoc primo gradu affinitatis in reliquis posse dispensari asseritur secundum Sotum & communem.

¶ Præterea aduertendum est, quod consanguinei, vel affines intra quartum gradum matrimonium licite contrahere non possunt; neque contractum valet, capit. non debet. de consanguinitate & affinitate. Cæterum Concilium Tridentinum, sessione. 24. capite. 4. de reformatione matrimonij. limitauit impedi-

A mentum affinitatis proueniens ab illicita copula ad primum & secundum gradum tantum, statuens in vterioribus gradibus matrimonium postea contractum non dirimi. At licet Nauarrus in summa, capit. 22. numero. 42. primo existimauerit, etiam post concilium sic in tertio & quarto gradu affinitatis nata ex copula illicita, valide quidem sic affines contrahere, sed peccare quidem sic contrahendo; quia concilium non ait non impediri, sed tantum tale matrimonium non dirimi, quia à lege veteri (inquit) non discedimus, nisi quatenus per nouam exprimitur. 1. præcipimus. C. de appellatio. Sed his nihilominus non obstantibus Pius V. motu proprio capit. ad Romanam, declarauit ob publicam utilitatem & maiorem matrimonij libertatem non solum in tertio & quarto gradu affinitatis ex fornicatione prouenientibus matrimonium contractum esse validum: sed in talibus gradibus, excepto primo & secundo, licere matrimonium contrahere. Ex quo clare colligitur, quod in hoc primo & secundo gradu matrimonium impeditur & dirimitur, in vterioribus autem neque dirimitur, neque impeditur. Cui secundo adde & alteram eiusdem Pij V. declarationem in proprio eius motu qui incipit: Sanctissimus, scilicet, quod de cætero matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem Concilij Tridentini in tertio & quarto gradu affinitatis ex fornicatione contraxerant possunt post confirmationem concilij citra dispensationem aliam nouo consensu interueniente reualidari. Quoniam qui in his gradibus ante concilium contraxerant affinitatem, iam post confirmationem concilij possunt sine dispensatione matrimonio copulari. Et talia matrimonia valida esse post Concilium Tridentinum Pius V. declarat. At nostra hæc tempestate hæc denuo orta est quæstio, scilicet, vtrum isti affines ex coitu illicito effecti, si in tertio & quarto affinitatis gradu contraxerint, quod iam & licite & valide possunt facere ad debitum petendum, vel reddendum noua & distincta indigeant dispensatione. Alijs quibus autem iuristis videtur, quod talis dispensatio necessaria sit propter rationem Nauarri supradictam, scilicet, quia à veteri lege non discedimus, nisi per nouam exprimat iuxta. 1. præcipimus. C. de appel. sed alijs præsertim Theologis videbitur, quod tum ob publicam utilitatem, tum ad maiorem matrimonij libertatem, tam Concil. Trid. quam prædicta declaratio Pij V. in proprio motu capit. sanctissimus. omnē voluerunt tollere impedimentum,

mentum, etiam petendi & reddendi debitum inter tales, dum licite & valide posse contrahere eis est concessum. Quod & patet nā propter illicitam copulam matrimonia hæc olim impediabantur. Ergo si nunc nō impediuntur, videtur quod copula inter eos licita sit citra aliam dispensationem. Tum etiam patet, quod niam cum matrimonium valide contrahatur per traditionem potestatis corporum in ordine ad copulam, sequitur, quod si valide & licite eis conceditur contrahere, quod subinde eis conceditur licite carnaliter posse commisceri. Nam cui cōceditur principale, conceditur & accessorium. Nam accessorium, qualis est hæc copula sequitur naturam principalis, id est, matrimonij liciti & non impediti. Secus autem est, quando peculiari ratione delicti post matrimonium contractum iure canonico cō aliquo speciali impeditur inter coniuges redditio debiti. Ob has ergo rationes propter quas & legi allegatae satis factum esse puto, nō aſſim quidem eos ad petendam dispensationem super petitione, aut redditione debiti obligare, præsertim dum difficilem accessum habent ad eam impetrandam.

**Circa contrahentes incestas nuptias.**

**P**raterea perpendendum est quod incestus est coitus inter affines & consanguineos. Quod intelligitur quando tales affines & consanguinei sic coeunt inter se contrahere nequeunt, quorū nuptiæ si contrahant dicuntur incestuosæ, quasi in his nuptijs non adsit castus, id est, cingulum, quo Venus utebatur ad honestas nuptias. Igitur incestus crimen absq; matrimonio commissum iure civili poena adulterij punitur secundū Bart. & Doctor. l. si adulteriū cum incestu. C. de adult. Et iure Hispanico committens hoc crimē dimidia parte bonorū priuatur eaq; fisco adiudicatur. l. 7. tit. vlt. lib. 8. ordin. regal. Clericus autē huius criminis reus deponitur ab ordinibus perpetuo arg. c. tua. de pœn. & glo. c. Maximian. 8. 1. dist. Sicut etiā venit deponēdus pro adulterio, stupro atq; similibus. Poena autē cognoscens consanguineam alterius in. 4. gradu, quam antea etiā cognouerat arbitrio non iudicis relinquitur, sed prædicta poena legis punietur. Quia affinitas etiā ex coitu illicito oritur. Sic Couar. in Epith. c. 6. de contrah. incest. nupt. Sed quia iam post Conc. Trid. & declarationem Pij. V. matrimonium in. 3. & 4. gradu affinitatis ex coitu illicito ortæ contractū non impeditur, neq; annullatur, existimo, q̄

**A** incestus iste, quando committitur cum affine in. 3. & 4. gradu affinitatis ortæ ex illicito coitu, iam toto rigore legis non sit puniendus: sed arbitrio iudicis. Sicut arbitrio iudicis puniendus venit etiam qui cognoscit illam, cum qua olim habebat publicæ honestatis impedimentum: quippe qui consanguineam eius desponsauerat sibi antea. Sed quia per Conciliū Tridentinum in spōsalibus de futuro iam impedimentum publicæ honestatis restrictū est tantum ad spōsalia valida & in primo gradu, & quia Pius. V. in proprio motū cap. ad Romanā declarauit, quod spōsalia de præsentī, quæ dicuntur nō consummata copula, in omnibus quatuor gradibus inducunt impedimentum publicæ honestatis, non obstante prædicta correctione & restrictione. Conc. Trid. in sponsalibus de futuro facta ad primum tantū gradum, quia in correctione iuris secundum proprietatem verborum procedendum est, præsertim, vbi maior est ratio, ideo ad infligendas pœnas incestuosas: & eas moderandas, arbitror omnium harum nouarum graduū affinitatis, & publicæ honestatis limitationum à iudicibus habendam esse rationem, ne iuxta rigorem antiqui seueras sententias ferant.

**C** Porro de incestas nuptias contrahentiū pœnis ecclesiasticis, & accessorie de pœnis civilibus, quibus puniuntur aliquid breuiter nos edisserere hic oportet. Igitur notandū est primo, quod qui cū cōsanguinea, vel affine intra 4. gradum contrahit matrimonium, est excommunicatus Clem. 1. de affi. & consang. nisi excusetur ignorantia, de qua in materia excommunicationis, diximus ab excommunicatione excusare. Secus est si tantū sponsalia de futuro contrahat. Nisi forte nunc post conciliū & ante copula sequatur affectu vxorio habitay quam Nauar. in sum. c. 2. n. 43. ait, esse cōmunem. Secus est in foro conscientia, si affectu vxorio non accēsit. Quia tunc non erit excommunicatus. Sicut neq; excommunicatus est, qui ante legitimam ætatem sic contraxit matrimonium cum affine, vel cōsanguinea, quia in effectu tantum fuere sponsalia de futuro. c. 1. §. de sponsalib. impub. lib. 6. Sicut etiam excommunicati non sunt qui credentes se cognatos, cum re vera cognati non essent, contraxerunt inter se matrimonium; licet peccauerint mortaliter, & non valuerit matrimonij, si credebant illud non valere. Alias sic, vt tradit Syluest. in verbo matrimonij. 7. q. 13. §. 5. Quod autem dictum est de viro contrahente cum muliere, idem censendum est esse dictum de illa contrahente cum illo. Eandem quoq; excom-

excommunicationem ipso iure iacurrunt religiosi, & moniales, & constituti in sacris, si de facto matrimonium contraxerint. Deinde si de pœnis civilibus impositis cōtrahentibus incestas nuptias loquamur, sciendū est, q̄ incestas contrahens nuptias, si vilis sit, & humilissimè iure civili verberatus in exiliū mittitur, bonis omnibus fisco adiudicatis non existentibus filijs ipsius delinquentis legitimis, qui fisco in bonis præferuntur. Si autē vir sit honestus, infamis efficitur, inde ac bonis eodē pacto amissis in insulā perpetuo relegatur. Ita in autentic. de incest. nupt. & l. tit. 18. part. 7. Et quia ipso iure poena hæc amissionis omnium bonorum indicitur à die commissi criminis censetur fisco adiudicata, & etiā post mortē delinquentis repetitur ab eius hæredibus à fisco. l. cōmissa. ff. de public. & cap. accusatus. §. penult. de hæret. in. 6. Adde secūdo, q̄ quia priuatio sit hic ipso iure, fructus etiam à die commissi criminis adiudicantur fisco indistincte. l. eū qui in principio. ff. de his qui vi. Ita doctores cōmuniter. At & quia fiscus à die illo agit rei vëdicatione, sequitur fiscū nō debere emptori illorū bonorū pretiū soluere, nisi in tribus casibus. Primo nisi pretiū datū ab emptore reperiretur inter bona delinquentis. Vel nisi illud pretiū esset conuersum in vtilitatē illorū bonorū quæ vtilitas fisco delata. Tertio vel, nisi alienatio facta sit à delinquente ex causa necessaria, scilicet, pro alimentis: quia tunc licita est alienatio. Ita Syluest. verbo hæres. 1. quæst. 8. contra Bartol. Tamen secundū Couarr. opinio Syluestri est æquior & verior. At licet fiscus alias non teneatur soluere debita istius delinquentis post crimen contracta, sed bene tenetur soluere debita à delincente ante crimen contracta. l. 1. §. an bona, & ibi Bartol. ff. de iur. fisc. Cæterum, si de poena quæ non est ipso iure imposita, sed venit imponenda, loquamur, tunc delinquens contra communem non à die commissi criminis fructus perceptos ex illis bonis amittendis tenetur fisco reddere: quoniam ante litis contestationem titulum habet, quo ipsius rei fructus iure optimo percipiat. Si igitur ista communis habet verum, est solum in casu, quo delictum etiā occultum etiam peracta poenitentia impediret ministrare propter irregularitatem crimini annexam: quia tunc seruiendo in officio augetur poenam. Quo fit, vt tunc fructus non essent ei iusta ratione concedendi, aut dimittendi, iuxta Felin. ca. inquisitionis, de accusationibus, dicentem quod bona conscientia non potest quis fructus beneficij retinere, si est ei ad nexus ordo sacer quem ipse propter crimen exercere non potest.

¶ Porro quæstio hæc tum ad quæstionem præ-Instruēt. consci. 2. Pars.

**A** positam plene callendam, tum ad alias similes res soluendas, quia valde vtilis est eam hic dissoluerē nō erit ab re, scilicet, an poena ipso iure induta, qualis est ista amissio omnium bonorū pro incestis nuptijs contractis & aliæ similes poenæ locum habeant in foro conscientia ante iudicis sententiam declaratoriam & iudicis executionem. Respondetur ergo. 1. cū S. Thoma. 2. 2. q. 62. art. 3. & Soto de iust. & iur. q. 6. art. 6. & alijs, scilicet, & cum Adriano quodlib. 6. art. 1. illat. 3. & Syluest. verbo. poena. q. 25. & Caietano. 2. 2. q. 62. art. 3. & cum canonistis communiter contra Alphonsum de Castro de iusta hæret. punit. & de. leg. pœnali, q̄ ante condemnationem iudicis tales pœnæ nō debentur. Patet ex. l. finali. §. fin. vero. C. de iur. deliber. Quia legum pœnæ in conscientia non debentur. Non enim delinquentes debent esse suæ pœnæ executores. Neq; confessores cogunt talem pœnam soluere ante condemnationem. Vnde in conscientia delinquens præter sententiam declaratoriam potest expectare iudicis executionem & post condemnationem & declaratoriam iudicis sententiam, non tenetur bona ipso iure amissa offerre fisco, secundū Caic. & Adrianum vbi supra contra Felinum allegantem pro se D. Thomā. 2. 2. quæst. 62. art. Tertio dicentem, quod reus postquam condemnatus est, tenetur pœnam soluere. Sed vt bene subnotauit Couarruu. D. Thomas intelligitur, quod non tenetur reus in conscientia ad pœnam antequam sit condemnatus, & sententia per iudicem executioni tradatur. Nam hoc insinuauit D. Thomas dum ibi dixit, quod per pœnam adhibetur remedium ad culpam, cuius inflictio pertinet ad iudicem. Inflictio autem actualem executionem pœnæ significat. Igitur reus solum tenetur iudici exequenti sententiam obedire, & non resistere. Vnde sequitur, quod licet lex dicat ad incurrendam pœnam nullam requiri declarationem neque sententiam, adhuc iudicis executio necessaria est, vt debeatur in conscientia contra Sylu. verbo, emphytheus. quæst. 2. & verbo assalsinus.

**D** ¶ Sed quid si iudex expresse iam condemnauerit reum ad aliquid soluendum condemnando reum expressis verbis ad solutionem? Et quid si lex adderet pœnam, quam exprimeret in foro conscientia esse soluendam? Respondetur, quod in hoc casu secundū Couarruuiam opinio Felini forte esset admittenda contra communem, scilicet, quod tunc post condemnationem & sententiam iudicis sic latam, reus tenetur ante executionem iudicis soluere in conscientia. Sed certe communis opinio iustum est vt habeat locum in pœnis, de quarum natura est, quod reus illas illatas patiatur, l. ii. qua-

quarum iudex vt sit executor oportet ita (vt ait D. Thomas) sit infligator earũ, qualis est amissio honorum. Secus est, vt ait Sotus, de illis pœnis loquendo, quarum natura dicitur, q̄ eas reus ipse exequatur, vt peregrinatio, exiliũ, habitatio in certo loco à iudice assignato, quas in conscientia tenetur reus peragere. Ita Caiet. 2. 2. q. 69. art. 3.

¶ Accedit ad prædicta, quòd pœna debetur in foro conscientie, quando ex parte recipientis non est pœna sed amissæ rei adquisitio, & sic est veluti damni recompensatio. ¶ Ex quo corollarie sequitur, q̄ virgo vitata licet in foro exteriori recompensanda est in dote, qua eget: sed tamẽ in foro conscientie solum recompensanda est in damno accepto. Vnde licet iuxta c. 1. de adult. sit dotanda, scilicet, dote assueta dari. Virginibus tamen secundum Ioan. Andr. & Abbatem, vltra hoc recompensanda est in eo, quo indiget corrupta, vt inueniat virum æqualẽ sibi. Quæ opinio secundum Couarr. contra Ananiã, vera est, quando vitator eius, quia ea non est dignus eam illi pater puellæ dare non vult, & ipsa, quia corrupta iam est dote assueta dari virginibus, nubere æquali non potest. Si autem vitator eius conueniẽs est ipsi virgini vitatæ, & iniuste recusatur, cum eam ducere velit, tam satis est iuxta opinionem Ananię ei dare dotem assuetam dari virginibus, si ea possit nubere æquali & conuenienti. In his pœnis canonici gradus sunt attendendi, & non ciuiles prohibiti.

¶ Præterea, an ignorantia, vel bona fides excuset contrahentes incestas nuptias à pœnis iuris: Respondetur autẽ responsione etiam deseruienti ad alias similes materias. Et dicitur primo q̄ ignorantia iuris, vel facti etiam crassa, & quæ ex lata culpa contingit incestuose contrahentes excusat à pœna omnium honorum amissionis incestuose contrahentibus imposta secundum Bartol. in l. adulteriũ cũ incestu in princip. nu. 11. ff. de adult. Cuius ratio est, quia iuxta cap. si vero. in. 2. de sent. excõm. iũcto cap. si quis sua dente. 17. quæst. 4. & communem, vbi dolus requiritur expresse ad pœnam, lata culpa non sufficit.

¶ Ex quo corollarie infertur, q̄ pœna excõmunicacionis lata in clementina. vnica. de consang. contra incestuosas nuptias contrahentes, non comprehendit ignorantes etiam ex lata culpa, secundum Bonifacium & Imolam, contra glossam in dicta Clem. vnica. versiculo, si scienter.

¶ Item ex prædictis sequitur secundo corollarie, q̄ solum istæ leges pœnales contra incestas nuptias positæ scienter contrahentes ligat. Quo circa si aliqui à principio bona fide eas contraxe-

**A** runt, etiam si postea ablata bona fide in eis perseuerent detecto impedimento eas pœnas non incurrunt, secundum glossam in clem. vnica. verbo, scienter. de consang. quæ commendatur à doctoribus. At hic etiam de ignorantia iuris, an hæc excuset sic contrahentes, solet dubitari. Respondetur ergo affirmatiue, quòd ignorantia iuris dum sit probabilis, excusat sic contrahentes incestuosas nuptias à prædicta pœna amittendi propria bona, licet non operetur lucri acquisitionem, scilicet, dotis arrharum, & sponsalitiæ largitatis, & donationis propter nuptias, quæ omnia ad fiscum deferebantur. l. qui contra. C. de incest. nupt. & ibi glossa. Quod tamen intelligendum est, dum palam contraxerunt: Tunc enim prædicta iuris ignorantia eos excusat. Secus est si clam. l. fin. ff. de ritu nupt. Et secus est, si talis ignorantia iuris probabilis non sit, sed crassa, & quæ ipsi iuri gentium aduersatur ead. l. fin.

**B** ¶ Quibus accedit, quòd quando mulier bona fide contraxit, quia tunc ex parte sua bona, quæ dedit marito dotis nomen non habent statim restituenda sunt, maritusque in hoc casu dotis fructus non lucratur: quia neque fuit vera dos, neque matrimonium. arg. l. si ante. ff. soluto matrimonio, nisi maritus illos fructus bona fide perceperit. Nam tunc, quia eos non recepit, vt maritus, sed vt bonæ fidei possessor eos restituere nõ tenetur, si iam sunt consumpti, nisi in eo in quo factus est locupletior. Et ita glossa intelligenda est in cap. 1. de donat. inter vir. & vxor. quæ expresse determinat maritum lucrari fructus dotis putatiuæ, vbi conuenitur maritus, vltra quam facere potest, ita vt nihil possit deducere ratione alimentorum secundum Imolam.

**C** ¶ Præterea adnotandum est, quòd huiusmodi pœnæ contra incestuosas nuptias contrahentes locum habent quando sunt contractæ de præsententi, secundum Bartol. Iaso. Imo quo ad leges ciuiles, vt locum habeant, est necessarium matrimonium hoc copula carnali esse consummatum: quia leges ciuiles hic intendunt punire incestum. Quibus adde, quòd quia lucra constante matrimonio putatiuo adquisita ex vtriusque coniugis bona fide contracto ratione habitationis iustificatæ ex ignorantia communia sunt viro & vxori: ita etiam in casu, quo ambo coniuges bona fide incestas nuptias cõtrahentes tẽpore cohabitationis aliqua lucra adquiserunt. Ita Couarruias in epitome cap. 7. 2. part. 6. 1. In cuius rei gratiã citat Roderic. Xarez & Didac. à Segura. Si autem coniux cõsciũs cõsanguinitatis, vel affinitatis bona aliqua ignoranti dedit in dotem, vel alium titulum, ea amittit, atque penes ignoran tẽ manet.

Ita

Ita. l. 50. tit. 14. partit. 4. Quæ tamen tantum habent locum iuxta. l. fin. C. de leg. 1. in relictis in testamento. Non tamen in datis inter viuos ex causa dotis, vel alio simili titulo. Quia hæc donatio inter coniuges putatiuos morte non confirmatur, secundum Bald. l. eam quam. nu. 22. C. de fid. commil. Vnde pactum de dote lucranda, non est seruandum in matrimonio putatiuo secundum Bald. & Felin. ex. l. 1. de condit. ob caus.

## CAP. LI.

## De impedimento spiritualis cognationis.

¶ Vtrum spiritualis cognatio impediat matrimonium, & inter quos contrahatur post Conc. Trid. Et quid, si non designentur patrini, qui erunt tunc patrini. Et quid si pater in necessitate baptizet filium, vel ignoranter, an possit cõtrahere cum illius matre. Et an requiratur tẽtio pueri vel adulti, vt cognatio hæc contrahatur. Et an procurator tenens nomine alterius eã contrahat, vel qui caret intentione, vel qui nõ est christianus. Et de cognatione legali, & gradibus eius.



**I**RCA dictum impedimentum spiritualis cognationis queritur primo, cũ D. Thoma, Vtrũ spiritualis cognatio impediat matrimonium. Respondetur autẽ, q̄ sicut per carnalẽ propagationẽ accipit homo esse nature ita per sacramentũ baptismi accipit esse gratiæ, quæ aliquo modo est naturalis alicui in quantũ est mẽbrũ Christi. Vnde hic etiã cõtrahitur impedimentũ dirimens, si talis cognatio præcedat matrimonium. Si vero sequatur non dirimit, sed tantũ impedit petitionẽ debiti ex parte inducẽtis talẽ cognationem, nisi ex ignorantia probabilis, aut in casu extremæ necessitatis baptizet quis proprium filium. Tamen talis sic etiam extra hos casus baptizans proprium filium ex vxore genitam tenetur debitũ reddere vxori, ne ex culpa istius vxori innocenti præiudicium generetur.

¶ Secũdo queritur, Vtrũ per solũ baptismũ spiritualis propinquitas contrahatur. Respondetur autẽ, q̄ ex sacramentis baptismi & confirmationis spiritualis cognatio cõtrahitur: quia baptismus assimilatur primæ conceptioni in vtero. Cõfirmatio vero secũdæ natiuitati assimilatur, scilicet, quando iam res concepta robur acci-

Instru. consci. 2. Pars.

**A** pit. Sed catechismus quia solum sacramentale est solum impedit matrimonium contrahendum.

¶ Deinde tertio queritur, Vtrũ cognatio spiritualis contrahatur inter baptizatũ, & eũ de fonte leuantẽ. Respondetur autẽ, q̄ quia baptizans gerit personã Dei regenerãtis: & quia suscipiẽs baptizatũ de fonte, aut ad confirmationẽ tenẽs, gerit personam ecclesiæ veluti matris: ideo vterque, scilicet, tã baptizans, quã leuans de fonte baptismi baptizatũ contrahit cognationẽ spiritualem cum eo. Sicut etiam confirmans & tenẽs ad confirmationem eandem cognationem spiritualem contrahit cum confirmato.

**B** ¶ Circa prædictam doctrinã D. Thomæ notandum est primo, quòd Cõciliũ Tridentinũ sessione. 24. c. 1. de reformat. statuerit circa cognationẽ spirituale, quæ in baptismo & confirmatione cõtrahitur. Igitur ad vitanda inconuenientia ibi statuit, vt vnus tantum, siue vir siue mulier iuxta sacrorũ canonũ instituta, vel ad summũ vnus & vna baptizatũ de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatũ ipsum & illius patrẽ, & matrẽ, nec non inter baptizantem, & baptizatũ baptizatiq; patrem ac matrẽ tãtũ spiritualis cognatio contrahatur. Parochus autẽ antequã ad baptismum conferendũ accedat, diligenter ab his, ad quos spectauit sciscitetur, quẽ, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eostantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro nomina eorum describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quòd si alij vltra designatos baptizatũ tetigerint, cognationem spirituale nullo modo cõtrahant. ¶ Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur confirmantẽ, & confirmatũ, illiusque patrẽ & matrẽ, atq; tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. Igitur per hanc Concilij Tridentini diffinitionem cessant multæ quæstiones, quæ olim locum habebant: quoniam ad prædictas duntaxat personas cognatio spiritualis redacta est. Ita quòd nulla est hodie fraternitas, aut confraternitas, nulla itẽ cõpaternitas inter baptizatũ & paternos, neq; etiã inter baptizatũ, & coniuges & cõcubinos, vel concubinas prædictorũ: & multo minori ratione inter ipsos met patrinos licet maritus, & vxor possint esse patrini. Sed neq; inter respõdentes & tangentes, & alios cõtrahitur hæc cognatio, nisi sint ad id signati. Cæterum in dubium reuocari potest quando nulli designantur in patrinos per culpam parochi, vel alterius in necessitate baptizantis, an omnes tangentes baptizatũ, & soli fiant cognati. Ad id au-

Iii 2 tem



tem dubij respondet Navarrus in summa ca. 22. nu. 39. quod verius est, quod tunc soli & omnes tangentes fiant cognati: quia à iure antiquo non est recedendum, nisi quoad excepta in nouo. l. præcepimus. C. de appellat. & concilium videtur loqui, quando designantur aliqui patrini.

¶ Ex quo corollarie sequitur, quod tenentes puerum dum domi baptizatur sine solennitate contrahunt cognationem hanc spirituale, non autem tenentes eum cum post hoc in ecclesia exorcizatur, & ungitur chrismate contra opinionem vulgarem. Quia posterior actus non est sacramentum, sed tantum sacramentale: estque actus catechismi, & exorcismi, ex quo alia cognatio solū impediens nascitur c. per catechismū. de cognat. spirit. lib. 6. Vnde maxime expediret, vt parochus scriberet in libro illū actū supplendi non fuisse baptismum, sed catechismum cum exorcismo.

¶ Dubitari hic vsu venit, an pater in necessitate baptizans filium suum ex fornicatione susceptum possit contrahere matrimoniū cum illius matre. Respondetur autem, quod licet Sotus in. 4. sentent. dist. 42. art. 1. aliqua argumēta adducat pro parte affirmatiua: tamen eam tenere non est ausus, sicut neque Palude. Igitur dicendum est cū Navarro vbi supra, quod vere talis cū matre illius sui filij contrahere non potest. Quod & probat. Quia regula iuris habet cognationem spirituales impediens & dirimentē, contrahi inter baptizatē & parentes baptizati cap. 1. de cognat. spirit. lib. 6. à qua non excipitur, nisi per ignorantia, aut in extrema necessitate baptizans filium suum, & coniugis suæ, vel sui, cum qua, vel cū quo contraxerat iam matrimoniū, iuxta ca. ad limina. 32. q. 1. Cuius ratio potissima est, quod per actum bonum non debet præiudicari matrimonio sancto iam antea contracto. Quæ quidem ratio cessat in præfenti casu, vbi de matrimonio contrahendo quæritur. Et per hoc soluuntur argumenta Soti. Addit tamen ibi Sotus, quod si iam coniugatus citra necessitatem filium suum, & vxoris suæ sciens, ac prudēs baptizat aut per ignorantiam crassam, quæ scientiæ æquipollet debitum à sua coniuge exigere nequit. Colligitur ex capite si vir, de cognat. spirituali. Item & secundo asserit, quod susceptor pueri dum ratione necessitatis baptizatur sine solennitate, quando alter illi infunderet aquā, quia proprie susceptor non est, dum deest solennitas, hanc non contrahit cognationem. Quod tamen non satis audeat affirmare: sicut reuera pro certo affirmari non potest, si verum est quod supra Navarrus asseruit. Tandemque concludit Sotus, quod licet baptizans sine solennitate in extrema necessitate filium suū ex concubina non possit cō-

trahere cum ea: tamen si episcopus dispensaret, dum facillimus non esset ad curiam transitus, nullum subesset periculū. ¶ Aduertendum est præterea contra opinionē vulgariū, quod non omnes comitātes à domo ad ecclesiā puerū, eumque deferentes, cōtrahunt hanc cognationem. Quia tunc proprie contrahitur cognatio hæc, cū quis infantē tenet, dū sacerdos aquā infundit vel tūc cū illū de manibus sacerdotis dum illud emerit suscipitur. Ille verò, qui postea de manibus susceptoris illū accipit & inuoluit, minime. Atque idem est de confirmatione dicendum. Ille enim cognationem contrahit, qui tenet puerū dū ab episcopo ungitur. Requiritur autem vt cognatio hæc contrahatur secundū Sotū, contra Syluestr. verbo. matrimoniū. 8. q. 7. §. 13. multa disputantem de huiusmodi tactibus, quod non sufficit tangere vestes, vel puerū ipsum, etiam ea intentione, vt contrahatur affinitas. Nam ridiculū est dicere, quod tangere digito, aut manu sufficiat, sicut faciunt aliqua foemina, quæ cupientes dici comatres, ideo tangunt puerum. Requiritur ergo, quod quis eum sic tangat, vt teneat vel leuet de sacro fonte: illud enim est esse susceptorem. Neque refert teneat vestitū tactis vestibus, aut nudum. Nam, si teneret eum in disco argenteo honoris gratia, hoc sufficeret. Quo circa si multi non dico tangant, sed teneant ea intentione omnes contrahunt secundū Sotum: quia sic habetur ca. quanuis, de cognat. spirit. in. 6. Quod tamen intelligendum venit post Conciliū Tridentinū iuxta declarationem Navarrus, quando isti plures sic tenentes essent signati & nominati ab his, quibus incumbit nominare, vel quando in defectu huius nominationis ad susceptorem munus peragendum concurrerent. At licet nunc etiam post Concilium Trid. peccatū sit & maius, plures esse susceptores, quā duo: quia prohibitum erat de consecr. dist. 4. ca. non plures. nisi forte cōsuetudo patriæ excuset, aut honoris gratia fiat: tamen, nisi ex cōtēptu legis hoc fiat secundū Sotū nunquā id tribuendū est culpæ mortali: quoniam ista prohibitio non pertinet ad materiam tam grauem: sed solum imposita est ne impedimenta matrimonij multiplicentur.

¶ Præterea hic dubium occurrit, an qui susceptor est adulti baptizandi, vel confirmandi ad cognationem hanc spirituales contrahendam opus habeat tenere sic adultum ad baptismum, vel ad confirmationem. Respondetur autem cum Soto, quod licet videatur id opus non esse (quia illa intentio cæremonia cū sit) videtur, quod satis est si assit, quasi in curam suam suscipiens illum: tamē tutius est, vt manu teneat illum. Vnde corollarie inferitur, quod neque respōdere ad catechismos & exorcismos ad cog-

gnationem fat est, sed neque id requiritur, sed sufficit suscipere: nam hoc nomen susceptoris significat. ¶ Deinde quæritur (vt quoniam vsu evenire solet, vt principes & magnates maxime) absentes contendant esse susceptores baptizandorum per procuratores, & nuncios ad id delegatos) an tales principes, & magnates sic hanc cognationem spirituales contrahant per procuratores. Respondetur autem, quod cognatio hæc per procuratorem contrahi non potest. Ita Syluester verb. matrimonium. 8. q. 7. vers. 18. & Bernard. & Ioan. Andreas, & Sotus in. 4. sent. dist. 42. q. 1. arti. 2. & Couar. in epito. ca. 6. §. 4. Et patet: quia in dubio ista impedimenta potius sunt restringenda, quam amplianda. Tum secundū Sotū, quia hic requiritur actio personalis: sicut & in confessionis sacramēto & baptismi: ergo etiam in cognatione contrahenda, quæ est accessoria. Nam accessorium sequitur naturam principalis. Non igitur hoc per procuratorem peragi potest: sicut etiam reliqua quæ in actione personali suapte natura consistunt nequeunt per procuratorem fieri. Igitur nemo per procuratorem potest esse susceptor, vt cognationem ipse contrahat. Igitur concludit Sotus, quod istæ cæremonia ad colendam pacem, & amicitiam inter magnates fieri consueverunt. Quocirca procurator ille delegatus est verè susceptor cognationem contrahens. Sicut si papa officium confirmandi simplici sacerdoti committeret: tunc non papa sed ille presbyter esset confirmator. ¶ Ex prædictis sequitur, quod neque tota ciuitas, aut collegiū potest esse susceptor, sed solus ille, quem ad id muneris delegaret. Verum hoc postremū asserit, quod licet Soti, propterea difficultatem habet, quod licet Panorm. cap. veniens. de cognat. spiritual. & Ioan. Andr. in regula potest quis. de regul. iur. lib. 6. videntur affirmare. idem dicentes, quod procurator, qui tenet nomine alterius, et si non intendit contrahere, contrahit cognationem. Quia (inquiunt) non requiritur, quod quis intendat contrahere: sed sufficit, quod teneat in baptismo. Vnde inferunt, quod fingens se esse patrum, si non teneat ad baptismum non est patrum, si vero teneat, etiam si non respondeat intendens facere, quod alij patrini faciunt, fit patrum: quia verba non sunt de essentia. Quæ quidem sententia istorum videtur fauere Soto. Tandem Frederic. consil. 15. videtur cum alijs hic distinguere dicens, quod si talis procurator, qui tenet nomine alterius intendit contrahere cognationem, eam quidem contrahit. Si autem non intendit, licet teneat non contrahit. Neque est inquit simile de baptizante, vel leuante nomine suo, qui etiam sine intentione contrahunt. His nihilominus non obstantibus, licet dici possit,

quod iste procurator etiam in casu, quo non intendit contrahere nomine proprio in conscientia non contrahat cognationem, sed forsitan opinio Soti, est vera, quod ad forum exterius ecclesiæ, vbi censetur voluisse susceptoris munus peragere, iuxta intentionem ecclesiæ, quæ illum voluit obligatione & officio susceptoris obligare. Dixerim ergo, licet non tam certo, quod absolutè, & sine distinctione, vt ait Sotus dicendū est, quod iste procurator contrahit cognationem: Quoniam ecclesia intendit super illum inducere obligationem susceptoris, & per consequens cognationis vinculum, quod inde sequitur, ne baptizatus, aut confirmatus in hoc casu maneat destitutus & defraudatus ea debita cura spirituali, quam de eo tenentur gerere susceptores. Et hoc verisimilius est & rationi magis contentaneum. Vnde similiter hic hac ratione in hoc casu est indicandum, sicut de baptizante & leuante nomine suo. Qui etiam sine intentione, vt dictum est, contrahunt, si ad baptismum teneant. ¶ Aduerte autē, quod religiosi & canonici regulares, & monachi non debent baptizare, vel tenere ad baptismum, vel confirmationem, cap. placuit. 16. quæst. 10. & can. non licet. de consecr. dist. 4. ¶ Præterea ad complementum intelligentiæ materiæ huius nonnulla supersunt notanda. Primo, quod non baptizatus susceptor, si suscipiat ad baptismum, vel si non baptizatus baptizet in vtroque casu, non contrahit cognationem secundum Theologos omnes. Quoniam talis susceptor nequit esse cum erudiendi curam suscipere non possit: sed neque cognatus spiritualis esse potest. Vnde catechumenus baptizans, neque ante baptismum, sed neque post, si conuertatur ex tali baptismo contrahit cognationem contra gloss. in ca. in baptismo. de consecr. dist. 4. quæ ait non baptizatum, si baptizet eam contrahere, non autem si solum susceptor sit. ¶ Ex quo fit, quod si baptizatus, quannis confirmatus non sit, teneat eum qui confirmatur, vere contrahit cognationem: quia est Christianus & ideo capax est cognationis spiritualis, & pariter hæreticus: quia habet character christianus. ¶ Aduertendū est secūdo, quod Pius. V. in suo proprio motu, cum declarauit, quod inter personas in concilio Trid. non expressas non contrahitur cognatio spiritualis in matrimonio. Vnde vxor baptizantis, aut tenentis, si non fiat comater, & teneat non contrahit. Vnde contra regulā generalem, quæ olim ante concil. Trid. circūferbatur dico nunc, quod si quis hanc cognationem spirituales per actum propriū, sine alienū cōtrahat minime in vxorem suam eam transfert. Insuper multo magis, nunc post concil. pater spiritualis potest contrahere cum filia carnali ipsius baptizati,

Instruct. consil. 2. Pars. l. 3. zati,

zati, vel confirmati. Sed de impedimento, scilicet, catechismi, quia iam supra dictum est, nihil superest dicendum.

De cognatione legali per adoptionem.

Varitur primo cum S. Thoma, vtrum adoptio conuenienter diffiniatur. Et vtrum ex ea aliquod vinculum impediens matrimonium contrahatur, & inter quas personas. Respondetur autē, q̄ adoptio est extraneæ personæ in filium, seu filiam, vel nepotem legitima assumptio. Contrahitur autem ex ea vinculum impediens matrimonium, ex institutione legū civilium per ecclesiam approbata. Quia alias, si liceret inter personas vinculo adoptionis prohibitas contrahere, non faciliter reprimeretur inter eas concupiscentiæ ardor: sed facilis pateret concupiscentiæ locus. Cognatio autem hæc legalis inter omnes descendentes perpetuo matrimonium impedit. Veruntamen inter filiū adoptiuum, & naturalem tandiu impedit, quandiu manent in adoptantis potestate: tantū, atque etiam cognatio per modum affinitatis inter adoptantem, & vxorem filij adoptiui perpetuo impedit. Sunt igitur casus prohibiti in cognatione legali tres. Primū inter adoptantes, siue sint masculi, siue foeminae, & adoptatos, aequè eorum filios & nepotes. Secundus est inter adoptatos & filios legitimos, ac naturales adoptantis. Tertius autem inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter adoptantem & vxorem adoptati. Et idem est secundum Couar. in arrogatione neque enim in hoc differt ab adoptione contra Sotum secundum gloss. cap. 1. de cognat. legali. Est communis. Ipsa tamen adoptione & arrogatione finita, cognatio hæc legalis inter fratres & sorores cessat, & matrimonium ante contractū nō valet, nisi post emancipationem ab adoptione nouus consensus accedat, secundum Syluest. in matrimo. 8. quæst. Idque dictum est de filia adoptantis sub patria potestate existenti. Nam cum ea, quæ iam sui iuris est adoptiuus contrahere potest glossa in cap. 1. Sed inter ipsos filios legales ex legali cognatione nullū est impedimentum, nisi aliud Canonicū existat in contra. Carterū hic dubitari solet, an adoptatus cū filia illegitima adoptantis cōtrahere possit. Igitur Innocē. & Hostiensis in ca. vnico. de cognat. legali. affirmatiuā tenent, propterea q̄ illegitimus non est in patria potestate. Instir. de nupt. §. penul. Panor. autē eod. cap. vnico. in fin. & in gloss. tenet contrariū: cui cōsentire viderur D. Thomas secundū Tabienam, non autē secundū Syluest. His nihilominus nō obstantibus dicendum videtur, q̄ licet apparenter dici potest, q̄ talis filia illegiti-

ma, postquam est recognita a patre, & domi re tena, videtur non possit nubere filio adoptiuo. Quoniam omnium horum impedimentorū ratio est facilitas carnalis copulæ ppter cohabitationem talium personarū. Quæ quidem ratio hic videtur habere locum. Tamen quia in dubio impedimenta hæc potius sunt restringēda, quā extendēda: ideo impedimentum hoc non ausim extendere ad filiam illegitimā adoptantis, Innocē. & Hostiensis opinionionē meliorem esse existimans, quā & tenet Archiepiscopus Floren. 3. part. tit. 1. cap. 13. & Pisana, & Ioan. de Plat. & alij. Perpendendū est denique, q̄ cōcil. Trident. hos gradus non videtur limitasse, quia eorum ratio manet, scilicet, facilitas carnalis copulæ propter cohabitationem. At existimat Sotus, q̄ si inueniantur huiusmodi cognati contra uille, & difficilis pateret accessus ad Papam posset episcopus dispensare: qui alias matrimonium dirimit hæc cognatio, vt communiter tenetur.

C A P. L I I.

Vbi dicitur large de impedimento frigiditatis, & maleficiorum: & an spadones possint contrahere.



VERITVR primo, vtrum frigiditas matrimonium impediatur. Respondetur autē, q̄ frigiditas, quæ impotentia est coeundi, non quidem ex ætate, sed ex defectu naturæ proueniens, si simpliciter est incurabilis, dirimit matrimonium contrahendum, & etiam contractum post triennium probatum ad minus ex statute ecclesie. Quia nō est conueniens, aliquis se obliget ad id quod non potest dare. Si tamen post triennium ecclesia inuenit se deceptam reintegratur matrimonium præcedens. Immo ante dirimitur, si ante triennium notorie nota fuerit coeundi impotentia. Deinde secundo queritur, Vtrum maleficiū possit impedire matrimonium. Respondetur, q̄ impotentes coire ex maleficio perpetuo post probationē triennij, quo intēderūt copulæ ad alias nuptias trāsire possunt: aliā minime. Sed si nō sit perpetua hæc impotentia coeundi nō dirimit, & ad hoc probandum statuit ecclesia triennium. Circa prædictam doctrinam D. Thomæ nō tandū est primo, q̄ impotentia coeundi diuersa est ab impotentia generandi. Nam impotentia coeundi est impotentia seminandi in vase idoneo: impotentia autē generandi appellatur sterilitas. Vnde impotens seminare, licet possit virile erigere & vas foemineum rampere, frigidus esse censetur. Sicut etiam qui non possit vas idoneum expectare, sed præpropere seminando

foris

foris seminaret (quanuis impedimentum hoc raro sit perpetuū, cum arte medicinæ tolli possit.) Sicut etiam frigidi censentur senes illi, & debiles, qui licet potentes sint semen effundere: sed non erigere ad seminandum intra vas. Cuiusmodi etiam sunt illi, quorum habitudo corporis impedimento est congressui ad legitime seminandum. Qui omnes cum his impedimentis perpetuis laborant contrahere non possunt. Secus autem, si sint tantum steriles, sed seminantes: quia hi contrahere possunt. Quoniam & si non in remedium naturæ propagandæ, saltem in remedium concupiscentiæ tale matrimonium deseruire potest. Vnde senes intra vas legitimum potentes seminare contrahere possunt (vt ait Diuus Thomas, licet generare non possint. Secundo aduertendum est, q̄ cum duplex sit impotentia: alia scilicet naturalis, & alia accidentalis, scilicet, per abscisionem virilium, vel maleficium, quæ abscisio ad naturalem reducit, naturalis impotentia triplex esse inuenitur, scilicet, vel ratione ætatis, vel ratione priuationis ineptæ u dispositionis membrorū, vel ratione alterius qualitatis idoneam seminationem impediens. His igitur prædictis distinctionibus dicitur primo, q̄ impotentia naturalis coeundi perpetua suapte natura impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum propter rationem D. Thomæ, scilicet, quia non est conueniens, q̄ aliquis se obliget ad id, quod dare non potest. Perpetua autem hæc impotentia dicitur cum ei per artem medicinæ vel artem mederi non potest. Quocirca non absunt a culpa, qui cum huiusmodi impotentia contrahunt, donec sublata sit. Secundo dicitur, q̄ quando lis de huiusmodi frigiditate, aut de alia huiusmodi impotentia cōtestatur, si illa potest legitima via iuris probari, illico dirimendum est matrimonium. Si vero impedimentum hac via constare non possit, expectandum est triennium, in quo bona fide debet operam dare matrimonio consummando. Quo elapso si cōsummare nequiverint separandi sunt, nisi velint permanere in eadem domo, non vt vxor & maritus, sed vt frater & soror, iuxta capit. laudabilem. de frigid. & can. quod autem 33. quæst. 1. Sed iam quis forsitan sciscitari poterit, quo pacto constare possit nunquam matrimonium consummasse. Ad hoc igitur responderur iuxta mentem Soti, quod si ipsa est virgo potest per inspectionem matronarum id explorari: quibus adhibenda est fides. capit. proposuisti. de probat. Si vero ipsa, quæ diuortium petit, corrupta est, & nihilominus negat viri potentiam, si ipse eam cognouisse iurat, eius iuramento in fauorem matrimonij standum est: quia caput est foeminae. cap. si quis. 33. quæst. 1. & cap. 1. de Instruct. consci. 2. Pars.

frigid. Quod si ambo negant, tunc scifiri potest septem sunt adhibendi iurati testes, vt locis citatis sancitur. Quando verorēs hæc probari nequit, quia difficilis est probatu per testes oculares: tunc referenda est res ad testes ex auditu, qui ab ipsis audierint matrimonium consummasse, aut nunquam ipsum consummare valuisse: aut amborum iuramento standum est. Igitur in hoc casu iudex cautissimè procedere debet & in re dubia proferre debet sententiā in fauorem matrimonij, ne dissoluatur, ne fraudibus aperiat via.

Tertio dicitur, quod viro impedito perpetuo impedimento vxor secundo nubere potest. Sed vir tunc sic impeditus nequit ad aliud matrimonium transire: quia impedimentum vnus alteri obesse non debet. capit. laudabilem. de frigid. & can. requisisti. 33. quæst. 1. At capit. ex literis. eodem titul. dum foemina est impedita datur viro facultas accipiendi aliam. Adde autem, q̄ perpetuo impediti nunquam contrahunt propriè matrimonium: quia per cōmixtionem seminum vna caro fieri non possunt. Vnde licet se possint habere, vt frater & soror: tamen vbi impedimentū est perpetuum coeundi, id est, absq; remedio nullum componitur matrimonium. Secus dum impedimentum tolli potest, et si non tollatur. Quocirca hi, qui huiusmodi perpetuis impedimentis laborant, non possunt per verum matrimonium se vterā iungere, sed tantum quo ad cohabitationem in vna domo si velint, sic ad istam societatem perpetuam se obligare in illo cap. laudabilem. & cap. consultationi.

Vnde infertur corollariè. Primò, quod non possunt se lasciuè amplexari, aut impudicè tangere, aut carnaliter osculari: quia etiam seculo periculo pollutionis illi tactus, & oscula perse sunt mortalia, nisi inter veros coniuges. Vnde periculosissima est hæc confederatio. Secundo infert Sotus corollariè, quod etiam quādo post matrimonium consummatum accidit hæc perpetua impedimenta in vase seminandi, non potest illis tactibus vti cum periculo extra seminandi: & multo minus potest ad seminandum cum vxore conari, si modo legitime certus fuerit, minimè id posse in vase perficere. Secus autem est si potest ibi seminare, licet sit ad generandum debilis, & impotens. Sequitur corollariè tertio, quod spadones & castrati, & eunuchi. (Qui omnes in hoc conueniunt, quod testibus carent, nisi quod castrati appellantur, qui ita nascuntur, spadones verò, quibus postmodū testiculi euelluntur) hi omnes si dum maritatur seminare in legitimo vase nequeunt, nullum cōtrahunt matrimonium, quia fieri nequeunt vna caro. Si vero seminare quoquo pacto possunt,

licet

licet ad generandum sint inepti matrimonium vere contrahunt: quia tunc non frigidi, sed steriles reputantur. Hocque tenendum est pro certissima regula. Et opinio illorum quos refert Syluest. matrimonium. 8. §. 16. (vt ait Sotus) est intolerabilis. Qui aiunt, quod spadones licet non possint seminare, si possint erigere, & prouocare fecundam, possunt validè contrahere. Neque obstat lex, si serua. de iur. dotium. Quia legem istam idem Vlpianus, qui eam edixit, exponit. l. Pomponius. ff. de ædilitio edict. Vbi ait, quod tunc spado contrahere potest, quãdo vno duntaxat testiculo caret. Vnde neque hi contrahere possunt omnes, quando nequeunt seminare, quia vtroque testiculo carent. Neque eorum confederatio secura est, si velint manere cum huiusmodi foeminis, quas duxerunt, vt fratres: quia impudice, & contra naturam eis vi cõsueverunt. Vnde merito in Hispania auctoritate apostolica hæc confortia dissipata sunt ad vitandos tactus carnales, & pollutiones mortales, quæ inde causabantur. ¶ Sequitur quarto corollariè, quod vbi non est verum matrimonium modo iam dicto, si ille, qui non est impeditus contrahat cū alia etiam sine licentiã iudicis matrimonium tenet. Peccaret tamen si sententiam ecclesiæ non expectaret. Præter quã, quod si se obligauit alere consortem tenetur contractui civili astare. ca. requisisti. 33. quæst. 1. sicuti & ipsa si se obstrinxit seruire viro. ¶ Quarto dicitur, quod si ille qui tanquam impeditus condemnatus est, transiens ad secundas nuptias inuenitur matrimonium consummasse, ad priores reuocandus est, etiã si vxor iam tunc cum alio fuerit coniugata. Tunc enim ecclesia se agnoscit deceptam, atque illud matrimonium quod ratum & legitimum erat tanquã irritum pronuntiasse. Ita cap. requisisti. & cap. laudabilem. & capit. fraternitatis. de frigid. Secus autem esset, si religiosam fuisset professus vitã. Verum quia vsu euenire potest, vt quispiam imbecillis sit ad deflorandam virginem, qui tamen validus est ad se commiscendum cum corrupta, vel quæ hæc foemina arcta ita sit, vt ab hoc viro nõ possit referari: quæ tamen ab altero cognosci potest, quæritur in similibus casibus, quid sit consulendum in casu, quo hi eum alijs contraxerunt secundo. Respondetur, quod licet Ricardus, & Durandus affirmant reuocandos non esse tales ad prima matrimonia, sed debere in secundis perseuerare: tamen dicendum videtur, quod si talia impedimenta erant perpetua, tunc in secundis permanere debent. Alioquin si temporalia erant ad prima matrimonia sunt reducendi. Sed iam hæc diffinitio quæstionis exposcit, vt quod sit impedimentum temporale, quodue perpetuum dicatur, explicemus. Igitur id per illam regu-

**A** lam Innocentij discernendum venit, capit. fraternitatis. de frigidis & malef. Nempe, quod illud impedimentum non sit perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit remoueri. Vnde corollariè sequitur, quod si foemina sic sit arcta nimis, vt sic arbitrio medicorum remedium admittere possit per medicinam, ruptionem, aut scissuram, etiam si renuat ruptionem, nihilominus matrimonium est validum: quia non dependet ex futura facti contingentia: sed potestas tollendi facit illud firmum. Quia aliàs actus chirurgi non potuisset matrimonium consolidare si nullum antea fuisset.

**B** ¶ Ex quo secundo sequitur corollariè, quod si vir ineptus sit ad virginem, nihilominus matrimonium tenet, si aptus est ad corruptam. Quoniam si non est alia clausura quam virginittatis per artem secundum Diuum Thomam potest referari: tamen illa quæ per miraculum aperiretur, quia natura matrimonij non pendet ex miraculo posset alteri nubere.

¶ Sed iam hic adnotasse est opus, quod secundum fratrem Iosephum in suis Floribus, si ille qui contraxit cum virgine ineptus reperitur ad congregandum cum illa, si aliàs non constet de eius potentia, qua, scilicet, fuit potens ad habendam rem cum corruptis alijs, ea virgo non tenetur pati scissuram, vt referetur. Quoniam tunc verisimiliter potest præsumi de illo, quod est frigidus à natura. Et tunc si ipsa aperiretur sic pateretur frustra forte iacturam virginittatis, & maneret delusa, ita vt alteri, vt virgo copulari non posset. Cautè ergo in hoc casu iudicium est proferendum circumspicendis negotij huius circumstantijs.

**C** ¶ Præterea ambiguitatem præ se fert hic quæstio hæc non paruam, scilicet, vtrum si aliqua foemina contraxit cum aliquo per verba de præfenti, aptaque est ad copulam, non tamen ad partum validum sit matrimonium. Videtur autem, quod non, quia reddendo debitum peccat in tali casu exponendo se periculo mortis. His nihilominus nõ obstantibus respondetur, quod licet quidam doctissimus nostri temporis prædicta motus ratione tenuerit negatiuam partem, non sine aliqua probabilitate: non tamen id est ira certum, quin defendi possit contrariũ. Tum, quia licet ob eam rationem non citra peccatum tale matrimonium contrahatur: tamen nõ inde sequitur, quod sit inualidum. Quoniam illa impotentia pariendi in hoc casu parum constare potest. Tum, quia quid posterius est ad matrimonium, quod est traditio corporum ad copulam ex suo genere licitam, & quia de per accidens est quod in hoc casu sit illicita ex impotentia pariendi. Tum, quia

quia hæc impotentia pariendi tanquã quid posterius ad matrimonij essentiã ipsum nõ vitiat. ¶ Porro prædictarum quæstionum resolutiones, & huius quoque dubij explicatione exposcent, scilicet, vtrum in euentu, quo iudicio medicorum impedimentum viri aut foeminae est medicinali remedio amouibile, teneatur ille, qui impeditus est, quancunque molestia & dolorem perpeti, vt tollatur. Respondetur autem, quod tenetur perpeti molestiam & dolorem, etiam grauem. Et ideo debet pati scissuram: & si opus fuerit cauterium: quoniam sua culpa in tales angustias se cõiecit: quia id aduertere debuisset ante quam matrimonium iniisset. Sed tamen grauissimum morbi incommodum nõ tenetur perpeti, præsertim cum periculo magna læsionis: præsertim si diuturna timeretur. Quando vero citra periculum mortis curari non potest, impedimentum reputatur perpetuum, atque adeo dirimens. Neque ex hoc genere impedimenti licet alia morborum genera, vt lepram, factorè oris in consequentiam adducere, licet horrorem in concubitu offerant, quantumuis vehementè. ¶ Deinde aduertendum est, quod impedimentum non aliter amouibile, quam per artem magicam censetur perpetuum esse. Quia non licet industria & ope dæmonum uti.

¶ Adde denique, quod non licet foeminae fornicari, vt priori viro reddatur idonea: quia impedimentum, quod non nisi per peccatum tolli potest, non censetur amouibile. Non tamen in hoc casu matrimonium tunc esset dirimendum. Nam si ab alio viro cognosci potest: præsumitur quod sit ab hoc cognoscibilis: nisi iste sit frigidus. Modo autem nihil de maleficiatis loquimur. Sed tantum aduertimus, quod caliditas nõ sic solet perpetuo impedire. Si tamen per triennium impedire constaret, dirimendum etiã esset matrimonium.

¶ Circa secundum articulum D. Thomæ, vbi quærit, vtrum per maleficiam matrimonium impediatur, notandum est primò, partem affirmatiuam, scilicet, quod maleficium perpetuum dirimat matrimonium, si matrimonium præcedat diffinitam esse can. si per sortiaras. 33. q. 1. Vbi diffinitur, quod si maleficiati sanari non poterint separari valebunt. Maleficiati autem hi à frigidis in hoc discernuntur, quod quia natura semper & vniiformiter operatur: ideo, qui per naturam frigidi sunt erga omnes mulieres eiusdem qualitatis frigidi. Maleficiati vero illi dicuntur, qui vt experimento constat, aliquam hanc foeminam cognoscere non valent: tamen circa alias potentes sunt. Quod etiam contingit in foeminis illis alias viris idoneis, qui licet exoptant copulam virorum: tamen in puncto congressus il-

**A** lam exhorrent: quia phantasia in eis læsa virile viri ingentioris deformitatis se ostentat, quã est: quod certe argumētum est maleficij. Huiusmodi autem maleficia perpetua esse possunt, cõtra alios. Sicut etiam tẽporalia esse possunt, eo quod dæmones diuinitus possunt permitti à Deo in tempus homines vexare, & per totam vitam molestiam hanc eis inferre. Impedimentum autem hoc, si perseverat post triennium, quo copula operam dederunt, tunc matrimonium pronunciat inualidum ex eod. cap. literæ.

¶ Deinde quæritur, An huiusmodi maleficia per corporalia remedia sicut & per spiritualia, possint tolli. Quæstionis huius elucidatio præsupponit quatuor modos, quibus dæmones hæc maleficia solent perpetrare. Primo per modum præstigij phantasiae foeminae instrumentum viri horrificum tactu, vel visu representando. Secundo, per alterationem eandem specierum in phantasia ex olam viro vxorem reddendo, & virum foeminae. Tertio per motum solum impediendo virile, ne erigatur, erectumque relaxando. Quarto subito applicando actiua passiuus, quorum virtute dæmon instrumentum foeminae indurat, & lumbos viri infrigidat, & spiritus, quibus virile erigitur exufflat. Ac demum alijs incognitis modis genitricem virtutem exci-

**C** cando in viro & coneptricem in foemina. Quæ maleficia magici sibi facere videntur incantamentis, aut characteribus, alijsque rebus, quibus alijs ipsi seducti persuadere contendunt, quod dæmones cogant quasi dæmones habeant, suis mandatis alligatos. Quocirca, dum incantantur audiri solent vociferantes, vt dæmones illinc permittantur abire, aut non cogantur illuc aduenire. Omnia hæc facientes, vt miseros maleficos se ducant. Igitur ad dubium propositum dicitur, quod præterquam, quod ecclesia admonet, vt huiusmodi maleficiati corde contrito se in Deum conuertant: quia ista maleficia sæpissime de criminum meritis oriuntur: si simul per artem medicinalem his maleficijs occurrere possit, citra culpam erit aduersus ea hæc media medicinalia assumere, si constaret dæmones causas aliquas naturales applicasse, quæ pharmacis, aut alio humano remedio possunt amoueri. Alioquin cum maleficia hæc non ex causis naturalibus, sed ex voluntate dæmonum dependant, frustranea essent hæc naturalia medicamina.

¶ Præterea quæritur, Vtrum liceat maleficos adire, vt maleficia per alia maleficia dissoluant. Respondetur autem, quod non licet eos huius rei gratia adire, etiam si sint parati. Nam sicut in trinlece malum est maleficium, quod fieri absque culpa nequit: & ideo qui illud quanuis à paratissimo, petit inducere censetur ad malum con-



tra: Aureolum & Angel. Secus est, si quis petat iuramentum a parato iurare per Deos falsos, aut mutuū ab usurario parato. Quia hæc sunt, quæ de se possunt bene fieri, sed culpa facientis fiunt male. Ideo licet ista petere, quia non petitur ut malefiant.

¶ Concluditur ergo, quod dum maleficium, nõ nisi arte dæmonum est curabile, incurabile ac perpetuum & tanquam dirimens matrimonium est iudicandum, Scotus tamen & Caiet. quodlib. 1. quæst. 2. meritorium & licitum esse censent rogare maleficium, imo & pecunia ab eo extorquere, ut illas ligaturas, quas habet sepultas aut suspensas aut alicubi seruatas inde dimoueat.

¶ Quia illud maleficiū facere virtus est. Quia hoc non est maleficium, ut sed maleficium destruere. Vnde posset quis si sciret ubi sunt illas subtrahere eadem ratione. Nam tunc dæmon cessaret à maleficio ex pacto seductorio, quod fecit cum maleficio, ut credat maleficus in illis ligaturis inesse maleficiorum virtutem. Aduertendum in super est, quod licet maleficium non aliter amouibile, quam per miraculum secundum Innoc. reputetur ut perpetuum, & dirimens: tamen si tollatur per confessionem, & orationem & exorcismos ecclesiarum: non est miraculum. Non enim quod etiam diuina supernaturalique virtute fit, censendum esse miraculum: sed id quod in saeculo fit modo. Remissio enim peccatorum per gratiam non est miraculum.

¶ Præterea, quoniam maleficio legitime cõprobatõ dissoluitur per ecclesiam matrimonium, taliter quod utrique coniugum datur facultas ad aliud matrimonium transeundi ut cap. literæ. eod. tit. patet: iam hic quæritur, utrum in aliquo circa hoc discriminentur maleficiati à frigidis. Respondetur autem hoc inter eos inesse discrimen, quod quia frigidus, si talis esse probetur respectu vnus foeminae, respectu omnium foeminarum talis esse iudicatur, merito nuptijs interdicatur. Qui autem maleficiatus est respectu vnus, potest respectu aliarum esse liber. Quo circa respectu aliarum sibi matrimonium non interdicitur.

¶ Ad hæc secundo dubitatur, Vtrum maleficiati isti à primo matrimonio separati, si alias celebrent nuptias, in quibus habiles sunt reperti ad matrimonium ad priora connubia sint reuocandi, sicut de frigidis dictum est. Videtur autem, quod non: Quia canon si per fortianas. 33. quæst. 1. ne gatiuam partem diffinit. Glossa tamen ibi textui contradicit, quia censet ea requisisti de frigidis & malefidi diffiniri contrarium. Igitur hæc opinio glossæ, quia est Magistri sent. & communis, tenenda est. Quoniam cap. requisisti, & capitula; laudabilem, & literæ, absolute videntur loqui,

sine discrimine frigidorum, aut maleficiatorum; scilicet, quod prius matrimonium sit validum iudicandum. Sed quia Scotus dist. 34. & Abulensis super Matthæum cap. 19. quæst. 90. contra hanc communem videntur tenere, iuxta textum canon. si per fortianas, qui fuit Hismarij. Ideo optima est & tenenda concordantia Soti, ubi supra, qua textus & doctores concordare nititur, dicens, quod si maleficiatus transiens per separationem à prima ad secundam uxorem, cum secunda reperitur consummasse: forte non est cogendus experiri coitum cum prima relicta: quia exponeretur periculo delinquendi absque matrimonij consummatione. Et hoc voluit diffinire canon. si per fortianas. Quare tunc secunda matrimonia sunt seruanda. Verum si ipse priuatim animo fornicandi, aut experiri rursus accedens ad primam copulam cum ea consummaret: tunc si ecclesiarum hoc legitime constitisset, reuocandus certe esset ad primum matrimonium, perinde ac si propter frigiditatem fuissent aliqui separati: quia tunc ecclesia iudicat se fuisse deceptam: & tunc scire, quod vel illud non fuerat maleficiū, vel, quod non fuerat perpetuum. Item, si talis simpliciter fuisset maleficiatus quoad omnes foeminas: quia plures tentauit (quod tamen difficile est explorare) tunc de illo censendum esset simpliciter sicut de frigido. Quo circa, si separatus à prima postea consummaret matrimonium cum secunda, reuocandus tunc esset ad matrimonium primum: quoniam iam iudicaretur factus esse habilis ad priorem.

¶ De furia.

¶ Quæritur deinde de furia, an impediatur matrimonium. Sed quia de hoc impedimento supra latius dictum est, dum de consentu requisito ad matrimonium ageremus, ideo breuiter dicitur cum D. Thoma, quod furia sequens matrimonium illud non dirimit. Si tamen præcedat dirimit illud, quando non habet lucida interualla ipse furiosus: vel si esto illa habeat, dum est in illis lucidis interuallis non contrahit: sed postea dum in compos est rationis.

¶ Circa hanc doctrinam D. Thomæ notandum est primo, quod licitum est coniugi sano cum coniuge furioso concumbere postquam legitimum est matrimonium, sicut cum ebrio coniuge copulari. Et licet hoc non sit vsquequaque honestum: præsertim, ubi timetur ne legitime seminet: nihilominus vxor mente sana provocare potest virum insanum ad copulã causã sibi creandi prolem, vel in remedium concupiscentiæ. Potestque hac de causã apparere illi ad copulam. Et licet ipsa viro amentem petenti debitum reddere, quia veluti bestia est, & quia ineptus est ad

est ad educandam prolem: tamen ipsa tenetur reddere in casu, quo periculum inest, ne ipse se polluat, vel se commisceat cum alia. Adde etiã, quod si quis insanos inter se adaptet ad copulã ipsi insani, licet coniuges non sint, non peccet: quippe qui carent vsu rationis. Tamen qui eos copularet, etiam si essent coniuges peccaret, quia fieret iniuria proli. Quo circa etiam si ipsi se velent copulare essent prohibendi, quia monstrum est amentes more belluarum coire.

¶ De defectu ætatis.

¶ Quæritur deinde, utrum defectus ætatis impediatur matrimonium. Respondetur cum S. Thoma, quod matrimonium contractum ante annos pubertatis nullum est: nisi forte ætatis defectu vigor naturæ & rationis suppleuerit. Hoc autem tempus potest ad copulã & ad deliberandum regulariter in foeminis inueniri in 12. anno, in masculis autem in quatuor decimo. Si tamen ante istud tempus copulati inuenti fuerint potuisse consummare copulam carnaliter, matrimonium perpetuo manet. Aduertit tamen Nauarrus in summa, quod non citra peccatum mortale sit, si quis impubes filios commisceri carnaliter procuret cum eis cum quibus vult ipsos contrahere ad experiendum, utrum iam apti sint ad matrimonium inter se. At quoniam de hac materia supra meminimus, cum de ætate requisita ad sponsalia ageremus: ideo quæ illic dicta sunt: hic inculcanda iterum non veniunt.

¶ De disparitate cultus.

¶ Quæritur primo, utrum fidei possit contrahere cum infideli, & utrum inter infideles possit esse matrimonium. Et an conuersus ad fidem possit commanere cum vxore nolente conuerti; & an possit illam dimittere: & ea dimissa aliam ducere. Et an prohibitio ducendi alienigenas illegitimas fecerit personas. Et quid si prius conuersus professus est religionem, cum alter conuertitur. Et an alia vitia soluatur matrimonium, vel quoad habitationem in tempus, vel perpetuo: & quæ sint hæc vitia.

¶ VARIETATE primo, utrum fidelis possit contrahere cum infideli, Respondetur autem, quod disparitas cultus præcedens matrimonium ipsum impedit & dirimit: quia ex tali matrimonio impediretur recta educatio proli in ordine ad cultum Dei:

¶ Secundo autem quæritur, utrum inter infideles possit esse matrimonium. Respondetur autem, quod potest quidem esse: sed non tam perfectum, sicut inter fideles: quia solum est perfectum perfectione finis naturalis, sed non perfectione finis gratiæ, id est, ad instituendam prolem circa perfectionem gratiæ, quæ est vltima perfectio, & formalis respectu perfectionis naturalis, quæ est veluti materialis, & communis.

¶ Deinde tertio quæritur, Vtrum coniux conuersus ad fidem possit commanere cum vxore nolente conuerti. Respondetur autem, quod gratia non destruit naturam: conuersio autem ad fidem non soluit matrimonium naturale præcedens. Sed quia infidelitas est quoddam veluti adulterium, sicut cum adultera potest quis habitare cum spe correctionis & alias non ita conuersus potest manere cum infideli non obstinata: alias non permittetur cum illa habitare, ut statuitur. 28. quæst. 1.

¶ Deinde quarto quæritur, Vtrum conuersus possit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare sine iniuria Saluatoris. Respondetur autem, quod potest eam quidem dimittere. Nam neque cum illa habitare neque reddere illi debitum tenetur, si conuerti non vult. Quia sicut professus, qui moritur seculo non tenetur ad vota facta in seculo, ita neque conuersus ad fidem: quia regeneratus est, & mortuus prioris vitæ, non tenetur reddere debitum vxori infideli.

¶ Præterea quinto quæritur, Vtrum conuersus dimissa vxore infideli possit aliam ducere. Respondetur autem quod potest dimittere illam quando illa non vult habitare cum ipso sine contumelia saluatoris, scilicet, quando blasphematur Christum, aut viro male loquatur: & tunc potest aliam ducere. Alias si velit cum illo pacifice habitare potest illam dimittere, sed in hoc casu non potest aliam ducere, si sit spes conuersionis eius. Si autem non sit spes de eius conuersione, tunc ea vxore prius requisita, ut conuertatur, si nolit conuerti, potest vir conuersus initiari sacris, & religionem profiteri. Sed tamen sic professus etiam si ipsa post ad fidem conuertatur nunquam erit restituendus vxori. Sed sic sit initiatus etiam sacris vxori post conuersam restituendus, non est propter votum castitatis, quod emisit, & in pœnam tardæ conuersionis ipsius mulieris.

¶ Circa prædictos articulos & doctrinam D. Thomæ notandum est primo, quod probabile videtur, ut ait Scotus, quod illa lex Deuteronomij. 7. ubi cautum est non contrahere matrimonia cum illis. 7. gentibus Hethæis, Amorrhæis, & Chanaanais, & cæteris, illegitimas fecit personas

nas ad matrimonium, nisi vellent ad Iudaismum conuerti, licet oppositum probabilitate non careat. Confirmatur autem Esdræ. 1. cap. qui coegit illos ab vxoribus separari. Quod non fecisset, si matrimonia illa fuissent valida. Neque obstat coniugium Raab & Ruth, quia ipsæ conuersæ sunt ad Iudaismum. Sed Hester reuelatione & iussu Dei, vt colligit, non sit Assuerus, sicut & Sâson Dalila Iudic. 14. Sed neque Assuerus, & Dalila erant ex alienigenis interdictis. Posset quoque respublica ciuili gentiliū interdicere matrimonia cum alijs nationibus: sicut fertur Sarracenos ex lege sua esse prohibitos cum Iudæis connubia contrahere. Et taliter potest hoc prohibere, vt matrimonia nulla sint, sicut credit Sicut ratione prædicta inter Sarracenos & Iudæos matrimonia inita nulla esse.

¶ Secundo notandum est, quod modo fideles christianos contrahere cum infidelibus secundum communem opinionem theologorum & iuris peritorum, solum iure pontificio taliter prohibetur, quod dirimit matrimonium. Quod & mos vniuersalis ecclesie receptissimus satis superque confirmat. Licet in iure aliquo vniuersalis ecclesie, aut Concilij vniuersalis œcumenici, aut Papæ non inueniatur expressum, quod disparitas cultus matrimonium dirimat tamen id iure in concilio Chalcedonensi vniuersali prohibetur, vbi fidelium nuptiæ cum infidelibus iniuri prohibentur. Vnde dicendum est, quod ecclesia sancta ex traditione apostolorum instructa, & sancto flamine irradiata hanc sustinet veritatē, vt, scilicet, si matrimonium inter fidelē & infidelē sic contrahatur, sit nullum. Vnde neque matrimonium baptizati cum catechumena non baptizata, valet. Vnde leg. civili. l. nequis christianam. C. de Iudæis intentantes hæc sacrilega matrimonia, vt adulteri puniantur.

¶ Tertio notandum est, quod quauis infidelis velit sine contumelia saluatoris commorari cum conuerso & fidelis tunc conuersus non tenetur manere cum illo vel retinere quoad torum. Sed neque tempore apostolorum ad id tenebatur. Quod satis probat D. Paulus. 1. ad Corint. 7. Vbi ait: Dico ego non dominus: Siquis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, scilicet, sine contumelia saluatoris non dimittat illam. Verbo enim illo dico ego non dominus, docet non esse præceptum, sed consilium. In casu autem, quo alter infidelium conuertitur, si proles non est doli capax debet sequi conditionem feliciorum, id est, parentem conuersum siue patrem siue matrem, vt patet ex exiliteris, de conuersi. infidelium & cap. Iudæi. 28. dist. quæst. prima, quia ecclesia super conuersum acquirit ius, vt filios suos baptizet cum

multa. 15. quæst. 8. Et non est eadem ratio de feruitute, quia illa sequitur ventrem, & religio fidem. Si autem tempore conuersionis proles doli capax sit, non est cogenda ad fidem. 23. quæst. 5. can. ad fidem & 45. dist. can. de Iudæis.

¶ Sed si aliquis nunc inquirat, an nunc possit quis sequi consilium D. Pauli manendo cum vxore infideli. Respondetur quod non, si nunc admonitus infidelis coniux fidem respueret. Item respondetur, quod tempore D. Pauli vbi crebre fiebant conuersiones id in consilio erat. Nunc vero neque in consilio est, neque licet, quauis sit aliqua spes conuersionis, quia lex non respicit id, quod raro accidit. Vnde talis admonendus est, vt conuertatur & expectandus donec catechizari possit ecclesiastico more. Quod si in mora fuerit procrastinando conuersionem, diuortium fieri debet post legitimum tempus, quo potuit erudiri. In infidelis autem, vbi conuersiones crebrius fiunt, posset Papa, imo verò episcopus inducias illas prolongare, quando felix eventus speraretur, neque aliquid periculi immineret.

¶ Deinde postremo, quia inquiri potest, si aliquis ex Turcis conuerteretur eius vxore nolente conuerti, an posset periculum mortis vitandi gratia cum ea commanere, respondetur, quod si talis latenter esset christianus, & ne proderetur, & accideretur maneret cum vxore secundum Solum nullum contraheret peccatum. Quoniam ecclesia non vult eum tanto periculo quem pia obligare. Teneretur tamen iste iure diuino consortium corruptæ coniugis presentaneum, si sibi offerat periculum peruersionis vitare.

¶ Circa illum articulum D. Thomæ vbi quærit, Vtrum fidelis ab vxore infideli discedens possit aliam ducere, notandum est primo, quod Deus apostolos & ecclesiam rationem dirimendi matrimonij docuit, ita, vt cum conuersus cum vxore nolente conuerti manere prohibetur, aliud coniugium cum fidelis iure ei concedatur, ne infideles à conuersione absterreatur, si ecclesia neophytos à suis vxoribus necessario abigat, & eis aliarum coniugia non permittat.

¶ Huiusmodi autem matrimonium conuersi ad fidem cum infideli in sua infidelitate manente antea initum postquam non dissoluitur per solam suspensionem fidei, merito dubitatur, quando dissoluatur. Respondetur autem secundum D. Thomam, quod dissoluitur, quando fidelis aliud matrimonium contrahit, & non antea. Et tunc generatio vnus est corruptio alterius Vnde ante secundum matrimonium cum fidelis initum cogetur illam recipere, etiam absque nouo consensu, contra alios, si illa conuertatur: etiam si antea discesserat ab illa: Quia habitare volebat

bat sine contumelia saluatoris. Quia ista contumelia solum ius tribuit aliud cum fidelis inuendi matrimonium, per quod alterum dissoluatur. Postquam dissolutionem matrimonij, si infidelis coniux contrahat nuptias factum tenebit, quia primum matrimonium iam erat dissolutum. Peccauit autem infidelis hæc contra ius naturale & diuinum non sequendo in conuersione coniugem conuersum. Et ideo si non conuertitur peccat, non solum in Deum sed & in matrimonium secundum Gregor. can. si infidelis. 28. q. 2. Quocirca iure naturali & diuino ei indicitur, ne fidelem coniugem relinquens alterum sibi copulet.

¶ At quæstio hæc statim obuiat, an matrimonium infidelium si alter conuertatur & profiteatur solenniter religionem, aut initietur sacris per talē professionem, aut susceptionem ordinum sacrorum dirimatur. Respondetur autem primo præsupponendo, quod antequam infidelis coniux sit requisitus, & comonefactus, vt conuertatur sicut conuersus nequit se implicare alio matrimonio ita etiam neque voto religionis. Tū, quia infidelis coniux tunc difficilius conuerteretur. Tum, quia neque omnino fidelis hic ab obligatione reddendi debitum est absolutus. Si autem post dictam monitionem conuerti infidelis recuset, tunc fidelis non solum profiteri sollemniter, sed initiari sacris poterit. Quo casu si postea ipsa conuertatur maritus non est ei restituendus, vt D. Thomas in solutione ad. 4. docet. Neque etiam in casu, quo initiatus fuerit iam sacris: quia talis iam est voto castitatis strictus: & illa in poenam suæ tardæ conuersionis debet sibi imputare, quod viro suo priuetur.

¶ Sed grauius dubium post hoc viget, vtrum sicut certum est, quod per professionem solennem tale matrimonium dissoluitur: ita verum sit, quod per susceptionem ordinis sacri dirimatur. Respondetur ergo cum Soto, quod (nisi argumenta absurda in conuenientia concludentia velimus concedere, scilicet, quod citra religionis votum qui veri erant coniuges alia matrimonia per dispensationem possint contrahere, quod sequeretur, si sacer ordo matrimonium tale dirimeret, dicendum est plane, quod sacer ordo post susceptus tale matrimonium non dirimit.

¶ Præterea licet matrimonium contractum cum hæretico non dirimatur: tamen ad cauendam infamiam facti, quæ ex cohabitatione cum hæreticos vel cum hæretica reconciliata contrahitur si ipse coniux hæreticus fuit iam condemnatus per ecclesiam publico iudicio, & separatus à coniugæ tunc (etiam si ecclesie reconcilietur) poterit catholicus etiam inuita tali vxore hæretica profiteri sollemniter religionem approbatam, cuius solennis professio impedit & dirimit ma-

trimonium. Licet verum sit etiam quod matrimonium non soluitur per solam hæresim, aut apostasiam. Quoniam matrimonium semel legitime initum nunquam dirimitur quoad vinculum, nisi christianismi aut religionis gratia. Si autem non vult religiosus fieri compellitur poenitentem coniugem admittere cap. illa. & cap. quanto, de diuort. & cap. mulier de conuers. coniug. Et idem est de vxore si maritus fuerit hæreticus. Quod intellige ad id posse compelli dum reconciliatus sit adeo poenitens, vt citra periculum coniux possit manere cum illo. Cæterum in casu, quo post separationem ecclesie catholice professus est religionem, ipsa reconciliata non est compellenda religionem ingredi, sed potest manere in seculo.

¶ Quæritur deinde cum S. Thoma, Vtrum alia vitia soluant matrimonium. Respondetur autem quod matrimonium ratificatum adulteriū quo ad actum tatum non quoad vinculum dissoluit. Sed infidelitas & perseuerantia vnus coniugis in ea si alter conuertatur & contrahat cum fidelis, causam præstat & ius tribuit ad soluendum primum matrimonium per secundum cum fidelis celebratum. Si autem infidelitas matrimonio superueniat, quo ad actum dissoluit illud: sed per alia vitia non soluitur matrimonium quo ad actum, nisi forte ad tempus, propter correctionem. Circa prædictam doctrinam D. Thomæ notandum est, quod inter christianos matrimonium ratum solum per ingressum religionis dirimitur. Inter infideles vero altero eorum conuerso coniuge crimen alterius conuerti reuerti non sufficit per se matrimonium dirimere, sed ius facit, vt persequens matrimonium dirimatur. Præter hunc tamē casum vniuersalis regula est, quod ob nullum prorsus crimē, aut causam matrimonium quo ad vinculum dirimitur. Cæterum quo ad torum propter fornicationē carnalē & propter lapsum in hæresim, vel apostasiam, quæ fornicatio spiritalis est, potest diuortium fieri. In fornicatione autem vnus sufficit actus ad diuortium. At vero in hæresi non propter vnū, aut duos actus faciendum est diuortium vt D. Thom. dist. 35. art. 1. in solut. ad. 3. adnotauit, quousque persistat post admonitionē hæreticus in sua perfidia, vel periculum alteri coniugi inde imminet. Verū vitia alia, quæ ad peruersionē alterius non inducunt non faciunt eius discedēdi à coniuge sic vitioso, nisi (vt ait hic. D. Thomas) forte velit vir in tempus se ab vxore scelerata, subtrahere, vt per priuationē consortij viri respiscat & emēdetur. Idque præsertim locū habet, quando crimina grauia essent. Quod & vxor facere eodē iure valeret, si de facto posset.

¶ Cæterum si vitia illa vel crimina in perniciem vergunt corporalem, vel spiritualem, vel in per-

riculum alterius coniugis, alter se deberet per se si posset à cōsortio alterius separare, aut si non posset auxilio & beneficio iudicis ecclesiastici, aut ciuilibus deberet ad id uti. Huiusmodi autē vitia sunt, quæ referuntur. l. cōsensu. C. de repud. Ut si vxor venefica sit: aut interfectrix liberorū aut substantiā mariti deprædetur: aut si maritus vxori periculū mortis machinatur: aut scruuitia vitur contra illā, iuxta capit. literas, de rest. spo liatorū. Itē si cōiugē coniugē ad furta vellet per trahere, vel corruptis moribus vellet illum de prauare. Tunc deberet coniugē inculpatus ab al tero coniugē sic peruersore discedere, iuxta caput, quæ fuit. de diuortijs, & iuxta dictū Do minini. Matthæi. 5. Si oculus tuus dexter scanda lizat te, erue eum & eijce à te.

¶ Quod si quis quærat, vtrum inter fornicationem, & alia vitia aliquid discriminis insit cir ca hoc respondetur, quod fornicatio ratione in iustitiæ tori violati ius facit alteri etiam post emendam ab eodem toro perpetuo diuertendi. Sed propter alia crimina discedere non potest, nisi quando de præsentī fiunt, & nō emēdātur, tēdūtque ad peruertēdū cōiugē. His enim causis cessantib⁹ reuertēdū est ad cōiugale cōmerciū.

### C A P. LIIII.

#### ¶ De vxoricidio.

¶ *Vtrum liceat vxorem interficere. Et an Hispani iudices adulteram necessaria morte damnent. Et an adulteriū sit mixti fori: & differentia vtriusque fori, quoad hoc. Et quando maritus adulteræ amittit ius ad dotem. De impedimento vxoricidij cum mixto adulterio: Et de impedimento vxoricidij, quando ambo machinati sunt ad illud etiā sine adulterio: Et de impedimento contracti matrimonij, vel desponsationis cum adultera viuente vxore adulteri præceptum dimittendi adulterā quo modo intelligatur & diuortio quoad habitacionem vel torū, vel an ob nororiā affinitatem vel fornicationem propria autoritate possit vxor dimitti. Et de casibus in quibus fit diuortium & de reconciliatione post diuortium.*



**V**ARITVR cum D. Thoma. Vtrum liceat vxorem interficere in uentam in actu adulterij. Respondetur autē, q̄ non licet propria autori tate illam interficere, sed bene autoritate ciuili iam coniectam, tanquam ministro iustitiæ, se cluso odio, potest eam occidere. At quanquam si vir eam occidat in illo actu adulterij deprehē

am lex ciuilibus illum non puniat propter maxi mum incitamentum doloris, quo fuit incitatus: tamen ecclesia potest pœnam infligere ei.

¶ Deinde quæritur, Vtrum vxoricidium impe diat matrimonium, respondetur autem, q̄ quan do quis interficit vxorem suam, ut eā ducat cū qua mœchatur, tūc dirimitur matrimonium cō tractum cum foemina adultera sciente adulte rium. Si tamen propter odium, vel adulterium occidat vxorē non potest aliam ducere, sine dis pensatione. Si tamen de facto eam ducat, factū tenet in hoc casu.

¶ Circa doctrinam D. Thomæ notandum est, q̄ lex Hispana adulteram conuictam non licitori tradit, qui iussu viri in eius præsentia eam iugulet, sed ipsi viro, ut ex aspectu miserandæ & sup plicis adulteræ ad parcendum & miserandū ei sic commoueat, ut deterritus à facinore crue to nolit manus suas sanguine vxoris intingere, & vile atque infame officium in eā exercere. At licet hoc spectaculum inuitet ad misericordiā, sed tam perditā posset esse mulier, tamque par ua de eius emendatione posset subesse spes, & ex altera parte tanta inde accrescens infamia vi ro, ut potius vir ad iustitiam, quam ad misericor diam se inclinare deberet. Sed quia hoc raro vsu euenire solet, secundum Sorum, consulendū est viro, ut animum cohibeat ab illo rigore. ¶ Secū do notandum est, q̄ adulterium crimen est mix ti fori. Nam quando diuortium ob adulterium ad emendam adulteræ petitur in tribunali eccle siæ, cui incumbit de sacramento matrimonij, ut sanctificans est decernere, ad iudicium ecclesiæ tunc illud diuortium celebrare pertinet. In quo iudicio admittitur vxoris exceptio, viro idem adulterium obponentis: & sibi hæc exceptio in foro ecclesiæ auxiliatur. Si autem diuortium non ad emendam, sed ad vindictam petatur, hoc iudicium ad forum ciuile pertinet, in quo prædi cta exceptio vxoris non auditur eo quod adul terium viri nec tam infame est, nec tam pernicio sum in prolem, & hæredes. Vnde criminali pœ na non vindicatur. ¶ Accedit ad hoc, quod super idem crimen adulterij non admittitur vtrunque iudicium. Quo circa, si vir diuortium ab ecclesia poscat, & obtineat: nequit postea vxoris capita lem pœnam in foro ciuili petere, nisi post diuor tium adulterium repetat. Adde etiam, quod cū vir priuatim deprehensam in adulterio vxorē interficit ius retinendæ dotis amittit. Si autem publica functus autoritate, ut minister iustitiæ eam capite mutilat, dotem sibi acquirat & ar rhas. Ita doctores super. l. penultimam. ff. solut. matri. tenēt. Et sic in Hispania Taurina lege. 82. cautum est. At licet. l. 2. tit. 15. libro. 8. ordina. poterat maritus vnum tantū ex adulteris accu sare:

fare: sed tamē. l. 80. Taurina abrogatū est. Nam ex ea non licet marito alterum adulteram accu sare, sed necesse vel vtrunque adulterum accu set, vel nullum eorum. Cæterum, quia iam dum de luxuria & eius specie, scilicet, adulterio age remus multa examinauimus dubia de occisione adulteræ, & de pœnis annexis crimini adulterij nolentes ea hic inculcando repetere ad supra di ctam materiam remittimus lectorē, vbi egimus de bonis, quæ vxor amittit ob adulteriū, & cui adiudicanda veniunt, Circa vero secūdū articu lum. D. Thomæ, vbi quærit, vtrū vxoricidij im pediat matrimonium, notandū est primo, q̄ secun dum Alexandrū. 3. in c. proposuit. de eo, qui du xit in matrimonium eā, quā polluit per adult. tria sunt crimina, quæ etiā secundū D. Thomā & Ri chardum non solum impediunt matrimonium cō trahendū, sed etiā contractum dirimunt. Primū est adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, ut habetur ca. si quis viuēte. 3. 1. q. 1. & ca. super hoc, de eo qui duxit in matrimo niū, quam polluit per adult. Intelligitur autem impedimentū hoc æqualiter ex vtraque parte scilicet, si adulter machinatur mortem propriæ vxoris, aut mariti adulteræ, aut adultera pari modo. Sed quid si machinatio hæc mortis nō eo sine facta est, scilicet, cōtrahendi matrimonium cū adultera. Respondetur igitur, q̄ secundū Richar dū & Syluestr. verbo matrimonij. 8. q. 9. in hoc casu adulter cū adultera non impeditur postea contrahere. Quod tamē Caietanus in summ. ver bo matrimonij impedimento. 5. reprobatur, istā exceptionē nolens admittere. Quia canones (in quit) illā nō faciunt. At verò Sotus in. 4. sent. d. 37. q. vnica. art. 4. optimā concordiam inter hos doctores inducit, dicens, q̄ quantū ad præsum ptionem ecclesiæ, quomodo cunq; sequeretur homicidium, impediretur matrimonium: quia cē feretur illo sine factū. Sed in conscientia, si ho micidium non fieret illo sine, & esset occultum, neque in iudicium delatū, videtur nō impedire. ¶ Sed iam hic circa prædicta grauius emergit du bium, scilicet, vtrum sufficiat homicidium sine adulterio. Vt verbi gratia, si aliqui antequā pol luerentur adulterio, quō optata adulterina co pula potirentur, occiderunt coniugem, ut pos tea copularentur. Respondetur ad id dubij di cendū esse, q̄ si ambo adulteri in mortē cōiugis machinentur homicidij sine præcedenti adulte rio, sufficit ad dirimendū postea matrimonium. Est casus cap. laudabilē de conuers. infidel. adul teriū verò solum etiam cū machinatione in mor tem, nisi mors in esse actu sequatur, secundum D. Thomā hic non sufficit. Quia prædicti canones de morte loquuntur. Secundū autē crimē impe diens & dirimens est adulteriū cū fide quā alter

dat adulteræ, q̄ eā post mortē coniugis ducet. Et habetur casus hic cap. propositū, & cap. ve niens, & ca. si quis vxore. de eo, qui duxit in ma trimoniū, quā polluit. & can. relatū. 3. 1. q. 1. Ra tio autē huius impedimēti dirimētis est, ne fide illa data affectatē illi cōiugis mortē illā procu rent. At idē est, si iuramētū vnus interueniat, dū modo adulteriū de facto perpetretur siue ante si ue post fidē datā. ¶ Tertiū vero crimē est, quan do de facto adulteri contrahunt viuēte alterius, vel vtriusq; cōiugē ca. finali de eo, qui duxit eā, quā poll. per adult. In secūdo vero præcedēti ca su & in isto tertio intelligitur tale impedimētū dirimēs interuenire, quādo adultera, cui fides da tur, vel cū qua cōtrahitur cōscia erat adulterum tūc esse cōiugatū. Secus si id ignorasset (vt ait D. Thomas & ipsi canones plane explicāt). Et in telligit impedimētū esse, si adulter solutus, post quā sciuit alterā habere maritū illā eo viuēte fi de data cognouit, vel si postquā eā cognouit fi dē dedit. Si vero viuēte marito solū alterū præ celsit, scilicet, vel adulteriū, vel cōtractus matri monij de facto, aut fides, licet illo mortuo alte rum accidat, non impeditur matrimonium quia mortuo marito nō cōmittitur adulteriū. Et idē intelligēdū est de adultera præbete adultero fi dē. Tūc autē dicitur soluta scire aliū esse cōiuga tū, nō solū quādo certo scit, sed quādo probabī lē habet opinionē cap. inquisitionis. de sent. ex cōmunicationis. At verò adulteriū sine fide da ta, aut matrimonio cōtracto nō impedit, quomō na postea defunctis cōiugib⁹ possint cōtrahere ca. significasti. de eo, qui duxit. ¶ Aduertēdū est etiā, q̄ nuda promissio cū adulterio secundū Ri cardū, sufficit, ut sit impedimētū. Nā illa reputā tur spōsalia de futuro. Iā ex prædictis insurgit dubiū, an si cōiugat⁹ fidē dedit Mariæ sine adul terio, & mortua vxore ducit Ioannā, & postea adulteratur cum Maria, vtrum tunc interue niat impedimētum, vt mortua Ioanna nequeat cōtrahere cū Maria. Respondēt autē cōtra Ioann. Andr. cap. si quis. eod. tit. matrimonij tale si cō trahat cū Maria valere secūdū Panormit. ibidē. Cuius opinio (vt ait Syluester verbo matrimo niū. 8. q. 9.) est vera. Quia crimē dādi fidē talem propterea impedit: quia inde genitur spes cōtra hendi: & deinde machinatio in mortē. Sed per secūdū matrimonij cōtractū cū Ioanna iā tolli tur illa spes. Quo circa, nisi mors, & machinatio eius intercedat non est impedimētū. Deinde de alio casu, quē subijcit Ricardus, quæritur, scilicet, si Maria sub hac fide Petro in adulteriū cō sensit, vt defuncto marito ipsius Mariæ & vxore Petri ducet eā in vxorē, quā Ioanna eidē con suluerit, & postea mortuis cōiugibus Ioanna cō sulit Petro, vt ducat Mariā, vtrū possit eā ducere. Re-



re. Respondetur, quod si Maria hoc fecit fraudulenter, sciens Ioannam id consulturam Petro, certe est impedimentum: quia fraus sua Mariam patrecinari non debet: & quia perinde factum hoc reputatur, atque si fides data fuisset Mariam. Unde fraus commissa est in lege, quae nemini patrocinari debet. aduersus, extra. de immunit. eccles. si vero Maria illam fidem a Petro non per fraudem, sed ob aliam causam accepit, scilicet, quia credebatur Ioannam bene consulturam fore Petro, ut sibi probam uxorem acciperet nullum in hoc videtur interuenire impedimentum.

¶ De diuortio.

**Q**uæritur, utrum alter coniugum altero invito possit religionem intrare. Respondetur autem, quod quia post consummatam copulam iam effectum est corpus viri, corpus uxoris, non potest per continentiam votum post consummatum matrimonium subtrahere se ab uxore non consentiente in votum eius, sine sua continentiam periculo. Hec sententia D. Thomae habetur ca. gaudemus, de diuort. ¶ Notandum autem est breuiter circa prædictam doctrinam, quod post consummatum matrimonium potest aliquis coniugum religionem intrare si alter commisit adulterium contra voluntatem suam, vel quando alter labitur in infidelitatem, vel in hæresim post separationem factam per ecclesiam etiam si post infidelis vel hæreticus reconcilietur ecclesiam, de conuers. coniug. ca. ultimo. Si autem nolit profiteri, aut initiari sacris tenetur uxorem hæreticam iam reconciliatam etiam post condensationem recipere. At licet aliqui Thomista teneant, quod in casibus, quibus licet post consummatum matrimonium ingredi religionem, licet etiam initiari sacris, ut in casu adulterij & hæresis. Sed nihilominus in casu hæresis non est tam certum, quod liceat initiari sacris. Quoniam ius canonicum solum explicat, quod in casu hæresis licet ingredi religionem, si vxor hæretica fuit damnata, licet reconcilietur. ¶ Secundo quæritur, Utrum ante carnalem copulam alter coniugum altero invito possit religionem intrare. Respondetur autem, quod sicut per mortem carnalem soluitur matrimonium consummatum, quod efficit vinculum carnale, ita per ingressum religionis, quae est mors spiritualis, qua morimur mundo soluitur matrimonium non consummatum, quod ante copulam est vinculum tantum spirituale. Ideo ante copulam licet ingredi religionem. ¶ Quæritur deinde tertio cum Sancto Thoma: utrum mulier ante copulam viro suo religionem ingresso possit ipsa nubere alteri viro. Respondetur autem, quod sicut potest mulier viro suo defuncto morte corporali alteri nubere, ita potest viro suo ante copulam iam professo religionem, alterum maritum assumere.

¶ De diuortio ob fornicationem.

**Q**uæritur primo cum D. Thoma, Utrum propter fornicationem liceat uxorem di-

**A**mittere. Respondetur autem, quod quia nullus est obstrictus fide seruare ei, qui eam violauit, non tenetur vir coniugum adulteram seruare fidem de reddendo ei debitum. Unde potest eam quoad torum dimittere. Tamen, 7. casus sunt, in quibus, vel quia vxor sine culpa est, vel, quia ambo in eadem culpa æqualiter culpabiles sunt, non licet eam sic dimittere. Primo si ipse si milititer fornicatus est. Secundo si eam prostituit. Tertio, quando mulier probabiliter putans suum virum mortuum esse, bona fide alteri nupsit, cui carnaliter commiscuit se. Quarto si latenter ab alio cognita est sub specie viri sui. Quinto si post adulterium eam sibi vir reconciliauit eam cognoscens. Sexto si repudiata in infidelitate alteri nupsit. Septimo si fuit oppressa absolute can. pposito, 32. q. 5. Primus & secundus casus habetur cap. significasti. de diuortijs, adiuncta glossa: sextus autem casus habetur. 32. quaest. 1. & cap. 2. & 3. Sextus, vero continetur cap. gaudemus.

¶ Secundo quæritur, utrum vir ex præcepto teneatur uxorem adulterantem dimittere. Respondetur autem, quod præceptum dimittendi uxorem adulteram indictum est propter correctionem illius: atque ideo si iam correcta est non tenetur ex præcepto ecclesiam dimittere illam. Secus autem est, si ipsa non poenitet neque emendatur. Nam tunc ne vir eius peccato consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit, ex præcepto eam dimittere etiam propter vitandam scadalum tenetur.

¶ Tertio quæritur, Utrum proprio iudicio possit vir uxorem fornicantem dimittere. Respondetur autem quod potest quantum ad torum solum, sed quantum ad torum & cohabitationem simul non potest eam dimittere, nisi iudicio ecclesiam. At vero si eam iam dimisit cogendus est ab ecclesia ad cohabitandum cum ea, nisi possit ei in continenti vir fornicationem probare.

¶ Quæritur quarto utrum vir & vxor in causa diuortij possint ad paria iudicari. Respondetur autem, quod id est licitum vni, quod alteri in hac parte. At vero licet causa diuortij in utroque; adulterate ipsum adulterium sit sufficiens, sed quantum ad bonum fidei æqualiter peccant vir & vxor ex parte obiecti, si ambo adulterium perpetrent. Verum contra bonum prolis plus peccat vxor adultera quam vir mœchus: atque ideo maiorē causam præstat diuortio vxor adulterans, quam vir adulter.

¶ Quæritur quinto. Utrum post diuortium vir alteram uxorem ducere possit. Respondetur autem, quod nequaquam id licet, quia neque adulterium neque aliquid superueniens matrimonio secundum magistr. potest eius perpetuum vinculum tollere. Atque ideo non licet in hoc casu adultera viuente alteram ducere.

¶ Quæ-

¶ Quæritur sexto, Utrum post diuortium vir & vxor possint reconciliari. Respondetur autem, quod si ipsa adultera iam emendata sit, licet viro eam sibi reconciliare, aliis non: quia adhuc perstat ratio, propter quam tenebatur eam dimittere. Circa omnes prædictos articulos, qui de diuortio agunt, notandum est primo, quod diuortium secundum Canonistas rubri. de diuor. est duplex: Aliud quoad vineulum quod in se continet repudium: & aliud est quoad cohabitationem. Igitur diuortium fit quoad habitationem per conuersionem vnius coniugis ad fidem altero nolente conuerti, ut prædictum est. ¶ Dirimitur etiam matrimonium non consummatum non solum quoad torum & cohabitationem, sed etiam quoad vinculum per professionem religionis approbatam. c. 2. de conuer. coniug. & c. ex publico. eod. tit. Et hoc ex auctoritate diuina. Vbi aduertendum est, quod si sit iam consummatum matrimonium secus est. Imo secundum Sotum & Couar. in Epit. 2. p. c. 7. de repud. aut diuor. satis est, ut matrimonium per religionem non dirimatur, quod sponsa de presenti vi sit cognita a viro. Ita etiam Florent. & Palud. & Duran. & Hostien. contra Angelum. Et ratione hac comprobatur: Quia iam post copulam etiam vi extortam iniuria fieret proli, si pater eius eam destituens ingrederetur religionem, si post nasceretur. Imo neque talis sponsus de presenti est puniendus si per vim sponsam cognouerit, nisi sponsa tunc, ubi vi compressa est meditabatur de ingressu religionis. Nisi enim sponsam hoc tractantem fraude, vel vi cognouerit poena aliqua afficiendus non venit, secundum Bald. Sed & in hoc casu mitius erit puniendus arbitrio iudicis.

¶ Adde, quod sponsa de presenti ante copulam profitens religionem secundum Couar. ubi supra, fauore religionis acquirit dimidiam partem donationis sponsalitia, quae ratione osculi ex. l. Taurina acquiritur sponsae, si matrimonium non fuerit consummatum. Accedit ad prædicta ut epilogemus omnes causas diuortij, quod licet Paul. III. & Iulius III. dispensauerit super matrimonium ratum non consummatum, sed quia tutior est & verisimilior communis opinio Theologorum, quae opinatur id per papam non posse dispensari (de quo supra copiosius pertractauimus) ideo ait Couarru. opinionem contrariam, scilicet, quod per dispensationem tale matrimonium ratum etiam non consummatum possit dirimi, quae est Caiet. in opere. 27. quaest. q. 2. non esse admittendam, nisi forte ex maxima causa fiat. Quia alias non videtur opinio tuta, sed dubia. Præterea, Instruct. consc. 2. pars.

neque per sacrum ordinem dirimitur matrimonium ratum prius contractum, neque per episcopalis dignitatis susceptionem, ut patet ex extrauagan. antiquae Ioan. XXI. de vot. & ex gl. communiter recepta. c. vni. de voto, lib. 6.

Rursus de diuortio quoad habitationem, vel torum.

**P**raeterea primo hic adnumerare casus oportet, in quibus diuortium fieri solet quoad cohabitationem. Quorum primus ordine ad scilicet causa. Nam propter scilicet viri matrimonium quoad cohabitationem separari potest. Et si maritus non reddat sufficientem cautionem de non offendenda uxore, non est cum viro relinquenda. c. vt lite non contestata, & c. literas. de resti. spol. ¶ At vxor acriter verberata a marito, licet non possit agere actione iniuriarum contra maritum, ne is infamis efficiatur, potest tamen agere actione in factum ut maritus puniatur. Neque hic tantum aduertenda est scilicet praeterita, sed etiam timor futurae, ut separationi sit locus. Vt, verbi gratia, quando inter virum & uxorem esset grauis litis super maiori parte bonorum, qualitate personarum perspecta. Secundus casus est, si alter tentauerit alterum coniugem veneno occidere. l. consensu. C. de repud. In his autem casibus secundum Bald. l. 1. 2. col. C. comu. deleg. maritus cogendus est extra propriam domum uxorem alere. Ex quo etiam sequitur, quod secundum Ancharr. cons. 408. si vxor ipsa a marito ob eius scilicet fugiens adulterium commiserit, non ob hoc adulterium, potest accusare uxorem ad amissionem dotis. Quod secundum Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. procedit in casu, quo vir uxorem accusaret civiliter ad amissionem dotis. Secus forte est secundum Couarruam si vxor a viro criminaliter accusetur. Quocirca oportet viros tractare uxores, ut socij non ut domini. ¶ Tertius casus diuortij, quoad habitationem est furor. Est communis. Quam tamen limitat Couarruam, ut solum locum habeat in casu, quo ita ardens & vehemens esset furor, ut periculum esset habitare cum coniuge furioso. Alioquin opinio Alex. verior est. ¶ Quartus casus diuortij est hæresis causa. Tunc enim, ut prædiximus fit separatio quoad torum. c. 2. de diuor. & c. si. de conuers. coniug. Ceterum in hoc casu dos uxoris hæreticae non est adiudicanda viro, sed fisco: sicut etiam fit in crimine laesae maiestatis quando committitur ab uxore. Atque in hoc casu sicut Cast. de ius. he. pu. lib. 2.

Kk

lib. 2.

lib. 2. c. 7. contra glof. c. vlt. de conuers. cōiug. non est cogendus fidelis coniux habitare cū coniuge ab hæresi emendato. Quod verū habet quādo iudicio ecclesiæ declaratiuo ab hæretico cōiuge discessit. Secus autem est, si propria autoritate ab illo diuertit. Nam tūc alteri pœnitenti cogendus est debitum reddere & reliqua matrimonij iura seruare, vt patet per text. cap. vlt. de hæret. & cap. vlt. de conuers. coniug. ¶ Quintus casus est crimē Sodomix, quod & cum fœminis potest cōmitti flagitiose can. vlt. q. 7. ¶ Sextus casus diuortij est propter adulterium, iuxta dictum domini Matth. 19. Quicumq; dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationem & aliam duxerit mœchatur. Patet cap. gaudemus. de diuor. & c. ex literis. Est tamen necessarium iudicium ecclesiæ ad faciendam separationem quoad habitationem in hoc casu. c. plerumque. de donatio. inter vir. & vxor. ¶ Sed iam hic graue oritur dubium, an mulier spoliata statim restituenda sit, & cogendus sit eā recipere maritus, qui propria autoritate eam expulit à se. Videtur autem, qd sit restituenda propter caput insignie. c. porro. de diuor. & glo. c. ex conquestione. de restit. spol. Vbi dicitur, qd danda est restitutio spoliato. etiā si opponatur exceptio cōsanguinitatis notoriæ. Sed in contrariū est, quod cap. significasti. de diuor. & in. c. fin. de adul. & l. 8. tit. 2. p. 4. & c. literas. de restit. spol. diffinitur, tum quod vxor notoriē adultera, & ob id à marito expulsa, non restituitur interdito vnde vi. Tum, qd (vt habetur. d. c. literas.) vxor spoliata minime est restituenda, si probatio cōsanguinitatis incontinenti offeratur, quia tunc non fit restitutio quoad torū quia daretur occasio copulæ carnalis, ac per consequens peccati mortalis. Igitur pro resolutione quæstionis dicitur primo, qd vir nō potest propria autoritate sine iudicio ecclesiæ vxorem ob notoriā cōsanguinitatē, vel ob notoriam fornicationem à sua cohabitatione expellere, licet ei possit denegare debitum: quod etiam licet denegare ob occultum adulterium. Ita D. Tho. in. 4. d. 3. art. 3. & Palud. in. 4. d. 27. q. 4. art. 2. Vbi D. Tho. ait, quod nō potest maritus ius sibi dicere quoad separationem cohabitationis. Cui subscribit Syluester, verbo, diuortij. q. 8. & Sotus in. 4. sent. d. 36. art. 3. Ita habetur. c. porro diffinitū. Quia pœna qualis est hæc non est inferenda, nisi per iudicem: & quoniā notoriū aliquando indiget probari esse tale. ¶ Secundo dicitur, qd quādo secundū Syluest. & Sotū, adulteriū est ita notoriū, vt pote si adultera in ædes adulteri fere

ceperit, cū quo publice habitat, vel quādo secundū Couar. vbi supr. ipsa in iudicio crimen adulterij confessā est: tunc etiam si petat virū, à quo est expulsa non est quoad cohabitationem & torū restituenda, contra Panor. Patet ex. c. significasti. & ex gl. c. 1. 3. 2. q. 1. ¶ Tertio dicitur, quod si quis vxorē dimittat propria autoritate, & ipsa restitutionē petat, & ipse in continenti probationes legitimas adulterij vxoris paratas offerat; in hoc casu in dubium vertitur inter doctores, an vxor sit restituenda quoad habitationē cū viro. Quoniā (vt loco allegato refert Couar.) Caiet. tenet quod restituenda est in hoc casu: quoniā hic nō imminet occasio peccati mortalis ex carnali copulæ quoniā veri alias coniuges sunt. Quod quidē periculū mortalis copulæ nō euitatur, si in casu, quo vir offert probationes notoriæ cōsanguinitatis ad eā recipiendā domi cogetur. Caietano assentit Couarr. At vero D. Tho. in 4. dist. 35. art. 3. tenet in hoc casu vxori restitutionem mariti denegandam esse. Cui indistinctē accedit Sotus loco allegato ex. c. literas. de restitutione spoliatorum. His nihilominus non obstantibus dicendum videtur ad concordiam textuum iuris, & horum doctorum, per distinctionem respondendo, quod si loquamur de casu, in quo obijciuntur probationes incontinenti paratæ probantes impedimentum cōsanguinitatis, tunc fiet restitutio, quoad cohabitationem, & quoad iura reliqua matrimonij, & sola restitutio tunc quoad torū negabitur. Et hoc diffinitur. c. literas. de restit. spol. propter rationē, quā ibi adijcit, scilicet, quia vtriq; melius est taliter expediri quā manere taliter impeditos. Et idē videtur dicendū quando impedimentū allegatur esse notorium; sed non est tam notoriū, quin indigeat probari esse tale. Quoniam, si hæc probatio incontinēti offeratur, idem iudiciū profendum est. Et quoniam, si aliquod periculū copulæ mortalis ex ista restitutione datur, si simul habitent, occasio huius periculi non est tam data, quin potius sit accepta. Vnde ipsi sibi cauere debent à communi toro & copula. ¶ Si autem loquamur in casu, quo ratione adulterij priuata autoritate à viro repulsa est vxor petēs restitutionē, dicendū est opinionē Caiet. & Couar. verum habere, vbi nulla timeatur viri sæuitia in talem mulierem adulterā. Quia tunc cogendus esset quoad habitationem eā domi recipere, etiā si offerat probationes in continenti paratas, non tamen quoad torum. Nam hoc diffinitur clare illo. c. literas. de rest. spol. At si timeretur talis mariti sæuitia,

tia, vt regulariter, vel sæpe timetur, in hoc casu, tunc verum habet contraria sententia D. Tho. scilicet, quod non sit restituenda tūc mulier, neq; vir in foro exteriori sit cogendus eā recipere. Patet: Nam dicit. c. literas est in gratiam D. Tho. §. si vero. Vbi dicitur, quod si tāta sit viri sæuitia, vt non possit sufficiens securitas mulieri prouideri, tunc non est ei mulier restituenda, sed potius amouenda. Maxime, quia adulterium zelotypos viros rapere solet ad necem inferendam adulteræ vxori. Et sic concordantur textus & doctores attentis cōditionibus personarum, & negotiorum. Adde etiam, quod si vir vxorem nō manifeste adulteram propria autoritate expulerit, non obstante hoc dos eius adiudicatur marito, & eā lucratur: Quoniam agente ipsa ad dotem potest ei maritus obijcere adulterij crimen ante expulsionem commissum. ¶ Præterea aliud dubium hic excitari solet, scilicet, an si mulier adulterata est, quia vir ei non prouidit de necessarijs alimentis, aut quia ei debitum redde re noluit, possit vir eam dimittere. Respondetur autem, quod quauis in casu, quo vir non prohibet ab adulterio vxorem cum id possit (quia videtur idem quod consentire) nō possit eam dimittere: tamen si adulteriū cōmisit, quia vir indirecte occasionem ei dedit nō bene prouidendo ei de necessarijs dimittere eā potest cap. ex literis. de diuor. Si tamen adulterium commisit, quia vir dedit ei occasionē adulterandi, non reddendo ei debitum cōtra eius voluntatem, vt D. Thom. 1. ad Corint. 7. videtur significare, & can. secundū verba. 33. q. 5. videtur insinuari, non potest propter hoc eam dimittere. Alij tamen dicunt non propter hoc excusari quin maritus possit eam dimittere. Quia non propter hoc debuit tā flagitiosum delictum perpetrare. Ita glo. d. can. secundum verba. Pro prædictorū sententia facit. c. significasti. de diuor. accedente glo. verbo, materiam adulteradi. Vbi ait, qd vxor nulla conditione ad adulterandum debet adduci can. ita ne. 32. q. 5. Vnde in hoc casu iudex vtrinq; poterit sequi opinionē, licet in initio rem opinionem D. Tho. inclinare debet, si tantum semel, aut bis fornicata est. Si tamen tam effrenate in hoc casu adulterando se habuit, vt pluries, vel cū pluribus fornicata est: tunc opinio contraria locū habere poterit: quia id magis ex libidine, quā ex tētatione fecisse videtur, & in publicā ignominiam mariti. Accedit ad prædicta notandū, quod licet multa argumenta autoritatesq; sanctorū doctorū hic adduci soleant ad probandū hanc certissimā ve

ritatē. s. quod licet ob adulteriū liceat dimittere vxorē quoad habitationē & torum: tamen non propter hoc vinculū matrimonij perpetuū dissoluitur, neq; licet ob adulteriū dimissa vxore adultera aliā ducere. Tamen nō indigemus ea causa hic multū immorari; quia sufficit hic can. 7. Conc. Tri. sess. 24. in huius veritatis confirmationē adducere. Vbi sic diffinitur: Si quis dixerit ecclesiā errare cū docuit & docet iuxta Euangelicā & Apostolicā doctrinā propter adulteriū alterius cōiugis matrimonij vinculū non posse dissolui, & vtrunque, vel etiam innocentē, qui causam adulterio non dedit nō posse altero coniuge viuente aliud matrimoniū contrahere, mœchariq; eū, qui dimissa adultera aliam duxerit & eā, quæ dimisso adultero alij nupsit, anathema sit.

¶ Porro circa prædictū. 2. artic. D. Tho. vbi inquisiuit, vtrū ex præcepto teneatur vir vxorē fornicantē dimittere, notandum est, quod quando crimen est occultū, ita vt probari nō possit, non debet eam dimittere vir, secundū Pet. Palu. in. 4. sent. quādo plus cohibetur eā retinendo, quā eā relinquendo. Vt si timeat, qd sic se prostituat, vel quādo maritus sibi timet de incontinentia. Quod si in his casibus immineret scandalū, potest notificare causam, quare eam retinet, si potest. Quod si nō potest nō curet. Si autē autoritas sanctorū refragari videat debet intelligi extra prædictos casus. Si autem inuenit eā incorrigibilē posset eam includere; quod melius esset, quā deferere. Præsertim si ex eius dimissione vir ipse periculo incontinentiæ laborabit: quia nō tenetur cū detrimento salutis suæ spiritualis, scilicet, cū eius periculo tollere aliorū scādālū. Maxime, quia hoc scandalū tollere potest eā includendo, & corrigendo taliter, vt vicini intelligant maritum non esse in culpa, neq; consortē esse criminis. ¶ Adde etiā, quod mulier tenetur deferere virum quando vult cognoscere eam cōtra naturam vel probabiliter timet, qd eā trahet ad peccatum. Igitur concludentes regulā generalē in his diuortij; statuimus, qd quādo culpa mariti vxor diuertit à marito, tenetur ei maritus alimenta præstare, etsi aliquos sumptus necessarios ipsa fecerit, soluere, secundū doctores tenetur. ¶ Præterea circa primum articulum Diui Thomæ, vbi quærit, vtrum alter coniugum altero inuito possit religionē intrare, vbi concludit, quod post consummatum matrimonium, id facere non potest: Notandum est, quod professus religionem cōsentiente vxore fragili, & ad eam reuocatus, mortua vxore, tenetur ad monasteriū reuer-

ti. Quia ex quo vxor consensit, vere est religiosus. Facit cap. ex parte. de conuer. coniug. Et idem dicendum est, quando consentiente vxore fragili initiatus est sacris, etiam si reuocatus fuerit ad eam: nam ea mortua tenetur viuere clericaliter. Si autem sic professus fuit aut initiatus sacris contradicente vxore, vel ignorante, potest reuocari, & tenetur reddere debitum, sed exigere non potest, nisi propter hoc onerosum fieret vxori (vt supra dictū est. Si vero vxor id sciuit, sed dissimulauit, vel tacuit, si iusto timore consensit, vel per dolū, idem est dicendum. Sed si non constat an ex timore, vel per dolum, vel scienter dissimulauit, dicendum est cum Magistro Ioanne à Peña, quod dum non reuocauit maritum à religione, vel ab statu clericali in vita censetur consensisse, dum nulla subest coniectura probabilis fraudis, vel timoris iusti. Quia hic dissimulatio & taciturnitas in fauorē religionis videtur valere pro consensu. Vnde talis mortua vxore non potest aliam ducere; quia verus religiosus, aut sacerdos est. c. consuluit. de conuer. coniug. & c. veniens. eod. tit. Neq; factum tenebit, si aliam duxerit mortua vxore. Si autem reuocatus est ab vxore, quia ipsa contradicente aut ignorante professus est, quāuis professio non valuit, valebit tamen matrimonium, si quod mortua vxore contrahat, licet mortaliter peccauerit secundam ducens, votum castitatis quod emisit violando.

¶ Præterea circa art. 6. D. Tho. vbi quærit, vtrum post diuortium possint vir & vxor reconciliari, notandum est cum Soto, qd si post latam sententiā diuortij ob adulterium vxoris, vir fuerit fornicatus, non tenetur ante condemnationem redire ad vxorem prius adulteram; neq; iudex debet ad id condemnare, nisi ipse viuat perditissime: quia sententiæ legitimæ per delictum superueniens non præiudicatur. Sed quia ista sententia Soti videtur in parte esse contra text. c. ex literis. de diuort. qui quidem textus est multū allegabilis; ideo supra cū alijs tenuimus, quod in vtroq; foro talis in hoc casu est cogendus redire ad vxorē tunc potissime, quando ipse multis subiacet lapsibus carnalibus. Tū, quia videtur per mutua adulteria facta esse delicti recompensatio. Tum, quia vir post sententiā diuortij adulterans per hoc videtur renuntiare iuri suo, & iuri adquisito per sententiā. Tū, quia ius charitatis, quod est maxime ad se ipsum illū obligat in conscientia consulere suæ salutis animæ & vxoris eam sibi reconciliando, quo periculosos carnis lapsus cū alijs euitent. ¶ Secūdo

A aduertendū est cū eodem Soto, quod si vxor per diuortium ob adulteriū iam dimissa emit votum solemne religionis, non tenetur redire ad virum: imo neq; si simplex votū castitatis iurauerit vel probauerit emisisse (quia tūc diuortium dat licentiam vouendi) cōpelletur ad virum redire. Tertio perpendendum est, quod quando res occulte agitur, quousq; reconciliatio per redditionem debiti, vel per emendationem fiat, vel diuortiū petatur multa adulteria, vel vnum inter eos coniuges commissa ad inuicem pro eodem reputantur quantum ad amissionem iuris petendi diuortium. Igitur antequam de diuortio agatur, aut recōcilientur, nihil refert, vtrū prius vnus, quā alter adulterauerit. Sed si vnus accusat alterum & etiam alter probat crimen adulterij alteri, absoluendi sunt, ita vt non possint à se ipsis separari. Imo vir qui post vxorē adulteratus est, eam relinquere prohibetur. ¶ Accedit ad hoc, quod si post correctionē & monitionem vnus, alter delinquit (quia pacta nouissima seruanda sunt) potest agere correctus, & qui monuit ad diuortium cum illo, qui non emendatur, prius commune faciendo virum coram iudice ecclesiastico competenti. Quod si non præstet emēdam discedet ab eo. Quo casu iudex præcipere debet in casu, quo post hoc ille non emendatur, qd illa agat ad diuortium.

C ¶ Præterea adnotandum est, qd præter casus, in quibus licet fieri diuortiū in alijs coniuges sunt cogendi simul habitare, auxilio etiā à iudice seculari petito. c. literas. de rest. spol. & c. 1. de spons. Sed iam hic in dubiū reuocatur, an vir possit subterfugere hanc habitationem cum vxore, si dos sibi promissa in cōtractu matrimonij non soluat. Respondetur autem secūdo Couar. in Epit. c. 7. 2. p. quod verius est contra Abbatem, quod non propter hoc vir potest fugere cohabitationem. Quia quid hoc facit ad ius cohabitandi, cum iure diuino vir teneatur cohabitare vxori à quo dos non soluta eum non eximit? Neq; Christus cōcessit dimittere vxorē, nisi ob fornicationem quoad cohabitationem. Neq; obstat glossa in signis in authentica de nō eligendo. 2. nube. scem. verb. onera. Quia solū dicit esse iniquū virum cogi ad alendam vxorem, si non sit tradita ipsi promissa dos. Neq; obstat. l. fin. C. ad Velleianum, quia quasi per transitum non afirmando dixit forsitan vxorem expelli à viro ob non solutam dotem. ¶ Secūdo consequenter hic dubitari contingit, vtrum vxor, quæ tempore contractus matrimonij in pactū deduxit, qd ipsa & maritus in certo loco cohabitarent, teneatur sequi virum, si ab eo loco domicilium mutauerit. Respondetur, quod licet Syluestri verbo, vxor. quæst. 8. cum opinione communi teneat in hoc casu, vxorem virum non debere sequi, nisi iusta causa esset non seruandi tale pactum: tamen opinio Syluestri & communis non placet Couarruiaz, eo quod habitare vno & eodem loco, species est seruitutis, secundum omnes. l. Titio. §. 2. ff. de cond. & demonstr. Cum ergo libertas exemptionē nō accipiat, non est decens, vt vxor quæ marito obtemperare debet, tali pacto manēdi in certo loco virum astringat. Sed si maritus vagari velit, non temere, sed iuste, tenetur tūc vxor viro se sociam exhibere. Si vero vagatio sit temeraria, nulla iusta ratione fiat vxor virum sequi non tenetur, nisi ab initio contractus sciuerit maritum esse vagabundum, eique vitio deditum, sicut explicat glossa can. si quis. 13. quæst. 2. quæ est singularis & communis. Igitur, quia opinio hæc Couarruiaz magis consona rationi est, tenenda videtur. ¶ Ex prædictis infertur, vxorem domicilium viri fortiri. l. cum quædam. ff. de iuris. omn. iudic.

## CAP. LV.

Vbi agitur de secundis nuptijs, an sint licitæ, & quæ certitudo requiratur mortis prioris viri.



Quæritur primo cum D. Thoma, Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ. Respondetur autem, quod quia moriente aliquo coniugum vinculum matrimonij soluitur, ideo nō solum secundæ nuptiæ, sed & tertiæ & vltiores sunt licitæ.

¶ Quæritur secūdo, Vtrum secundū matrimonium sit sacramentum. Respondetur autem, quod quia in secundo matrimonio reperiuntur ea, quæ de essentia sunt sacramenti, si inter legitimas personas, quæ materia sunt sacramenti secūdo contrahatur per expressio nem consensus per verba, quæ sunt debita forma, ideo secundum matrimonium sacramentum verum est sicut & primum.

¶ Circa hanc doctrinam D. Tho. notandū est primo cum Soto in. 4. sent. d. 37. q. vni. ar. 5. quod etsi matrimoniū secundum fuerit mala fide, ac subinde non citra grauem culpā contractum, nempe, quia vehemens opinio urgebat priorem maritum viuere: si mutuus ad fuerit de præfenti consensus cum intentione contrahendi, & re vera ille prior vir erat vita de-

Instruct. cons. 2. pars.

## Cap. LV. De secundis nuptijs.

habitu, teneatur sequi virum, si ab eo loco domicilium mutauerit. Respondetur, quod licet Syluestri verbo, vxor. quæst. 8. cum opinione communi teneat in hoc casu, vxorem virum non debere sequi, nisi iusta causa esset non seruandi tale pactum: tamen opinio Syluestri & communis non placet Couarruiaz, eo quod habitare vno & eodem loco, species est seruitutis, secundum omnes. l. Titio. §. 2. ff. de cond. & demonstr. Cum ergo libertas exemptionē nō accipiat, non est decens, vt vxor quæ marito obtemperare debet, tali pacto manēdi in certo loco virum astringat. Sed si maritus vagari velit, non temere, sed iuste, tenetur tūc vxor viro se sociam exhibere. Si vero vagatio sit temeraria, nulla iusta ratione fiat vxor virum sequi non tenetur, nisi ab initio contractus sciuerit maritum esse vagabundum, eique vitio deditum, sicut explicat glossa can. si quis. 13. quæst. 2. quæ est singularis & communis. Igitur, quia opinio hæc Couarruiaz magis consona rationi est, tenenda videtur. ¶ Ex prædictis infertur, vxorem domicilium viri fortiri. l. cum quædam. ff. de iuris. omn. iudic.

A functus, matrimonium hoc secundum tenet. Quoniam omnia tunc, quæ sunt de essentia, concurrerunt. Ita quod stat quod sint isti veri coniuges, & tamen ob malam fidem, qua contraxerunt reddendo & petendo debitum percent. Secus est si tanta fuit mala fides contrahentis, quod credidit matrimonium non tenere. Nam in hoc casu, quia non posset adesse intentio contrahēdi, matrimonium nullum esset. ¶ Secūdo aduertendum est valde, quod vt bona fides coniugem secundo contrahentem liberet à culpa, exigitur moralis certitudo secundum arbitrium, & iudicium prudentium, scilicet, per nuntium, aut per æquiualens testimonium. Ita insinuat cap. in præfentia rum. de spons. vbi diffinitur, quod cum quantocūque tempore coniuges absentes fuerint, idemque viuentes, viri nequeant aliud inire coniugium, non est cum huiusmodi sceminis dispensandum, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. Et idem statuitur capit. dominus. de secund. nupt. & l. hodie. C. de repud. ¶ Ex quibus locis colligitur, quod in re dubia, nempe, vbi nullus est assensus, vel dissensus, sed animus pendet, nullatenus licet ad alias nuptias migrare: quia illic esse nequit bona fides. Neque vero sufficit tenuis opinio de morte coniugis; sed requiritur tanta, aut per nuntium, aut saltem per testes, vt iudicio prudentium non solum probabile, sed certum iudicetur. Quocirca neq; coniectura, neque fama sufficit. Nisi forte re diligēter inquisita longitudo absentia, vel vniuersalis fama, vbi coniux morabatur obitum eius contestetur.

¶ Adde secūdo Couar. in Epit. c. 7. 2. p. §. 3. allegantem Antonium & Præpos. quod licet ex coniecturis prioris viri mortis nubens à poena immunis sit: tamen iudex ecclesiasticus in hoc casu nequit ei licentiam contrahendi præstare. Igitur certitudo mortis quæ ad secundo contrahendum exigitur arbitrio iudicis relinquenda est. Qui tamen debet instrui ex multis, quæ adducunt glossa Bart. & Salic. in. l. si quidem. C. soluto matrimo. & l. 14. tit. 14. p. 3. habetur. ¶ Tertio aduertendum est, quod dum coniugatus, qui ad secundum tranfuit coniugiū, de vita coniugis prioris hesitat (vt habetur. c. dominus. de secund. nupt. & c. inquisitioni. de sent. excom.) reddere debitum debet non tamen exigere. Quod Sotus, vbi supra, explicat verū esse, dum bona fide fuit contractum matrimonium, & post superuenit dubium. Secus autem est, inquit, vbi mala fide fuit contractū. Quoniā mala fides cū nemini debeat suffragari, possessionē exigēdi nō ad-

Kkk 3 quifuit



quisiuit sic contrahens: quia matrimonium fuit claudicans ex parte inique contrahentis. Ideo neque petere aut reddere potest. Sed quia iam supra ostendimus hanc explicationem Soti non tam consonam esse illis predictis locis nolimus eam ut omnino certam acceptare: quia videtur papa ibi loqui etiam in casu, quo vnus eorum dubitans & mala fide contraxit, si recte verba eius expendantur. Dicitur ergo cum Couarru. & Nauar. quod qui dubitanter contraxit, dubitans etiam postea de impedimento matrimonij, potest dubitare, an matrimonium tenuit ad effectum exigendi debitum & demum credere matrimonium valuisse ad effectum reddendi debitum exigenti. Et ideo vir dubius licite non exigit: tamen licite reddit: quia quoad secundum definit esse dubius. Quia si dubitaret & sic negaret debitum, iniuriam faceret coniugi alteri inculpato petenti. Ex quo infert Couarruias, quod in hoc dubio iudici precipienti, ut reddat petenti debitum, tenetur obtemperare: quia hoc est securius in dubio. Imo extra mandatum iudicis in hoc dubio tenetur reddere debitum coniux dubitans alteri bona fide contrahenti & debitum petenti: quoniam id negare tunc peccatum est iniustitiae, quod committitur contra petentem coniugem. Postremo aduertendum est quibusdam doctissimis patribus in prouincia Guatimalae Indiarum in suo capitulo prouinciali consistentibus visum esse, Indos aduenas, qui rapti ab Hispanis in alia remotiora regna fuere translati, qui in patria propria reliquerunt uxores, & post multos annos conuersi ad fidem, nihil scientes de morte, aut vita priorum infidelium vxorum, secundas uxores Indicas fideles sumpserunt in sua ignorantia & bona fide, quam creduntur habuisse, fore relinquendos, neque a talibus secundis fidelibus vxoribus separandos. Cum autem leuis suspicio subest de impedimento contracti matrimonij ad arbitrium prudentis confessoris, aut doctoris deponenda est: & idem de scrupulo, & post exigi & reddi debitum poterit. Hoc tamen contra Magistrum sentent. non licet ei, qui credens priorem viuere a patria discedens duxit aliam, etiam si ab ecclesia compellatur reddere debitum: quia tunc peccatum fornicationis committeret, neque excusaret eum sententia ecclesiae: quia tunc haec sententia ex falsa praesumptione procederet.

CAP. LVI.  
De annexis matrimonio, & de redditione debiti. Et quia de hoc actum est primo tomo hic breuiter expeditur.

*Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad reddendum debitum: Et an vir teneatur reddere debitum etiam vxori non petenti: Et an in hoc sint aequales: Et an in die festiuo possit debitum petere coniux: Et an tunc teneatur alter ei reddere. Et de pluralitate vxorum: Et an aliquando licuit habere concubinam. Et de bigamia, de qua latius supra. De irregularitate & de libello repudij.*



Variatur cum D. Tho. Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti. Respondetur autem, quod cum matrimonium pro procreatione liberorum, & pro vitanda fornicatione institutum sit, sequitur, quod salua vtriusque coniugis incolumitate, tenentur sibi inuicem debitum reddere, non tamen si id sit contra eorum incolumitatem: quia prius tenetur quis suam perfectionem conseruare, quam alteri eam communi care. Ex hac doctrina D. Thomae corollarie infertur secundum Sotum, quod etiam vxor viro leproso tenetur debitum reddere, quando id facere potest sine periculo infectionis lepra. Nisi adeo ipse esset exulceratus, ut membra computrescenda deciderent: nam cum hoc commiseri etiam extra periculum infectionis natura abhorret.

Quaeritur secundo, Vtrum vir teneatur vxori etiam non petenti debitum reddere. Respondetur autem, quod cum natura mulieris sit verecunda, ita, ut non audeant mulieres expressis verbis debitum petere a suis viris, sibi praestari tenetur vir etiam vxori non petenti debitum reddere, si aliquo signo id eam velle perceperit: quia ista petitio interpretatiua sufficit.

Tertio quaeritur, Vtrum vir & mulier sint in actu matrimoniali aequales. Respondetur autem, quod non sunt aequales aequalitate quantitatis, quae attenditur inter quantitates eiusdem mensurae, ut bicubiti ad aequale bicubitum: sed aequalitate proportionis sic se habent in regimine domus, & in redditione debiti. Quia caput vxoris est

est vir. Et id quod est in actu generationis nobilius viro debetur.

Quarto quaeritur, Vtrum vir & vxor possint emittere votum contra debitum matrimonij sine mutuo consensu. Respondetur autem, quod nequaquam id facere possunt. Quia vouere est voluntatis: & eorum, quae sunt in nostra voluntate qualia sunt ea, in quibus vnus alteri tenetur, qualis est redditio debiti dum petitur. Vnde non valet votum de non reddendo.

Articulo quinto quaeritur, Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti. Respondetur autem, quod licet actus matrimonij in se licitus sit, non tamen adeo licet in sacris diebus, quibus spiritualibus vacandum est: quia propter vehemenciam delectationis, quae in ipso est distrahit ab spiritualibus.

Quaeritur sexto, Vtrum petens debitum tempore sacro mortaliter peccet. Respondetur autem, quod quia circumstantia ista temporis sacri non mutat speciem, ideo non aggrauat in infinitum: ac per consequens peccatum mortale non contingit ex tali petitione, sed est venialis illa petitio debiti: sed magis est grauis si causa delectationis fiat, quam si timore lubricitatis carnis vitanda.

Quaeritur septimo, Vtrum vnus coniux teneatur alteri debitum reddere tempore festiuo. Respondetur autem, quod tenentur coniuges sibi petentibus debitum reddere etiam diebus festiuis, & quacunque hora, salua tamen honestate, quia sui corporis potestatem non habent in ordine ad denegationem debiti.

Circa hos articulos D. Thomae de redditione debiti inter coniuges multa occurrerant nobis dicenda. Sed quia ea omnia in primo tomo nostri Instructoris Conscientiae. 1. part. ca. 79. & cap. 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. abunde discussa & explicata reliquimus, superfluum duximus ea hic iterum repetere eum fatis sit ad supra dicta loca & capitula lectorem remittere.

De pluralitate vxorum.

Variatur primo cum D. Tho. Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturae. Respondetur autem, quod id dicitur contra legem naturae, quod in conuenientem actionem fini suo per se intento reddit. Igitur, quia pluralitas vxorum licet principalem finem gignendi a matrimonij statu non tollat: tamen secundarium finem, scilicet, pacem domus, difficilem reddit & sacramentum tollit, quod est vnus ad vnam: ideo habet

re plures simul vxores, est quidem non contra prima legis naturae praeccepta, sed contra secundaria praeccepta ex illis illata. Atque per consequens pluralitas vxorum secundario est contra legem naturae.

Quaeritur secundo, Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores. Respondetur autem, quod pluralitas vxorum olim licita fuit per dispensationem Dei antiquae legis patribus, atque eorum exemplo ad alios fuit deriuata propter finem multiplicandae prolis ad cultum Dei. At quia finis iste erat tunc principalis: ideo ad Deum legis naturae latoris spectabat determinare illos raro contingentes casus, in quibus secunda praeccepta naturae deficiunt. Ac per consequens concluditur, Deum super pluralitate vxorum conuenienter tunc dispensasse. Quoniam pro maiori bono matrimonij tunc necessario oportuit cum aliquali iactura minoris boni super hoc Deum dispensare.

Quaeritur tertio, Vtrum habere concubinam sit contra legem naturae. Respondetur autem, quod quia concubinatus non est conueniens fini intento a natura per copulam, qui est recta educatio prolis, & eius instructio, quae sine perpetua obligatione & cohabitatione obtineri non possunt: quod & exemplum naturale auium docet: nam tadiau manent in societate, quando pulli earum nutritione indigent: ideo, quia concubinatus huic supradictae perpetuitati repugnat, contra legem naturae esse conuincitur.

Quarto quaeritur, Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale. Respondetur autem, quod plane peccatum mortale est. Tum quia lege scripta prohibetur. Tum, quia iure diuino & naturali talis accessus est prohibitus sub culpa mortali. Quoniam per simplicem fornicationem violatur charitas, quam pater habere tenetur ad suam prolem, quia natura ex concubitu intendit, quod proles inde genita bene educetur, tam corporaliter, quam spiritualiter, qui quidem finis moraliter & regulariter deficit in concubinarijs. Ideo etiam si concubinarij intendant bene educare inde procreandam prolem & bonae eius educationi insistant, hoc non excusat a concubitu mortali, quia lex prohibet id quod regulariter contingit, & ille concubitus soluti cum soluta per se ordinatur ad malam educationem prolis, & per accidens est, quod aliquando bene educetur.

Quaeritur quinto, Vtrum licitum fuerit aliquando concubinam habere. Respondetur autem, quod nunquam licitum fuit etiam ex dispensatione habere concubinam non matrimonio coniux

etiam; quia eius concubitus contra finem est matrimonij. Sed olim licitum erat habere concubinam quoad copulam & prolis procreationem perpetua obligatione iunctam. Et licet olim talis concubina nominaretur, quia in dispensatione familiaris & communicatione operum aliorum non erat viro sic eam ducenti sociata, erat tamen eius vxor.

### Quæstio de bigamia.

**Q**uæritur primo cum D. Tho. Vtrum bigamiae irregularitas sit annexa. Respondetur autem, quod bigamiae irregularitas est annexa, eo quod bigamia tollit significationem sacramenti matrimonij, quod significat coniunctionem vnius personae Christi ad vnam ecclesiam, cuius significationis defectus patitur ille minister, qui diuisit carnem suam cum pluribus vxoribus. Contrahitur autem bigamia quatuor modis. Primo cum pluribus vxoribus de iure successiue assumptis. Secundo cum pluribus simul, vna, scilicet, de iure & alia de facto. Tertio cum pluribus successiue, vna de facto & alia de iure. Et requiritur in his casibus cum vtraque consummatio copulae. Quarto, quando ducit viduam, vel corruptam ab alio. Secus, si duxit corruptam antea à se. In his casibus etiam, quia praesumitur incontinens, censetur sic contrahens irregularis, si consummatio copulae sequatur.

**Q**uæritur secundo. Vtrum qui contraxit cum duabus vna de iure, & alia de facto sit bigamus & irregularis. Respondetur autem, quod quando aliquis successiue, vel simul habet vnam vxorem de iure, & aliam de facto, quauis in matrimonio contracto de facto ab isto non sit sacramentum, est tamen quaedam sacramenti similitudo. Ideo in vtroque casu contrahens si cum vtraque consummet irregularis efficitur.

**Q**uæritur tertio, Vtrum contrahatur irregularitas ex eo, quod quis ducit vxorem non virginem. Respondetur autem, quod licet ex eo, quod corruptus incorruptam ducit vxorem non efficiatur irregularis, quia ex parte corrupti viri ducentis vxorem, non sumitur bigamiae defectus, sed in ordine ad vxorem corruptam quam ducit: tamen si quis contrahit cum antea corrupta à se, & non in alio matrimonio corrupta ab alio, non efficitur irregularis; quia hic non diuisit carnem suam, neque tollitur totaliter significatio sacramenti. Adde vero, quod etiam si per iudicem ante co-

**A** demnationem adulterae cogatur vir eius ei debitum reddere, tamen si ei debitum reddat probabilius est, quod in hoc casu fiat irregularis eam cognoscendo, licet alij aliter opinentur. Et patet, quia hic non requiritur, quod in tali copula sit peccatum; sed quod defectus significationis ibi inueniatur. Vnde etiam cognoscendo vxorem secreto adulteram, cuius adulterij vir erat ignarus, irregularis praedicta ratione esse censetur, & pro tali se reputare debet, si adulterium post sibi praecessisse innotescat.

**Q**uæritur quarto, Vtrum bigamia tollatur per baptismum. Respondetur autem, quod quia baptismus non soluit coniugia, ex quibus secuta est irregularitas ante baptismum; ideo non soluit bigamiam contractam ante baptismum. Et hoc communius tenetur cum D. Augustino contra D. Hieronymum.

**Q**uæritur quinto, Vtrum cum bigamo liceat dispensare. Respondetur autem, quod quia bigamia tantum est de iure positiuo, quae non tollit validitatem sacramenti, quia bigamus ordinatus characterem accipit: ideo papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter.

**C**irca doctrinam D. Thom. contentam in his articulis, vbi agit de bigamia animaduersum esse lectorem volumus, quod ideo hic ex consulo cum multa essent notanda disputanda, & dicenda nullum volumus superaddere verbum; quia in materia de irregularitate supra ea omnia abunde satis examinantes expediimus.

### De libello repudij.

**Q**uæritur primo cum D. Tho. Vtrum inseparabilitas vxoris sit de lege naturae. Respondetur autem, quod quia coniugij fines sunt ita à lege naturae constituti, vt perpetuo liberi educantur per totam vitam proles haeredesque instituantur, merito eodem iure vir ab vxore separari non potest.

**Q**uæritur secundo, Vtrum potuerit esse licitum per dispensationem vxorem dimittere. Respondetur autem cum D. Thom. quod hoc potuit licitum esse per dispensationem Dei: quia licet inseparabilitas matrimonij esset contra prima praeccepta iuris naturae in his praecceptis, licet non in ordine ad omnes personas, bene tamen in ordine ad aliquam singularem dispensari à Deo potest, vt dispensatum est cum Abraham super occisionem innocentis filij. Et hoc est verisimilius; quia inseparabili-

tas

tas haec principaliter est ad prouidendum pro li, cui ius primæuum naturae prouidit faciendum omnia communia. Et quia Deus potest aliter proli prouidere in necessarijs: ideo si Deus super hanc legem naturalem inseparabilitatis dispensaret cum aliquo licite tunc posset vxorem dimittere. At licet proles instruenda sit in spiritualibus, etiam supernaturalibus & gratuitis à parentibus, ad quae supernaturalia gratiae ius naturale de se non attingit: tamen si Deus dispensaret, in hoc casu ipse proli prouidisset, vt creditur licet gratuita mere nobis à Deo non sint debita.

**Q**uæritur tertio, Vtrum sub lege Moyfi licitum fuerit vxorem dimittere. Respondetur autem, quod non licebat Dei mandato sub lege Moyfi vxorem repudiare, sed propter duritiam cordis Iudaeorum id illis permittebatur, vt maius malum, scilicet, occisio vxoris vitaretur. Et hoc communius tenetur, licet probabiliter aliqui cum D. Chrystof. teneant, quod à repudio legislator abstulit culpam, quando permittit repudium. Ideo pro vtraque parte alias rationes soluit D. Thom.

**Q**uæritur quarto, Vtrum liceat vxori repudiatae alium virum habere. Respondetur autem, quod respondendo iuxta opinionem magis communem, quam verisimiliorem esse censet D. Thomas, dicendum est, quod quia in veteri lege permissum repudium non tollebat peccatum, ideo neque tollebat primi matrimonij vinculum. Vnde consequitur, quod mulier sic repudiata non poterat alteri nubere, neque factum tenebat. Si autem iuxta secundam opinionem D. Chrystof. respondeatur, dicendum est, quod sicut licebat viro dimittere vxorem, ita & vxori repudiatae licebat alterum assumere. In lege vero noua gratiae sicut non licet hoc, ita neque factum tenet.

**Q**uæritur quinto, Vtrum licebat viro repudiatae à se recipere. Respondetur autem, quod non licebat eam de nouo accipere, secundum vtramque opinionem; diuersis tamen rationibus. Quia secundum primam & communem id non licebat propter peccatum mulieris; quia peccato polluta est alteri nubendo. Secundum vero opinionem D. Chrystofomi propterea id non licebat, vt de facili vir vxorem non repudiaret, cum videret eam non posse recipere.

**Q**uæritur sexto, Vtrum causa repudij tunc esset odium vxoris. Respondetur autem, quod secundum Doctores sanctos causa permissionis repudij fuit vitatio vxoricidij. Et quia proxima causa homicidij est odium: ideo

**A** proxima causa repudij est odium. Remota autem eius causa erat multa in veteri lege. Sed solum fornicationis causam in noua lege Christus Dominus excepit. Ceteras autem molestias pro fide & castitate coniugij iubet sustinere. Causae autem istae in veteri lege erant; scilicet, in corpore, id est, infirmitas, vel notabilis macula, vel in anima sicut fornicatio, quas aliqui coarctant ad solas causas bonum prolis impediens & post matrimonium superuenientes. Et satis probabiliter hoc affirmant.

**Q**uæritur septimo, Vtrum causa repudij debebant in libello scribi. Respondetur autem, quod tales causae in libello scribebantur, non particulatim, sed generatim, vt ipso libello accepto ipsa alteri nubere permitteretur, vel vt mora interueniente & consilio scribarum id dissuadente vir à proposito repudiandi desisteret.

## C A P. L V I I.

*Vbi agit de filijs illegitime natis, vbi plura capitulo traduntur de legitimatione, & de intelligentia cap. tanta qui filij sunt legitimi, & de dubio perplexo.*



**Q**uæritur cum S. Thom. Vtrum filij, qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi. Respondetur autem, quod filij alij sunt naturales & legitimi, nempe, ex legitimo matrimonio nati. Quidam autem sunt legitimi, & non naturales, sicut filij adoptiui. Quidam autem sunt naturales, & non legitimi sicut ex fornicatione nati. Quidam denique neque legitimi sunt, neque naturales, vt spurij, nati ex adulterio, & stupro. Tales enim nascuntur & contra legem naturae, & contra legem positiuam expresse: atque ideo dicuntur nati ex damnato concubitu.

**Q**uæritur secundo, Vtrum filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare. Respondetur autem, quod liberi illegitimi duplici damno afficiuntur. Primo, quod non admittuntur ad actus legitimos, scilicet, ad officia, & dignitates. Secundo, quod non succedunt in hereditate paterna. Iure tamen naturae parentes filijs etiam spurij necessaria alimenta ministrare tenentur.

**Q**uæritur tertio, Vtrum filij illegitimi possint legitimari. Respondetur autem, quod possunt quidem. Nam cum filij dicantur illegiti-

mi lege positiua per eandem legem legitima-  
ri possunt. Sunt autem sex modi eos legitima-  
di. Duo, scilicet, secundum canones. Primo, si  
quis postea ducit uxorem, ex qua suscepit fi-  
lium naturalem. cap. tanta. qui filij sunt legit.  
Secundo, per specialem indulgentiam domi-  
ni: papæ ad hoc concedentis dispensationem.  
Quatuor alij modi sunt secundum leges. Pri-  
mus, si pater filiam naturalem curiæ impera-  
toris offerat: ex hoc enim legitimitur pro-  
pter curiæ honestatem. Secundus, si pater in  
testamento nominet eum legitimum hæredem,  
& filius post modum testamentum imperato-  
ri offerat. Tertius, si nullus filius sit legitimus  
& ipsemet filius principi se offerat. Quartus  
modus est, si pater in publico instrumēto, vel  
cum trium testium subscriptione eum legitimi-  
mum nominet, neq; adiciat naturalem.

¶ Circa omnes prædictos articulos D. Tho-  
de filiis illegitimis, & de eorum legitimatione  
multa supersunt dicenda ad illucidationem  
doctrinæ eiusdem. ¶ Igitur, notandum est pri-  
mo, quod etiam filij procreati ex matrimo-  
nio nullo, ratione alicuius impedimenti quan-  
doque censentur legitimi, nempe propter bo-  
nam fidem alterius tantum ex coniugibus ca-  
pit. ex tenore, qui filij sunt legitimi: & capit.  
peruenit. eod. tit. Duo tamen adhuc sunt ne-  
cessaria. Primo, quod matrimonium fuerit bo-  
na fide contractum. Secundo, quod fuerit in  
facie ecclesiæ celebratum. cap. cum inhibiti-  
o. §. 1. de clandest. desponsat. & capit. 2. qui filij  
sunt legitimi. & l. 2. tit. 15. part. 15. Tunc enim  
integre censentur esse filij legitimi, quoad om-  
nia. Cui accedit pro maiori intelligentia, quod  
bona fides præsumitur, primo dum non pro-  
batur mala. Secundo in causa matrimoniali  
præsumitur bona fides, etiam lite pendente  
super matrimonio cap. 2. qui filij sunt legitimi.  
Vnde ex tali matrimonio geniti bona fi-  
de censentur geniti. Et est speciale in matrimo-  
nio. Alias non permitteretur litigantibus  
super matrimonio carnalis copula, si mala fi-  
des præsumeretur. cap. inquisitioni. de sentē.  
excommunic. Tertio præsumitur bona fides,  
etiam si pendente appellatione à sententia la-  
ta contra matrimonium, filij sint geniti. Vn-  
de legitimi esse censentur: quia appellatione  
sententia suspenditur. Et licet ab isto secundo  
& tertio casu bonæ fidei non sit recedendum  
propter possessionem cohabitationis coni-  
ugalitatis: tamen quia sententia adhuc appella-  
tione pendente habet maximam auctoritatem,  
etiam si non trāsierit in rem iudicatam, & pro  
ea præsumitur propterea secundum Couar-

**A**ruuiam hic casus tertius aliquātulum dubius  
est. Quarto præsumitur bona fides quoad le-  
gitimationem prolis, quādo erratur in dubia  
iuris decisione propter varias opinionum do-  
ctorum, vel propter ambiguum interpretatio-  
nem alicuius dictionis, etiam apud ipsos iuris  
consultos. Vnde bona fides in hoc casu con-  
tingit etiam in matrimonio. Secus est, si iustus  
error circa ius in matrimonio nō interueniat.  
Vel quando lite pendente super primo matri-  
monio secundum matrimonium esset contra-  
ctum. Nam tunc non bona fides sed mala cen-  
seretur interuenire, etiam si lite pendente sen-  
tentia à qua non fuit appellatum, fuisset disso-  
lutum primum, nec tamen trāsierat in rem  
iudicatam. Quinto præsumitur bona fides, si  
sententia lata fuit pro ipso coniugio, ex quo  
quis fuit natus.

**B** ¶ Circa primum modum legitimandi filios,  
quem præsignauit D. Thom. in. 3. artic. Vbi  
docuit, quod filij nati ex coitu fornicario, qui  
poterat coniugalis esse, si consensus accessis-  
set matrimonialis per sequens matrimonium  
efficiuntur legitimi cap. tanta. qui filij sunt le-  
gitimi: quæstio egregia occurrit statim scitu-  
que necessaria, scilicet, an satis sit, quod tem-  
pore natiuitatis parentes filij naturalis potue-  
rint contrahere, an præcisè exigatur concep-  
tionis tempore coniugium potuisse contra-  
hi inter parentes, vt talis filius per sequens ma-  
trimonium parētum legitimus efficiatur. Re-  
spondetur autem, quod satis est quod disun-  
ctiue id accidat, scilicet, quod vel tempore na-  
tiuitatis, vel conceptionis parentes potuerint  
legitimè contrahere. Est communis; pro qua  
facit. l. seruorum. §. fin. ff. de statu hominis. &  
lex regia. 1. 1. in Taurinis sanctionibus. In hoc  
etiam casu etiam repugnantibus parentibus,  
filij efficiuntur legitimi; quia hæc gratia non  
tam in fauorem parentum, quam prolis con-  
cessa est, cui neque filij aut parentes possunt  
renunciare, quia in fauorem matrimonij facta  
est. capit. si diligenti. de foro compet. licet in  
alijs legitimationibus requiratur consensus  
parentum, & quod accedat consensus filiorū  
saltem tacitus. ¶ Item etiam, si parentes aliud  
contraxerint coniugium, si post secundo nu-  
bunt per istud matrimonium legitimitur pro-  
les antea illegitima. Est communis: quia tem-  
pore conceptionis, vel natiuitatis copula pa-  
rentum potuit esse coniugalis.

**C** ¶ Præterea dubitatio satis perplexa & nō  
contēnenda hic sit obuia, scilicet, an filij susce-  
pti ex coniugato, & ex matre soluta id igno-  
rante legitimi fiant per matrimonium legiti-  
me

me postea subsecutum. Respondetur autem,  
quod licet gloss. in cap. tanta. duas ponat opi-  
niones circa hoc dicens affirmatiuam esse ve-  
riorem, quam Cassador. decis. vnic. de sponsa.  
dicit esse communem, & in re dubia (prout in  
summo prætorio Rotæ factum esse testatur)  
iuxta eam pro legitimatione prolis ferendam  
esse sententiam: Nihilominus contraria sentē-  
tia videtur verior, & magis consona textui. c.  
tanta. quam Couarruias in Epitho. cap. 8. 2.  
part. §. de legitimat. ait facilius recipiendā fo-  
re. Et probatur, quia iura, quæ allegantur ad  
affirmatiuam contrariam probandam imper-  
tinenter allegantur. Tum secundo, quia aper-  
te caput tanta huiusmodi natum ex patre cō-  
iugato, & matre soluta excludit à legitimatio-  
ne, quæ fit per sequens matrimonium, dicens  
sic in forma: Si autem vir viuente vxore sua  
aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit,  
licet post mortem vxoris eam duxerit, nihilo-  
minus spurius erit. Vbi cum hic indistinctè  
ius hoc decernat, nos distinguere non debe-  
mus; scilicet, an mater soluta nouerit esse con-  
iugatum alium parentem, vel non. Secundo  
probatur: quia spurius in propria acceptione  
dicitur ille, quorum parentes tempore natiui-  
tatis eius, vel conceptionis contrahere nō po-  
terant: sed sic accidit in hoc casu, ergo per se-  
quens matrimonium non legitimitur. Itē ter-  
tio probatur: In matrimonio clandestino, vt  
habetur cap. inhibitiō. de clandest. despons.  
ignorantia impedimenti etiam in utroq; con-  
iuge contingens non prodest proli, vt legiti-  
ma sit, quia parentes clandestinè contrahen-  
tes dabant operam rei illicitæ; vnde non pro-  
dest proli si matrimonium dissoluatur: ergo  
neque etiam sola ignorantia matris solutæ ig-  
norantis fuisse patrem coniugatum prodest  
proli ad legitimationem, quæ fieri solet aliàs  
per sequens matrimonium. Et confirmatur;  
quia filij ex incestu ignoranter cum concubi-  
na commisso concepti non efficiuntur legiti-  
mi matrimonio subsecuto inter eorum paren-  
tes, adhuc durante ignorantia, quia cum dede-  
rint operā rei illicitæ imputatur eis, quidquid  
inde euenerit: ergo pari ratione in casu quæ-  
stionis cum parentes dederint operam rei illi-  
citæ, & tempore, quo contrahere non pote-  
rant, ignorantia illa matris; qua excusatur ab  
adulterio, si ab illo excusata est, nihil iuuat ad  
legitimationem prolis, etiam si legitime inter  
eos post sequatur matrimonium. Et hanc opi-  
nionem glossa prædicta vltimo ponit. Quod  
autem ibi dicitur; verius tamen est primum;  
Dominicus ait glossæ fuisse adiectum. Præte-

**A**rea nepos ex filio præmortuo, an fiat legiti-  
mus ex matrimonio inter auum, & auiam cō-  
tracto in dubium hic verti solet. Respondetur  
ergo cum Couarruiia loco allegato contra  
Guillielm. Bald. Alberi. Paul. Castr. Alexand.  
& Iaf. & alios, tenentes negatiuam, quod affir-  
matiuam est verior; tum ob fauorem matrimo-  
nij qui oppositum non patitur; tum, quia ad-  
optatus etiam fit frater filio adoptantis iam  
vita defuncto. l. si filium. ff. de gradi. Ergo etiā  
deficiente patre potest nepos auo effici legiti-  
mus. Neque obstat, quod pater sit iam defun-  
ctus, & iam sit incapax legitimationis. Tum,  
quia satis est extrema, scilicet, auus & auia  
sint habilia ad matrimonium, ex quo sequutu-  
ra erat legitimitas filij, si viueret: Ergo post  
quam etiam mortuus est, manet tamen in nepo-  
te sui patris, qui est filius suus, in eo potest fie-  
ri legitimationis capax, licet iam sit mortuus,  
& in se iam non sit legitimationis capax. ¶ Ex  
prædictis sequitur corollarie, quod filius na-  
turalis ex sequenti matrimonio ita legitimus  
efficitur, vt quoad omnia legitimus sit censen-  
dus, vt patet ex dict. cap. tanta. Quocirca iste  
ex sequenti matrimonio parentum legitima-  
tus maioribus suis, atque trāsuersa lineā cog-  
natis legitimus successor est, eisdem etiam in  
testatis, vt exprimit Angel. consil. 2. Et admit-  
titur ad retractum: potest enim res venditas à  
consanguineo iure proximitatis retrahere eo-  
dem pretio. Et admittitur ad ecclesiasticā em-  
phyteosim. Secus est si rescripto principis ef-  
fet legitimatus. Et potest eligi in episcopū, &  
in statutis municipalibus talis pro filio nato  
ex legitimo matrimonio admittendus est, vt  
patet cap. tanta. Vbi dicitur, quod habeatur  
pro legitimo. Et iste admittitur ad feuda. Sed  
secus esset, si ex rescripto tantum principis ef-  
fet legitimatus.

**B** ¶ Peruenimus iam ad quæstionē curiosam  
atque difficilem, qua quæritur, scilicet, an le-  
gitimatus per sequens matrimonium sit pri-  
mogenitus censendus excluso fratre postea  
ex matrimonio legitimo ante secundum con-  
iugium nato, per quod primus fuit legitima-  
tus. Videtur autem dicendum, quod licet ne-  
gatiua opinio sit communis; tamen quod vt  
vbi supra dicitur à Couarruiia ista quæstio  
est disputatione digna, vbi nihil diffinire vo-  
luit, sed tantum contentus fuit istam insinua-  
se controuersiam. Igitur pro illucidatione quæ-  
stionis (vt à clarioribus incipiamus) dicimus  
primo, quod sine dubio filius secundo natus  
ex matrimonio legitimo præferendus est pri-  
mo nato illegitimo, quando post iste primus  
natus



natus efficitur legitimus ex rescripto principis, post legitimi natiuitatem. Et in hoc habet locum opinio communis, quia in hoc omnes doctores conueniunt. Et idem ius dicitur quando legitimatio primi esset facta ante natiuitatem secundi: quia tunc legitimatio à principe concessa reuocatur saltem quoad successione per natiuitatem filij legitimi, vel legitimi per subsequens matrimonium. Vide legem Tauri. 1. 2. quæ signanter est notanda. Secundo dicitur, quod opinio affirmatiua, scilicet, quod legitimatus per sequens matrimonium sit primogenitus censendus in casu quæstionis videtur probabilis. Vnde oportet hic habere iudicem propitium. Probatur primo, quoniam secundo genito non erat ius primogenituræ adquisitum in actu, sed in spe. Vnde potuit reuocari & impediri per legitimationem subsequens postea ex matrimonio parentum. Sicut, verbi gratia, vxor, quia habet ius non actu iam adquisitum ad bona communia durante matrimonio adquisita, reuocari potest de facto, & reuocatur, si vir durate matrimonio ea bona male dissipet in ludis comessationibus & scortationibus, vt vsu receptum est in Hispania, secundum Nauarrum: ergo etiam ius illud secundi nati postquam solum fuit ius adquisitum in spe potuit tolli. l. 2. & l. fin. de natal. restit. Secundo probatur: Quoniam gratia legitimationis, quæ conceditur in cap. tanta. fauorabilior est secundum omnes, quam legitimationis, quæ fit ex solo rescripto principis: ergo in hoc hæc gratia præualere debet, vt sic legitimatus per sequens matrimonium quoad primogenituram præferatur legitimo ante legitimationem hanc nato. Alioquin non tanta esset vis matrimonij vt ibi exprimitur, si in hoc nihil amplius, quam legitimationis per rescriptum principis facta præstaret. Itē tertio probatur: Quoniam iste legitimatus ex matrimonio subsequens secundum Baldum, Salicetum & Fortunatum admittitur cum cæteris postea natis ad successione, licet sit in præiudicium eorum, in quorum tamen præiudicium legitimatio rescripto principis concedi non debet. §. fit igitur. in authent. quibus modis naturales efficiantur legit. & l. 1. 2. Tauri. Ergo nihil mirum est, quod talis sic legitimatus per matrimonium sequens primogenitus sit censendus respectu legitimi secundo nati, licet sit in eius præiudicium. Item quarto probatur: quia argumenta tria, quæ adducuntur in contrarium non conuincunt. Nam non obstat illud, quod obijcitur ex capit. quanta, scilicet, quod illic ille naturalis per sequens ma-

trimonium dicitur legitimus haberi, ac per consequens, quod cum ante matrimonium hoc secundus esset natus legitime, ille erat primogenitus & habebat ius adquisitum. Quia respondetur, vt dictum est, quod solum habebat ius adquisitum in spe. Et argumentum de non admittenda fictione iuris in præiudicium alterius non procedit, quando alteri tantum est ius adquisitum in spe, quod tolli potest. ¶ Neque obstat, quod legitimatio non retrahitur in præiudicium alicuius. §. liceat in authent. quibus mod. natur. efficitur legit. Quia lex hæc verum habet in legitimatione obtenta per rescriptum principis: nos hic loquimur de legitimatione, quæ fit per sequens matrimonium, quæ fauorabilior est. ¶ Neque obstat tertio, quod secundo nato sit ius primogenituræ in hoc casu statim adquisitum: quoniam solum reuocabiliter, & in spe tantum fuit ei adquisitum. Neque obstat opinio contraria communis, quia ad legitimationes alias obtentas ex rescripto principis extendenda est tantum, & non ad legitimationem factam per sequens matrimonium, quæ longe fauorabilior est: cuius causa donatio facta ab aliquo reuocatur propter filios naturales, ex matrimonio tamen effectos legitimos secundum Baldum cap. innotuit. de electio. Etiam si ante donationem nati essent isti filij naturales, saltem ad reuocandam eam partem donationis, quæ ad legitimam attinet, secundum Baldum in l. 1. C. de inoffic. don. nam totam donationem reuocari negant Ripa & Tiraquel.

¶ Præterea quomodo probandum sit, quod aliquis sit legitimus (quonia quæstio est, quæ potius pertinet ad forum exterius) explicandum hic non est prolixè. Sed id tantum aduertimus, quod allegans se legitimum id probare debet. Tamen satis est si probet se ex matrimonio legitimo in facie ecclesiæ contracto natum. Si autem quis ei contrarium probare velit, non satis est probare parentes eius matrimonium contrahere non potuisse, quia bona fides excusat. Oportet ergo probare, matrimonium eius non tenuisse, atque eius parentes contractasse cum mala fide cap. peruenit. qui filij sunt legitimi. ¶ De probatione filiationis vide in cap. per tuas. eod. tit. & cap. per tuas. de probatio. At ad alimenta petenda sufficit, quod quis probet per vnum testem, aut famam aut per suum iuramentum, quod fuit tractatus vt filius à talibus. l. fin. tit. 1. 9. part. 4. quia sine strepitu iudicij in alimentorum petitione proceditur, secundum glo. & doctores cap. 2. qui filij sunt legitimi. Neque sunt repetenda hæc alimen-

alimenta sic præstita ex hac probatione, etiā si postea constet in iudicio illius parentis filium non esse, glossa ab omnibus recepta in l. fin. C. de Carbon. edict. Sed si quis agat petitorio iudicio, non est sufficiens probatio talis tractatus, nisi alia concurrant. Est communis; Sicut nominatio filij non sufficit nisi simul alia adminicula concurrant, tex. iuncta gloss. cap. per tuas. de probatio. In antiquis autem dubitationibus fama probat, saltem præsumptione quadam ipsam filiationem, sicut instrumenta antiqua, in quibus enuntiatur quis obiter filius alicuius. Quando autem dicitur nominatio probare filiationem, intelligitur, quando sunt alia indicia, quæ ipsam nominationem coadiuuent, vel meliorationis actu, qui competit solum filio. At hæc nominatio probat aliquando in filiis legitimis & naturalibus, vel in naturalibus tantum: tamen in filiis spurij nihil prodest.

## CAP. LVIII. De filiis legitimis, vel illegitimis.

*De distinctione filiorum illegitimos in ordine ad successiones tam secundum iura ciuilia, atque leges Hispaniæ.*



Orrò antequam de filiis illegitimis in ordine ad successiones maternas, vel paternas aliquid diffiniatur, oportet primo distinctionem filiorum illegitimos hic præmittere. Igitur distinguuntur filij illegitimi in naturales & spurios. Nam ad hæc duo membra reducuntur nothi & manzeres secundum varias acceptiones. Vide cap. nisi cum pridem. de reuocant. Igitur naturales filij secundum ius ciuile dicuntur hi, qui ex vnica concubina, eaque domi habitante nascuntur. l. pen. & fin. ff. de concub. & l. 2. tit. 1. 4. part. 4. Iure tamen pontificio, vt filius sit naturalis satis est, quod sit natus eo tempore conceptionis, vel natiuitatis, quo matrimonium contrahere poterant parentes eius. cap. innotuit. de elect. & c. tanta qui filij sunt legit. etiam si non sit natus ex vnica concubina domi habitante. Et ita vsu receptum est quæ vsu comprobatur lex. 1. 1. Tauri, quia in Hispania admittitur ad iura nobilitatis. ¶ At ait Couarruias in Epit. cap. 8. §. 4. 2. part. in præto-

rio Granatenfi non semel pronuntiatum esse naturales tantum etiam absque vlla legitimatione, & etiam si non fuerint nati ex vnica concubina domi retenta censerentur nobiles Hispanice dictos fidalgos, & immunes à publicis censibus, iure gentilitiæ nobilitatis ex l. partitæ, quæ est inter leges de duello, quæ generaliter intelligenda est. ¶ Aduertendum est præterea, quod extat Caroli. V. decretum editum, anno. 1542. Vbi sancitur, quod nulla legitimatione excusat à solutione publicarum indictionum censuum, qui à plebeijs soluntur. Et hoc citra dubium contra alios satis constat ex responso imperatoris. ¶ Filij autem nothi secundum legem regiam antiquiorem lib. 1. tit. 1. 5. part. 4. dicuntur filij adulterini, eo quod Græce nothus adulterinum significat. Huic acceptioni subscribit Sotus in. 4. sent. distin. 4. 1. q. vnica, art. 4. ibi allegans Quintilian. lib. 3. dicentem, quod nothi sunt illi, qui ex vxore non legitima, puta ex adulterio sunt geniti. Quid enim incertum est Græci nothum appellant. In alia verò significatione strictiori secundum Couarruiam nothi dicuntur, qui nascuntur ex coitu nulla pœna punito per legem, nepe, ex scortis, & meretricibus. Nam secundum Suydam nothus dicitur natus ex pellice. Et secundum Scotum nothus is dicitur, qui patrem incertum habet, ita vt nequeat agnosci. ¶ Ex iure autem ciuili hoc interest inter naturales & nothos filios in ista secunda acceptione eos accipiendo, quod naturales intestato patre decedente consequuntur duas vncias. Vn cia vero duodecimam partem bonorum significat, nothi vero sic accepti nullam. In authentica, quibus mod. natur. legit. efficitur ex testamento vero æquales esse possunt isti nothi ipsi naturalibus. ¶ Fili autem spurij dicuntur dupliciter. Primo iuxta latam significationem spurij dicuntur ex incerto patre nati, iuxta dictionem Græcam, nepe, qui ex muliere pluribus exposita est genitus. Ita Couarr. vbi supra. cap. 8. §. 5. in Epit. 2. part. Cui in ista significatione videtur accedere Sotus loco alleg. Vbi prius ait, quod spurius dicitur is, qui ex peculiari concubina suscipitur. Addit tamē, quod si etymologiam spectemus Græcam, spurius idem est, quod seminatus. Vnde sic idem est spurius, quod ex incerto patre natus, quasi à patre nihil aliud, quam semen habuerit. At vero spurij in propria significatione secundum Couarruiam sunt illi, qui nati sunt ex parentibus, qui contrahere matrimonium inter se non poterant tempore natiuitatis, neque tempore conceptionis filij secundum Angelum, vel

vel qui ex coitu punito nascuntur, secundum Alciatum. Quo fit, ut filius adulterinus sit spurius, sicut etiam conceptus ex incestu spurius dicitur, cap. tanta qui fil. sunt legit. ¶ Manzeres filij dicuntur secundum Sotum, qui ex ignoto scorto, & vaga meretrice omnibus exposita ortum ducunt. Cui accedit Couarruias dicens, quod in lata significatione accepti manzeres dicuntur ex scortis & meretricibus nati cap. 23. Exodi, & l. 1. tit. 13. part. 6. At vero manzeres in propria significatione dicuntur illi, qui nati sunt ex his, qui iure canonico contrahere matrimonium non prohibentur, etiam si hæc dictiones aliter assumantur. Igitur Sotus has quatuor species filiorum ad duas tantum posse reduci ait, ita ut naturales & manzeres idem sint, scilicet, qui tantum ex fornicatione simplici nascuntur. Spurij vero, & nothi sunt qui gignuntur ex adulterio, vel stupro, vel sacrilegio. Sed hoc est accipiendum nothum non stricte secundum leges, sed ample iuxta l. 1. titu. 15. part. 4. (ut recte adnotauit Couarruias.) ¶ Adde etiam, quod lex Regia Tauri. 11. in his filijs naturalibus supradictis exigit, quod si nati sunt ex foemina non retenta in domo, pater eos esse filios proprios agnoscat. Nam si sunt ex concubina domi retenta geniti satis est iuxta glossam, cap. Michael. de fil. presbyt. quod constat domi esse natos. Hinc infert Couar. satis constare, filios naturales, & quos vocamus bastardos idem esse glossa in rubrica. ff. de concub.

### De successione filiorum naturalium.

**P**rædictis iam prædictis fundamentis, & significationibus prædictorum nominum filiorum traditis circa successione filiorum naturalium operæpretium est has conclusiones adnotare, quarum meminit Couarruias, ubi supra. Sit igitur prima conclusio desumpta ex iure civili communi. Filij naturales non extantibus legitimis patri intestato in duabus vncijs succedunt, ex quibus virilis portio matri eorum competit. Authentica licet. C. de natur. lib. & gloss. cap. tanta. qui fil. sunt leg. & l. 8. tit. 13. part. 6. Vnde ab his vncijs excluduntur naturales existentibus legitimis, aut legitimatis rescripto principis. Sicut etiam ab eis excluduntur adoptiui filij, quando extant filij naturales. Imo legitima vxore parentis extante etiam naturales ab his vncijs excluduntur, patet. l. authentica licet.

**A** de natur. liber. & l. 9. tit. 13. part. 6. ¶ Secunda conclusio, nepos naturalis etiam & legitimus ex filio tantum naturali conceptus non aliter auctore suo intestato succedit, quam pater eius iure esset successurus. l. fin. C. de natur. liber. secundum Baldum, Decium, & Angelum. Vnde infertur corollarie, nepotes ex filio tantum naturali auctore moriente ab intestato, & auctoria eis succedere in duabus vncijs non existentibus filijs legitimis, aut vxore legitima secundum Baldum & Salicetum. Neque obstat cap. raynuncius. de testam. verbo, & vxorem, quia ibi tantum probatur, quod legitimus ex filio naturali natus intestato auctore non succedit, ut legitimus. Non tamen negant iura eum succedere, ut naturalis. Tertia conclusio: Pater filium naturalem habens legitimis etiam extantibus in testamento potest ei vnciam, id est, duodecimam partem bonorum relinquere, ex qua vnciam matri eius ex testamento virilis portio potest competere. l. 2. cum authen. C. de natur. liber. & l. 8. tit. 13. part. 6. Sed hæc conclusio procedit de iure civili communi. Quocirca statuitur quarta conclusio pro regnis Castellæ. In his igitur regnis pater potest filio naturali etiam extantibus filijs legitimis quintam partem bonorum legare. Ita lex. 9. Tauri. At si legitima proles consentiat adhuc pater plusquam quintam partem poterit ei legare. ¶ Quinta conclusio: Pater carens legitimis liberis potest naturalem filium hæredem instituere, etiam si habeat ascendentes, quibus in hoc casu secundum ius civile commune sua legitima pars relinquitur. Tertia autem pars pro legitima parentibus est debita. Est communis in authentica nouissima. de inofficioso testam. Sed iure regio Hispaniæ duæ partes ex tribus bonorum filij debentur. l. 6. Tauri. Verum dispositione speciali regni Castellæ hæc quota pro legitima alias debita parentibus non extantibus filijs legitimis signata sublata nunc est in casu istius quintæ conclusionis; quia pater carens filijs legitimis potest in his regnis filium naturalem hæredem instituere, nulla relicta parentibus legitima parte. l. 10. Tauri. Et hoc etiam potest facere pater naturalem filium instituendo hæredem in testamento imperfecto, & minus solenni. Est communis. Sequitur ex prædicta conclusione, quod donatio antea facta ex natiuitate filiorum naturalium post subsecuta reuocatur, siue talis donatio fiat a patre, siue a matre, ut magis placet Couarruiæ secundum Ripam contra Tiraquel. limitantem hoc solum ad donationem factam a matre. Et patet: quia Ripæ opinio probabilior apparet ex donan-

donantis præsumpta voluntate, ex qua lex illa deducitur. ¶ Sexta conclusio. l. 9. Tauri fancitum est, naturalem matri etiam intestatæ simul cum legitimis non succedere. Potest tamen ei a matre quinta pars bonorum relinquere. Sic in Gallia etiam. Hæc conclusio quantum attinet adhuc regna Hispaniæ corrigi ius commune. l. si qua illustris. C. ad Orfic. cui accessit lex. 11. tit. 13. part. 6. Vbi statuebatur, quod filius naturalis matri etiam intestatæ cum legitimis æque succederet. Sed hoc iniquum esse apparet, & contra Genes. cap. 21. Vbi dicitur, Non erit hæres filius ancillæ, id est, concubinae cum filio liberae. Ex prædictis sequitur corollarie naturalibus non competere agere ex titulo inofficiosi testamenti, quauis pater nihil eis relinquat, gloss. in. l. 1. in principio. ff. de bon. posses. contra tabul. Possunt tamen agere de inofficioso testamento contra testamentum matris gloss. l. si qua illustris. C. ad Orfic. Sed aduertendum est, quod ex. l. Taurina. 12. qui legitimi rescripto principis efficiuntur, nullo casu succedunt cum legitimis & naturalibus. ¶ Accedit adhuc, quod prædicti filij naturales ita matri etiam intestatæ succedunt, ut parentes ipsius matris a successione excludantur. Quod & in prætorio Rotæ dicitur obseruatum. Idem in dict. l. 9. Tauri expresse stabilitum est. Nota, quod naturales non succedunt patri ab intestato propter incertitudinem, nisi dicto modo, sed bene succedit matri.

### De spurij filijs, quoad successionem in bona paterna.

**P**ro spurij filijs conclusiones has sequentes statuere oportet. Prima igitur conclusio sit, quod filij spurij, id est, quorum patres & matres tempore natiuitatis, aut conceptionis eorum contrahere non potuerunt, vel qui ex coitu punito per leges nascuntur, neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex contractu inter viuos aliquid a patre capere possunt. l. fin. in authen. quib. mod. natural. efficiantur sui. & l. licet. C. de natura. lib. & l. 10. tit. 13. part. 6. Quod si pater aliquid filijs spurij relinquit, id legitimis liberis, vel cognatis propinquieribus defertur. Fiscus autem id vendicat, si intra duos menses consanguinei negligat relicta bona ab spurio euincere, vel petere. Et idem est si pacto consanguinei petitioni renuntient. l. 1. C. de natura. lib. quæ procedit in filijs spurij & non in alijs. Lex tamen. 1. tit. 13. part. 6. hoc ad om-

**A**nes spurios extendit. Et intelligitur siue id capiatur spurius a patre, siue ab alio de patris ordinatione, aut voluntate. Facit pro hoc. l. vnum ex familia. §. 1. ff. deleg. 2. Vnde commissarius non potest illa bona dare spurio; quæ eius pater ei reliquit sub fideicommissione, ut illi darentur secundum Bart. in. l. cum hæredib. ff. de rebus dub. Neque talis spurius potest substitui legitimo. ¶ Ex prædictis sequitur corollarie, quod si donatarius statim vel ex intervallo donata sibi a patre spurij donet spurio, fraus censetur esse facta legi, etiam si exprimat in remunerationem donationis primæ id facere, vel si sit maxima quantitas, quæ donatur secundum Baldum. l. eam. C. de fideicommiss. Neque lex municipalis contra hoc potest statui.

**B** ¶ Iam hic se offert quæstio celebris & scitu digna, in qua non satis conueniunt Couarruias & Sotus locis allegatis, scilicet, super modum quo tute spurius possit bona paterna capere, scilicet, an per fideicommissionem factam amico, ut det illa bona spurio in testamento, vel per donationem factam hoc pacto extra testamentum. Respondetur igitur ad quæstionem primo, quod spurij, qui ex damnato concubitu nascuntur, scilicet, ex adulterio, vel stupro, aut sacrilegio non succedunt, ut dictum est patribus ab intestato: tamen sunt a parentibus alendi de iure naturæ: quia natura communis est legitimis, & spurij. Et ideo ius naturale cogens ad alendos liberos, commune est legitimis & spurij. Neque enim alimenta hæc aliqua lege etiam municipalis tolli possunt, etiam si filius sit maior. 10. annorum. Nam licet ius civile spurij ex concubitu dånato natis deneget alimenta; tamen ius canonicum his etiam alimenta præstari iubet cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrem. quam. Quæ alimenta possunt etiam apud iudicem ecclesiasticum peti, etiam a laicis. ¶ Ex quo infertur regio iure. l. 10. Tauri filio ex incestu nato, qui tenetur alimenta dare, pro his, quintam partem bonorum titulo alimentorum potest relinquere, licet ipse pater legitimos liberos habeat. Ita in. l. 9. Tauri. Præstanda autem sunt hæc alimenta perspecta parentum facultate, & ipsorum filiorum qualitate secundum decentiam. l. sed si quid. §. sufficienter. ff. de vsu fruct. & gloss. in. l. nepos Proculo. ff. de verb. signif. At lex. 10. Tauri quintam partem dari his spurij pro alimentis concessit. Quæ si non sit sufficiens subsidio vitæ necessario erit augenda. Si autem excedat quantitatem debitam filiorum dignitati non est minuenda.

¶ Acce-

¶ Accedit ad hoc, quod secundum Cordu. in conscientia cum pater est dubius, an filius spurius est suus, vel non, pro ratione incertitudinis maioris, vel minoris, tenetur magis vel minus pro alimentis præstare. Licet Sotus dicat, quod pater etiã solutus rigore iuris non tenetur filium spurium tollere, & alere; quia non tenetur credere suũ esse. Sed si mater non posset illum alere, tunc pater ex quadam naturali misericordia deberet eum educare.

¶ Ex prædictis sequitur quintã partem bonorum patrẽ & matrem posse filio spurio legare, quanuis ipse filius habeat patrimonium, vel bona quibus se possit alere. Et sic lex Taurina. 10. intelligitur. Hic etiam corollarie sequitur, patrem teneri filiam spuriam dotare, sicut tenetur eam alere. Est communis & seruatur in praxi, nisi ipsa habeat unde dotem sibi constituat. At quinta pars, quæ datur spurio pro alimentis transit ad eius hæredes.

¶ Secundo dicitur, quod in hoc puncto differentia est inter Couarruuiam & Sotum. Nam Couarruuias indistincte omnes spurios in interiori iudicio animæ incapaces esse existimat ad bona paterna sibi relicta capienda. Unde censet in conscientia tute nõ posse eos bona sibi relicta, vel donata à parentibus obtinere. In cuius gratiam allegat Caietanum. 2. 2. q. 62. art. 3. Sotus verò in. 4. sent. d. 41. q. vnic. art. 4. in hoc casu discrimen hoc statuit inter spurios filios sæcularium genitos ex adulterio, & incestu, & inter filios clericorum, & religiosorũ genitos ex sacrilegio. Scilicet, quod licet vtrique priuentur hæreditate; sed nõ prorsus æqualiter fiunt inhabiles ad suscipiendũ. Nam respectu spuriorum etiam ex adulterio à sæcularibus genitorum, lex eos arcens à bonis paternis pœnalis est. Sed leges Hispanicæ cuiusmodi sunt illa lex regia. 22. tit. 3. lib. 1. & 1. 2. titu. 3. lib. 5. ordinamenti, quibus sancitur ne clericorum filij, & 1. 9. Tauri quæ has prædictas leges extendit ad filios religiosorũ, filios spurios natos ex sacrilegio inhabiles ad bona paterna videntur efficere, per illa verba satis id exprimentia, quibus ibi dicitur, quod huiusmodi clericorum, aut religiosorum filij non habeant neque hæreditare possint bona suorum parentum, aut consanguineorum, neque suscipiant. Hæc autem distinctio Soti rationabilior est, potius, quam illa confusa resolutio Couarruuiæ. Tum, quia cum materia ista sit odiosa, leges istæ videtur esse pœnales, unde non sunt extendendæ ad effectum inhabilitandi ad bona paterna omnes spurios indifferenter, nisi tantum genitos ex sacrilegio à re

ligiosis, vel clericis, quos leges prædictæ arcens arcet à bonis paternis, quæ verbis significantibus inhabilitationem vtuntur, dum dicunt, neque habeant ea. Nam Hispanicè ibi dicitur, ni ayan. Quo verbo videtur vtiq; lex eos prorsus inhabiles reddere ad suscipiendũ dominium eorum quæ sibi relinquuntur à parentibus, vel eorum nomine. Item secundo patet: Quoniam Couarruuias intentum suũ vniuersaliter & indistincte non probat, scilicet, quod omnes spurij per leges efficiantur inhabiles, & incapaces in conscientia ad talia bona. Ex hoc igitur principio Soti, & ex eius distinctione hæc probabiliora elicimus corollaria. Primum, quod si pater adulter sæcularis carens legitima prole, relinquat bona sua filio spurio potest sine culpa sua & tuta conscientia retinere, quousque repetantur à fisco. Patet hoc assertum, quod est Soti contra Couarruuiam, quia lex respectu istorum filiorũ spuriorum, qui sunt geniti à sæcularibus est mere pœnalis: ergo non obligat ante condemnationem ad ea bona fisco restituenda. Sequitur secundum corollarium secundum Sotum, quod pater sæcularis sic filium spurium habens etiã ex adulterio genitum si secreto bona sua concedat amico, vt ea traducat in filium tenetur ille amicus lege naturæ id seruare & ea dare filio, nisi fiscus eum prueniat. Tenetur (inquã) ea bona dare filio, nisi timeat, quod fiscus si id post rescierit ea bona ab eo exiget: quoniam non tenetur id damni incurrere. Ideo solum astringitur ad ea bona reddendum spurio, quãdo res potest caute, & secreto transigi, ita, vt non veniat ad notitiam fisci. ¶ Sequitur tertium corollarium, quod iuste retinet spurius bona, quæ sibi hæres institutus à patre tradidit, etiam data parenti fide de restituendo ea spurio. Hoc assertum, si intelligatur secundum mentem Soti de spurij genitis à sæcularibus, & non de genitis à clericis, & religiosis, prout vniuersaliter & indistincte Couarruuias id affirmat: quia hos vltimos prorsus inhabiles ad ea bona capessenda esse probauimus. Probatur autem hoc corollarium sane intellectum de solis spurij genitis à sæcularibus, etiam ex adulterio & incestu, quia vt ait Sotus, hos nullæ leges expresse inhabiles reddunt ad bona paterna, vel nomine patrũ accepta. Quia huiusmodi leges, licet prohibeant talem fidem præstari, ac præterea eam fidem præstans peccauerit mortaliter, fraudẽ hanc

hanc committendo aduersus leges iustas in re graui obligantes, tamẽ leges hæc ex fide sic male præstita nõ impediunt translationẽ dominij hæreditatis in hæredem, sub ea fide præstita, de restituendo eam spurio institutum.

¶ Sequitur corollarium quarto, quod est Couarruuiæ loco vbi supra, quod talis hæres sub tali fide præstita institutus, scilicet, vt reddat spurio in iudicio animæ eam hæreditatem restituere spurio non tenetur. Hæc assertio non videtur esse contra Sotum, cuius censuram super his admissurum ait Couarruuias. Nam licet Sotus affirmet bona secreto data amico, vt ea traducat in filium spurium lege naturæ amicum teneri dare filio huic, nisi fiscus prueniat: tamen hoc per hanc viam, scilicet, institutionis amici in hæredem sub fide prædicta præstita fortẽ non concederet, ob rationem, quam assert in. de iust. & iur. Vbi ait, quod lex prohibet hos spurios esse hæredes, quod fit per testamentum, vt hic accidit in hoc casu. Vbi in fraudem legis fit spurius hæres substitutus amico illo sub illa fide præstita. Probatur ergo hoc corollariũ ex ratione Couarruuiæ. Quoniam illa promissio fuit facta contra legem, & in fraudem legis: ergo ex ea non tenetur. Iuris gentium. 5. prætor ait. ff. de pactis. Præterea sequitur corollarium. 5. quod si talis hæres institutus sic fuerit sub tali fide præstita, etsi promiserit illa bona restituere spurio, non tenetur ea deferre fisco in conscientia, neque tenetur in conscientia id crimen pandere. Ita Couarruuias. Et de hoc fere à nemine dubitatur. Et patet: quia in pœnam leges hæreditatem fisco deferunt. l. 1. c. de his, qui. vt indigni. Et quia pœna in foro conscientie, ante condemnationem non soluitur. Cæterum iam hinc graue emergit dubium, an in casu huius quinti corollarij, talis amicus sub illa fide præstita institutus hæres, possit illa bona hæreditaria sibi retinere, postquam (vt prædiximus in corollario. 4.) eam hæreditatem spurio restituere non tenetur: an vero ante condemnationem in conscientia teneatur eam dare consanguineis testantis. Videtur autem, quod possit sibi illa bona tuta conscientia retinere: quia talis sic institutus hæres ob fidem præstitam non amittit hæreditatem. Tum, quia testator probe sciebat ipsum amicum sic sub tali fide præstita ab ipso institutum minime obligari posse ad hæreditatem illam in spurium transmittendam: ergo interpretatiue voluit illũ fieri dominum illius hæreditatis, ac per consequens potest eam sibi retinere. Ob has apparentes rationes Couarruuias vbi supra affirmat, hæredem supra dictum non teneri ad eam hæreditatem restituendam testantis consanguineis, sed posse eam sibi retinere. Allegatque ibi in hunc

A ius rei gratiam Didacum de Segura & Bartol. in l. finali. ff. de his, qui. vt indigni. colum. 3. Quia, inquit Couarruuias, quod iste est verus hæres, neque fides data ab eo in pœnam delicti tollit ab eo hæreditatem. Sed in contrarium est; quod Sotus ait vbi supra in. 4. sent. dist. 41. q. vnica art. 4. quod si sacerdos bona sua amico suo sub illo pacto expresso, vel tacito concedat, vt det filio, donatio illa non tenet, neque per illam transfertur dominium in amicum, vel in filium, sed in conscientia succedunt hæredes eius ab intestato, vel si nullos habeat cedunt in vsus pauperum, vel vsus publicos: ergo idẽ dicendum est à simili in hoc casu institutionis dicti hæredis sub illa fide præstita.

B ¶ Igitur pro resolutione quæstionis, quæ non satis clara est, & pro concordia aliquali horũ Doctorum, dicitur primo, quod in dubio dum non constat de voluntate testantis, opinio Couarruuiæ & Bartoli & Didaci de Segura probabilitate habet. Nam rationes prædictæ eam probabiliter reddunt, eoque præsumptionem probabilem inducunt: quod testator voluit tunc dominium hæreditatis in sic institutum, sub tali fide præstita absolute transire, cum videtur cum non posse obligare ad dandam eam spurio. Secundo dicitur, quod si ex voluntate testantis constituerit per testes id audientes, vel per alia expressa indicia, quod voluerit in casu, quo illa hæreditas à sic instituto non daretur filio retineretur ad suos consanguineos succedentes ab intestato, vel eis deficientibus cedentibus in pias causas pro salute suæ animæ, quod maxime procedit, quando illam fidem commissionem in tali testamento fieri posse in conscientia purauit sub illa cautione secreta: tunc in hoc casu talis hæres sic institutus hæreditatem in conscientia sibi vindicare non potest: sed restituenda est, vt prædixit Sotus, succedentibus ab intestato. Hoc autem secundum dictum idẽ verum esse reputamus, quia fundatur in illa receptissima Regula, scilicet, quod voluntas testatoris seruanda est, maxime in foro conscientie, quando scitur, aut probabiliter per coniecturas apprehenditur. Vide Panormit. cap. filius. de testam. Neque talis hæres institutus in hoc casu secundum Couarruuiam cogitur in conscientia dicere testimonium fidei præstitæ de restituendo spurio, nisi præcedente facti infamia contra ipsum. Quia hic crimen est occultum, & de pœna tantum soluenda tractatur, & non de damno restituendo. Si tamẽ casu, quo non tenetur respondere, responderit, oportet respondere sic saltem, vt in aliquo sensu verum dixisse constet.

¶ Sequitur corollarium sextum, quod si talis hæres præstans fidem laicus sit fisco seculari



post sententiam adiudicanda est hereditas. Si autem clericus sit ecclesie est adiudicanda. Hoc tradit Covarruias. Circa quod standum est consuetudini. Addit vero Soru lib. 4. de iust. & iur. quaest. 7. art. 1. de his egisse: cuius cesuram se admitturum super hac materia ait.

**De spuris ex sacrilegio genitis qui scilicet filii sunt clericorum ordinis sacri, aut religioforum.**

**I**gitur de predictis in predictis locis Sotus leorsum in hac formam suam sententiam profert: In filiis autem sacerdotum, & monachorum crediderim, inquit, quod cum sint inhabiles ad suscipiendum dominium ex lege (quae quidem lex in odium infamis sacrilegij potest esse iusta) non est expectanda condemnatio iudicis. Sed si sacerdos bona sua amico suo sub illo pacto expresso, vel tacito concedat, ut det filio donatio illa non tenet, neque per illam transferatur dominium, vel in amicum, vel in filium, sed in conscientia succedunt haeredes eius ab intestato. Vel, si nullos habeat, cedunt, vel in usus pauperum, vel in usus publicos. Si tamen sic absolute, & sine pacto illa dederit tali amico, quantum amicus intellexerit animum sacerdotis esse, ut transmittat in filium dominium nihilominus ea acquirit, & potest bona conscientia si vult sibi retinere. Sed tamen potest si libuerit tanquam bona sua propria ea dare filio sacerdotis. Atque idem dicendum est, quando aliquis institutus est haeres absolute, sine pacto, cum confidentia tamen, quod daret illam hereditatem spurio ex sacrilegio, etiam nato. Nam tunc illa bona potest sibi retinere, & in spurium transferre, pro ut maluerit. Secus est autem, si institutus est haeres sub pacto, ut ea bona hereditaria patris filio sacerdotis daret. Nam in hoc casu secundum Soru non poterit ea sibi retinere, neque filio sacerdotis dare. Tamen si Covarruias, ut supra dictum est, cum Bartolo, & Didaco a Segura teneat indistincte oppositum. Sed in hoc casu nos cum Soto tenemus propter inhabilitatem filij a sacerdote, vel monacho geniti. In alijs vero filiis spuris iam supra diximus. Per quam distinctionem copiosius aequaliter discordiam, quae inter Soru, & Covarruiam allegantem pro se Bartolum & Didaco a Segura videbatur esse.

Sed iam indagare oportet modos illos, quos conantur iurista comminisci ad hoc, ut spurius possit tamen bona paterna capere, ut non excludatur a filio. Igitur primus, seu cautela

est, ut pater absolute sine conditione instituat heredem amicum, aut ei ea bona donet, rogans ipsum, ut illa bona restituat spurio. Secundo, ut absolute sine conditione, et haec bona donet sub confidentia, quod ea dabit filio. Sed haec cautela secundum Covarruiam multum secretum & fidelitatem in amico exigit, & fraus praesumere retur. Secunda cautela est, ut pater curet, ut filius spurius ineat societatem cum fratre legitimo, ut via societatis spurius aliqua possit obtinere secundum Bald. l. 1. C. pro socio. Sed cauetum esse ait Covarruias ab hoc consilio. Tum propter fraudis non leuem coniecturam. Tum propter salutem animae, cui non convenit his uti dolis, ad eludendam sanctissimas sanctiones. Tertia cautela est, instituere filium spurium sub conditione, si a principe factus fuerit legitimus, quod tutissimum esse remedium affirmat. Nam tunc secuta legitimatione abique animae periculo hereditatem patris obtinebit, cum iure possit institui incapax in tempus, quo capere possit. l. in tempus. ff. de hered. institut. Sed iam dictum est, quod his spuris in his regnis quinta pars assignatur pro alimentis.

**De nepotibus legitimis, vel naturalibus ex filio spurio, & de filiis spuris natis ex damnato concubitu, an hi succedant matri.**

**P**orro praedictis nepotibus statuitur haec conclusio prima, scilicet, quod nepos legitimus, vel naturalis ex filio spurio deficiente prole legitima potest ab avo haeres institui, neque censetur in dubio gratia patris institutus. Sed id non potest facere avus existente prole legitima, vel legitimata rescripto principis. Neque valebit talis institutio, si gratia patris consistat fieri, secundum omnes. Et procedit haec conclusio etiam in nepote legitimo, vel naturali ex filio clericici sacris ordinibus initiati, secundum Bald. in l. si quis incesti. C. de incest. nuptijs, est communis secundum Gorfet. **Secunda conclusio:** Filij spurij nati ex damnato concubitu matribus intestatis non succedunt, neque ex testamento, etiam si matres non sint illustres, neque proles legitima eis superfit. Licet alias spurius ex coitu non damnato matri non illustri succedat. At vero haec conclusio ad sui plenam intelligentiam efflagitat, ut quis dicatur damnatus concubitus explicetur. Igitur secundum ius civile commune damnatus concubitus dicitur, qui punitur aliqua lege exteriori, & humana. Sic in Authentica, quibus modis nati efficiantur sui. Atque hoc modo

modo concubitus damnatus dicitur, qui sit cum consanguinea, vel uxore alterius, & coitus uxori cum soluta. Quia secundum D. Thomam & Caic. 2. 2. q. 154. art. 8. adulterij est. Sicut etiam soluta cum sacerdote, aut initiato sacris gloss. in cap. per venerabile, qui filij sunt legit. Licet opinio contraria secundum Covarruiam aliquibus probabilis videbitur. Ceterum circa hoc concludit Covarruias quod omnes haec dubitationes circa hoc explosae sunt omnino per l. 9. Tauri, ubi deciditur per legis laticam Reginae Ioannae, quod coitus damnatus dicitur is, ex quo foeminae coeundi imminet poena mortis naturalis a lege statuta. Ex quo collariet sequitur, quod genitus a coniugato, & soluta matri succedit, quantum spurius sit. Idemque dicendum est de filio nato ex virgine stupro vitata, licet sit contra ius commune. **Tertia conclusio:** Fratres naturales, siue spurij quocumque coitu geniti in testamento sibi inuicem succedunt, si uterini sunt. l. spurius. & l. 2. ff. vnde cognat. At etiam lex finalis tit. 13. partit. 6. fratrem naturalem ex patre tantum admittit ad successionem fratris intestati, qui fratres uterinos non habet, quod est contra ius caesareum, quod filios ab eodem patre genitos ex diversis concubinis distincto tempore retentis ad mutua successionem non admittit, secundum gloss. l. 2. ff. vnde cognat.

**C A P. LIX.**

**De legitimatione & dispensatione.**

**Quid sit legitimatio: & in quo legitimatio differat a dispensatione. Et de quibusdam conclusionibus pertinentibus ad legitimationem. Et quomodo sit petenda dispensatio circa defectus inuentos in matrimonio. Et quomodo petenda sit legitimatio, ne in his casibus inveniatur subreptio eam annullans. Et a quo sit petenda dispensatio petitionis debiti cum eius subest impedimentum. Et an dissimulatio patris valeat pro dispensatione.**



**D**e legitimatione habituri sermone breui inquirendum est primo, in quo differat a dispensatione. Respondetur autem, quod legitimatio est quaedam natalium restitutio, quae absque coniugio natis extra causam ingenuitatis conceditur. Vnde in hoc legitimatio a dispensatione differt, quod dispensatio ad aliquem actum, vel certis quibusdam legibus aliquem legitimum efficit. At legitimatio omnino legitimum aliquem efficit. Vnde Instruct. consci. 2. Pars.

**A** de legitimatione etiam simpliciter quoad omnia legitimus esse censetur. Legitimus autem ex dispensatione effectus ad expressum actum tantum legitimus iudicatur: & legitimatio non est stricte interpretanda. Vide differentias inter legitimationem, & dispensationem, quas adducit Covarruias in epitome. 2. part. cap. 8. §. 8. Vbi multa pertractat de legitimatione, quae praetermittit: quia est materia ad causidicos pertinens. Libet tamen hic meminisse de quibusdam conclusionibus, quarum ibi meminit, quasi penes finem capituli Covarruias. Prima igitur conclusio est haec, scilicet, ex matrimonio prohibito iure canonico: tamen dispensatione Papae contracto proles suscepta, legitima prorsus est, etiam quoad munera civilia, & bona civilia glossa. ca. referente vers. promissionem, qui filij sunt legit. Ista autem conclusio extra omnem controuersiam est.

**Secunda conclusio:** Si contracto matrimonio dubium fuerit, an legitimum fuerit & Papa illud legitimum esse pronunciauerit, proles inde propagata omnino legitima est, ratione matrimonij, quoad utranque iurisdictionem cap. quod nobis qui filij sunt legitimi.

**Tertia conclusio:** Papa legitimando matrimonium prius in gradu affinitatis, vel consanguinitatis prohibito contractum legitimum censetur prolem ex illo matrimonio susceptam, ante illam approbationem, si eius mentio Papae fiat. Quia secus est, si papa non legitimaret matrimonium contractum, sed tantum concederet licentiam contrahendi matrimonium illud, vel perseverandam in iam contracto. Quibus casibus, etiam si mentio susceptae prolis fiat, non videtur ea legitima reddere, secundum Bald. Guillel. Bartol. nisi proles in specie legitima efficiatur, quia censetur facta separatim absque matrimonio cum ratione matrimonij facta non fuerit. **Quarta conclusio:** Nullus princeps potest natalibus restituere, vel legitimum efficere sibi non subditum, quo ad bona intra alterius imperij, vel regni limitem existentia, etiam ex consensu eorum, quibus praedictum posset inde parari. Patet per cap. venerabilem. versic. insuper. qui filij sunt legit. Quia legitimatio fit a principe in signum subiectionis. Est communis cap. nouit. de offic. legat. contra Bald. Angel. Deciū & alios dicentes posse fieri cum consensu illorum, quibus legitimatio praedicta potest.

**Quinta conclusio:** Ex ardua causa fidei, & religionis christianae, vel reipublicae vtili, legitimum potest principi seculari subiectus, etiam quo ad bona & munera temporalia obtinenda ex dicto. cap. per venerabilem. **Sexta conclusio:** Princeps subditum sibi in alieno territorio existens legitimum potest, vbi nullus est citandus,

us, vel is, qui citandus est absque citatione legitimationi consentit, patet ex dictis: & habet locum hæc conclusio etiam quo ad bona intra alterius principis territorium existentia, modo præiudicium aliquod non fiat subdito alterius principis: quia hic principaliter persona legitimatur, quam res ipsæ sequuntur, quocumque loco existentes. Ita Decius optime Consil. 207. Secus autem esset, si principaliter circa rem existentem in alio territorio disponeretur.

¶ Septima conclusio: Neque princeps laicus potest legitimare quo ad bona ecclesiastica, neque papa quo ad munera civilia, neque quoad bona profana sibi non subditum civiliter gloss. cap. per venerabilem, qui fil. sunt leg. Est communis & in praxi. Adde etiã, quod legitimatus à principe seculari secundum communem potest consequi ius patronatus ecclesiasticum competens hæreditati, cuius ipse est capax ob illam principis legitimationem. ¶ Octava conclusio: Ad principem laicum spectat legitimare filium clerici etiam in sacris constitutum quoad bona paterna, & munera civilia, secundum Bartol. Est communis contra Ioan. Crot. Et patet: quia hic nulla iurisdicatio est exercenda in clericum, & quia legitimandus est laicus, & ipsa bona profana sunt & secularia. Imo idem erit eadem ratione, si filius sit clericus: licet circa hoc vltimum sit dubium non modicum. At verò secundum Decium rex clericum in minoribus legitimare non potest. Sed hoc intellige quoad bona ex redditibus ecclesiasticis adquisita. Sed quod princeps possit legitimare filium sacerdotis quoad bona patrimonialia patris, tenet Ioan. Andr. dict. cap. per venerabilem, & Præposit. ¶ Nona conclusio: Princeps qui alteri nõ subest causa civilis iurisdictionis, potest proprios filios legitimos efficere ex natalium restitutione, veluti proprios subditos cap. per venerabilem, §. insuper. ¶ Decima conclusio: Qui Cæsari subest vel regi & ab eis habet potestatem legitimandi propriam filium legitimare non potest, absque peculiari licentia ad id impetrata glossa in dict. cap. per venerabilem, verbo Regi. Ita cõmuniter habetur.

¶ De dispensatione petenda circa defectus inuentos in matrimonio, & circa petitionem debiti, & circa legitimationem.

Igitur primo circa petitionem legitimationis notandũ est, quod in tali petitione est principi exprimenda qualitas filij illegitimi, an sit

A spurius & ex quali genere spuriorum. Et oportet in nato ex incestu exprimere omnem gradũ, an ex matre, vel sorore sit natus, contra Baldum & alios dicentes communiter, quod satis est esse spurium explicare. Quæ opinio communis & Baldi secundum Couarruuiam in epitome. 2. part. cap. 8. §. 9. solum habet verum, vbi princeps legitimationem concederet alicui illegitimo, ex quocumque coitu natus esset. Nam hæc verba, si exprimerentur à principe magis eius mentem aperiunt. Nisi vitium esset tam atrox, scilicet, coitus cum moniali matre, & sorore, aut filia. At consulit Couarruuias omnia principi exponenda fore in specie.

¶ Deinde quæritur, an in rescripto principis cedentis gratiam legitimationis, vel aliã necesse sit, vt apponatur ista clausula, non obstantibus legibus contrarium, disponentibus. Ad id ergo respondetur primò, quod quando nulla est lex aut priuilegium, quæ futuris principum concessionibus, aut priuilegijs deroget ista clausula, non obstantibus legibus in contrarium disponentibus, aut priuilegijs, non est necesse, vt in talibus concessionibus apponatur nisi concessio nis rescriptum graue damnũ alteri irroget. Quo casu dicta clausula sufficit & est necessaria. Secũdo dicitur, quod quando est lex aliqua, vel priuilegium his concessionibus futuris derogans, vel si rescriptum concessionis graue damnũ alteri inferat, necesse est vt in tali concessione illa clausula, non obstante priuilegio vel lege contrarium statuente, ipsa lege nominatim expressa, & priuilegio etiam apponatur. Tertio dicitur, quod in casu, quo lex aliqua, vel priuilegiũ his concessionibus futuris non derogat, si præiudicium graue inde alteri non inferatur satis est, dicere generaliter non obstantibus quibuscumque iuribus contrarium statuentibus, secundum Alex. & Gomez. Ex prædictis inferitur, quod in legitimationis rescripto satis est hæc clausula generalis, non obstantibus, & cætera, nisi graue fieret alteri præiudicium, ex hac natalium restitutione. Est opinio communis, & quæ in curia Romana seruatur. Sed si legitimetur aduersus vniuersalis ecclesiæ concilium, addendum est.

¶ Non obstantibus quibuscumque etiam in Concilio generali statutis. Recipiturque à toto mundo hæc Archidiaconi opinio. Vnde hoc notandum est ad legitimationem, quæ fit contra constitutionem cap. cum inhibito. §. 1. de cland. de spons. atq; alia vniuersalis ecclesiæ statuta. Præterea notandum est quod legitimatio, quæ vi uente patre fit, optime expeditur, sine vocatione agnatorum, vel cognatorum ipsius parentis, & sine alicuius citatione, modo pater cõsentiat, etiam si filius legitimetur ad feuda in præiudicium

ciũ agnatorum. Et Bart. & communis. Facienda est tamen in hac legitimationis impetratione principi mentio filiorum naturalium, & legitimorum, Alioquin legitimatio erit subreptitia, neque valebit. Quod si hac facta legitima mentione eis non vocatis princeps filios illegitimos natalibus restituat, etiam si male faciat, valet tamen legitimatio, etiam in præiudicium prolis naturalis simul & legitimæ. Sic Alexand. Carolus à Costa Lusitanus. Verum aduertendũ est valde, quod hac ratione ne legitimis & naturalibus simul præiudicium inferatur, lex. 9. & 12. Tauri cauit legitimatos per rescriptum principis nullo pacto ad successionem cum legitimis & naturalibus fore admittendos. Adde etiã, quod mortuo patre filius non potest legitimari à principe non vocatis ipsius intestati patris successoribus quibus iam ius succedendi est delatum. Nisi cõstet principem velle successoribus præiudicium inferre in intestati propinqui bonis. Est Bartoli & communis. Quæ intelligitur ante quam sit adita hæreditas à successoribus ab intestato, licet possessio non fuerit apprehensa. Alioquin si adita sit, iniqua esset sententia Bart. & communis contra Fortunatum, qui optimis, rationibus probat, quod mortuo patre intestato non potest princeps legitimare filium in præiudicium successorum, quibus est delata intestati hæreditas, quantum adita non sit. Cuius opinionem fateatur Couarruuias apud se semper plurimum valuisse.

¶ Præterea quæritur, illa clausula posita in rescripto legitimationis, scilicet. Sine præiudicio successorum ab intestato, quomodo sit intelligenda. Respondetur autem, quod hæc clausula sine præiudicio successorum ab intestato hoc inducit, vt legitimatus ex testamento non admittatur in præiudicium legitimorum filiorũ, quò ad eorum legitimam: admittatur tamen ex testamento. Attamen mortuo patre intestato excluditur ab agnatis & cognatis intra. 4. gradum. Cæteros vero, scilicet, filium, & vxorem filius ipse excludit. Vnde iste rumpere potest testamentũ patris, in quo fuit institutus aliquis extraneus. Notandum insuper est, quod secundum. l. 12. Tauri. legitimatus rescripto principis ad quoscumque honores, & publica munera admittitur. ¶ Accedit vltimo aduertendum, quod licet dispensatio ad consequentia seu annexa, sine quibus consistere potest non extendatur, ex cõmuni sententia: tamen quando accessorium non indiget dispensatione, quia non est vitio infectũ, sed tale vitium habet à principali per dispensationem, remoto vitio principali consequens & accessorium, liberum erit ab omni macula, & sic sublata macula cõceptionis patris illegitimi, nec

A pos legitimus fit patri sui patris, id est, suo auctore. ¶ Porro hic etiam illa quæstio expedienda superest, scilicet, quis possit super matrimonio incestuoso, aut in gradibus prohibitis contracto dispensare. Respondetur autem secundum Couarruuiam in epitome. cap. 6. 2. part. §. de gradibus diuina lege, quod nullus præter papam, etiã si sit episcopus potest dispensare in prohibitione cap. non debet. de consanguin. & affin. (vt notat omnes in c. at si clerici. §. fin. de iudic. & glossa cap. quia circa. de consang. Neque etiam legatus à latere. Nam is papæ constitutioni derogare non potest, nisi in casibus, in quibus id potest agere episcopus, secundum Abbat. cap. dilecto. de præb. Huic sententiæ Couarruuiæ accedit Sotus in. 4. sent. dist. 37. quæst. vnica. art. 2. dicens, quod cum impedimentum dirimens ad solum summum pontificem iure ordinario pertinet (vt more & vsu ecclesiæ constat) nulla est exceptio facienda, scilicet, vt in aliquo casu admittatur super matrimonio contracto in gradibus prohibitis, posse dispensare episcopum, propter scandalum: quia sine eo non possunt separari: quia illis debet imputari qui in illud scandalum ipsi se sua culpa coniecerunt. Sed in contrarium est Nauarrus in sum. cap. 22. nu. 85. qui cõcedit cum Soto & Couarruuiæ episcopum non posse secundum omnes dispensare in aliquo impedimento, quod impedit & dirimit. Attamen iam ibi approbat exceptionem Angeli & Syluestri, in verbo dispensatio quæst. 9. quam antea non erat ausus approbare, vel reprobare, scilicet, quod id non potest episcopus, nisi quando impedimentum occultum est, & matrimonium publicum, & separatio cum magno scandalo foret: & ad papam vel eius nuncium ad id habentem potestatem confugi non potest, propter magnam paupertatem: aut alia legitima impedimenta. In cuius gratiam, allegat caput. at si clerici. de iud. & Ioann. De Lign. & Panormit. ibidem. Et ait Nauarrus hæc ratione nonnullos episcopos in hoc casu excepto aliquoties dispensasse. Igitur, vt super re dubia inter doctores meam sententiam si quidquam valet, dicam, dico primo ad quæstionem, quod nunc post Conciliũ Tridentinum sess. 24. cap. 5. nullatenus est acceptanda ista exceptio Nauarri & Syluestri & Angeli, scilicet, quod episcopus, propter prædictas rationes vitandi scandali etiam impedimento existente occulto, & matrimonio publice contracto possit dispensare, vt teneat, etiam si sit difficilis accessus ad papam: quando scienter tales affines, vel consanguinei contraxerunt & multo minus si in hoc casu matrimonium scienter cõsummarunt. Sed neque in casu, quo ignoranter id fecerunt: si quidem solennitates requisitas in

contrahendo matrimonium neglexerunt. Patet hoc, quia hos separari conciliū iubet ibi, Et spe dispensationis consequendæ carere. Ergo in his casibus episcopis interdicta potestas dispensandi videtur. Quod ut patentius fiat, libet hic verba Concilij Tridentini in forma subiungere: Siquis, inquit, intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. Idque multo magis locū habeat in eo, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, siquidem solennitates in contrahendo matrimonio requisitas neglexerit, eisdem subiiciatur poenis. Non enim dignus est, qui ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit. Si vero solennitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse dignoscatur, cuius ille probabilem habet ignorantiam, tunc facilius cum eo & gratis dispensari poterit. Dico secundo, quod ex prædictis corollarie sequitur, episcopum nunc non posse dispensare super illum casum matrimonij qui reseruat in vidimus bullæ cruciatæ, bullæ cruciatæ commissario, ut super illum possit dispensare, per illam clausulam, Vbi sic dicitur in forma, quod datur facultas commissario, ut nullis datis literis seu per confessores laceratis, possit dispensare cum his, qui primo & secundo affinitatis ex fornicatione contractæ gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt. Dum modo si post Conciliū Tridentinum illius formam seruauerint ac impedimenta huiusmodi penitus occulta sint, & alter contrahentium tempore contracti matrimonij impedimenti ignarus extiterit, ut altero (ut prædicitur) impedimentum ignorante, de nullitate prioris consensu prius certificato, tacitaque si videbitur ad vitandum scandala, causa nullitatis matrimonij inter se de nouo secreto contrahere possint, in foro conscientie duntaxat, si ad euitanda grauiora scandala dispensandum iudicauerit, prolemque susceptam, & suscipiendam legitimam decernere possit. Ergo neque in hoc casu dispensare poterit episcopus tunc, quia hic committitur commissario. Tunc quia alias (ut ex Concilio Tridentino patuit) hic si alter eorum impedimentum nouit separandi sunt, & sine spe dispensationis manent. Præterea tertio dicimus, quod fortasse talis exceptio Nauarri & Syluestri etiam nunc admitti potest, scilicet, quod episcopus poterit dispensare solum in casu, quo cæteris concurrentibus limitationibus Nauarri, concurrat etiam & ista, scilicet, quod ambo contrahentes in gradibus prohibitis probabiliter id impedimentum ignorauerint, & simul cum hoc in contrahendo solennitates requisitas seruauerint. Quia in hoc casu cessant rationes dispositionis Concilij Tridentini. Et quia papa animas has innocentes & bona fide sine cul-

pa contrahentes illaqueatas non vult manere, aut cum scandalo quod alias de iure est vitandum, separari, quando moraliter est valde difficilis, & impossibilis accessus ad ipsum, vel ad eius potestatem habentem. Nam tum gratia vitandi magni scandali, alias ex separatione sequendi poterit episcopus dispensare: alias non.

¶ Nam & illam questionem facile est expedire, vtrum episcopus super petitione debiti impedita ex coitu cum consanguinea uxoris suæ perueniente dispensare possit. Respondetur ergo, quod licet Couarr. in epitome. 2. part. cap. 7. §. 2. de debiti reddit. dicat opinionem doctorum & Syluestri & Florenti, dicentium episcopum super hoc posse dispensare, nullo iure probari, quia impedimentum hoc petitionis debiti non solum ob culpam incestus, sed ob affinitatem contractam cum uxore per illam copulam inducitur, supra quam affinitatem solus papa dispensat: nihilominus tamen cum Soto loco allegato, cum communi dicendum est, quod episcopus potest dispensare cum tali incestuoso super petitione debiti, quando est difficilis accessus ad papam, vel ad nuncium eius potestatem ad hoc habentem, vel ad commissarium cruciatæ, cui super hoc dispensandi potestas committitur. Et sic intelligenda est opinio communis & Paludani dist. 37. & Syluestri, verbo, debitum coniugale quest. 9. & verbo, matrimonium. 8. quest. 15. est que omnium. Non tamen extra hæc impedimenta paupertatis, aut infirmitatis aut similia accedendi ad papam, vel ad eius vicem habentem licet episcopo super hoc dispensare, propter rationem Couarruiæ. Et quia licet aliqui episcopi, vel omnes super hoc soliti sint dispensare, non tamen absolute, sed in casu difficilis accessus ad papam. Nam non apparet omnino verum, quod loco allegato ait Sotus, scilicet, quod in hoc dispensare non sit cohibitus episcopus alias, extra difficilem accessum ad papam.

¶ Præterea aduertendum est, Sotum in. 4. sent. dist. 41. quest. vnica art. 3. huius esse sententiam, quod si sponsalia contra iustitiam publicam honestatis aliqui contraxerint, & expeditissimus non sit ad papam accessus, nullum esset periculum, quanuis episcopus dispensaret.

¶ Circa prædictam impetrationem dispensationis notanda est regula bona Nauarri loco allegato, scilicet, quod expressio falsi mouentis ad gratiam concedendam nocet, non autem quælibet taciturnitas veri idem facientis nocet semper, sed solum quando tacetur verum, quod iura iubent exprimi secundum Rotam in nouis decis. 32. de rescript. Hoc etiam Felinus in cap. postulasti. colum. 4. de rescript. tenet.

¶ Hinc

¶ Hinc corollarie sequitur, quod contrahens, vel consummans matrimonium in gradu prohibito, ut facilius impetret gratiam dispensationis nisi huius fraudis mentionem faciat papæ, dispensatio non tenet. Ita Couarruias in epitome. cap. 6. 2. parte. §. de gradibus diuina & cæter. Et Nauar. in reportorio cap. si quando. de rescript. colum. 14. & glossa singularis ca. quia circa. Idem quoque affirmat Nauarrus in sum. cap. 22. nu. 86. allegans ca. si quando. de resc. Et probat quia licet is non exprimat falsum expresse, tamen tamen cite falsum exprimit subindicando, quod non ob id contraxit, vel consummauit, sed ob alias causas. Adde etiam, quod concilium vbi supra dicitur, quod in contrahendis matrimonijs, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa & gratis concedatur. In secundo autem gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam. Tres autem causas habet curia pro iustis ad dispensandum in quarto gradu Primo defectus dotis competentis. Secundo extinctio magnæ litis. Vel quod maior pars sibi parium in suo populo insigni sunt sibi consanguinei, aut affines intra quartum gradum. Vel si est in populo paruo si ipsa non habet sufficientem dotem ad nubendum, extra illum. Vel quando non habet dotem ad contrahendum cum poscente se, licet habeat ad contrahendum

cum sibi pari. Ita Nauarrus in summa vbi supra. ¶ Præterea notandum est cum Couarruias loco allegato, quod dissimulatio papæ si dicat, quod dissimulat aut id scribit, valet pro dispensatione. Patet cap. quia circa. de consang. & glossa ibi, quam singularem esse ait Syluester. verbo. lex q. 6. Alioquin quanuis papa conuieat, dispensare non videtur cap. cum iam dudum. de præbend. Est communis secundum Felin. At Adrianus ait quodlib. 5. articul. 2. quod qui sine transgressione legis naturalis, & sine iniuria proximi in aliquo statu vitam agit, dimittendus est ac tolerandas in eodem statu, si ex correctione scandalum graue immineret. Quod intelligit Couarruias, si error eius attentis circumstantijs conditionis, & qualitatis personæ bonam fidem minime excluderet. Ideo papa in illo cap. quia circa. dissimulat. Ita Adrian. de confess. dubio. 7. & Nauarrus in cap. si quis. autē nu. 69. de poenitentia. ¶ Explicit materia de matrimonio, quæ est vltima, atque per consequens Instructorium conscientie, quod omnes materias comprehendit morales; quæ in. 2. 2. & in. 4. sententiarum continentur anno. 1591. 23. Ianuarij, die Sancti Illephosi in conuentu dominæ nostræ Sanctæ Mariæ de à Tocha editum per Magistrum fratrem Ludouicum Lopez ordinis Prædicatorum, qui se & omnia à se dicta sacre Romanæ ecclesiæ celsuræ submittit.

DEO GRATIAS!

SALMANTICÆ,

Apud Ioannem & Andream Renaut fratres.

M. D. XCIIII.



# INDEX COPIOSISSIMVS

omnium rerum, & materiarum quæ in hac secunda parte Instructorij Conscientiæ continentur ordine Alphabetico distributus.

¶ Litera P. paginam indicat. Numerus post. P. situs paginarum numerum ostendit: litera autem C. columnam significat numerus vero post syllabam col. sequens primam aut secundam columnam lectori indicat.

**Q**UONIAM iuxta sententiam Sapientis Ecclesiast. 41. dicitur: scientia abscondita & thesaurus inuisus quæ utilitas in vtriusq; plures interdum eduntur in lucem libri varia supellectili doctrina atque gazis preciosorum dogmatum referti: qui quia indice thesauros scientiæ ibi reconditos copiose ostendente carent: eorum librorum superficialij inspectores vel parum afficiuntur ad eos emendos: quod si forte emerint frustra & anxie in eis contendunt inuestigare eam quam scire cupiunt veritatem neq; inueniunt: vel quia eius mentio in indice præterita est vel quia in alieno loco, & præpostero & non in proprio est posita. Ideo quo lectorem ab hac anxia queritandi dubiorum resolutiones neque inueniendi releuarem ex consulto in hoc indice quæstiones omnes atque casus in proprijs locis atque materijs vbi certius, atque communius solent pertractari citare curavi. Neque volui casus seu quæstiones siue dubia à suis proprijs materijs separare. Quod si aliquando contingat sub alia litera vel dictione non ita propria me ea citare statim admonitum lectorem ad suam propriam materiam remittendum esse duxi sicut de facto in hoc indice remitto.

A

¶ De actionibus nostris.



**A**CTIONES nostræ, scilicet, fidei, & spei, & charitatis, quomodo ad gratiam concurrant & an mediâtib; illis dicamur sanctificare nos ipsos. pag. 31. col. 2. & pag. 32. col. 1. & 2.

¶ De absolute & de abbatissis.

Abbatissæ an possint imponere præcepta suis subditis monialibus vide dictione. clauis. & pag. 741. col. 1.

Absoluere an possint expositi à casibus Episcopalis. p. 749. col. 1. & 2. Et an parochi & religiosi expositi possint absoluere ab alijs quibus excommunicationibus. p. 750. col. 2. Et an exteri absolui possint ab episcopo alieno si in eius episcopatu se inueniunt etiâ si afferant casus reseruat. Vbi variant doctores moderni. pag. 751. col. 2. Et an excommunicatus in propria Diocesi possit absolui in alia. pag. 752. col. 2. reliqua vide dictione clauis. & dictione penitentia, & verbo

bullæ Cruciatæ, & verbo excommunicatio.

Adulteram vxorem inuentam in adulterio an liceat interficere. pag. 1164. col. 1. & 2.

Adulteram lex Hispana postquam conuicta est viro tradit, vt ei parcat si velit vel eam iugulet. pag. 1164. col. 2.

Adulterium an sit crimen mixti fori & an super adulterij crimen simul admittatur vtriusque fori ciuilib; & ecclesiastici iudicium. pag. 1164. col. 2. Et quando vir interficiens vxorem adulteram eius dotē & arrhas sibi acquirat. ibi col. 2.

Adulterio quænam annexæ sunt poenæ, vide in primo tomo in materia de luxuria, & de adulterio quæ est eius species.

¶ De affinitate.

Affinitas an maneat post mortem viri & vxoris, & an affinitatem causet illicitus concubitus. pag. 1145. col. 2. reliqua quæ tractantur de materia affinitatis vide copiose disputata dictione matrimonium in locis ibi signatis vbi fit mentio de impedimento affinitatis ad longum.

A Ancillari

## Index secundæ Partis

Ancillam si duxit aliquis quâ liberâ esse extimabat an sit verum matrimonium si sic erat dispositus in animo, quod si sciret eam seruâ eam reuera duceret in vxorem. pag. 1116. col. 2. & p. 1117. col. 1. vbi variant doctores. ibi.

Ancillam suam si herus ingenuo locat matrimonio qui credidit esse liberâ an matrimonium sit validum & illa maneat libera. p. 1117. col. 1. & 2. vbi variant doctores.

Ancillam suam si non tradat herus in vxorem libero sed solum videns eos contrahere taceat, an ipsa maneat libera & teneat matrimonium, est quæstio perplexa quæ discutitur. p. 1117. col. 2. & p. 1118. col. 1.

Ancilla quam quis liber ignoranter duxit in vxorē si post ablata ignorantia velit adhuc iam sciēs esse seruâ ducere, an teneatur ipsa nouo consensu innouare matrimonium & an ad id ipsa possit cogi. p. 1118. col. 2. & pag. 1119. col. 1. reliquas similes quæstiones pertinentes ad matrimonium ancillarum & seruorum vide dictione matrimonium vbi fit mentio de impedimento seruitutis.

**B**

*¶ De baptismo quoad materiam eius.*

**B**aptismus an sit ablutio ipsa. pag. 96. col. 2. & seq.

Baptismus an institutus fuerit post Chrii passionem. p. 97. col. 1. & 2.

Baptismus ante passionem eius institutus est a Christo Dño quoad vim regeneratiuâ sed non quantum ad vim obligatiuâ. p. 97. col. 2.

Baptismus in gelu & in niue fieri non potest sed bene ex aqua ex illis fluenti. p. 98. col. 1. an possit fieri valide in aqua ex sale resoluta. ibi. col. 1. valide tamen fit in aqua ex nubibus, ex rore, & ex niue, grandine, & glacie & pruina resoluta. ibi. col. 2.

Baptismus an possit fieri in aqua extracta ex vino lymphato vel ex luto extracta. p. 98. col. 1.

Baptismi materia an debeat esse aqua simplex. pag. 98. col. 1. & seq.

Baptismus an fieri possit in aquis vbi elixantur carnes aut pisces. p. 98. col. 2.

Baptismus fieri non potest in vrina vel in sudore ex homine vel ex pane resoluta, neq; in ceruisia aut ptisana, neq; in succis, aut in liquoribus expressis ex herbis aut radicibus arborum neque in potione quæ pulchre dicitur in noua Hispania, neq; in aqua mixta sanguine quæ exit dum minuitur vena, secus in aqua quæ fluxit ex latere Christi in Cruce. pag. 98. col. 2.

Baptismus an valide fiat in lixiuio vel in aqua

fulphurea. pag. 98. col. 2. vbi distinguitur.

Baptismus an possit valide fieri in potione quæ apud Indos dicitur chicha. p. 98. col. 2. & seq. vbi distinguitur. p. 99. col. 1. idem de Cacao in noua Hispania. p. 99. col. 1.

Baptismus in aqua decoctionis carniū fieri possit valide. p. 98. col. 2. & p. 99. col. 1. & an fieri possit in aqua prius potata & post ex stomacho euomita. p. 99. col. 1. vbi distinguitur.

*¶ De baptismo quoad eius formam.*

Baptismi forma an sit cōueniēs. pag. 99. col. 1. & 2.

Baptismus in casu necessitatis potest conferri ab vno ministro pluribus baptizandis sub ista forma: ego vos baptizo. p. 99. col. 2.

Baptismus valide non conferitur si plures vnū baptizent dicētes: nos te baptizamus etiā si vnus dicat verba & alius applicet aquam. pag. 99. col. 2.

Baptismū ministrās si omittat hęc particulam ego secluso scādalo graui quod fere nunquā est nō peccat mortaliter. p. 100. col. 1.

Baptismi collati veritatē an tollat error in eius formā positus qui intentionem ecclesiæ secum permittit.

Baptismus in casu necessitatis si conferat mulieres securius est vt non errent quod proferrant verba idiomate vulgari dicēdo, *Yo te baptizo en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Spiritu sancto*. p. 100. col. 1.

Baptismum conferre in occulto in forma Græcorum an sit culpa mortalis. p. 100. col. 1.

Baptismus est validus etiam si conferatur per ista verba, tingo, infundo, perfundo aqua, aspergo aqua, lauo, abluo. p. 100. col. 1. sed de ista forma mergo te in aquam diuersimodē de sensere Sotus & Victoria. ibi. col. 1.

Baptismus collatus per modum mersionis & sub hac forma, ego te aspergo, forte non est validus. p. 100. col. 1. & 2.

Baptismus sub conditione est iterandus quando collatus fuit sub istis formis, ego te balneo, vel mundo, vel purgo à peccato originali vel conijcio te in aquas. Et idem forte est de ista forma, ego te mergo in aquas licet de hoc vltimo Sotus & Victoria dissentiant inter se. p. 100. col. 2.

Baptismus non esset si quis baptizaturus puerum eum mergeret in altum puteum, vel in flumen rapidum sine arte aut spe inde eum leuandi. p. 100. col. 2.

*¶ De baptismo quatenus ad variationem verbi baptizo.*

Baptismus sub hac forma collatus tu baptizaris à me, baptizet te Christus, baptizetur seruus

## Instructorij Conscientiæ.

seruus Christi validus est. Dum nō dicatur per modum deprecationis p. 101. col. 1. & dum minister per hoc suam actionem non intendat excludere. ibidem.

Baptismus collatus ab episcopo sub ista forma: nos vos baptizamus gratia autoritatis sic loquente valet. Sed sic collatus à priuata persona an sit baptismus varie sentiūt Caietanus, & Victoria p. 101. col. 2.

Baptismus est validus si loco de ly te diceret baptizans, baptizo Petrū, & putans baptizare Petrū, baptizaret Ioannē p. 102. col. 1.

Baptismus collatus etiam ex ignorantia sub ista forma ego te baptizo in nominibus patris, & filij, & spiritus sancti validus nō est p. 102. col. 1. & quid significat in nomine ibidem neque teneret baptismus collatus sic ego te baptizo in fide patris &c. ibi. col. 1.

Baptismus sub hac forma collatus validus est scilicet, ego te baptizo in nomine patris, & in nomine filij, & in nomine spiritus sancti. p. 102. col. 1. secus autem esset si diceret in nomine quod est pater & in nomine quod est filius, & in nomine quod est spiritus sanctus ibidem.

Baptismus collatus in nomine Dei patris, & in nomine Dei filij, & cetera, validus est p. 102. col. 1.

Baptismus collatus sic in fide vel in virtute vel in autoritate patris & filij & spiritus sancti sub conditione est iterandus. p. 102. col. 2.

Baptismus collatus in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroque sub cōditione est iterandus contra Caietan. sicut & baptismus collatus per nomina quæ licet explicent Trinitatē sed non proprie explicant relationes constituentes personas. p. 102. col. 2. & seq.

Baptismus collatus sub ista forma, ego te baptizo in nomine Patris & Iesu Christi & Spiritus sancti, secundum Sotum valet non vero secundum alios atque ideo sub cōditione videtur reiterandus p. 103. col. 1.

Baptismus collatus sub hac forma, in nomine patris, filij, spiritus sancti subtrahendo illā coniunctionem & non valet secus sine illa particula, amen p. 103. col. 1.

Baptismus an valide cōferatur sub hac forma baptizo te in nomine Christi, p. 103. col. 1. & 2. aut in nomine Trinitatis vbi respondetur quod nunc talis baptismus saltem sub cōditione est nunc reiterandus. p. 149. col. 2.

*¶ De baptismo quantum ad modum applicationis materia.*

Baptismus an necessario requirat immersionē in aquam. p. 105. col. 2. & quænam culpa sit

omittere mersionē sine necessitate. p. 105. col. 1. vel an sit iterandus dū baptizans per immersionē dicit, ego te aspergo ibi. col. 1.

Baptismus an validus sit dum citra caput alia pars intingitur aqua. p. 105. col. 1. & an sola intinctio manus aut digiti sufficiat.

Baptismus vt sit validus quantæ aquæ applicationem requirat. p. 105. col. 1. vbi respondetur quod requiritur tāta vt dicatur ablutio vnde tenues atque exiles & pauca guttæ moreroris nō sufficerēt forte. p. 105. col. 1. & 2.

Baptismus an sit validus vbi aqua solum per fundit capillos neque descendit ad carnem. p. 105. col. 1. vbi solus dissentit ab alijs.

Baptismus an sit validus quando aqua baptismi infusa vel aspersa solum contingit vestes. Vel quando baptizatur puer in pelle matris id est, in illo reticulo quo nascitur in uolutus. p. 105. col. 2. Respondetur negatiuē quia non valet sicut neque cum intra ventrem matris baptizatur etiam rupta pellicula. ibidem.

Baptismus an sit conferendus puero cū acceleratione mortis, aut cum apertione vētris matris propinque morti aut cū proiectione eius in puteum quia nō est alia aqua, vbi dissentiunt doctores. p. 106. col. 1.

Baptismus conferens si citra necessitatē omittat tingere caput an delinquat mortaliter. p. 106. col. 1. & 2.

Baptismus non est iterandus neque etiam sub conditione in casu quo puer existens intra ventrem matris in capite tantum producto foras est baptizatus, secus sic baptizaretur in solo pede egresso aut manu. p. 106. col. 2.

Baptismus an necessario requirat trinam immersionem in aquā. p. 106. & an baptizans ritum suæ matricis Ecclesiæ in baptizando non seruans an peccet mortaliter. ibidem. p. 107. col. 1.

Baptismus an sit validus si intendēte sacerdote baptizare sub trina immersione si puer dicta forma & facta prima mersione moriatur. p. 107. col. 1. & 2.

Baptismus validus an sit ille in quo post finitam prolotionem formæ applicatur materia. p. 107. col. 2.

*¶ De baptismo an possit iterari.*

Baptismus an possit iterari. p. 108. col. 1. & 2. & quale dubium requiratur ad reiterationem baptismi sub conditione. p. 108. col. 2.

Baptismus sub conditione an sit conferendus infantibus expositis in dubio. p. 108. col. 2. & seq. & quid de infantulo in nemore inuēto cuius nescitur pater an fidelis sit vel infidelis.

- delis, ibi. p. 109. col. 1. & de nato ex fideli patre inter infideles, ibi.
- Baptizatus domi an sit rebaptizandus in ecclesia. p. 109. col. 1.
- Baptisma geminum an sit conferendum monstro nato cum membris præcipuis geminatis. Vbi statuitur regula ad cognoscendam unitatem suppositi. Scilicet q̄ habeat vnū pectus & caput distinctū. p. 109. col. 1. & 2.
- Baptismus iterans vel rebaptizatus an ex ignorantia excusetur ab p̄na irregularitatis, & ignorantia quæ in hoc casu videtur excusare pueros rusticos excuset sacerdotes. p. 109. col. 2. & seq.
- Baptizatos pueros domi propter periculum accidens si quis iterum in ecclesia sub conditione baptizet an fiat irregularis. p. 110. col. 1. & 2. in quo casu dissentiant graues doctores moderni. ibidem & ista irregularitas à quo possit dispensari. p. 110. col. 2. & p. 111. col. 1.
- ¶ *De baptismo quo ad ritum.*
- Baptismi ritus an sit conueniens. p. 111. col. 1. & 2.
- Baptismata tria, scilicet aquæ & sanguinis & flaminis an rectè distinguantur. p. 111. col. 1. & 2. sed baptismata sanguinis & flaminis obligationem baptismi aquæ non tollit, neque enim sunt sacramenta. ibidem. p. 112. col. 1.
- Baptisma sanguinis an sit potissimū inter prædicta tria baptismata. p. 112. col. 1. & 2.
- ¶ *De ministris Baptismi.*
- Baptizare an pertineat ad officium diaconi. p. 112. col. 2. & seq.
- Baptizandi facultatem committere diaconibus in regionibus Indiarum vbi penuria esset sacerdotum non esset absurdum, quibus tamē ex officio nō cōuenit predicare nisi episcopis & curatis licet eis possit committi, alias solum diaconibus ex officio incumbit catechizare catechumenos. p. 113. col. 1.
- Baptizare an possit presbyter ex officio. p. 113. col. 1.
- Baptizare an possit laicus. p. 113. col. 1. & 2. at baptizare foeminam in præsentia masculi etiam si esset diaconus solum esset quædam leuis indecentia vel nulla culpa esset si esset ad hoc foemina obstetrix peritior. p. 113. col. 2.
- Baptizare an possit mulier. p. 113. col. 2. & an laicus citra necessitatis articulum baptizans peccat mortaliter, & quid si fiat bona fide ex ignorantia inuincibili. p. 114. col. 1.
- Baptismus si laicus qui non est clericus ministraret sine solennitate an fiat irregularis. p. 114. col. 1.
- Baptismus an liceat in extrema necessitate à simoniaco petere. p. 114. col. 1. & an hermaproditus, & pater suū filiū extra extremam necessitatem possit baptizare citra vllā pœnam aut sine impedimento petendi debitum. p. 114. col. 1. & 2.
- Baptismus conferre an possit nō baptizatus. p. 114. col. 2. & an in extrema necessitate possit quis baptizare seipsum. p. 114. col. 2.
- Baptizare an possint multi ministri simul eūdem. p. 114. col. 2. & p. 115. col. 1. & quid si vterque baptizantiū in singulari proferret formā vel in plurali ibi. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumētum in cōtra. p. 116. col. 1. & 2.
- ¶ *De baptismo quo ad paternos.*
- Baptizatis an necesse sit leuetur ab aliquo ex sacro fonte. p. 116. col. 2.
- Baptizati instruere an teneatur ille qui leuauit eum ex sacro fonte. p. 116. col. 2. & seq.
- Baptizandum an possit non baptizatus de sacro fonte leuare & an monachus id possit facere. p. 117. col. 1.
- Baptizatus post Concilium Tridentinū quot debeat habere paternos, & inter quos iam cognatio hæc spiritualis contrahatur. p. 117. col. 1. & 2.
- Baptizandum infantem tangentes an contrahant cognationem spirituales in casu quo non fuerunt nominati à parentibus infantis. p. 117. col. 1.
- Baptizantes puerum domi ob necessitatē ibi contrahunt cum eo cognationem spirituales sicut etiam ibi eum ad baptismum tenentes. p. 117. col. 1. atque cognatio orta ex cōfirmatione per Conc. Trid. limitatur ad modum cognationis ex baptismo. p. 117. col. 2.
- Baptizatos quid sui patrini docere debeant, & quādo, & quod sit patrini pueri officium proprium propter quod cognationem spirituales contrahit. p. 118. col. 1.
- Baptizandum si non baptizatus baptizet, aut leuet de fonte an contrahat cognationem spirituales cum illo. p. 118. col. 1.
- Baptismo si quis assistat non leuando, sed fingens se patrum, aut si sine intentione contrahendi hanc cognationem puerum suscipiat, vel qui per procuratorem exequitur officium patrini an contrahat hanc cognationem. p. 118. col. 1. & seq.
- ¶ *De baptismo quo ad eum suscipientes.*
- Baptismus suscipere an omnes teneantur. p. 119. col. 1. & an necessitate finis ad hoc omnes teneantur. p. 117. col. 1. & 2. an solum ex præcepto ibi.
- Baptismus an sic sit necessarius quod sine ipso non possit aliquis saluari, & quomodo sit neces-

- necessarius ad salutem, p. 120. col. 1. & 2.
- Baptizati an fuerint apostoli baptismi Christi, & an Ioannes Baptista fuerit baptizatus baptismi Christi, & quid de Virgine Maria. p. 120. col. 2.
- Baptizari si non possit puer carens vsu rationis an per aliquod aliud remedium spirituale possit saltari, & Caietani assertio affirmatiua quali nota sit notanda. p. 121. col. 1. & 2. vbi respondetur ad obiectiones Caietani. ibidē & p. 122. col. 1. & 2. & p. 113. col. 1. & 2.
- Baptizare infantes si omittant hi quibus ea cura incumbit qualiter peccent interpolando, & adulti non baptizati quando tenentur suscipere baptismū. p. 126. col. 1. & 2. & in Indiarum regionibus vbi crebræ fierent conuersiones an expediret illa duo signata ab Ecclesia tempora pro baptismis obseruare. p. 126. col. 2.
- Baptizandi an sint peccatores. p. 126. col. 2. & seq. & an baptizandus sit in articulo mortis catechumenus cōcubinarius vsque ad illud tempus qui priuatus lingua solum ostendit signa contritionis. p. 127. col. 1.
- Baptizari an possit infidelis qui in sua infidelitate incidit in amentiam, & offertur baptizandus à suæ prouinciæ incolis, qui conuertuntur, & baptizatur. p. 127. col. 1. & 2.
- Baptizatis peccatoribus an sint opera satisfactoria imponenda. p. 127. col. 2. & seq.
- Baptizandi accessuri ad baptismum an teneantur prius confiteri. p. 128. col. 1. & 2.
- Baptizando adulto peccatori an satis sit ad sit dispositio attritionis cognitæ tantum. p. 128. col. 2. & seq.
- ¶ *De baptismo quoad intentionem eum recipientium.*
- Baptismus recipiendi intentio an requiratur in baptizando. p. 129. col. 1. & 2. & an requiratur per se an per accidens, ibidem. p. 229. col. 2.
- Baptismus si quis suscipiat coactus an verū suscipiat sacramentum. p. 129. col. 2. & seq. & p. 130. col. 1. & 2. & soluantur argumenta in contra. p. 131. col. 1. & 2.
- Baptizando ad valorem baptismi an sit necessaria fides. p. 132. col. 1.
- Baptizandi an sint pueri. p. 132. col. 2. & seq. & baptizati infantes quomodo dicantur credere. p. 133. col. 1.
- Baptizandi an sint contra suam voluntatem adulti qui incuria suorum parentum Christianorum in ætate infantili non sunt baptizati. p. 133. col. 2. vbi variant Sotus Maior, & Dominicus de Soto, ibidem & p. 134. col. 1. & 2.
- Baptizandi an sint pueri infidelium inuitis parentibus. p. 133. col. 2. & p. 134. col. 1.
- Baptizandi filios infidelium causa an liceat eos à parentum potestate subtrahere, & an isti pueri iam à parentibus subtrahiti possint inuitis parentibus baptizari. p. 135. col. 1. & an pueri filij infidelium qui sunt captiui Christianorum possint inuitis parentibus baptizari etiam si sint agonizantes in extremo. p. 135. col. 2.
- Baptizantes pueros ex consensu parentum infidelium ne morentur sine baptismi, & eos in potestate parentum infidelium relinquētes an sacrilegiū commiserunt sic faciendo in partibus Indiarum. p. 135.
- Baptizare an possit quis pueros infidelium sine cōsensu vtrius parentis, an vero sufficiat cōsensus vnus. p. 135. col. 2. & an liceat eosdē pueros baptizare sine cōsensu tutorū quando carēt parētibus. p. 135. col. 2. & seq. an si ne tali cōsensu validè baptizēt. p. 136. col. 1.
- Baptismus suscipere in qua ætate possint filij infidelium per suum proprium consensum citra consensum parentū. p. 136. col. 1. & 2.
- Baptizandi sunt filij paruuli carētes vsu rationis dū eorum parentes couertuntur, sed non filij eorum adulti sine eorum proprio, & libero consensu. p. 136. col. 2. & an audiendam fidem sint infideles compellēdi. p. 136. col. 2. & seq. & p. 137. col. 1. & 2. & seq.
- Baptizandi an sint pueri in maternis vteris. p. 138. col. 1. & 2. vbi variant à cōmuni opinione Victoria & Caietanus. p. 139. col. 1. & 2.
- Baptizandi an sint furiosi, & amentes. p. 139. col. 1. vel is qui nihil audiuit de baptismi sed incidit in amentiam ibidem col. 2. vel is qui baptizari voluit volēdo permanere in peccato mortali si postea incidit in amentiam, ibidem.
- ¶ *De baptismo quoad eius effectus.*
- Baptismus an tollat omnia peccata. p. 140. col. 1. & 2. & qua ratione baptismus per se omnem culpam, & pœnā remittit. p. 140. col. 2. & p. 141. col. 1.
- Baptismus an auferat pœnalitates præsentis vite. p. 141. col. 1. & an baptismus debilitauerit concupiscentiam, ibi, & an concupiscentia post baptismum habeat rationem peccati, aut reatum culpæ. p. 141. col. 2. vbi respondetur ad argumenta.
- Baptismus an conferat baptizato gratiam, & virtutes, & an sint habitus. p. 142. col. 2. & an etiam in baptismi infundantur virtutes morales. p. 143. col. 1.
- Baptismo an conuenienter tribuantur isti tres effectus, incorporatio ad Christum, &



illuminatio, & fœcundatio, pag. 143. col. 1.  
 Baptizati pueri an in baptismo consequantur gratiam, & virtutes, p. 143. col. 1. & 2.  
 Baptismi effectus an sit ianua regni cœlestis, p. 143. col. 2. & seq.  
 Baptismus an in omnibus æqualem effectum habet, p. 144. col. 1. & an baptizato siue pueri siue adulti vni detur in baptismo maior gratia quam alteri vbi opinio Scoti, & Gabrielis reprobatur, p. 144. col. 2. & p. 145. col. 1. & 2.  
 Baptizati paruulante vsu rationis migrantes ex hac vita an recipiant æqualem gratiam in baptismo, p. 145. col. 2.  
 Baptizati adulti dum dicuntur in baptismo recipere inæqualem gratiam an inæqualitas hæc proueniat virtute sui meriti aut ex parte sacramenti, p. 145. col. 2. & seq.  
 Baptismus recipiens an aliquam accessionem gratiæ sibi possit comparare ex precibus aut deuotione ministri aut circumstantium, p. 146. col. 1. & 2.  
 ¶ *De fictione circa baptismum.*  
 Baptismi effectum an impediatur fictio circa baptismum, p. 146. col. 2. & an defectus intentionis, & cōplacencia peccati impediatur effectum baptismi, ibidem col. 2. & pag. 147. col. 1. & 2.  
 Baptismus an fictione recedente suum consequatur effectum, p. 147. col. 1. & 2. affirmatiua est vniuersalis doctorū sententia, ibidem.  
 Baptismus suscipere in remissionem peccatorum an satis sit peccatori vel exigatur in illo aliqua formalis displicencia peccati, p. 146. col. 2. & seq.  
 Baptizandus an vt fœtus nō accedat ad baptismum requiratur cōtritio vel attritio, p. 147. col. 2. & seq. & q̄ satis sit attritio probatur, p. 148. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta Caietani, & probatur q̄ satis sit attritio cognita, p. 149. col. 2. & est cōmunis; & respondetur ad arg. in cōtra, p. 150. col. 1. & 2.  
 Baptismi fictionē vel peccata ei præcedentia qualis dolor post deleat, an cōtritio, an attritio, p. 150. col. 2. & seq. & an ad peccata cōmissa ante baptismum fictū remittenda post requiratur cōfessio, & cōtritio, p. 151. col. 2. & sortiri effectū post fictionē an cōueniat alijs sacramētis distinctis à baptismo, p. 152. col. 1. & an fictione sublata ille gradus gratiæ detur qui conferendus erat per baptismum non fictum, p. 152. col. 1.  
 ¶ *De bigamia.*  
 Bigamia an sit irregularitas annexa, p. 1174. col. 1. & 2. & an ou bigamo liceat dispensare vide ibi reliqua pertinētia ad materiam bi-

gamia, & vide etiā verbo irregularitas de irregularitate bigamia atque de eius dispensatione.

¶ *De bulla Cruciatæ.*  
 Bulla quid significat, p. 799. col. 1. & nomina Cruciatæ vnde habuit ortum, ibi & an ex teri incolæ aliorum si venientes in Regno Hispaniæ sumant bullas, & statim reuertantur ad sua regna an eis gaudeat, p. 799. col. 2.  
 Bulla cruciatæ cōtinet dispensationes iuris cōmunis vt vesci ouis, eligere confessorē, secūdo cōmutationes votorū, tertio indulgentias, p. 799. col. 2. & bulla Cruciatæ quoad concessa sumētibus eā an solū duret per annum, p. 799. col. 2. & si quis sumit bullā post sex menses à promulgatione an ei bulla durabit per annum, & clerici & religiosi licentiā ad id habentes si se inuenerint in exercitu contra Turcas, & ibi exercuerint sua ministeria quomodo virtute cruciatæ nō incurrun irregularitatē, p. 800. col. 1. & 2. & an beneficiarij qui ex licentia suorū episcopi p̄sunt bello contra Turcas fructus beneficij faciant suos, vel quid cōcedit eis bullā Cruciatæ, ibi col. 2. & seq. & an milites interessentes bello contra Turcas virtute Cruciatæ liberentur ab obligatione ieiunandi, p. 801. col. 1. & quænam indulgentia plenaria concedatur sumentibus bullam, ibi col. 1. & 2.  
 ¶ *De concessione audiendi missam tempore interdicti per bullam.*  
 Bulla Cruciatæ quibus nam concedit audire missam tempore interdicti, aut audire in suo oratorio, & cum quibus personis, & cū quilibet conditionibus, p. 801. col. 2. & quid bulla in hac parte intelligat per familiares, & consanguineos, p. 802. col. 1. & nomine familiarium an intelligantur pedisequæ, ibi col. 1. & 2.  
 ¶ *De concessis tempore interdicti per bullam.*  
 Bulla Cruciatæ quomodo concedit posse celebrare ex licentia cōmissarij generalis per horam antequam illucescat dies, vel per horam post meridiem, p. 802. col. 2. & quænam sacramenta bulla Cruciatæ concedit habentibus prædicta oratoria posse in eis recipere tempore interdicti, p. 802. col. 2. & p. 803. col. 1. & 2. & quid de benedictionibus nuptialibus, ibi col. 1. & quomodo intelligatur ista clausula q̄ suscipientes bullam tempore interdicti possint suscipere eucharistiam in suis oratorijs, vel monasterijs religiosorum præter quam in die paschatis, p. 803. col. 2. & an virtute bullæ Cruciatæ tempore cessationis à diuinis possit quis audire mis-

missam, p. 804. col. 1. & an sacerdotes tam seculares quā regulares violantes cessationem à diuinis irregulares fiant, p. 804. col. 2. & an religiosi eam violantes excommunicationem incurrant, ibi col. 2.

¶ *De concessione sepulture tempore interdicti per bullam.*

Bulla Cruciatæ quando concedit, q̄ corpora suscipientium bulla sepeliri possint in loco sacro cum p̄opa moderata quid intelligatur per pompam moderatam, p. 804. col. 2.

¶ *De concessione esu carnum ex consilio vtriusq̄ medici, & de esu ouorum.*

Bulla quando concedit diebus prohibitis eam suscipientibus ex consilio vtriusque medici posse vesci carnibus quomodo id intelligatur, p. 804. col. 2. & p. 805. col. 1. & 2. & an per bullam priuilegiati circa comestionem ouorum, & lacticianiorū possunt sic ea comedendo implere ieiunium, ibi col. 2. & an ea comedendo habentes bullā satisfaciāt pro ieiunijs. Iubilei: si interim promulgatur, ibi col. 2. & p. 806. col. 1. & an fratres ordinis minorū possint vesci ouis, & lacticianijs virtute bullæ Cruciatæ in diebus prohibitis, p. 806. col. 1. & an vescentes carnibus ob bullam assumptā meritū ieiunij lucrētur vbi repudiatur sententia moderni minoritæ, pag. 806. col. 1. & 2. & an in ieiunijs Ecclesiæ possit Papa dispensare sine causa, p. 807. col. 1. & quina excipiuntur in bulla Cruciatæ ab indulto vescendi ouis, & lacticianijs pro libito, pag. 807. col. 1. & seq. & an per bullā dispētati ad comedēdas carnes in diebus ieiuniorū possint cenare, p. 807. col. 2.

¶ *De aduertentia circa bullam, & de eius declaratione.*

Bullam habere reconditam solum in arca non satis est ad lucrandas indulgentias bullæ, p. 807. col. 2. & p. 808. col. 1. & quæ nā indulgentiæ ultra contributionem duorum argenteorum pro bulla requirant ieiunia aliās non debita, & orationē specialē pro victoria, & vnione principū Christianorū, p. 808. col. 1. & quid si ieiunare non possint, ibi col. 2. & quomodo intelligatur remissio quindecim annorū, & quindecim quadragenarum cōcessa in bulla, p. 808. col. 2. & quid bulla cōcedat per illā clausulā scilicet q̄ eā suscipiētes fiāt participes omnium orationū elemosynarū, peregrinationū, & cetera, p. 808. col. 2. & seq. & quomodo intelligatur applicatio suffragiorum quam faciunt prælati religionum secularibus, p. 809. col. 1.

Bulla Cruciatæ quomodo intelligatur quando concedit q̄ in certis diebus quadragesi-

mæ, vel anni visitando tot altaria, & orando pro victoria, & vnione supra dictis lucrantur omnes indulgentias, & remissiones quæ illis diebus conceduntur visitantibus Ecclesiis quæ sunt Romæ vel extra eius muros, p. 809. vbi redarguit Cordoua, ibi col. 1. & 2.

¶ *De electione confessoris per bullam Cruciatæ, & de questione præcipua.*

Bulla Cruciatæ concedit eā suscipientibus eligere confessorē ex approbatis per ordinariū siue sit secularis vel regularis sacerdos qui eligitur, p. 810. col. 1. & an virtute bullæ Cruciatæ possit eligi in vno episcopatu sacerdos secularis vel regularis tantū approbatus in alio episcopatu in confessorem, p. 810. col. 1. & 2. & p. 811. col. 1. & 2. & pag. 812. col. 1. vbi respondetur ad argumenta, ibi col. 2. & p. 813. col. 1. & an expositus iam semel, & approbatus in aliquo episcopatu possit per episcopū illius loci iterū examinari, & reprobari, p. 813. col. 2. & pag. 814. col. 1. & 2. & quid si talis religiosus non est simpliciter expositus secūdo Clement. dudum. Sed solū ad beneplacitū episcopi, pag. 815. col. 1. & 2. & an religiosus solū approbatus ab episcopo pro audiēdo cōfessiones virorū, virtute Cruciatæ possit eligi à fœminis in cōfessorem, p. 815. col. 2. & p. 816. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta in contra, ibi col. 2. & an Gregorius 13. reuocet indultū, Pij. 5. viua vocis oraculo cōcessum Fratri Aloysio Putateo, p. 816. col. 2. & pag. 817. col. 1.

Bulla Cruciatæ gaudēs an virtute illius possit eligere in confessorem sacerdotem simplicem non approbatum à suo episcopo sed sibi à suo curato in confessorem assignato, p. 817. col. 2. & p. 818. col. 1. & 2.

Bullæ cruciatæ virtute electi religiosi an inuitis prælatis suis possint confessiones secularium audire, p. 818. col. 2. & p. 819. col. 1. & 2. & p. 820. col. 1. & an religiosus per prælatum non præsentatus episcopo an ex sola licentia episcopi validè possit confessiones audire, ibi col. 2. & p. 821. col. 1. & 2. & respondetur ibi ad argumenta in contra & an religiosi qui approbandi sunt prius ab episcopo vt virtute Cruciatæ possint eligi examinādi sunt ab episcopo, p. 821. col. 2. & p. 822. col. 1. vbi respondetur ad argumenta co. 2.

Bullæ Cruciatæ virtute an possint religiosi eā assumptas eligere sibi confessores qui eos à casibus referuatis possint absolueri, pag. 822. col. 2. & p. 823. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta in contra, p. 824.

## Index Secundæ partis

- Bullæ Cruciatæ virtute an possint absolui ex cõmunicati nõ potêtes satisfacere, p. 828. col. 1. & 2. vbi discordat Sotus à Syluestro, & Corduba, & Nauarro, & aliquo modo cõcordantur, & p. 829. col. 1. & 2.
- Bullæ Cruciatæ aut iubilæi virtute absolutus satisfacta parte in foro interiori censeatur absolutus in foro exteriori, p. 829. col. 2. & de declaratione Pij quinti circa hoc, ibi col. 2.
- Bullæ Cruciatæ virtute electus cõfessarius an possit absoluerè ad reincidentiã, p. 830. col. 1. vel ad tempus, & an virtute Cruciatæ electi cõfessores possint absoluerè ignorantes vel dubitantes an sint excommunicati, vel non, & an virtute Cruciatæ absoluti iã satisfacta parte in foro interiori profit illis talis absolutio in foro exteriori, p. 830. col. 2. & cõfessarius cui committitur specialis absolutio alicuius ad cautelã vt absoluat in vtroque foro quid debeat obseruare, p. 831. col. 1. & cõmissarij quibus committitur absoluerè à censura quid obseruare debeant, ibi, col. 2.
- Bullæ Cruciatæ virtute absoluti an teneantur comparere coram suis iudicibus, p. 831. col. 2. vbi non concordat Metina cum Couarruua, p. 832. col. 1. & 2.
- ¶ *De questione difficili circa irregularitatem.*
- Bullæ Cruciatæ virtute an possit cõfessarius electus ab irregularitate contracta propter culpam absoluerè pœnitentem, p. 832. col. 2. & p. 833. col. 1. & 2. vbi dissident inter se Theologi, & Canonistæ, ibi col. 1. & 2.
- Bullæ Cruciatæ commissario an data sit facultas dispensandi super qualibet irregularitate in vtroque foro, p. 834. col. 1. & 2. & seq.
- Bullæ Cruciatæ susceptor an virtute illius possit absolui à censura extra sacramentum cõfessionis, p. 835. col. 1. & inter absoluendum an cõfessor vti debet virgè percussione, vel cum, miserere mei col. 2. & an nouicios carentes bulla possint prælati absoluerè à referuatis, & an mendicantes possint vti suis priuilegijs ad absoluendum carentes bulla, p. 835. col. 2.
- ¶ *De assumptione bullæ ratione confidentiæ eius peccandi.*
- Bullam Cruciatam habentes an possint absolui à cõfessoribus à peccatis commissis cõ confidentia bullæ sumptæ vel assumendæ, p. 835. col. 2. & p. 836. col. 1. & 2. & p. 837.
- Bullæ Cruciatæ virtute an possit absolui ex cõmunicatus nominatim denunciatus si satisfaciatur parti, p. 837. col. 2. & quid si pars prolongat terminum, p. 838. col. 1.
- Bulla Cruciatæ dum concedit quod bullam su-

scipiens possit absolui in articulo mortis à censuris referuatis sedi Apostolicæ quid intelligit per articulum mortis, p. 838. col. 1. & 2. vbi non satis cõuenit inter Canonistas & Theologos, ibi col. 1. & 2.

Bulla Cruciatæ gaudenti in articulo mortis cõstituto qui non elegit cõfessorem quia obmutuit, quis sacerdos possit ei tunc impendere indulgentiam plenariam bullæ, p. 838. col. 2. & seq.

Bullæ Cruciatæ concessione an possit ea gaudens in articulo mortis si non potest cõfiteri nisi per signa generalia tundendo pectus absolui sacramentaliter etiã à censuris referuatis, p. 840. col. 1. & 2. vbi variat doctores moderni & etiam, p. 841. col. 1. & 2. & seq.

¶ *De commutatione votorum ratione bullæ Cruciatæ.*

Bullæ Cruciatæ concessione an possint vota relaxari, & quotuplex est modus relaxandi vota, p. 770. col. 2. & p. 771. col. 1. & dum cõmutantur vota per iubilæum aut bullã amittunt & in minus cõmutari possint, p. 771. col. 1. & an cõfessores virtute Cruciatæ ad miscendo dispensatione possint vota cõmutare in minus, p. 771. col. 1. & an talis cõmutatio debet fieri in expeditione Cruciatæ.

¶ *De commutatione iuramentorum.*

Bullæ Cruciatæ virtute an possint commutari non solũ vota, sed etiã iuramenta, p. 771. col. 2. & p. 844. col. 2. & an is qui ex cõmissione habet dispensare vota possit ea commutare col. 1. ibi, & an delegatus à Papa ad dispensandum in gradibus consanguinitatis possit dispensare in gradibus affinitatis, p. 844. & an virtute Cruciatæ potest cõmutari votum vel iuramentum de donando aliquid priuatæ personæ vel Ecclesiæ, vel monasterio, p. 844. col. 2. & p. 845. col. 1. & an qui habet autoritatẽ ad dispensandũ & cõmutandũ vota habeat autoritatẽ ad dispensandũ vel cõmutandũ iuramenta, p. 845. col. 1. vbi respondetur obiectioni Nauarri, ibi, col. 2.

¶ *De commutatione iuramenti non ludendi.*

Bullæ Cruciatæ cõcessione an potest cõmutari iuramentũ illius qui iurauit Deo se nõ iururũ, p. 846. col. 1. & an qui ex cõmissione potest commutare votũ possit super illud dispensare vel e contra, ibi col. 1.

¶ *De commutatione votorum.*

Bullæ Cruciatæ facultate quæ nam vota non possunt cõmutari, & an virtute illius votũ castitatis tẽporale possit cõmutari, p. 847.

Bullæ Cruciatæ virtute an possit votũ de facerdotali statu assumẽdo cõmutari, p. 847. col. 2. vbi admonetur cõfessores circa practicã com-

## Instructorij Conscientiæ.

commutationum votorũ ibi, col. 2. & seq.

Bullæ Cruciatæ virtute votum religionis pœnale an commutari possit, p. 847. col. 2. & pag. 848. col. 1.

Bullæ Cruciatæ virtute an possit votum religionis strictioris assumendæ commutari in votum laxioris ordinis vt Sancti Ioanni, p. 849. col. 1. & 2.

Bullæ Cruciatæ commissarius quomodo dispensare possit circa legata, pag. 849. col. 2. & de casibus compositionum, de quibus quidam Neotericus meminit cui incumbat iudicare, p. 850. col. 1. & quæ nam priuilegia facultates & gratias suspendendi detur commissario cruciatæ facultas, p. 850. col. 1. & 2. & an per bullam cruciatam suspendantur priuilegia concessa ordinibus in iure communi, ibi, col. 2.

¶ *De compositione.*

Bulla Cruciatæ cum concedit compositionem super incertis quid intelligat per incerta, p. 852. col. 2. & an iustus vel iniustus possessor se possit componere quando restitutio absenti creditori vel domino mitti non potest, pag. 853. col. 1. & an beneficiarius qui pro rata absentis non facit fructus suos se possit componere, ibi, col. 1. & 2. & an habeat locum compositio in distributionibus quotidianis ob absentiam amissis. ibi, col. 2. vel in fructibus quos amittit beneficiarius vel canonicus ob excommunicationem vel suspensionem, p. 853. col. 2. & seq. & p. 854. col. 1. & an non canonicè intitulatus possit se componere super fructibus, & an qui est simoniacus ratione conuentionalis confidentiæ possit se componere cum commissario Bullæ super fructibus, p. 854. col. 1. & 2. & ibi de simonia conuentionali, p. 854. col. 2. & an ignorans pœnam excusetur à pœna.

Bullam Cruciatam qui sumpsit ante Piũ quintum si nunc post annũ transactũ per quẽ durat bulla moderna non suspendatur, nunc possit vesci quis, & læticijs, p. 855. col. 1.

¶ *De catechismo.*

Catechumeni an sint prius instruendi & quibus rudimentis sint imbuendi, p. 157. col. 1. & an infidelis iam agonizans ignarus articulo fidei si tunc petit baptismum sit baptizandus, p. 157. col. 2. & p. 158. col. 1. & an nunc possit quis sine fide explicita Christi iustificari, & saluari in aliquo casu, pag. 158. col. 2.

Catechizare & exorcizare an pertineat ad facerdotes, p. 160. col. 2. & seq. & virtus exorcismorum quænam sit, p. 160. col. 1. & ad

quid deseruiant, & in quo differant à sacramento, & an sit mortale eos omittere, pag. 160. col. 1. & 2.

¶ *De cessatione à diuinis.*

Cessatio à diuinis à quibus, & quomodo sit discernenda, & ponenda, p. 960. col. 2. & seq. & an constitutio, alma mater, & eius forma locum habere possit tempore cessationis, p. 96. col. 2. & p. 961. col. 1. & 2. & an priuilegia religiosorum habeant locum tempore cessationis à diuinis, & an tollitur cessatio in festis proprijs religiosorum mendicantium, p. 961. col. 2. & an concedatur sepultura in his festiuitatibus, & an permissio constitutionis, alma mater, locum habeat in ecclesia specialiter interdicta, p. 962. col. 1.

¶ *Determinatio peritorum vniuersitatis Salmanticensis circa seruanda in cessatione à diuinis.*

Cessatione à diuinis stante quæ sint seruanda circa celebrationem diuinorum officiorũ, & administrationem sacramentorum, & reliqua, p. 962. col. 2. & p. 963. col. 1.

¶ *De caractere aliquorum sacramentorum.*

Character impressus per sacramenta habet rationem signi in quantum per sensibile sacramentum imprimitur, p. 45. col. 1. & an character conferebatur in veteri lege per sacramenta, p. 45. col. 1. & character est res antiqua & quæ habet fundamentũ in sacra Scriptura contra aliquos Doctores, p. 45. col. 2. & p. 46. col. 1. & 2.

¶ *Quid sit character.*

Character an sit spiritualis potestas, p. 49. col. 2. & character reducitur ad secundam speciem qualitatis quia est potentia, & nõ proprie dicitur figura neque est relatio sed est fundamentum relationis, p. 46. col. 2. & p. 47. col. 1. & an character sit idem cum subiecto, vel res distincta ab eo, p. 47. col. 2. & p. 48. col. 2. & an sit indelebilis & quare, p. 48. col. 1. & quare character in ratione causæ est quid imperfectum, & an sit supernaturalis, p. 49. col. 2. & character quia metaphoricè dicitur lumẽ non ponitur in tertia specie qualitatis vbi ponuntur sensibiles qualitates, pag. 49. col. 2.

¶ *De subiecto characteris.*

Character an sit mediate vel immediate in anima, & an sit in intellectu, p. 51. col. 1. & 2. & p. 52. col. 1. & 2. & an character sit in potentia animæ sicut in subiecto, p. 50. col. 2. & seq. & character quare animæ in se indelebiliter, pag. 52. col. 2.

Character sacramentalis an sit character Christi, p. 49. col. 2. & an character sacramentalis distinguit fideles in ordine ad cultũ præ-

Index secundæ partis.

sentis ecclesiæ ibidem.  
 Creatura an vt instrumentum Dei possit concurrere ad creationem. p. 65. col. 1.  
*De Christo.*  
 Christus vt homo an sit causa principalis vel instrumentalis gratiæ. p. 34. col. 1. & 2. & Christi tota vita quatenus ad eius meritum & satisfactionem accipienda est ac si esset vnus actus qui consummatus est per passionem. p. 41. col. 1. & 2. Christus an quemlibet actum suum obtulerit tanquam plenarium meritum, & totalem satisfactionem redemptionis nostræ. p. 41. col. 2. Christus an per passionem magis meruit, an expleuit per eam & exsoluit redemptionis pretiū. p. 41. col. 2. & an Christus per singulas suas actiones meruit nobis infinito modo quantum ad sufficiētiam. p. 41. col. 2. & an Christi merita quanto plura sunt, tantum quoad efficaciam plus gratiæ nobis confertur per sacramenta. p. 41. col. 2. & seq. & an Christi fluxus sanguinis, & aquæ in cruce fuerit meritorius. p. 42. col. 1.  
 Christi meritum an operabatur ad gratiam in sacramentis veteris legis vel extra. pag. 43. col. 2. in quo variarunt Doctores aliqui moderni. pag. 44. col. 1.  
 Christi epitheta, scilicet, quod sit caput noster, redemptor, & rex & sacerdos & Pontifex. p. 50. col. 1. & 2.  
 Christus an potestatem excellentiæ quā habuit in sacramentis potuerit comunicare. pag. 67. col. 2. & quare eam non communicauit, ibidem.  
 Christus an potuerit comunicare ministris vt eorum meritum cooperaretur ad sacramentorum effectus. pag. 67. col. 2. & si Christus hoc communicasset ministris an tunc mansisset nostrum caput primum. p. 67. col. 2. & p. 68. col. 1. & an Christus puro homini potuit comunicare quod nihil recipiendo à Deo, pro debito Deo satisfactionem redderet æqualem. p. 68. col. 1. & 2. & an potuit puro homini comunicare quod supposita gratia satisfaceret pro alijs de cōdigno. p. 68. col. 1. & 2. vbi soluntur argumenta cōtrariorū. p. 70. col. 1. & 2.  
 Christus satisfecit pro nostris peccatis de rigore iustitiæ, & quomodo hoc intelligitur. pag. 68. col. 2. & pag. 69. col. 1.  
 Christus filius Dei an fuit vel est debitor suo æterno Patri. p. 69. col. 1. & 2. & Christi satisfactio & meritum quomodo dicantur infinita. p. 69. col. 2.  
 Christi gratia & ei⁹ charitas habitualis an possint dici infinita & quomodo. p. 69. col. 2.

*De Christi humanitate quoad eius excellentias & effectus vide lit. H. verbo humanitas.*  
*De Circuncisione.*  
 Circuncisio an sit præfiguratiua baptismi. p. 152. col. 1. & 2. & an conuenienter fuerit instituta, ibi. p. 152. col. 2. & seq. & an circuncisio contulerit gratiam. p. 153. col. 1.  
 Circuncisio & tota lex mosaica an durauerit vsque ad passionem Christi. p. 153. col. 1. & 2. & an circuncisio fuerit necessaria Iudæis post sufficientem promulgationē Euāgelij vbi reprobatur fr. Iosephus in suis floribus Theologiæ. p. 153. col. 2. & an infans Iudeorum post passionem Christi ex ignorantia promulgationis baptismi circuncisus saluaretur si tunc moreretur. p. 153. col. 2. & quid si ex tali ignorantia circuncidetur modo, ibi. p. 153. col. 2.  
*De differentia circuncisionis à nostris sacramentis.*  
 Circuncisio & sacramenta vetera an à nostris nouis sacramētis differāt & an q̄ differāt sit de fide. p. 153. col. 2. & an circuncisio differat à nris sacramētis per illas quatuor differentias quas in sua relectione de sacramentis posuit Mag. Cano pag. 154. col. 1. & 2.  
*An Circuncisio dabat gratiam.*  
 Circuncisio an in circuncisione dabatur gratia ratione meriti aut ratione fidei circuncisi, aut applicantis circuncisionem. pag. 154. col. 1. & 2. vbi discordant Sotus & Cano & opinio fr. Ioseph. notatur vt parū tuta, ibi. col. 2. & an in circuncisione conferebatur gratia etiā attritis per fidē ibi applicatam. p. 154. col. 2. vbi dissident inter se Canus & Sotus, ibi, & p. 155. col. 1.  
 Circuncisio an remittebat pœnam debitā pro peccatis. p. 155. col. & 2. & an si paruuli Iudeorum in veteri lege circuncidebantur per ministrum infidelem tunc iustificabāt, p. 155. col. 2. vbi sibi inuicem aduersantur Canus & Sotus, ibi. col. 2. & seq.  
 Circuncisio quando fuit data, & quantū durauit, & in quod remedium fuit instituta. p. 156. col. & circuncisionis loco quod remediū in veteri lege erat institutū pro feminis vel pro paruulis periclitantibus ante octauū diē circuncisionis. p. 159. col. 1. & 2.  
 Circuncisio an proficiebat pro filijs ethnicorū applicata. p. 156. col. 1. & an ante circuncisionem requirebatur signum sensibile pro testatiuum fidei. p. 156. col. 2.  
 Circuncisionē nūc in vsu habētes Christiani in colæ regni del Preste Ioan an excusent a superstitione, vel ab infidelitate. p. 157. col. 1.  
*De Concilio.*  
 Cōciliū errare an possit in rebus fidei. p. 745. col.

Instructorij Conscientiæ.

columna. 1. & 2. & Concilium ante confirmationem an faciat certam fidem, vbi variant Sotus & Canus pagina. 745. columna. 2. & an temerarium sit aliquid excipere ab Scripturarum sacrarum lege. pag. 746. col. 1.  
*De conditionibus, modis, & causis, & demonstrationibus.*  
 Conditio, vel demonstratio, modus aut causa an vitiet matrimonium. p. 1077. col. 2. & quid quando apponuntur contra substantiam matrimonij. ibi. col. 2. & p. 1078. col. 1. vbi explicatur mens D. Thomæ. ibi. pag. 179. col. 2. vbi conciliatur Nauarrus cum Soto.  
 Conditio in quo differat à demonstratione, modo, & causa. p. 1078. col. 1.  
*De conditionibus improprij.*  
 Conditio præteriti aut præsentis temporis quando est contra substantiam matrimonij an matrimonium vitiat. p. 1079. col. 1. vbi exempla ponuntur de multis conditionibus tam de præterito quā de præsentis quā de futuro. ibi. col. 1. & an etiam non solum conditio sed & modus si ponatur cōtra substantiam matrimonij, ipsum vitiet. p. 1079. col. 2. vbi cōcordatur Nauarrus & Couarruias cum Soto. ibi. col. 2. & traditur regula generalis ad cognoscendum quando conditio contra bona matrimonij matrimonium efficit inualidum vel non.  
*De conditionibus vitiantibus vel non.*  
 Conditio hæc si adulterabis consensui matrimonij adiecta an matrimonium vitiet. pag. 1080. col. 1. vbi multa exempla apponuntur conditionum cōtractui matrimonij appositarum. ibi. col. 1. & 2. & an domina nostra virgo Maria contrahens cū Ioseph castitatē deduxit in cōditionē. p. 1080. col. 2.  
*De conditionibus honestis non contrarijs matrimonio.*  
 Conditio honesta qualis est hæc, contraho tecum si patri meo placuerit, vel si pater consenserit & aliæ similes vtrum matrimoniū impediunt. p. 1081. col. 1. & 2. & quid si talis conditio apponatur vt de futuro, & quid si in isto casu pater taceat. p. 1082. col. 1.  
 Conditio ista si pater meus voluerit vel si tanta dos mihi detur, contraho tecum, vel contraham tecum an in aliquo casu possit non suspendere matrimonium aut sponsalia. p. 1082. col. 2. & an quando ista conditio adijcitur verbis de præsentis his, scilicet, contraho tecum an impleta conditione opus sit nouo consensu ad confirmandum matrimonium vbi digladiantur Doctores. p. 1082.

col. 2. & p. 1083. col. 1. & 2. aliquid con- cordatur per distinctionē. ibi. col. 2. & seq. pag. 1084. col. 1.  
 Conditio ista si apponatur, scilicet, contraho tecum si Papa dispenset nobiscum, si in tertio affinitatis sint gradu an subsecuta: dispensatione sine nouo consensu matrimonium, an sponsalia: contrahatur. p. 1084. col. 2. & p. 1085. col. 1. & an sub prædicta conditione contractus initus inter cognatos obtenta dispensatione obtineat vim sponsaliorū. p. 1085. col. 1. & 2. & concordantur aliquo liter Adrianus & Sotus circa hoc dissidentes. p. 1086. col. 1. & 2. vbi ad argumenta in contra respondetur.  
 Conditiones istæ: contraham tecum si virginem te reperero, vel si permiseris vt coeam tecum an nunc post Concilium Tridentinum habendæ sint in contractu matrimonij pro non adiectis. p. 1087. col. 1. & 2. & de alijs conditionibus vel iuxta varium intellectū honestæ, vel inhonestæ esse possunt. p. 1087. col. 1. & 2. & seq.  
*De conditionibus contra bona matrimonij.*  
 Conditiones istæ, scilicet, contraho tecum si adulteraueris, vel cum conditione quod si forniceris possim aliam ducere vel contraho tecum dum aliam inuenero vel si prolem interfeceris, aut mancam reddideris an istæ conditiones sint reiiciendæ. p. 1088. col. 1. & 2. & an si conditio contra bona matrimonij ab vno sit ore prolata altero pure respondente vitiet matrimonium. p. 1088. col. 2. & p. 1089. col. 1. & 2.  
*De conditione impossibili vel necessaria an vitiet matrimonium vide infra litera. C. dictione consensu conditionatus.*  
*De confessione quoad eius quidditatem.*  
 Confessio an bene diffiniatur, & an sit actus virtutis, & actus pœnitentiæ virtutis. pag. 322. col. 2. & p. 323. col. 1.  
*De qualitate confessionis.*  
 Confessio an possit esse informis. p. 325. col. 2. & seq. & an debeat esse integra. p. 326. col. 1. & an possit esse vel fieri per alium, aut per scriptum. ibi. col. 1. & 2. & an conditiones signatæ requirantur ad confessionem. pag. 326. col. 2. & in indice primi tomi instructorij cōscientiæ litera. C. dictione confessio.  
*De confessionis ministro vide etiam hic dictione clanes & 1. tomo dictione confessor in indice.*  
 Confiteri an necessario debeat pœnitens sacerdoti, vel in aliquo casu alij quam sacerdoti pagina. 323. columna prima. & 2.



&c. 2. & an aliquis non sacerdos possit confessionem venialium audire. ibi. col. 2. & seq. & an sit necessarium confiteri proprio sacerdoti. p. 324. col. 1. & an possit aliquis alteri quam proprio sacerdoti confiteri. ibi. col. 2. an in fine vitæ possit pœnitens à quo libet sacerdote absolui. pag. 325. col. 1. & an pœna prætaxetur secundum qualitatem culpæ. ibi. col. 1. & 2.

¶ *De effectu confessionis*

Confessio sacramentalis an liberet à morte peccati. p. 327. col. 1. & an liberet aliquo modo à pœna. ibi. col. 1. & 2. & an confessio spem tribuat salutis. ibi. col. 1. & an confessio sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. ibi. col. 2. reliqua vide in hoc indice litera. C. dictione pœnitentia vbi fit mentio de pœnitentia confessione & in primo tomo instructorij conscientia in suo indice dictione confessio & confessor.

¶ *De sigillo confessionis vide etiã in primo tomo in suo indice dictione sigillum litera. S.*

Confessor an teneatur celare peccata audita in confessione. p. 328. col. 1. & 2. & an sigillum confessionis se extendat ad alia quam que sunt de confessione & an de licentia pœnitentis possit à confessore prodi peccatum auditum in confessione. p. 329. col. 1. & id quod confessor scit per confessionem & etiam alio modo an possit alteri reuelare ibi reliqua ad sigillum pertinentia vide in primo tomo loco allegato.

¶ *De confirmationis sacramento quoad materiam.*

Confirmatio an sit sacramentum. p. 161. col. 1. & 2. & an chrisma sit conueniens materia sacramenti confirmationis, scilicet, constans ex oleo & balsamo materia. ibid. col. 1. & quod oleum requiratur. p. 162. col. 1. & an confirmatio necessario requirat balsamum. p. 177. col. 1. & 2.

Confirmationis materia quæ est chrisma an necessario debeat esse per episcopum consecrata. p. 162. col. 2. & an hæc consecratio sit tantum de præcepto, aut de necessitate sacramenti. p. 163. col. 1. & 2. & an possit à simplici sacerdote consecrari. ibidem.

¶ *De confirmatione quoad formam.*

Confirmationis forma an sit conueniens. pag. 163. col. 2.

Confirmationis forma inuocationem Trinitatis an debeat expresse continere & an in hoc sacramento talis expressio sit de præcepto solum, aut de necessitate sacramenti. p. 164. col. 1. & an in confirmatione chrismatio debet fieri necessario in modum crucis. ibid.

¶ *De confirmatione quoad characterem.*

Confirmatio an imprimat characterem. p. 164. col. 1. & 2. & an sit iteranda, & an eius iteratio inducat irregularitatem. p. 164. col. 2. & an confirmationis characterem necessario præsupponat characterem baptismi. p. 165. col. 1. & an non confirmati cætera sacramenta recipere possint. p. 165. col. 1. & 2. & qualis culpa reliqua sacramenta recipere sine confirmatione ibidem.

¶ *De confirmatione quoad gratiam.*

Confirmationis sacramentum an conferat gratiam gratum facientem. p. 165. col. 2. & an sit de fide quod conferat gratiam. p. 166. col. 1. & an maiorem gratiam conferat quàm reliqua sacramenta excepta Eucharistia. pag. 166. col. 1.

¶ *De dispositione ad confirmationis sacramentum.*

Confirmatio an requirat contritionem in suscipiente. p. 166. col. 1. & 2. & an confirmatio sit omnibus exhibenda. ibi. col. 2. & seq. & an sint confirmandi surdi vel muti vel amentes perpetui. p. 167. col. 1. & 2.

¶ *De confirmatione quoad obligationem.*

Confirmatio an sit in præcepto. p. 167. col. 2. & seq. & an negligentia in sumendo hoc sacramento mortalis culpa sit. p. 168. col. 1.

Confirmatio an sit facienda in fratre & quare. p. 168. col. 2. & an de essentia confirmationis sit quod fiat in fronte ibidem & an confirmandus debeat teneri ab alio. p. 169. col. 1. & an susceptor ad confirmationem sit de essentia confirmationis, & an hic contrahatur spiritualis cognatio inter tenentem ad confirmationem & confirmatum quæ dirimat matrimonium, & inter quos contrahatur ista cognatio, & quid si plures teneant ad confirmationem. p. 169. col. 1. & 2.

¶ *De consensu coacti, vel ex metu habito.*

Consensus aliquis an possit esse coactus. pag. 1062. col. 2. & an aliqua coactio cadat in virum constantem. p. 1063. col. 1. & quid sit metus cadens in virum constantem. ibi. col. 2.

Consensus coactus an tollat matrimonium. p. 1063. col. 2. & quo iure annullat matrimonium an iure naturali, vel positiuo diuino vel humano. p. 1064. col. 1. & 2. vbi variant Doctores. ibi. col. 1. & 2. & soluuntur argumenta Scoti. pag. 1064. col. 2. & pag. 1065. col. 1. & 2.

Consentiens in matrimonium & simul in copulam maritalem metu mortis coactus an valide contrahat si affectu maritali illud cofumet. pag. 1099. col. 2. & 2. & quid si fateatur quod coactus in vtrumque consenserit. ibi. col. 2. & seq. vbi dissident Doctores. ibi. col. 2. & p. 1067. col. 1. vbi aliquo modo concordantur. ibi. col. 1. & 2.

cordantur. ibi. col. 1. & 2.

Consensus in matrimonium præstitus ob metum illatum ab intrinseco, scilicet, causa vitæ dimorbu an vitiet matrimonium. p. 1067. col. 2.

Consensus in matrimonium habitus ob metum illatum ab extrinseco siue talis metus iustus vel iniustus sit an vitiet matrimonium. p. 1067. col. 1. & 2. vbi statuitur regula generalis magis securitati conscientia consulens. p. 1067. col. 2. & p. 1068. col. 1. & 2. & quid si quis comminetur latroni se denunciaturum illum iudici, si non contrahat cum filia sua & quid si iudex immunitatem à morte concedit delinquenti si contrahat cum filia alia non. p. 1068. col. 1. & 2. vbi dissident Doctores, scilicet, Soto & Couarruias & aliquid concordantur. ibi. col. 1. & 2.

Consensus coactus habitus in matrimonium ob metum illatum an vitiet matrimonium in omnibus casibus in quibus sic coactus, & metum passus dedit causam metui tali: & coactio. p. 1068. col. 2. vbi variant graues Doctores & concordantur. p. 1069. col. 1. & quid si obsessus aliquis rex causa libertatis se offerat ad ducendam filiam regis se obsidentis & quid si infirmus ducat uxorem filiam medici nolentis aliam eum curare nisi eam ducatur valide cum ea contrahat & de alijs exemplis. p. 1069. col. 1. & 2. & an laudabilius sit mortem oppetere quam consentire in matrimonium coacte. ibi. col. 2. & quomodo diffiniatur metus cadens in virum constantem & quomodo hæc diffinitio sit intelligenda. ibi. col. 2. pag. 1070. col. 1.

¶ *De grauitate metus annullantis consensum.*

Consensus in matrimonium cum metus cadens in virum constantem annullat vnde grauitas istius metus pefanda est an ex obiecto vel ex subiecto & cæteris circumstantijs. p. 1070. col. 1. & 2. & an excommunicatio vel incarceration, vel bonorum omnium amissio causent metum iustum & cadentem in virum constantem. p. 1070. col. 2. & seq. & de alijs metibus.

¶ *De consensu habito in matrimonium ex metu reuerentiali.*

Consensus præstitus in matrimonium ex solo metu reuerentiali: an impediat matrimonium. p. 1071. col. 1. & 2. vbi variant Doctores & aliquo modo concordantur loquendo tam de foro interiori quam exteriori, & soluuntur argumenta in contra. p. 1072. col. 1.

Consentiens in ordines sacros coactus metu cadenti in virum constantem an voto castitatis maneat obligatus, vel non, vbi Soto mutauit sententiam. p. 1072. col. 1. & 2. &

quis debeat iudicare quis sit metus cadens in virum constantem & quomodo in dubio an talis sit vel non, sit procedendum in foro interiori & exteriori. p. 1072. col. 2. & an protestatio, & qualis probare possit hunc metum, & quid si patiens metum non audeat protestari. ibi. p. 1072. col. 2. Et an nunc post Concilium Tridentinum metus præcedens matrimonium purgetur purgatione spontanea, ibi. col. 2. & seq. & p. 1073. col. 1. & an per copulam spontaneam purgetur ibi. col. 1.

¶ *De consensu tacito.*

Consensus tacitus filij præsentis, & tacentis patre pro eo contrahente coram curato & testibus an sufficiat ad valorem matrimonij. p. 1073. col. 1. & 2.

Consensus coactus ex parte cogentis saltem an faciat matrimonium. p. 1076. col. 1. & seq.

¶ *De consensu conditionato circa matrimonium.*

Consensus conditionatus an faciat matrimonium. p. 1077. col. 2. & an sicut conditio contra substantiam matrimonij vel contra eius bona ipsum vitiat si etiam demonstratio modus & causa contra prædicta. p. 1077. col. 2. & p. 1078. col. 1. & 2. vbi ponuntur exempla demonstrationis, causæ & modi. ibi. col. 1. & 2. vbi explicatur Nauarrus & concordantur Nauarrus & Couarruias cum Soto. p. 1079. col. 2. & seq.

Consensus conditionatus cum conditione contraria bonis matrimonij an vitiat matrimonium & quomodo illud vitare intelligatur. p. 1078. col. 2. & p. 1079. col. 1. & quid de ista conditione, scilicet, contra hoc tecum si habes animum adulterandi vel si sterilis est vel si habes animum sterilitatem procurandi. ibi. col. 1. & de alijs similibus exemplis. ibi. col. 1. & 2.

Consentiens in matrimonium si habet animum & propositum contra bona matrimonij an si illum animum non explicet contrahat validum matrimonium. p. 1080. col. 1. vbi statuuntur duæ regulæ generales ad id discernendum. ibi. col. 1.

Consentiens aliquo in matrimonium sub hac conditione si in perpetua castitate vixerint vel si consummato matrimonio religionem profiteantur an vitietur matrimonium. p. 1080. col. 1. & 2. & quid de ista conditione si feriis sextis non commisceamur. ibi. col. 2.

¶ *De consensu conditionato conditionibus honestis.*

Consentientibus aliquibus in matrimonium sub conditionibus honestis an per has conditiones matrimonium impediat, aut suspendatur.

## Index secundæ Partis

spendatur. p. 1081. col. 1. & quid si Petrus dicat Mariæ coram curato, & testibus: con- traho tecum si patri meo placuerit & an ista conditio possit intelligi de præsentibus & etiam de futuro & quid operetur. p. 1081. col. 1. & 2. & quid si sic cõtraxerint coram curato & testibus & postea placeat patri an per hoc matrimonium tale conualefcere possit. p. 1081. col. 2. & seq.

**Consentientibus** aliquibus in matrimonium sub hac cõditione si pater voluerit post, an patre post nolente hæc sponsalia post contradiccionem patris possint cõfirmari per eiusdem patris nouum consensum. p. 1082. col. 1. & quid si pater in hoc casu tacet, an per hoc cõsentire videatur, & quid sit circa hoc præsumendum, est in dubio, vbi variat Nauarrus, & Syluest. inter se. ibi. col. 1. & 2.

**Consensus iste conditionatus** sub ista cõditione honesta, scilicet, conraho tecum si pater meus voluerit, vel si tanta dos mihi detur an aliquando possit non suspendere matrimonium. p. 1082. col. 2. & quid si contrahatur sub ista cõditione de præterito, scilicet, conraho tecum si pater tuus iam mihi talẽ possessionem in dotem contulit. ibi. col. 2.

**Consensu nouo** an opus sit, si adueniat post cõditionis de futuro impletio sub qua contractum fuerat prius matrimonium, vt si quis puellam dixerat, conraho tecum si dederis mihi talem dotem. p. 1082. col. 2. & p. 1083. col. 1. & 2. vbi disidēt Theologi à Canonistis vbi per distinctionem aliquantulum cõcordantur. ibi. p. 1083. col. 2. & seq. & p. 1084. col. 1. & 2.

**Consentientibus aliquibus cognatis** inter se in matrimonium sub hac cõditione si Papa dispensauerit an obtenta dispensatione opus illis sit nouus consensus vt matrimonium tale firmetur in ratione matrimonij vel sponsalium. p. 1084. col. 2. & seq. & an qui sic con- traxerunt cognati superueniente Papæ dispensatione ratione sponsalium teneantur inter se matrimonium contrahere. p. 1085. col. 1. & 2. vbi variant Doctores & ad aliqualem cõcordiam reducuntur. p. 1085. col. 2. & sequenti & argumenta in cõtra soluuntur. p. 1086. col. 1. & 2.

**De consentiente in matrimonium sub conditione impossibili.**

**Consensus in matrimonium cõditionatus** sub conditione impossibili an vitiet matrimonium vel an talis conditio sit habenda pro non adiecta. p. 1090. col. 1. & 2. & quid si talis conditio ab eam adijciente impossibilis esse noscatur. p. 1091. col. 1. & 2. & quare

conditio impossibilis circa matrimonium habetur pro non adiecta. ibi. col. 2. & seq.

**Consensus in matrimonium** sub conditione impossibili à natura vel à iure vitiet an matrimonium vel potius istæ cõditiones sint habenda pro non adiectis. p. 1092. col. 1. & 2. & quid de ista conditione, scilicet, conraho tecum si pater tuus viuit. ibi. col. 2. vel si pater consenserit qui mortuus iam tunc erat. ibi. col. 2.

**Consensus interior** si deficiat dum adijcitur cõditio impossibilis vel turpis exterius an in vtroque foro matrimonium sic factum sit nullum. p. 1093. col. 1. & 2. & an conditio etiam impossibilis à iure sit habenda pro non adiecta in matrimonio. p. 1093. col. 1. & 2. & an cõditiones quæ habentur pro non adiectis quia impossibiles sunt, sint etiam intelligendę de conditionibus de se possibilibus sed tamen moraliter ratione subiecti & circumstantiarum impossibilibus. p. 1093. col. 2. & p. 1094. col. 1.

**De consensu præstito sub conditione necessaria.**

**Consensus in matrimonium præstitus** sub cõditione necessaria, vt si cras sol oriatur an statim valeat vel an expectandus sit euentus. p. 1094. col. 1. & quid de ista conditione: conraho tecum si te virginem reperero & quid de istis, conraho tecum si non inuēta fueris cæca, aut muta, aut cocles, aut leprosa, & quid de istis, scilicet, conraho cum illa absente si est pulchra vel morigerata. p. 1094. col. 2. & p. 1095. col. 1.

**De consensu circa copulam.**

**Cõsensus matrimonialis** an sit cõsensus in carnalem copulam. p. 1098. col. 2. & quid an sit matrimonium si foemina dicat alicui viro conraho tecum ita vt non cognoscas me. p. 1099. col. 1.

**Consensus alicuius in aliquam ob aliquam causam inhonestam** an efficiat matrimonium. p. 1099. col. 1. & 2. & an satis sit vt matrimonium sit validum velle illud cõtrahentes in ratione matrimonij cõtrahere licet sint alij finistri & inhonesti fines. p. 1099. col. 1. & 2.

**Consuetudo an impedimentum esse possit ad impediendum matrimonium.** pag. 1108. col. 1. & 2.

**Consuetudo an ad sui introductionem requirat scientiam principis.** pag. 1108. col. 2.

**De Clauibus.**

**Claves an in Ecclesia esse debeant.** p. 727. col. 1. & 2. & quid designetur nomine clauium. ibi. col. 2. & an sit bona diffinitio clauium scilicet quod sint discernendi scientia & potentia iudicandi, &c. p. 728. col. 1. & an sint

duæ

## Instructorij Conscientiæ.

duæ clauis tantum scilicet potestatis & scientiæ. ibi. col. 2. & seq.

**Clauium potestas** an sit character sacerdotialis. p. 729. col. 1. & 2. & an potestas clauium sit mera potentia. ibi. col. 2. & an clauis scientiæ sit habitus scientiæ. p. 730. col. 1.

**Clauium potestatem** an Dominus contulerit Apostolis. p. 730. col. 2. & an Apostoli fuerint ordinati à Christo Domino sacerdotes in coena. p. 731. col. 1. & 2. & quando potestas remittendi & retinendi peccata commissa fuit Apostolis. pag. 731. col. 1. & 2. & an reliqui Apostoli acceperint potestatem à Petro in vniuersum orbem. p. 732. col. 1. & an eam receperint à Christo Domino. ibi. col. 1. & qualem differentiam acceperint potestas Petri à potestate aliorum Apostolorum à Christo Domino. p. 732. col. 1. & 2. & vbi data est Apostolis potestas consecrandi. ibi. col. 2. & an Petro in sua persona singulari collata est potestas super vniuersalem ecclesiam Christi. pag. 731. col. 1. & 2.

**Clauium vniuersalem potestatem** super vniuersum orbem an iure diuino assecutus sit Romanus Pontifex, vide super hoc glossas Thomistarum. p. 732. col. 1. & 2. & seq. & an esse fundamentum ecclesiæ competiuit Petro mediante fide. p. 733. col. 1. & an nunc episcopus Romanus post appropriationẽ Sedis Romanæ factam à Petro iure diuino succedat in vniuersali autoritate D. Petri, supra totam Ecclesiam. p. 733. col. 1. & 2. & an omnis alia potestas ecclesiastica etiam episcopalis deriuetur à potestate summi Pontificis. p. 733. col. 2. & p. 734. col. 1. & 2. & an episcopi immediatẽ suam potestatem habent à Christo Domino vel à Papa. pag. 735. col. 1. & 2. & p. 736. col. 1. & 2. & pag. 737. col. 1. & 2. & Papa possit episcopis potestatem restringere, vel tollere aliquem à suo episcopatu sine causa ita quod factum teneat pag. 737. col. 2. & an sacerdos simplex in articulo mortis iure positiuo, vel diuino habeat potestatem absoluedi. ibi. col. 2. & seq.

**De clauibus & de potestatis iurisdictionis subiecto.**

**Claves an in solis euangelicis sacerdotibus existant.** p. 738. col. 1. & 2. & seq. & potestas iurisdictionis collata ecclesiæ an in toto corpore eius immediatẽ resideat. p. 739. col. 1. & 2. & an potestas iurisdictionis quæ sine caractere sacerdotali potest reperiri possit omnibus Christianis conuenire. p. 739. col. 2. & p. 740. col. 1. an possit mulieri conuenire. ibi. col. 1. & 2. & an abbatissæ & prio-

rissæ possint subditis monialibus imponere præcepta obligantia ad mortale. ibi. col. 2. & p. 741. col. 1. & an abbatissæ possint conferre ecclesias & beneficia sibi subiecta. ibi. col. 1. & an abbatissæ & priorissæ ex cõmissione possint imponere præcepta spiritualia obligantia ad mortale. p. 741. col. 2. & an possint excommunicare, vel ab excommunicatione absoluedere, vel suspendere ab officio, vel beneficio, vel ordine sibi clericos aliquo modo subiectos. ibi. col. 1. & 2. & an Conciliũ recipiat autoritatẽ à Papa. p. 742. col. 1. & Papa an sit supra Conciliũ. ibi. col. 1. & 2. & an Papa vel ecclesiæ possit nouum articulum fidei cõdere. ibi. col. 2. & seq. & an Papa possit subdelegare in aliũ potestatem infallibilitatis quã habet ad diffiniendos causas pertinentes ad fidẽ vel mores. p. 743. col. 1. & an Papa vt persona priuata possit errare in fide. ibi. col. 1. & 2. & quando Papa & Conciliũ censentur diffinire vt de fide sua decreta, & per quæ signa hoc anno tescat. p. 743. col. 2. & seq. & in quibus particulari- bus casibus Papa errare non potest. p. 744. col. 1. & 2. & quid de ferendis legibus alicui ecclesiæ & de canonizatione Sanctorum. ibi. col. 1. & 2. & de modis conuenientibus statui religiosorum. ibi. col. 2. & seq.

**De vsu clauium & de religiosis expositis.**

**Clauis an vti possit quilibet sacerdos** in quolibet. p. 746. col. 1. & an iam post concilium Tridentinum sacerdos non approbatus per episcopum possit ex cõmissione parochi cõfessiones audire illius parochianorum. p. 746. col. 2. & p. 747. col. 1. & 2. & an episcopus religiosos semel examinatos & approbatos à se possit iterum examinare & approbare. ibi. col. 2. & p. 748. col. 1. & an religiosi expositi in aliquo episcopatu possint extra ipsum audire confessiones subditorum illius episcopatus. ibi. p. 748. col. 1. & 2. & p. 749. col. 1. & an dicti religiosi possint audire cõfessiones subditorum aliarum dioecesium dum tales poenitentes viatores se inueniunt in dioecesi vbi sunt. expositi. ibi. col. 2.

**De questione celebri circa religiosos expositos, & de casibus reseruatõis episcopis.**

**Clauium vsum an habeant religiosi expositi secundum formam Clementinæ** dudum de sepult. ad absoluedum à casibus episcopalibus. pag. 749. col. 1. & 2. Vbi Nauarrus mutauit sententiam & quot sint & quales casus ordinariẽ reseruati episcopis. & an ex priuilegio religiosi expositi possint ab eis absoluedere. pagina. 750. columna. 1. & 2. & an tale priuilegium sit reuocatum per bullam

bullam Cruciatam vel aliter. ibi col. 2. Et an religiosi expositi vel parochi possint absolueri ab aliquibus excommunicationibus & casibus reservatis. pag. 750. col. 2. & pag. 751. col. 1. & an subditi alterius Episcopatus accedentes cum casibus reservatis ad aliū Episcopatum ibi ab illis possint absolui ab episcopo vel ex eius licentia. pag. 751. col. 2. vbi variant doctores moderni ibi colum. 2. & pag. 752. col. 1. & 2. & an qui excommunicatus est in propria diocesi à suo iudice possit facta satisfactione in alio episcopatu absolui ab episcopo illius episcopatus vel ab eius vicario. pag. 752. col. 2.

¶ De licentia collata ab episcopis à se approbata & expositis.

Clavis vsus qualis & quantus concedatur ab episcopis circa confessiones audiendas eis quos ad id muneris approbant & exponunt pag. 752. col. 2. & pag. 753. col. 1. & qualiter intelligitur licentia absoluendum concessa à prælatis religiosorum in præcipuis solemnitatibus, & quid casuum reservatorum nomine intelligatur. pag. 753. col. 1. & 2. & an si ex privilegio speciali semel aliquis est absolutus in confessione à casibus reservatis Papæ si ibi oblitus fuit confiteri vnum possit ab illo iam absolui ab alio confessore. pag. 753. col. 2. & seq.

¶ An clauis in foro interiori vti sacerdos possit in absentem.

Clauis an vti possit sacerdos in poenitentem absentem. p. 754. col. 1. & 2. & an poenitens in presentia sacerdotis scripto confiteri possit, & quomodo ibi col. 2. & seq.

¶ De vsu clauium in Confessione.

Clauibus quomodo confessarius vti debeat vt nullum committat abusum. p. 755. col. 1. & 2. & an admonendus sit poenitens à confessore cum laborat ignorantia alicuius culpæ ibi col. 2. & an causa correctionis liceat peccatum alterius aperire in confessione. pag. 756. col. 1.

¶ De effectu Clauium.

Clauis an remittant culpam & poenā. p. 756. col. 1. & 2. & qualis sit sensus istius formæ sacramentalis, scilicet, ego te absoluo cum aliquis accedit iam cõtritus vel cum neque attritus ad absolutionem accedit. pag. 757. col. 1. & an sacramentum poenitentiae attrito conferat primam gratiam. p. 757. col. 1. & 2. & pag. 758. col. 1. & an semper post absolutionem sacramentalem restet aliqua pars poenæ soluendæ. ibi col. 2.

Clauium virtute an possit confessor poenitentem ad poenam ligare. pag. 758. col. 2. & an

sub reatu mortali confessor possit obligare poenitentem ad acceptandam & implendam poenitentiam. ibi col. 2. & p. 759. col. 1. & 2. & respondetur ad argumenta in cõtra Scoti. pag. 760. col. 1. & an sacerdos proprio arbitrio ligare & soluere possit. p. 761. col. 1. & qualiter confessor se debeat accommodare poenitenti circa poenitentiam ei imponendam. p. 761. col. 2. & p. 762. col. 1. & an confessor possit ligare ad poenitentiam quæ poenam purgatorij excedat. ibi. pag. 762. col. 2. & an secundus confessor possit mutare poenitentiam impositam à priore confessore. ibi col. 2. & p. 763. col. 1. & 2. & poenitentia ieiuniorum imposita à confessario an possit impleri ieiunando ieiunia aliàs debita, id est, ieiunia quatuor temporum. p. 763. col. 2. & seq. & circa poenitentiam imponendam quæ nam sint obseruanda, & an possit imponi pro poenitentia quod poenitens in aliquibus festis anni confiteatur. pag. 764. col. 1. & 2. & an poenitenti iniungi possit in poenitentiam vt recitet aliquid pro animabus purgatorij ibi. col. 2. & seq. & respõdetur ad argumenta p. 765. col. 7.

Clauium potestas an relaxet aliquid de poena satisfactoria. p. 765. col. 7.

Clauium potestas an relaxet aliquid de poena satisfactoria. p. 765. col. 2. & seq.

D

¶ De petitione debiti inter coniuges.

Debitum reddere an teneantur sibi coniuges adinuicem pag. 1172. col. 2. & seq.

¶ De dispensatione petenda circa defectus matrimonij.

Dispensatio si petatur legitimationis filij an qualitas filij illegitimi exprimenda est in petitione oblata principi. pag. 1186. col. 1. & 2. & an in ieiunijs ecclesiæ possit Papa dispensare. ibid.

Dispensare quis nam potest super matrimonio incestuoso, aut in gradibus prohibitis contracto. p. 1187. col. 2. & an in casu scandalij possit in his dispensare episcopus vbi variant doctores moderni. ibi. colum. 2. vbi nunc post Concilium Triden. respondetur iuxta decretum eius. ibi. col. 2. & pag. 1188. col. 1. & an commissarius possit super hoc dispensare & in quo casu. p. 1188. col. 1. & 2.

Dispensare an possit episcopus super petitionem debiti ab vxore cum eo qui se miscuit cum consanguinea vxoris vbi variat doctores moderni & aliquo modo concordatur. pag. 1188. col. 2.

Dispensare an possit episcopus cum his qui contraxere sponsalia contra iustitiam publicam

blicæ honestatis. pag. 1188. col. 2. vbi traditur Regula bona Nauarri circa impetrationem dispensationis. ibi colum. 2.

Dispensatio illa an valida sit pro qua facilius obtinenda prius concubuit quis cum affine vel consanguinea. pag. 1189. col. 1. & de tribus causis iustis dispensandi in 4. gradu affinitatis. ibi col. 1. & 2.

Dispensationis locum an habeat dissimulatio Papæ si dicat quod dissimulat. p. 1189. co. 2.

¶ De diuortio, & de eius causis.

Diuortium an possit facere coniux à coniuge ingrediendo religionem, pag. 1166. col. 1. & vtrum propter fornicationem liceat dimittere vxorem, & an vir vxorem adulterantem teneatur dimittere. ibi col. 1. & 2. & an in causa diuortij vir, & vxor iudicentur ad paria. ibi colum. 2. & an post diuortium liceat alteram ducere. ibi col. 2. & an post diuortium possint coniuges reconciliari. pag. 1167. col. 1. & an dirimatur matrimonium vi consummatum per professionem religionis. ibi colum. 1. & an sponsa de presenti ante copulam ingrediens religionem an adquirit dimidiam partem donationis sponsalitiæ. p. 1167. col. 1.

¶ De casibus in quibus fit diuortium quo ad habitationem.

Diuortij iusta causa an sit sequitiam viri contra vxorem. pag. 1167. colum. 2. & si vxor ob id diuertat à marito, & committat adulterium, an amittat dotem. ibi col. 2. & an furor & hæresis, & sodomia, & adulterium sint causa diuortij, & an mulier quam propria auctoritate maritus expulit à se sit etiam inuito statim restituenda. pag. 1168. col. 1. & 2. vbi dissident moderni doctores, & concordantur per autorem. pag. 1168. col. 1. & 2. & pag. 1169. col. 1. & an si vxor adultera ta est quia vir ei non prouidit de alimentis an quia vir ei debitum reddere noluit dimitti possit à marito. pagina 1169. colum. 1. & 2. vbi dissident doctores, & aliquantuliter concordantur, & an mulierem adulteram liceat dimittere etiam quo ad vinculum matrimonij. pagina 1169. colum. 1. & 2. & an vxor adultera ex præcepto sit à suo viro dimittenda, ibi colum. 2. & an mulier teneatur diuertere à viro quando vult cognoscere eam contra naturam vel per trahere ad peccatum.

Diuertens à vxore fragili consentiente, & professus iam religionem, & ad eam reuocatus an ea mortua teneatur ad monasterium reuerti. pagina 1169. colum. 2. &

pagina 1170. colum. 1. & quid si vxor in hoc casu contradixit, vel dissimulauit vel tacuit vel per dolum vel timorem iustum consensit. ibi colum. 1. & quid si in his casibus vxor virum suum à religione in vita sua non reuocauit. ibi pagina 1170. colum. 1.

Diuortio iam semel facto an vir, & vxor possint iterum reconciliari. pagina 1170. colum. 1. & an si post sententiam diuortij ob adulterium vxoris, vir fuerit fornicatus teneatur ante condemnationem redire ad vxorem adulteram vbi discordant doctores. ibi colum. 1. & an post diuortium vxor dimissa possit profiteri votum religionis. ibi colum. 2. & coniuges si ambo sint adulterati an si vnus accuset alium an sint separandi. pagina 1170. colum. 2. & an vir possit subterfugere habitationem cum vxore in casu quo sibi dos promissa non soluitur. ibi colum. 2. an vxor quæ tempore quo nupsit pacta est cum marito de habitando simul in aliquo certo loco teneatur sequi virum ad alium locum migrantem. pagina 1170. colum. 2. & p. 1171. col. 1.

E

¶ De eleemosyna.

Eleemosynam an possit extreme indigens clam accipere de alieno. pag. 679. colum. 1.

Eleemosyna an sit charitatis actus. pag. 361. col. 2. & seq. & an conuenienter eleemosynarum septem genera distinguantur. p. 362. col. 1. & 2. & an eleemosyna correctionis impendenda sit ab his qui tenentur ex officio populo laboranti ignorantia vincibili vel inuincibili. pa. 363. col. 1. & ad quid teneantur prælati, & curati & sui vicarij circa suos subditos aut poenitentes. ibi col. 1. & de quibus sint admonendi proximi vel nõ, ibi col. 1. & 2. & an eleemosynæ corporales sint potiores quam spirituales. ibi colum. 2. & seq.

¶ De effectu eleemosynæ, & de obligatione eius.

An eleemosynæ corporales habeant effectum spirituales, & quomodo eleemosyna remittit peccatum & an sine poenitentia. pagina 364. colum. 2. & sequent. & an eleemosyna sit certum motiuum ad hoc quod Deus remittat peccata. pagina 365. col. 1. & 2. & quomodo intelligatur quod eleemosyna ab omni peccato liberat. ibi col. 1. & 2. & an eleemosyna dare sit in præcepto. pag. 366. colum. 1. & an teneatur homo

B

dare



dare eleemosynam de superfluo extra extremam necessitatem, pag. 366. colum. 2. & seq. & pag. 367. col. 1. & 2. & an liceat omittere eleemosynas dare de superfluo gratia ascendendi ad altiore[m] statum maxime quando sunt graues necessitates in populo, ibi col. 1. & 2. & casu quo quis ex precepto tenetur dare eleemosynam an satis sit si mutare velit, pag. 367. col. 2. & seq. & pag. 368. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta Adriani.

¶ De precepto eleemosynæ.

Eleemosynam an teneatur aliquis dare de necessario, pag. 669. colum. 1. & 2. & quale sit istud necessarium vel quantum, ibi col. 1. & 2. & an in extrema necessitate teneatur homo facere eleemosynam de pertinentibus ad statum, pag. 669. col. 2. & an de pertinentibus ad statum teneatur quis subuenire alias incurfuro in amentiam, vel in infirmitatem, vel puellæ aliâs amissuræ virginitatem, vel patienti necessitatem extremam ab extrinseco, idest ex malitia tyranni, pag. 670. col. 2. & an extra extremam necessitatem tenetur aliquis de pertinentibus ad statum dare eleemosynam, pag. 671. col. 1. vbi exemplificatur in necessitate amittendi statum, ibi col. 1. & 2. & pag. 672. vbi statuitur regula pro cognoscendo superfluum ad naturam, & superfluum ad statum, & an patri aut fratri non subuenire de necessarijs ad statum sit mortale, pag. 673. col. 1. & 2. & quinam diuites sunt in periculo damnationis ob omissionem dandi eleemosynam, ibi col. 1. & 2. & vtrum eleemosyna possit fieri de illicite acquisitis, pag. 673. columna 2. & seq.

¶ De his qui possunt vel non possunt eleemosynam facere.

Eleemosynam an possint facere constituti in potestate alterius, pag. 679. col. 2. & an vxor, & an religiosi, pag. 680. col. 1. & 2. & an filij, ibi col. 2. & pag. 681. col. 1. & an propinquis sit magis eleemosyna danda, ibi col. 1. & an sit danda eleemosyna peccatori, ibi col. 2. & an inimico meo parenti me occidere teneat subuenire in extrema necessitate famis, pag. 682. col. 1. & an eleemosyna danda ex testamento puellis propinquis testatori an possit dari minus propinquis, ibi columna 1. & 2. & an patroni iussi dare certam summam pecuniæ aut puellis pauperioribus orbatis parentibus, si non dent pauperibus teneantur restituere, ibi columna 2. & pagina 683. col. 1. & an eleemosyna sit abundanter facienda largiendo vni potius quam

in plures minutatim dispartiendo, ibi col. 1. & 2. & seq. & an cōsultius sit dare in eleemosynas dotes sufficientes pro paucioribus puellis quam dispartiendo dare in sufficienter pro pluribus, pag. 684. col. 1.

¶ De restitutione eleemosynæ per fictionem comparatæ.

Eleemosynam extorquens simulata paupertate, vel sanctitate teneatur eam restituere, pag. 684. colum. 1. & 2. & an accipiens eleemosynam ab usurpatore alieni teneatur restituere, ibi col. 2. & usurpator alieni si alienum contulit in eleemosynam extremè indigenti an illud teneatur restituere, pag. 684. col. 2. & seq. & an culpa mortalis sit in extrema necessitate magis subuenire matri quam patri, aut filijs quam parentibus, & an grauius indigentes furantes ab habentibus superflua ad statum teneantur restituere, pag. 685. col. 1. & 2.

¶ De potentibus dare eleemosynam vel non.

Eleemosynam an possint dare curatores, tutores pupillorum, senatores, filij familias, peregrinantes, pag. 686. col. 1. & an hoc possint procuratores populorum, pag. 686. col. 1. & 2. & p. 687. colum. 1. & 2. & ancillæ libere conditionis possint dare eleemosynam, & quatum, & quando, & de quibus, pag. 687. col. 1. & an grauib[us] ingruentibus necessitatibus pauperum consultum sit fundare capellanas, ibi col. 2. & an cōsultius sit relinquere eleemosynam pro pauperibus quam legare ingentem numerum miserarum, ibi col. 2. an possint cogi diuites ad dandam eleemosynam, ibi columna 2. & an pauperes possint cogi ad non mendicandum quia prouidetur eis in hospitali generali, pag. 688. colum. 1. & 2. & de alijs col. 2. & seq. eleemosyna an possit dari de adquisito per meretricium aut Simoniam vel per ludum, pag. 674. col. 1. & 2.

Eucharistia an sit sacramentum, pag. 171. col. 1. & 2. & quid in eucharistia est tantum sacramentum, & quid sit hic res, & sacramentum simul, pag. 172. col. 1. & pro quo supponit sacramentum eucharistiæ, ibi col. 1.

Eucharistia an sit vnum sacramentum, vel plura, pag. 172. col. 1. & 2. & an quod sit vnum perfectiue sit de fide, ibi.

Eucharistia an sit de necessitate salutis, pag. 173. col. 1. & an hoc sacramentum sit necessarium de necessitate finis aut precepti, pag. 173. col. 1. & 2. & an requiratur sumatur in re & an sit sacramentum vnionis, ibi.

Eucharistiæ sacramentum quibus, & quot nomini bus nominetur, pag. 174. col. 1. & 2. & an agn<sup>o</sup> Pascha-

Paschalis fuerit figura huius sacramenti, ibi colum. 2.

¶ De sacramento Eucharistiæ quo ad eius materiam.

Eucharistiæ sacramenti materia an sit panis, & vinum, pag. 175. col. 1. & an consecrare in vtraque specie panis, & vini sit preceptum super quo Papa possit dispensare, pag. 175. colum. 1. & 2.

¶ De quantitate materiae consecrandæ.

Eucharistiæ sacramentum vt conficiatur an requiratur determinata quantitas panis ac vini, pag. 175. col. 2. & quænam præsentia materiæ, & quanta ad cōsecrationem requiratur, & an hæc materia consecranda necessario debet esse visibilis, aut sensibilis, ibi col. 2. & seq. & an cæcus possit consecrare, pag. 176. col. 1. & an materia distans ad 50. passus vel ad 100. passus possit consecrari, ibi pag. 179. col. 1. & 2. & consecrari an possit panis sub corporali occultus, & vinum coopertum in calice, pag. 176. col. 2. & quid si quis sacerdos consecraret vnum dolium, aut plura vini, vel omnes panes qui sunt in ciuitate, aut in foro, pag. 176. col. 1. & 2. & quid si sacerdos intenderet consecrare omnes partes proportionales impares hostiæ intercalando pares, ibi col. 2. & an requiratur certa demonstratio partium, ibi col. 2. & seq. & quid si intenderet consecrare numerum denarium hostiarum, vel decimam ex illo denario, ibi col. 2. & hostiæ repositæ in pyxide non oblata ex obliuione an manerunt consecrata, pag. 177. col. 1.

¶ De sacramento eucharistiæ materia.

Eucharistiæ Sacramenti materia an sit panis triticeus, & an sit eius necessaria materia, pag. 177. col. 2. & an ex frumento, idest, ex grano ex spica nato conficiatur eucharistia ibi, col. 2. an ex hordeo, vel ex pastis commassatis ex fructibus commolitis, pag. 178. col. 1. & an in siligine, vel in blata, idest, centeno, vel in farre, vel in spelta, ibi col. 2. & sequent. & an panis triticeus mixtus cum alia materia sit apta materia eucharistiæ conficiendæ, & an amyllum vulgo almidon & an laganæ pultes, & frixuræ, pag. 179. col. 1. & 2. & an massa panis incocta, ibi vbi subnotat regula fallax Caietan. circa hoc, ibi columna 2. an possit confici in grano Maicio Indiarum, pagina 178. columna 2. & sequent.

Eucharistiæ sacramentum an cōfici debeat ex pane azymo, pag. 179. col. 2. & seq. & pag. 180. colum. 1. an ex pane triticeo confectio cum aqua rosacea, pag. 182. col. 1.

Eucharistiæ sacramenti materia an sit vinum vitis, pag. 180. col. 2. & an possit in aceto vel in vino acinatio ex acinis iam compressis, & an in vino quod dicitur tercer reuino vel in vino mixto aqua à principio ad temperandum multum furorè, & an in vino ex melle, & aromatibus confectio, & an in vino cōgelato, vel in vino rubeo quod putabatur album fiat consecratio, pag. 180. col. 2. & seq. & pag. 181. col. 1. & 2.

Eucharistiæ materiam esse solum vinum vitis an sit fidei assertio, pag. 181. col. 1. & an vino consecrando sit aqua permiscenda, & quare, & an ista mixtio sit de necessitate sacramenti, ibi col. 2. & an hæc mixtio aquæ ortum duxerit à Christo, & ab Apostolis vino consecrando parum aquæ est miscendum ex solo precepto quæ si modica est quantitas aquæ mixtæ an te consecrationem conuertitur in vinum, pag. 181. columna 2. & seq. vnde satis est miscere in calice vnam aquæ guttam dum non sit tam exilis vt potius sit ros quam aqua, pag. 182. col. 1. & an in aliquo calice fine mixtionis aquæ celebrari possit, & an aqua sit miscenda vino in maiori, vel in æquali quantitate, pag. 182. columna 2.

¶ De eucharistia quo ad continentiam corporis Christi, & de conuersione panis, & vini.

Eucharistiæ sacramentum an cōtineat corpus Christi secundum veritatem, pag. 182. col. 2. & seq. an quod Christus Dominus sit realiter in hoc sacramento sit articulus fidei vt res contenta in Euangelio, pag. 183. col. 2.

Eucharistiæ sacramenti mirabilia magna narrantur, & quomodo corpus Christi non est ibi diffinitiuè aut circumscriptiuè sed sacramentaliter, & realiter, pag. 183. col. 2. & quomodo species non inhærent corpori Christi, ibi.

Eucharistiæ sacramentum an solum contineat corpus Christi per solum respectus præsentiam, pagina 184. & an corpus Christi vel aliud corpus possit virtute diuina esse in duobus locis diuersis, ibi columna 1. & 2. vbi distinguitur de accidentibus absolutis vel respectiuis, ibi columna 2. & sequent.

Eucharistiæ sacramentum an contineat substantiam panis, & vini post consecrationem, pag. 185. col. 1. & 2. & quod in hoc sacramento post consecrationem non maneat substantia panis, & vini an sit determinatio Ecclesiæ, ibi col. 2. & est hic corpus Christi per solam transubstantiationem panis in ipsum, & an fuit Deo alius modus possibilis ponendi hic suum

corpus, p. 186. col. 1. & 2. & an forma hæc hoc est corpus meum esset falsa si illic post consecrationem maneret substantia panis, p. 186. col. 2. & an substantia panis, & vini annihilaretur per consecrationem, pag. 187. col. 1. & 2.

Eucharistiæ sacramentum conficitur per trās substantiationem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi quæ est mutatio totius substantiæ in totam aliam substantiam non manente materia neque forma, p. 188. col. 1. & an dicendum est quod id quod erat panis postmodum est corpus Christi, pag. 188. col. 1. & 2. & an Deus possit rem corporalem in rem mere spiritualemente conuertere, p. 188. col. 2. vel conuertere substantiam panis in naturam angelicam vel in naturam suam diuinam, pagina 189. col. 1. & pag. 188. col. 2.

Eucharistiæ sacramentum an contineat accidentia panis, & vini, p. 189. col. 1. & 2. & an post consecrationem maneat eadem notitia sensitiuæ vel intuitiua, vel iudicatiuæ qua iudicatur in eucharistia adesse panem, pag. 189. col. 2. & an facta consecratione maneat in hoc sacramento forma substantialis panis, p. 190. col. 1. & an sit de fide quod nõ maneat hic in eucharistia forma aut materia panis, p. 190. col. 1. & 2. & an panis differat specie à pasta, ibi col. 2. & an ista conuersio fiat in instanti, & an sit vna tantum, pag. 190. col. 2. & seq. & an detur primum instans in quo incipit esse corpus Christi, & vltimum instans in quo desinit esse panis, pag. 192. col. 1. & an hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi, p. 191. col. 1. & ista conuersio quomodo conueniat vel differat cum creatione vel cum naturali transmutatione, p. 191. col. 1. & 2. & pag. 192. col. 1. an possit dici, panis fit corpus Christi, vel ex pane fit corpus Christi, pag. 192. col. 1. & an hæc sit vera, corpus Christi est id quod fuit panis, vel id quod fuit panis est corpus Christi, pag. 192. col. 1. & 2. vbi defenditur Caietanus aqualiter ab impetitione Soti, p. 192. col. 1. & 2.

¶ De modo quo Christus est in sacramento Eucharistiæ.

Eucharistiæ sacramentum quomodo contineat Christum, & an totus Christus ibi contineatur, pag. 193. col. 1. & 2. & an hoc sit de fide, ibi & quomodo accipiatur corpus cum dicitur esse sub speciebus panis ex vi sacramenti, p. 193. col. 2. & p. 94. col. 1. & si in triduo mortis fieret consecratio an maneret ibi forma cadaueris, ibi. col. 1. & 2.

Eucharistiæ sacramentum an sub vtraque specie contineat totum Christum, p. 194. col. 2. & an si in triduo mortis fieret consecratio sub specie panis fuisset corpus sine sanguine, p. 195. col. 1. & an anima Christi informabat suum sanguinem, ibi col. 1. & an totus Christus contineatur sub qualibet parte specierum panis, & vini, ibi col. 1. & 2. & affirmatiua sit de fide, pag. 195. col. 2. & an diuisa hostia sub qualibet parte totus Christus maneat, & an ante diuisionem totus sub qualibet parte manet, pagina 195. col. 2. & pag. 196. col. 1.

Eucharistiæ sacramentum an contineat corpus Christi cum tota sua quantitate dimensiuam, p. 196. col. 1. & 2. & an hoc sit assertio euangelica aut Ecclesiæ, pag. 196. col. 2. & seq. & quomodo quantitas dimensiuam corporis Christi, ibi possit esse, & sit, pag. 197. col. 1. & 2. & an corpus Christi in hoc sacramento habeat confusas partes in ordine ad se, vel in ordine ad species, 197. col. 2.

Eucharistiæ sacramentum an contineat corpus Christi localiter id est sicut contentum in loco, pag. 197. col. 2. & seq. & quid sit esse diffinitiuè, vel circumscriptiuè in loco, & an sic sit Christus in hoc sacramento, pag. 198. col. 1. & 2. & an Christus in eucharistia sit per solam presentiam, pag. 198. col. 2. & seq. & an de homine existenti in duobus diuersis locis duo contradictoria possent verificari, p. 199. col. 1.

¶ Quomodo corpus Christi se habet in hoc sacramento.

Eucharistiæ sacramentum an contineat Christum immobiliter, ita quod Christus nõ est in eo sacramento immobiliter, p. 199. col. 2. & an negare quod hic Christus non moueatur localiter per accidens ad motum specierum (vt negat Scotus) sit consonum Euangelio, pagina 200. columna 1. & an corpus Christi in hoc sacramento possit per accidens alterari, vel augeri, pagina 200. col. 2. & seq. & an Christus in hoc sacramento habeat accidentia omnia absoluta, vel respectiua quæ habet in cælo, & sensationes quas habet in cælo, p. 201. col. 1. & 2. & an quatenus in sacramento est possit audiri, videri sensu corporali, aut videatur ab angelis, vel à demoniis, & an oculus corporalis Christi se videat in hoc sacramento, p. 201. col. 2. & seq. & an supernaturaliter Christus hic oculo corporali possit videri, p. 202. col. 1. & 2.

Eucharistia an contineat corpus Christi verè quando in ea apparet caro, vel puer, pagina 202. col. 2. & seq. & p. 203. column. 1. & an immu-

immutatio possit fieri in oculo sine mutatione obiecti, & quotupliciter hoc contingat, pag. 203. col. 1. & 2. & quando in huiusmodi apparitionibus si quæ apparent in sacramento mutetur taliter species quod ibi desinat esse Christus, p. 203. col. 2.

¶ De accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

Eucharistiæ sacramentum an retineat panis, & vini accidentia remanentia, p. 204. col. 1. & an sit catholica assertio quod accidentia remaneant in hoc sacramento, ibi col. 2. & an esse sit de intrinseca ratione substantiæ vel accidentis, ibi. & an quantitas dimensiuam panis in hoc sacramento sit aliorum accidentium subiectum, p. 204. col. 2. & quantitas hæc acquirit esse substantiæ de nouo, pag. 205. col. 1. & 2. & an quantitas panis in sacramento existat per existentiam quæ antea erat in substantia quæ desinit esse, pagina 205. col. 2. & an quantitas illa sit indiuidua, & vnde indiuiduetur, pag. 206. col. 1. & 2. & an species sacramentales possint immutare aliquod extrinsecum, pag. 206. columna 2. & an accidens sacramenti vel aliud accidens possit generare substantiam vel corrumpere formam substantialem, pag. 207. col. 1. & an species sacramentales corrumpi possint, pag. 207. col. 1. & quomodo possit in sacramento corrumpi quantitas subiectans species, pag. 207. col. 2. & an ex speciebus sacramentalibus possit aliquid generari, pag. 208. col. 1. & an in corruptione specierum reuertantur substantiæ panis & vini antea conuersæ, pag. 208. col. 1. & 2. & an in corruptione specierum sacramentalium creetur materia in qua inducitur forma vermis per primum sui esse, pag. 208. col. 2. & seq. vnde generetur vermis dum corrumpuntur species an ex quantitate vel ex materia ad eius definitionem consequente, pag. 209. columna 1. & 2. & an sacramentales species possint nutrire, pagina 209. col. 2. & an frãgantur in hoc sacramento, vel in aliquis liquor possit misceri eis, pagina 209. col. 1. & 2.

Eucharistiæ sacramentum an desinat continere corpus Christi per perfectam mixtionem cum alio liquore, pagina 211. & an sacramentum sit venerandum dum non constat de tali perfecta mixtione, pagina 211. col. 1. & 2.

¶ De Sacramento eucharistiæ quo ad eius formam, de forma consecrationis panis.

Eucharistiæ sacramenti forma quo ad consecrationem corporis an sit. Hoc est corpus

meum, pag. 212. col. 1. & 2. & quia hoc sacramentum est res artificialis diuina non est necesse eius forma intret eius compositionem contra Scotum, pag. 213. col. 1. & an prædicta forma sit conueniens, pag. 213. col. 1. & 2. & an verba hæc: hoc est corpus meum, sufficiat ad consecrationem sine verbis præcedentibus, pagina 214. col. 1. & an prius frigerit panem in buccellas quam eas consecrauerit, ibi col. 2.

¶ De forma consecrationis vini.

Eucharistiæ sacramenti forma quoad consecrationem vini an hæc sit conueniens. Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni, & cætera, pagina 214. col. 2. & an omnia illa verba consecrationis calicis sint de substantia formæ, & de eius integritate, pag. 215. col. 1. & 2. & an illa tantum quinque verba hic est calix sanguinis mei sint de essentia formæ, pag. 215. col. 2. & seq. vbi hæc questio sustentatur problematicè, pagina 216. col. 1. & 2. & respondetur ad rationes in contraria, ibi col. 2. & pag. 217. col. 1. & 2. & seq. & an si quis sacerdos intenderet tantum per illa quinque verba consecraret, an verum perficeret sacramentum, pagina 218. columna 1. & 2. vbi Frater Iosephus in suis floribus apparenter impugnat Sotum.

Eucharistiæ sacramenti formis an aliqua insit virtus creata effectiua consecrationis, pagina 218. columna 2. & seq. & in toto tempore prolationis verborum an fiat conuersio, vel in vltimo instanti, pagina 218. columna 2. & seq. & an prædictæ locutiones formarum sint veræ, & quotuplici ratione sint veræ, & an accipiantur solum recitatiuè, & materialiter circa quod versatur triplex opinio, pagina 219. columna 2. & pagina 220. columna 1. & 2. & ista forma hoc est corpus meum, pro quo tempore vel instanti verificatur, pagina 221. col. 1. & quid pro nomen hoc vel hic demonstrat in formis sacramentalibus, vbi varie opinantur doctores, pagina 221. col. 2. & sequent. vbi diffinitur quod demonstrant substantiam in communi sine qualitate eam limitante ad speciem, vel indiuiduum, pagina 222. columna 1. & an istæ formæ sint causæ suæ veritatis, & an sint prius veræ, & in quo genere, vel in genere causæ effectiua vel obiectiua, pagina 222. columna 2.

Eucharistiæ forma quæ est consecratiua panis an consequatur suum effectum antequam perficiatur forma consecrationis vini, pag. 223. col. 1.

¶ De effectibus huius sacramenti eucharistie.

Eucharistia an conferat gratiam, pag. 223. col. 2. & seq. & an sit fides catholica quod sacramentum hoc sit spiritualis refectio per gratiam, & per quod tempus & quantum confert gratiã vbi Caietanus, & Maior deuiãt à Soto, pag. 224. col. 1. & 2. & seq. & vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio glorię, pag. 225. col. 1. & eucharistia conferat aliquando primam gratiam, & an solum eam auget, pag. 225. col. 2.

Eucharistię effectus an sit remissio peccati mortalis, pag. 225. col. 2. & eucharistię per se conueniat remittere peccata mortalia, pag. 226. col. 1. & an remittat peccata venialia, ibi. col. 1. & an omnia venialia, & an id habeat ex sua natura proprie sicut & baptisimus, pagina 226. col. 1. & 2. & an eucharistia remittat totam poenam, pag. 226. col. 2. & seq. & an eucharistia quatenus sacrificium est, gratiam conferat, pag. 229. & quare quoad efficaciam finitum operatur effectum, p. 229. col. 1. & 2.

¶ De eucharistia quoad satisfactionis effectum, & præseruationem.

Eucharistiam fumentes, vel sacrificium offerentes satisfaciunt ad æqualitatem deuotionis, pag. 229. colum. 2. & an possit tanta esse deuotio offerentis quod remittatur sibi tota poena, & an eucharistia præseruet hominẽ à peccatis futuris, pag. 230. col. 1. & an ex se perpetuet vitam spiritualem nisi suscipiẽtis obstat malitia.

Eucharistia an profit alteri quàm fumenti, pagina 230. columna 2. & seq. & an pro excommunicatis hæreticis vel infidelibus sacerdos sacrificium offerre possit, pagina 231. columna 1. & an venialia peccata impediunt effectum huius sacramenti, pagin. 231. col. 1. & an ad omnem effectum huius sacramenti requiratur cum presentanea vel actuali deuotione fumatur, p. 231. vbi rejicitur Caieta. ibi. colum. 2. & seq. & an peccata venialia impediãt augmẽtũ gratiæ quod confertur in hoc sacramento, pag. 232. col. 1. & 2. & an venialia quibus actualiter accedit distractus ad hoc sacramentum eius gratiæ augmentum tollat vel saltem diminuat, pagina 231. colum. 2. vbi respondetur per conclusiones, pag. 232. col. 2. & pagina sequenti. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta Caietani in contra. col. 2. & pag. 232. col. 1. & 2. & quare videmus tantum tẽporis in quotidie celebrantibus si eucharistia auget gratiam vbi respondetur notabi-

liter, p. 232. col. 1. & 2. vbi assignantur tres causę, ibi col. 2.

¶ De modis sumendi eucharistiam.

Eucharistiam sumendi vtrum sint duo modi, p. 233. col. 1. & an sint ponendi quatuor modi sumendi eucharistiam vt ponit Scotus, pag. 233. col. 2. an solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere, p. 234. col. 1. & an qui non est iustus possit Christum sacramentaliter manducare ibi, col. 1. & 2. & an Christus sacramentaliter sumptus descẽdat in stomachum, p. 234. col. 2. & seq.

¶ De sumptione eucharistie.

Eucharistiam fumendo an peccet peccator, p. 235. col. 1. & quare qui in peccato mortali sumit corpus Christi peccat & non qui eũ videt, p. 235. col. 2.

¶ De dispositione ad eucharistiam.

Eucharistiam sumpturus peccator an teneatur prius conteri, p. 236. col. 1. & an in hoc vltra contritionem requiratur confessio, ibi col. 2. & pag. 236. col. 1. vbi respondetur ad argumenta Caietani col. 2. & seq. & an in aliquibus casibus, & quibus liceat peccatori cõtrito ad eucharistiam accedere, p. 238. col. 1. & 2. & an communicaturus quiam ad communicandũ accessit ad altare si ibi recordetur alicuius peccati teneatur ibi prius sacerdoti confiteri, ibi col. 2. vbi frater Iosephus discordat à Soto, & an gratia vitandi scandalum possit peccator accedere sine præuia confessione ad eucharistiam etiam extra tempus præcepti, pag. 238. col. 2. & seq. & an excommunicatus non absolutus ob vitandum scandalum possit accedere ad communicandum, p. 239. col. 1. & seq. & an aliquando curatus vel carens copia confessoris possit celebrare vel sumere hoc sacramentum sine præuia confessione & an cessante scandalo in die de præcepto curatus tenetur abstinere à celebrando sine præuia confessione quãdo alias non est qui celebrat missam vt ipse vel alij possint audire, p. 240. col. 1.

Eucharistia an aliquãdo cõferat primã gratiã, p. 24. col. 2. & an qui accedit in peccato taliter vt accedendo nõ peccet recipiat primã gratiam, pag. 240. col. 2. & p. 241. col. 1. vbi Sotus in parte refutatur, ibi. col. 2.

Eucharistiã sumere cũ cõsciẽtia peccati mortalis an sit grauissimũ omnium peccatorũ, p. 241. col. 2. & p. 242. col. 1. & 2.

¶ De denegatione eucharistie.

Eucharistiam denegare an teneatur sacerdos peccatori petenti, pagina 242. columna 2. & an denegari possit notorijs peccatoribus &

& qui dicantur quantum ad hoc notorijs, p. 242. colum. 2. & pagin. 243. colum. 1. & 2. & an denegari possit peccatori notorio in vno loco quando petit communionem in illo loco vbi non est notorius, pagina. 243. colum. 2. & quid agendum est curato dum occultus peccator petit ab eo communionem, pag. 244. col. 1. & 2. & quid si eam peteret à curato temporibus non necessarijs, pag. 244. & quid si à nõ curato suo peteret. pag. 244. colum. 2. argumenta contendenti probare quod peccatoribus occultis sit deneganda communicatio, proponuntur, & soluuntur, pagina 245. columna 1. & 2. & pag. 246. col. 1.

Eucharistia an sit deneganda notorijs excommunicatis non tamen nominatim, & publice denunciatis post Concilium Cõstantiẽ se, pag. 246. colum. 2. & an cogendę sint retractrices saltem in hebdomada sancta ad cõfitendum, & communicandum vt fit in Gallia, pagina 246. col. 2. & an peccator publicus cuius emẽda soli innotescit curato possit recipi ad eucharistiam, pag. 247. columna 1. & an publicus peccator qui repellitur à communione paschali sit transgressor præcepti de comunicando in paschate, pag. 247. col. 1. & 2.

¶ De impedimentis sumptionis eucharistie, & de ieiunio naturali requisito.

Eucharistię sumptionem an impediãt nocturna pollutio, pag. 247. columna 2. & seq. & an nocturna pollutio sit peccatum distinctum à peccato commisso in sua causa, pag. 248. columna 1. & 2. & an à licita cœna ob pollutionem nocturnam vitandam teneatur quis abstinere vel ab alijs alias licitis, & an nocturna pollutio solum sit peccatũ impediens sumptionem eucharistie ex se vel ratione suę causę, pag. 249. columna 1. & 2. vbi soluuntur argumenta in contra & an vsus apud Carthusienses arcendi ab communione religiosos precedenti nocte pollutos citra culpam sit laudabilis, pagina 250. columna 1. & an copula inter coniuges precedens ante, impediãt communionem, pagina 250. columna 1. Et an cibus, & potus præassumptus impediãt communionem, pagina 250. columna 1. & 2. & an quod hoc sacramentum à ieiunis fumatur sit mox ex traditione Apostolorum à Christo Domino deriuatus, ibi, col. 2. & an sacerdos post lotionem reliquias in altari repertas debeat consumere, p. 251. col. 1. & quomodo sint sumendę decentius reliquię adhærẽtes pa-

lato, ibidẽ, & an reliquię minutę in calice in uẽte vel in patena in cõtinẽti vel post interuallum an sint sumendę, & cum sacerdos reuersus ad sacrificium qui celebrauit, ibi eas inuenit quid faciet, p. 251. col. 2. & an laicus dum communicat possit sumere reliquias remanentes simul cũ vino, p. 251. col. 2. vbi dissident aliqui Thomistę à Caietano, & in quot & quibus casibus sacerdos celebrans inueniens se non ieiunum potest sumere sacramentum, & tempus ieiunij requisiti ad communionem à qua hora sumitur, p. 252. col. 2. & an infirmus semel pro viatico communicatus possit iterum pro viatico non ieiunus communionẽ sumere, pag. 252. col. 2.

¶ De impedimento vsus rationis ad communionem.

Eucharistiam an sumere debeant non habentes vsus rationis, pag. 253. col. 1. & 2. & an amentibus à natiuitate vel habentibus lucida interualla hoc sacramentum sit conferendum vel infantibus, p. 253. col. 2. & p. 255. col. 1. vbi respondetur argumentis in contra, & an sacramentum eucharistie collatum paruulis eis conferret gratiam vbi neutra opinio improbat, pag. 255. col. 1.

¶ De frequentatione eucharistie.

Eucharistię sacramentum an liceat quotidie sumere, p. 255. col. 1. & 2. & an laicus quotidie comunicans quia caret culpa mortali excusetur à peccato scandalii vel à culpa veniali, pag. 256. col. 1. & ponuntur argumenta sex pro parte affirmatiua, ibi col. 2. & p. 257. col. 1. & 2. ponuntur quatuor argumenta pro parte negatiua, ibi col. 1. ¶ Et vnde indaganda est dispositio ad eucharistiam, pag. 257. col. 2. & de quinque effectibus eius vnde colligitur qualis ad eam suscipiendam debeat esse dispositio, p. 257. col. 2. & 258. col. 1. & tandem respondetur ad quæstionem, vtrum laici, & sacerdotes hoc sacramentum debeant sumere quotidie per sex conclusiones, & aliqua corollaria, pagina 258. columna 2. & pagina 259. columna 1. & 2. & pagina 260. columna 1. & 2. & an cessari omnino debeat à communione, pagina 260. columna. 2.

¶ De præcepto comunicandi.

Eucharistię sacramentum recipiendi an sit præceptum diuinum, & ex quo loco Euangelij colligatur, & de tempore quo obligat pagina. 261. columna 1. & 2. & pagina 262. columna 1. & 2. & an hoc præceptum obliget infirmos in articulo mortis, ibi, p. eadẽ.



col. 2. & an consecratio non præbendi viaticum damnatis ad mortem, si alicubi seruetur, sit improbanda, p. 262. col. 2. & seq. & an hoc præceptum obliget pueros, & per quantum tempus exculentur, p. 263. col. 1. & 2. & an liceat sumere corpus sine sanguine, p. 263. col. 2. & an communicatio sub utraque specie sit prohibita laicis quasi sit contra ius diuinum, ibidem col. 2. & seq. & an Ecclesia potuit eam laicis prohibere, p. 264. col. 1. & sacerdotes celebrantes an de iure diuino teneantur utramque speciẽ suscipere, ibi col. 2. & respondetur ad argumenta hæreticorum, p. 265. col. 1. & 2. & p. 266. col. 1. & 2.

¶ *An Christus vel Iudas hoc sacramentum susceperit.*

Eucharistiæ sacramentum an susceperit Christus Dominus in coena, & an hoc expresse ex Euangelio colligatur, p. 267. col. 1. & an Christus dedit corpus suum Iudæ, p. 267. col. 2. & an hæc assertio sit communis, & Euangelio consona, pag. 268. & quomodo post buccellam introiuit in Iudam Satanas, pag. 268. col. 1. & 2. & utrum Christus sumserit, & dederit suis discipulis corpus suum imparsibile, & an si hoc sacramentum tempore passionis fuisset seruatum, ibi Christus moreretur, p. 268. col. 2.

¶ *De ministro huius sacramenti.*

Eucharistiæ consecratio sit propria sacerdoti, p. 269. col. 1. & 2. & an plures sacerdotes possint vnam, & eandem hostiam consecrare, p. 270. col. 1. & 2. & quomodo trifariam ad consecrationem vnius hostiæ possunt plures sacerdotes concurrere, p. 270. col. 2. & seq. & quid si tales sacerdotes non simul finiant consecrationis formam, an omnes consecrent, p. 270. col. 2. & p. 271. col. 1. & an primus qui formam absoluit quicumque ille sit, ibi, columna 1. & 2. & an dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem, pag. 271. col. 2. & seq. & an iure diuino sacerdoti huius sacramenti administratio competat, p. 272. col. 1. & an pareiani in paschate resurrectionis solū à suo proprio curato teneantur hoc sacramentum recipere, p. 272. col. 1. & an in alijs temporibus ex priuilegio possint illud recipere à religiosis, ibi col. 1. & 2. & an diaconus possit ministrare infirmo viaticum in absentia curati vel de eius commissione, p. 272. col. 2.

¶ *De excommunicatione.*

Excommunicatio an sit separatio à communione Ecclesiæ quo ad fructum, & suffra-

gia generalia, pag. 558. colum. 2. & p. 856. col. 1. vbi explicatur diffinitio excommunicationis col. 1. & 2. & quid significat excommunicatio, ibi col. 2. & quid significat anathema, p. 857. col. 1.

Excommunicatio maior an magis noceat excommunicato quam peccatum mortale quod est in ipso, p. 857. col. 2. & quid intelligatur nomine fructuum, & suffragiorum in diffinitione excommunicationis, pag. 858. col. 1. & 2. & quotuplex sit valor bonorum operum, ibi col. 1. & 2. & quemam sint bona quæ possunt communicari inter fideles, pag. 859. col. 1. & 2.

Excommunicandi potestatis negatio hæresis est, p. 860. col. 1. & 2. & pag. 860. col. 1. & an excommunicatio sit de iure diuino, ibi col. 1. & 2.

Et an omnes effectus excommunicationis sic sint de iure positiuo quod Ecclesia possit super illis dispensare, pag. 860. vbi variant doctores moderni, p. 860. col. 2. & p. 861. col. 1. & 2. & quænam sint suffragia illa, & orationes quibus potiri non potest excommunicatus, ibi col. 2. & an pro excommunicato in memento vel in orationibus missæ orari possit, ibi col. 2. & pag. 862. col. 1. & an possit celebrari secretè pro excommunicato non absoluto, & pœnitenti qui absolutionem diligenter procurauit, ibi col. 1. & an pro excommunicato non denunciato neque notorio possit orari publicè, pag. 862. colum. 1. & 2. vbi declaratur sententia obscura Nauarri.

Excommunicatus iam pœnitens, & per contritionem iam in gratia constitutus an gaudeat ante absolutionem subsidijs spiritualibus prouenientibus fidelibus excommunicatione iustorum, pag. 862. colum. 2. & pag. 863. col. 1. vbi dissident inter se doctores moderni, col. 1.

Excommunicatio suscipientis sacramentum an annullat sacramentum ab eo susceptum, pagina 863. columna 2. & pagina 864. columna 1. & an sit culpa mortalis excommunicatum excommunicatione minori suscipere sacramenta, ibi columna 1. & 2. & an excommunicatus qui ignoranter recipit absolutionem teneatur iterum confiteri, & absolui, pagina 864. columna 2. & ignorantia excommunicationis excuset ab irregularitate si celebravit sic excommunicatus, ibi columna 2. & pag. 865. col. 1. & quid si hic interfuit sciẽtia vel ignorantia crassa, p. 865. vbi variant Sotus, & Caiet. col. 1. & 2. ibi, & in quibus casibus senten-

sententia Caietani verificatur, ibi, col. 2. & seq. & an in aliquo casu sententia Soti sit vera, scilicet, quod excommunicato maiori etiam crasse ignoranti absolutio sacramentalis impensa non est valida, p. 866. col. 1. & 2. & an ignorantia crassa reddat absolutionem sacramentalem inualidam, ibi col. 2. vbi explicatur Metina, p. 867. col. 1. & 2. vbi soluntur argumenta Soti, ibi, & p. 868. col. 1.

Excommunicare aliquem an debeat ecclesia, p. 868. col. 2. & an debeat aliquis excommunicari pro damno temporali, p. 869. col. 1. & 2. & an excommunicatio maior ferri debeat solum pro peccato mortali, p. 869. col. 2. & an excommunicatio ferri possit contra aliquos aliquid modicum fructus decerpentes ex vinea aliena, p. 869. col. 2. & an excommunicatio minor possit incurri pro sola culpa veniali, pag. 870. col. 1. & an ecclesia vel iudex ecclesiasticus potest infligere pœnam excommunicationis pro re quæ ex se non est grauis materia neque mortalis, ibi, p. 870. col. 1. & an ad excommunicandum sufficiat esse peccatum mortale & an requiratur quod admonitio non quæcumque sed sub comminatione excommunicationis præcedat, ibi, col. 2.

¶ *De monitionibus præmittendis ad excommunicandum.*

Excommunicatus si præmittat monitiones qualem culpam committat & an vna monitio ad hoc vel triplex requiratur, p. 871. col. 1. & 2. & citatio & monitio requisita ad excommunicationem ferendam vbi fieri debeat, p. 871. col. 2. & an citatio & monitio illegitima cum notitia subsecuta ligat, p. 872. col. 1. & an in declaratione & denunciatione excommunicationis ab ipso iure lata sit necessaria monitio canonica, ibi col. 1. & 2. & triplex monitio quomodo, & quando fieri debeat, ibi col. 2. & an excommunicatio lata sine trina præuia monitione sit iniusta, & etiam nulla, p. 873. col. 1. & 2. & an solum sit de essentia excommunicationis vna præuia monitio, & an necesse sit quod illa fiat sub speciali præuia comminatione pœnæ excommunicationis, p. 873. col. 2. & p. 874. col. 1. & 2. & argumenta in contra soluntur, p. 875. col. 1.

¶ *De monitione præuia ad excommunicationem.*

Excommunicatio lata à iudice delegato cui in iunctum est vt sub trina præuia monitione excommunicet si istam formam non seruet an sit nulla, p. 875. col. 1. & 2.

¶ *Sententia excommunicationis quomodo ferenda.*

Excommunicationis sententia an fieri debeat in scriptis, p. 875. col. 2. & seq. & an episcopi & prælati religionum excusentur à pœna interdicti ingressus ecclesiæ si excommunicauerint sine scriptis vel sine monitionibus præuijs, p. 876. col. 1. & an excuset iudices faciles ad excommunicandum quod intentio eorum secreta non est quod talis excommunicatio liget, ibi col. 1. vbi iudices aduertuntur vt in excommunicando modum præscriptum à Concilio seruent, pag. 876. col. 1. & 2. & an excommunicatio possit ferri pro debito, tali debito, & debitore eius existentibus notorijs, ibi col. 2. & quid si excommunicatus admonitus inforduerit per annum, ibi col. 2.

¶ *De excommunicatione pro præteritis culpis.*

Excommunicatio an pro præteritis culpis ferri possit, p. 877. col. 1. & 2. & an excommunicandus possit trinæ monitioni renunciare, ibi col. 2. & seq. & an praxis iuridica sit vbi iudex intra terminum iubet aliquem comparere in iudicio quem terminum, scilicet, 15. dies assignat pro canonica monitione, p. 878. col. 1. & 2. & ibi respondetur ad argumenta in contra col. 2. & an excommunicatio pro futuris conditionalis an sit frustranea quia potest ab ea appellari & excommunicationis conditionalis effectus retrotrahitur ad diem pronunciationis eius, pag. 879. col. 1. & 2.

¶ *De casibus in quibus excommunicatio est nulla.*

Excommunicationis nullæ quot sint casus, p. 879. col. 2. & p. 881. col. 1. & 2. & p. 884. & excommunicatio continens intolerabilem errorem, aut quæ est pro re minima an sit nulla, p. 879. col. 2. & an cum detrimento vitus, & vestitus tenetur restituere qui sub pœna excommunicationis iubetur restituere, p. 880. col. 1. & qui est excommunicatus vt restituat & excusatur quia de presentia non potest an incidat in illam si postea non restituit cum potest, p. 880. col. 1. & an sententia excommunicationis sit aliquis ligatus cum causa deficit, ibi col. 1. & 2. & sub pœnam excommunicationis iussus proferre scripturas attinentes ad ius aliorum an teneatur eas manifestare, p. 880. col. 1. & 2. & an quando excommunicatio fertur pro toto damno deuastationis vineæ quilibet qui inde aliquid rapuit eamaneat ligatus, ibi col. 2.

**¶ Ignorantia an excuset à excommunicatione.**  
 Excommunicationis ignorantia an excuset probabiliter ignorantes quales solent esse vulgares & rustici, p. 885. col. 1. & an sit excommunicatus malo animo percutiens quē ignorabat esse clericum, ibi. col. 1. & 2. vbi defenditur Baldus contra Couarruiam & an sit excommunicatus qui volens percute re laicum percussit clericum, ibi. col. 2. vbi aliquantulum concordantur Syluester & Couarruias & an excommunicatio lata contra participantes sine praua monitione sit valida, p. 881. col. 1. & 2. vbi discordat Nauarrus à Couarruias, ibi. col. 2. & an debitor iussus sub poena excommunicationis intra 15. dies soluere debitum incidat in illā si creditor ei proroget terminum, pag. 882. col. 1. & qualis sit ignorantia quæ excusat ab excommunicatione, p. 882. col. 1. & 2.

**¶ De ignorantia excusante ab excommunicatione.**  
 Excommunicationis ignorantia non crassa an excuset ab ipsa excommunicatione incurrenda, p. 882. col. 2. & an absens possit excommunicari ibi. col. 2. & p. 883. col. 1. & an excommunicatio iuris Pontificij cuius ignorantia est culpabilis liget eam ignorantes, p. 883. col. 1. & 2. & p. 884. col. 1. & 2. vbi dissident Doctores etiam moderni ibi & an percutiens clericum quem existimauit esse laicum cum animo percutiendi illum si sciret esse clericum an incidat excommunicationem, p. 886. col. 1. vbi exponitur dictum Couarruiæ & quid de dante operam rei illicitæ ordinatæ ad actum excommunicationis subiectum, p. 886. col. 2. & seq. & an ignorantia quæ neque est crassa neque affectata sed neque est etiam inuincibilis aut omnino inculpabilis excuset ab excommunicatione iuris Pontificij sic ignorata, p. 887. col. 2. & quid operentur ista particula si scierint fecerint, si præsumperint quando continentur in iure, vel in cartis vel statutis continentibus censuras, ibi. col. 2. & seq. & quid si ponatur ista clausula si temere. pag. 888. col. 1. vbi soluntur argumenta in contra, ibi. col. 1. & 2. vbi traditur utilis doctrina circa ignorantiam quatenus excusat vel non excusat à poena, p. 889. col. 1. & an ignorantia probabilis excuset ab irregularitate, p. 889. col. 1. & 2.

**¶ De excommunicatione iniuste lata an ligandi vim habeat.**

Excommunicatio iniuste lata an habeat aliquem effectum, p. 890. col. 1. & 2. & quando iniusta excommunicatio est timenda, &

an contra eam faciens celebrando fiat irregularis, p. 891. col. 1. & an contra eam faciens priuetur suffragijs ecclesiæ, ibi. col. 1. & seq. & excommunicatio iniusta quia defuit coram Deo vera causa, lata secundum allegata & probata contra innocentem an liget innocentem quantum ad omnem effectum, p. 891. col. 2. & p. 892. col. 1. & 2. vbi dissident Doctores & an talis excommunicatio ad aliquas poenas liget in foro exteriori dum ex falsa causa est lata, vel lata est ex iniusta causa, p. 892. col. 2. & quid si sic excommunicatus cum scandalo & contra præceptum ecclesiæ in publico celebravit an incurrit irregularitatem, pag. 893. col. 1. & 2. vbi soluntur argumenta in contra.

**¶ De his qui excommunicare possunt.**  
 Excommunicare an possit quilibet sacerdos 894. col. 1. & 2. & an excommunicare possint non sacerdotes, ibi. col. 2. & an excommunicatus & suspensus possit alium excommunicare, p. 894. col. 2. & seq. & an Episcopus propriū subditum possit in territorio alieno excommunicare, p. 895. col. 1. & 2. & an non subditi ligantur statuto, vel sententia generali hominis, ibi. col. 1. & 2. vbi inter Metinam & Sotum non satis conuenit, & an Episcopus Salmantinus possit excommunicare subditum in alio territorio furtū committentem, p. 896. col. 1. & 2. & seq. & p. 897. col. 1. & 2. & an sententia Bartoli affirmatiua circa hoc in aliquo casu defendi potest col. 1. & 2. & an cōsuetudo possit aliquē excommunicare, pag. 897. col. 2. & seq.

**¶ De his qui excommunicare possunt.**  
 Excommunicare an possint prælati & quid intelligatur nomine istorum prælatorum, p. 898. col. 1. & 2. & quando censuræ ecclesiasticae latæ à prælatis spirent, ibi. col. 2. & cōstitutus in prima cōsura, vel capitulum, vel laicus possit excommunicare, ibi. pag. 898. col. 2. & seq. & an excommunicatus maiori possit reliquos subditos suos excommunicare, p. 899. col. 1. & confessio facta parochi proprio nominatim excommunicato sed non denunciato an sit valida.

**¶ Excommunicati an gesta teneant.**  
 Excommunicati priuati qui priuata autoritate procedit an gesta teneant, p. 899. col. 2. & p. 900. col. 1. & 2. vbi sententia Couarruiæ non omnino recipitur, ibi. col. 1. & 2. & quis nam dicatur nominatim excommunicatus, & an probetur excommunicatio per denunciationem vel per literas denunciatorias, p. 901. col. 1.

Excommunicare an possit quis seipsum aut aqua-

zqualem, aut superiorem, p. 901. col. 1. & 2. & an Papa excommunicari possit, pag. 901. col. 2. & seq. vel deponi, pag. 902. col. 1. & 2. & an sententia declaratoria requiritur in notorijs vt prologus cōstitutionum prædicatorum statuit, ibi. col. 2.

**¶ An ferri possit excommunicatio in vniuersitatem.**

Excommunicationis sententia an in aliquam vniuersitatem ferri possit, p. 902. col. 2. & an sic lata in vniuersitatem teneat, p. 903. col. 1.

Excommunicatus iam semel an possit iterum excommunicari, p. 903. col. 1. & 2. & an iā defunctus possit excommunicari, ibi. col. 1. vel absolui, ibi.

**¶ De communicatione cum excommunicato.**

Excommunicato cōmunicare an liceat in pure corporalibus, p. 904. col. 1. & 2. vbi ponitur decretū Concilij Constantiensis circa hoc, ibi. col. 2.

Excommunicatus occultus an causa vitandi scandalum, vel infamiam propriam possit licite non se subtrahere vel abstinere à cōmunionem fidelium, p. 905. col. 2. & p. 906. col. 1. & an talis huius gratia celebrando fiat irregularis vbi variant moderni Doctores, ibi. col. 1. & 2.

**¶ De vitatione excommunicati in iudicio vel extra.**

Excommunicatus de quo solum constat per famam quod sit nominatim denunciatus an in foro interiori, vel exteriori sit vitandus, p. 906. col. 2. & p. 907. col. 1. & 2.

Excommunicatus de quo dubitatur an ante appellationem vel post fuerit excommunicatus an sit vitandus in iudicio, p. 907. col. 1. & an extra iudicium sit vitandus, ibi. col. 2. & p. 908. col. 1. & 2. & an fama sufficiat ad seruandum interdictum, ibi. col. 1.

Excommunicatus nominatim, & publice denunciatus in vna provincia an sit vbique vitandus, p. 908. col. 1. & 2. & quando credere debemus aliquem sic esse denunciatum vt eū vitare teneamur, p. 908. col. 2. & qui nam excommunicati sunt vitandi post Concilium Constantiense, ibi. col. 2.

**¶ De casibus in quibus cum excommunicatis cōmunicare prohibemur contentis in versiculo.**

Excommunicato maiori in quibus & quot casibus cōmunicare prohibetur, p. 908. col. 2. & p. 909. col. 1. & in quibus & quot casibus in sacramentis, vel diuinis officijs cum excommunicato maiori cōmunicare non licet, p. 909. col. 1. & quid agendum si dum

sacerdos celebrat huiusmodi excommunicatus ingrediatur, ibi. col. 2. & an excommunicatus possit audire concionē, ibi. col. 2. & quid interdicatur per illam particulā vale, vel salue, p. 910. col. 1. & quid intelligatur per illā particulā, cōmunicatio, ibi. col. 1. & an excommunicatus possit accusare aut testis esse in iudicio, ibi. col. 1. & 2. & an cōmunicare possit quis iudicibus excommunicatis stando corā eis in iudicio, p. 910. col. 2. & an vassalli possint cōmunicare domino excommunicato vel foemina an possit nubere viro excommunicato, ibi. col. 2. & an emendo vel vendendo liceat cōmunicare cum famulo excommunicati, p. 911. col. 1. & an prædicatores possint cōmunicare cum excommunicatis vel ab ipsis elemosynas accipere, ibi. col. 1. vel ab ipsis legatum recipere possit ecclesia, ibi. col. 2. vel dormire vel comedere cum ipsis in eadem mensa vel lecto, p. 911. col. 2.

**¶ De versiculo continente causas quibus excusatur quis ab excommunicatione minori cōmunicando cum excommunicatis maiori.**

Excommunicationem minorem quibus casibus vitet qui cōmunicat cum excommunicato excommunicatione maiori, p. 911. col. 2. & an vxor viro excommunicato, vel pater filijs excommunicatis cōmunicare possit, idem de dominis & famulis, p. 912. col. 1. & an vitare debemus eū de quo ignoramus aut dubitamus an sit excommunicatus & an excuset ignorantia vel necessitas, ibi. col. 2. & an metus vel violentia excuset, ibi. col. 2. & p. 913. col. 1. & an Episcopus vel Papa tenetur vitare à se excommunicatos, col. 1.

**¶ An valeant actus excommunicati.**

Excommunicati etiam denunciati actus an sint validi, p. 913. col. 2. vbi ponitur regula generalis ad hoc cognoscendū cum suis exceptionibus, ibi. col. 2. & seq. & p. 914. col. 1. & an collatio beneficij proprio motu facta excommunicato sit valida, ibi. col. 1. vel pensio ei data, ibi. col. 1.

Excommunicati electio passiuā an sit valida, p. 914. col. 2. & an electio passiuā excommunicati minori excommunicatione sit valida vel nō, ibi. col. 2. & an actus cōcernētes potestatem & iurisdictionē ecclesiasticā effectū sortiātur in excommunicato nō nominatim & publice denunciato, p. 914. col. 2. etiā si sequatur post absolutio ab excommunicatione ignorata, ibi. col. 2. & an rescriptum impetratum ab excommunicato valeat, pag.

Index secundæ partis.

pag. 915. col. 1. & an acceptatio beneficij facta ab excommunicato sit valida, ibi. col. 1.

¶ *An excommunicatus actus iurisdictionis ecclesiasticæ valide exerceat.*

Excommunicatus an actus iurisdictionis ecclesiasticæ valide exercere possit, pag. 915. col. 2. & p. 916. col. 1. & an excommunicati publici & notorii non tamen nominatim & publice denunciati si ratione officij publici valide beneficia conferre vel ad ea presentatos instituere possint, p. 916. col. 1. & an excommunicatus non nominatim neque publice denunciatus qui non est prælatus si ex commissione absoluat, vel cõferat beneficium an valide id faciat, p. 916. col. 2. vbi tuta sententia Couarruuiæ limitatur, ibi. col. 2. p. 917. col. 1.

¶ *De electione actiua qua alium eligit excommunicatus.*

Excommunicatus si actiue eligat alium an talis electio sit valida, p. 917. col. 1. vbi variat Couarruuias & Metina, ibi. col. 1. & 2. &.

Excommunicatus propter crimen perseuerans in excommunicatione per annum an sit priuatus vel priuandus beneficio habito, p. 917. col. 2. & an talis sic perseuerans sit susceptus de heresi & quid de excommunicato ab inquisitoribus sic perseuerante per annum, p. 918. col. 1.

¶ *De effectibus penalibus etiam excommunicationis minoris & maioris.*

Excommunicatus in excommunicatione ordinatus à quo nam petere debet dispensationem ab irregularitate ex mala ordinum susceptione contracta, p. 918. col. 2. & probabiliter ignorans se esse excommunicatum si suscepit ordines in excommunicatione an postea comperta veritate maneat suspensus ab executione ordinum, p. 918. col. 2. & p. 919. col. 1. & 2. & an excommunicatus etiam non denunciatus si celebret fiat irregularis, ibi. col. 2. & sacerdos non excommunicatus si celebrat coram excommunicato an fiat ex hoc irregularis aut suspensus & an poena quæ hic ponitur interdicti ab ingressu ecclesiæ extendatur ad solum sacerdotes regulares vel etiam seculares, p. 919. col. 2. & seq. & p. 920. col. 1. vbi componuntur Doctores, & an si excommunicatus maiori auctoritatem præstet celebrationi fiat irregularis, p. 920. col. 1. & an excommunicatus exercens officium hebdomadarij dicendo Deus in adiutorium, capitulando, & dicendo collectas fiat irregularis, ibi. col. 2. & an excommunicatio maior inducat infamia

miam & quando, ibi. col. 2. & an excommunicatio maior priuat fructibus beneficij, ibi. col. 2. & an excommunicatio repellat à iudicio, & an priuet à sepultura, pag. 921. col. 1.

¶ *De excommunicatione minori.*

Excommunicatio minor quid sit, & in quibus & quot casibus incurritur post Concilium Constantiense, p. 921. col. 1. & an excommunicatus minori ministrando sacramenta vel celebrando peccet & quali peccato, vbi variant Doctores, p. 921. col. 2. & p. 922. col. 1.

¶ *De electione passiua excommunicati an valida sit.*

Excommunicatus minori an valide eligatur, p. 922. col. 1. & 2. vbi non satis conueniunt Doctores, p. 922. col. 1. & 2. & an comunicas cum excommunicato in oratione quali cūque incurrat minorem excommunicationem, ibi. col. 2. & quando communicans cū excommunicato maiori peccat mortaliter & in quibus casibus, p. 922. col. 2. & p. 923. col. 1. & excommunicatus maiori in quibus casibus ratione excommunicationis contingit peccare mortaliter vel non aliquid agendo, pag. 923. col. 1. & 2.

Excommunicationis vbi fit mentio an intelligenda sit talis mentio de maiori vel minori, p. 923. col. 2. & seq. & quando incurritur excommunicatio, scilicet, maior per participationem cum excommunicato maiori & an eam incurrat Episcopus participando cum excommunicato à se cum suis participantibus simul, p. 924. col. 1.

Excommunicatio efficax ita vt indigeat absolutione quæ nam requiratur: & quid circa eam sint aduertenda à confessore & quando sit lata & quando est ferenda, p. 924. col. 1. & 2. & p. 925. col. 1. & ibi. de formis excommunicandi varijs, ibi. col. 1.

¶ *De absolutione ab excommunicatione à iure à quo possit fieri.*

Excommunicatum sibi subditū an possit quilibet sacerdos absoluere, p. 926. col. 1. & 2. & quis nam ab excommunicatione minori possit absoluere, ibi. col. 2. & seq. & qualis præparatio requiratur in sic absoluendo, ibi. p. 926. col. 2. & seq. & p. 6. 27. col. 1.

Excommunicatio maior lata à iure à quo possit absolui an à Papa vel à curato, vel etiam ab expositis, p. 927. col. 1. & 2. vbi variant Doctores, ibi. & si excommunicatio lata sit ab homine vel confirmata per Papam à quo sit absolutio ab illa petenda, p. 927. vbi limitatur Couarruuias, & p. 928. col. 1. & à quo possit

Instructorij Conscientiæ.

possit absolui excommunicatio maior lata à iure in foro interiori, p. 928. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta.

¶ *Excommunicatio lata ab homine à quo possit absolui*

Excommunicatus ab homine à quo sit absolueus, p. 928. col. 2. & seq. vbi ponitur regula generalis circa hoc cum aliquibus ab ea exceptionibus, p. 929. col. 1. & an Episcopus possit absoluere ab excommunicatione lata ab inferiori, ibi. col. 1. & 2. & an excommunicatus non potens satisfacere virtute Cruciatæ cum cautione satisfaciendi absolui possit, p. 930. col. 1. vbi temperatur rigida opinio Soti, ibi. col. 1. & 2. & an excommunicatus à suo proprio iudice si se inueniat in alia diocesi satisfacta parte an ibi absolui possit ab Episcopo illius diocesis, p. 930. col. 2.

¶ *De valore absolutionis ab excommunicatione.*

Excommunicato absolutio impensa sine debita solennitate iuris an sit valida, p. 930. col. 2. & seq. & excommunicato absolutio iniusta vel contra formam iuris impensa sit valida, p. 931. col. 1. & 2. & quid si commissarius contra formam iuris vel sibi præscriptam à superiore absoluat, ibi. col. 2. & an aliqua excommunicatio per solam satisfactionem sine aliqua præuia absolutione tollatur, ibi. col. 2. & seq. & quid de suspensione, p. 932. col. 1.

¶ *Requisita ad obtinendam absolutionem ab excommunicatione.*

Excommunicationis absolutionem canonicam vt quis assequatur quænam sunt necessaria, pag. 932. col. 1. & 2.

Excommunicatus absolutus virtute Cruciatæ, aut iubilæi si in confessione oblitus est confiteri vnam censuram reseruatam an etiam ab ea absolutus maneat, p. 932. col. 2. & an absolutio ab excommunicatione possit dari conditionaliter, vel ad reincidentiam vel ad certum actum, vel tempus, ibi. col. 2. & absolutus simpliciter præstita cautione de satisfaciendo an si postea nõ satisfaciatur reincidat in excommunicationem, p. 932. col. 2. & pag. 933. col. 1. & an absolutus ratione Cruciatæ teneatur comparere coram iudice excommunicante vbi limitatur Metina, p. 933. col. 1. & an idem sit periculum mortis & articulus mortis in quo conceditur absolutio ab excommunicatione reseruata, ibi. col. 1. vbi variant Doctores.

¶ *De absolutione ab excommunicatione in foro exteriori.*

Excommunicato petenti absolutionem ab ex-

communicatione in foro exteriori ad cautelam an in omni casu sit ei impendenda, & quid si alleget se fuisse iniuste excommunicatum, p. 933. col. 1. & 2.

¶ *De absolutione ad cautelam & ab heresi.*

Excommunicatum quis possit ad cautelam absolue, p. 934. col. 1. & quis possit absolue re ab excommunicatione incurta propter heresim & ab heresi, p. 934. col. 2. & seq. p. 935. col. 1.

Excommunicatus an possit absolui ab excommunicatione inuitus, pag. 935. col. 1. & an possit quis absolui ab vna excommunicatione sine hoc quod absoluat ab omnibus, ibi. p. 935. col. 1. & 2. & p. 936.

Excommunicationis absolutio lata ex falsa causa an sit valida, p. 936. col. 1. & 2.

¶ *De regula generali ad cognoscendas formulas excommunicandi contentas in iure.*

Excommunicandi formulas cognoscendi gratia ponitur regula generalis, & traduntur documenta, p. 936. col. 2. & p. 937. col. 1. & 2. vbi ponitur regula generalis ad tollendam quorundam ignorantiam col. 2.

¶ *De excommunicationibus reseruatæ Episcopis.*

Excommunicationes reseruatæ Episcopis quænam & quot sunt, p. 937. col. 2. & seq.

¶ *De reseruatæ Papæ in Bulla Cœnæ excommunicationibus.*

Excommunicationes quæ contineri solent in Bulla Cœnæ Domini numerantur, p. 938. col. 1. & 2. & p. 939. col. 1.

De reseruatæ Papæ excommunicationibus non contentis in Bulla Cœnæ, pag. 939. col. 1. & 2.

¶ *De excusatis ab excommunicatione ob percussione clericum.*

Excommunicationem latam ob percussione clericum qui sunt qui non incurrunt, p. 939. col. 2. & p. 940. col. 1. & 2. & an qui subita alteratione per citus iniicit manus in clericum incurrat excommunicationem, ibi. col. 2. & an prælatus possit verberare aut torquere suum subditum clericum per manus laici, p. 941. col. 1.

¶ *De his qui gaudent hac immunitate, si quis sua dente diabolo.*

Excommunicati an sint omnes percutientes clericos, & qui nõ sint ecclesiastici qui hac immunitate si quis suadente diabolo gaudent, p. 941. col. 1. & 2.

¶ *De excommunicatis percussoribus clericorum quorum absolutio reseruatur Episcopo.*

Excom-



Excommunicati qui nam ob percussione clericorum ab Episcopo possunt absolui, pag. 941. col. 2. & p. 942. col. 1.

¶ *Quæ nam percussio sit leuis & quæ enormis declaratur.*

Excommunicatum ob leuem percussione clericus potest absolue Episcopus non tamen ob enormem & quæ dicatur percussio leuis & quænam enormis, p. 942. col. 1. & 2.

¶ *De excommunicationibus reseruatæ Papæ extra Bullam Cœna.*

Excommunicationes quæ quæ reseruantur Papæ extra Bullam Cœnæ adnumerantur, p. 942. col. 2. & p. 943. col. 1. & 2. & p. 944. col. 1.

¶ *De excommunicationibus nulli reseruatæ.*

Excommunicationes nulli reseruatæ adnumerantur, p. 944. col. 1. & 2. & p. 945. col. 1. & 2. & p. 946. col. 1. & 2. & quomodo intelligatur censura contra impedientes foeminas ne nubant, vel profiteantur religionem, p. 946. col. 2.

F

Fama an sufficiat ad seruandum interdictum, p. 908. col. 1.

¶ *De fide.*

Fides supernaturalis an fuerit vnicuique necessaria ad salutem in lege naturæ, p. 18. col. 2. & p. 19. col. 1. & 2. vbi respondetur ad obiectiones in contra, & an fides sit necessaria puero se conuertenti in primo vsu rationis, p. 2. col. 2.

Fides explicita vnius Dei an fuit in omni tempore necessaria ad salutem, pag. 22. col. 1. & 2. & an fides & gratia detur facienti quod in se est ex viribus naturæ, pag. 20. col. 1. & 2.

Fides Christi implicita vel explicita an fuit semper necessaria ad peccati siue originalis siue mortalis remissionem, p. 22. col. 2.

Fides explicita in lege gratiæ post promulgationem euangelij an cadat sub præcepto, pag. 22. col. 2.

Fides explicita Trinitatis & Incarnationis post promulgationem Euangelij an fuerit necessaria ad iustificationem per gratiam consequendam, p. 22. col. 2. & an fidei protestationes erant in vnaquaque republica bene instituta, p. 22. col. 1.

Fides explicita Christi nunc post promulgationem Euangelij an sit necessaria necessitate finis ad salutem æternam consequendam, pag. 22. col. 2. & pag. 23. col. 1. vbi variant Thomistæ.

Fidem explicitam ignorans qui confessus est sua peccata in articulo mortis si in sensu

priuationem incidit ante absolutionem an sit absoluendus.

¶ *De filiis illegitimis.*

Filij qui nascuntur extra verum matrimonium an sint legitimi, p. 1178. col. 2. & an filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare & an filij isti illegitimi possint legitimari, ibi. col. 2.

Filij procreati ex matrimonio nullo an aliquando censeantur legitimi, pag. 1176. col. 1. & quot conditiones ad hoc exigantur & an filij geniti pendente appellatione à sententia lata contra matrimonium an sint legitimi, ibi. col. 1. & quando præsumitur bona fides circa matrimonium vt filij inde nati legitimi sint censendi, ibi. col. 1. & 2.

Filius extra matrimonium genitus an persequens matrimonium inter parentes eius legitimus efficiatur si siue parentes eius tempore natiuitatis eius vel conceptionis eius potuerunt inter se contrahere.

Filij suscepti ex coniugato & ex matre soluta id ignorante an legitimi fiant per matrimonium postea legitime subsecutum, est quæstio perplexa & non contemnenda, p. 1176. col. 2. & seq. & p. 1177. col. 1.

Filius legitimatus persequens matrimonium an sit primogenitus censendus excluso fratre postea ex matrimonio legitimo ante fecundum coniugium nato, est quæstio difficilis, p. 1177. col. 2. & p. 1178. col. 1. & 2. vbi respondetur obiectionibus in contra.

Filius quod sit legitimus quomodo sit probandum, p. 1178. col. 2. & seq.

Filij illegitimi quotupliciter distinguantur, p. 1179. col. 1. & 2. & filij naturales etiam si nati sint ex vnicâ concubina domini retentâ an absque alia dispensatione si sint ex patre nobili nobiles sint censendi hispanice dicti fidalgos, p. 1179. col. 1. & 2. & an legitimatio excuset à solutione publicarum indictionum censuum, ibi. col. 2.

Filij nothi quinam dicantur, p. 1179. col. 2. & quænam differentia sit inter filios naturales & notos, ibi. col. 2.

Filij spurij qui dicantur siue in lata siue in propria significatione, p. 1179. col. 2. & seq.

Filij manzeres quinam dicantur siue in lata siue in propria significatione, p. 118. col. 1.

Filij spurij quinam sic dicantur, p. 118. col. 1. & quinam bastardos, p. 1180. col. 1.

¶ *De successione filiorum naturalium.*

Filij naturales tantum an aliquando succedant parentibus & quomodo & quando & in quanto vbi respondetur per conclusiones aliquot, p. 118. col. 1. & 2.

Filij

¶ *De spurij ex sacrilegio genitis.*

Filij spurij clericorum quo modo possint sui parentes subuenire per fideicommissarium & quando commissarius bona sibi commissâ potest sibi retinere, vel daretur quando neque retinere neque his spurij dare, pag. 1184. col. 1. & de modis quos cõminiscuntur Iuristæ ad hoc quod spurij possint tute bona paterna capere, ibi. col. 1. & 2.

¶ *De nepotibus legitimis vel naturalibus ex filio spurio & de filiis ex damnato concubitu natis.*

Filius spurius si habeat filium legitimum aut naturalem an possit ab auo cuius est nepos hæres institui talis naturalis aut legitimus filius, p. 1184. col. 2.

Filius ex damnato concubitu natus an matri succedat ex testamento vel ab intestato & quis nam dicatur damnatus concubitus, p. 1184. col. 2. & pag. 1185. col. 1. & an fratres naturales vel spurij an sibi inuicem succedant.

Filia an possit exhæredari quia nupsit inconsulto Patre vide dictione matrimonium de clandestino matrimonio, & an filius possit cogi ad matrimonium vide ibi de consensu coacto verbo consensus.

Frigiditas & maleficium an impediunt matrimonium & reliqua dubia ad hanc materiam pertinentia, vide in dictione matrimonium vbi fit mentio de impedimento frigiditatis & maleficij.

G

¶ *De gratia.*

Gratiam an conferant sacramenta vide verbo sacramentum vbi agitur de sacramentis in communi & in suo loco, vbi quæritur de vnoquoque sacramento an conferat gratiam vbi agitur de illis in particulari.

H

¶ *De humanitate Christi quantum ad efficientiam nostræ salutis.*

Humanitas Christi vnde sortita est tales excellentias vt Christus in quantum homo non solum meritorie, sed efficienter per eam operatus sit nostram salutem, pag. 63. col. 1. & 2.

Humanitati Christi omnes fere Doctores excepto D. Thoma modum operandi nostræ iustificationem per modum efficientiæ tribuere renuerunt & quare, p. 63. col. 2.

Humanitatem Christi concurrere efficienter ad effectum interiorem sacramentorum multipliciter probatur, p. 64. col. 1.

¶ *De modis quibus humanitas Christi in anima operatur.*

Humana

Filij naturalibus extantibus filijs legitimis secundum leges Hispaniæ quotam partem possint parentes legare, p. 118. col. 2. & nepos naturalis ex naturali filio legitime conceptus quomodo & in quâto succedat auo in testamento vel ab intestato, ibi. col. 2.

Filij naturalibus, non extantibus legitimis an pater etiam si habeat ascendentes possit hæreditatem relinquere non excepta tertia parte parētibus pro legitima debita, & iure Hispanico quota pars debeatur parentibus, & an debeatur in hoc casu, pag. 1180. col. 2.

Filij naturalibus natis post donationem precedentem factam à parentibus an ex natiuitate eorum subsecuta talis donatio reuocetur, p. 1180. col. 2. & an filius naturalis matri intestatæ simul cum legitimis succedat, & an filij legitimati ex rescripto principis succedant cum legitimis & naturalibus, p. 1181. col. 1.

Filij naturales an matri intestatæ succedant exclusis parētibus matris & an possint agere de inofficioso testamento contra testamentum patris vel matris, p. 1181. col. 1.

¶ *De filiis spurij quoad successionem in bona paterna.*

Filij spurij, id est, hi quorum patres & matres tempore natiuitatis vel conceptionis eorum contrahere non potuerunt, vel qui ex coitu punito per leges nascuntur an ex testamento, vel ab intestato, vel ex contractu inter viuos aliquid à patre capere possint, pag. 1181. col. 1. & 2. & an filij hi possint capere bona à commissario cui reliquit pater vt eis ea daret, ibi. col. 2.

Filius spurius quomam tuto modo possit bona paterna capere, est quæstio in qua non satis conueniunt Couarruias, & Sotus, p. 1181. col. 2. & an alimenta filijs spurij sint præstanda & in quota parte, ibi. col. 2. & quid si pater in hoc casu dubitet, an filius spurius sit suus, pag. 1182. col. 1. & in quo Sotus & Couarruias discordant circa spurios in interiori iudicio, ibi. col. 1. & an filij spurij adulterini, vel filij clericorum vel religiosorum inhabiles fiant in conscientia ad acquirenda bona suorum parentum aut consanguineorum, pag. 1182. col. 1. & 2.

Filio spurio an teneatur fidei commissarius hæres institutus in conscientia restituere hæreditatem, p. 1183. col. 1. & an talis hæres possit sibi hæreditatem retinere, ibi. col. 1. & 2. vbi discordant Sotus & Couarruias vbi aliquid per autorem concordantur ibi. col. 2.

**Humanitas Christi** quot modis efficienter effectum interiorem sacramentorum operatur, p. 64. col. 2. & p. 65. col. 1.

**Humanitas Christi** an possit concurrere ad creationem ex nihilo, p. 65. col. 1. & quomodo dicatur humanitas Christi producere gratiam an per creationem vel aliter, p. 65. col. 2. vbi solvuntur argumenta contrariorum, p. 66. col. 1. & 2.

**Humanitas Christi** cum modo sit in coelo, & passio Christi cum iam tranferit quomodo nunc efficienter causant gratiam in sacramentis, p. 66. col. 1. & 2.

**Homicidium** vel mutilatio an causet irregularitatem vide verbo irregularitas.

I

**De ieiunio & de abstinentia.**

**Ieiuniū** an sit actus virtutis, p. 689. col. 1. & 2. & an abstinentia pro vt solum subtractionem ciborum designat sit actus virtutis, & an per abstinentiam breuiare aliquis vitam possit, p. 689. col. 2. & seq. vel comedere cibos non ita salubres, p. 690. col. 1. & an feminæ non abstinentes à comestione carbonum, & terræ & pulueris possint absolui à confessoribus, p. 690. col. 1. & an religiosi Chartusiani teneantur comedere carnes in extrema necessitate, ibi. col. 2. & pag. 691. col. 1. & an laudi sit alicui tribuendum si se priuet gustu & sapore ciborum, ibi. col. 2. & an minus malum sit si quis erret in abstinentia per relaxationem, aut per rigorem nimium, ibi. col. 2. & an peccatum sit aliquem in sua infirmitate negligere medicinam, vel eam respuere, vel nolle comedere, pag. 692. col. 1. & an in extrema necessitate possit quis vesci carnibus humanis, ibi. col. 1. & 2. & p. 693. col. 1. & an prægnanti possit dari potio ad sanitatem.

**De præcepto ieiunij.**

**Ieiunium** an sit actus virtutis abstinentiæ, p. 693. col. 2. & an ieiunium sit in præcepto, p. 694. col. 1. & an Papa vel rex in humanis possint condere leges obligantes ad mortale, ibi. col. 2. & an ieiunij obligatio ortum habet ex iure diuino, p. 695. col. 1. & an sit præceptū posituum ecclesiasticum de ieiunio, ibi. col. 1. & 2. & seq. & ieiuniū an sit de præcepto diuino, p. 696. col. 1. & 2. & respondetur ad argumenta ibi. col. 2. & seq.

**De dispensatione circa ieiunium.**

**Ieiunium** dispensari an possit propter contributionem pecuniæ in bonum commune reipublicæ Christianæ ob eius defensionem, p. 697. col. 2. & seq. & an circa generalia ieiunia possit dispensare alius quam Papa, pag.

698. col. 1. & an aliqua causa sit idonea ad dispensandum in ieiunijs ecclesiæ, ibi. col. 2. & seq.

**De his qui excusantur à ieiunio vel non.**

**Ieiunare** ieiunia ecclesiæ an omnes teneantur, pag. 699. col. 1. & 2. & an excusentur pueri vsque ad triplex septennium, & peregrini & pauperes, ibi. col. 1. & 2. vbi traditur pro obseruantia ieiuniorum regula generalis, ibi. col. 2. & quæ nam necessitas lueri adquirendi, vel damni vitandi excuset à ieiunijs ecclesiæ, p. 699. col. 2. & seq. & an excusentur peregrinantes à præcepto ieiunij, vel ille qui ex causa illicita, puta inuisendi amicam iter egit & sic defatigatus omittit ieiuniū, p. 700. col. 1. & 2. vbi explicatur Victoria & Metina, ibi. col. 2. & seq. vbi respondetur ad argumenta Metinæ & Victorinæ in contra, pag. 701. col. 1. & 2. & an peregrinantes causa deuotionis excusentur à ieiunijs ecclesiæ, ibi. col. 2. & seq. & an senes excusentur à ieiunio, p. 703. col. 1.

**De operibus excusantibus à ieiunio vel non.**

**Ieiunium** an impediunt licite opera misericordiarum tam spiritualia quàm corporalia, p. 702. col. 1. & an si opera misericordiarum fiant ob mercedem temporalem an excusent à ieiunio, ibi. col. 1. & qui nam officiales excusentur à ieiunio & qui non, ibi. col. 2. & an laboriosa opera exercentes operarij vt agricolæ, fabri ferrarij in diebus quibus non laborant teneantur occurrentia tunc ieiunia seruare, p. 702. col. 2. & an pueri qui non attingerunt triplex septennium si profiteantur regulam Diui Francisci teneantur ad ieiunia de præcepto contenta in sua regula, p. 703. col. 2. & p. 704. col. 1.

**De causis excusantibus à ieiunio.**

**Ieiunare** an teneatur in diebus de præcepto omnis infirmus qui ratione infirmitatis excusatur ab abstinentia à carnibus, vel an possit tunc cœnare, p. 704. col. 1. & 2. & an dispensatus à ieiunio vt pluries edere possit an sit dispensatus à carnibus, ibi. col. 2. & an dispensatus à carnibus ob debilitatem videatur excusatus à ieiunio, p. 704. col. 2. & p. 705. col. 2. & an qui possunt ex causa vesci carnibus in die ieiunij si nocet eis cœna teneantur abstinere à cœna, vel an teneantur abstinere à piscato qui in die ieiunij ex causa dispensati possunt vesci carnibus. p. 705. col. 1. & 2. vbi discordant moderni Doctores col. 2. & an defectus somni, vel defectus caloris in lecto aut doloris capitis, aut eius vertiginis aut doloris stomachi, aut deliquij

quij cordis sint cause excusantes à ieiunio, pag. 705. col. 2. & p. 706. col. 1.

**De coniugatis an hi excusentur à ieiunio.**

**Ieiunare** an teneantur mulieres grauidæ, & nutriendes, & an peccent ieiunando, vel excusentur ab abstinentia carnis, pagin. 706. an vxor excusetur ab ieiunijs quæ sponte vouit vel à ieiunijs ecclesiæ, si maritus repugnet, pag. 706. col. 1. & 2. & an causa generandi prolem liceat coniugatis ieiunia ecclesiastica ommittere, & an coniugata mulier possit ommittere ieiunia ecclesiastica quia macilenta sit ieiunando, & ingrata viro, p. 706. & an vir possit ommittere ieiunia ecclesiastica vt vxori possit debitum reddere, p. 706. col. 2. & seq.

**De temporibus ieiuniorum ecclesiæ, p. 707. col. 1. & 2. & de hora, & de potionibus, & collatione.**

**Ieiuniorum** ecclesiæ tempora an conuenienter determinentur, p. 707. col. 2. & an ieiuniū ecclesiasticū sit de iure humano, & an habeat fundamentū in iure naturali vel diuino, p. 708. col. 1. & an requiratur ad ieiunium quod homo tantū semel comedat, p. 708. col. 1. & an prægustationes ciborum, collationes, anticipationes frangat ieiuniū, ibi. col. 1. & 2. & quid de seruitoribus, & lectoribus aliquid cibi prægustantibus, ibi. col. 2. & de interpollantibus prandiū, ibi. col. 2. & an frangat ieiunium in regionibus Indiarū potantes extra prandiū potionē, quæ dicitur Chocolate, vel confectā ex Cacao aut confectā ex massa de Mayz quæ dicitur Chicha, vel potum vini, aut ceruisiæ, p. 708. col. 2. & si aliquid alimenti sumatur pro stramento potus an frangat ieiuniū col. 2. & an collatio frangat ieiuniū, & de eius quantitate, p. 709. & an collatio possit fieri in frugibus, & pane. p. 709. col. 1. & 2. & an liceat cum pane accipere ouum, vel lactucam, vel raphanum, & de collationibus grossis. pa. 709. col. 1. & 2. & quid de collatione excelsiua ex fruxuris in vigilia Natiuitatis Domini.

**Regula generalis circa ieiunia ecclesiæ.**

**Ieiunia** ecclesiæ an consuetudo possit tollere in toto, vel in parte, & quo ad horam, & cibos, & collationem, pagina 709. columna 2. vbi statuitur regula generalis ad multos hac in materia decidendos casus, ibi columna 2. & sequenti, & an liceat vti mane collatione vsitata vespere, pagina 710. columna 1. & an secundam collationem facere violet ieiunium, ibi. 710. col. 1.

**De diffinitione ieiunij, & de eius hora.**

**Ieiunium** an sit abstinentia ciborum ita vt fe-

mel tantum in die naturali sumatur cibus per modum cibi, & an vna comestio sit de essentia ieiunij, pag. 710. colum. 2. & an qui mane comedit in die ieiunij per inaduertentiam, vel ignorantiam peccet non ieiunando sed secundo comedendo, ibi pa. 2. & pa. 711. colum. 1. & in qua comestione iste peccet frangendo ieiunium in prima, vel in secunda, ibi p. 711. col. 1. & quid si ex proposito quis in die ieiunij noluit ieiunare an peccat in prima comestione facta mane vel in secunda facta post, p. 711. colum. 1. & 2. & an sit eadem ratio de comedente pluries carnes in die veneris idest feria 6. & de comedente pluries in die ieiunij, pag. 712. & an conuenienter hora ieiunij ecclesiastici taxetur, p. 712. col. 1. & 2. & an anticipare ieiunij comestionem vnicam mane frangat ieiuniū, pagina 712. columna 2. & sequent. & pagina 713. columna 1. & 2. vbi solvuntur argumenta in contra.

**De abstinentia à carne, ouis, & lacticijs, & carnibus.**

**Ieiunantibus** an conuenienter imponatur abstinentia à carnibus, & ouis, & lacticijs pagina 713. columna 2. & in regionibus Indiarum liceat in die ieiunij vesci carnibus quorundam animalium quæ vocat coteas, & manati, yeguanas, pagina 714. columna 1. & an non habens votum abstinendi ab ouis, & lacticijs in Dominicis quadragesimæ possit ea comedere sine cruziate bul-la, pagina 714. columna 1. & 2. & an qui uerant ieiunare in quadragesima teneantur ieiunare abstinendo ab ouis, & lacticijs, pagina 714. columna 2. & sequent. & an oua, vel lacticia extra quadragesimam in sextis ferijs anni possint comedi in Hispania, vel in Indiarū regionibus, & quid si consuetudo sit, vel non, pagina 715. columna 1. & 2. & an ecclesiastici ex causa dispensati in quadragesima vt possint vesci lacticijs, & ouis possint simul vesci piscato, ibi. col. 2. & an eo anno quo dies Natiuitatis Domini incidit in feria sexta veneris vel in sabbatho religiosi Dominicani, vel aliorum ordinum citra culpam mortalem possint tunc vesci carnibus, pagina 715. columna 2. & pagina 716. columna 1. & an qui vouit omnibus ferijs sextis anni abstinere à carnibus possit eis vesci in feria sexta si in ea contingat illo anno occurrere festum natalis Domini, pagina 716. columna 2. & an vesci carnibus in sabbathis anni sit culpa mortalis, ibi columna secunda

& an peregrini quibus in sua patria prohibi-  
tum est vesci carnibus vel alijs cibis vetitis  
aliquibus si in eis se inueniant in alijs locis  
vbi ista non sunt prohibita possint eis vesci  
p. 716. col. 2. & seq. & p. 717. col. 1.

¶ De ieiunij voto promissis à populis.

Ieiunandi consuetudo recepta à populo in ali-  
quibus diebus an obliget clericos, aut reli-  
giosos, p. 717. col. 2. & seq.

Ieiunium an frangat qui dispensatus ad come-  
denda oua in die ieiunij ea condita comedit  
sagimine porcineo, p. 718. col. 1. & quid vbi  
nulla suppetit copia oei, vt in Indiarum re-  
gionibus, p. 718. col. 1. & an pauperes qui  
non habent nisi oua, aut pastores qui in die  
bus prohibitis non habent nisi lac ad come-  
dendum possint eis vesci, ibi, pag. 718. col.  
1. & 2. & an rustici qui nihil aliud haben-  
tes comederunt oua (cum esset casus refer-  
uatus in quodam episcopatu) inciderunt in  
casum seruatum, pag. 718. col. 1. & 2.  
& p. 719. col. 1. & an licentia fuit valida ex  
cuius obtinendâ confidentia comederunt  
lacticia, & oua, p. 719. col. 1. & 2. vbi  
ponitur regula aurea ad decidendos multos  
perplexos casus rescriptorum, ibi col. 2.

¶ An pueris possint ministrari cibi prohibiti,  
scilicet, oua, & lacticia.

Ieiuniorum diebus, vel alijs diebus prohibitis  
an possint propinari oua, & lacticia pue-  
ris, p. 719. col. 2. & seq. & an pueris illis die-  
bus possint ministrare carnes, p. 720.

Ieiunium iniunctum à cōfessore an possit imple-  
ri in vigilia Sancti vbi est de præcepto ieiun-  
nandam, p. 720. col. 1. & 2.

Ieiunia si indicat iubileus tribus diebus ieiun-  
nanda an pro lucrando iubileo possint im-  
pleri in diebus ieiunij quibus præcipit ieiunare  
ecclesia, p. 720. col. 2.

Ieiunia ecclesiæ duo si coincidunt in vno die,  
vt si ieiunium quatuor temporum coinci-  
dat in vigilia apostoli si quis tunc ea frangat  
an duplici peccato peccet, pagina 721. col-  
lumna 1.

Ieiunare qui tenetur an inuitari possit ad cœ-  
nandum in die ieiunij, pagina 721. columna  
1. & 2. & an liceat inuitare paratos, ibi colū  
na 2. & seq.

Ieiunare obligatis an possint tabernarij, &  
caupones in die ieiunij vendere carnes, vel  
oua, vel lacticia indifferenter, pag. 722.  
col. 1. & 2.

Ieiunare obligatis famulis, vel filijs an possit  
pater familias in die ieiunij subministrare  
cœnam, p. 722. col. 2. & religiosus comedēs  
carnes contra ordinationem suæ regulæ an

peccet mortaliter, pagina 723. col. 1.  
Ieiunium vigiliæ alicuius sancti si populus  
vovit ieiunare, an in omnem euentum tenea-  
tur illud seruare etiam si maior pars populi  
illud iam non obseruet, p. 723. col. 2.

Ieiunantibus pœnitentibus aliquibus diebus  
quadagesimæ, & cum non ieiunantibus  
totam possit dissimulare confessor, p. 723.  
col. 2. & seq.

¶ De ignorantia.

Ignorans pœnam an excusetur à pœna, pag.  
854. col. 1. & 2.

Ignorantia crassa an causet pertinaciam in he-  
resi sic ignorata, p. 826. col. 1.

Ignorantia crassa an reddat sacramentalem ab-  
solutioem inuvalidam, p. 866. col. 2. vbi ex-  
plicatur Metina, & soluuntur argumen-  
ta Soti.

Ignorantia excommunicationis an excuset  
ab ea eam probabiliter ignorantes quales so-  
lent esse vulgares, & rustici, pag. 885. col. 1.  
vide reliqua ad hoc pertinentia verbo ex-  
communicatio, vbi agitur vtrum ignorantia  
excuset ab excommunicatione.

Ignorantia an excuset vel non excuset à pœ-  
na, p. 889. col. 1. & 2.

Ignorantia probabilis an excuset ab irregula-  
ritate, p. 889. col. 1. & 2. reliqua ad igno-  
rantiam pertinentia vide verbo excom-  
municatio, vbi fit mentio de ignorantia ab  
excommunicatione.

¶ De indulgentijs.

Indulgentiæ nomen quid importet, p. 766.  
col. 1. & 2. & quid est indulgentia eccle-  
siastica, pag. 766. col. 2. & vtrum indul-  
gentiæ tantum valeant quantum sonant,  
pag. 767. col. 1. & 2. & an qui sunt vicini  
ecclesiæ visitandæ ob cuius visitationem  
conceduntur indulgentiæ tantum indulgē-  
tiam consequantur sicut illi qui veniunt à  
remotiori loco, pag. 768. col. 1. & an indul-  
gentiæ concedantur per modum solutionis  
aut absolutionis, ibi, pag. 768. col. 1. & 2. &  
an in ecclesia sit thesaurus satisfactionis  
Christi, & sanctorum, pag. 768. col. 2. & p.  
769. columna 1. & 2. vbi soluuntur argumē-  
ta Durandi, & Mayronis in contra, & an in-  
dulgentiarum cōcessio sit actus iurisdictionis  
id est vera absolutio, pag. 770. col. 1. & 2. &  
an in indulgentijs interueniat etiam so-  
lutio, pagina 771. columna 1. & 2. & quid  
inter sit inter indulgentiæ cōcessionē, & in-  
ter satisfactionē quam quis facit pro alio, p.  
771. col. 2. & quomodo differat absolutio  
pœnæ quæ fit in sacramento ab ea quæ fit  
extra sacramentum, ibi col. 2.

¶ De

¶ De valore indulgentiarum.

Indulgentiæ tantum valent quantum sonant  
quod est proloquium commune quas ex-  
positiones admittit, pag. 772. col. 1. & 2. &  
quomodo intelligantur huiusmodi pœni-  
tentiæ relaxationes, scilicet, indulgen-  
tiæ vnus anni, aut septem annorū, aut qua-  
draginta dierum pœnitentiæ, pag. 772. col.  
2. & an animæ detineantur in purgatorio  
per viginti annos, ibi col. 2. & p. 773. col. 1.  
& an superfluum sit aut frustraneum conce-  
dere indulgentias mille annorum aut plu-  
rium, p. 773. col. 1. & 2. & an indulgentiæ  
concessæ valeant solum de iniunctis aut  
etiam de iniungendis, ibi p. 773. col. 2.  
& seq.

¶ De indulgentia plenaria.

Indulgētia plenaria, & plenior, & plenissima  
quid sit, pag. 774. col. 1. & an dare operam  
relaxationibus indulgentiarum suscipien-  
dis sit perfectio, ibi col. 1. & 2. & an maioris  
dilectionis Dei sit hic velle pro pœnis de-  
bitis pro culpis satisfacere aut velle in pur-  
gatorio eas pœnas perpeti ad vnguem quā  
eligere hic indulgentias accipere vt exima-  
tur quis à purgatorij pœna, pag. 775. col.  
1. & 2.

¶ De pia causa requisita ad indulgentias.

Indulgentiæ vt sint validæ an requiratur ius-  
ta, & pia causa ad illas conferendum, pag.  
775. col. 2. & p. 776. col. 1. & an quæcun-  
que causa ad qualescunque, & quantascun-  
que indulgentias conferendas sufficiat, ibi  
col. 2. & an ad indulgentias requiratur cau-  
sa æqualis vel satis sit proportionalis pag.  
777. col. 1. & soluuntur argumenta in cō-  
tra, ibi col. 2. & an si Papa conferret indul-  
gentias magnas sine proportionabili causa  
an validæ essent, ibi col. 2. & p. 778. col. 1. &  
2. & an valeat dispensatio papæ sine causa fa-  
cta in his quæ sunt de iure diuino, pag. 778.  
col. 1. & 2. & an in causis indulgentiarū di-  
scernendis possit errare Papa, pagina 776.  
col. 1. & 2.

Indulgentia de liberando vnam animam à pur-  
gatorio recitando vnam solam Aue Maria  
in calculo benedicto an possit populo dif-  
fuaderi, pagina 779. col. 2. & seq. & p.  
780. col. 1. & 2. & quomodo indulgentiæ  
quas nunquam excogitauit concedere Pa-  
pa circumferantur inter nos ex errore tranf-  
ferentium, ibi col. 2. & soluuntur argumen-  
ta contententia probare quod ad indul-  
gentias non requiratur causa, p. 781. col. 1.

¶ An indulgentiæ valeant peccatoribus.

Indulgentiæ an valeant illis qui sunt in peccato

mortali, p. 781. col. 2. & p. 782. col. 1. & 2. &  
an requiratur susceptor bullæ sit in gratia  
tēpore quo cōtribuit duos argēteos in ele-  
mosynā pro illa, p. 782. col. 2. & p. 783. col.  
1. & 2. & an tēpore lucradi iubileū dū illum  
lucrās est cōmunicaturus satis est tūc repo-  
natur in gratia, ibi col. 1. & 2. & quid si desit  
aliqua pars cōditionis ad lucrandū iubileū,  
ibi col. 2. & ad lucrandū indulgentias præter  
gratiā requirat in lucrato deuoio ad cla-  
ues, p. 783. col. 2. & seq. & p. 784. col. 1. & 2.

¶ Indulgentiæ an prosint defunctis.

Indulgentiæ hic defunctis cōcessæ an eis pro-  
desse possint, p. 784. col. 2. & p. 785. col. 1.  
& 2. & quomodo indulgentiæ possint suf-  
fragari defunctis per modū suffragij, p. 785  
col. 2. & an infallibiliter indulgentiæ anima-  
bus purgatorij prosint, ibi col. 2. & respōde-  
tur ad argumenta in contra, p. 786. col. 1.

¶ De potentibus indulgentias concedere.

An Papa, & prælati possint indulgentias  
concedere, p. 786. col. 2. & an charaeter sa-  
cerdotalis sit necessarius ad indulgentias  
conferendas, p. 787. col. 2. & an capitulum  
sede vacante possit indulgentias concede-  
re, & an concilium generale, aut Abbates  
& an prælati religionum indulgentias ali-  
quas concedere possint, p. 788. col. 1. & 2.  
& quæ nam differētia sit inter indulgētia,  
& suffragia, p. 789. col. 1. & an possit præla-  
tus religionis alicuius benefactoribus ordi-  
nis impartire suffragia quibus sui subditi  
egent, p. 789. col. 2. vbi respondetur ad ar-  
gumenta, & epilogantur quæ dicta sunt de  
indulgētijs, p. 790. col. 1. & 2. & episcopi ele-  
cti qui tantum sunt diacones possint indulgē-  
tias cōferre, ibi col. 2. & an Papa & episcopi  
possint sibi conferre indulgentias, p. 791.

¶ De his quibus dantur indulgentiæ.

Indulgentia an possit dari non facienti id pro  
quo indulgentia datur pagina 791. colum-  
na 2. & an qui cætera iniuncta implenda  
in septimana pro lucrando iubileū non  
impleuit quia oblitus est orare, vel ieiun-  
nare aliquo die si tamen confessus est ma-  
neat validè absolutus à seruatis, pagina  
792. columna 2. & pagina 793. columna 1.

¶ De requisitis ad indulgentiam.

Indulgentia plenaria exigens præuiam con-  
fessionem an dimittat pœnam peccatorum  
quæ ex obliuione confessæ non sunt, pa-  
gina 793. columna 2. & an quis confe-  
quatur totam indulgentiam, vel partem  
illius quam Papa concedit recitantibus  
quinque Aue Marias si omittat recitare  
C 2 vnam,



vnam, pag. 793. col. 2. & an indulgentia concessa pro opere ex suo genere pio reddatur inualida ex eo quod apponitur malis finis, scilicet, vanæ gloriæ vel mala circumstantia p. 794. colum. 1. & quid si tale opus pium partim sit moraliter malum, & partim moraliter bonum, p. 794. columna 1. & 2. & sequent. & p. 795. colum. 1. & 2. & an intrans Ecclesiam causa lucrandi indulgentiam factis sit quod solum mentaliter se moueat ex vno altari ad aliud, p. 795. column. 2. & an per ieiunia alias de præcepto possit impleri ieiunia imposita pro lucrando iubilæum, p. 795. col. 2. & an clericus pro orationibus iniunctis pro lucrando iubilæum possit applicare horas canonicas quas alias ex obligatione recitat, p. 796. colum. 1. & an quis lucraturus iubilæum elemosynis indictis pro iubilæo lucrando possit satisfacere dando elemosynas alias debitas ex voto, ibi colum. 2. & 797. colum. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta in contra, p. 797. col. 2. & an priuilegijs concessis in bulla confraternitatis rosarij confratres rosarij qui non recitant rosarium potiri possint, p. 798. col. 1. & Papa concedens indulgentias de pœnitentijs an intelligat de iniunctis, vel iniungendis, ibi colum. 1. & an indulgentiam sibi concessam possit aliquis applicare ad alterum ibi, col. 1. & an si quis non recitat in gratia quod imponitur ad consequendam indulgentiam pro suis defunctis eam pro illis lucratur, p. 798. colum. 1. & 2. vbi Cordoba deuiat à Soto, & à Caietano.

¶ De interdicto.

Interdictum canonicum quid sit, & de eius diffinitione, p. 947. col. 2. & quot sint censuræ ecclesiasticæ, & quomodo differant inter se ibi, col. 2. & p. 948. col. 1. & de conuenientia inter censuras ecclesiasticas, ibi col. 1. & differentia etiam inter eas, ibi col. 2.

Interdicti diffinitio an comprehendat interdictum ab ingressu ecclesiæ, p. 948. col. 2. & p. 949. col. 1. & interdictus ab ingressu ecclesiæ an possit extra celebrare, vel iurisdictionem exercere, ibi col. 1.

¶ De diuisione interdicti.

Interdictum quotuplex sit, scilicet, an sit locale, personale, & mixtum, pag. 949. col. 1. & quando intelligendum est locum esse interdictum vel personas vel vtrumque simul, ibi colum. 1. & an interdicta ciuitate vel villa, vel vniuersitate intelligantur interdictæ personæ, p. 949. col. 2. & p. 950. col. 1. & interdicto clero ciuitatis quid intelligatur interdictum, & an interdicta ciuitate sint etiã

interdicta suburbia, ibi columna 1. & col. 2.

¶ De diuisione interdicti in generale, & speciale.

Interdictum diuiditur in generale, & speciale. p. 950. col. 2. quæ quidem distinctio generalis, & specialis interdicti cõfert ad multa dubia resoluenda, p. 951. col. 1.

¶ De causa impositionis interdicti ecclesiastici.

Interdictum ecclesiasticum an possit poni pro priuati hominis culpa aut ob pecuniarium debitum, p. 951. col. 1. & 2.

¶ De effectibus interdicti.

Interdicti effectus adnumerantur, p. 951. col. 2. & primus est prohibitio audiendi missam & qui nam excipiantur ab hac prohibitione, scilicet, an clerici coniugati, an clerici exteri, ibi col. 2. & seq. & an familiares priuilegiatorum, p. 952. col. 1. & religiosi priuilegiati quos confratres tẽpore interdicti possunt admittere, & an possint tẽpore interdicti priuilegiati ad audiendã missam in sacro sepeliri, ibi col. 1. & an infantes tẽpore interdicti excludendi sint à diuinis officijs vel possint sepeliri, p. 952. col. 1. & 2.

¶ De diuinis, & sacris quæ tẽpore interdicti audiri prohibentur vel non.

Interdicti generalis tẽpore an prohibeatur oratio angelica cū pulsatur ad Aue Maria, vel benedictio mensæ auditio litaniarum, vel eius cantatio, pulsatio campanarum, & alia, p. 952. & an episcopus tũc possit solẽniter benedicere, p. 953. col. 1. & 2.

¶ De sacramentis quæ conceduntur vel negantur tẽpore interdicti generalis, nam hic non loquimur de speciali.

Interdicti generalis tẽpore quænam sacramenta concedantur vel interdicanur, pag. 953. col. 1. & 2. & p. 954. col. 1. & an matrimonium vel, extrema vnctio tunc possit contrahi vel ministrari, ibi col. 1.

¶ De differentia inter interdictum, & cessationem à diuinis.

Interdictum in quibus differat à cessatione à diuinis, p. 954. col. 1. & 2. & interdicti violator quot modis quis dicitur, pagina 955. columna 1. & quando interdictus, suspensus, aut excommunicatus ratione sui officij efficiatur irregularis illud exercendo vbi ad hoc discernendum statuitur regula generalis, pagina 955. columna 1. & 2. & diaconi excommunicati an sic exercendo officium fiant irregulares, ibi columna 2. & an ista irregularitas contrahatur violando interdictum non denuntiatum, ibi columna 2. & de pœna violatoris ecclesiastici interdicti, p. 956. col. 1.

¶ Qua-

¶ Qualem culpam committant laici violando interdictum.

Interdictum si violent laici qualem culpam incurrant mortalem vel venialem, pag. 956. colum. 1. & 2.

¶ Quando contrahitur irregularitas ratione interdicti.

Interdicti tẽpore formam cõcessam, & permissam celebrandi si omittat celebrans an fiat irregularis, p. 956. col. 2. & quid si campanas tunc clericus pulsat, p. 957. col. 1. & an tunc clerici bini possint extra ecclesiam horas dicere, ibi colum. 1. vbi statuitur aurea, & generalis regula ad discernendum quis fiat irregularis per celebrationem diuinarum horarum, ibi colum. 2. & an suscipientes ordines minores vel maiores tẽpore interdicti fiant irregulares, p. 958. & quid si qui iniantur sacris, ibi non cantant euangelium, vel epistolam an fiant irregulares, p. 958. col. 1.

¶ De effectu interdicti.

Interdicti effectus an sit suspensio, vel priuatio electionis, p. 958. col. 2. & an interdictum suspendi possit, ibi col. 2. & seq.

¶ De suspensione interdicti.

Interdictum quibus, & quot festis suspēditur, pag. 959. colum. 1. & an tẽpore cessationis in 4. festiuitatibus exceptis ab interdicto possit celebrari, pagin. 959. colum. 1. & an in aduentu regis suspenditur interdictum, ibi colum. 2. & quando incipit in illis festiuitatibus suspensio interdicti, & quando finitur, ibi columna. 2. & an in prædictis festiuitatibus liceat mortuos sepelire, ibi col. 2. & sequent. & an prædictis quatuor festiuitatibus possint ministrari sacramenta, benedicere virgines, p. 960. col. 1. & 2.

Interdictum suspendendi priuilegium quem medicantes antea habebant in suis ecclesijs in aliquibus festiuitatibus an reuocatum fuerit per Concilium Tridentinum, pag. 960. columna 1. & 2. vbi variant Metina & Nauarrus.

¶ De irregularitate.

Irregularitas quid sit, & de eius diffinitione, p. 963. col. 2. & de eius diuisione, ibi col. 2. & p. 964. col. 1. vbi statuitur regula generalis ad admittendam irregularitatem in dubio, ibi columna 1. vbi Couarruias dissentit ab alijs doctoribus, ibi pagina 964. columna 1. & 2. & de præambulis adnotationibus ad hanc materiam, ibi col. 2.

¶ De impedimentis causatis ab irregularitate.

Irregularitas præsertim occulta an impediatur impetrationem beneficij, & eius possessio-

nis adeptionem, p. 965. col. 1. vbi variant doctores, ibi col. 2.

¶ De concessione Concilij Tridentini circa dispensationem irregularitatum occultarum.

Irregularitas qualis modo post Concilium Tridentinum, possit dispensari per episcopos, p. 965. col. 1. & 2. & an modo episcopus possit post Concilium dispensare super irregularitate occulta proueniente ex abscissione membri illicita, p. 965. col. 2. & sequent. & p. 966. col. 1.

¶ De irregularitate bigamia.

Irregularitas bigamiæ quotuplex est, p. 966. col. 1. & 2. & quis possit dispensare cum clerico, vel monacho contrahente cum virgine, p. 966. col. 2. & p. 967. col. 1. & an efficiatur irregularis qui inuitus ex præcepto iudicis ecclesiastici vxorem post adulterium cognoscit, ibi col. 1. & quare corruptus ducens virginem non fit irregularis, ibi col. 1.

¶ De dispensatione irregularitatis bigamiæ.

Irregularitas cõtracta per bigamiam an in aliquo casu possit nunc dispensari per episcopum, p. 967. col. 2. & p. 968. col. 1. & an episcopus possit dispensare cum eo qui post votum simplex religionis aut castitatis cõtraxit matrimonium, p. 968. col. 2. & an laicus contrahens inualidè cum vidua, aut corrupta quia erat sibi affinis fiat irregularis, p. 968. col. 2. & an contrahens cum muliere scurrili, aut serua, aut cū publica fabularum atrice ea mortua possit ordinari, pag. 968. col. 2. & an homicida ante baptismum vel bigamiam ante baptismum, post baptismum maneat irregularis, p. 969. col. 1. & an irregularitas tollatur per ingressum religionis, p. 969. col. 1. & 2. & an neophyti admittendi sint ad sacros ordines, ibi col. 2. vel ad officia secularia eligendi, ibi col. 2. & seq.

¶ De secunda specie irregularitatis ex defectu corporali.

Irregularitatem ad ordines an inducat vitium corporis, pagina 970. columna 1. vbi statuantur duæ regulæ generales valde conducentes ad notitiam huius irregularitatis, pagina 970. columna 1. & 2. & an qui caret vitu oculi dextri sit irregularis, vel qui caret solo visu oculi sinistri, ibi columna 2. & sequent. & an irregulares sint illi qui comprehensi cum vxore aliena à viro eius virilibus amputati sunt, pagina 971. col. 1. & sine culpa sua sectus aliquo membro,

an possit promoueri ad ordines, p. 971. col. 1. & quid de amittente vngulam pollicis, vel de habente membra superflua, vel de defectuosa, & quis dispenset super his, ibi col. 2.

¶ De irregularitate qua inducitur per corporales morbos.

Irregularitatem an inducat lepra, vel morbus caducus, pag. 972. col. 1. vbi statuitur regula generalis pro infirmitatibus corporalibus col. 1. & quid de furioso, vel lunatico, vel demoniaco, ibi col. 1. & 2. & de gibboso, & leproso, & de hermaphrodito, ibi, pag. 972. col. 2.

¶ De irregularitate ex defectu legitimationis, seruitutis, & infamia, & defectus etatis, & Sodomie, &

Simonie.

Irregulares an sint illegitimi, & adulterini, & an isti teneantur credere matri dicenti eos esse illegitimos, p. 972. col. 2. & quid de expositis, & de alijs, de quibus dubitatur an sint legitimi, p. 973. col. 1. & an seruus sit irregularis ad ordines, ibi col. 1. & an infamia iuris, vel facti inducat irregularitatem, pag. 973. & quis super hac irregularitate possit dispensare, & an publicus peccator fiat irregularis si ante poenitentiam celebret, pag. 973. col. 2. & an talis ante celebrationem sit irregularis, & quis super istam irregularitatem possit dispensare, pag. 974. col. 1. & col. 2. & clericus notorie concubiniarius an celebrando fiat irregularis, pag. 974. col. 2. vbi variant doctores, & pag. 975. col. 1. & an hoc intelligatur etiam de clericis minoribus initiatis, & an crimina occulta inducant irregularitatem, ibi pagin. 975. col. 1. & an clericus sodomiticus etiam occultus sit irregularis, pag. 975. col. 1. & 2. & an simonia inducat irregularitatem, pag. 976. col. 1. vbi variant doctores, ibi col. 2. & quid si talis celebret, ibi col. 2. & an irregularis fiat qui ante legitimam etatem initiatus est sacris, ibi col. 2. & an super suspensionem dispensatus possit celebrare ante legitimam etatem, ibi col. 2. & seq. & an sit suspensus ipso iure ordinatus ante legitimam etatem, vel extra tempora vel sine dimissorijs, p. 977. col. 1.

¶ De tertia specie irregularitatis.

Irregularis an sit non baptizatus, vel baptizatus hæreticus, vel hæretici filius, vel ignorans, & idiota & an nesciens legere, vel scribere possit primam tonsuram suscipere, & an ignarus linguæ Latinæ possit minores ordines suscipere: & an homicida sit irregularis, & an qui caret patrimonio, vel bono

testimonio possit ordinari, pagina 977. col. 1. & 2.

¶ De quarta specie irregularitatis idest ex homicidio.

Irregularitatem quæ nam mutilatio sufficienter inducat, pag. 978. col. 1. & an digitus sit membrum, ibi col. 1. & 2. & an abscissio auriculæ, aut abscissio mammillæ in foemina inducat irregularitatem, & an sola debilitatio membri eam inducat, pag. 978. col. 2. & seq. & an mancum alium efficiens aut testiculos eius amputans sine genitali fiat irregularis, pag. 979. col. 1. vbi variant Caetan. & Nauarrus.

¶ De occisore, & mutilatore iusto.

Irregularis an sit occisor, & mutilator iustus vt iudex iustitiæ, p. 979. col. 1. & 2. & an irregularis fiat aliquis exhortando, adiuuando, præbendo arma etiam ad bellum iustum, pag. 979. col. 2. & seq. & an ministri iustitiæ iudex, tabellio qui sunt causa iusta occisionis, vel mutilationis fiant irregulares, p. 980. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta, ibi col. 2. & an clericus fiat irregularis exhortans in bello iusto milites non solum ante, sed etiam in ipso conflictu belli iusti. vbi discordant doctores, pag. 981. col. 1. & an clericus in bello iusto pro defensione patriæ pugnans fiat irregularis, ibi col. 1. & 2. vbi variant doctores, ibi, pag. 2. & an priuata persona sine omni culpa occidens semper sit libera ab irregularitate, p. 981. col. 2. & seq. vbi respondetur ad argumenta pro Couarruua, p. 982. col. 1. & an excessus in se defendendo, & qualis inducat irregularitatem, & an occidens insidiatorem suæ vitæ irregularis fiat vel qui se potest defendere fugiendo in sui defensionem occidit, p. 982. col. 2. & seq. & an clericus deprehensus cum adultera qui occidit eius maritum ne ab eo occideretur sit irregularis, p. 983. col. 1. & 2. & pag. 984. col. 1. & 2. vbi variant doctores, & respondetur ad argumenta in contra.

Irregularitatem an incurrat clericus ob literas amatorias quas misit adulteræ quæ comprehensæ à marito incitarunt illum ad uxorem adulteram occidendam, p. 984. col. 1. & 2.

Irregularis an fiat occidens in defensionem suarum rerum, pag. 985. col. 1. & an prelati, & clerici interessentes bellis pijs exhortando milites ad strenue pugnandum fiant irregulares, pag. 985. col. 1. & 2. & an qui fidei zelo defert ligna ad comburendos hæreticos viuos fiat irregularis, pagina 985. col. 1. & 2. vbi variant doctores.

¶ De

¶ De protestatione requisita vt accusans non fiat irregularis.

Irregularis an fiat accusans in iudicio sine protestatione si accusatus mactetur, aut occidatur, p. 986. col. 1. & 2. & quid si sic accusans careat animo quod accusatus mactetur aut occidatur, pag. 986. col. 2. & quid si capiatur, & tradatur reus iudici an sic tradens fiat irregularis, ibi col. 2. & an excusetur ab irregularitate etiam si præmiserit protestationem qui accusat non pro iniuria, vel damno illatis sibi sed alteri, pag. 987. col. 1. & an irregularis sit qui videns furem fugientem cum rebus suis clamauit, fur, fur, apud vicinos illum furem occidentes, pag. 987. col. 1. & 2. & an aduocatus patrocinans contra reum in causa sanguinis cum protestatione fiat irregularis, pag. 987. col. 2. vbi discordant doctores, & quia si aduocatus accusati petit poenam tallionis, ibi col. 2. & seq.

¶ De testificante in causa sanguinis an fiat hic irregularis.

Irregularis an sit ferens testimonium in causa sanguinis sine protestatione aut cum illa, pag. 988. col. 1. & inquisitores tradentes iudicibus relapsos quare non fiunt irregulares, ibi pag. 988. col. 1. & an propitians aliquid infirmo sine licentia medici fiat irregularis si moriatur infirmus, pag. 988. col. 1. & 2. & quid si quis hortatur vel adiuuat suspendendum, vel ad ascendendum scalam, aut si quis iubet decapitando vt admoueat caput ad cippum, aut facit aliquid vnde acceleratur mors infirmi vt vertendo eum in lecto, aut si acuit gladium aut præparat funes ad suspendium.

¶ De quinta specie irregularitatis orta ex homicidio iniusto.

Irregularis quis fiat in hac quinta specie irregularitatis, p. 989. col. 1. vbi præmissa distinctione triplicis occisionis, pag. 988. col. 2. & pag. 989. col. 1. traditur regula generalis ad cognoscendam irregularitatem quæ ex homicidio iniusto nascitur, p. 989. col. 1. vbi explicatur regula, ibi col. 1. & 2.

¶ De homicidio casuali mero, vel mixto.

Irregularis an fiat aliquis ex homicidio casuali subsecuto ex re cui dabat operam, pagina 989. col. 2. vbi statuitur duæ regulæ generales ad hoc cognoscendum, ibi col. 2. & seq. vbi proponuntur multa argumenta contra primam regulam, pagina 990. col. 1. & quomodo intelligenda est prima regula vt vitentur absurda inconuenientia, ibi col. 1. & 2. & quomodo dicatur

quis dare operam rei illicitæ vt incurrat irregularitatem, ibi col. 2. & an fiat irregularis qui dat operam rei illicitæ ex qua sequitur mors raro, & quid si in hoc casu cauet periculum adhibendo diligentiam vbi est tota difficultas, p. 990. col. 2. & seq. & p. 991. col. 1. vbi Metina, & alij inter se discordant, p. 991. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argumenta in contra, ibi col. 2. & seq. & an monachus Chirurgus curans ex pietate tumorem cruris fiat irregularis subsecuta morte vbi variat doctores, ibi col. 1. & monachus, aut clericus peritus in arte medicinæ si curet infirmum qui moritur an erit irregularis, pag. 992. col. 2. & quid si in minoribus exercet artem Chirurgiæ, vel qui egrotum in latus voluit vel à vulnerato extrahit fagittam, si talis est clericus vel laicus peritus p. 992. col. 2. & quid de mittente lapidem ludendo quem collusor vitans incidit in aliū vnde occisus est, ibi col. 2.

¶ De irregularitate quatenus sequitur vel non ex occasione occasionali.

Irregularis an fiat ludens manibus cum foemina prægnante si abortum faciat, p. 993. col. 1. & clericus qui equitabat, & præter intentionem equi impulsu occidit puerum an incidit in irregularitatem, ibi col. 1. & an clericus exercens ludum palestre vnde casualiter sequitur mors fiant irregulares, ibi col. 1. & an venator venando casualiter occidens hominem fiat irregularis, pag. 993. col. 2. & quid de habentibus animantia ferocia, vrfos, & leones, & quid de ebrio, furioso, aut dormiente si isti occidant an fiant irregulares, p. 993. col. 2. & seq. & p. 994. col. 1. & an irregularis fiat qui ex commotione furoris quam habuit vigilia occidit aliquem in somnis, p. 994. col. 2.

¶ De irregularitate vt procedit ex occasione vel nō.

Monachus qui tempore prohibito, scilicet, interdicti versando campanam aliquem occasionaliter occidit an factus sit irregularis, p. 994. col. 2. & an clericus cedendo alienam arborem qui occasionaliter occidit fiat irregularis, ibi col. 2. & seq. & an sit irregularis qui non percussit lethaliter eum, qui ex malo regimine, vel ex imperitia medici obiit vbi variat doctores, pag. 995. col. 1. & 2.

¶ De irregularitate ex mandato, vel consilio.

Irregularis an sit qui iniuste mandat aliquem verberari si moriatur ex verberibus licet prohibuit expresse ne verberatus occideretur, p. 995. col. 2. & sequent. & an fiat irregularis causa libidinis mandans mulierem rapi

rapiti mandataris in raptu eam occidit, pag. 996. col. 1. & an ratam habens occisionem iam antea suo nomine factam fiat irregularis, p. 996. col. 1. & 2.

¶ *De irregularitate contracta ex præstita ope, vel consilio.*

Irregularis an fiat qui consilium dedit ad occisionem, vel mutilationem, p. 997. col. 1. & si animavit iam alias occisurum, ibi col. 1. & quid si non sit occisus de quo consiliator dedit consilium sed alius, ibi col. 1. & an fiat irregularis qui suadet alicui ne opem ferat occidendo si deo occiditur, p. 997. col. 2. & quid de consulente alicui ne fugiat ab inimicis si quia mansit occisus est col. 2. ibi & an reuocans consilium vel mandatum fiat irregularis si aliquis ex tali mandato vel consilio occisus est, p. 997. col. 2.

¶ *De præstata opem rixæ aut percussioni unde secuta est mors.*

Irregularis quando fit fautor, vel auxiliator, pag. 998. col. 1. & quando plures aliquem vulnerarunt, qui ex vulneribus obiit an omnes fiant irregulares: & quid si ex vno consilio præiio omnes percusserunt, aut sine illo, pag. 998. col. 1. & quia si ab vno lethali vulnere fuit affectus, & demum ab alio fuit exanimatus, & occisus an prior in hoc casu fit irregularis, ibi. p. 998. col. 1. & 2. & quid si in dubio est an primum vulnus fuit lethale vel non, ibi col. 2. & an irregularis sit qui animo occidendi percussit eum qui ita vulneratus est occisus ab alijs, ibi, pag. 998. col. 2. & an irregularis sit qui potuit alium liberare à morte neque fecit.

¶ *De irregularitate causata ex accidenti rixæ vel extracta rixito ad occidendum.*

Irregularis an fiat ille cuius causa eius confanguinealium occiderunt, p. 999. col. 1. & 2. & quid si rixantem cum aliquo amici alterius venientes occiderunt, pag. 999. col. 2. & an sit irregularis qui affuit tractatui in quo agebatur de occidendo aliquem sita cuit, & subsecuta est mors, ibi col. 2. & seq.

¶ *De irregularitate delicti accipiendi, vel exercendi male ordines.*

Irregularis an fiat excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus ab ordinibus si eos recipiat, pagina. 1000. columna 1. vbi statuitur regula generalis deferuiens huic materiæ, & an excommunicatio minor in hoc casu sufficiat ad irregularitatem inducendam, ibi. columna 1. & quis possit dispensare super hac irregularitate si sit occulta, pagina

1000. col. 1. & an suspensus à perceptione sacramentorum fiat irregularis ea suscipiendo, p. 1000. col. 1. & 2.

¶ *De ordinato per saltum.*

Irregularis an fiat qui ordinatur per saltum accipiendo prius maiorem ordinem quam minorem, p. 1000. col. 2. & an fiat irregularis qui ordine non habito vtitur serio, & ex officio, ibi. col. 2. & an irregularis sit eodem die ordines minores, & subdiaconatū accipiens vel duos ordines sacros eodē die, vel ab episcopo renūciati episcopatu quo ad locum, & dignitatem, vel ab episcopo excommunicato, vel suspensio simoniaci, vel hæretico & quis possit cum his ignorantibus dispensare, & an irregularis sit bis baptizatus, vel bis baptizans, p. 1001. col. 1. aut bis confirmatus, vel ordinatus, ibi col. 1.

¶ *De irregularitate contracta per celebrationem in censuris.*

Irregularis an sit qui irretitus excommunicationis, vel interdicti, vel suspensionis censura celebrat diuina, pag. 1001. col. 1. & 2. vbi circa hanc materiam statuitur regula generalis, pagin. 1001. col. 1. & 2. & quid si quis autorando facit hos celebrare coram se, vel eis assistit, & an irregularis fiat baptizans sub conditione in dubio ante eius examinationem, vel extra dubium vbi variant doctores, p. 1001. col. 2.

¶ *Irregularitas quæ incurritur propter culpam an incurrat propter culpam venialem aut mortalem.*

Irregularis an fiat propter irregularitatem contractam ex delicto qui solum peccauit venialiter, p. 1002. vbi variat doctores, ibi col. 1. & col. 2. & an irregularitas contracta per homicidium non mere voluntarium neque mere casuale sed in sua causavolitu incurrat propter culpam venialem, p. 1002. col. 2. vbi variant doctores, p. 1003. col. 1. & 2.

¶ *De dispensatione irregularitatis.*

Irregularitas incurfa ob homicidium voluntarium à quo possit dispensari vbi statuitur decretum Concilij Tridentini diffiniens circa hoc, & homicidij à casu causafiquis incurrerit irregularitatem à quo possit dispensari, p. 1004. col. 1. & quid intelligatur per homicidium voluntarium cuius irregularitatem Papa excipit, p. 1004. col. 1. & 2. vbi discordant Nauarrus, & Caietanus, ibi col. 1. & 2.

¶ *An circa aliquam irregularitatem ex homicidio contractam possit episcopus dispensare.*

Irregularis ex homicidio indirecte voluntario an

an possit dispensari per Episcopum & circa quos ordines, p. 1004. col. 2. & seq. & pag. 1005. col. 1. & an possit dispensari quoad beneficium simplex ibi. col. 1. & an possit Episcopus cum isto dispensare ad retinendum curatū iam obtentū, vel obtinendum, p. 1005. col. 1. & 2. vbi variant Nauarrus & Metina & an homicida voluntarius sit ipso iure beneficio priuatus, vel priuandus, & ante sententiam pendente accusatione an possit renunciare beneficio, p. 1005. col. 2. Quis possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio iusto exercito à ministris iustitiæ, pag. 1005.

Irregularitas contracta per ministros iustitiæ propter mortem iuste inflictam delinquentibus à quo possit dispensari, p. 1005. col. 2. vbi variant Caietanus & Nauarrus & à quo possit dispensari.

¶ *Vide casus omnes in quibus irregularitas ex iure contrahitur adnunciantur.*

Irregularitas in quibus & quot casibus ex iure contrahitur, p. 1006. col. 1. & 2.

Iuramenta an possint commutari ratione Bullæ Cruciatæ, vide verbo Bulla.

L

Licus sacramentaliter absolvens an incurrat irregularitatem vide verbo irregularitas.

¶ *De legitimatione.*

Legitimatio quid sit & in quo differt à dispensatione, p. 1185. col. 1. & 2.

Legitima an sit proles etiam quoad ciuilia quæ suscepta fuit ex matrimonio ex dispensatione Papæ contracto, pag. 1185. col. 2.

Legitimare an censetur papa prolem ex matrimonio prohibito susceptam quando legitimat matrimonium prius in gradu affinitatis vel consanguinitatis prohibito contractum, p. 1185. col. 2.

Legitimare an possit aliquis princeps sibi non subditum quoad bona in alio regno vel imperio existentia, p. 1185. col. 2.

Legitimare an possit princeps subditum sibi in alieno territorio existentem, pag. 1185. col. 2. & seq.

Legitimare an possit princeps laicus circa bona ecclesiastica, vel Papa circa bona ciuilia, p. 1186. col. 1.

Legitimare filium clericum in sacris constitutum ad bona paterna an cōueniat Papæ vel principi seculari, p. 1186. col. 1.

Legitimare an possit aliquis princeps filios proprios quando non sunt legitimi, pag. 1186. col. 1.

¶ *De exprimendis in petitione legitimationis.*

Legitimationis petitio quæ offertur principi an debeat expresse continere qualitatem filij illegitimi an, scilicet, sit spurius & ex quali genere spuriorum, p. 1186. col. 1. & 2.

Legitimationis rescriptum impetratum & concessum à principe an necesse sit contineat illam clausulam non obstantibus legibus contrarium disponētibus vel an necesse sit hæc clausula apponatur in concessione aliarum gratiarum, p. 1186. col. 2. vbi pulchra doctrina & digna scitu traditur.

Legitimatio quæ viuente patre fit an optime expediatur sine alia vocatione vel citatione agnatorum, vel cognatorum, pag. 1186. col. 2. & seq. & an in hac legitimatione faciendâ sit mentio principis in eius petitione de filijs naturalibus & legitimis, p. 1187. col. 1.

Legitimare an possit princeps filium illegitimum post mortem Patris discedentis ab intestato, pag. 1187. col. 1. & illa clausula posita in rescripto legitimationis, scilicet sine præiudicio successorum ab intestato quomodo sit intelligenda, p. 1187. col. 1.

¶ *De Ludis.*

Ludentes quinam sunt qui transferre possunt dominium in lucratum, & quinam in non

possunt transferre, p. 375. col. 1. & 2.

Lusor qui tractus est ad ludum per violentiam an possit perdere aut lucrari, p. 375. col. 2.

Ludentes milites ad tallos vel tabulas durante bello an transferant dominium in lucratum, pag. 376. col. 1.

Ludenti & soluenti perditum à se in ludo inter quantum temporis datur repetitio ad recuperandum amissum in ludo, p. 376. col. 1.

Ludens pecuniam ad creditum si lucratus fuerit in tali ludo an istius pecuniæ absentis si postea sibi soluatur adquirat dominium, p. 376. col. 1. & 2., p. 377. col. 1. & 2. vbi Sotus & Magister Bañes aliquantulum discordant.

Ludenti soluenti perditum à se in ludo si prius timi repetat an restitutio lucrati à lucrante sit faciendâ, p. 377. col. 1.

Ludens qui perdidit in ludo an teneatur solvere, p. 377. col. 1. & 2. vbi variant Doctores moderni & soluuntur argumenta in contra, ibi. col. 2.

Ludentes quorum vnus ludit posita pecunia & alius ad creditum an stante lege Hispanica possint à se inuicem lucrari, pag. 377. col. 2. & seq.



**¶ De matrimonio.**  
**M**atrimonium an sit de iure naturali, pag. 1017. col. 2.  
 Matrimonium an cadat sub præcepto, 1018. col. 1. & an si aliqua ars mechanica necessaria rei publicæ deficeret in republica posset princeps compellere aliquos ad exercendam illam artem, ibi col. 1.  
 Matrimonium an contrahere possent deficiente iam genere humano si religiosi soli & religiosæ vel filii cum sola matre in mundo inuenirentur, p. 1018. col. 1. & 2.  
 Matrimonium qualiter fuit institutum in statu naturæ integræ & qualiter post, p. 1018. col. 2. an præceptum matrimonij sit reuocatum in lege nouâ, p. 1018. col. 2. & seq.  
**¶ De matrimonio quoad actum.**  
 Matrimonialis actus an sit licitus, pag. 1019. col. 1.  
 Matrimonialis actus an sit meritorius, pag. 1019. col. 2.  
**¶ De matrimonio quatenus est sacramentum,** & de eius materia & de eius forma, ibi col. 1. & 2.  
 Matrimonium vtrum sit sacramentum nouæ legis, p. 1019. col. 2. & seq. & an ista assertio sit catholica, scilicet, quod matrimonium sit sacramentum nouæ legis & an matrimonij noui sacramentum, verba velactus contrahentium sint forma & materia, p. 1020. col. 1. & 2.  
**¶ De matrimonio quoad eius institutionem.**  
 Matrimonium an debuit institui ante peccatum, p. 1020. col. 2.  
**¶ De matrimonio ut est sacramentum quantum ad eius effectum.**  
 Matrimonium an conferat gratiam, p. 1021. col. 1. & an sit hæresis negare quod in noua lege conferat gratiam, ibi col. 2. vbi respondetur ad argumenta in contra, ibi & pag. 1022. col. 1. & 2. an ecclesia catholica possit habilitare vel inhabilitare personas fideles ad matrimonium.  
 Matrimonium contractum sine interuentu ecclesiastici ministri an habeat rationem sacramenti conferentis gratiam, p. 1023. col. 1. & 2. vbi proponuntur argumenta Cani, ibi p. 1023. col. 2. & seq. & postea soluuntur, p. 1024. col. 1. & 2.  
 Matrimonium an nunc post Concilium Tridentinum ad validitatem suam requirit præsentiam parochi, aut alterius sacerdotis, de eius licentiâ & testium tam ad validitatem matrimonij quam ad validitatem eius pro ut est sacramentum, p. 1024. col. 1. & 2. & p. 1025. col. 1. & 2. vbi respondetur ad argu-

menta Cani, p. 1025. col. 2. & p. 1026. col. 1. & 2. & seq.  
**¶ De matrimonio per literas, aut procuratorem.**  
 Matrimonium per literas, vel per procuratorem in absentia contractum an sit verum & indissolubile vinculum, p. 1027. col. 1. & 2. & an nunc post Concilium Tridentinum sit sacramentum conferens gratiam, ibi vbi dicitur, & Cæteranus dissidet a cæteris & respondetur ad quinque argumenta eorū, p. 1028. col. 1. & 2. & seq.  
**¶ De matrimonio quoad eius integritatem.**  
 Matrimonium an pro sua integritate requirat commixtionem carnalem, p. 1029. col. 1. & perfectio essentialis matrimonij in quo consistat, ibi col. 2. & p. 1030. col. 1. & matrimonium an ante carnalem copulam sit solidum, ac firmum, p. 1030. col. 1.  
**De matrimonio quoad dotem.**  
 Matrimonium si contrahat foemina simpliciter an bona quæ habet videatur in dotem dare vbi Couarruias discordat à Bartolo & Abbate, p. 1027. col. 1. & 2.  
**De matrimonio quoad legatum.**  
 Matrimonium si non contraxerit puella, quæ sub ista conditione si nupserit relicta est legataria an in isto casu siue nupserit siue non possit sibi tute acquirere legatum, & quid si in hoc casu ista puella non nubat sed ingrediatur religionem, pag. 1036. col. 2. & p. 1034. col. 1. & an possit pater filia legare minus si ingrediatur religionem & legare plus si nubat, p. 1037. col. 1.  
 Matrimonij contractus an admittat poenam, vel ab illo reiicienda sit etiam si in ea non interueniat metus cadens in virum constantem, pag. 1037. col. 2.  
 Matrimonium an nunc post Concilium Tridentinum & post sponsalia efficiat copulam habitam affectu maritali, p. 1042. col. 1.  
 Matrimonium inualide coram parochio, & testibus ratione impedimenti occulti contractum an obtenta dispensatione per copulam carnalem possit conualescere, p. 1042. col. 1. & 2. & an per amplexus, vel traditionem in domum, vel per subarrhationem post ablatum impedimentum possit validari, ibi col. 2.  
**¶ De matrimonio quoad eius rationem & diffinitionem quid nominis.**  
 Matrimonium an sit in genere coniunctionis, p. 1051. col. 2. & seq.  
 Matrimonium dicitur quasi prolem & matrem muniens, ibi col. 1.

Matri-

Matrimonium & coniugium pro quo supponunt, p. 1052. col. 1. & 2.  
 Matrimonij mentionem cum facit aliqua lex an intelligenda sit de matrimonio de præsentis ratio etiam non consummatio, p. 1052. col. 2. & quare matrimonium dicatur nuptiarum, ibi col. 2. & vnde denominatur matrimonium, p. 1053. col. 1.  
 Matrimonium an conuenienter diffiniatur quod sit duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus vel quod sit coniunctio maritalis inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens quæ est essentialis diffinitio, p. 1043. col. 1.  
 Matrimonium non consummatum per copulam an sit vinculum indiuiduum ex institutione diuina, p. 1053. col. 2.  
**¶ De matrimonio quoad consensum.**  
 Matrimonij causa an sit consensus illud contractum, p. 1053. col. 2. & seq. & an Deus per se solum citra consensum contrahentium possit inter aliquos verum matrimonium conciliare, pag. 1054. col. 1. & an aliquando Deus aliquos absque humano consensu matrimonio iunxerit, ibi col. 1. & an ex potestate sibi collata à Deo possit respublica Christiana personas dissentientes pro bono communi ad matrimonium contrahendum cogere, pag. 1054. col. 2. vbi soluuntur obstantiæ in contra, ibi col. 2.  
 Matrimonij consensus an debeat esse expressus, & formalis in carnalem copulam, pag. 1055. col. 1. & an consensus implicitus in copulam repugnet virginitati, ibi col. 1. & 2.  
 Matrimonij consensus an debeat exprimi per verba, p. 1055. col. 1. & 2. & an requiratur consensus mutuos, ibi col. 2. & an taciturnitas puellæ sine verbis, & nutibus sufficiat ad matrimonium, ibi col. 2. & seq. & an vtriusque consensus simul concurrere debeant, pag. 1056. col. 1.  
 Matrimonij consensus quando est dubius quomodo tunc in foro exteriori ecclesia profert sententiam, & quomodo tunc profertur in foro conscientia, p. 1056. col. 2. & p. 1057. col. 1. & an vxori dicenti se in matrimonium non consensisse vir credere debeat, p. 1057. col. 1. & 2.  
 Matrimonium contrahens si protestetur se matrimonio illi non consentire neque consenturum, an talis eius protestatio præcedens probet aliquid contra matrimonium, p. 1057. col. 2.  
 Matrimonium si furiosus contraxit & dubitatur an in lucidis interuallis illud contraxe-

rit an in hoc dubio tale matrimonium præsumendum est fuisse validum.  
 Matrimonium an faciat consensus expressus per verba de futuro, p. 1057. col. 2. & seq. & an consensus expressus per verba citra consensum interiorum faciat matrimonium, p. 1058. col. 1.  
 Matrimonium an faciat consensus in occulto præstitus per verba de præsentis, pag. 1058. col. 1. & 2.  
**¶ De matrimonio contracto per consensum coactum vide litera. C. diffinitione consensus.**  
**¶ De matrimonijs clandestinis, & de bannis.**  
 Matrimonia quotupliciter dicantur clandestina, p. 1058. col. 2. & circa banna præcedentia matrimonium quid modo præcipiat Concilium Tridentinum, ibi col. 2. & seq.  
 Matrimonium inualide contractum coram parochio & testibus ratione metus cadentis in virum constantem interuenientis etiam ad consummandam copulam an possit nunc post Concilium Tridentinum per copulam subsecutam revalidari, p. 1067. col. 1.  
**¶ De bannis.**  
 Matrimonium in quot, & quibus casibus ex dispensatione Episcopi sine præcedentibus bannis coram parochio, & duobus testibus contrahi potest, p. 1059. col. 1. & 2.  
 Matrimonium contrahentes sine bannis etiam si inualide contrahant quia sunt consanguinei an subijciantur censuræ excommunicationis in suo episcopatu lata contra sic sine bannis contrahentes, p. 1059. col. 2.  
 Matrimonium sine bannis contrahentes in casibus prædictis sine licentiâ Episcopi qui absens est, vel eam immerito negat an peccent tunc vel excommunicatione ligentur, p. 1059. col. 2. & seq. & per quos censura in curia ob omissionem bannorum possit absolui, p. 1060. col. 1.  
**¶ De penis in transgressores prohibitionis clandestini matrimonij.**  
 Matrimonium clandestinum contrahentes, vel sacerdotes vel monachi ei interessentes quibus censuris & poenis puniantur vbi variant Doctores & explicatur ius canonicum, p. 1060. col. 1. & an tales monachi, & sacerdotes sicut suspenduntur ab officio suspendantur etiam à beneficio & quis possit absolui ab hac suspensione, ibi col. 2. & an suspensum à iure ob contumaciam Episcopus possit absolui.  
 Matrimonium si nunc post Concilium Tridentinum contrahat filia coram curato, & testibus

bus sine bannis an ideo à patre exhæredari possit, p. 1061. col. 1.

**Matrimonium** vt nunc sit validum per quem parochum, vel coram quem curatum celebrandum est an viri an mulieris, pag. 1061. col. 1.

**Matrimonij consummatio** ante solennem benedictionem ecclesiæ an sit peccatū & quale, p. 1061. col. 2. & quā poenā ex Cōcilio Tridentino incurrat sacerdos alienus, vel monachus qui sine licentia parochi proprii matrimonio iungit, aut benedicit, ibi. col. 2.

**Matrimonium** an faciat iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro, pag. 1062. col. 1.

¶ **De matrimonio quantum ad causas ab eo retrahentes, scilicet, poenas vel condiciones legatorum.**

**Matrimonium** contrahentes si adijciant poenam an talis poenæ quæ cunq̄ fit à contractu matrimonij reiicienda sit, pag. 1073. col. 2. & seq.

**Matrimonium** si contrahat rapta cum raptore in casu quo ei nubere potest an amittat ea bona raptoris quæ ei applicantur ex iure, p. 1074. col. 1. & an dos possit taxari filiabus sicut taxatur per legem Matritiam, ibi. 1. & 2.

**Matrimonium** si contrahat vidua intra annum luctus, vel intra mensem secundo nubens an nūc incurrat poenas legum, p. 1074. col. 2. & an mulieri viduæ intra annum nubenti teneantur hæredes mariti ei bona mobilia reddere intra annum, pag. 1075. col. 1. & an tunc amittat vestes lugubres, ibi. col. 1.

**Matrimonium** si contrahat vidua relicta legata sub conditione si secundo non nubat an si secundo nubat legatum possit adquirere, p. 1075. col. 1. & quid si maritus legauerit aliquid vxori si caste vixerit, & in hoc casu transferit ad secundas nuptias, ibi. col. 2. & seq. & quid si testator leget Petro mille si nupserit Mariæ si ei nupserit cui eorū pertinebit legatum, vel quantitas sic promissa, ibi. col. 2. & seq.

¶ **De matrimonio quoad eius bona.**

**Matrimonium** an debeat habere aliqua bona quibus excusetur, p. 1099. col. 2. & seq. & quomodo excusetur matrimonium per illa tria bona excusantia ipsam an quia actus matrimonialis indifferēs, vel an quia solum præferat aliquam speciem mali siue culpæ siue poenæ, p. 1100. col. 1. & 2.

**Matrimonij bona** vtrum sufficienter assignentur à Magistro, scilicet, quòd sint tria fidēs proles, & sacramentum, pag. 1100. col. 2. & vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij, p. 1101. col. 1.

**Matrimonialis actus** an excusetur per tria bona prædicta, p. 1101. col. 2. & an matrimonialis actus excusari possit sine prædictis bonis, p. 1102. col. 1. & an accessus ad vxorē causa vitandi fornicationem vel infirmitatem in se sit culpa venialis, ibidem col. 1. & 2.

**Matrimonialis actus** quo quis cognoscit vxorem non intendens aliquod bonum sed solā delectationem an sit actus mortalis, pag. 1102. col. 2. & an liceat coniugibus debitū petere à se ipsis ad vitandam fornicationem in se, p. 1103. col. 2. vbi pulchre disputatur p. 1104. col. 1. & 2. vbi respondetur objectionibus in contra, ibi. col. 2. & pag. 1105. col. 1.

**Matrimoniale actum abusus** qui solent commitari referuntur, p. 1105. col. 1. & an accedendo ad vxorem, præpostero modo habere se ad illam vel illi se exhibere resupinum fit culpam mortalis, pag. 1105. col. 1. & 2. & seq. & qui gratia sanitatis adquirendæ accedit ad vxorem an peccet venialiter, pag. 1106. col. 1.

¶ **De impedimentis matrimonium non dirimentibus.**

**Matrimonij impedimenta** an conuenienter assignentur, p. 1106. col. 1. & 2. impedimenta matrimonium non dirimentia an sint vn decim & quænam sint.

¶ **Matrimonium vt quis vetetur contrahere quid sufficiat.**

**Matrimonium** vt contrahi impediatur an sufficiat sola fama aut vnus testis & an talis testis debet esse iuratus, pag. 1107. col. 1. & 2. & an sufficiat quòd sit solum de auditu & an talis testis teneatur denunciare, ibi. pag. 1107. col. 2. & an excommunicatio impediatur matrimonium aut professionem, p. 1108. col. 1.

**Matrimonij impedimenta** illud non dirimentia numerantur, pag. 1108. col. 1. & quale peccatum sit contra hæc impedimenta contrahere, ibi. col. 1. & 2. & an matrimonium contra interdictum ecclesiæ sit validum, ibi. col. 2. & an consuetudo impedimentum esse possit ad impediendum matrimonium & an ad introducendam consuetudinem exigatur scientia principis, ibi. col. 2.

**Matrimonium** an impediatur votū castitatis ante emis-

missum simplex, p. 1109. col. 1. & an peccet mortaliter qui voto castitatis impeditus contrahit matrimonium cum proposito ante consummationem ingrediendi religionem, pag. 1109. col. 1. 2. vbi sententia Scoti que alias repudiatur, in vno casu admittitur & an talis postquam iam cōtraxit ad instātiā vxoris possit licite consummare vel teneatur in hoc casu potius ante consummationem religionem ingredi, p. 1109. col. 1. & 2. & seq. & an iste teneatur reddere debitum vxori expresse vel interpretatiue illud petēti, p. 1110. col. 2. & an iste talis mortua vxore possit licite ducere aliā, ibi. col. 1. vbi Adrianus dissentit à D. Thoma.

**Matrimonium** an impediatur desponsatio cum alia, p. 1110. col. 1.

**Matrimonium** an impediatur catechismus etiā ex interuallo post baptismum factus, pag. 1110. col. 1. & an cognatio per catechismū solum contracta si tacita fuit in supplicatione facta Papæ irritam faciat dispensationē quam concessit super gradu dirimente, p. 1110. col. 1. & 2. & an hæc cognatio catechismi sit restricta per Concil. Tridentinū & quomodo, ibi. col. 2.

¶ **De impedimento incestus.**

**Matrimonium** cum alia an impediatur incestus cum consanguinea vxoris, p. 1110. col. 2. & an incestus cum propria consanguinea pariat impedimentum contrahendi cum alia, vbi maxime variant Doctores, p. 1110. col. 2. & p. 1111. col. 1. & 2.

**Matrimonium** contrahere cum impedimentis non dirimentibus an sit peccatum mortale, p. 1111. col. 2. & an in omnibus his impedimentis possit dispensare Episcopus, ibi. col. 2.

**Matrimonium** an impeditur cum alia incestus commissus cum ea cum qua quis habet publice honestatis impedimentum etiam post vitam alterius delinquentis, p. 1111. col. 2.

¶ **De impedimento vxoricidij.**

**Matrimonium** cum alia an impediatur vxoricidium, p. 1111. col. 2. & an viri occiso facta ab vxore eā cum alio contrahere impediatur vbi variāt Doctores col. 2. & p. 1112. col. 1.

¶ **De impedimento raptus.**

**Matrimonium** an impediatur raptus alienæ spōsæ & quid circa raptorē & raptam nunc disposuerit Cōciliū Tridētīnū, p. 1112. col. 1.

¶ **De impedimento leuatiōis proprii filij de fonte.**

**Matrimonium** an impediatur leuatio proprii filij de fonte baptismatis vel de chrismate, pag. 1112. col. 1.

¶ **De impedimento interdicti ecclesiæ & de matrimonio clandestino.**

**Matrimonium** an impediatur interdictum ecclesiæ quo interdicunt non contrahi matrimonium etiam coram curato & testibus sine trina publica denunciatione, p. 1112. col. 1. & quod dicatur matrimonium clandestinū etiam ad priuandam filiam sic nubentem hæreditate paterna, ibi. col. 1. & 2.

**Matrimonium** nunc post Concilium Tridentinum sine parocho & testibus in facie tamen ecclesiæ contractum an sit validū, vbi anceps est Nauarrus, p. 1112. col. 2. & seq.

¶ **De solemnitate matrimonij.**

**Matrimonium** solemnizare quibus temporibus Concilium Tridentinum interdicit & an his temporibus interdictis consummare matrimonium sit peccatum mortale, pag. 1113. col. 2.

¶ **De impedimentis dirimentibus matrimonium.**

¶ **De impedimento erroris quoad primum.**

**Matrimonium** an impediatur error, pag. 1113. col. 2. & pag. 1114. col. 1. & an omnis error matrimonium impediatur, q. 1114. col. 1. & an error qualitatis vel fortunæ vel nobilitatis, ibi. col. 1. & quid si mulier cōsentiat in illū quem falso putat esse filium regis, ibi. col. 1. & quid si mulier consensit in absentem si postea ei offeratur frater absentis & ab eo cognoscatur carnaliter, ibi. col. 2.

**Matrimonium** an dirimitur error ducentis feminæ rusticam pro nobili, vel pauperem pro diuite, p. 1114. col. 2. & quid si hæc conditiones apponantur sponsoni, aut matrimonio de præsentis, scilicet, duco te vel ducam te in vxorem si es diues, alias non, ibi. col. 2. & p. 1115. col. 1.

**Matrimonium** an dirimat error nobilitatis aut fortunæ quando hic error refertur ad errorem personæ, & quando hoc contingat, p. 1115. col. 1. vbi statuitur regula ad hoc cognoscendum, ibi. col. 1. & 2.

¶ **De impedimento seruitutis.**

**Matrimonium** an dirimat impedimentum seruitutis, p. 1115. col. 2. & an seruitus ignorata ignorantia leuissima impediatur & dirimat matrimonium vt si quis contrahat cum muliere vili, & atri coloris, p. 1116. col. 1. vbi statuitur pro hoc regula generalis col. 2. & quid si postea opinatus probabiliter esse ancillam eam cognouit, p. 1116. col. 2.

**Matrimonium** an dirimat error illius qui ancillam duxit quam liberam esse extimabat sic que in animo suo erat dispositus quòd si sciret eam seruam, eam reuera duceret in

vxorem, p. 1116. col. 2. & p. 1117. col. 1.  
**Matrimonium** an dirimat error seruitutis in casu quo herus suam ancillam ingenuo locat matrimonio & tamen sponsus credit esse liberam, p. 1117. col. 1. & 2. vbi variant Doctores & quid si herus eam non tradat in vxorem libero sed solum videns tacet, est quæstio perplexa discutitur, p. 1117. col. 2. & p. 1118. col. 1. & an herus ducens in vxorem suam ancillam eo ipso illam manumittat, p. 1118. col. 1.  
**Matrimonium** an dirimat error seruitutis circa ancillam si iam eam secreto suus herus manumiserat, pag. 1118. col. 2. & an si quis ignoranter contraxit matrimonium cum serua si post sciens illam esse seruam nihilominus vult illam ducere an si illa tunc renuat possit cogi ab ecclesia ad matrimoniū consummandum, p. 1118. col. 2. & p. 1119. col. 1. & seruus qui per decennium in matrimonio perdurauerit an possit ab hero repeti, ibi. col. 1.  
**Matrimonium** an impediatur error seruitutis ex iure naturæ, aut ex iure positiuo, p. 1119. col. 1. & an ad dissoluendū matrimonium per errorem seruitutis contractum requiratur autoritas iudicis ecclesiastici, pag. 1119. col. 1. & 2.  
*¶ De errore aut dolo interueniente in matrimonio.*  
**Matrimonium** an sit validum inter personas habiles quarum vna dum contraxit extima uit errorem seruitutis, vel impedimentum aliquod dirimens interuenire, p. 1119. col. 2. & an matrimonium ratione doli interuenientis irritetur, ibi. col. 2. & seq.  
*¶ De matrimonio inito per procuratorem.*  
**Matrimonium** initum per procuratorem cum absenti an ignorantia reuocationis mandati ad contrahendum si reuocetur solidum faciat, p. 1120. col. 1. & an requiratur talis mandati reuocatio expressa vel sufficiat tacita, ibi. col. 2.  
*¶ De matrimonio serui.*  
**Matrimonium** an possit contrahere seruus sine consensu domini sui, p. 1120. col. 2. & an in casu quo seruus contrahit matrimonium sine consensu domini teneatur magis domino obedire quam reddere debitum vxori, p. 1121. col. 1. & 2. & an dominus seruū sic matrimonium contrahentem sine suo consensu vel cum illo possit diuendere in longinquas regiones aut terras, ibi. col. 1. & 2.  
**Matrimonio** iam copulatus vir an sine præiudicio vxoris possit se in seruum vendere, p. 1121. col. 2. & seq. & an filij debeant sequi

conditionem patris, p. 1122. col. 1. & 2.  
*¶ De impedimento ordinis & castitatis.*  
**Matrimonium** an dirimat votum simplex, p. 1122. col. 2. & p. 1123. col. 1. & 2. & an contractus qui est peccatum sit validus vt donatio prodiga, p. 1123. col. 2.  
**Matrimonium** contrahere post votum simplex castitatis an sit peccatum, p. 1123. col. 2. & quid remedij sit in hoc casu adhibendū, p. 1124. col. 1.  
**Matrimonium** contrahere aut contractum consummare an possit qui antea vouerat votū simplex sacri ordinis, p. 1124. col. 1. & 2. & an episcopus possit dispensare super petitione debiti cum vxorato qui post matrimonium vouit votum castitatis & an sic dispensatus mortua vxore possit rursus aliam ducere, p. 1124. col. 2.  
**Matrimonium** si contrahat aliquis post votū non nubendi an peccet illud consummando, p. 1124. col. 2.  
*¶ De impedimento voti solennis.*  
**Matrimonium** iam contractum an dirimat votum religionis solenne, p. 1124. col. 2. & p. 1125. col. 1. & an sit vera & catholica fides quod votum solenne religionis præcedens dirimit matrimonium sequens, ibi. pag. 1125. col. 1.  
*¶ Quæstio solennis an super voto solenni valide dispensare Papa possit.*  
**Matrimonium** contractum ex dispensatione Papæ post votum religionis solenne an sit licitum & validū, p. 1125. col. 2. est quæstio solennis super quam variant Doctores Canonistæ & Theologi vbi ponuntur argumenta contra negatiuam partem & soluantur, p. 1125. col. 2. & p. 1126. col. 1. & 2. & p. 1127. col. 1. & 2. & p. 1128. col. 1. & 2. & p. 1129. col. 1.  
*¶ An Papa super voto religionum militarium possit dispensare.*  
**Matrimonium** vt contrahant equites militarium religionum & præsertim Sancti Ioannis an possit Papa dispensare, pag. 1129. col. 1. & 2.  
**Matrimonium** ratum non consummatum qui iam contraxit ante consummationem possit transire ad ordinem militum Sancti Ioannis vbi variant Doctores moderni Nauarrus & Corduba ex vna parte, & Sotus ex alia, p. 1129. col. 2. & pag. 1130. col. 1. & an qui vouit ingredi religionem D. Francisci si iam sit professus solenniter in ordine militari Sancti Ioannis maneat tutus in conscientia, p. 1130. col. 1.

¶ De

*¶ De matrimonio spiritali Episcopi cum sua ecclesia.*

**Matrimonium** spirituale quod contrahit Episcopus cum sua ecclesia an possit Papa dirimere maxime ex iniusta causa vel ipso episcopo contradicente, p. 1130. col. 2.  
**Matrimonium** an possit contrahere ex dispensatione Papæ religiosus ille qui ex sua culpa expulsus est à religione, p. 1130. col. 2. & religiosus dispensatus ex causa à Papa vt fiat clericus ad quid teneatur, ibi. col. 2.  
*¶ De impedimento Sacri ordinis.*  
**Matrimonium** an impediatur ordo sacer, pag. 1131. col. 1. & 2. & p. 1132. col. 1. & 2. & an matrimonio superuenire possit ordo sacer, p. 1132. col. 1. & 2.  
**Matrimonio** nūc vtentes sacerdotes Græci an sint in malo statu, p. 1133. col. 1. & 2.  
*¶ De pœnis contrahentium matrimonium contra ordines sacros quos habent.*  
**Matrimonium** si contrahat aliquis iam initiatus sacris an fiat irregularis & ipso iure sit excommunicatus, p. 1133. col. 2.  
**Matrimonio** prius copulatus si initietur sacris an sit irregularis & an petere vel reddere possit debitum ab vxore, p. 1133. col. 2.  
**Matrimonium** qui iam contraxit per verba de præsentibus & ante consummationem initiatum sacris an teneatur ad matrimonium, & quid ei in hoc casu sit consulendum, pag. 1133. col. 2. & quid si vxor sit iuuenis an possit licentiam concedere viro suo vt initietur sacris, ibi. col. 2. & an vxor possit licentiam dari vt fiat Episcopus, ibi. col. 2.  
**Matrimonium** si contrahant in minoribus ordinibus constituti an beneficia amittant si sint beneficiati irrecuperabiliter, p. 1133. col. 2. & p. 1134. col. 1. & quid si tale matrimonium ob impedimentum fuit nullum, vel in eo defuit consensus, ibi. & col. 1. & an vacet ipso iure beneficium si talis contrahat sponsalia, ibi. p. 1134. col. 1. & an per tale matrimonium contractum à sacris initiatis vacent pensiones data titulo spiritali vel temporali, p. 1134. col. 1.  
**Matrimonium** si contrahat beneficiatus in facris constitutus an perdat beneficium ipso facto vel solum veniat priuandus sicut venit priuandus qui minoribus initiatus contrahit sponsalia de futuro, pag. 1134. col. 1. & 2.  
*¶ De impedimento consanguinitatis & de regulis tribus ad gradus eius cognoscendos.*

**Matrimonium** an impediatur & dirimatur consanguinitas, & quid sit consanguinitas, & de eius diffinitione, scilicet, an sit vinculum ab eodem stipite descendētium spiritali propagatione contractum, p. 1134. col. 2. & seq. quæquidem diffinitio est causalis, ibi. pag. 1135. col. 1. & an consanguinitas distinguitur per lineas, & gradus, p. 1135. col. 2. & p. 1136. col. 1. & 2. vbi assignantur tres Regule ad cognoscendos gradus consanguinitatis, p. 1137. col. 1. & 2.  
**Matrimonium** in primo gradu consanguinitatis ascendētium & descendētium an sit iure naturæ inualidum, p. 1149. col. 1.  
**Matrimonium** an de iure naturali impediatur consanguinitas, p. 1137. col. 2. & an litera dispensationis in gradu remotiori sint subreptitiæ quia non faciunt mentionem de gradu propinquo in ordine ad stipitem, ibi. col. 2. & p. 1138. col. 2.  
*¶ De gradibus Leuitici.*  
**Matrimonium** an impediatur, aut dirimatur nunc gradus prohibiti Leuitici, 18, p. 1138. col. 2. & p. 1139. col. 1. & 2.  
*¶ De casu extremo necessitatis matrimonij.*  
**Matrimonium** an in casu quo in toto mundo nisi mater & filius, vel pater & filia solum essent possent inter se contrahere ad propagandum genus humanum, pag. 1139. col. 1. & 2.  
**Matrimonium** an sit prohibitum iure naturæ in quarto gradu consanguinitatis vel in ulterioribus gradibus ascendētium & descendētium, p. 1139. col. 2. & seq. & p. 1140. col. 1. & 2. vbi variant Caiet. & Couarruias & an valeat Papa inter auum & nepotem dispensare vt inter se contrahant, p. 1140. col. 2.  
*¶ De quatuor gradibus consanguinitatis impediētibz matrimonium.*  
**Matrimonium** quatuor gradus impediētes & dirimētes an potuerit ecclesia taxare, p. 1140. col. 2. & seq. & p. 1141. col. 1. & 2.  
*¶ Quæstio celebris de primo gradu in linea transfuersali, scilicet, inter fratrem & sororem & de dispensatione in gradibus Leuitici.*  
**Matrimonium** an iure naturæ impediatur & dirimatur inter fratrem & sororem, p. 1141. col. 2. & p. 1142. col. 1. & 2. vbi variant Doctores & soluantur argumenta Caietani, p. 1143. col. 1. & 2. & an Sara fuerit vera soror Abraham, p. 1143. col. 2. & p. 1144. col. 1. & secunda & an Papa in gradibus Leuitici, 18, dispensare possit, p. 1144. col. 2.

¶ De



## Index secundæ partis

¶ *De impedimento affinitatis.*  
 Matrimonium cum consanguineo vtrum affinitatem causet, p. 1145. col. 1. & vtrum affinitas maneat post mortem viri, & vxoris & vtrum illicitus concubitus affinitatem causet, p. 1145. col. 2. & vtrum ex sponsalibus causetur affinitas & an affinitas sit causa affinitatis, ibi. col. 1. & 2.  
 Matrimonium an impediatur affinitas & an affinitatis gradus extendantur vt gradus consanguinitatis, p. 1145. col. 2.  
 Matrimonium contractum inter consanguineos, & affines an sit semper dirimendum, p. 1145. col. 2. & an per viam accusationis sit procedendum ad illud dirimendum, ibi. col. 2. & seq. & an procedendum sit per testes, p. 1146. col. 1. & 2.  
 ¶ *De impedimento affinitatis & publicæ honestatis.*  
 Matrimonium de præfenti ante copulam an causet affinitatem & quid sit affinitas, pag. 1146. col. 1. & 2. & quando concurrat affinitas cum publicâ honestate vt cum inter sponsos sequitur carnalis commixtio an in dispensatione obtinenda à Papa vtriusque impedimenti derogatio fieri debeat, vbi variant Doctores, p. 1146. col. 2.  
 Matrimonio an possit in hoc tempore sibi aliquis iungere relictam à propriâ vxoris fratrem, & an possit quis ducere duas vel plures foeminas quæ cum duobus vel pluribus fratribus contraxerunt, p. 1146. col. 2. & pag. 1147. col. 1. & an vir & vxor iuncti matrimonio de præfenti secundum ius canonicum vel civile dicantur affines, p. 1147. col. 1.  
 ¶ *Ex quo concubitu generatur affinitas.*  
 Matrimonij impeditiua & separatiua affinitas ex quo concubitu causetur, p. 1147. col. 1. & an nefarius coitus illam causet, ibi. col. 1. & an feminatio viri circa orificium vasis foeminae illam causet & quid si in hoc casu foemina sit virgo, ibi. col. 2. & an feminatio vtriusque requiratur, ibi. col. 2.  
 ¶ *De impedimento publicæ honestatis iustitiæ.*  
 Matrimonium an dirimat impedimentum publicæ honestatis & an nunc post Conciliū Tridentinum sponsalia vel matrimonia inualida pariant hoc impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, p. 1147. col. 2. & quare hodie raro accidit hoc impedimentum, ibi. col. 2. & seq. & an si frigidus & maleficiatus post septennium contraxit sponsalia cum adulta an hæc sponsalia causerunt hanc publicam honestatem, p. 1148. col. 1.  
 Matrimonium an dirimat affinitatis primus

gradus in recta linea ascendentium vt si quis matrem post filiam ducat, aut si quis mortua vxore ducat priuignam, aut si gener forcum aut si vna nubat patri & post filio, aut nouerca nubat priuigno, aut nurus focero, p. 1148. col. 1. & 2. matrimonia hæc inter hos an sic sunt de iure naturæ inualida vt ecclesia vt valide fiant non possit dispensare, p. 1148. col. 1. & 2. & pag. 1149. col. 1. & 2.

Matrimonium cum vxore fratris mortui aut cum sorore vxoris mortuæ sic sit contra ius naturæ vt ecclesia non possit dispensare vt contrahatur valide, pag. 1148. col. 1. & 2. & an excepto primo gradu affinitatis descendentium in alijs possit ecclesia dispensare, p. 1149. col. 1.

Matrimonium an possint contrahere affines aut consanguinei intra quartum gradum, p. 1149. col. 1. & 2.

¶ *De affinitate ex illicita copula post Concil. Tridentini.*

Matrimonium post Concilium Tridentinum an dirimat affinitas proueniens ab illicita copula, & hæc affinitas iam nunc ad quot gradus sit reducta & limitata, p. 1149. col. 2. & an in tertio & quarto gradu affinitatis contracto ex copula fornicaria liceat nunc post Concilium Tridentinum contrahere, & an qui ante Concilium Tridentinum in his gradibus contraxerunt post Concilium indigeant dispensatione vt tute maneant in matrimonio contracto, p. 1149. col. 2. & an nunc post Concilium qui in prædicto. 3. & 4. gradu contraxerunt indigeant dispensatione ad petendum & reddendum debitum, vbi variantibus Doctores diffinitur quod est verisimilius, pag. 1149. col. 2. & pag. 1150. col. 1.

¶ *De matrimonio incestuoso, scilicet, inter consanguineos vel affines & de ei annexis pœnis.*

Matrimonium quando dicatur incestuosum, p. 1150. col. 1. & 2. & quænam sit pœna cuius incestus sine matrimonio commissi, pag. 1150. col. 1. & quid si talis incestuosus sit clericus & an ista pœna post Conciliū Tridentinum molenda sint & in quibus casibus, p. 1150. col. 1. & 2.

Matrimonium an dirimat vsque ad quartum gradum publicæ honestatis causata ex matrimonio contracto non consummata copula, p. 1150. col. 2. & an publicæ honestatis orta ex sponsalibus de futuro matrimoniū dirimat & in quo casu & in quo tantum gradu post Concil. Tridentin. ibi. col. 2.

¶ *De*

## Instructorij Conscientiæ.

¶ *De pœnis civilibus quibus puniuntur incestuose contrahentes, & etiam de pœnis Ecclesiasticis.*

Matrimonium incestuosum contrahens cum affine, vel consanguinea intra quartum gradum an sit excommunicatus, & quid si tantum de futuro desponsabit sibi affinem vel consanguineam, & post sponsalia, & post Conci. Trid. affectu vxorio ad eam accessit & quid si contraxit cum non affine putans eam esse affinem, p. 1150. col. 2. & seq.

Matrimonium incestuosum contrahens si sit vilis persona vel honesta alias quales, & quot pœnas civiles incurrat, p. 1151. col. 1. & an ipso iure has pœnas incurrat, & de alijs iuridicis documentis circa executionem huius pœnæ, ibi. p. 1151. col. 1. & an pœnæ hæc ante, & similes ante iudicis sententiam declaratoriam, & iudicis executionem in foro conscientiæ locum habeant, ibi. col. 1. & 2. & pag. 1152. col. 1.

Matrimonium incestuosum contrahentem an excuset bona fides, vel ignorantia à pœnis iuris, p. 1152. col. 1. & 2. & an quando mulier bona fide matrimonium incestuosum contraxit sua dos sit sibi restituenda cum fructibus perceptis inde à marito, p. 1152. col. 2.

Matrimonium incestuosum contrahens ante consummationem eius incurrat pœnas iuris, p. 1152. col. 2. & an matrimonio putatiuo durante si aliqua lucra obuenerint an sint communia vtriusque coniugi, ibi. col. 2. & an donatio facta inter coniuges putatiuos morte confirmetur, p. 1153. col. 1.

¶ *De impedimento spiritualis cognationis.*

Matrimonium an impediatur spiritualis cognatio, p. 1153. col. 1. & an per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur, ibi. col. 1. & 2. & an cognatio spiritualis contrahatur inter baptizatum, & eum de fonte leuatum, ibi. col. 2. & quid nunc Conci. Trid. statuerit circa cognationem spirituale que in baptismo, & confirmatione contrahitur, ibi. p. 1153. col. 2. & an cum ex in curia parochi vel alterius in necessitate nulli designantur patrini an omnes tangentes, & soli fiant cognati, ibi. col. 2. & p. 1154. col. 1. & an tenens domum puerum ad baptismum dum ibi baptizatur sine solemnitate incurrat hæc cognationem, p. 1154. col. 1. & quæ cautela sit adhibenda à parochi in hoc casu, ibi. col. 1.

¶ *De contrahentibus hanc cognationem vel non.*  
 Matrimonium an possit contrahere pater alius cuius pueri cum matre pueri sua concubina quando eum in articulo necessitatis baptizauit, pag. 1154. col. 1. & 2. & an episcopus in hoc casu possit dispensare col. 2. & an susceptor pueri dum baptizatur puer ab alio sine solemnitate in articulo necessitatis contrahat hanc cognationem spirituale, ibi. col. 1. & quando & in quo actu siue actibus contrahitur ista spiritualis cognatio, p. 1154. col. 2. & quæ tactio siue tactus requiratur vt contrahatur, ibi. col. 2. & an susceptor adulti baptizandi, vel confirmandi debeat tenere sic adultum ad confirmationem, vel baptismum vt hanc cognationem contrahat, pag. 1154. col. 2. & sequent. & an magnates qui per procuratores susceptores sunt ad baptismum hanc cognationem contrahant, p. 1155. col. 1. & an tota communitas vel collegium possit esse susceptor pueri in baptismo, ibi. col. 1.

¶ *De contrahentibus vel non contrahentibus distam cognationem.*  
 Matrimonij impeditiua cognationem an contrahat qui sine intentione susceptoris baptizatur, vel tenet ad baptismum vel qui non nomine proprio intendit esse susceptor sed nomine alterius qui ad id eum substituit, pag. 1155. col. 2. & an religiosi & canonici regulares, & monachi possint baptizare vel tenere ad confirmationem, vel baptismum ibi. col. 2. & an si non baptizatus baptizetur vel teneatur ad baptismum incurrat hæc cognationem, ibi. col. 2. secus est si non sit confirmatus, ibi. col. 2. & an vxor baptizantis, vel tenentis ad baptismum post Conciliū Tridentinum contrahat hanc cognationem, ibi. col. 2.

¶ *De impedimento adoptionis.*

Matrimonium an impediatur cognatio legalis adoptionis, pagina 1156. col. 1. & quid sit adoptio, & inter quos hæc adoptionis cognatio contrahatur, & quot sint gradus prohibiti in cognatione legali, pag. 1156. col. 1. & an adoptatus cum filia illegitima adoptantis contrahere possit, ibi. col. 1. & 2. & an Concilium Tridentinum limitauerit hos adoptionis gradus, & an episcopus possit super eis dispensari, ibi. col. 2.

¶ *De impedimento frigiditatis, & maleficiorum.*

Matrimonium an impediatur frigiditas, pagina 1156. col. 2. & quis dicatur frigidus, & quis dicatur sterilis, ibi. col. 2. & an senes & debiles non potentes seminare dicantur frigidi, pagina 1157. col. 1. & quo duplex

tuplex sit impotentia coeundi, ibi col. 1. & quæ dicatur esse perpetua, & an culpa sit cum huiusmodi impotentia contrahere, & quando constat de huiusmodi impotentia an statim sit matrimonium dirimendum, & quid quando non constat, p. 1157.

Matrimonium coniuges nunquam consummasse quomodo constare poterit, p. 1157. col. 1. & 2. & an viro impedito perpetuo vxor alteri nubere possit, ibi col. 2. & quid si impedimentum non tollitur sed tamen tolli potest, ibi col. 2.

Matrimonio vero an se possint iungere perpetuis impedimentis laborantes, & an possint isti perpetuo impediti coniuges se osculari carnaliter aut lasciuè, amplexari aut impudice tangere, p. 1157. col. 2.

Matrimonium iam consummato si accidant hæc perpetua impedimenta seminandi an possint coniuges se tangendo conari ad copulam, p. 1157. col. 2. & an spadones, & castrati verum possint contrahere matrimonium, ibi col. 2. & p. 1158. col. 1.

Matrimonium secundum contraxisse, & etiã consummasse si inueniatur qui antea erat impeditus an reuocãdus sit ad primas nuptias p. 1158. col. 1. & quid si talis iam religiosam professus esset vitam, ibi col. 1.

Matrimonium si contraxerint aliqui coniuges quorum vir non est potens ad deflorandam virginem bene tamen est aptus ad cõmiscendum se cum corrupta vel si illa nõ potest referari ab hoc viro bene tamen ab alio quid eis tunc sit consulendum, p. 1158. columna 1. & 2.

Matrimonij impedimentum perpetuum vel temporale quod nam dicatur, p. 1158. col. 1. & 2. & an matrimonium teneat si vir ineptus sit ad virginẽ & aptus sit ad corruptam, & an vxor quæ per miraculũ aperitur possit alteri nubere, p. 1158. col. 2. & an si foemina arcta quæ iam nupsit renuat scisuram matrimonium eius fuerit validum, pagina 1158. colum. 2. & an virgo teneatur pati scisuram vt referetur si contraxit cum inepto ad cõgrediendum cum virgine, ibi col. 2.

Matrimonium an sit validũ foemina quæ duxit virum cum apta esset ad copulam nõ tamen apta ad partum, pagina 1158. columna 2. & sequent.

Matrimonij impedimentum quando remedio medicinali est amouibile an teneatur qui est impeditus pati quacũq; molestiam vel dolore perpeti quo fiat aptus ad copulam p. 1159. col. 1. & quid si solum sit amouibile per artem magicam, ibi col. 1.

¶ De impedimento matrimonij propter maleficium.

Matrimonium an dirimat maleficium perpetuum p. 1159. colum. 1. & qui dicantur maleficiati, ibi col. 1. & 2. & an hæc maleficia tolli possint per spiritualia, vel corporalia remedia, & de modis quatuor quibus demones hæc maleficia perpetrant, pagin. 1159. colum. 2. & an liceat maleficos adire vt maleficia per alia maleficia dissoluant, ibi col. 2. & seq. & p. 1160. col. 2.

Matrimonium secundum cum alia an possit maleficiatus contrahere qui à primo matrimonio est separatus, pagina 1160. column. 1. & seq. & an si in secundo matrimonio habilis ad copulam inueniatur reuocãdus sit ad primum vbi dissident doctores, p. 1160. col. 1. & 2.

¶ De impedimento furie.

Matrimonium an impediatur furia contrahentis, pa. 1160. colum. 2. & an liceat vxori cũ coniuge furioso aut ebrio concumbere, ibi col. 2. & seq.

¶ De impedimento defectus ætatis.

Matrimonium an impediatur defectus ætatis, pag. 1161. & an citra culpam mortalem liceat filios impuberes inducere ad copulam ad experiendum vtrum iam apti sint ad matrimonium inter se, p. 1161. col. 1.

¶ De impedimento disparitatis cultus.

Matrimonium an possit contrahere fidelis cum infideli, pagina 1161. columna 1. & 2. & vtrum inter infideles possit esse matrimonium, ibi columna 2. & an coniux conuersus ad fidem possit commanere cũ vxore nolente conuerti, ibi columna 2. & an conuersus possit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare sine iniuria saluatoris, & an possit vxore infideli dimissa alia ducere, p. 1161. col. 2.

Matrimonium an validè contrahebatur cum illis .7. gentibus Deuteronomij nominatis, pagina 1161. colum. 2. & seq. & quid si infidelis coniux velit permanere cum conuerso sine contumelia saluatoris, p. 1162. & an in casu quo vnus infidelium conuertitur proles nõ doli capax debeat sequi patrem fidem siue matrem fidem, ibi col. 1. & 2. & an nunc possit quis sequi consilium D. Pauli de commanendo cum vxore infideli, pa. 1162. col. 2. & an Turca aliquis si cõuerrere tur an posset cũ vxore nolente cõuerti permanere ob vitadũ periculũ mortis, ibi co. 2.

Matrimonium conuersi sua vxore nolente conuerti ad fidem quando dissoluatur, pagina 1162. col. 2.

Matri-

¶ De secundis nuptijs.

Nuptiæ secundæ an sint licitæ, pa. 1171. col. 1. Nuptiæ secundæ contracte cum dubio an maritus viuat, vel primæ nuptiæ fuerint valide an in conscientia teneant, p. 1171. col. 1. & 2.

Nuptias secundas si quis contraxit dubitans de primo matrimonio an in dubio petere de bitum possit à secunda vxore vel ei redere, p. 1171. col. 2. & seq.

Nuptias secundas contrahere an possit aduenã qui iam in remotissimis regionibus viuens post multos annos ex quo reliquit vxorẽ in sua patria nescit neq; scire potest an viuat, pag. 1172. col. 1. & quid si iste iam nupsit bona fide credens vxorem primam esse mortuam an sit de ista sua ignorantia à confessore admonendus, ibi col. 1. reliqua ad hanc materiam pertinentia vide verbo matrimonium.

O

¶ De Oratione.

Ratio in quo differt à deuotione, & quid sit deuotio, & de causis eius, de eius effectibus, pagina 335. columna 1. & 2. & oratio cuius potentia sit actus, ibi colum. 2. & seq. & an conueniens sit orare, pag. 336. col. 1. & an oratio sit actus religionis, & an Deus sit orandus, ibi col. 1. & 2. & an orandi sunt sancti ve existentes in purgatorio, & sancti orantes Deum pro nostris necessitatibus an orent pro rebus certis, ibi col. 2. & orationes sanctorum in celo existentium an profunt animabus purgatorij per modum satisfactionis, pagina 336. columna 2. & seq. & an in oratione sit aliquid determinate petendum, p. 337. col. 1.

¶ Quid sit petendum in oratione, & pro quibus orandum.

Oratio an fieri debeat pro temporalibus, pagina 337. columna, & an pro alijs hominibus sit orandum, ibi columna 2. & an pro omni peccatore vt pro Turca, & an pro peccato ad mortem sit orandum, & quodnam sit hoc peccatum, pagina 337. columna 2. & sequent. & pagina 338. columna 1. & 2. & quomodo intelliguntur autoritates scripturæ quibus Dominus insinuat nõ se auditorum aliquos peccatores, ibi columna 2. & an etiam pro inimicis sit orandum, ibi columna 2. & sequent.

¶ De qualitate orationis, & an debeat esse vocalis.

Oratio Dominica idest Pater noster, an conuen-

D 2 nien-

Oratio Dominica idest Pater noster, an conue-

Matrimonium infidelium si alter cõuertatur, & profiteatur solẽniter vel initietur sacris an per hoc dirimatur, & an hic præmittenda sit monitio, & an coniux professus vel ordinatus sacris sit restituendus mulieri infideli si postea conuertat vel an sacer ordo sicut votum solenne religionis illud dirimat, p. 1163. col. 1.

Matrimonium contractum cum hæretico an dirimatur, pa. 1163. & an catholicus possit inuita vxore hæretica religionẽ profiteri.

¶ De alijs vitijs an soluant Matrimonium.

Matrimonium an soluant alia vitia, pag. 1163. col. 2. & quid si talia vitia in perniciem vergunt corporalem, vel spiritualem, vel in periculum alterius coniugis, ibi col. 2. & pag. 1164. col. 1. & quæ differentia est inter adulterium, & alia vitia quo ad diuortium faciendum.

¶ De impedimento vxoricidij.

Matrimonium an impediatur vxoricidium, pa. 1165. col. 1. & an matrimonium dirimat adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, & conuerso, ibi col. 1. & quid si talis machinatio mortis non est facta intentione contrahendi cum adultera, pa. 1165. col. 1. vbi variant doctores, & concordantur, ibi col. 1.

¶ De de criminibus impediens matrimonium.

Matrimonium an solum vxoricidium dirimat etiam si non interuenerit adulterium, p. 1165. col. 1.

Matrimonium an dirimat adulterium simul cum fide data adulteræ quod eam adulter ducet in vxorem post mortem mariti, pag. 1165. col. 1. & 2. & an matrimonium dirimat contractus quo adulteri contrahunt viuente alterius vel vtriusque coniuge, ibi col. 2. & an nuda promissio cum adulterio impediatur, & dirimat matrimonium cum adultera, ibi col. 2.

Matrimonij impedimentum an interueniat in casu quo coniugatus fidẽ dedit Mariæ sine adulterio, & mortua vxore ducit Ioannem, & postea adulteratur cum Maria, pa. 1165. col. 2. vbi variant Panormitanus, & Ioannes Andreas, ibi col. 2. & de quodam casu subiecto à Ricardo perplexo in hac materia, ibi col. 2. & seq.

N

Notorij peccatoribus an sit neganda eucharistia, & qui nam dicantur quo ad hoc notorij peccatores, pagina 242. columna 2. & pagina 243. columna 1. & 2. reliqua pertinentia ad hanc materiam vide verbo eucharistia de denegatione eucharistia.

nienter septem petitiones cõtineat, p. 339. colum. 1. & de excellentia orationis Dominicæ, & quid de orationibus inuentis, & cõpositis ab alijs, pa. 339. colum. 2. & an orare sit proprium rationalis creaturæ, ibi col. 2. & an oratio debeat esse vocalis, p. 340. columna 1.

¶ De oratione in choro, & officio diuino, & re-  
spon-  
ditur. ob hoc.

Orans & recitans in choro cum alijs qui suum versum submissa voce dicit, & alterum alterius chori audit an satisfacit officio diuino vbi Tabiena dissentit à Caietano, pa. 340. col. 1. & 2. & an satisfaciatur horis canonicis qui eas solum mentaliter dicit, & an qui recitando sic submissè recitat quod non percipit vocẽ suam satisfaciatur officio diuino, p. 340. vbi limitatur opinio Victorij, ibi columna 2. & quale peccatum sit in recitandis, vel cantandis horis canonicis syllabas, & dictiones deglutire, & suos versus incipere antequam hi quibuscũ recitatur suos versus absoluant, p. 340. col. 2. & an pritiilegium quo gaudent prædicatores religiosi in aliquo eos excuset, ibi col. 2. & canonici assistentes choro sine attentione inter diuina officia, ibi confabulantes an faciant fructus suos, ibi col. 2. & seq.

¶ De orationis necessitate, & eius attentione  
pro diuino officio.

Oratio an necessario debet esse cum attentione, pagina 341. columna 1. & an sit necessaria attentio ad satisfaciendum præcepto horas diuinas recitandi, pagina 341. columna 2. & an talis attentio debeat inter recitandum perseverare, ibi pagina 341. columna 2. & sequent. & pagina 342. columna 1. & an aliquid aliud agendo vt se lauando, vel induendo possit quis recitare diuinum officium, ibi columna 1. & an possit quis intendere persoluere dimidiam horam, & poffea per interuallum aliam dimidiam, pagina 342. columna 1. & 2. & quænam attentio sit necessaria ad adimplendum præceptum de diuino officio persoluendo, pagina 342. columna 2. & sequent. & pagina 343. columna 1. & 2. vbi aliquantulum discordant inter se circa hoc Victoria, & Nauarrus, & an satis sit non diuagari, ibi ex proposito, ibi columna 1. & 2. vbi soluntur argumenta in contra, pagina 343. columna 2. & an simul quis præceptum audiendi missam, & recitandi horas implere possit, pagina 344. columna 1. & 2. An beneficiarius de proposito recitans sine attentione teneatur restituere fructus beneficij,

p. 344. col. 2. seq. & p. 345. colum. 1. & 2.

¶ De merito orationis.  
Oratio, an debeat esse diuturna, p. 345. col. 2. & quando dicitur quis continue orare, ibi, col. 2. & seq. & an oratio sit meritoria, pag. 346. col. 1. & quænam oratio magis valet an quæ est pro se an quæ est pro alio, & an peccatores oratio impetrent aliquid à Deo, p. 346. col. 2.

¶ De partibus orationis.  
Orationi an conuenienter assignentur partes scilicet obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones, p. 347. col. 1.

¶ De obligatione orandi pro se, vel alijs,  
& quando.

Orare pro se ad Deum an teneatur homo, p. 347. col. 2. & an hominem per longum tempus desistere sit malum signum scilicet carentia gratia, & quando quis tenetur orare pro se ad Deum, & quibus casibus, p. 347. col. 2. & quando, & quibus casibus tenentur orare pro proximis, ibi col. 2. & seq. & an teneatur quis orare determinata oratione, & in quibus casibus, p. 348. col. 1. & an oratio Dñica obliget ad sui recitationem, ibi col. 1.

¶ De his qui tenentur ad recitandas horas.

Orationibus determinatis tenentur vti qui tenentur ad recitandas horas, p. 349. col. 1. & qui nam sint qui ad recitandas horas canonicas tenentur, p. 349. columna 1. & an professi religiosi teneantur ad horas canonicas & qua de causa, ibi col. 1. vbi variant Sotus, & Metina, & an moniales choristæ teneantur ad horas canonicas, & quid de beatis tertij habitus, & de conuersis, & de religiosis ordinum militarium sancti Ioannis, & aliorum, ibi columna 2. & sequent. & clerici nõ initiati sacris: qui tamen sunt beneficiati an teneantur ad horas canonicas, pagina 350. colum. 1. & an præbendati titulo temporalis, & an beneficiati in maioribus, & an hi teneantur ad officium mortuorum, pag. 350. columna 1. & 2. & an capellanus sub pœna alicuius partis redditus teneatur recitare horas canonicas, ibi col. 1. & 2. & clerici nõ beneficiati neque in sacris an teneantur aliquid recitare, ibi col. 2. & quid de his qui recitare nesciunt cum sint beneficiati, & tamen parent, sui, & tutores nomine eorũ recipiunt redditus, pagina 350. columna 2. & seq.

¶ De his qui aliquo colore excusari possunt à  
recitando vel non.

Orationes, & horas canonicas an teneatur recitare excommunicatus, vel in ecclesia, vel cum alio, vel cum Dominus vobiscum vbi

vbi variat Sotus, & Nauarrus, p. 351. col. 1. & an excusetur à recitando diuinum officium beneficiarius qui fructus sui beneficij non percipit, pag. 351. col. 1. & 2. & quid si percipiat solas distributiones, & quid si litigat super beneficium, ibi col. 2. & an excusetur à recitando horas qui in pensionem omnium fructuum consensit ei qui in suum fauorem beneficium renunciauit, pag. 351. colum. 2. & an capellani possunt detrahere à numero missarum capellanæ eam quantitate quam iniuste coacti sunt soluere ratione administrationis annexæ capellanæ, ibi, pagina eadem, col. 2. & seq. & pag. 352. colum. 1. & an beneficiarius in quem renunciat titulus beneficij teneatur ad horas canonicas, pag. 352. colum. 1. vbi dissident doctores moderni, ibi colum. 1. & 2. vbi concordantur, & an pensionarij & præstimonarij teneantur ad recitandas horas canonicas, pag. 352. col. 2. & sequenti est quæstio celebris, & pa. 353. col. 1. & an fructus restituenti ob omissionem horarum sint restituendi, & cui vel quibus, ibi col. 1.

¶ De omissione horarum, & de restitutione  
inde sequenti.

Orationes, & horas canonicas omittens recitare an teneatur ad omnes fructus integre restituendos, pag. 353. col. 2. & cui restituendi sint hi fructus, ibi col. 2. & seq. vbi variat Sotus, & Nauarrus, & pag. 354. col. 1. & an qui caret Breuiario excusetur à recitando, vbi discordantes Sotus, & Nauarrus concordantur, ibi columna 2. & an cæci clerici excusentur à recitando, pagina 355. columna 1. & an clerici, vel religiosi infirmos infirmis similiter excusentur à recitando, ibi columna 1. & an religiosi qui mittuntur ex choro ad thurificandum teneantur dicere magnificat, & antiphonam, & quid de pulsante organa, ibi columna 2. & quænam infirmitas excuset à recitando canonicas horas, & an febricitans post febrim teneatur recitare, aut occupatus post occupationem, ibi pagina 355. columna 2. & sequent. & pagina 356. columna 1. & an excusetur prædicator, & an omissor horarum teneatur eas recitare post, ibi columna 1. & 2. & an qui in choro secum tacite dicunt suum versum impleant recitandi obligationem, vel si peruertunt ordinem horarum, ibi columna 2. & an ex dispensatione papæ possit clericus sacris initiatus excusari à recitando, pag. 356. col. 2.

¶ De his quæ sunt dicenda in diuino officio.  
Orandum quomodo sit in officio diuino, &

quid pro officio diuino de præcepto recitare debent, ad horas obligati, pagina 357. colum. 1. & an possint immutare formam recitandi traditam in Breuiario Romano, ibi columna 1. & an prælatus fratrum prædicatorum possit mutare officium diuinum, pagina 357. columna 1. & 2. & an licet mutare recitationem feriæ in recitationem de sancto, ibi col. 2.

¶ De officio beatæ virginis Mariæ, & de alijs.

Orandi, vel recitandi quædam particularia vt officium minus de domina, & canticum graduum, & officium mortuorum, & psalmos pœnitentiales in die cinerum, vel in parasceue mos obseruatus an obliget, & quomodo, pag. 358. col. 1. & 2.

¶ De tempore, & ordine horarum.

Orare publicè persoluendo horas canonicas, vbi fieri debet, & qualis culpa sit si non fiat in ecclesia, pag. 358. colum. 2. & seq. & pag. 359. colum. 1. & 2. & quibus horis in communi choro sit soluendum diuinum officium & qualis culpa sit illud anticipare, vel postponere, & quid si conuentus sit exiguus an in hoc excusetur, pag. 359. columna 1. & an matutinæ horæ necessario soluendæ sint ante celebrationem missæ, ibi columna 2. & seq. & an post totas horas diei persolutas liceat persoluere matutinas, pag. 360. colum. 1. & an horarum ordo sit in præcepto, ibi col. 1. & an aliquam solam horam mittere sit peccatum mortale, pagina 360. columna 1. & 2. vel partem horæ, ibi columna 2. & an qui ex negligentia omittit horas canonicas diei peccet vnum peccatum aut plura, ibi columna 2. & seq. & pag. 361. col. 1. & qui nam formæ orandi inter orandum obseruandæ sunt circa Deum, & quæ circa sanctos, pagina 361. columna 1. & quæ potissimè nostra deuotio debet ferri ad Christum Dominum nostrum, & orationibus, & exorcismis, & characteribus quibus vtuntur aliquæ mulieres quid dicendum est, ibi columna 1. & 2. & qualis culpa sit inter diuina officia immiscere inhonestas, & lasciuas, pag. 361. col. 2.

¶ De sacramento ordinis quo ad eius diffinitionem.

Ordo an in ecclesia debeat esse, pagina 1014. columna 1. & an conuenienter ordo diffinitur, ibi columna 1. & an ordo sit sacramentum, ibi col. 1.

¶ De eius forma, & materia.

Ordinis sacramenti forma an conuenienter exprimat pagina 1014. columna 1. & an



ordinis sacramentum habeat materiam, ibi col. 1. & 2.

¶ De effectu sacramenti ordinis quo ad gratiam & characterem.

Ordinis sacramentum an conferat gratiã gratum facientem, pag. 1014. col. 2. & an imprimat characterem, ibi col. 2. & an character vnus ordinis præsupponat characterem alterius ordinis, ibi col. 2.

¶ De qualitate suscipientium ordines.

Ordinis sacramentum an in eum suscipientibus requiratur bonitatem vitæ, pag. 1014. col. 2. & quæ scientia requiratur in ordinandis præsertim post Concilium Tridentinũ, p. 1015. col. 1. & an ordinis gradus possit aliquis ex merito vitæ consequi, ibi col. 1. & an ordinans indignos peccet, ibi col. 1. & ordine suscepto qui existit in peccato possit sine peccato vti, ibi col. 1.

¶ De distinctione ordinum, & vbi imprimatur character.

Ordines plures an debeant distinguí, p. 1015. col. 1. & 2. & an sint septem ordines, ibi col. 2. & an ordines debeant distinguí per sacros, & nõ sacros, ibi col. 2. & an ordinũ actus conueniẽter assignentur col. 2. ibi & ordinis character per quid aut in quo actu imprimatur sacerdoti, & diacono, & subdiacono, & an sacerdoti ordinando satis sit tangere calicẽ ibi, col. 2.

¶ De conferentibus sacramentum ordinis.

Ordinis sacramentum an conferat episcopus, p. 1016. col. 1. & an hæretici, & ab ecclesia præcisi possint ordines conferre, ibi columna 1.

¶ De impedimentis sacramenti ordinis.

Ordines an possint suscipere pueri carentes vsu rationis vel fœmineus sexus, vel senus, vel homicida, vel illegitimè natus, vel muti latus, p. 1016. col. 1. & vide reliqua ad hanc materiam pertinentia dictione irregularitas. lit. I. & dictione clauus, lit. C.

¶ De annexis sacramento ordinis.

Ordinati an debeant deferre tonsuram, pag. 1016. col. 2. & corona sit ordo, & an potestas episcopalis sit supra sacerdotalem, & an episcopatus sit ordo, & an supra episcopos debeat esse aliquis superior in ecclesia, & an vestes ministrorum sint sufficienter institutæ, p. 1016. col. 2. & p. 1017. col. 1. & 2.

¶ Pœna an sit soluenda ante condemnationẽ vel executionem iudicis, pagina 1152. columna 1.

De pœnitentiæ sacramento.

Pœnitentia an sit sacramentum, pagina 308. columna 2. & an pœnitentiæ sacramenti

materia sint peccata, pagina 309. columna 1. & an impositio manus sacerdotis requiratur ad hoc sacramentũ, & an hæc forma: ego te absoluo, sit eius conueniens forma, ibi col. 1. & an sacramentum pœnitentiæ sit de necessitate salutis, & an sit secũda tabula post naufragium, ibi col. 2. & an hoc sacramentũ sit institutum in noua lege, ibi col. 2. & seq. & vtrum pœnitentiã debet durare vsque ad finem vitæ, & an possit esse continua, pag. 310. col. 1. & an debeat iterari, ibi column. 1.

De pœnitentiã pro vt est virtus.

Pœnitentiã an sit virtus, & an sit species virtutis iustitiæ, p. 310. col. 2. & seq. & pœnitentiæ subiectum an sit proprie voluntas, & an pœnitentiæ principium sit ex timore, & an pœnitentiã sit prima virtutum, p. 311. col. 1. & 2.

¶ De effectu pœnitentiæ.

Pœnitentiã an omnia peccata remoueat, & vtrum sine pœnitentiã peccatum remitti possit, p. 311. col. 2. & seq. & an per pœnitentiã possit vnum peccatum remitti sine alio, p. 312. col. 1. & vtrum remissa culpa per pœnitentiã remaneat reatus pœnæ, & vtrum remissa culpa mortali tollantur omnes reliquiæ peccati, ibi col. 1. & 2. & an remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ, ibi column. 2.

¶ De remissione venialium.

Pœnitentiã an sit necessaria ad peccatorum venialium remissionẽ, pagina 312. column. 2. & sequent. & an ad remissionem venialium requiratur gratiæ infusio, pag. 323. columna 1. & an venialia remittantur per asperisionem aquæ benedictæ, & an veniale possit remitti sine mortali, ibi col. 1. & 2.

¶ De reditu peccatorum.

Pœnitentiã iam dimissã peccata an redeant per sequens peccatum, pagina 313. columna 2. & sequent. & an peccata dimissã redeant per ingratitude, pagina 314. columna 1.

¶ De recuperatione virtutum per pœnitentiã.

Pœnitentiã an virtutes amissas per peccatum restituat, pagina 314. columna 2. & sequent. & an per pœnitentiã restituatur homo in æquali virtute, aut per eam in pristinam restituatur dignitatem, pagina 315. columna 1. & an opera virtutum in charitate facta possint mortificari, & post per pœnitentiã reuiuiscere, & an opera mortua alias bona in mortali facta possint viuificari per pœnitentiã sequentem, ibi columna 2.

¶ De

¶ De partibus pœnitentiæ.

Pœnitentiã an habeat partes, pag. 315. col. 2. & seq. & an conuenienter pœnitentiæ sacramento assignentur tres partes scilicet contritio, confessio, & satisfactio, pag. 319. col. 1. & an iste prædictæ tres partes sint partes integrales pœnitentiæ, ibi col. 1. & vtrum conuenienter pœnitentiã distinguatur in pœnitentiã ante baptismum, & in pœnitentiã mortaliũ, & in pœnitentiã venialium, pag. 316. col. 1. & 2.

¶ De partibus pœnitentiæ in speciali, & de contritione, & eius obiecto.

Pœnitentiæ pars quæ est contritio an conuenienter diffiniatur, scilicet quod est dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi, pagina 316. col. 2. & seq. & an homo conteri debeat de culpa solum, aut etiam de pœnis, pag. 317. col. 1. & 2. & vtrum contritio debeat esse de originali peccato, vel de omni actuali culpa, vel de peccatis futuris, ibi columna 2. & seq. & an contritio debeat esse de peccatis alienis vel de singulis mortalibus requiratur contritio, pag. 318. col. 1. & 2. & an contritio debeat esse maximus dolor quàm possit esse in natura, ibi columna 2. & sequent. & an dolor contritionis possit esse nimis magnus, pagina 319. col. 1. & an debeat esse maior dolor de vno peccato quam de alio, ibi col. 1.

¶ De contritionis tempore.

Pœnitentiæ, & contritionis tempus an sit hæc vita mortalis, pagina 319. columna 1. & 2. & an expediat continuè de peccato dolere, pagina 319. col. 2. & an post vitam hanc animæ de peccatis conterantur, ibi columna 2. & seq.

¶ De contritionis effectu.

Pœnitentiæ, & contritionis effectus an sit peccati remissio, pagina 320. columna 1. & an contritio possit totaliter tollere reatũ pœnæ, ibi columna 2. & an contritio parua sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum, ibi col. 2.

¶ De pœnitentiæ secundã parte quæ est confessio.

Pœnitentiæ confessio an sit necessaria ad salutem, p. 321. col. 1. & an confessio sit de iure naturali, ibi col. 1. & 2. & an omnes ad confessionem teneantur, ibi col. 2. & an aliquis licite possit confiteri peccatum quod nõ habet, ibi col. 2. & seq. & an statim teneatur quis confiteri, p. 322. col. 1. & an possit dispensari cũ aliquo q̄ non confiteatur, ibi col. 1.

¶ De pœnitentiæ confessiois quidditate.

Pœnitentiæ confessio an bene diffiniatur secundum D. Augustinũ q̄ sit confessio per quam morbus latens peccati spe veniæ aperitur seu declaratur, p. 322. col. 2. & an confessio sit actus virtutis, ibi col. 2. & an confessio sit actus pœnitentiæ virtutis, p. 323. col. 1.

¶ De pœnitentiæ confessiois ministro.

Pœnitens an necessario debeat confiteri sacerdoti, & an in aliquo casu possit confiteri alij quã sacerdoti, p. 323. col. 1. & 2. & an aliquis non sacerdos possit confessionẽ venialium audire, ibi col. 2. & seq. & an sit necessarium confiteri proprio sacerdoti, p. 324. col. 1. & an possit aliquis alteri quã proprio sacerdoti confiteri, ibi col. 2. & an in fine vitæ possit pœnitens a quolibet sacerdote absolui, p. 325. col. 1. & vtrum pœna taxetur secundũ quantitatem culpæ, ibi col. 1. & 2.

¶ De pœnitentiæ confessiois qualitate.

Pœnitentiæ confessio an possit esse informis, p. 325. col. 2. & seq. & vtrum oporteat confessionem esse integram, p. 326. col. 1. & an possit pœnitens per alium, aut per scriptũ confiteri, ibi col. 1. & 2. & an conditiones assignatæ requirantur ad confessionem, p. 326. col. 2.

¶ De effectu confessionis.

Pœnitentiæ, & sacramentalis confessio an liberet à morte peccati, pag. 327. col. 1. & an liberet aliquo modo à pœna, ibi col. 1. & 2. & an confessio spem tribuat salutis, ibi col. 2. & an confessio generalis sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita, ibi col. 2.

¶ De sigillo confessionis.

Pœnitentiæ confessione audita peccata an teneatur confessor celare sub confessionis sigillo, p. 328. col. 1. & 2. & an sigillum confessionis se extendat ad alia, quã ad ea quæ sunt de confessione, p. 329. col. 1. & an confessor, & solum sacerdos habeat sigillum confessionis, & an de licentiã pœnitentis possit dicere, aut prodere peccatum auditum in confessione, p. 329. col. 1. & an id quod scit confessor, per confessionem, & etiam alio modo possit alteri reuelare.

¶ De pœnitentiæ quarta parte id est, de satisfactione.

Pœnitentiæ satisfactio an sit virtus, aut virtutis actus, pagina 330. columna 1. & an satisfactio sit actus iustitiæ, ibi columna 1. & 2. & an satisfactio sic conuenienter diffiniatur, scilicet quod sit causas peccatorum excidere, & eorum subgectionibus aditum nõ indulgere, p. 330. col. 2.

**¶ De penitentialis satisfactionis possibilitate.**  
An poenitens possit Deo satisfacere pro peccatis, pag. 331. col. 1. & an poenam satisfactoriam possit vnus pro alio explere, ibi col. 2. & seq.

**¶ De penitentialis satisfactionis qualitate.**  
Poenitens an possit de vno peccato satisfacere sine alio, p. 332. col. 1. & 2. & an quis extra charitatem existens possit satisfacere de peccatis antea per contritionem deletis, ibi, col. 2. & an satisfactio sacramentalis facta extra charitatem, per charitatem post aduenientem incipere valeat, p. 332. col. 2. & seq. & vtrum opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria saltem temporalis, p. 333. col. 1. & seq. & an opera bona extra charitatem facta valeant ad mitigationem poenarum infernalium, ibi, pag. 333. col. 2.

**¶ De his per quæ fit satisfactio penitentialis.**  
Poenitentialis satisfactio an debeat fieri per opera poenalia, pag. 334. col. 1. & an flagella præsentis vite sint satisfactoria, ibi col. 1. & 2. & vtrum numerentur conuenienter opera satisfactoria scilicet oratio, elemosyna, & ieiunium, pagin. 334. columna 2. & sequent.

**¶ De suscipientibus sacramentum penitentia.**  
Poenitentia an in innocentibus esse possit, pagin. 724. col. 1. & an poenitentia sit infusa virtus per se, ibi col. 2. & poenitentia virtus an fuerit in Christo, ibi col. 2. & an poenitentia virtus fuerit in angelis cū fuerint viatores, ibi col. 2. & an fuerit in apostolis, & in beata Virgine, & in Adam in statu innocentia, & in beatis in gloria, pag. 725. col. 1. & 2. & in Angelis bonis, pagin. 725. col. 2. & in angelis malis, p. 726. columna 1. & 2.

Poenitentia infusa an sit prior quàm habitus infusus charitatis, p. 725. col. 1. & 2.  
Pollutio vide verbo eucharistia de impedimento sumptionis eucharistia.

**Q**uantitas dimensua corporis Christi an sit in hostia cōsecrata, p. 196. col. 1. & 2. & an hoc sit assertio euāgelica aut ecclesiæ, pag. 196. col. 2. & seq.

Quantitas corporis Christi dimensua an in sacramento eucharistia sit aut possit esse, pag. 197. col. 1. & 2.

**R**egula generalis ad decidēdos multos casus circa rescripta, p. 719.

**¶ De libello repudij.**  
Repudium vxoris an sit contra legem naturæ

& an matrimonij inseparabilitas sit de lege nature, p. 1174. col. 2. & an licitū sit per dispositionē vxoris dimittere, ibi, p. 1174. col. 2.

Repudiare vxorem an licitum erat sub lege Moysi, pagin. 1175. col. 1.

Repudiare vxori an liceat alium virum habere, p. 1175. col. 1.

Repudiare vxori an liceat alium virum habere, & an repudiatam a se liceat viro recipere, p. 1175. col. 1.

Repudij causa an sit odium vxoris, pag. 1175. col. 2. & seq. & an causa repudij debeant in libello scribi, ibi col. 2.

Restituenda an sit vxor viro, quæ diueri a viro vel quam dimisit vir vide verbo diuortiu.

S

**¶ De essentia sacramentorum in communi.**

Sacramētū an sit in genere signi, p. 2. col. 1. Sacramenti nomē accipitur tripliciter, p. 2. col. 1.

Sacramētum quare potius ponitur in genere signi quàm in genere gratia, p. 1. col. 1.

Sacramentum in quo prædicamento ponitur p. 1. col. 1. & seq.

Sacramentum quare ponitur in genere signi, p. 2. col. 2.

Sacramenta an sint signa ad placitum, & an vt sic sint entia rationis, p. 2. col. 2.

Sacramētum quare diffinitur in genere signi, p. 2. col. 2. & seq.

Sacramentum an sit quodcunque signum rei sacra, p. 3. col. 1.

Sacramenta vetera, & noua an sint practica, & quomodo in hoc inter se differant, pag. 3. col. 1. & 2.

Sacramenti diffinitio quænam sit secundum D. Thom. p. 2. co. 3. vbi explicatur sacramenti diffinitio.

Sacramēti diffinitionē prædictā argumēta impugnantia soluuntur, p. 4. col. 1. & sequent.

Sacramentum an sit signum vnus rei tantum an plurium, pag. 4. col. 2. vbi diffinitur quod est signum plurium, scilicet passionis Christi, & gratia, & gloria, & argumēta in contra soluuntur, pagin. 4. col. 2. & p. 5. col. 1.

Sacramentis omnibus an conueniat triplex significatio scilicet passionis Christi, gratia, & gloria, p. 5. col. 2.

Sacramentum an sit semper aliqua res sensibilis, pag. 5. col. 2.

Sacramentum baptismi quomodo respectu infantium dum baptizatur sit signum, pag. 6. col. 1.

Sacramentum cum sit corpus Christi in altari quomodo sit sensibile, pag. 6. col. 2.

Sacra-

Sacramentum matrimonij quomodo est consensus, & quomodo est sensibile, pagina 6. col. 1.

Sacramenta an requirant determinatas res, pagin. 7. columna 1.

Sacramenta non fuere quælibet cæremonia veteris legis, & quare, p. 7. col. 2.

Sacramenta an ad significandum requirant verba, pagin. 7. columna 2. & quare, ibidem, & soluuntur argumenta in contra, p. 8. col. 1.

Sacramenta rebus, & verbis constare an veritas catholica fidei sit, pagin. 8. columna 1. vbi soluuntur argumenta durandi, pagin. 8. columna 1. & 2. & pagin. 9. col. 1. & 2.

Sacramenta quomodo differant quo ad materias, & quomodo Concilium Florentinum sacramentis suas assignauerit distinctas materias, & formas, pagin. 8. columna 2.

Sacramenta an requirant determinata verba pagin. 9. columna 1. & 2. & soluuntur argumenta in contra, ibidem col. 2.

Sacramentum baptismi collatum sub hac forma: in nomine patris, & filia, & spiritus sancta sit verum baptismi sacramentum, pag. 9. col. 2.

Sacramentum verum an conficiat qui ex errore vel lapsu, vel balbutie linguæ corrumpit verba formæ, pag. 10. col. 1.

Sacramentum an inualidet mutatio, aut transpositio verborum formæ, pagin. 10. col. 1.

Sacramentum validum an fuit quod quidam rusticus in necessitate ministravit in India partibus dicens, ego te baptismo in nomine patris, & filij, & cætera pagin. 10. col. 1.

**¶ An formæ sacramentorum sint de iure diuino.**

Sacramentorum formæ an sint de iure diuino & an de hoc liceat dubitare, pagin. 10. col. 2.

Sacramentorum formæ an eodem gradu explicitè sint à Christo, pagin. 10. col. 2. & seq.

Sacramentorum formis liceat aliquid addere, & an dicere in baptismo, & in nomine virginis Mariae irritat sacramentum, pag. 11. col. 1. & 2.

Sacramentum non inualidat modica transpositio verborum quæ sensum formæ non auferit, pag. 11. col. 2.

Sacramento potest contingere quincuplex mutatio in sua forma, pagin. 11. col. 1.

na 2. & sequentibus, & de examinatione earum, ibi, pag. 12. col. 1.

Sacramentum illud an irritum sit quod confert quis intendens inducere alium ritum non receptum ab ecclesia quādo mutat formam, p. 12. col. 1.

Sacramenta quinam errores annullant pro hoc autem cognoscendo statuuntur duæ regulæ generales, pagin. 12. columna 1. & 2.

Sacramenta annullantes, vel non annullantes errores exemplificantur, pagin. 12. columna 2. & pagin. 13. columna 1. & 2. vbi assignantur exempla de omnibus sacramentis vide, ibi notabiliter.

Sacramentum an annullat moram in proferendo verba, vel interruptio intentionis, p. 14. col. 1. & 2.

Sacramentalis formæ mutatio quale sit delictum pagin. 14. col. 1. & 2. & sequentibus.

Sacramentum eucharistia conficiendo, aut celebrando si errauerit tunc aliquis, quid acturus sit vt euitet præsentem perplexitatem, p. 14. col. 2.

Sacramenta iterandi necessitatem quale dubium inducat, pagin. 15. col. 1. & 2.

**¶ De necessitate sacramentorum.**

Sacramenta an fuerint necessaria ad humanam salutem, pagin. 15. columna 1. vbi respondetur ad argumenta in contra, pag. 15. col. 2.

Sacramenta instituendi congruentia ex parte Dei se tenens ex quot, & quibus rationibus sumatur, p. 16. col. 1.

Sacramenta an fuerint homini necessaria ante peccatum, p. 16. col. 2.

Sacramentis mediantibus contulit Deus in lege noua cognitionem supernaturalem infulam per infusionem fidei, & donorum intellectualium in statu innocentia non sic & quare, p. 17. col. 1.

Sacramenta an in statu innocentia essent instituta (vt aiunt Alexander, & Durandus) ad Dei cultum, & beneficia Dei memoranda, p. 17. col. 1. & 2.

Sacramenta an debuerint esse post peccatum ante aduentum Christi, pagin. 18. columna 1.

Sacramentorum veterum respectu passio Christi fuit causa finalis, & non efficiens, pag. 18. col. 1.

Sacramentum Melchisedech magis similitur sacramento altaris, sed sacramenta vetera magis assimilantur passioni Christi, pag. 18. col. 2.

Sacramenta vetera an applicabant passionem Christi vt causam effectiuam gratiæ, vel finalem, pag. 18. col. 2.

Sacramenta aliqua an fuerint in statu legis natura ante Abraham in remissionem originalis peccati, & an sacramenta quæ largo modo sic dicuntur idest oblationes, & sacrificia ad placandum Deum fuerint instituta tunc. pag. 20. co. 2. & pagina 21. col. 1. & 2.

Sacramenta aliqua an debuerint esse post Christum in noua lege, p. 23. col. 2.

¶ *De sacramentis quatenus sunt causa gratiæ.*

Sacramenta an sint causa gratiæ instrumentaliter an principaliter, pag. 24. column. 1. & 2. & quomodo, ibidem.

Sacramenta nostra an conferant gratiã ex opere operato, p. 25. col. 1. & seq.

Sacramenta nostra conferre gratiam catholica assertio est, & exemplificatur, & probatur de omnibus sacramentis, pagin. 25. col. 1. & 2.

Sacramenta nostra quomodo causant gratiam circa quam quæstionem versantur tres opinioniones, pagina 25. columna 2. & pagina 26. columna 1.

Sacramenta nostra an causent gratiam vt causa sine qua non, vt ait Alexander, & Bonauentura, & Okam, & Richardus, & Durandus, & Marsilius, p. 26. col. 1.

Sacramenta nostra an causant gratiam eo quod producant characterem, aut ornatum (vt Capreolus, & Palude dixerunt)

Sacramenta nostra an causant gratiam eo solo quod sunt causa motiua (vt dixit Victoria) pag. 26. col. 2.

Sacramenta nostra an causent gratiam solum faciendo hominem iustum abstrahendo à qualitate gratiæ (vt dixit Sotus, pagina 26. columna 2. & pagina 27. columna 1.

Sacramenta nostra an causant gratiam per modum causæ moralis, vt dixit Magister Canus, pagina 27. columna 1. & 2. ibi soluntur eius rationes, & expugnatur, pag. 28. col. 1. & seq.

Sacramenta igitur nostra conferunt gratiam effectiuè ad modum causæ naturalis, & artificialis instrumentaliter, pagina 28. column. 2. & sequent. vbi respondetur ad contrarias obiectiones.

Sacramenta nostra effectiuè conferre gratiam consonat scripturæ sacræ, & concilij, & conformior est duplici exemplo desumpto ex naturalibus idest, ex fantasmate corporali, & ex voce humana, p. 29. col. 2. & seq.

Sacramenta nostra vt effectiuè causent gratiam an requirant contactum quo contingant animam, vel qualem, pagina. 30. columna 1. & 2.

Sacramenta fictè recepta quæ tamen fuere valida quomodo post ablata fictione per contritionem quando iam tunc non sunt, causant gratiam, pagina 30. columna 2. & sequent.

Sacramenta nostra quomodo ex interpretatione ecclesiæ differant in virtute sanctificandi nos ab alijs nostris actionibus quibus scriptura sacra tribuit efficaciam iustificandi nos pagina 31. col. 1. & 2.

Sacramenta an producant gratiam eam creando, p. 33. col. 1.

¶ *De gratia sacramentali.*

Sacramentalis gratia an addat aliquid supra gratiam virtutum, & donorum, pagina 35. column. 1.

Sacramentalis gratia datur cõtra peccata præterita quæ transeunt actu, & permanent quantum ad reatum, pagina 35. columna 2. & habet se ad gratiam communiter dictam sic vt ratio speciei ad genus, ibidem, gratia sacramentalis supponit pro ipsa gratia gratum facienti connotando auxilium speciale quod in sacramento confertur ad certum, & specialem effectum, pagina 35. column. 1.

Sacramentalis gratia affert nobis specialem opem præter communem opem gratiæ, & virtutum, pag. 35. col. 2.

¶ *De sacramentis quantum ad continentiam gratiæ.*

Sacramenta nouæ legis an contineant gratiã, pagina 36. columna 2. & pagina 37. columna 1.

Sacramenta continent gratiam secundum esse fluens, & incompletum, pagina 37. columna 1.

Sacramenta nostra an habeant in se aliquam virtutem gratiæ causatiuam, pagina 37. columna 2. & quid sit ista virtus, & in quo genere reponatur, ibidem, pag. 38. col. 1. & seq.

Sacramentalis virtus an sit aliud quàm motus Dei mouentis, p. 38. col. 2.

Sacramenta nostra an habeant virtutem ex passione Christi Domini, pagina 39. columna 2. virtus specialis remissiuæ peccatorum speciali quodammodo pertinet ad passionem, ibidem.

Sacra-

Sacramenta nostra sunt instrumenta separata respectu humanitatis Christi, alias sunt instrumenta coniuncta vt mota à Deo, pag. 40. col. 1.

Sacramentorum virtus sicut, & remissiuæ virtus peccatorum quod sit specialiter passioni Christi tribuenda probatur latè, p. 40. col. 1. & col. 2. vbi explicat quomodo ibidè & p. 41. col. 1.

¶ *De sacramentis veteris legis.*

Sacramenta veteris legis an gratiam causabāt, p. 42. col. 2.

Sacramenta veteris legis dicebantur sanctificare non per gratiam gratum facientem à se causatam sed quia sanctificatio illa figuralis erat Christi, p. 43. col. 1.

Sacramenta vetera vt circuncisio solum fuere signum fidei iustificantis, p. 43. col. 1.

Sacramentum circuncisionis erat causa sine qua non gratiæ eo quod per circuncisionem applicabatur fides conferens gratiam ad omnes effectus, p. 43. col. 2.

Sacramenta nostra sunt causa gratiæ instrumentaliter vt calamus est causa scripturæ, pag. 43. col. 2.

¶ *De sacramentis quoad characterem.*

Sacramentum aliquod an imprimat aliquem characterem in anima, pag. 44. col. 2.

Sacramenta quæ imprimunt characterem vt baptismus, ordo, & confirmatio eum imprimunt vt signaculum quo fideles ad actus competentes præsentis ecclesiæ deputantur p. 45. col. 1.

Sacramenta nouæ legis an omnia imprimant characterem, p. 53. col. 1. & 2.

¶ *De sacramentorum causa.*

Sacramentalis effectus causa an sit solus Deus aut etiam minister, p. 54. col. 1. & 2.

Sacramentalis gratiæ quænam dicatur principalis causa, p. 54. col. 2.

Sacramenti ministros concurrere ad gratiam an sit de fide, p. 54. col. 2. & p. 55. col. 1.

Sacramentum baptismi si conferat laicus an concurrat ad gratiam, p. 55. col. 1. vbi Sotus mutans sententiam affirmatiuam certissimè esse putat contra Scotum ibidem.

Sacramentalis gratiæ quæ datur in matrimonio an ipsi contrahentes laici sint ministri, p. 55. col. 2.

Sacramentum eucharistiæ si puer, vel fidelis laicus conferat ægrotanti moribundo an illi conferat gratiam, p. 55. col. 2.

Sacramentalis gratiæ conferendæ virtus an in sit ministris laicis dum baptizant aut contrahunt inter se matrimonium, p. 56. col. 1. & præfertim, pag. 57. col. 1.

Sacramenti minister an solum cõcurrat vt causa moralis ad conferendam gratiam, p. 56. col. 1. & 2. vbi Sotus videtur affirmatiue tenere ibidem.

Sacramenta an vt causæ instrumentales tam vt causæ morales quam etiam simul ad modum physicum effectiuè possint concurrere ad gratiam, p. 55. col. 2. vbi disident inter se Sotus & Canus etiam, p. 57. col. 1.

Sacramenta & ministros effectiuè concurrere ad productionem qualitatis gratiæ instrumentaliter non negat D. Thomas contra Sotum, p. 57. col. 1. & 2. & seq.

Sacramentorum ministri suis precibus adulto bonos mētis motus & paruulis aliquas egrègias dotes, vel gratias gratis datas impetrare possunt si boni ministri sint, p. 58. col. 1.

Sacramenta an ex vi, & meritis passionis Christi æqualem gratiam eam suscipientibus conferant, p. 58. col. 1. & 2. vbi Sotus Scotum impugnatur.

Sacramenta an habeant certum, & determinatum gradum gratiæ conferre sine respectu ad dispositionem suscipientis, vbi Sotus & Caietanus cõtra se inuicem disidere videntur, p. 58. col. 2. & seq.

Sacramenta an sint solum ex institutione diuina, p. 59. col. 1.

Sacramentorum numerus licet ex sacra scriptura non tam euidenter eliceretur nihilo minus ecclesiæ autoritas sufficit ad id catholice declarandum, p. 59. col. 2.

Sacramenta omnia nouæ legis quæ sunt septè fuisse immediate instituta à Christo post diffinitionem Concilij Tridentini negari non potest, p. 60. col. 1. & 2. contra alios.

Sacramenta hæc quinque, scilicet, baptismus, eucharistia, ordo, poenitentia, matrimonium, quod fuerint instituta à Christo Domino ex quibus scripturæ locis aperte colligatur p. 60. col. 2. simul & de confirmatione & extrema vnctione, p. 61. col. 1.

Sacramentis administrandis aliqua necessaria sunt quæ ecclesia ex familiari Apostolorum traditione accepit vt ait D. Thomas & quid hic nomine traditionis intelligatur, pag. 61. col. 1. & 2. & de traditionibus ecclesiæ bona doctrina traditur, ibi.

Sacramentorum effectum interiorum an Christus vt homo operetur, p. 62. col. 1. & 2.

¶ *De ministris sacramentorum.*

Sacramenta an possint per malos ministros conferri, p. 71. col. 1.

Sacramenta Christi per malos ministros vere & valide confici posse catholica fides est quod & probatur multipliciter



& argumenta hereticorum soluuntur, p. 72. col. 1. & 2. & p. 73. col. 1. & 2. & p. 74. col. 1. & 2. pag. 75. col. 1. & 2. vbi respondetur etiam ad autoritates sanctorum male intellectas, p. 76. col. 1.

Sacramenta si administrant mali ministri an peccent sic ea male ministrando, p. 76. col. 2. & p. 77. col. 1. vbi respondetur ad obiectiones contra D. Thomam, p. 77. col. 2.

Sacramentorum indigna administratio an sit culpa mortalis, p. 77. col. 2. vbi respondetur ad argumenta contrariorum & probatur de ministris. 1. o. ex officio deputatis, pag. 78. col. 1. & 2.

Sacramentum baptismi ministrans laicus in casu necessitatis sibi permissus licet ministret in mortali peccato non delinquit mortaliter, p. 78. col. 2. Sicut neque sacerdos id faciens in casu urgentis necessitatis, p. 78. col. 2. & seq.

Sacramentum matrimonij in peccato mortali contrahentes peccant mortaliter sic contrahendo, pag. 79. col. 1. & 2. quod intellige quatenus sic in mortali suscipiunt sacramentum.

Sacramenta confirmationis, eucharistiæ, ordinis, confessionis extremæ vñctionis minister ex officio administrans in mortali peccat mortaliter, sicut etiam diaconus & subdiaconus solemniter extra gratiam exercentes sua ministeria, p. 79. col. 2. à secus de colythis, p. 80. col. 1. & 2. sicut neq; prædicator malus in occulto, p. 81. col. 1. vbi respondetur ad 7. argumenta p. 81. col. 2.

¶ *De sacramentis quoad receptionem.*

Sacramenta recipere à malis ministris an licitum sit, p. 82. col. 1.

Sacramenta recipere à ministris non toleratis ab ecclesia siue parati sint ad ea administranda siue non, nullatenus licet, p. 82. col. 1.

Sacramentum baptismi recipi potest ab præcis & schismaticis & à quibuscunque ministris quibuscunque censuris innodatis in extremo articulo necessitatis, p. 82. col. 1. & quid de sacramento absolutionis ibidem, p. 82. col. 1. & 2.

Sacramentum recipere à quocunque sacramento ministro malo non præciso sed tolerato ab ecclesia dum sit paratus illud ministrare licitum est, p. 83. col. 1. & quid si sit paratus ex malitia, & non ex fragilitate vel ignorantia, p. 83. col. 2.

Sacramenta recipere à sacerdote concubinario notorio parato an licitum sit, pag. 83. col. 2.

Sacramentum absolutionis an licite possit re-

cipere mulier à parato suo parato fragili qui si audiat eius peccata in eius exardelet amorem, p. 83. col. 2. & seq.

Sacramenti administrationem petere ab ministris improbis non paratis non licet nisi petentem necessitas cogat extrema vel nisi parochus sit petentis, p. 84. col. 1.

Sacramentum an licet petere à prælato tolerato & non præciso etiam non parato, p. 84. col. 1. & 2. etiam extra necessitatem ibidem.

Sacramentum an licet nunc percipere post Concilium Constantiense à quocunque ministro quacunque censura innodato non, tamen publice & nominatim denunciato vel nisi sit percussor clerici notorius, pag. 84. col. 2.

Sacramenta recipere an possit quilibet extra necessitatem à ministro quolibet etiam non parato non præciso sed tolerato ab ecclesia cum ad id inducendo, p. 84. col. 2. & seq. & vide pro hoc regulam generalem, pag. 85. col. 2.

Sacramentum baptismi, dum in extrema necessitate baptizandus est puer sit petendus potius à laico probo quam à sacerdote improbo dum soli sunt, p. 85. col. 2.

¶ *De dispositione ministrorum ad sacramenta ministranda.*

Sacramenta administraturus minister ex officio si sit in mortali peccato constitutus an necesse habet elicere actum doloris quem probabiliter existimet esse contritionem cum proposito emendæ, p. 85. col. 2. & seq. neque satis est accedere sine complacentia peccati contra aliquos, p. 86. col. 1. at Episcopus ad benedictiones vel consecrationes faciendas licet sit in mortali non opus habet sic conteri, pag. 86. col. 1. & sequenti sicut neque confirmatus ad defendendam fidem ibidem.

Sacramentum eucharistiæ suscepturus si sit in culpa mortali iuxta Concil. Tridentinum non satis est si conteratur sed præuia confessione se prius probare debet, p. 86. col. 2.

Sacramentum baptismi suscepturus si sit in mortali constitutus tenetur saltem attritionis etiam cognitæ actum elicere contra victoriam in summa de Chaues, p. 86. col. 2.

Sacramentum absolutionis suscepturus peccator satis dispositus accedit secundum probabiliorum opinionem si cum attritione cognita accedat, p. 86. col. 2. & seq.

Sacramenta administrare an possint Angeli, p. 87. & seq.

¶ *De sacramento quoad intentionem ministris.*

Sacra-

Sacramenti perfectio an requiratur intentione ministri, p. 87. col. 2. & p. 88. col. 1. & 2. vbi tredecim proponuntur argumenta.

Sacramentum ad sui perfectionem & validitatem requirit in ministro intentionem faciendi quod facit ecclesia, p. 89. col. 1. & 2. vbi id probatur, & qualis debeat esse hæc intentio, p. 89. col. 2. an sufficiat habitualis intentio, ibi. col. 2. & seq. an requiratur actualis, vel an satis sit virtualis, pag. 90. col. 1. & 2.

Sacramentum baptismi validum an contulit qui ludrice agens Episcopum, baptizabat pueros, p. 90. col. 2. & seq.

Sacramentum baptismi validum an sit cum ioculariter conferatur, p. 91. col. 1.

Sacramentum baptismi an valide conferat qui non habet intentionem ecclesiæ de qua dubitatur an sit falsa, p. 91. col. 1.

Sacramentum an præter intentionem applicandi materiam & formam requiratur ad suum valorem aliam intentionem ministri, pag. 91. col. 1. & 2.

Sacramenti minister quia est agens humanum requiritur eius administratio sit actus de presenti humanus non sic in recipiente dum dormit, p. 91. col. 2.

Sacramentum baptismi verum an conferat qui intendens baptizare puerum ex errore baptizat puellam, p. 91. col. 2. & seq. in matrimonio autem est dispar ratio, p. 92. col. 1.

Sacramentum validum an suscipiat qui coactus illud suscipit aut si minister coactus illud conferat, p. 92. col. 1. & 2.

Sacramentum ad suum valorem licet non requiratur actualem præsentem intentionem in ministro, requirit saltem præcedentem que moueat membra ministri ad applicationem materiæ, & formæ & taliter vt tota illa actio sit actus humanus, p. 92. col. 2.

Sacramentum poenitiæ an ad sui valorem requiratur propositum emendæ virtuale vel formale, p. 92. col. 2. & seq.

Sacramenti valorem an suppleat Deus in puero deficiente materia vel forma baptismi vel intentione ministri.

Sacramentum ordinis an validum sit susceptum ab excommunicato dum Episcopus præmonet se non intendere ordinare excommunicatos, p. 93. col. 2.

¶ *De sacramentis quoad fidem ministri & rectam intentionem.*

Sacramentum an ad suum valorem requiratur fidem in ministro, p. 93. col. 2. & seq.

Sacramentum baptismi collatum ab hæretico seruata forma ecclesiæ est validum quoad characteris impressionem sed non quoad ef-

fectum gratiæ in adulto sed sacramentum absolutionis ab eo impensum omnino esset invalidum nisi forte in extremo mortis articulo vbi alius minister non esset, p. 94. col. 1. vbi discordant Doctores.

Sacramenta characterem imprimunt collata ab hæreticis in forma ecclesiæ valida sunt quoad characterem, p. 94. col. 2.

Sacramenta an requirant rectam intentionem ministri, p. 94. col. 2.

¶ *De numero sacramentorum & ordine.*

Sacramenta ecclesiæ an sint septem, p. 94. col. 2. & seq. & quare sint septem & quomodo coaptantur ad illa media quæ requiruntur ad vitam corporalem & eius augmentum & nutrimentum & curationem, pag. 95. col. 1.

Sacramenta an conuenienter ordinentur, p. 95. col. 2.

Sacramentum eucharistiæ an sit potissimum inter sacramenta, pag. 95. col. 2. & pag. 96. col. 1.

Sacerdotes seculares aut regulares violantes cessationem à diuinis an irregulares fiant, p. 98. col. 2.

Sententia declaratoria an requiratur in notariis, p. 98. col. 1. & 2.

Sententia excommunicationis an in aliquam communitatem ferri possit, p. 98. col. 2. & an sic lata in vniuersitatem teneat, pag. 99. col. 1.

¶ *De sacrificio missæ, & eius valore.*

Missæ sacrificium à sacerdote malo celebratum an minus valeat quam si celebratum esset à bono, pag. 274. col. 1. & 2. & an simpliciter missa mali sacerdotis tantum valoris sit quam boni sacerdotis, ibi. col. 2. & ex sacrificio missæ quotuplex effectus proueniat, pag. 275. col. 1. & an valor missæ ex ea parte qua ecclesiæ merito innititur sit variabilis, ibi. col. 1. & 2. & p. 275. col. 1. & 2. vbi ad questionem respondetur distinguendo effectus missæ & an effectus impetrationis quem intendit ecclesia ex missæ sacrificio impediatur per malum ministrum, p. 275. col. 2. effectus satisfactionis proueniens ex sacrificio missæ an vitietur, vel impediatur per sacerdotem malum, p. 277. col. 1.

¶ *De sacrificio missæ, oblato pro pluribus.*

Sacrificium missæ an quando offertur pro pluribus, tantum pro singulis ac si pro vno solo offerretur, p. 277. col. 2. & p. 278. col. 1. & 2. vbi ponuntur assertiones Caietani & an cum hoc sacrificium offertur pro pluribus illud petentibus profit vnicuique tantum

tum ac si pro illo offerretur solum, p. 279. col. 1. & an præter illam generalem applicationem quam facit ecclesia in missa sacerdos voluntarie particulari applicatione possit applicare missam pro pluribus, taliter quod singulis tantum valeat ac si offerretur pro vno solo vbi est. *¶* **Questionis** huius celebris, pag. 279. col. 2. & pag. 280. col. 1. & 2. & an effectus satisfactionis correspondens deuotioni sacerdotis celebrantis sit debitus petenti ab eo sacrificium missæ pro eo oblata elemosyna, pag. 282. col. 1. & an effectus satisfactionis correspondens publicis orationibus ecclesiæ factis in sacrificio missæ sit ex opere operato, vel ex opere operantis, ibi. col. 2. & numerus offerentium quales sunt audientes missam, vel elemosynam pro ea dicenda porrigentes an minuant valorem missæ in singulis, p. 280. col. 2. & seq. & an sacrificiū missæ offerretur pro non petentibus an tantum tunc profit oblatum pro illis pluribus ac si pro vnoquoque illorum solum offerretur, pag. 281. col. 1. & an possit sacerdos offerre anticipatas missas pro eis qui eas sibi post commendaauerint, ibi. col. 1. & 2. & an si confideretur sacrificium quatenus ex intentione sacerdotis pro petentibus offerretur tantum valeat singulis ac si pro vno solo offerretur, pag. 281. col. 2. vbi negatiue responderetur & probatur late, pag. 282. col. 1. & 2. & seq. & an fructus missæ specialiter correspondens deuotioni sacerdotis commendati missam sit debitus, ibi. col. 1. & an valor medijs missæ, scilicet qui correspondet deuotioni ecclesiæ concedentis sacerdoti illi posse applicare pro quo, vel quibus velit sit debitus commendanti missam, p. 282. col. 1. & an iste valor sit taxatus, ibi. col. 2. & an minus de eo participent, plures quam vnus commedans missam vbi affirmatiue tenetur quod minus participent, & probatur. 4. argumentis, p. 282. col. 1. & 2. & p. 283. col. 1. *¶* **Resolutio potissimæ questionis.** Sacrificium missæ offerrens an pro vna missa stando in omni opinione possit recipere vltra vnam ordinariam pitantiam pro missa assuetam dari, p. 283. col. 1. & 2. & an paroccius vel alius sacerdos qui tenetur dicere missam pro vno satisfaciat dicendo illam pro illo & pro alio, p. 283. col. 2. & seq. & pag. 284. col. 1. & an capellani, & beneficiarij & parocci qui tenentur quotidie pro fundamentibus capellaniam, vel pro parocianis celebrare si quas missas omiserint eas supplere teneantur, p. 284. col. 1. & 2. & an parocci

ex pitantijs missarū possint sibi aliquā portiunculā usurpare. immo in talique mercenario eas missas dicturo porrigere, p. 284. col. 2. & an parochi possint particulares pitantias à parocianis accipere, pag. 287. col. 1. Sacrificiū hoc an possint hæretici, schismatici & excommunicati cōficere, aut hoc sacramētū cōsecrare, p. 285. col. 1. & 2. & an sacrificiū istorū licet illis non prosit, an alijs pro quibus offertur prosit, p. 286. col. 1. & an liceat missas eorum audire, vel ab ipsis cōmunionem accipere, ibi. col. 2. & orationes istorū ab ecclesia prætorum, sicut in sacrificio missæ dum celebrant an efficaciam habeant & an degradatus possit hoc sacramētū cōficere, p. 285. col. 2. & p. 286. col. 1. & 2. & an vitare teneamur cōmunionē malorū in diuinis, vel extra, & quibus, & quot rationibus p. 286. col. 2. & p. 287. col. 1. & 2. & an vitare sacerdotem concubinarium teneamur & an liceat sacerdoti ab sacrificio hoc celebrando abstinere, p. 287. col. 2. & seq. & an sacerdotes à cura animarum liberi teneantur saltē in præcipuis festis seu in tribus festis paschatū celebrare, p. 288. col. 1. vel. 2.

*¶* **De ritu huius sacrificij altaris & de præcepto.** Sacrificio altaris an missæ Christus immoletur, p. 288. col. 2. & seq. & an per hoc sacrificium quoad efficaciam fructum satisfactionis passionis Christi participamus, p. 289. col. 1. & quare sacrificium hoc dicitur missa, ibi. col. 1. & 2. & an sit diuinum præceptū audiendi missam in diebus festiuis, p. 289. col. 2. & an ad totā missam audiendā in diebus dominicis, & festiuis obligemur, ibi. col. 2. & an omisio introitus & epistolæ missæ audiendæ in prædictis diebus sit mortalis, & quid si his diebus egrediatur quis à missa post sumptionē calicis, p. 290. col. 1. & quomodo missa sit audienda & qualis attentio ad eā audiendā requiratur, p. 290. col. 2. vbi sententia Soti repudiatur, p. 290. col. 2. & an qui distrahitur per solū actū interiorē in missa satisfaciat præcepto, p. 291. col. 1. & an implet præceptū de audienda missa qui vadit ad eā audiendā sinistro proposito, scilicet, vidēdj amicā, p. 291. col. 1. & an audiens missam de præcepto simul ibi recitādo officiū diuinū præceptū de eo recitādo impleat simul possit, pag. 291. col. 2. & an necesse sit in die præcepto missam festi audire, pag. 292. col. 1. & an sit beneficium omittas facere missas ordinarias pro missis defunctorum dicendis, ibi. columna. 1. & quid dicendum est de sacerdotibus in regionibus Indiarum, ibi. coæcruantibus mul-

multas pitantias missarum in septuplo profiores quam in Hispania quæ ibi dicēda cōmendatur qui tamen ipsi mittunt in Hispaniam in Hispania dicendas ad taxam pitantiæ Hispaniæ, p. 292. col. 1. & an qui ex priuilegio tempore interdicti potest audire missam teneatur tempore interdicti audire missam diebus festiuis de præcepto, p. 292. col. 2. & seq. & an peccent excommunicati, & interdicti non audiētes missam de præcepto, p. 293. col. 1.

*¶* **De excusatis à sacrificio missæ assistendo.**

Sacrificio missæ interesse an teneantur omnes vtentes ratione, p. 293. col. 2. & an ex rationabili causa præceptum audiendi missam possit committi, ibi. col. 2. vbi statuitur regula generalis Caietani ad excusandum à transgressione præceptorum vbi non interuenit cōtemptus sed color rationis, p. 293. col. 2. & pueri quo tempore obligantur isto præcepto audiendi missam, vel alijs præceptis ecclesiæ, ibi. col. 1. & an excusentur infirmi, & custodes infirmorum, vel puerorū, & eorum nutrices custodes fortalitorum, ibi. p. 293. col. 2. vel itinerantes, vel mulieres pauperes indecenter vestitæ vel coniugatæ mulieres vel famulæ vel famuli dum prohibentur ire ad missam vel virgines nubiles, vel mulieres carentes pedisequis, vel foemina quæ timet si vadat ad missam audiendam per suum aspectum alliciet hominem fragilem, & an sic vidua excusari possit à missa de præcepto audienda, pag. 294. col. 1. & 2.

*¶* **De tempore signato pro sacrificio missæ celebrando.**

Sacrificij huius celebrandi tempus an sit conuenienter determinatum, p. 294. col. 2. & an parocci teneantur celebrare hoc sacrificium quotidie, vel in solis festis, vel etiam in profestis, p. 295. & quid in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis vel religiosorum qualis culpa sit non celebrare quotidie & debita hōra, p. 295. col. 2.

*¶* **De applicatione huius sacrificij.**

Sacrificium istud si aliter vel pro alio quā suus prælatus mandat subditus applicet an peccet & an talis applicatio sit irrita, pag. 295. col. 1. & 2. vbi interim queritur vtrum prælatus possit præcipere actus interiores, p. 296. col. 1.

*¶* **De casibus in quibus licet bis celebrare.**

Hoc sacrificium celebrare, vel consecrare in die Parasceues qualis culpa sit, & in quibus casibus licet bis in die celebrare, p. 296. col. 1. & 2. & p. 297. col. 1.

Hoc sacrificium an celebrare possit sacerdos incaute deglutiens aquam ne in die paschatris populus scandalizetur videns se incuria sacerdotis curati in tam solenni festo priuari missa, p. 296. col. 2. & seq.

*¶* **De horis in quibus est celebrandum.**

Sacrificium hoc in quo anni tempore ab initio auroræ vsque ad meridiem est celebrandum, p. 297. col. 1. & anticipari possit hoc tempus vel post poni, ibi. col. 1. & 2. an pro necessitate communicandi infirmū possit anticipari missa, p. 297. col. 2. & an concluso priuilegio ex aliquibus causis licet anticipare vel postponere missam, ibi. 2. vbi Nauarrus discordat à sententia communi sine ratione sufficienti.

*¶* **De matutinis solitis recitari ante missam.**

Sacrificium facere an liceat non per solutis horis matutiniæ, p. 297. col. & seq.

*¶* **De loco celebrationis.**

Sacrificium hoc an liceat celebrare in domo, & in vasis sacris, p. 298. col. 1. & 2.

*¶* **De violatione ecclesiæ.**

Sacrificium hoc celebrare in ecclesia an impediat violatio ecclesiæ publica, vel occulta & à quo tunc ecclesia possit reconciliari, p. 298. col. 2. & an in ecclesia violata, vel interdicta celebrans fiat irregularis, ibi. col. 2. & in quibus casibus violetur ecclesia, ibi. col. 2. & p. 299. col. 1. & an licet celebrare sine altari portatili, col. 1.

*¶* **De celebratione extra ecclesiam.**

Sacrificium hoc celebrare extra ecclesiam sine Episcopi, vel Papæ facultate an sit mortale, p. 299. col. 2. & an priuilegium concessum prædicatoribus & minoribus ad celebrandum extra ecclesiam per Concilium Tridentinum sit derogatum, p. 299. col. 2. & seq. vbi inter se discordant Nauarrus & Metina, & an modo post Concilium Tridentinum propter necessitatem sine licentia Episcopi hodie possit celebrari extra ecclesiam, vt quando populus vadit processionaliter ad eremitoria vbi intus totus populus non potest audire missam, p. 300. col. 1. & quænam necessitas exigatur, & quanta ad celebrandum extra ecclesiam in loco honesto, p. 300. col. 1. & an liceat celebrare in mari vel in flumine, ibi.

*¶* **De gratia concessa ex diplomate cruziata intra adēs proprias celebranda.**

Sacrificium hoc celebrandi intra proprias adēs gratia concessa à Bulla Cruziata quomodo licite, & sine irreuerentia sacramenti debet executioni mandari, pag. 300. col. 2. & seq.

Index secundæ partis.

¶ De tactu sacrorum à laicis & fœminis & de vestimentis, & calice.

Sacrificio missæ conficiendo vasa, aut vestimēta aptata tangere laicos aut fœminas an sit mortale sacrilegium, p. 301. col. 1.

Hoc sacrificium celebrare in ara enormiter facta aut non consecrata non capiente hostiā, & calicem an sit mortale, p. 301. col. 1. & 2. vbi aliquantulum discordant Nauarrus & Sotus & quid si separetur cupa calicis à pede col. 2. & quid si calix consecratus de nouo deauretur, ibi. col. 2. & quando ecclesia consecrata debet reconsecrari, ibi. col. 2. & seq.

¶ De vestibus, & corporalibus, & libris.

Sacrificium hoc an celebrari possit sine omnibus vestibus sacris, aut sine corporalibus, aut sine libro, & præsertim ob vitandā mortem, p. 302. col. 1. aut sine manipulo, aut sine cingulo benedicto, col. 1. ibi. & qui nam possint ex iure, vel ex priuilegio hæc ornamenta benedicere, p. 302. col. 1. & 2. & quæ requirantur ex parte ornamentorum altaris, & ex parte sacerdotis ad rite celebrandum, p. 302. col. 2. & quid si sine prædictis quis celebrat an fiat irregularis, ibi. col. 2.

¶ De omissione dicendorum in missa.

Sacrificiū hoc celebraturus si omittat aliquid dicendum in missa an delinquat mortaliter, pag. 302. col. 2. & p. 303. col. 1. & quid circa obseruantiam cœremoniarum missæ, ibi. col. 1.

¶ De ordinatis circa hoc sacrificium.

Sacrificio hoc conficiendo an conuenienter ordinentur quæ circa ipsum in missa dicuntur, p. 303. col. 1. & 2. & quod collectæ dicendæ sunt in missa & quando dicitur alleluia, & quando omittitur, p. 304. col. 1. & circa tria silentia obseruanda in missa significantes explicantur col. 2. & vtrum ea quæ in hoc sacramento aguntur sint conuenientia, p. 304. col. 2.

¶ De iunctura manuum, vel eleuatione in sacrificio.

Sacrificium hoc celebrans quando manus debet deponere, & quando eleuare, quando aperire, & quando iunctas habere, pag. 305. col. 1.

Sacrificium hoc an possit solus sacerdos celebrare propter necessitatem, vel fœmina possit ei in altari ministrare, p. 305. col. 2. & an calix sit eleuandus discooperatus & an Christus Dominus contentus femora fuit in Cruce suspensus, ibi. col. 2. & de eleuatione calicis an antiqua sit & de filiola qua calix cooperitur, ibi. col. 2.

¶ De occurſu circa defectus missæ.

Sacrificans an possit sufficienter occurrere defectibus qui in sacrificio hoc possunt contineri, p. 306. col. 1.

Sacrificio incepto iam, si ante consecrationem aliquo impedimento naturali sacerdos impeditus fuerit: perficere an alius teneatur supplere & quid si præpeditus fuerit post consecrationem, p. 306. col. 1. & quid si sacerdoti iam celebranti in memoriam venit ante consecrationem, vel post quod non est ieiunus, aut quod est excommunicatus, p. 306. col. 1. & quid si musca, vel aranea, vel animal venenosum incidit in calicem iam consecratum, ibi. col. 1. & quid si sacerdos ante consecrationem calicis viderit esse aquam in calice vel post, ibi. col. 1. & 2. & quid si sacerdos nō recolit se dixisse aliqua quæ dicere debuit, vel recolit ea omisisse, pag. 309. col. 2. & quid si sanguis stillat, vel effundatur extra calicē in tabula, vel in linteamentis altaris vel in terra, p. 306. col. 2. & quid si sacerdos ab aliquo euentum nequiuertit complere sacrificium & an si musca, vel aranea incidens in calicem consecratum extrahenda sit & quid de ea faciendum p. 307. col. 2. & si sanguis vel hostia euomat quid faciendum sit, ibi. col. 2. & particula residens in fundo calicis quomodo extrahenda, & fumenda est, ibi. col. 2. & quid si post summptionem hostiæ reperiatur aqua in calice, ibi. col. 2. & p. 308. col. 1. & quid si per ebrietatem vel voracitatem hostia fuerit vomita, & quid si sacramentum, vel pars eius perdat vel negligentia sacerdotis hostia consecrata putrescat & de pœnis quæ his defectibus sunt signata, & linteamina sanguine Christi decidenti instillata quotiens sunt lauanda, & quid de lotionem huius aquæ est faciendum, p. 308. col. 1.

¶ De sponsalibus.

Sponsalia an sint futurarum nuptiarum promissio, p. 1030. col. 2. & quid iura intelligent nomine sponſorū, p. 1031. col. 1. & 2. & an cognoscere sponſam alterius sit cognoscere sponſam alterius sit circumstantia aggravans, p. 1031. col. 2. & an filij inde geniti sint dicendi adulterini, p. 1032. col. 1.

Sponsalia an sint promissio facta puellæ tacenti deducendo eam in uxorem, p. 1032. col. 1. & an arrhæ intercedentes in sponsalibus sint restituendæ quando sponsalia dirimuntur ingressu religionis, vel aliter, p. 1032. col. 2. & de quodam casu singulari vbi quaeritur vtrum expensæ factæ causa implendi sponsalia matrimonio non subsecuto sint restituendæ, p. 1032. col. 1. & 2.

¶ De sponsalibus quoad arrhas secundum leges Hispaniæ.

Sponsus si dederit sponsæ aliquid doni ante copulam an cedat id donum in lucrum sponsæ etiam si dirimantur sponsalia, pag. 1032. col. 2. & arrhæ datæ sponsæ in qua quantitate sint valide datæ, ibi. col. 2.

¶ De verbis quibus sponsalia contrahuntur.

Sponsalia per quæ verba contrahuntur & quænam verba significationem habeant de futuro & quænam de præſenti & de his formis habeo te in meam vel pro mea, & similibus, p. 1033. col. 1. & quomodo in his casibus iudicabitur in foro exteriori an pro spōsaliibus an pro matrimonio, ibi. col. 1. & 2.

Sponsalia vel matrimonium an contrahantur per hæc verba, volo tecum contrahere vel volo te esse uxorem meam & illa similiter respondeat, p. 1033. col. 2. & quomodo in hoc casu in foro interiori vel exteriori est iudicandum, vbi discordant Doctores & aliquo modo conciliantur, p. 1034. col. 1.

Sponsalia an efficiat ista forma verborum, scilicet, non habeo aliam nisi te vel non ducā aliam nisi te, p. 1034. col. 2. vbi statuitur regula generalis ad hoc discernendum, ibi. col. 2. & seq. & quid de hac forma, nunquam aliam à te uxorem ducā, p. 1035. col. 1. & 2.

¶ De sponsalibus fallacibus an obliget.

Sponsalia an teneatur implere qui fallacibus verbis promisit fœminæ se eam ducturum in uxorem sine animo implendi, p. 1035. col. 2. & seq.

¶ De sponsalibus.

Sponsæ deceptæ quando sponsus erat multo melioris conditionis vel iam post sponsalia cum illa duxit aliam an aliquam recompensam vel satisfactionem ei teneatur facere, p. 1036. col. 1.

Sponsalia inita cum fœmina aliqua an teneatur implere sponsus qui post copulam cum ea habitauit impudicam fuisse in admit-tendo alios, p. 1036. col. 1. & 2.

Sponsalia adimplere an teneatur qui iurauit aliquam accipere in casu quo illa cum sit diues dotem ei assignare nō vult & quid si testator legauerit centum puellæ si non nupsit an etiam si non nupsit possit in cōscientia sibi tale legatum sibi acquirere, p. 1036. col. 2. & seq. & quid si hæc puella non nubat in hoc casu, sed ingrediatur religionem, p. 1037. col. 1. & an possit pater filiæ legare minus si ingrediatur religionem & legare plus ei si nubat, ibi. p. 1037. col. 1.

Sponsaliorum contractus sicut neque contractus matrimonij non admittit pœnam sed

ab illo reſcienda est etiam si in tali pœnā non interueniat metus cadens in virum constantem, p. 1037. col. 2. & in sponsaliorum contractu si arrha apponatur & tradatur an constare debeat de eius traditione & quomodo, ibi. col. 2. & an donationes quas faciūt viri vxoribus apud Hispanos dicantur arrhæ & in qua quantitate permittuntur fieri, ibi. col. 2.

¶ De tempore assignato sponsalibus

Sponsalibus contrahendis an tempus septennij sit conuenienter assignatum, p. 1038. col. 1. & 2. & an ætas ista septem annorum ad spōsalia iure canonico requisita præmaturo iudicio, atque malitia possit suppleri, 1039. col. 1. & 2. & an in dubio an sit malitia sup- plens, sponsalia contrahentes contrahant publicæ honestatis impedimentum, ibi. p. 1039. col. 2. & seq. & an talia sponsalia post septennium quæ antea nulla fuere ex tacito consensu possint conualescere, p. 1040. col. 1. & 2.

Sponsalia facta de præſenti à pueris iam adeptis vltimū rationis an intelligantur tantum sponsalia de futuro esse, p. 1040. col. 1. & an sponsalia de futuro nunc post Concilium Tridentinum sine paroecho, & testibus contracta sint valida, ibi. col. 2. & seq. & an sic contrahentes compellendi sunt ad contrahendum matrimonium & an consanguinei contrahentes sponsalia incurrerent excommunicationem, p. 1041. col. 2.

Sponsalia de futuro an copula maritalis nunc post Concilium Tridentinum matrimoniū esse efficiat, p. 1042. col. 1. & an matrimonium inualide ratione impedimenti occultati contractum coram paroecho, & testibus nunc post Concilium Tridentinum obtenta dispensatione per copulam carnalē possit conualescere, pag. 1042. col. 1. & 2. & an per amplexus maritali affectu habitos ablato impedimento tale matrimonium possit validari, ibi. columna. 2. vel per traditionem sponsæ in domum, vel per subarrhationem, ibi. col. 2. & seq. & quid si metu coacta mulier contraxit matrimonium, vel sponsalia cum viro an per diuturnam cohabitationem cum illo censeatur cōsensisse quo ad forum exterius & an contra præsumptionem iuris sit admittenda probatio, p. 1043. col. 2.

¶ De sponsaliorum separatione.

Sponsalia an dirimantur per ingressum religionis, p. 1043. col. 2.

¶ De casibus in quibus sponsalia dirimuntur.

Spon-



Sponsalia in quibus casibus fecerint iudiciū ecclesiæ dirimuntur, p. 1043. col. 2. & seq.  
 Sponsalia si iuravit aliquis, & post ad religionem aspirat an teneatur prius contrahere & post ante copulam ad religionem migrare, p. 1044. col. 1. & 2.  
 Sponsalia an dirimantur per votum castitatis simplex, p. 1044. col. 2. & an sponsus peccet post sponsalia vouendo votum castitatis, & an tale votum dirimat sponsalia, pag. 1044. col. 2. & sequenti & p. 1045. col. 1. & 2. vbi dissident Sotus, & Corduba & quid debet facere sponsus qui sic post sponsalia votum castitatis promisit, p. 1045. col. 2. & quid si post sponsalia sponsus emittat votum suscipiendi sacrum ordinem.  
 Sponsalia iniens cum prima si rursus sponsalia contrahit cum secunda quam cognouit non uxoris affectu nunc post Concilium Tridentinum an teneatur ducere primam, vel secundam, p. 1046. col. 1. & 2. vbi dissident Sotus, & Nauarrus à Maiore & aliqua liter concordantur, ibi. col. 2.  
 Sponsalia in quibus casibus sunt per iudicem ecclesiasticum dirimenda, p. 1046. col. 2. & seq. & an si sponsus sit absens per aliquem terminum sit expectandus, p. 1047. col. 1.  
 Sponsalia an dissoluantur adueniente die quæ fuit pro matrimonio contrahendo designata si matrimonium tunc non contrahatur, p. 1047. col. 1. & an propter infirmitatem dissoluantur sponsalia, ibi. col. 1. & 2. & an propter paupertatem propter quam sponsa non potest soluere dotem, ibi. col. 2. & an foemina habens bona simpliciter contrahens matrimonium videatur illa in dotem dare vbi Couarruias discordat & dissidet à Bartolo & ab Abbate.  
 Sponsus sibi foeminam adhibito iuramento ad ducendam in uxorem ducendo an teneatur eam ducere si cum ipsa diues sit non vult sponso assignare dotem supra de hoc iam meminimus, p. 1036. col. 2. & seq.  
 Sponsalia an dirimantur per affinitatem superuenientem, aut etiam per mutuam ab ipsis absolutionem, p. 1048. & sponsalia facta cum puella aliqua paupere ob amorem Dei an per mutuam absolutionem possint dissolui.  
 Sponsus an sicut obligatur in conscientia contrahere matrimonium promissum ita etiam in foro exteriori compellendus sit ad contrahendum, p. 1048. col. 2. & p. 1049. col. 1. & 2. & an talis per censuram excommunicationis sit compellendus, p. 1049. col. 1. vbi concordantur iura & Doctores qui in hoc non videntur aperte concordare, p. 1049.

col. 1. & 2.  
 Sponsalia an dirimantur per fornicationem antecedentem, vel superuenientem, p. 1049. col. 2.  
 Sponsalia si impubes contrahat an veniente pubertate possit ab eis recedere, pag. 1049. col. 2. vbi frater Iosephus deuiat à communi opinione, ibi. col. 2. & p. 1050. col. 1.  
 Sponsalia si contrahant duo impubes an qui primus eorum peruenit ad pubertatem teneatur expectare alium, p. 1050. col. 1.  
 Sponsalia si iuramento contrahat impubes an possit pubertatis tempore ab eis resilire & an requiratur tunc ad contrahendum nouus consensus de presenti vt resultet matrimonium, p. 1050. col. 2.  
 Sponsalia an dissoluantur in casu omni superuenienti de nouo qui si præcessisset non essent contracta & ista regula quæ ad hoc discernendum ponitur quomodo sit intelligenda, p. 1050. col. 2. & p. 1051. col. 1.  
 Sponsalia an dissoluantur per morum alterius contrahentium asperitatem, p. 1051. col. 1. vbi statuitur regula generalis, scilicet, quod vbiunque & in quocunque casu causa est manifesta tam quoad veritatem, quàm quoad iustitiam non requiritur ecclesiæ autoritas ad sponsalia dissoluenda & in dubio eam propria autoritate dissoluere an sit peccatum & quale, p. 1051. col. 1. & 2.  
 ¶ De suspensione.  
 Suspendio quid sit, & an sit censura ecclesiastica & de eius diffinitione, p. 1007. col. 1. & an possit inferri sine culpa an pro culpa tantum veniali, ibi. col. 1.  
 Suspendio in quo differt ab irregularitate, p. 1007. col. 1. & quomodo distinguatur suspensio, ibi. col. 1. & quotuplex sit suspensio, ibi. col. 2.  
 Suspendio an sit omnis clericus initiatus sacris si sit fornicarius notorius, pag. 1007. col. 2. vbi dissidet Metina in sua instructione à Nauarro, ibi.  
 Suspendio an sit qui sine facultate, vel sine legitima ætate, vel extra tempora præsumit accipere ordinem sacrum & an iste vtendo tali ordine fiat irregularis, p. 1007. col. 2. & an ab hac suspensione sic suspensus possit absolui & ad quid ei deseruiet ista absolutio, ibi. col. 2. & seq.  
 ¶ De casibus in quibus poena suspensionis incurritur.  
 Suspensionis poena in quot, & quibus casibus ex iure incurritur, p. 1007. col. 2. & pag. 1008. col. 1. vbi adnumerantur decem & sex casus, ibi. col. 1. & 2.

¶ De

¶ De potente suspendere & absolvere à suspensione.  
 Quis nam possit suspendere, p. 1008. col. 2. an monitio debet præcedere suspensionem & quando, ibi. col. 2. & seq.  
 Suspendio ab ordine, vel ab officio an sit suspensus à beneficio, p. 1009. col. 1.  
 Suspendio ab officio simpliciter solum an debeat percipere fructus beneficii, pag. 1009. col. 1.  
 ¶ De peccato non seruantis suspensionem.  
 Suspendio an peccet mortaliter exercendo ea à quibus est suspensus, p. 1009. col. 1. & quot & quales sunt actus quos exercendo suspensus ab ordine fit irregularis & an iste suspensus suscipiendo sacramenta peccet aut fiat irregularis, ibi. col. 1. & 2. & an suspensus ab officio fiat irregularis prædicando, vel acceptando electionem de se factam, vel excommunicando, vel conferendo beneficia, ibi. p. 1009. col. 2.  
 Suspendio denunciatus nominatim, & publice an sit vitandus in his à quibus est suspensus, p. 1009. col. 2.  
 Suspendio à superioribus ordinibus an sit suspensus à minoribus vel è contra, p. 1009. col. 2. & an Episcopus suspensus à pontificalibus in eis celebrando fiat irregularis, vbi deseritur Nauarrus, ibi. col. 2.  
 ¶ Absolutio à suspensione à quo possit impendi.  
 Suspendio per quæ verba absolui & tolli possit & an in eius absolutione requiratur exactio iuramenti ab absoluendo, p. 1010. col. 1. & dubia suspensio qua forma debeat absolui col. 1. & an quando est temporalis completo tempore indigeat absolutione, ibi. col. 1. & an Episcopus possit absolvere à suspensione posita à iure quando posita est cum termino, vel reservatione vel pro delictis & quid si posita sit à iure ob contumaciam, p. 1010. col. 1. & 2. vbi discordat Couarruias, & Nauarrus.  
 Suspendio an absolui possit ab Episcopo virtute Concilij Tridentini, & in quibus casibus, & an absolui possit à suspensione virtute Bullæ Cruciatæ, p. 1010. col. 2.  
 Suspendio si per Bullam Cruciatam absoluat à confessore electo à suspensione an talis absolutio profit illi in foro exteriori, p. 1010. col. 2.  
 Suspendio lata ab homine an sit illi reservata, p. 1010. col. 2.  
 Suspendio siue interdictus ab ingressu ecclesiæ an ibi exercendo actum ordinis sacri fiat irregularis, p. 1010. col. 2. & seq.

Suspendio ab ordine quia ordinatus est ante legitimum ætatem in sacerdotem an consecrando cum ipso Episcopo in missa in qua ordinatur fiat irregularis, p. 1011. col. 1.

T

¶ De transubstantiatione panis & vini in corpus & sanguinem Christi

Transubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, vide verbo eucharistia.

Testis vnus aut sola fama an sufficiat ad matrimonium impediendum, vide verbo matrimonium vbi mentio fit de causa sufficiente ad vetandum matrimonium.

V

¶ De violatione ecclesiæ.

Violatio ecclesiæ publica vel occulta an impediatur celebrationem in ecclesia & à quo possit tunc reconciliari & an in ea celebras fiat irregularis, p. 298. col. 2. & in quibus casibus violetur ecclesia, p. 299. col. 1.

Vita Christi tota quantum ad eius meritum & satisfactionem pro nobis quomodo sit accipienda, p. 41. col. 1. & 2.

¶ De sacramento extremæ vnctionis.

Vnctio extrema an sit sacramentum & an sit vnum sacramentum & an fuerit à Christo domino institutum, p. 1011. col. 1.

¶ De materia eius.

Vnctionis extremæ materia conueniens an sit oleum oliuæ & an oleum oporteat esse consecratum, p. 1011. col. 1. & 2. & an per Episcopum debeat consecrari, ibi. col. 2.

¶ De eius forma.

Vnctionis extremæ forma quæ nam sit & an debeat proferri per modum deprecatio seu oratio sit forma competens huius sacramenti, p. 1011. col. 2. & seq.

¶ De effectu huius sacramenti.

Vnctio extrema an valeat ad remissionem omnium peccatorum & an sanitas corporalis sit eius effectus & an imprimat characterem, p. 1012. col. 1. & 2.

¶ De ministro huius sacramenti.

Vnctionis extremæ sacramentum an conferre possit laicus & an diaconi possint illud conferre vel an solus Episcopus sit eius minister, p. 1012. col. 2.

¶ De suscipientibus istud sacramentum.

Vnctionis extremæ sacramentum an sanis conferri possit, vel furiosis, pag. 1012. col. 2. & seq. & an debeat dari pueris & an hoc sacramentum totum corpus debeat vngi, p. 1013. col. 1. & 2.

¶ De iteratione huius sacramenti.

Vnctionis extremæ sacramentum an debeat iterari.

## Index secundæ partis

iterari, vel an in eadem infirmitate debeat iterari. pag. 1013. col. 2. & seq.

Vxorum pluralitas, an aliquando licuit vel habere concubinas. pagina. 1173. columna. 1. & 2.

Vxoridium an impediât & dirimat matrimonium, vide verbo matrimonium de impedimento vxoricidij, & vide ibi multa pertinentia ad virum, & vxorem.

### ¶ De voto.

Votum castitatis simplex aut solenne an impediât vel dirimat matrimonium, vide verbo matrimonium de impedimento ordinis & castitatis, vide ibi reliqua pertinentia ad vota emissa inter coniuges & alia similia.

Votum an virtute bullæ Cruciatæ possit commutari, vide verbo bulla, vbi copiose agitur de hac materia.

F I N I S.

Registrum Chartarum Secundæ partis Instructorij Conscientiæ  
Fratris Ludouici Lopez.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd  
Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.  
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll. A B C D. Omnes sunt  
quaterniones præter † Ll terniones. Mm Lll duerniones. Et D. in Indice qui est quin-  
ternio.

